





IASONIS
MAYNI MEDIOLANEN.
IN SECVNDAM DIGESTI NOVI PARTEM COMMENTARIA.

Summa diligentia, & fide emendata, & suo candori restituta.

QVIBVS, PRAETER SOLITAS INSIGNIVM DOCTORVM PRAESERTIM PVRPVRATI ADNOTATIONES,


ACCESSERVNT [illegible] CENTIOLI. I.C. BELLACOMBE, PANCIROLI, [illegible] [illegible] [illegible] Decisionum [illegible] locis adiuncta.

Hac [illegible] characterum pulchritudinem, & totius operis venustatem, [illegible] poterit, mendis quibus prior hoc [illegible] [illegible] ita vt nullus a posterum dubitatione [illegible] IASONIS Commentarijs vtatur, omni ex parte correctis, & emendatis.



A [illegible] M.





IASONIS MAYNI MEDIOLANEN.

IN SECVNDAM DIGESTI NOVI PARTEM COMMENTARIA.

Summa diligentia, & fide emendata, & suo candori restituta.

QVIBVS, PRAETER SOLITAS INSIGNIVM DOCTORVM PRAESERTIM PVRPVRATI ADNOTATIONES,

ACCESSERVNT EMINENTISS. I. C. BELLACOMBÆ, PANCIROLI, Trotti, Masueri, & aliorum Additamenta, receptarumq; Sententiarum, quas communes opiniones vocant, & forensium quæstionum, ac Decisionum Centuriæ, suis quibusq; locis adiectæ.

Hęc nouissima Taurinensis editio, præter characterum pulchritudinem, & totius operis venustatem, quod primo aspectu statim agnosci poterit, mendis, quibus prior non omnino carebat, perpurgata in publicum exit, ita vt nullus in posterum dubitaturus sit, quin IASONIS Commentarijs vtatur, omni ex parte correctis, & emendatis.



AVGVSTÆ TAVRINORVM.
M. D. XCII.

Tituli, Leges, & Paragraphi, qui in Secunda Digesti Noui parte continentur.

FINIS.

IASONIS MAYNI MEDIOLANENSIS, IVRISCONS. PRÆSTANTISS.

In Secundam Digesti Noui partem commentaria, longè plurimum quàm anteà præter exactissimam castigationem & illustrata, & additamentis locupletata.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio est nomen generale ad omnem contractum siue distractum quocunque modo factum.*
2 *Verbum conuenit, importat pactum nudum, & non stipulationem.*
3 *Promissio est quid inferius conuentione, sed generalius quàm pactum.*
4 *Pactum quid sit.*
5 *De iure gentium ex quocunque pacto nudo, & ex quacunque promissione, vel partium conuentione oritur obligatio, quæ appellatur naturalis.*
6 *Pollicitatio quid sit.*
7 *Promissio, quæ fit præsenti, & tacenti an sit pactum, vel pollicitatio.*
8 *Quæ differentia sit inter pactum, & pollicitationem.*
9 *Si in instrumento fit mentio de pollicitatione, præsumitur pactum nudum, vt instrumentum aliquid operetur, non tamen stipulatio.*
10 *Quid sit constitutum.*
11 *Regulariter promissio geminata licèt nudo pacto facta producit actionem.*
12 *Obligatio naturalis, quando est geminata, an producat actionem.*
13 *Impossibile est secundum naturam, quòd duæ fœminæ sine masculo generent.*
14 *Stipulatio est contractus nominatus.*
15 *An stipulatio reguletur secundum naturam contractus, super quo interponitur.*
16 *Contractus innominatus non producit actionem nisi secuto implemento.*
17 *Donatio an sit contractus nominatus, vel innominatus, remissiuè.*
18 *In contractibus innominatis locus est pœnitentiæ.*
19 *In contractibus innominatis habet locum condictio ob causam.*
20 *Stipulatio est firmior, & fortior contractus, qui sit in iure.*
21 *Stipulatio quando continet rem accessoriam diuersam à contractu prin. an sapiat naturam contract. principalis, remissiuè.*
22 *Quare inuenta fuit stipulatio.*
23 *Pactum in iudicio factum producit actionem efficacem, quando tendit ad iudicium adiuuandum.*
24 *Quæ vtilitates resultent ex stipulatione.*
25 *Contractus regulariter habent nomen facti, stipulatio vero iuris.*

De verb. obligationibus. Rubr.

ISte titulus De verbor. obliga. vt etiam hic dicit Rapha. Cuman. reputatur not. qui sit in corpore iuris, tum propter eius altam, & subtilem materiam, tum etiam, quia generalior est quocunque alio titulo: nam omnes contractus de mundo, omnia pacta, & cōuentiones, possunt in hunc contractum stipulationis deduci. l. 5. §. conuentionales. infra eod. l. si stipulatus. ff. de vsu. & l. 1. ff. de noua. imò de generali consuetudine notariorum omnes contractus deducuntur in stipulationem tanquam in contractum firmiorem, secundum Barto. in l. 2. ad fin. C. de condi. ob cau. & dicam infra latius. Item iste contractus stipulationis est firmior, & fortior contractus, qui sit in iure, secundum Cyn. in l. si ex pretio. C. si cert. peta. & dicam inferius. Item dicit Petr. de Bexu. in fin. huius rub. quòd in hoc titu. ponitur tota materia contractuum, ideo qui bene scit istum titulum, non potest esse nisi optimus Legista. Pro ingressu huius solennis tituli, & pro habendis fundamentis præmitte, quòd quatenus attinet ad præsens propositum, habemus in iure sex terminos, scilicet conuentionem, promissionem, pactum, pollicitationem, con-
1 stitutum, & stipulationem. ¶† Conuentio est nomen valde generale ad omnem contractum, & ad omnem distractum, siue re, siue verbis, siue literis, siue per nuncium, vel epistolam, siue expressè siue tacitè factum. l. 1. in vers. conuentionis, & in versi. sequen. & l. conuentionum, cum gl. & l. Labeo ff. de pact. facit theorica Bartol. in l. lecta in 3. colum. & ibi Bald. Sal. & Angel. sequuntur. ff. si certa. pet. quòd licèt verbum, promitto, redactum in scriptura, siue publica, siue priuata intelligatur per stipulationem, text. est in. §. si scriptum. insti. de inut. stipu. not. glos. & Doct. in l. sciendum. infra eod. secus est in verbo conuenit, quia est generalissimum, ideo si reperiatur scriptum, partes inuicem promiserunt, intelligitur per stipulationem, secus si in instrumento dicatur, quòd partes inuicem conuenerūt, & infert ex illa doctrina notabili Bal. in c. cùm in iure peritus. in 9. colum. ad fin. de offi. deleg. quòd si in instrumento dicatur hoc acto, & conuento, non præsumitur stipulatio, secus si in instrumento dicatur hoc acto, & promisso. d. § si scriptū,
2 & l. 1. cum glo. C. de vsur. † Et quòd verbum conuenit, [a] im-
a portet pactum nudum, & non stipulationem, ponderat nouiter Aret. text. in l. qui Romæ. §. Callimachus. in 3. not. infra eod. in verbo conuenit. iuncto illo text. in fin. qui dicit, quòd super omnibus interposita est stipulatio, ergo verbum cōuenit, non importabat stipulationem, quia aliàs stipulatio posteà fuisset superflua, per regulam. l. qui bis idem. infra eod. Sed tu caue, quia ibi verbum conuenit, non erat in scriptura, & sic ille text. non facit ad propositum. item illam doctrinam Bart. & illam differentiā in d. l. lecta. reprobant Raph. Pau. Lud. & alij Mod.
3 vbi latius dixi. ¶† Secundò est promissio, [b] & est quid inferius
b conuentione, sed generalius quàm pactum, nam promissum adaptatur ad pactum, pollicitationem, & etiam ad stipulationem. l. sciendum. §. dictum. ff. de ędi. edic. Et si proferatur à teste, vel in priuata scriptura, intelligitur pacto nudo, secus si in instrumento publico. d. §. si scriptum. glos. in l. 1. C. de vsur. not. Doct. in dicta. l. sciendum. infra eod. & pulchrè Bald. in l. sicut.
4 in pen. quæst. C. de act. & oblig. ¶† Tertio est pactum, & consistit in nudo, & informi, idest sine forma facto duorum pluriumúe expresso aut tacito consensu, absq; aliqua verborum solennitate, vt per glos. & Doct. in l. iuris gentium. §. igitur nuda. ff. de pact. & propterea dicit Iurisconsultus in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. quòd in pactis dicitur merum factū versari. i. nudi consensus mynisterium, & aduerte, quod dicit Raph. Cuman. in l. 1. §. si quis ita. infra eod. quòd stipulatio non differt à pacto formaliter, quoniā pactum est genus sub se sti-
c pulationem continens. l. 1. §. adeo autem. ff. de pact. Sed caue, [c] quia

ADDITIONES.

a ¶Verbum conuenit. De isto verbo facit alibi regulam idem Ias. quòd si est pactum in instrumento, intelligitur per solennem stipulationem, & idem de verbo promisit, quam regulam limitat sex no. modis in l. lecta. colu. 5. & 6. ff. si cert. pet. & vide etiam aliquid per Fran. Cre. suo sing. 140. incip. quanquam verbum conuenit. & vide Alex. conf. 20. in 1. col. in 4. vol. vbi etiam de verbo conuentionis, & in cons. 16. in princ. in 2. vol. & in cons. 70. in 5. colu. in eod. vol.

b ¶Promissio. De hoc verbo, promisit an intelligatur per stipulationem, Alex. in consil. 12. in 2. colum. in primo volumine, & in consil. 46. in 3. colum. in 2. volu. & not. quòd non dicitur promissum, quod est nuda voce pollicitum, secundum Bald. in consil. suo 84. vers. tertium verbum est, quod incipit Beronus. in tertia parte, & alibi dicit idem, quòd si ista verba promisi, vel promittens, reperiantur in instrumento, præsumitur omnia solenniter acta. in consil. 435. in princip. quòd post casum incip. factum tale est in ea. tertia parte. vnde dixit Barba. in suo consil. 37. colum. 12. in 1. vol. quòd in omni promissione intelligitur facta stipulatio, & vide etiam Zabār. cons. 133. colu. 1.

c ¶Sed caue. Quid sit pactum, quid pollicitatio, quid stipulatio, & in quo differant, vide Alexan. post gloss. ordi. ibi, & Barto. cum concor. ibi per eum signatis in l. 5. ff. de pact. & in l. 2. C. eod. titu. Bald. in rubr. C. de dot. promiss. Abb. in rubr. de pact. dicit, quòd pactum est quædam conuentio ex pace facta, & quid sit, & in quo differat à pollicitatione, idem ponit in cap. primo. eodem titul.

quia iſtud non videtur verum, quia imò diuerſa eſt forma ſti
5 pulationis,& pacti.vt l.1.in prin.j.eod.& dicam.j.¶†Item ad-
de,ꝙ de iure gentium ex quocunque pacto nudo, & quacun-
que promiſſione, vel partium conuentone oritur obligatio,
quæ appellatur naturalis.l.Stichum.§.naturalis.ff.de ſol.l.cùm
amplius.§.is natura debet.ff.de reg.iur. ex illa generali æquita-
te,vt promiſſio,& ſic fides ſeruetur, de qua in l.1.in prin. ff.de
pact.& in l.1.in prin.ff.de conſti.pecu.Sed nõ oritur ciuilis ob-
ligatio,nec actio,niſi in conuentionib.iuris gentium, quæ ſpe-
ciale nomen recipiunt, iuxta.l.iuris gentium.in prin. de pact.
vel niſi interueniret implementum, vt ibi, vel niſi interueniret
ſtipulatio,& ſic verborum obligatio inuenta à iur.ciu. de qua
6 latè inferius dicam.¶†Quartò eſt [a] pollicitatio ſolius promit-
a tentis ſponſio. ita dicit text.in l.pactum. in prin. ff.de pollicita.
& ſic in pollicitatione non adeſt conſenſus.i.ſimul ſenſus duo-
rum pluriumúe. iuxta.l.1. in prin ff.de pact. gl.in l.conſenſu.ff.
de actio.& oblig in l.1.in prin. ff.de ꝯhen.empt. vnde non po-
teſt dici conuentio nec pactũ, ſed pollicitatio, quæ magis dr̃
dictum quàm pactum.d.l.pactum. & d.l.ſciendum.§.dictum.
ff.de ædi.edic. Circa hanc pollicitationem neceſſarium eſt co-
gnoſcere, qñ intelligatur pollicitatio, & quid differat à pacto,
* *communiter tenetur* per Legiſtas, & Canoniſtas, ꝙ pollicitatio, q̃
eſt ſolius offerentis promiſſio. d.l. pactum. tunc demum dica-
tur,ſi fiat abſenti circa nuncium, vel epiſtolam, ſecus ſi fieret
pñti,& tacenti,q̃a pñs,& tacens vr̃ ad ſui commodum conſen
tire.l.qui patitur,& l.ſi remunerandi.§.ſi paſſus. ff.mand. vnde
non diceretur tunc pollicitatio,ſed pactum ꝑꝑ conſenſum duo
rum vnius expreſſum, alterius tacitum. ita eſt de mente Bart.
ſi bene inſpexeris in l.1.C.de pact.in 1.col.ad fin.& in 2.col.cir-
ca medium,& ibidem expreſſius ſentit Cyn. in 2. oppo. ad fin.
& ita ponderat,& no.declarat Imo.in c. cùm contingat.de iu-
reiur.dum quærit,an ex iurõ oriatur actio.idem ſimpliciter te-
net Alex.in l.1. in fin.ff. de pact. Idem tenet Alb. in l.iuris gen-
tium.§.quinimo.2. col. ff. de pact. vbi formaliter ſic inquit, ꝙ
pollicitatio eſt,qñ vnus ſpopondit ſine interrogatione,nec ali-
ter conſentit tacitè,vel expreſſè,q̃a tunc eſſet pactũ, & ꝙ pol-
licitatio tunc demum ſit,qñ promittitur abſenti, eſt etiam de
mente Bart.in l.illud.in fi.C.de ſac.ſan.Eccleſ. idem tenet Bald.
in repet.l.2.ff.de iureiur.circa fi. 2.q. idem not. & melius q̃ alibi
7 tenet do.Abb.in repet.c.per tuas.in 5.char.de arbit.¶† *Pro iſta*
* *communi doctrina*. ſ.ꝙ ſi promiſſio fiat præſenti, & tacenti, ꝙ ſit
pactum, & non pollicitatio, adducitur text. in l.talè pactum.
in prin.in verbo te.ff.de pact.probatur ẽt optimè ex tex.iuncta
gl.in l.donationes.§.ſpecies.ff.de donatio.gl.in l.illud. C.de ſac.
ſan.Eccleſ.vbi donatio facta pręſenti,& tacenti valet,& tenet,
& tñ certum eſt, ꝙ donatio ad eius validitatem requirit ſtipu-
lationem,vel pactum, & ꝯñr conſenſum partium.l.abſenti.in
prin.ff.de don.not. per gl. & Doct. in l.cùm pater.§.Mæuio.ff.
de leg.2.& iſtud ẽt ſubtiliter ponderat Abb. in repet.d.c.ꝑ tuas.
in 5.char. ¶Adde ẽt, ꝙ Bald.in rub.C.de dot. promiſ.& nuda
pollicitatione,dicit,ꝙ pollicitatio nõ eſt pactum,ſed pars eius,
q̃a in pollicitatione interuenit ſolus conſenſus promiſſoris ſi
ne receptione,ſeu acceptatione,ſed in pacto interuenit vtriuſ-
que conſenſus.d.l.ſciendum.§.pactum, & ibi videas latius per
eum. ¶Tu autem aduerte, ꝙ ꝯ iſtam communem omnium
Doctorum doctrinam vr̃ fortiter ſtringere tex. in l. Charide-
mus.§.de pollici. vbi dicit text. ꝙ ex promiſſione facta reipu-
blicæ per epiſtolam,& ſic per abſentẽ q̃s non obligatur, & tñ
ſi verum eſſet, ꝙ pollicitatio ꝯheretur inter abſentes, deberet
obligari reipubli. cum ex ſola pollicitatione q̃s obligetur rei-
publicę.l.1.& per totum titulum,& l.ex pollicitatione,& l.pen.
b ff.de polli. [b] iuncta gl.not.& mag.in l.ea,quæ.in prin.ff.de don.
inter vi.& vxo.quæ dicit, ꝙ licèt ſtipulatio non poſſit fieri per
epiſtolam, & ſic inter abſentes,tñ põt probari per epiſtolam.
Sed potes rñdere ad illum text.ꝙ text.ille non dicit, ꝙ pollici-
tatio non poſſit fieri per epiſtolam, ſed bene dicit, ꝙ ſi fiat per
epiſtolam, ꝙ non obligatur,nec compelli põt,ratio, quia etiã
reipub.non obligatur quis ex pollicitatione, niſi qñ eſt facta in
honorẽ publicũ,vel qñ eſt veſtita rei interuentu.l.1.§.1.& §.cœ
piſſe.ff.de pollicita. & ita etiã intelligit Bar.in d.l.Charidemus.
Secundo conſidera,ꝙ doctrina communis non videtur gene-
raliter vera,ꝙ ad hoc,vt ſit pollicitatio, de neceſſitate requira-
tur, ꝙ fiat abſenti, quia imò etiam poteſt eſſe pollicitatio,qñ
pars eſt præſens,ſi dicat,ꝙ non acceptat nec recuſat, & ſic tũc
eſt ſolius offerentis ſponſio. d.l.pactum. Item, quando fieret
promiſſio præſenti titulo oneroſo,quo caſu præſens, & tacẽs
non præſumitur conſentire, iuxta not. in l. quæ dotis. ff. ſolu.
matr.& in regula is,qui tacet.de reg.iur.in 6.& ſic ibi eſſet con-
ſenſus ſolius offerentis,& conſequenter pollicitatio. Itẽ quan-
do promiſſio continet aliquid, ꝙ non eſt vtile parti præſenti,
dicitur pollicitatio.text.habes,& exemplum in l. pen.in verbo

conditionum pollicitationem.C.de inſti.& ſubſt. vbi Impe-
rator refert auctoritatem Iuriſconſulti in l. cùm pater. §.fin. ff.
de lega. 2.licèt Iuriſconſultus ibi appellet promiſſionem. imò
fortius voluit Bald.in l.lenium.circa medium. C. qui teſt. fac.
poſſ.quòd etiam data præſentia partis tacentis, adhuc regula-
riter cenſeatur eſſe quædam pollicitatio, vel dictum, non au-
tem pactum. dicta. l.ſciendum.§.dictum. & l.licèt. C. de pact.
niſi in præſente appareant aliqua ſigna conſenſus,& ſi iſtud di-
ctum Bald. eſſet verum,eſt de directo contra Docto. ſed non
credo,quòd ſit ita paſſim verum per prædicta. ¶Item aduer-
te,quòd etiam ſunt, qui putant, quòd pollicitatio fiat tantum
reipub. vel ſimilibus, & non priuato per dictum titulum. ff.
de pollici. qui per totum videtur in his terminis loqui, & in
hoc differt à pacto,ſed iſtud etiam non eſt verum, & eſt con-
tra.l.cùm donationis. C.de tranſact. & rubr.C. de dot.promiſ-
ſione,& nuda polli.& quod pollicitatio fiat etiam priuato, eſt
etiam text.in l.1.§.pen. ff.de colla. dot. & in l. qui mutuam.§.
penul.ff.mand.& in l.fin.C.ad Velleia.niſi diceres,quòd in iſtis
legibus pollicitatio capiatur impropriè pro pacto nudo,quod
non eſt dicendum, quia eſſet deſtruere illos text. bene verum
eſt, quòd ex pollicitatione quis non obligatur, niſi quando
pollicetur ciuitati, vel vniuerſitati, vel collegio, vel Eccleſiæ,
vel pauperibus alicuius loci, & ita demum ſi cum cauſa pro-
mittat,aliàs non, niſi cęptum ſit opus. dicta.l.1.§.1. & §.cœpiſ-
ſe,& l.pactum.ff.de polli.Bart.in dicta.l.Charidemus.& eſt glo.
not.in c.ſcimus.in glo.1.12.quæſt.1.Bald.in rubr.C.de dot.pro
8 miſ.¶† Tu etiam adde aliam differentiam inter pactum, &
pollicitationem, quia in pacto adeſt naturalis obligatio pro-
pter conſenſum duorum. l.Stichum. §. naturalis. ff.de ſolu. vt
dixi ſupra.ſecus eſt in pollicitatione, vbi non eſt naturalis ob-
ligatio, ideo non dicitur debitum, ſed petitur quaſi debitum.
dicta.l.pactum.in ſecundo reſponſo. in verbo quaſi debitum,
ita tenet Barto.in l. ſi vnus.§. pactus ne peteret. in 8.colu.poſt.
gloſſ. 1. paruulam ibi.ff. de pact. & ibidem ſequuntur Bald. &
Fulgo. & ex hoc correlario infero non bene dixiſſe dom. Ant.
de Butr.in capit.ex parte.in vlt.colum.de cenſ.vbi tenet, quòd
* ſicut de iure canonico ex pacto nudo oritur actio *ſecundum*
magis communem in c. 1. & tertio de pact. ita etiam ex pollicita-
c tione, [c] eo quia ſicut ex voto quis obligatur, & compellitur
per Eccleſiam, vt ibi, ita etiam ex ſimplici pollicitatione ad ſi-
militudinem voti. idem tenet dom. Abb. in capit. qualiter. de
pact.per illum text.in verbo promittuntur. quòd intelligit ge-
neraliter,vt etiam pollicitationem comprehendat.dicta.l.ſcien
dum.§. dictum.ff.de ædil. edi.quia inter ſimplicem loquelam,
& iuramentum Deus non conſtituit differentiam, vt in capit.
iuramenti.22.quæſt.5. & ſi hoc eſt verum,eſt valde vtile, quia
quòd ex pacto nudo oriatur actio, procedit non ſolùm in fo-
ro canonico, ſed etiam in foro ciuili in terris ſubiectis Eccle-
ſiæ, ſecundum Imo. in capit. quæ in Eccleſiarum. de conſti.
Item procedit non ſolùm in clericis, ſed etiam in laicis ſub-
iectis Eccleſiæ, quo ad temporalem iuriſdictionem, ſecun-
dum Bald. in Auth. ad hæc.in 4.colum. C.de vſur.teneo con-
trarium,prout etiam tenet idem do. Abb. ſibi contrarius in ca.
cùm inter vniuerſas.circa fin.de elect. quia cùm in pollicitatio
ne non adſit naturalis obligatio, vt dixi, ergo non habet locũ
dictum.c.1.§.cùm inter R.ſeniorem.de elect.Bal.in l.cùm quis.
in 9.colu.C.de iur.& fac.igno.& maximè, quia non debet fie-
ri extenſio.d.c. 1. quod eſt correctorium iuris ciuilis ad caſum
minus

ADDITIONES.

a ¶Quartò eſt.Quid ſit pollicitatio,vide etiam per Spec. in titu.de ſala.§.2.in
princ.& §.ſequitur.verſ.is quoque,& §.quandoque.in titu.de inſtrum.edi. &
ibi dicit, an ſufficiat ad agendum, & qua actione, & not. quòd pollicitatio
tantum parit naturalem obligationem.glo.& Bart.in l.ſi vnus.§. ſi pactus.ff.
de pact.

b ¶Pollicita.Adde,quòd illam tenet Iaſ.in l.ſciendum.col.10.j.eod. PVRPV.

c ¶Pollicitatione. Adde facere, quæ ſcribit Soc.Iun.hic,num.100.dum dicit,
quòd magis communis opin. eſt ex pollicitatione non oriri naturalem ob-
ligationem ex conſenſu,cùm non adſit conſenſus recipientis, ſecus eſt in pa
cto,& ideo dicit ipſe, quòd olim nulla erat efficatia pollicitationis ſicut nec
etiam hodie regulariter eſt efficax, qui Soc. dicit etiam poſſe inferri, quòd
iure can. non agitur ex pollicitatione, eſto quòd agatur ex pacto nudo. ta-
men eſſe dubiũ, & nullos tenere contrarium in l.1.ff. de pact. ſed quod nul-
la pollicitatio contineat naturalem obligationem, etiam ſi facta ſit reip.
communem dicit Alba hic poſt nu.55.& qui num.61.dicit falſum eſſe,quod
à quibuſdam traditur pollicitationem iure can. parere actionem, contrariũ.
n.verius eſſe ex Abb.in c.cùm inter vniuerſas. col.fi.de elect. & eodem Iaſ. in
l.iuris gentium. §. ſed cùm nulla.num. 5.de pact. communem dicit Fortu. in
c. 1. num. 12.ext. de pact. quod autem dicitur regulariter ex pollicitatione
aliquem non obligari, fallit in caſibus not. per Alex. hic num.6. & alijs ſeq.
MASVER.

minus rationabilem, nec debet induci correctio iuris ciuilis per ius canonicum, nisi quatenus reperiatur expressum.cap.1. & 2.de ope.no.nun.cap.cùm expediat. de elect.in 6.præsertim cùm sit speciale in pollicitatione facta Deo, & reipublicæ, vt agi possit, ita est glo.not. in d.cap. scimus.in glos.1.12.quæst.1. Item in pijs causis secundum Barto. & Bal.in l. illud.C. de sac. san.Eccles.Bald. in rub. C.de dot. promis. ergo in contrarium est ius commune in pollicitatione facta alteri. Præterea etiam de iure canonico ex pacto nudo nō oritur obligatio, nisi subsit causa, quæ habeat in se æquitatem præstationis, secundum Bald.in dicta.l.cū̃m quis.in 9.colum.& in l.si diuisione.in fin.C.famil. ercis.& in l.petens. ad finem.C.de pact. Angel.de Aret.in §.in personam.in penul.colum.institu. de actio. quod non est in pollicitatione simpliciter facta. Nec obstat fundamentum domi.Ant.de voto, quia intelligitur de voto habente dispositionem deductam ad actum, secus si esset simplex dispositio, prout declarat ipse domi. Anto.in capit. 2.in 1. oppo. de voto.non obstat text. in d. capit.qualiter. in verbo promittuntur.quia responde secundum Ioann.Andr.ibi, quod intelligitur per stipulationem, vel pactum, non per pollicitatio-

9 nem, vel quando pollicitatio fieret pijs causis. ¶† Vltimo aduerte, quòd si in instrumento fiat mentio de pollicitatione, præsumitur pactum nudum, vt instrumentum aliquid operetur, non tamen præsumitur stipulatio, secundum Cynum, & Bal.

10 in l.1.C.de dot.promiss.¶† Quintò est constitutum, quod est iuris prætorij, & nudo pacto producit actionem.§.de constituta.instit.de actio. operæpretium est videre, quæ sit ratio, dicunt Rapha.Cum. & dom.Alexan. hic in vltim.colum. quòd

11 ratio est propter geminationem. † Nam regula est [a] secun-

a dum eos, quòd promissio geminata licèt nudo pacto facta producit actionem.l. 1.§. debitum.ff.de consti.pec. & d. §. de consti.ita etiam dicit Ludo.Roman.in l.1.in princip. in penul. char.infra eodem, & in l.si verò.§.de verò.in 31.fal.ff. solu.matrim.Cano.in capit. per tuas. de arbit. & in capit. cùm contingat.de iureiuran.Alber.de Rosa.in dicta.l.iuris gentium.§.quinimo. in 7. colum. ad fin. Paul. de Castr. in l. 1.in princip. ff.de consti. pecu. domi. Mathesi. in not. 36. ita etiam tenet domi. Alexan.in dicta.l.iuris gentium.§.sed cùm nulla, & in l.legem.

* C.de pactis. *& ista est communis doctriua Legistarum*, & Canonistarum.bene facit, quia obligatio naturalis, quando est geminata, producit actionem, vt probatur in l.fin. & ibi Bald.& clarius Ange.ad hoc not.C.ad legem Falc.intelligendo, quòd ibi promissio hæredis fuerit facta pacto nudo: nam ibi ex illo pacto nudo potest agi, quia adest duplex obligatio naturalis, nam illud, quod potest per falcidiam defalcari, est naturaliter debi-

* tum secundum *communiorem opinionem*, vt l.1.C.ad legem falc. not.in l.cùm quis. C.de iur.& fac.igno. & in l.1.ff. de condi. indeb.& in cap.fin.de solu.ita etiam tenet Alexan.hic, in penul. colum.& Ludo.Roma.in d.§.de viro.in 31.fallentia.Ad idem, & secundò bene facit, quia confessio extraiudicialis censetur pactum nudum.l.talè pactum.in princip.ff.de pactis, & sic ex eo non oritur actio.l.Publia.§.fin.ff.depo.tamen si talis confessio extraiudicialis sit geminata, habet vim iudicialis, vt tenet Barto.in l.cùm scimus.in fin.C.de agri.censi.lib.11. & ex ea tūc oritur actio, secundum dom.Abb.in cap.si cautio. de fid.instr. Pau.de Castr.in dicta.l.Publia.§.fin.Lud.Rom.in l. nuda ratio. in 1.colum.ff. de don.& in l.sed si possessori. in princip.ff.de iureiur.Ad idem, & fortius bene facit tertiò, ratio, quam assignāt Raph.Cum.Pau.de Castr.& Alexan.hic.Barto. & alij in l.1.§.si quis simpliciter. infra eod. quare lex ciuilis noluit ex pacto nudo produci actionem, sed bene ex stipulatione, ratio est propter maiorem deliberationem, quæ est in respondente post interrogationem præcedentem, sed vbi est geminatum pactum de eodem, censetur mens deliberata se obligandi, cùm geminatio faciat præsumi deliberationem.argum.l. si mulier. ff.ad Velleia. & glo. quæ reputatur singularis in capit. ex literis. de diuortijs. ideo etiam tunc debet produci actio, sed tu ad-

* uerte, licèt *Doctores communiter* ita teneant, non credo, quòd ista sint vera, quòd per secundum pactum nudum oriatur actio si semel promisi aliquid pacto nudo, deinde idem promittam alio pacto nudo, non credo, quòd propterea oriatur actio, nisi quando secunda promissio expressè fieret per constitutum per relationem prioris debiti. ita loquitur.dicta. l.1.§. debitum. ff.de consti.pecu.& dictus.§.de consti. Sed caue, quia non inducitur constitutum, nisi appareat, quod secunda promissio fiat animo constituendi, ita probat ineuitabiliter text. in l. si tibi, & ibi glos.fin.in princip. & ibidem Cyn. C.loca. Alber. in d. quinimo.in 4. colum.in fin.& in constituto est alia ratio quàm geminationis, vt statim dicam, & contra istam communem doctrinam soleo ponderare duos text.vnum in l.si pacto quo pœnam.vbi dixi. C.de pact. alium in l.si veritas. in verb. stipu-

lantibus promisisti. C. de fideicom. in quibus iuribus præcedebat pactum nudum, & tamen in secundo requiritur stipulatio, vt producat actionem, ergo duplex pactum nudum de

12 eodem non producit actionem. ¶† Item nō est verum, quòd obligatio naturalis quando est geminata, producat actionem, & hoc ostenditur euidenter, nam obligatio naturalis se habet ad productionem actionis tanquam mater, & ciuilis tanquam pater.l. licèt. §. ea obligatio. ff. de procu. & ita declarat *Barto. & omnes sequuntur in l.* 1.in 4.colum.ff.de condi. indeb.& in l.cùm quis.in 4. colum.C. de iuris, & facti ignor.Canonistæ

13 in cap.fin.de solutio.† Sed impossibile est, quòd per naturam duæ fœminæ sine masculo generent, ergo nec per artem, quæ naturam imitatur.§.minorem.instit.de adoptio. & l.adoptio. ff.eod. Nec obst. text. in dicta.l.fin. C.ad l.Falc. quia intellectus Bald.& Angel.ad illum tex.non potest stare, cùm textus.ibi dicat *cautionem fecerit*, & verbum cautionis intelligitur per stipulationem, vt est gloss. in l.sancimus. C.de verbor.sign.& ita in specie reprobat Ludo. Rom. in l.1.in princip. in penul.colum. infra eod.& in dicto.§.de viro.in 35.fallen.¶ Tu ergo dic, quòd ratio est, quam assignat Bartol. in dicta.l.iuris gentium. §. igitur nuda. circa fin. vbi dixi, quia constitutum est contractus nominatus, & conuentio legitima, quia fomentatur à l.prætoria, quæ est viua vox iuris ciuilis.l.nam, & ipsum. ff.de iusti. & iur. & prætor sequitur meram æquitatem, & ita etiam dicit Bald. in l. fina. C. ad l. Falc. Alber. in dicto.§. quinimo. in 8. colum. Nico. de Neapoli in dicto.§. de constituta. in 4. oppo. gloss. secus est si esset conuentio nominata iuris ciuilis meri, vt est fideiussio, quia tunc nuda conuentio non producit actionem.l.blanditus. C.de fideiusso.& ita declarat Barto.in dicto.§. quinimo.in penul. colum. in fin. quia ius ciuile magis rigoro-

14 sè, & subtiliter procedit. ¶† Sexto, [a] & vltimo [b] est stipulatio

a de qua est principalis materia huius tituli, quæ est inuenta de iure ciuili.dicto. §.de constituta. gloss. in l.ex hoc iure. in fin.ff. de iusti.& iur. & est contractus nominatus. in l. 1.§. adeo. ff.de pact.secundum Bartol. in l.2. ad fin. C.de condi. ob cau.dom. Alexan.hic in vlti.quæstio.& in l.sciendum. infra eod.& in.l.1.

15 in vlti.colum.ff.de pact.¶†Circa ergo stipulationem, quæ est propria materia huius titu.quæro de noua, & disputabili quæstione an stipulatio interposita in aliquo contractu stet de per se principaliter, an verò accessoria, & sic an stipulatio immutet naturam actus super quo interponitur, an verò reguletur secundum naturam illius actus tanquam accessoria, in quo articulo arguam ad partes, quia veritas hinc inde sæpius agitata, magis explendescit in lucem, vt inquit text. in capit. graue, quod est vltimum.35.quæstio 9. gloss in capit. cùm Ioann. Eremita. in gloss. antepen. de fide instrumen. ¶Pro parte affirmatiua extat regula, quòd stipulatio regulatur secundum naturam contractus super quo interponitur. l. si stipulatus. in princip.ff.de vsur. & ibi glos.alia iura ad hoc allegat.ad idem.l. damni infect.l. quidam. ff.de damn.infect. & l.5.§.conuentionales.infra eod.& ita simpliciter tenet dom. Alexan. hic in vlt. quæstio.circa fin. ¶Secundo facit text. not. in l.2.§.parui. ff.de priuileg. credi. vbi stipulatio interposita super actione funeraria, quæ est priuilegiata, assumit naturam illius actionis, & eius priuilegia, & stringe tu prouectè illum text. quia si ibi stipulatio non immutat actionem super qua interponitur quantum ad priuilegium, minus immutabit quo ad ea, quæ competunt de iure communi, cùm facilius tollatur ius singulare, & sic priuilegiatum, quàm ius commune. l. eius

c militis. §. si militia missus. ff. de testam. mili. ¶Tertiò [c] facit text. not. in l.1.§.bellissimè.§. vt lega.nomi.caue.vbi stipulatio inter-

ADDITIONES.

a ¶Regula est. Adde, quòd istam regulam ponit etiam Alexan. in l. legem. C.de pact. Idem Ias. in l.iuris gentium.§.sed cùm nulla.colum. 5.de pact.in l. maior. C. de transact. & in l. lecta. colum. 10. versiculo. 6. ff.si cert. petatur.

b ¶Sexto, & vltimo. Quid sit stipulatio, ponit text.in l. 5. §. stipulatio. ff. de verbor. obliga. & instit. eod. titu. in princip. & Specu. in titu. de empt. & vend.§.1. 3.colum. versic.1.autem. & dicitur à stipite, vt dicit text. insti.de verbor.obl ga.inprincip.

* Et dic, vt per Mar. Socyn.Iun.hic num.145.Albam num.138.vbi dicit, quod redarguitur Iustinianus per Alc. parerg.libr. 1.cap.36. vbi ex Varronis sententia à stipe idest pecunia stipulationem dictam dicit.de quo plura not.Catel.versic.stipulum.vbi pulchre declarat, & dic, quòd pecunia, quam vel in ærarium reponebant, vel dijs offerebant, vel mendicis porrigebant ab sustentationem vitæ, stips dicebatur à stipando, propterea, quod in cella stipabatur, id est, componebatur.Plin.epist.161. MASVER.

c ¶¶Tertio.Adde Alexan.in l.sciendum.1.colum. versic.1.limita.infra eod. PVRPV.

interpoſita ſuper legatis ſeu fideicommiſſis aſſumit naturam
legatorum,vt fructus, & intereſſe veniant tunc in ſtipulatione
à tempore moræ,ſicut in legatis, & in vlt.volun. l.in minorũ.
C.in quib.cau. in integ. reſti.neceſ.non eſt, & ſic immutat na-
turam ſtipulationis,in qua cùm ſit ſtricti iuris,nõ venirent fru-
ctus nec acceſſoria niſi à tempore lit. conteſt. l.cùm fundus. in
princ.cum ſim.ff.ſi cert.pet.& l.mora.§.in bonæ fidei ff.de vſu-
ris.¶Quartò ſtringit fortiter,& not.text.in l. cùm mota.in ver-
bo *in id, quod intereſt*,C. de tranſact. vbi in obligationibus dandi
agitur ex ſtipulatione ad intereſſe, quod videtur mirabile, cũ
ſtipulatio dandi ſit præciſa. l. ſtipulationes non diuiduntur. in
a verſ.Celſus.ĩ.eod.[a] ratio ibi eſt, nec aliud dici poteſt, quia ibi
ſtipulatio eſt interpoſita ſuper contractu innominato, vnde
aſſumit naturam illius contractus innominati, quæ eſt, vt ob-
ligatio dandi non ſit præciſa, imò agitur ad intereſſe. l.natura-
lis.§.1.ff.de præſcrip.verb.l.cùm precibus.C.de rerum permu.
* ita dicit Bar.in d.l.cùm mota.in 2.col. *& cum eo ibi omnes indiffe-
renter tenent*, & dicit ibi Ang. quòd ad hoc ille text. eſt ſingula-
ris in iure. Idem tenent Angel. & Imo.in d. l.ſtipulationes non
diuiduntur. in princ. Pondera tu prouectè fortius illum text.
quòd ibi ſtipulatio aſſumit naturam illius actus, ſuper quo in-
terponitur,etiam quando in ſtipulatione eſt diuerſa ratio quã
ſit in illo actu, quod pro certo eſt mirabile in illo text. ideo
enim in contractibus innominatis obligatio dandi non eſt prę
ciſa, eo quia contractus innominati ſunt debiles in modo in-
eundi,quia fiunt pacto nudo,vt declarant *Bart. & omnes* in d.l.
ſtipulationes non diuiduntur.vbi dicetur.idem etiam in ſtipu-
latione,quando interponitur ſuper contractu innominato, &
tamen ſtipulatio non eſt debilis in modo ineundi, cùm ha-
beat ſolennitatem formalem verborum, ergo aſſumit natu-
ram actus, etiam quando habet diuerſam rationem ab illo
actu,quòd bene nota pro ampliatione iſtius regulæ. ¶Quintò
facit text.in l.fin.in verſ.pen.vbi Pau.de Caſt.& Moder.not.C.
de pact.vbi conſenſus inter viuos præſtitus ſuper eo, quod re-
ſpicit futuram ſucceſſionem,aſſumit naturam vltimæ volun-
tatis, vt poſſit ſic quandocunque reuocari. ¶Sexto facit text.
in l.ſi legati.cum gloſ.ff.de leg.1.vbi ſi legatarius ſtipuletur,ſer-
uum legatum fugitiuum non eſſe, per talem ſtipulationem
non plus debetur ei,quàm eſſet in legato, pondera ergo forti-
ter illum text. quia iſto modo ſtipulatio ibi nihil operatur, &
tamen toleratur hoc, vt intelligatur ſecundum naturam lega-
ti ſuper quo interponitur,& non plus.¶Septimo facit, quòd ſi
in venditione interponatur ſtipulatio, tamen adhuc habet lo-
cum remedium.l.2.C.de reſcin. vend.& c.cùm cauſa.de emp.
& vend. & non actio de do. licèt aliàs. d. l. non habeat locum
in contractibus ſtricti iuris,vt eſt ſtipulatio.l.3.C.commu.vtri-
uſque iudi,illud ergo eſt, quia ſtipulatio interpoſita in vendi-
tione aſſumit naturam illius contractus.ita not.tenent Bart. &
* Ang.*& communiter alij*.in l.ſi quis cùm aliter.in prima, & 2.col.
ĩ.eod cod. ¶Octauo iſtam partem tenet Arct. in l. ſciendum.
in colu.4.ĩ.eod.vbi generaliter tenet,quòd ſtipulatio interpo-
ſita in quacunque materia ſemper intelligitur ſecundum na-
turam illius actus ſuper quo interponitur. mouetur per illud,
quod tenet not. Bal.in cap. 1.ad fin.de vaſſal. qui contra conſt.
Lotha.in vſi.feu.vbi vult,quod ſtipulatio interpoſita ſuper ma
teria feudali, mutat naturam ſuam, & regulatur ſecundum
naturam feudi.¶Nonò adducit Arct.illud, quod vult Barto.in
l.fin.per illum ſingularem text. ff.de ſolu. & in l. cùm quis de-
cedens. §. codicillis. ff.de lega.3. quòd ſtipulatio interpoſita in
vltima voluntate regulatur ſerundum naturam vltimæ volun
tatis. ¶Decimo adducit Arct. bonum text. in l.1. & ibi Bartol.
C. de rerum permu.vbi quando contractus innominatus ſub-
rogatur loco nominati,mutat naturam ſuam, & aſſumit na-
turam contractus nominati,ergo debet idem eſſe hic.¶Vnde-
cimò facit, quia ſtipulatio interpoſita ſuper aliquo contractu,
dicitur ab eo pendere.ita dicit text.in l.5.§.conuentionales. in-
fra eod.ibi, (& pendent ſtipulationes ex negotio contracto.)
ergo debent regulari ſecundum eius naturam, à quo depen-
dent. ¶Duodecimo facit, quia quælibet ſtipulatio iudicatur
diuidua, vel indiuidua ſecundum rem,ſuper qua interponi-
tur.l.2.§.& harum,& l.ſtipulationes nõ diuiduntur.in princip.
& ibi Pau.de Caſtr.& Moder.ad hoc not.infra eod.& iſtam re-
gulam tradit etiam Angel. in l. 4.§.Cato. vbi etiam eſt text. de
hoc.infra eod.& ibi Barto.in 5.quæſt.ergo patet, quòd aſſumit
naturam eius ſuper quo interponitur. ¶Decimotertiò facit
text.not.l.1.§.ſi qs ſub cõditione.ff.vt leg.nom.caue.in verſ.ſti-
pulationi eaſdẽ conditiones,& cauſas ineſſe, quæ legato.¶De
cimoquartò facit text. in l. ſi cum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis
cau. vbi ſtipulatio de iudicio ſiſti interpoſita ſuper actione in
iuriarum intentata aſſumit naturam illius actionis, quantum
ad temporalitatẽ, vt ſit annalis,& nõ tranſeat ad heredes,licèt
poſſes dicere, quòd ibi loquatur, quando ſtipulatio cumula-
tur acceſſoriè, vt ibi declarat Bart. in l. 1.§. hæc actio.ff. ſi quis
b teſta.lib.eſſe iuſ.fue.[b]¶In contrarium pro parte negatiua,ꝙ ſti-
pulatio interpoſita ſuper contractu non iudicetur ſecundum
naturam illius actus, nec ſtet acceſſoriè, imò totum èċontra,
quia immitatur naturam illius actus ſuper quo interponitur,
& ſic, quòd ſtet per ſe, & principaliter, iſtud primò patet per
text.in l.ex placito.C. de rer. permu.& in l.ſiue apud acta.C.de
tranſact. in quibus iuribus dicitur, quòd ſtipulatio interpoſita
ſuper contractu innominato, non regulatur ſecundum natu-
ram contractus innominati,imò facit totum èċontra,quia im
mutat eius naturam. ¶Nam contractus innominatus non
producit actionem niſi ſecuto implemento.l.1. in fin. ff. de re-
rum permu.l.iuris gentium.in princip.ff.de pact. & tamen vbi
eſt ſtipulatio,ſtatim producit actionem, & ſic ibi videtur text.
contra illud, quod tenet Barto. in l. cùm mota.in 2.colum.C.
de tranſact.quam retuli ſupra in 5.fundamento.¶Secundò fa
c cit,[c] quòd notabi. tenet Bartol. in l. 2. ad fin. C. de condi. ob
cau. vbi dicit, quòd cum ſtipulatio ſit contractus nominatus.
l.1.in fin.ff.de pact. & in omni inſtrumento publico notarij ſti-
pulationem apponunt, dum dicunt, quòd ſupraſcripta om-
nia prædictæ partes adinuicem per ſtipulationem promiſe-
runt, quòd vbi eſt in inſtrumento, nunquam erit contractus
innominatus propter ſtipulationem, imò reccurritur ad ma-
teriam contractuum nominatorum, & ſic etiam ibi Barto.de
directo tenet contra illud, quod tenuit in dicta. l. cùm mota.
& illud dictum Barto.in dicta.l.2.in fin. ſequitur Pau. de Caſt.
ad fin.huius rub. hic, & in l.1.ff. de pact. do. Alexan. in conſil.
425.quod incipit ſuper primo dubio quo quæritur. ad fi. quã-
uis ipſe Alexan.hic in vlt. colum.teneat contrarium per regu-
lam, quia ſtipulatio debeat cenſeri ſecundum naturam actus
ſuper quo interponitur,& per illud, quod vult Barto.in dicta.
l.cùm mota.& contrarium etiam tenet dom.Alex.in l.1.in vlt.
colum.ff.de pact.& in l.ſtipulationes nõ diuiduntur. in 10.co-
lum.ibidem etiam Imo. ĩ.eod.Lud.Rom. in l.ſciendum. in 7.
17 colum.ĩ eod.¶†Tertiò facit,quod tenet Barto. in l.in ædibus.
§.1.ff.de dona.quod licèt ſit dubium an donatio ſit contractus
nominatus an innominatus prout diſputatur in l.fi. ff.de con-
di.ob cauſ.tamen quando donatio fit per ſtipulationem, tunc
conſtat, quod eſt contractus nominatus l. 1. in fin.ff. de pact.
18 ¶†Quarto facit, quia in contractibus innominatis locus eſt
pœnitentiæ.l.ſi pecuniam.in princip.ff.de condi.ob cauſam,&
tamen quando in contractu innominato apponitur ſtipula-
tio,non habet locum pœnitentia,ſecundum Bald. in l.quam-
uis.C. de tranſact. per text. in l. Labeo ſcribit ſi mihi bibliothe-
cã,& in l.fundi partem. ff.he contrahen. empt.& in l.ſi ſterilis.
§.ſi tibi.ff.de actio.empt & dicit Pau.in dicta.l.quamuis, quod
iſtud dictum Bal.eſt pulchrum,quamuis cum labore, & ſub-
d tiliter extrahatur[d] de legibus allegatis per Bald.ergo ſtipulatio
non intelligitur ſecundum naturam actus,ſuper quo interpo-
19 nitur.¶†Quintò facit,quia in contractibus innominatis habet
locum condictio ob cauſam, ad repetendum, quòd eſt da-
tum. l. fin. ff. de condi. ob cauſam, & tamen quando ſtipula-
tio adijcitur in contractu innominato, facit ceſſare condictio-
nem ob cauſam,vt probatur per tex.in l. cùm precibus, in ad-
uerſatiua ſi verò.C. de rer.permu. ſecundum Ludo. Roman.
in l. ſciendum. infra eod. quamuis contrarium in hoc vltimo
teneat domin. Alexan. in l.1. in vlt. colum. ff. de pact. faciens
de prædictis mentionem. ¶Sextò facit text. in l.emptio. ff.de
reſcind. vendi. vbi ſi ſtipulatio interponatur ſuper contractu
emptionis & venditionis, immutat naturam illius contra-
ctus, vt ibi,aliàs contrario conſenſu vtriuſque partis ipſo iu-
re reſoluitur, licèt nunc non ſoluatur. ¶Septimo facit text.
in l. datio. §. 1. ff. de actio. empt. vbi videtur eſſe text. prima
facie fortis,ꝙ ſi ſtipulatio interponatᷣ ſuper ꝯctu emptionis,&
venditionis,non veniunt fructus, qui aliàs venirent in contra-
ctu emptionis.Sed tu dic ad illum text. ꝙ ibi ideo eſt, quia illa
ſtipulatio non fuit interpoſita ſuper toto contractu,ſed ibi ſo-
lùm ſtipulatus eſt vacuam poſſeſſionem tradi.¶Octauo facit,
quod

ADDITIONES.

a ¶Celſus.ĩ.eod.Adde Bart.in l.ſtipulationes non diuiduntur.11.oppoſi.ĩ.eod.
PVRPV.

b ¶Iuſſ.fue. Adde Alex. dicentem, quòd ſtipulatio remanet contractus nomi-
natus in l.ſciendum.1.col.verſ.2.limita.de verb.oblig. PVRPV.

c ¶Secundo facit.Quòd ſtipulatio ſoleat apponi per notarios in quolibet in-
ſtrumento,vltra alleg. hic,vide Pau. de Caſtr. conſ.9.inc. viſo puncto ſupra-
ſcrip.in 1.colu.Alex.in conſ. 11. in 4.vol. & vide, quæ ſcribit Mar. Soc.Iun.
hic num.332.& ſeq.

d ¶Extrahatur.Et profecto non probabunt vnquam. PVRPV.

quod tenet Bart.in l.singularia.in sexto speciali.ff.si cert.pet.vbi vult, quod quando super contractu emptionis, & venditionis interponitur stipulatio, talis stipulatio non assumit naturam contractus emptionis, nec efficitur bonæ fidei, imò remanet stricti iuris,sicut prius,& de hoc est bonus text. in l. bonæ fidei. cum glos.in verbo condicturum, & ibi Paul. de Castr. ad hoc not. ff.de eo,quod certo loco.Idem tenet Bal.in l.si eum.§.qui iniuriarum.in 2.colu.in fin.cum seq.ff.si quis cautio,& per hoc infert Bart.in d.l.singularia, quòd cùm hodie in quolibet contractu emptionis, & venditionis subdatur stipulatio per notarios,habemus duas actiones vnam ex contractu, aliam ex stipulatione, quod est multum vtile secundum eum, quia vna est bonæ fidei,alia stricti iuris,& sic pondera, quòd Bart.ibi de directo tenet contrarium eius,quod tenuit in l.si quis cùm aliter.in 2.col. j.eod. vt retuli. s. in septimo fundamento alterius partis.& in contrarium videtur esse fortis text.in d.l.1.in §.bellissimè, & §. seq. quam retuli. s.in tertio fundamento alterius partis.¶Nonò facit text.in l.miles.§.decem. ff.de re iudi.vbi stipulatio interposita super actione noxali, nō assumit naturam illius actionis, imò eam immutat. Imo. in vlt.not. dicit illum text. esse singulariter tenendum menti pro limitatione omniū iurium, quæ dicunt, quòd stipulatio interposita super aliquo actu regulatur secundum naturam illius actus, istud procedit quantum ad hoc,vt non detur ad plus,nec minus quàm com petebat actio ex illo contractu, sed bene efficacius, vt ibi est tex.& sequitur Pau.& Alex.ibi.Alex.in l.1.in vlt.col. ff.de pact. & in d.l.stipulationes non diuiduntur. in 9. colu. aliter respondet Aret.in d.l.stipulationes non diuiduntur.in 21.col.quod d.l.miles.§. decem. loquitur quādo stipulatio interponitur super delictis,quæ non dependent à voluntate partium, sed nos loquimur, quando stipulatio non interponitur super contractu, secundum quod partes contraxerunt, ego infra aliter respondebo

a ad illum text. Quid tenendum?[a] omissa distinctione Alex. in l.1.in vlt.col.ff.de pact.& his,quæ dicit hic, & in d.l.stipulationes non diuiduntur.in 10.colu.considerabam nouiter sic posse concludi, quod cùm præcipuum, & peculiare stipulationis sit, vt dicatur contractus firmitatis à stipulo, quod apud veteres firmum appellabatur fortè à stipite descendens, vt,inquit text. insti.de verb.oblig.in princ. & glo. in l.1.in princ.j.eo.vnde dicit Cyn.quem etiam.s.retuli.in l.si ex pretio.C.si cert.pet.quod

20 † stipulatio est firmior,& fortior cōtractus,qui sit in iure, prout etiam dicit Bald. in l.1.in princ. j.eod.alibi dicit Bald. in c.1. in 1. col. de pact. quod iuris authores stipulationes adinuenerunt, vt esset firmitas inter homines fidei promissiæ, & quod stipulatio est contractus firmitatis, quia in ea adest triplex funiculus. s. consensus,solennitas verborum, & præsentia contrahentium, quæ tria necessariò, & copulatiuè in stipulatione requiruntur, prout colliguntur in l.1.in princ.j.eod.considera tu prouectè, quod quo ad inducendam firmitatem, stipulatio vbicunque interponatur,seruat semper illud peculiare: hinc est,quod si stipulatio interponatur super contractu innominato,facit, quod non sit locus pœnitentiæ, & vt possit agi ante implementum. d.l. ex placito,& d.§.siue apud acta.Item facit, vt non habeat locum condictio ob causam ad repetendum datum,vt superius dixi, & in istis terminis intelligo loqui Bar.in d.l.2.in fin. C.de cond. ob causam:hinc etiam est, quod vbi stipulatio interponitur super contractu emptio.& vendi.facit, vt ibi aliàs emptio consensu vtriusque partis ipso iure tolleretur, nunc non tollatur.d.l.emtio.ff.de rescind.vendi.ratio est, quia etiam istud respicit peculiare stipulationis.s.firmatis.Hinc etiam est, quod stipulatio interposita super actione noxali, licèt non competat in effectu in plus, vel minus quàm actio ipsa noxalis, tamen bene competit efficacius.d.l.miles.§.decem,& ibi Imo. & Mod. & s.retuli. ratio est, quia etiam istud respicit peculiare stipulationis. s. firmitatis, & ad hoc possunt effectualiter reduci omnia fundamenta partis negatiuæ.fallit,quando stipulatio interponeretur in vlt.volunta. supra ibi,dispositis pendentibus à mera voluntate testatoris, quia esset tunc reuocabilis sicut vlti. voluntas: tenet, & declarat Barto. in l.cùm quis decedens.§.codicil.ff.de lega.3.& in l.fin.per illum text.ff.de sol.facit.l. fi. in vers. pen.C. de pact. vt dixi in sexto, & nono fundamento partis affirmatiuæ, & in isto casu stipulatio non seruat suum peculiare.s.firmitatem,ne impediatur libera voluntas testatoris,quin sit ambulatoria vsque ad mortem.argum. l. cùm hic status. §. quòd ait oratio.ff.de don.inter vi.& vxo.cap. cùm Marthæ.de celeb. mis.in alijs verò extra istud peculiare firmitatis stipulatio iudicatur ad accessoria,& regulatur secundum naturam actus, super quo interponitur, ita procedunt omnia iura supra allegata pro parte affirmatiua,& erit noua, & pulchra consideratio.

21 † Quando verò stipulatio continet rem accessoriam diuersam à contractu principali, tunc an sapiat naturam contractus principalis,est passus quem ponit Aret. post Imo. in l.4.§. Cato. in 11.colum. j. eod. ibi videas per eum. item super ista

22 rubr.quærunt Pau.de Castr. & dom.Alex.† quare inuenta sit stipulatio,& respondent,quòd propter necessitatem,& vtilitatem, nam stipulatio est necessaria pro obligationibus fideiussorijs, quia fideiussor non potest accedere sine verbis, & sic sine stipulatione.l. blanditus.C.de fideius. & l.5.§. satisacceptio. vbi dicetur.j.eod.item secundum Pau.de Cast.est necessaria in

23 stipulationibus iudicarijs. † Sed istud secundum exemplum reprobat dom. Alexan. quia etiam pactum in iudicio factum producit actionem efficacem, quando tendit ad iudicium adiuuandum,vt est stipulatio de iudicato soluendo, quia vestitur calore iudicij, vt est glos.not. in Auth.generaliter. in verbo scribat.C.de Episco.& cler.& in l.eum pro quo. iuncto tex. ff. de in ius vocan. Bald. in repe.l.tale pactum. §. qui prouocauit.in 11.colum.ff.de pact. & idem etiam tenet Lud. Rom. in l.1.in princ.& ibi Alexan.j.eod.& Alexan.in l. pacta nouissima. in primo not.C.de pact.Tu adde eorum dictis, quod etiam stipulatio fuit inuenta causa necessitatis propter obligationes iuris gentium,vel res contractas nouandas, quæ nouari non poterant, nisi prius in stipulationem deducerentur. l. an inutilis. §. acceptū.& l.& vno.§.1.ff.de acceptil.& §.1.inst.quib.mod.tollitur oblig.& rationem assignat Bart.in d.l.an inutilis.§.fin.Bal. in l.fin.post glos. ibi. C.de accep. Saly.& Mod. in l. actione. in princ.C.de transact. Item per nullum alium actum citrà solutionem debiti potest induci liberatio ipso iure, nisi per acceptilationem, quæ non potest fieri nisi mediante stipulatione. d.l. an inutilis.in princ.& in §.acceptum, & in l.acceptilatio,& per

24 totum titulum. ff. de accepti.† vtilitas autem stipulationis est euidens propter eius firmitatem, & robur,quia ea interueniente non habet locum pœnitentia,nec repetitio dati,vt supra dixi.Item vtilitas est propter productionem actionis, & quia vestit omnes conuentiones aliàs de se nudas, & innominatas.d.l. ex placito, & d.l.siue apud acta. Item per nullum alium contractū mundi magis de facili fit nouatio,& sic transfusio vnius obligationis in aliam, quàm per contractum stipulationis. l. item illa.§.fin.& ibi Bart.ff.de consti.pecu.& per Bart.in l.singularia.in sexto speciali.ff.si cert.pet.& in l,1.ff.de nouatio,& in.l. si ex pretio.vbi etiam Cyn.C.si cert.pet.Hinc est,quod quando secunda obligatio erat facta per stipulationem, & interueniebat noua persona, præsumebatur nouatio.§. præterea.instit.quib. mod.tollitur oblig.& l.fi. C.de noua. per Bart.in l. Valerianus. ff.de præto.stip. secus si per alium contractum.l. vbi quis, & l.

25 item illa.§.fin.& vtrobique not.Bart.ff.de consti.pec.† Vltimo circa stipulationem considera, quod licèt contractus regulariter habeant nomen facti, vt emptio, venditio,locatio,& similes: nam emptio dicitur ab hoc facto, quia emitur:venditio, quia venditur, & idem in similib.stipulatio verò non denominatur à facto,quia non vocatur eo nomine quo contrahitur, vel fit, sed habet nomen iuris,vt inst.de verb. oblig.in princ. & sic assumit sibi materiale nomen.ita declarat Bald.in l.1. in 7.col.C. de fid.instrum.& iure hastæ fisca lis.lib.10.

ADDITIO.

a ¶Quid tenendum,&c.Vide Alex.in l.post dotem.in 2.char.ff.sol.matr.& vide Pau.de Cast.in conf.9.incip.viso puncto.s.scripto.& Fran.Curt.conf. 48. col.5.in fin.& cons.49.col.5.vltra medium, & qualiter intelligatur stipulatio simpliciter apposita super aliquo contractu, & an in plus obliget quàm ipse contractus, vide etiam Pau.de Cast.in cons.171.in nouis.

Et declara,vt per Mar.Soc.Iun.hic.nu.345.& alijs seq.Alex.nu.25.

SVMMARIVM.

1 *Ad essentiam stipulationis requiruntur verba pro forma.num.4.*
2 *Negatiua præposita verbo potest,inducit necessitatem.*
3 *An per interrogationem, & responsionem factam per epistolam inter præsentes contrahatur stipulatio.*
4 *Quando aliquid requiritur pro forma, non sufficit per æquipollens fieri.*
5 *Stipulatio ficta potest fieri sine verbis.*
6 *Simplex renuntiatio facta iuri de futuro non valet, nisi facta sit in iudicio.*
7 *Confitens in iudicio se recepisse ex causa mutui, non habet exceptionem non num.pec.etiam intra biennium.*
8 *An in stipulatione sit de substantia,quòd præcedat interrogatio, & sequatur responsio.*
9 *Mutus,& surdus,& infans æquipantur,vbi est omnino par ratio.*
10 *Ille dicitur propriè loqui,qui præsentialiter loquitur.*
11 *Statutum prohibens, quòd forenses non possint esse aduocati, non habet locum,si mittant vnam allegationem iudici in scriptis.*
12 *Mandans amico eunti peregrè,quòd quærat seruum fugitiuum, & vendat, non incidit in pœnam Senatuscon. punientis vendentem seruum fugitiuum.*

13 *Mittens literas excommunicato incidit in excommunicationem.*
14 *Prohibitus loqui cum moniali, prohibetur etiam mittere nuncium.*
15 *Stipulatio non poteſt fieri inter abſentes.*
16 *Qui per ſe non poteſt aliquid conſequi, non prohibetur per alium conſequi.*
17 *Capacitas, vel incapacitas ſerui non regulatur à capacitate, vel incapacitate domini.*
18 *Si ſeruus præcedente iuſſu domini contraxit, obligatur dominus, quod iuſſu, ſecus ſi procurator.*
19 *In ſtipulatione eſt neceſſe, quòd præcedat interrogatio, & ſequatur reſponſio, adeo quod eius peruerſio vitiat ſtipulationem.*
20 *Stipulatio eſt mater obligationis.*
21 *Denominatio eſt fienda à digniori.*
22 *In vnitis dignius trahit ad ſe minus dignum.*
23 *Surdus intelligens efficaciam ſermonis ad motum labiorum an poſſit ſtipulationem contrahere.*
24 *In ſtipulatione ſufficit conſenſum partium percipi non ſolùm per interpretem, ſed etiam ſono tubæ, vel cornu.*
25 *Surdus, & mutus nihil omnino intelligentes æquiparantur infanti.*
26 *Mutus, & ſurdus poſſunt facere teſtamentum, conſtituere procuratorem, adire hæreditatem, contrahere matrimonium.*
27 *Muto, & ſurdo non parcitur in delictis.*

LEX PRIMA.

STipulatio non. Stipulatio non conficitur, niſi vterque cum intellectu loquatur,
* aut per ſeruum ſuum ſtipuletur. h. d. ¶ In text. ibi, *niſi vtroque loquente. Bartol. & communiter Doct.* ſubaudiunt ad text. *& efficaciam intelligente*, quæ ſubauditio non dicitur neceſſaria propter verbum exaudire. j. poſitum in text. & in l. 1. in fi.
1 ſ. tit. 1. ꝙ efficacem intelligentiam denotare videtur. ¶† Not. 1,
ex tex. ibi, niſi vtroque loquente, quòd ad eſſentiam ſtipulationis requiruntur verba, & ſic loquela vtriuſque partis, vt hic,
2 & l. obligamur. §. verbis. ſ. tit. 1. † Et pondera, quòd in hoc text. eſt negatiua præpoſita verbo poteſt, quæ inducit neceſſitatem præciſam, & priuat potentiam, vt eſt glo. in cap. 1. in verſ. non poteſt. de reg. iur. in 6. Bart. in l. Gallus. in princ. vbi dixi. ff. de lib. & poſth. & ſic reddit actum contrarium factum nullum. ſecundum Bald. in l. fin. in vlt. colu. C. de fideicom. & in l. 1. ff. de iniuſto rup. ergo apparet ex hoc text. ſic inducto, quòd verba
3 in ſtipulatione ſunt pro forma. † Iuxta hoc format Aret. dubitationem quam dicit eſſe nouam in iſta materia, ſi præſens præſentem, per epiſtolam interrogaret, & ille per epiſtolam reſponderet, an contraheretur ſtipulatio valida abſque alia expreſſione verborum, & concludit, quòd non per text. in l. Titius. cum gl. de conſti. pec. & ibi Bart. vbi licèt epiſtola detur à præſente præſenti, tamen ſine verbis non inducit ſtipulationem, patet, quia text. ibi dicit [ſi interceſſiſſet ſtipulatio] tamen ille text. cum glo. non multum probat, ſed bene hoc ibi vult Bart. & ad text. in l. non figura. ff. de actio. & oblig. qui dicit, ꝙ non minus valet ſcriptura ad obligandum quàm lingua, reſpondet ſecundum gl. ibi, ꝙ loquitur de obligatione literarum, quæ ſecundum eum bene erat cognita de iure ſtorum, vt ibi in l. 2.
* §. creditum. ſecundum vnum intellectum *communiter approbatum*, ff. ſi cert. pet. licèt Bart. in d. l. non figura. dicat contrarium, ꝙ literarum obligatio non eſt cognita de iure ſtorum. Tu ad-
a de, [a] ꝙ iſta non eſt noua quæſtio. nam eam format Bald. hic, qui concludit, ꝙ per literas noſtras ſi conſtat, ꝙ ego ſcripſi, & ipſe mihi reſpondet, non poteſt contrahi ſtipulatio, mouetur, quia ſtipulatio eſt ſolennior contractus, qui reperiatur in actibus hominum, & ideo nihil addi poteſt, præterquam ſit ſtatutum, ſed ſi poſſet fieri per literas ſeu per epiſtolas, tunc poſſet addi, allegat etiam in ſimili, ꝙ alleg. Io. Andr. in c. ſi quis iuſto. de elect. in 6. vbi tenet, ꝙ in electione, quæ requirit viuæ vocis actum, quia eſt ita ſolennis, ꝙ nihil ei poteſt addi, ideo non poteſt per literam fieri, nec dicatur, ꝙ Bald. in indiuiduo non exprimat de præſentia vtriuſque partis, quia data abſentia quæſtio fuiſſet fatua hic in verbo nec abſens, & text. in l. ea, quæ. in princ. cum glo. ff. de dona. inter vir. & vxo. pro iſta determinatione, ꝙ ſtipulatio non poſſit fieri per epiſtolas à partibus præſentibus, pondera facere iſtum text. dupliciter inducendo, primò, quia ſi per epiſtolas poſſet ſtipulatio contrahi inter præſentes, text. in verſ. & ideo, non faceret bonam illationem de muto ex dicto primo cum negatiua præpoſita verbo poteſt, quæ vt dixi priuat potentiam, & inducit neceſſitatem præciſam, nam iſto modo non bene veniret illatio; nam mutus ſi ſciret ſcribere, poſſet ſtipulari per epiſtolam, ſicut poteſt ſcribere te-
4 ſtamentum. l. diſcretis. in fin. C. qui teſta. face. poſ. ¶† Secundo modo poteſt induci iſte text. nam cùm in ſtipulationibus verba requirantur pro forma, vt probat iſte text. ſecundum, ꝙ ſuperius induxi, ergo ſuccedit regula, ꝙ quando aliquid requiritur pro forma, non ſufficit per æquipollens ſeruari. l. qui per ſalutem. ff. de iureiur. Bald. Ang. & Alex. in l. 1. ff. de lib. & poſth. & ad d. l. non figura. reſponde, ꝙ procedit, niſi quando pro forma
5 requiruntur verba, prout in ſtipulatione. ¶† Limita concluſionem huius text. procedere in ſtipulatione vera, ſecus eſt in fi-
b cta, aut præſumpta, vt in quinque caſibus hic not. per Bartol. [b] qui inter cæteros enumerat caſum reputatum ſingularem in l. cùm oſtendimus. §. fin. ff. de fideiuſſ. tut. vbi ſecundum eum patientia ſimplex in iudicio abſque expreſſione vocis habet vim ſtipulationis. ita etiam intellexit Bart. in l. fin. in vlt. colu. ff. de præto. ſtipu. & in l. fin. §. 1. ff. à quibus appel. non licèt, & in l. cùm quis decedens. in princ. ff. de leg. 3. Bald. qui poſtea varauit, in repetitione. l. talè pactum. §. qui prouocauit. in 7. & 11. colu. ff. de pact. Pau. de Caſtr. in l. ſciendum. j. eod. & ad hoc ille text. eſt ſingu. in iure ſecundum Bald. in c. nuper. de teſti. Tu confirma, quia à pari procedunt conuentio nuda à cauſa, & nuda à ſtipulatione, quia vtrobique obſtat except. l. cùm de indebito. §. fin. de proba. l. 2. §. circa. ff. de excep. doli. ſed quando eſt nuda à cauſa, & fiat in iudicio, validatur calore iudicij, vt eſt glo. not. in l. 1. ad fin. in glo. pen. ff. de interrogato. act. Cyn. in l. generaliter. in 3. quæſt. C. de non num. pec. & Alexan. hic. ergo idem,
6 quando eſt nuda à ſtipulatione. † Item ſimplex renuntiatio facta iuri de futuro non valet. l. ſi ita ſcriptum. §. ſi ſub conditione. ff. de leg. 2. l. qui ſuperſtitis, & l. is qui. hæres. ff. de acquir. hær. & tamen ſi fiat in iudicio valet, & tenet. gloſ. in l. in plurium. in fin. ff. de acquir. hæred. Bart. & alij in l. 1. C. de pact. Item potentius operatur factum in iudicio quàm extra, vt eſt text. cum glo. in l. pacta nouiſſima. in verbo, maximè, & ibi Bal. & Alex.
7 ad hoc not. C. de pact. † Item ſi aliquis confiteatur in iudicio
c ſe recepiſſe ex cauſa mutui, non habet exceptionem [c] non numeratæ pecuniæ, etiam intra biennium. ita ſingulariter tenet Saly. in l. vnica. in prima, & tertia oppo. per gl. 2. ibi. C. de con-
* feſ. Breuiter iſtis non obſtantib. *communiter tenetur* contrarium cùm in dicta. l. cùm oſtendimus. ibi ſit propter fauorem pupilli, & quia paſſi ſunt ſe deſcribi fideiuſſores in iudicio, & ſic propter calorem iudicij, & ſcripturam, & ſic magis communiter tenent Doct. hic, & in alijs locis relatis per Alexan. & licèt aliàs calor iudicij ſuppleat multos alios defectus, vt dixi, tamen nõ ſupplet ſtipulationem, nec etiam ſufficeret fauor pupilli. l. ſi filius. ſecundum intellectum Barto. ff. de tute. & Alex. hic. Item contra Bartol. quòd non ſufficiat ſolus calor iudicij ad inducendam ſtipulationem requiſitam in fideiuſſione, bene facit text. in l. omnes. §. in hac, & ibi not. Bald. C. de Epiſco. & cler. bene facit text. in l. ſine apud acta. in princip. C. de tranſact. ſed ibi alia concurrunt, puta patientia iuncto fauore reipublicæ. l. ſecunda. ff. ad municipa. pondera etiam diligenter ex prædictis, quòd non ſolùm in fideiuſſione expreſſa, ſed etiam in tacita requiritur ſtipulatio, niſi prædicta tamen cõcurrant. de quo vide latius Bart. in l. reos in princ. in prima, & 2. colu. ff. de duobus reis, & ita not. amplia regulam. l. blanditus. C. de fideiuſ. &
8 l. 5. §. ſatis acceptio. j. eod. ¶† Iuxta prædicta quærit Bart. an in ſtipulatione ſit de ſubſtantia, quòd præcedat interrogatio, & ſequatur reſponſio, ita ꝙ peruerſio ordinis vitiet, & concludit, quòd ſic. Tu confirma melius, quòd ſit de forma ſubſtantiali, quia niſi præcedat interrogatio, & ſequatur reſponſio, nõ oritur etiam naturalis obligatio. §. ſi quis ita. j. eadem. l. ergo apparet, quòd eſt de forma, vel ſubſtantia. l. cùm hi. §. ſi prætor. cum ſim. ff. de tranſact. Item adde, quòd licèt in ſtipulatione interrogatio, & reſponſio ſint de ſolennitate ſubſtantiali, vt dicit Bart. præſentia tamen non, ſed eſt de ſolennitate naturali, quia non eſt de ſubſtantia contractus, ſed ad contractum, ita ſub-

ADDITIONES.

a ¶ Tu adde, &c. Aduerte tamen, quòd quantumcunq; ſtipulatio non poſſit fieri per epiſtolam, vt hic dicitur, tamen bene poteſt probari per epiſtolam. l. ea, quæ, & ibi Barto. ff. de don. inter vir. & vxo. & Barto. in l. Titius. in 2. opp. ff. de conſti. pec. item aduerte, quòd quamuis ſtipulatio non poſſit fieri per epiſtolam, vt dictum eſt, iſtud tamen eſt verum inter abſentes, nam ſi præſens præſenti daret ſchedulam ſcriptam, licèt verba non interuenirent vocaliter expreſſa, tamen contraheretur ſtipulatio, vt per Bartol. in dicta. l. Titius. in 2. oppo. idem tenet Specu. in titu. de inſtrum. edi. §. porrò. in. 5. colum. verſic. dona. item aduerte, quòd ſtipulatio non poteſt fieri per nuncium ſecundum Bald. in l. penul. colum. 1. verſ. quæro. C. per quas perſon. no. acquir. & ibi aſſignat rationem. Item nec per officialem fiſci ad commodum fiſci, vt ibi. Bald. colu. pen. verſ. quid de his, qui ſunt officiales.

b ¶ Per Barto. Limitatio text. Bartol. de ſtipulatione ficta. l. cùm oſtendimus. Iaſ. ſimpliciter in. l. ſciendum col. 2. de verb. oblig. PVRPV.

c ¶ Non habet excep. Decius in c. 1. col. 13. de iudi. PVRPV.

subtiliter dicit Bald.quem videas in l.1.in 7.colum.& seq.C.de
9 fide instrum.& iure hastæ fisca.lib.10.¶† Secundò not.ex text.
mutum,surdum, & infantem æquiparari, ꝙ est verum,vbi est
omnino par ratio,vt est hic in actu æquiparante verba ad sub-
stantiam,& vbi partes debent se exaudire, vt dicit text.hic, &
in.l.1.in fin.s̃.tit.1.quod verbum exaudire,propter præpositio-
nem ex,denotat audientiam cum intelligentia. prout. s̃. dixi,
quid autem sit in alijs actib.an æquiparentur,dic vt ĩ. per Bart.
10 vbi dicetur.¶† Tertiò not.ex hoc tex.ꝙ ille dicitur propriè lo
qui,qui præsentialiter loquitur,vnde qui est absens,& qui mit-
tit nuncium vel epistolam, non dicitur propriè loqui: ex quo
infert Ludo.Roma.ad statutum puniens loquentem cum bã-
nitis,vt non compræhendat mittentem nuncium vel epistolas
scribentem, præsertim cùm verba statuti pœnalia debeant
multum strictè intelligi.l.constitutionibus.ff.ad municipa.iun-
cta.l. cùm quidam.ff.de libe.& posthu.& in regula odia, & re-
gula in pœnis.de regu.iur.in 6.facit tex.in l.Paulus. §. fin. ff.de
11 legationibus.per quem not. ibi Barto. † ꝙ statutum ciuitatis
prohibens,ꝙ forenses non possint esse aduocati,non habet lo-
cum si mittant vnam allegationem in scriptis iudici,& ita Bar.
in l.1.§.1.ff.de postul.& in l.1.§.aduocatos.ff.de varijs,& extra-
ordi.cogn.ad idem text.not.in l.quod sæpê. §.si quis amico. ff.
de contrahend.empt.vbi prima fronte videtur esse tex. mirabi-
12 lis,† quòd mandans amico eunti peregrè, quòd quærat seruũ
fugitiuum, & vendat, non incidit in pœnam Senatusconsul.
punientis vendentem seruum fugitiuum,quem text. pro sin-
gulari no. Bald.in Auth.habita.C.ne fil.pro patre.& sic qui ven
dit per nuncium,non incidit in pœnam quasi ipse vendiderit,
sed ad illum text.dic, ꝙ ibi non mandauit vendi seruum dum
est in fuga,in quibus terminis loquitur pœna Senatusconsul-
ti,sed postquam esset repertus, nec mandans aliter vendidit,
nimirum si ibi neuter eorum incidit in pęnã Senatusconsulti,
vt ibi decidit text. istis non obstantibus contrarium decidit
Ludo.Roma.per glo.in cap.constitutionem,in verbo partici-
13 patione.de senten.excommu.in 6.† vbi vult,ꝙ mittens literas
excommunicato incidat in excommunicationem, sicut si lo-
queretur,& est similis glo.in clem.si summus Pontifex.in ver-
bo literis. de senten. excommu. sed ad hoc responde, illud ibi
ideo esse,quia in illa materia quis prohibetur participare cum
excommunicato.cap.nuper,& c.cùm desideres. de senten. ex-
commu.& istud participare est latius, & bene compræhendit
mittentem epistolam,quod non est hic,vbi solùm prohibetur
loqui. adducit etiam Ludo.Roma.text.in c. vbi periculum, in
§.nulli etiam.de elect.in 6. vbi prohibitio loquendi cum Car-
dinalibus existentibus in conclaui pro creatione Papæ, habet
locum etiam in scribente literas.ad idem adducit Are.text.in
14 c.clericus.81.dist.† vbi prohibitus loqui cum moniali secretè,
prohibetur etiam mittere nuncium. Breuiter ista decisio Lu-
do.Roma.in puncto iuris placet,quicquid teneant distinguen-
do Alexan.& Are.hic,eo quia ratio illius statuti prohibentis lo
qui cum bannitis est,ne fiant tractatus,& coniurationes contra
rempubli.ergo in istis statutis etiam pœnalibus debet fieri ex-
tensio ex illa ratione statuti,eo quia ista statuta censentur fauo
rabilia, & sic extendenda,cùm sint facta ob publicam vtilita-
tem reipub. per doctri. not. Barto.in l.quemadmodum. C. de
agri.& censi.lib.10.cum concordan.aliàs datis.¶Secundò,quia
si in isto statuto non compræhenderetur mittens nuncium,
vel epistolam ad bannitum,certè de facili fieret fraus illi statu-
to de persona ad personam,vt in simili dicit text. bene not. in
l.pupillus.§.sed & si per interpositam,& §.sequen.ff.de autho.
a tuto.[a] vnde constitutio quantuncunque pœnalis debet exten-
di,ne alias reddatur elusoria,vt est text.not. in cap. si ciuitas.de
senten.excommu.in 6.quem ad hoc not.dom. Abb.in cap.fin.
ad finem.de præben.& text.not.in l.1. §. pecuniam. cum l. seq.
ff. de calum.glo. in cap.quanquam.in glo.fin. & ibi not. Gemi,
de vsur.in 6.nam etiam de iure communi, qui mittunt nun-
cium vel literas hostib. imperij,incidunt in crimen læsę maie.
l.1.§.qui hostibus,& ibi Barto.ad hoc.not.ff.ad leg. Iulia. maie-
sta.ita tene,quamuis verum sit,ꝙ mittens epistolam non dica-
tur propriè loqui,vt est text.in l.miles ad sororem. in princ. in
ver.ac si cum eo loquatur.ff.de leg.2.nisi fortassis diceres, ꝙ ex
facultate loquendi si quis posset loqui cum bannito facilius
possent instituti maiores tractatus,& conspirationes, q̃ scriben
do literas,vel mittendo nuncium,vnde in istis pęnalib.nõ vñr
15 posse fieri extensiones ex casu minori ad maiorem.¶†Quartò
no.ex tex.ꝙ stipulatio non põt fieri inter absentes vt hic,& l.vt
inter absentes.C.de inutil.stipu.& §. item verborũ.vbi glo. not.
insti.eod. & qui dicantur in isto proposito absentes, declarat.ĩ.
Bar.vbi dicetur.Itẽ no.in ver.si quis igitur,ꝙ mutus,surdus, &
similes pñt stipulari per seruum actiuè,& passiuè, & per istum
tex.alibi decidit Bar.in l.1.in 3.col. solu.matr. ꝙ si mutus acci-
peret dotem ab vxore,iuxta l.mutus.in prin. ff.de iur. dot.fin-
geretur tacita stipulatio,de qua in l.vnica.in prin. C.de rei vxo.
16 actio.s.eo modo quo põt,puta per seruum,vt hic.¶† Quintò
no.ex eo.ver.s̃m Alex.ꝙ illud,ꝙ per me cõsequi non possum,
non impedior per alium consequi,vt hic, & l.Arist.in fi.ff.quæ
res pign.obl.pñt.¶Tu circa istud nota.vide multa,quę cumu-
laui in l.nec emancipati.C.de colla.sed caue, qa istud nota.nõ
bene colligitur ex isto tex.eo quia iurisdictionem qs non con-
sequitur per alium,ex quo ꝯsequitur per seruum,ex quo vox
serui dr̃ vox dñi.§.eius qui.cum gl.insti.de inutil. stipu.tu ergo
melius no.ex isto tex.ꝙ dñs quædam põt per seruum suũ,quę
non põt per seipsum:facit,ꝙ singulariter decidit Bar.in l.3.§.1.
per illum tex.ff.de leg. præstan.ꝙ statutum puniens in centum
ꝯhentem cum bannito, non hẽt locum in ꝯhente cum eius
seruo,q̃uis acquiratur ipsi exbannito, de cuius veritate dixi in
17 l.si mihi,& tibi.§.in legatis.ff.de leg.1.¶† Sextò tu not. ex hoc
tex.ꝙ capacitas,vel incapacitas serui non regulatur à capaci-
tate vel incapacitate dñi.patet hic,vbi licèt dñs sit infans, & sic
incapax ad stipulandum.§.pupillus.instit. de inutil. stipu.& di-
cam.ĩ.in gl.3.tñ seruus eius potest stipulari, & sic vr̃ obstare re-
gula.d.l.si mihi,& tibi.§.regula.no.latè per Bar.& alios in l.1.C.
de hæred. insti.& in l.si deportati seruo.in prin. ff. de leg.3. sed
rñde,ꝙ illa regula procedit quantum ad acquirendum,quia si
dñs non est capax acquisitionis,ẽt eius seruus iudicatur inca-
pax,sed in isto tex.infans bene est capax effectus ipsius stipula-
tionis.s.acquisitionis, licèt istã stipulationem ex defectu con-
18 sensus facere non possit.¶† Septimò no.ex fi.text. ꝙ qñ seruus
præcedente iussu dñi contraxit,obligatur dñs ꝙ iussu.Adde se-
cus esse in procuratore,qui iussu dñi contraxit, quia tunc non
datur actio ꝙ iussu ꝯ dominum,quia illa solùm habet locum
in personis repręsentantib. quæ sunt in ptãte, vnde tunc datur
vtilis institoria, licèt non esset præpositus negotiationi,qa tunc
daretur directa.l.Iulia.§.si procurator.ff.de act.emp.l.si mutuã,
& ibi not.C.de exerci.ita declarat Paul. de Cast. hic in fi. & sibi
19 ascribit Alex.in vlt.no.¶† Vltimò adde his, quæ dixi in 1. not.
in fi.circa.q.Bar.in qua concludit, ꝙ in stipulatione est de sub-
stantia,ꝙ præcedat interrogatio,&c.adeo, ꝙ eius peruersio vi-
tiaret stipulationem,prout est etiam gl.in l.iurisgentium. §.igi-
tur nuda.ff.de pact.pondera, ꝙ ex ista decisio.Bar.ab omnibus
approbata infertur ad practicam, ꝙ si in instr̃o publico conti-
neatur,qualiter Titius promisit decem, deinde incontinenti in
eodem instr̃o subijcitur interrogatio,ꝙ stipulatio erit inualida,
nec obst. doct.no.Bal.post Cy.in l.cùm in testõ. §. 1. per illum
tex.ff.de hæredi.insti.quem Bal.ibi reputat no.dignum, ꝙ qñ in
eodem instrumento vel in diuersis reperiuntur duo actus, dẽt
censeri,quòd ille præcesserit,qui debuit præcedere, & qui facit
vtrunq; actum valere, & ideo si in eodem instr̃o vel diuersis
contineatur donatio patris in filium,& emancipatio,præsumi
tur,ꝙ emancipatio prius sit facta, quia facit vtrunq; valere, se-
quitur,& multum commendat Alex.in l.diuortio.in prin. in 4.
col.ad fi.ff.sol.matr.& in l.2.§.prius.ff.de vulg. & pup.& in ꝯsi.
446.ꝙ incip.lecto,& discusso laborioso processu.in 5.col.facit,
ꝙ vult Bar.in l.vt iusiurandi.in prin.post gl.ibi. ff. de oper. libe.
ergo ita in proposito debebit præsumi, ꝙ præcessit interroga-
tio.nam rñde,ꝙ prædicta doct. debet singulariter limitari, nisi
talis prioritas daret formam,seu substantiam ipsi ꝯctui,vt pul-
chre colligitur ex verbis Bar.adde no. per Doc.in d.l.2. §.prius,
& aliquid ꝑ Are.hic in gl.2.¶Capio glo.1 q̃ diuide in quatuor
partes.In prima declarando tex.remouet vnum ꝯrium,quam-
uis Bar.circa fi.expediat gl.In secunda colligit vnum no.In ter-
tia remouet aliud ꝯrium.In quarta ponit etymologiam stipu
lationis.Scd̃a.ibi,& sic not.Tertia ibi sed qñq; Quarta ibi, & dr̃
stipulatio.¶In ea.gl.ibi idest,verb.obl.istam gl.reprobat Bar.cir
* ca fi. *& communiter Docto.*quia stipulatio est ꝯctus,[b] & contra-
b ctus sunt facti.l.consilio.in fi. ff.de cur.fur. sed obligatio verbo-
rum est iuris.insti.de obli.in prin.& sic aliud est ꝯctus, & aliud
20 est obligatio. sicut aliud est causa, & aliud est effectus.† Item
stipulatio est mater obligationis,vt est tex.in l.1. §. quod meus
seruus.

ADDITIONES.

a ¶Autho.tuto.Adde l.hoc modo.ff.de condi.& demonst. PVRPV.

b ¶Est contractus.Adde,ꝙ de hoc disputat Alex. hic nu.25. vbi alleg.Bart.in l.
in ædibus.§.1.ff.de dona.& tandem ipse Alex.sequitur opi.Barto. affirmati-
uam,pro, cuius defensione dicit viden.esse arti. an quando stipulatio regu-
letur secundum naturam contractus cui adhæret,de quo vide,quę idem Ale.
scribit hic nu.26.& alij seq.vbi ponit duas conclu. prima est in contractib.
innominatis addita stipulatio propriam naturam seruat l. ex placito. C. de
rer.permut.l.siue apud acta.C.de transac.Bar.in l.1. C.de condi. ob caus. ra-
tionem vide ibi per eum,vbi etiam diluit contraria.l.cum mota.C.de transa.
Scd̃a.concl.est,in contract.nominatis stipulatio limitatur eorũ naturam.l. si
stipulatur.hoc tit.l.1.§.belissimè.ff.vt leg.no.caue,quæ omnia declara, vt la-
tius per eum ibi vsque ad nu.28. MASVER.

ſeruus ff. de ſtipulati. ſer. facit. l. licèt. §. ea obligatio ff. de procur. ergo cauſa non debuit diffiniri ab effectu, vnde hic ſtipulatio capitur pro ipſo contractu ſtipulationis. Ange. tamen & Alex. ſaluant iſtam glo. ex mente Raynerij, & Barto. in l. 5. §. ſtipulatio. j. eo. vt procedat capiendo ſtipulationem, prout iam eſt in eſſe deducta, & ſic pro effectu ſtipulationis, & tunc bene eſt verb. oblig. ſecus ſi accipiatur ſtipulatio prout eſt in fieri, tunc non eſt verborum obligatio per prædicta. Adde, ꝙ iſta eſt ſolutio glo. ord. inſti. de obliga. in fi. quia dum dicitur quòd ſtipulatio eſt verbor. oblig. debet intelligi de effectu ſtipulationis ſm Bal. hic. Item adde illud, quod dicit Bal. poſt Iaco. Butr. in l. iuriſgentium. §. igitur nuda. ff. de pact. ꝙ ſtipulatio duo importat, ſcilicet factum hoc eſt interrogationem, & rñſionem, item ius, hoc eſt verborum obligationem, vt ibi per eum. ¶In ea gl. ibi. §. non idem iuris. dic ꝙ melius facit tex. in l. 1. ff. de duobus reis, & in l. 1. §. furioſum. ſ. tit. 1. ¶In ea. gl. ibi, & ſic no. ꝙ genus à digniori. not. ex iſta parte gl. duo, primò, ꝙ ſtipulatio denominatur à digniori, ſcilicet à ſtipulatore, nam ſtipulator cenſetur dignior triplici reſpectu. Primo, quia interrogatio eſt caput ſtipulationis, & caput cenſetur dignius. l. cùm in diuerſis. ff. de religio. & ſump. fun. Secundò, quia interrogatio eſt principium, & principium eſt dignior pars. l. 1. ff. de orig. iur. Tertiò, quia interrogatio eſt pars actiua, reſponſio eſt pars paſſiua, ſed nobilius eſt agens q̃ patiens dicunt Philoſophi, & Barto. in l. 1. ff. de reg. Cato. Alibi tamen dicit tex. ꝙ beatius eſt dare, quàm accipere, in c. cùm Matthæ. §. 1. de cele. miſ. & in ca. prędicator. 16.
21 q. 1. gl. in rub. ff. eo. ¶† Secundo no. ex iſta gl. reg. ad quam ſæpè allegatur, ꝙ denominatio debet fieri à digniori, & ꝙ agens à digniori ſui parte ſumit denominationem. Adde bene facere, ꝙ in ſimili habemus, ꝙ Papa appellat ſe Epiſcopum, eo quia in Eccleſia Dei nullus ordo eſt dignior Epali, & ita glo. in proœ. 6. in ver. Epiſcopus. Secundò facit, quia vbi in eadem perſona concurrit duplex dignitas, denominatur à digniori, puta quia aliquis ſit & miles, & Comes, vel Dux, & Marchio, denominatur à digniori dignitate, & ſic à Ducatu ſecundum Inn. & alios in c. ſolitæ. de maio. & obed. facit, ꝙ hẽtur in c. inter dilectos. de fid. inſtru. de eo, qui erat Epiſcopus, & Comes. Tertiò facit, ꝙ not. dicit Bald. in l. fin. C. de ſeru. fugi. ꝙ filius non eſt nobilis, q̃uis mater ſit nobilis, quia nobilitas eſt quædam dignitas à parentibus deriuata, quæ nominatur à potentiori cauſa: & certum eſt, ꝙ potentior eſt forma quàm materia, cùm forma ſit agens, & materia patiens; & nobilius ſit agens patiente, vt ibi plenius per eum. Vltimò facit, quod not. Bald. in l. 2. in 1. not. per illum tex. C. communia de leg. ꝙ in vnitis ad inuicem dignius trahit ad ſe minus dignum, & eſt text. in c. 1. de conſecr. Eccle. vel alta. gl. in c. de ieiunio. 76. diſt. & glo. in c. ꝙ in dubijs, de conſecra. Eccle. vel alta. quamuis contrarium dicat, gloſſ.
22 in cap. ſuper quæſtionum. §. ſi vero. de offi. deleg. ¶† In gl. in verbo poſſunt, ibi, ſed in infante fallit. iſtam ſolu. *ſequuntur communiter* glo. maximè in l. 1. in fi. ſ. tit. 1. & in l. mulier. j. eo. Bar. & Ange. hic. Ange. in l. donatarum. C. de acquiren. poſ. & ſic ibi eſt caſus ſpecialis in illa ſtipulatione rem pupilli ſaluam fore, per quam conſeruatur ſubſtantia pupilli, vt etiam infans, qui non habet intellectum, poſſit ſtipulari, & hoc eſt, ꝙ ibi dicit text. ꝓpter vtilitatem. Idem tenent Pau. de Caſt. & Aret. & d. Petr. de Bex. hic, cum vna limitatione, quando eſt talis, qui poteſt fari, licèt non habeat intellectum, aliàs ſecus, puta ſi erit trium, vel 4. annorum, quia tunc eſſet infans & naturaliter, & ciuiliter, & ita etiam tenet Aret. in l. 1. §. adipiſcimur ff. de acquiren. poſſeſ. Alia eſt ſolu. glo. in d. l. ſeruum. ꝙ illa lex loquatur in maiore infante, in quo eſt regula, ꝙ poſſit ſtipulari, licèt non perfectè intelligat. §. pupillus. in ver. ſed ꝙ diximus. inſti. de inutil. ſtipu. & ſic ibi nullum eſt ſpeciale, & iſta tenent Petr. Cy. Ray. Imol. & omnes Moder. hic. Pro iſta ſolu. addit Alex. fundamentũ, quia non eſt dare maiorẽ rationem ſpecialitatis fauore infantis in ſtipulatione rem pupilli ſaluam fore, quàm in alia ſtipulatione, qua ſtipularetur amplum patrimonium. Sed certè iſta ratio eſt fragilis, quia imò maior fauor debetur infanti in conſeruanda propria ſubſtantia. iuxta. l. lex, quæ tutores circa med. C. de adminiſtra. tuto. quàm quando agit de quærendo de nouo, & pro hoc facit text. ſingu. in l. ſi in emptionem. ff. de min. vbi permittitur, ꝙ minor iuret de affectione, & reſtituatur in integrum, & præferatur offerenti maius pretium, quando venditur res, quæ fuerit infantis, vel maiorum pupilli. Tu conſidera, ꝙ difficultas in hac materia verſatur circa duos tex. quamuis Moder. alleg. pro concordantibus, circa. §. pupillus in verſi. ſed ꝙ diximus. inſtit. de inutil. ſtip. vbi dicit tex. quod proximus infantiæ, qui non multum diſtat à furioſo, vtilitatis gratia receptum eſt vt poſſit ſtipulari: ſi proximus infantiæ, ergo infans nullo modo, quia vnius incluſio eſt alterius, &c. l. cùm prætor. ff. de iudi. c. nonne. de præſump. & tamen text. in l. 1. §. penul. ſ.

titu. 1. dicit, ꝙ proximus furioſo, quamuis nondum intelligat quid agat, tamen benignius acceptum eſt, ꝙ ſi poteſt loqui, rectè poſſit & ſtipulari, & promittere, & ſic iſta ſunt contraria, proximus infantiæ, & proximus furioſo, cùm proximus ſit ſuperlatiuum, & dicatur quem nemo antecedit. l. 2. §. proximũ. ff. de ſuis, & legi. & l. proximi. ff. de verborum ſigni. Vnde conſidera ſi poteſt dici, quod text. in d. l. 1. §. penul. ſ. tit. 1. neceſſariò loquatur cum tutore, iſtud clarè patet, quia ibi dicit, ꝙ poteſt ſtipulari, & promittere, ſed certum eſt, ꝙ promittere non poteſt ſine tutore, etiam ſi eſſet pupillus, vt inſti. de autho. tuto. in prin. Sed text. in d. §. pupillus, & in d. l. ſeruum. loquitur ſine tutore. pro hoc adde bonum text. in l. in negotijs. ff. de regu. iur. vbi dicit, quòd alia eſt cauſa furioſorum, alia eorum, qui fari poſſunt, quamuis actum rei non intelligant, quia furioſus nullum negotium contrahere poteſt, pupillus vero omnia negotia tutore authore poteſt, pondera illud tutore authore, & ſi diceretur ſubtiliter, iſto modo intelligendo text. in d. l. 1. §. penul. eſſet cum paruo dubio, quod proximus furioſo poſſit ſtipulari, & promittere cum autho. tuto. & tanto fortius cùm text. ibi dicat iſtud eſſe receptum ex benignitate, ſed interueniẽte tutore iſtud eſſet ſecundum regulas iuris, reſponde, ꝙ imo in illo text. erat egregia dubitatio, quia videbatur, ꝙ ibi actus nullo modo deberet poſſe fundari in tali infante proximo furioſo, qui non habet lumen intellectus, arg. l. 1. in prin. ff. de tuto. & l. 1. §. adipiſcimur, & l. quamuis infans. ff. de acquir. poſ. & tamen tex. ibi contrarium determinat ex benignitate, pondera illud ex benignitate, quia præſupponit illud, ꝙ ſtatim dicebã, ꝙ de ſtricto iure videbatur non poſſe. Conſidera etiam in prędictis, ꝙ eo ipſo, ꝙ infans eſt minor. 7. anno. iuris diſpoſitione cenſetur non poſſe fari. tex. eſt no. in l. 1. §. ſufficit. circa med. ff. de adminiſt. tuto. licèt naturaliter videbatur poſſe fari, ergo in eo non videtur, ꝙ verificentur verba text. in d. l. ſeruum. dum dicunt [ſi fari poteſt,] ergo videtur, ꝙ text. in d. verſi. ſed ꝙ diximus. dum dicit [proximus infantiæ,] ergo nõ infans debeat gloſare text. in d. l. ſeruum. & iſto etiam modo poteſt intelligi text. in d. l. 1. §. penul. prout Moder. hic intellexerunt. Item adde prædictis text. in l. fin. §. pupillus. infra eod. qui dicit, [ꝙ ex quo
23 fari cœperit rectè poteſt ſtipulari.] ¶† Quærit Barto. an ſurdus intelligens efficaciam ſermonis ad motum labiorum poſſit ſtipulationem contrahere, & concludit, ꝙ non, & cum eo alij oẽs tranſeunt. Idem tenet Bar. in l. 1. §. fi. ff. de tutel. do. Ant. in c. cùm apud. de ſponſa. licèt contrarium teneat Lud. Rom. in § fi. j. ea. l. per illum text. ad quem Alex. reſpondet, ꝙ ibi contrahentes audiebant alter vocem alterius. item audiebant verba interpretis loquentis, & electi de conſenſu vtriuſq; partis. aliter reſpondet Aret. in d. §. fin. ꝙ ibi latius audiuit græcum vltra interpretem, & ideo cenſetur audire promiſſionem vel ſtipulationem. Tu verò attende circa illam conclu. Barto. ꝙ vbicunque ſonus verborum percipitur ſenſu auditus, & ſententia percipitur nutu, vel alio medio, ꝙ ſtipulatio valet, & tenet. alij communiter non tangunt. ſolus Rapha. Cuma. dicit ſibi non placere, eo quia intelligentia debet excitari immediatè ab auditu, & ſic à ſenſu corporeo, ſicut in text. dicitur in l. 1. §. 1. ff. de his, quæ in teſt. delen. licèt dicat pro Bart. aliqualiter facere text. in §. fin. infra ea. l. puto, ꝙ diſputatiuè poſſit teneri contrarium. nam non eſt verum, ꝙ tex. in §. fin. infra ea. l. aliquid faciat pro Barto. vt dicit Raph. ibi enim auditus ſenſu percipitur, & non nutu, vt dicit Barto. ibi clarè audit interpretem, & per auditum percipit intellectum verborum, & ſic omnino habet intellectum ex organo auditus ad hoc deputato, & ſimiliter in §. ſi quis ita. j. ea. l. per auditum percipit verba reſponſionis, & licèt videantur obſcura, tamen intelliguntur ſecundum, interrogationem. ſed ille, qui in confuſo ſolùm audit ſonum vocis, & ex illo ſono nihil intelligit, certè ille ſonus confuſus nihil operatur, nec ſolus nutus præſtat intelligentiam, vnde qua ratione concludit Barto. ꝙ qui ſenſum verborum intelligit nutu per motum labiorum, tamen ſtipulari non poteſt, ergo nec pariformiter debet poſſe, qui ſolùm audit ſonum verborum in confuſo. Ad idem facit arguendo de literis ad vocem, vt facit Barto. met, ſicut legi dicitur, ꝙ oculis corporeis inſpicitur, & non aliter, in l. 1. in princip. in verſi. legi. ff. de his, quæ in teſt. delen. Ita in verbis debent verba, & eorum ſenſus percipi per organum auditus, & non per nutum, maximè cùm iura dicant, ꝙ in ſtipulatione partes debent vocem exaudire, vt hic, & l. 1. §. fin. ſ. titu. 1. alleg. per Barto. & verbum exaudire propter prępoſitionem ex, quæ auget, importet efficacem audientiam ex voce, & ex verbis. Item contra Barto. videtur facere illud, ꝙ vult glo. approbata in §. ſed hæc ſolennia, in verſi. quibuſcunque. inſti. de verbor. oblig. quam Bal. & Imol. hic reputant ſingularem, ꝙ ſi inter partes fuerit conuentum, ꝙ à, ſignificat ꝓmittis, & b, ſignificat promitto, tamen per iſtum ſonum licèt

intellectum

intellectum à partibus non potest contrahi stipulatio, tamen
24 de veritate illius glo.dicam plenius in §. fi.infra ead.l.† Tenen-
do tamen conclusionem Barto. cum qua *magis communiter alij*
transeunt,adde,ꝙ pro ea vr̄ bene facere,ꝙ in stipulatione suffi
cit consensum partium percipi non solùm per interpretem,vt
§.fin.infra. sed sufficit,ꝙ sono tubę vel cornu percipiatur,pro-
a ut dicitur esse text.no.in l.Labeo.[a] ad fin.in versi. & sono quo-
dam ff.de sup.leg.quem tex.ad hoc not.Bald.solus in l.falsus.in
8.colum.in 2.q.C.de fur.refert, & sequitur Alexan. præcisè ita
tenens etiam in stipulatione,in §.fin.in penul.colum. infra ea.l.
Sed tu aduerte,ꝙ Bald.in d.l.falsus. loquitur in alijs contracti-
bus non autem in stipulatione,prout etiam refert Alex. patet,
quia loquitur de nuncio,qui non cadit in stipulatione, vt hic,
& l.ea,quæ.in princip.cum glo.ff.de dona.inter vir, & vxor. &
ad text.in d.l.Labeo.in fin. dic, ꝙ potius facit in contrarium,si
bene inspexeris.Præterea loquitur in vltimis volunta.vbi lega-
25 ta etiam nutu relinqui possunt.l.nutu.ff.de leg.3.¶† Extra glo.
inquantum Barto. concludit, ꝙ mutus,& surdus nihil omni-
no intelligentes æquiparantur infanti,si autem perfectè intelli-
gant,ꝙ æquiparantur pupillo,per text. quem reputat not.in l.
seruo inuito.§.penul.ff.ad Trebel.subijciens singulariter, quòd
sicut in pupillo requiritur authoritas tuto.ita in talibus mutis,
& surdis perfectè intelligentibus æquiparatis pupillo requiri-
tur authoritas curatoris,per illum text. sed ista vltima æquipa-
26 ratio *repræhenditur per omnes,& bene*, patet,† quia mutus,& sur-
dus possunt facere testamentum.l.discretis. C. qui test.fac.pos.
& tamen pupillus non.l.qua ætate.ff.de test.Item mutus,& sur
dus possunt constituere procuratorem. l. mutus.in princip. ff.
de procur.& tamen pupillus sine tutore non potest.l.neque.C.
de procur.Item mutus,& surdus possunt agnoscere bon.pos.
l.fin.ff.de bono.pos.fur.infan.dela.& tamen pupillus solus non
potest.l.bonorum.C.qui admit.Item mutus,& surdus possunt
adire hæreditatem.l.mutum.ff. de acquiren. hæred. & tamen
solus pupillus non potest.l.pupillus si fari. ff. de acquiren. hæ-
red.& l.potuit. C.de iure delib. Item mutus potest contrahere
matrimonium.l.mutus.in princip.ff.de iur.dot. cap. tuæ,& ca.
cum apud. de sponsa. & tamen pupillus non potest,nisi mali-
tia suppleret ætatem.institut.de nupt. in princip. & c. puberes.
27 extra de despons.impube.& c.1.eo.tit.in 6. ¶† Item in delictis
non parcitur muto, & surdo. l. si quis in graui.§.mutum.ff.ad
Sylla.& tamen parcitur pupillo. l. auxilium, & l. si ex causa.§.
nunc videndum.ff.de mino.& l.2.C. si aduer. delict. & cap. 1.
de delict.puer.Item non credo,ꝙ tali muto, & surdo perfectè
intelligenti debeat dari curator, vt dicit Barto. quia in contra-
rium fac.text.in ratione sui in §.1.institu.de cura. vnde teneas,
ꝙ talis mutus,& surdus, quando perfectè intelligit,æquipara-
tur maiori, non autem pupillo, prout etiam tenuit Barto.sibi
contrarius in d.l.mutum,& l.fina.circa.princip.ff.de bonorum
possess.fur.infan.dela.& in l.cui eorum. §. fin. & ibi etiam Ang.
ff.de postu. & tenent Docto. hic. Nec obst. d. l. seruo inuito.§.
penul.quia vt dicunt Imol.& Moder.illa lex potius probat cō-
trarium,cùm dicat, ꝙ muto possit fieri restitutio fideicom. si-
cut absenti per nuncium, vel epistolam. ita teneas, quamuis
Aret.in d.l.mutum.conetur defendere sententiam Bar.respon-
dendo ad aliqua ex motiuis supra factis, & ita cum laude Dei
remanet expeditum hoc principium.

ADDITIO.

a ¶Labeo. Et licèt Ias. conetur respondere illi tex. tamen est ratio generalis.
l.pen.§.si quis.s̄.de iur.& fac.igno.nisi dicas,ꝙ illud est speciale in aliter lo-
qui non valente,vt hic per Alex.2.col.de muto.

SVMMARIVM.

1 *Per respon.factam in absentia interrogatoris non contrahitur stipula-*
tio,licèt statim post eius discessum sit facta responsio.
2 *Stipulatio in dubio præsumitur inter præsentes celebrata.*
3 *Longum interual.inter interrogationem,& responsionem vitiat stipu-*
lationem,& nu.8.
4 *Si ex forma statuti requiratur in contractibus minorum vel mulierum*
consensus consanguineorum,debet interuenire statim, antequam per-
ueniatur ad extranea.
5 *Longum interuallum vitiat contractum innominatum.*
6 *Modicum interuallum non vitiat stipulationem.*
7 *Discessus ante responsionem non vitiat stipulationem, si incontinenti eo*
reuerso sequuta sit responsio.
8 *Solum longum interuallum vitiat sine alio actu stipulationem.*
9 *Vna dies dicitur longum interuallum.*
10 *Actus momentaneus non vitiat stipulationem.*

§. Qui præsens.

Omissio responsionis vitiat
stipulationem, non mo-
a dicum interuallum. hoc dicit secundum Barto. [a] *& communiter Doctores.* Iste text. intelligitur, & legitur varijs modis.
Primò modo secundum Barto. hic, sed iste intellectus Bar-
to. licèt sit communis, non est tenendus ad hunc tex. quia
isto modo secundum Barto. esset superuacuus, & de in-
dubitabili,ꝙ absque responsione esset ipso iure stipulatio nul-
la.iam istud erat decisum supra in princip.ibi,vtroque loquen-
te,ex quo iam ibi text.decidit, & datur pro regula ꝙ stipulatio
non fit nisi vtroque loquente,si iste text. intelligeret, ꝙ hic nil
fuit responsum,esset de indubitabili, vt dictum est. Præterea
text. noster videtur innuere responsum ibi,si prius, quàm re-
sponderetur sibi discessit, & reuerso est responsum. Præterea
text.firmat se super discessu ad inualidandum stipulationem,
sed si nulla fuisset responsio, non valuisset stipulatio, tamen
istum intellectum ad hunc text. tenet & declarat ipsemet Bar.
in l.si quis pro eo. in princip.in 8.q. ff. de fideiusso. vnde secun-
do modo legitur per Paul.de Cast.& Aretin. hic, quòd in isto
principio bene fuit sequuta responsio,sed post discessum inter-
rogatoris incontinenti, decidit text. ꝙ stipulatio est nulla. Du-
bium faciebat, quia partes fuerunt præsentes interrogationi,
quæ est dignior,& potissima in stipulatione, vt dicit.s̄. gl.Item
sequuta est responsio etiam incontinenti, ergo videbatur va-
lere, tamen secus deciditur in text. Sed iste intellectus laborat
eodem morbo,quo præcedens, quia adinuicem debent se ex-
audire, & ideo vt aduersatiua si verò, & text. ibi, [reuerso re-
sponsum est,] planè procedant, videtur ꝙ prima pars text.in-
telligatur, quando interrogans discessit, & post longum inter-
ual.eo reuerso fuit sibi responsum. iste videtur proprius,& ve-
rus intellectus literæ.Tamen intelligendo primam partem ge-
neraliter,& pinguius,dic ꝙ in prima parte text.procedit, quan
do nulla fuisset sequuta responsio,vt dicunt Docto. vel sequu-
ta statim,sed in absentia stipulatoris vel reuerso stipulatore est
responsum, cum longo interuallo, vel si cum modico inter-
uallo reuerso interrogatore respondeatur,& secundum istum
modum pinguiorem hoc dicit in effectu. Si post discessum
interrogantis non sit sequuta responsio,vel est sequuta statim,
sed interrogatore absente, vel post longum interuallū reuer-
so,stipulatio est inutilis,secus si cum modico interuallo reuer-
1 so interrogatore respondeatur.hoc dicit iste tex. ¶† No.ex pri-
ma parte secundum intellectum Paul. de Cast. & Aret. ꝙ per
responsionem factam in absentia interrogatoris non contrahi
tur stipulatio,quamuis statim sit facta responsio post eius dis-
cessum interrogatoris. Hinc est, ꝙ si testes in iudicio depone-
rent interrogationem præcessisse,& responsionem fuisse sequu-
tam,isti testes non probarent stipulationem, quia ex verbis te-
stium non constat responsionem factam incontinenti inter
præsentes.ita tenet glo. not. in l.si vnus. §.pactus ne peteret.in
verb.factum,& incipit illa glo.in opponendo, & ibi Bart.in vlt.
char.in prin.multum not.illam glo.ad hoc. Similis glo. in l.iu-
2 risgen.§.ꝙ ferè.eo.tit. de pact. licèt alibi dicamus, † ꝙ stipula-
tio in dubio præsumitur inter præsentes celebrata, vt est.glo.
quam Barto.ibi multum not.in l. 1. C. de contrahen. & com.
3 stipu.¶† Secundò not. [b] ex hoc text.secundum gl. in ver.mox
b discesserit, *& Docto. communiter*, ꝙ longum interuallū inter in-
* terrogationem,& responsionem vitiat stipulationem, vt hoc
tex.qui tota die allegatur ad hoc,& l.continuus.in prin.j̄.eo.&
l.duos.§.fin.ff.de duobus reis.Pro clara intelligentia huius regu
læ quæro,quæ sit ratio fundamentalis huius regulæ,quare lon-
gū interuallū inter interrogationem, & responsionem vitiet
c stipulationem,potius [c] enim videretur dicendum oppositum,
cùm responsio dicatur magis deliberata, quando est facta ex
interuallo.l.si mulier perfectè.C.ad Vellei.l.dubiū.C.de repud.
§.1.in Auth. vt cùm de appel.cogno. colla.8.præsertim atten-
ta ratione Barto.& Docto.in §.si quis simpliciter.j̄.ea.l.Pau.de
Cast.& Alex in rub.s̄.eo.vbi dixi,dum ponunt responsionem,
quare in stipulatione debet præcedere interrogatio, & sequi
responsio,vt responsio sit magis deliberata. In ista difficultate
Iaco.de Are.Rayn.de For.hic dicunt rationem esse,quare lon-
gum

ADDITIONES.

a ¶Bar.Primus intellectus Bar,quem salua,quia intelligit non dici propriè re-
sponsionem,quando fit ex interuallo,sed esse quendam consensum. l. qui a-
gros.C.de omni agro deser.lib.11. PVRPV.
b ¶Secundò no.&c.Quid si inter partes agatur,ꝙ licèt ex longo interuallo sit
sequuta responsio,tamen intelligatur solennis stipulatio,Ioan.de Imo.tenet
ꝙ sic,in l.si stipu.in §.fi.j̄.eo.& ibi Alex,qui etiam per illum tex.iuncto dicto
Imol,idem tenuit in consi.107.inci.in causa,& lite vertente. Sed contra hanc
limitationem facit dictum Bal.in l.pecu.& in l.nemo.pōt.ff.de leg.1.
c ¶Facit,ꝙ vult Fely.de tacente in c.cùm omnes.colum.6.in fin.de constit.
PVRPV.

gum interuallum vitiat ſtipulationem,quia qñ reſponſio fit ex
longo interual. potuiſſet interrogans tradidiſſe obliuioni in-
terrogationem,cùm labilis ſit hominum memoria. l.peregrè.
in prin.ff.de acq.poſ.Iſtam rationem ſequitur Arc.in §.ſeq.quã
confirmat,quia ſm eum in iſtis actibus momentaneis de facili
præſumitur obliuio eorum, quæ dicta ſunt ex interuallo alle.
ad hoc Bar.in l.Titia.§.idem reſpondit.ĩ.eod.iſta. 1. ratio mihi
non placet, eo quia in propoſito noſtro vna dies dicitur eſſe
longum interual.vt firmat Barto. ĩ.vbi dicetur, ſed in vno vel
duobus diebus non cadit veriſimiliter obliuio.l. ſi de eo. §.1.ff.
de acq.poſ.imò aliquando ad cauſandum obliuionem requi-
ritur ſpatium.10 anno. dico cum myſterio aliquando. glo. eſt
no.& approbata in l.1.C.de ſeru.fugi.glo.in §. ꝙ autem ad eas
res.inſtitu.de vſucap. Aliam, & ſecundam rationem aſſignant
Petr.& Cyn.& etiam Ray.in §.fin.infra ead.l.& Io.de Imo.ĩ.§.
proxi. eo quia reſponſio facta ex interual.non videtur facta ad
interrogationem,& ſic non videtur ſibi adeſſe cõſenſus ſimul-
taneus, vt requiritur in ſtipulatione, eo quia cenſetur nouus
actus, quia per interuallum cenſetur eſſe receſſum à priore,
arg.l.per retentionem.cum gl.C.de vſur.l.cùm in plures. §. lo-
cator horrei.ff.loca.Bar.in l.non ſolùm.§.morte.in 2.char.ff.de
oper. nou. nunc. *Docto. omnes* in l. pacta nouiſſima. C.de pact.
Iſta etiam ratio non valet per id,ꝙ proximè dixi propter præ-
cedentem rationem de vna die.Item ſm do. Alex. ſi iſta ratio
eſſet vera,idem eſſet in alijs contractib. iuriſgen. in quibus re-
quiritur ſimultaneus conſenſus,ꝙ longum interual.deberet vi
tiare,ꝯ tex.in l.ſi ſtipuler.§.ſi cum gl.ĩ. eod.¶Præterea ſm eun-
dẽ,ſi dico tibi,promittis mihi 100.tu reſpondeas volo cogitare
vſq; in craſtinum,& poſtea in craſtino ſeq.reſpondeas, deberet
valere ſtipulatio,& tamen non valet ſm Bald.in vlt.colum.per
iſtum tex.in rub.C.de conſti.pecu.& in gl.in l.iuriſgen.§.igitur
nuda.ff.de pact.Sed Alexan.hic ingenuè fatetur, ꝙ non poteſt
aſſignari vrgens ratio,quia non omnium, quæ à maiorib. tra-
dita ſunt,poteſt reddi ratio.l.non omnium. ff.de legi. Ita etiam
dicunt Io.de Imol. & Are. in §. ſeq. ꝙ non poteſt aſſignari vr-
gens ratio, ſed iſtis prætermiſſis vera ratio eſt, quare longum
interual.vitiet ſtipulationem,quia interrogatio, & reſponſio in
ſtipulatione ſunt de forma,& ſubſtantia,vt hac.l.in prin. & ibi
Bar.& ibi dixi: ſed actus formalis dicitur indiuiduus, quando
forma eſt indiuidua.l.furioſum,vbi Bar.& alij not. C. qui teſta.
fac. poſſeſ. ergo cùm ſit indiuiduus, & per conſequens conti-
nuus.l.cùm antiquitas.C.de teſt. nam indiuidua non recipiunt
interuallum longum.bene facit,ꝙ volunt Card.& Io.de Imo.
in cle.cauſam.§.pen.de elect.ꝙ ea,quæ ſunt de forma vel ſub-
ſtantia debent eſſe contemporanea, & ſimul explicari cum
4 actu explicatiuo.l.cùm hi.§.ſi prætor.ff.de tranſ.¶† Hinc eſt, ꝙ
ſi ex forma ſtatutorum in contractu mulieris vel minoris re-
quiratur, ꝙ debeat interuenire conſenſus conſanguineorum,
debet interuenire ſtatim,antequam perueniatur ad extranea,
quia ipſe conſenſus eſt de ſubſtantia, & forma contractus, &
illa quæ ſunt de forma,debent interuenire ſtatim in ipſo con-
tractu,ita Bar.in l.1.in antepenul.colum. C. qui admit.Imo.&
Moder.præſertim.d.Alex.in l.ſi quis mihi bona. §.iuſſum. ff.de
acquiren.hæred.& l.1.§. fuit quæſitum. circa fin. ff. ad Trebel.
Pau.de Caſt.& Alex.in l.ſi cùm dotem. §. eo autem tempore.
ff.ſolu.matrim.& ſic habetis regulam tex.& rationem regulæ,
quare longum interuallum vitiat ſtipulationem, quia debet
5 eſſe continuus actus.¶† Amplia iſtam regulam, vt etiam ha-
beat locum in contractibus innominatis,vbi longum interual
lum ita vitiat contractum innominatum, do vt des,ſicut no-
minatum,vnde ad hoc vt dicatur contractus innominatus,eſt
neceſſe,ꝙ iſta conuentio ex parte mea de dando librum,& ex
parte tua de dando veſtem,fiat incontinenti,& ſine interuallo,
& requiritur actus ſimultaneus.ita no.tenet Bar.& alij ſequun
tur in l.ſi cùm fundum.ff.de pact. per glo.ibi, quam ponderat
ad hoc,& reputat ſing.Paul.de Caſt.in l.ſi pecuniam.in prin. 3.
col.ff.de condi.ob cauſam,eſt verum,ꝙ illa gl. non bene dicit,
ꝙ ibi legendo dixi.habes aliam glo. quæ expreſsè dicit in l. ro-
gaſti.§.1.in verſi.placuerit.ff.de præſcrip.verb.& ſi diceres,vt di
cunt Moderni Senenſes hic,ꝙ iſtud non ſit verum,ꝙ ſicut cõ-
tractus nominati non vitiantur per longum interuallum,ſimi-
liter contractus innominati non deberent vitiari, cùm ſecun-
dum illos regulentur.l.naturalis.§.ꝙ ſi faciam.& §.fi. ff. de præ-
ſcrip. verb. ergo non poteſt dari ſecundum eos ratio diuerſi-
tatis,tu dic, ꝙ imò ratio diuerſitatis eſt in promptu, & funda-
mentalis,nã contractus innominati propriè ſunt quatuor, vt in
l.naturalis per totam.ff.de præſcri.verb.& iſti.4. contractus in-
nominati ſunt reciproci,& reſpectui.Eſt verum,ꝙ reperiuntur
alij contractus infiniti, qui ponuntur in tit.de præſcri.verb.ſed
non ſunt adinuicem reſpectiui,eſt ergo neceſſe,ꝙ talis conuen
tio fiat incontinenti abſq; interuallo, aliàs non eſſet dare con-
tractus innominatos, q eſſent adinuicem reſpectiui. ¶Limita
tunc iſtam reg.non procedere in contractibus nominatis iu-
riſgentium,in quibus verba non ſunt de ſubſtantia,& in eis in-
teruallum non vitiat.l.ſi ſtipuler.§.fin.& ibi glo. ordi. vbi dice-
tur.ĩ.eo.¶Secundò limitat iſtam reg.dom.Alexan.non proce-
dere in contractibus celebratis cum certa perſona vel republ.
in iſtis longum interuallum non vitiat, vt quando res ſubha-
ſtantur in publico,& venduntur plus offerenti. ita decidit Bar.
in l.licitatio.in princip. ff. de publ. & in l.ſi tempora.vbi etiam
Ange.C.de fide inſtrumen.& iure haſt.fiſ.lib.10. Bald. in l.ſi pe-
cuniam.vltima.C.de condi.ob cauſam.ſed aduerte,quia Bart.
in illis locis non loquitur in ſtipulatione, ſed in alijs contracti-
bus celebratis cum certa perſona,& ita habes expeditam reg.
6 huius text.¶† Tertiò not.ex ſecunda parte in verſi.ſi verò præ-
ſens.ꝙ modicum interuallum non vitiat ſtipulationem,vt di-
cit text.in l.duos.§.fin.de duobus reis. ratio eſt, quia in ſtipula-
tione requiritur actus continuus. l. continuus.in princip.ĩ. eo.
Sed nos habemus,aliquid dici continuò fieri,licèt interueniat
modicum interuallum temporis,ita not.Abb.Pano.in c.cùm
cauſam.in 1.no.de elec. per illum text. in verſi.continuè vnus
7 poſt alium.& ibi Abb.not.ad dicta teſtium. ¶† Quartò not.
a ex eo.text.ꝙ diſceſſus ante reſponſionem non vitiat ſtipulatio-
nem,ſi incontinenti eo reuerſo ſequuta ſit reſponſio.Vnde no.
diligenter ex hoc text. ſecundum Paul. de Caſt. & dom. Alex.
qui ſibi aſcribit,ꝙ diſceſſus nõ reputatur actus extraneus ad ſti-
pulationem,niſi interueniente longo interuallo,& ita declarat
text.in d.l.continuus.Hinc infero non bene dixiſſe glo. quæ re-
putatur not.in l.duos.in verſi.contrarius.ff.de duobus reis,vbi
glo.dicit omnem actum præter obligationem dici actum ex-
traneum,eſt nimis generaliter dictum, quia diſceſſus non eſt
extraneus actus,vt ex.ĩ.dicendis apparebit glo. illam nimis ge-
8 neraliter locutam eſſe.¶† In gloſſ.in verſic. reſponſum,ibi, vel
etiam longo,iſta glo.reprobatur per Barto. *& communiter Doct.*
ꝙ imò ſolum interuallum longum ſine alio actu vitiat, vt in
iuribus alleg.in glo.ita communiter tenent Docto.preter Pau.
de Caſt. qui tenet glo. quia leges ſecundum eum allegatæ in
glo.intelliguntur,ꝙ interuenit actus extrinſecus, non recedo à
communi ſententia.tamen pro glo.contra Docto.videtur for-
titer ſtringere text.in d.l.ſi ex duobus.in princip. dum tex.dicit,
cùm actor ad alia negotia diſceſſerit vel promiſſor, vbi longum inter-
1 uallum alterius diei in reſponſione tunc vitiat ſtipulationem,
quando actor ad alia negotia diuertit, ergo ibi eſt text. quòd
longum interuallum ita demum vitiat,quando ſtipulantes di-
uerterunt ad alia negotia, ergo non haberet vitiare, niſi actus
extraneus interueniſſet,& profecto ille text.contra Doct. mul-
tum ſtringit,niſi dixeris, ꝙ ibi non debeat ſumi tale argumen-
tum à contrario ſenſu,quia reſultaret abſurdus, & prauus in-
tellectus,contra.l. duos. §. fin. vbi alterum alternatiuè ſufficit,
vel interuallum,vel extraneus actus.iſtud eſt,quantum dici po
teſt ad illum tex.Tenendo communem opin. Scribentium,ꝙ
longum interuallum ſolum vitiat ſtipulationem, operæpre-
tium erit vere,quod dicatur longum interuallum.Barto.vide-
tur hic dicere,ꝙ vna dies cenſetur longum interuallum,alleg.
ad hoc duos text.in l.continuus.in princip.ĩ.eod. vbi dicit text.
ꝙ in ſtipulatione debet eſſe continuus actus, vt tamen aliquid
momentum naturæ interuenire poſſit.alleg.etiam. l. ſi ex duo-
bus.in princip. ibi,poſtera die reſpondiſſe, nam ibi cenſetur ex
interuallo reſpondiſſe, qui altera die reſpondit, ergo vna dies
9 cenſetur longum interuallum.¶† Not.iſtud ſing.dictum Bart.
in propoſito noſtro, ꝙ vna dies dicitur eſſe longum interual.
quod eſt notandum ad intellectum præſentis materię,licèt alij
Scribentes nihil dicant,præterquam Io.de Imo.qui dicit,quòd
iſtud dictum Bar.eſt valde not.ſed apud eum non eſt ſine ſcru
pulo,per tex.in l.duas.§.fin.vbi dicit tex.longum interual.vitia-
re,ſed non modicum.Sed ille text.non facit contra Bart. quia
licèt dicat, ꝙ magnum interuallum vitiat, & non modicum,
per

ADDITIO.

a ¶Quartò.no.&c.Aduerte pro ampliori declaratione huius no. ꝙ quando qs
eſſet interrogatus an promitteret decem,& reſpõderet ſe reuerſurum cras,
& die craſtina reuerſus promittat,ꝙ tunc non eſſet longum interual.ſcilicet
vnius diei,vt dicitur hic per Bar.Ale.& hunc authorem.ĩ.col.ſeq. poſt alios,
ſed bene valeret in vim puncti nudi,vt declarat Bal.in tracta. de conſti. & in
rub.C.de conſtit.pec.col.vlt.nam ſtipulatio peccans in forma valet vt pact.
gl.in l.iuriſgen.§.ſed cùm nulla.& ibi Docto.ff.de pact.quod eſt verum ſecun
dum Alex.ibi poſt Angel.& Bal.vbi ſ.niſi conſtet,quòd partes voluerint fa-
cere ſtipulationem per iſtum.§.vbi etiam idem Alex.& in §. ſi quis ita. ĩ.eo.
in prin.quod ſanè etiam intelligitur,vt valeat in vim pacti,niſi pręcedat de-
bitum,nam eo præcedente valeret in vim conſtit.vt per Bal. in d. rub. colu.
vlt.verſ.ſequitur videre de forma,& per Io.de Pla.l. 1.§.eum qui.ff.de cõſti.
pecu.& per glo.in d.§.ſed cùm nulla. verſ. igitur nuda,& ibidem etiam per
Docto.

ꝙ vitiatur stipulatio,& valet in nullo,vides ergo, ꝙ text. æquiparat illos duos casus,& eos determinat sub vna determinatione,& tamen in §.præcedenti si interrogo purè,tu sub conditione respondeas,non valet, ergo idem debet esse in summa, & sic in isto text. nostro, quia vna determinatio respiciens plura determinabilia debet æqualiter determinare, & ideo Christopho.Por.in illo.§.præterea.intelligit illum tex. prout iacet,ꝙ si stipulor decem, & tu quinque promittis, non valet etiam in quinque,tex.est ibi clarus:& ista est propriè mens illius text. patet, quia sub vna determinatione determinat illos duos casus, ergo idem in quãtitate,ad istum tex.respondet, ꝙ si interrogo te de viginti,& respondeas de decem,contrahitur obligatio in 10.debet intelligi iste tex.secuta complacentia, quia. §. præcedens debet referri ad istum.§.cùm ponatur inter duos.§§. & licet ipse non dicat,ista fuit sol.gl.hic,licèt ipse sibi ascribat,& dicat esse nouum intellectum.Iste intellectus quantum ad §.præterea.multum mihi placet,quia iste est propriè de mente illius literæ,& placeret mihi,nisi esset iste tex. quia ego semper tenui intellectus reales,qui sunt de mente text. sed dum ipse respondet ad istum tex.qui dicit ɔ̃rium, ꝙ iste text. intelligitur secuta complacentia,fuit responsio ante eum gl. hic in secunda solutione,licèt Scribẽtes de hoc nihil dicant.Sed ista solutio,seu intellectus nullo modo potest ꝓcedere ad istum tex. probo ineuitabiliter,quia iste tex.in ratione decidendi, qñ valet stipulatio de minori summa,non fundat se super complacentia, sed fundat se,quia in maiori summa minor inest, ista ratio decidẽdi expressa in tex.procedit ẽt non secuta complacentia. Secunda,ꝙ impossibile sit, ꝙ iste tex. loquatur secuta complacentia, prout dicit Christopho.& gl.hic,probo ineuitabiliter,nam tex. in prin.dicit,ꝙ si stipulor. 10.& rñdeas 20. dicit tex. non esse ɔ̃ctam obligationem nisi in 10.& tñ si esset secuta complacẽtia, esset ɔ̃cta in 20. Item in secundo casu, qñ interrogo de 20. & promittis 10. isto casu complacentia stipulatoris nihil faceret, sed esset opportuna complacẽtia promissoris, & propterea est necesse dicere,vt iura iurib.concordentur,ꝙ ille tex.per istum, & iste tex.per illum declaretur, verum est in illa summa,in qua discordant, sed in illa summa in qua concordant,bene valet. ¶In ea.gl.ibi ad fi.gl.ergo fortiter opponit de l.si decem in j.rñso.ff.loca.& non rñdet,sed se remittit ad ea,quę ibi dixit.Bar.cũ *quo omnes indifferenter tenent*, dicit,ꝙ illa l.limitat totam istã materiam.nam ista materia loquitur de causa lucratiua, sed l.si decem.non loquitur in causa lucratiua,sed posset ibi esse cã damnosa dño,ergo

7 † vbicunq; posset esse damnosum,non intelligitur,ꝙ in maiori summa insit minor.istã solu.Bar.ad l.si decem. in j.rñso.ff.loc. indifferenter tenent oẽs. Vt intelligamus in specie,& an ista sol. sit vera,ɔ̃ eam opponitur de l.diem proferre. §. si plures. ff.de arbi. vbi in maiori summa prolata ab arbitris continetur minor, & tñ posset esse damnosum, & præiudiciũ parti,quæ debet forsan plus habere.Et ad idem est tex.in c.j.de arbi.in 6.& ad illum tex.alibi no.rñdet Sal.in l. hac edictali. §.is illud.C.de sec.nup.vbi dicit,ꝙ ille tex. in §. si plures.loquitur in arbitris electis à partibus,vel ad absoluendum,vel ad condemnandum,& sic ad aliquod nouum inducendũ,quamuis posset esse præiudiciale partib.sed in l.si decem.agitur de æstimatione pensionis,vel rei,& sic requiritur cõcordantia ɔ̃henium,aliàs posset esse pręiudicium parti.Et per illum text. infert, ꝙ si duo vel tres fuerint inducti ad ęstimandum aliquid,minor summa non inesset maiori,ita dicit ibi Sal.Sed ego oppono contra sol. Bar.& Doct.vt videamus,an præcedens solu.sit bona, & opponitur de l.inter pares.§.j. ff.de re iudi. vbi est text. ꝙ si duo iudices ordinarij ferant duas sententias,vnus in centum, alius in quinquaginta, minor summa continetur in maiori, & tamen illa non est materia lucratiua,sed damnosa, nisi diceres defendendo solutionem Bar.& communem, ꝙ in illa. l. inter. valet sententia in illa minori summa, & cùm legis habeamus regulam,quòd in dubio præsumitur pro sententia.l.Herẽnius.§.Caia. ff. de euict. Præterea non tractatur de verisimili præiudicio partium,ideo in maiori continetur minor.alibi Bald.in l.diem proferre.§.si plures.ff.de arbi.respondet aliter ad illam.l.si decẽ. ff.loca.& dicit,ꝙ hic loquimur,quando minor summa profertur absolutè,in maiori continetur minor, sed in l.si decem. loquitur tex. quando profertur respectu alicuius corporis, & sic domus locatæ,tunc in maiori summa non continetur minor. ¶Extra glo.pro complemento istius materiæ Bar.plenè examinat.an in maiori summa contineatur minor.

8 ¶† Circa istam materiam an, & quando in maiori summa cõtineatur minor, ex dictis Bar.facias tu regulam generalem affirmatiuam, quòd in maiori summa affirmatiuè prolata continetur minor,& cõtinetur de proprietate,& veritate sermonis, vt dixi in text. pro ista regula vltra tex.allegatos per Bar. & Scribẽtes,adde tu tex. not.in l.iij.§.si quis plus.ff.de adim.leg.vbi est tex. testator legauit alicui.20.posteà in cod.ademit.40.an valeat ista ademptio? videtur,quòd non, quia est erronea. tamen deducitur ibi contrarium, & decidit, quod valet talis ademptio. Amplia istam regulam, vt procedat siue loquamur in quantitate continua, siue in quantitate discreta, & sic siue loquamur quotitatiuè, puta dimidia hæreditas, siue quantitatiuè,puta centum. l. qui quartam.in prin.& ibi Bar.& Rapha.Cuma. ad hoc not. illum text. pro ampliatione illius regulæ.ff.de leg.1.Secundo amplia istam regulam, vt procedat non solùm in cõtractib. sed etiam in sententijs.tex.habes no.in l.inter pares.§. j.ff. de re iudi. Item procedit etiam in iudicijs,& vltra tex.quem allegat Bart. in l.si quis cum totum.in prin.ff. de excep.rei iud. facit, quia si peto centum, & probo tantum de quinquaginta,debeo obtinere in quinquaginta, quia in maiori summa in iudicijs continetur minor.glo.est no.in l.j.in glo.fin.C.si aduer.rem iud.Bar.in l.qui vas.in prin.ff.de fur. *Bar.& omnes Mod.* in l.si constante §.fi.ff.sol. mat.Pau.de Cast.& Mod.maximè Alex.in l.quidam existimauerunt.per illum tex.ff.si cert.pet. Vltimò amplia, vt procedat in arbitrio.tex.est,& exemplum in l.diem proferre. §.si plures. ff.de arbi.& c.1.de arb. in 6.

9 † limita nunc istã regulam aliquib. modis. Primò limita non procedere in actu, qui posset afferre damnum,vel præiudicium, ibi in maiori summa non continetur minor.l.si decem.in prin.ff.loc.quam glo. alleg.pro contraria,& non respondet,sed Bart.s.vt dixi plenè respondet. Secundò limita,quando præcessisset protestatio contraria disponentis,vel facientis actum,quòd non vult in maiori summa contineri minorem.ita est glo. ordinaria hic dum respondet ad §. præterea.instit.de inuti.stip. Tertiò no.limita, quando de maiori summa esset de per se dispositum, & etiam de minori summa esset de per se dispositum, tunc in maiori non continetur minor, quia de per se est de qualibet summa dispositum. tex.est in l.ex facto.§.item quæro.& ibi Bald.& Ang. & Saly.& Mod.ad hoc not. ff.de vulg. & pupil. pro ista limitatione vltra illum tex. bene facit, quia ex quo expressè fuit dispositum & de maiori,& de minori,expressum facit cessare tacitum.l.cum ex filio.§.filio.ff.de vulg.& pupil.& l.ij §.si duo. ff. de bon. poss. secundum tab.intellige verum,quãdo vtraque dispositio procedit ab vno disponente, secus si à diuersis,ita nu[illegible] d. Alex. in consi.179.5. vol.inci. viso processu causæ vertentis inter magnificam dominam.in vlt.col.¶Quarto no.limita prædictam regulam,quòd in maiori summa contineatur minor in materia,in qua debet fieri strictissima interpretatio,puta in literis beneficialib.quæ dicuntur odiosæ,quia ambitiosæ sunt tex.est in c.quamuis in prin. de præb. in 6. vbi in maiori non continetur minor.tex.habes multum no. in c. cui de non sacerdotali. in §. fin.de præb.in 6.Sed tu caue, quia in contrarium videtur facere tex.in l.4.§. Cato.ſ.co.vbi qui promittit sub pœna nõ petere centum, petendo partem incidit in totalem pœnam, ergo ibi in pœnalib.& sic in odiosis in maiori summa inest minor, ego de hoc dicam in illo.§.& ibi reseruo dicendum, est verum, ꝙ Alex.hic alio modo dixit ad tex in illo.c.cui de non sacerdotali.§.fi.ꝙ ibi in literis beneficialibus in maiori summa non continetur minor, ꝙ istud est propter mandatum Papæ, quod est ad vnguem obseruandum, quia forma mandati est ad vnguẽ obseruanda.l.diligenter.ff.mand.c cum dilecta.de rescr.& propter hoc tenet ibi, ꝙ in mandatis in maiori summa non contineatur minor,alle.glo.in c plus semper. & in c.cui licet.de reg. iur.in 6.& gl.in l.cùm in testamento.in gl.fi. ff.de verb.signi.Sed istud vltimum non teneo, prout etiam impugnant Mod. Scn. quia etiam in mandatis in maiori summa continetur minor.l. cùm alter.C.de fideius.l.rogatus ff.man. licèt tamen fines mandati sint obseruandi diligenter,dicuntur satis obseruari, quando obseruantur per æquipollens.tex. habes in l.fi.§.fi.ff.mand. vbi si aliquis petit à me, ꝙ fideiubeam pro eo, pone,ꝙ intercedam tanquam mandator,videor fideiussisse saltem in æquipollenti.¶Quintò limita prædictam regulam in indiuiduis, vt est sententia,quę continet vnum capitulum,censetur indiuidua.i. non potest diuidi,hoc est valere pro dimidia.tex.est in l.in hoc iudicio. ff. fam. ercis. vnde si sententia sit lata in summa excedente iurisdictionem iudicantis,nõ valet etiam in minori summa,& sic in summa,in qua posset talis iudicare, quia sententia est quid indiuiduum, & non potest pro parte valere, & pro parte non,glo.est ordinaria in l. fin. & ibi Barto. ff.de iurisdict. omn.iudi.est verum, quòd glo. alibi tenuerunt contrarium,gl. in l. 2.ff.de re iud.vbi etiam Bar.ponit,& ego ibi dixi. & de veritate illius glo.tetigi in illa.l.fin.ff.de iurisdict.omn.iudi. ¶Sextò limita in fideiussore promittente maiorem summam, quàm debeat principalis, quia tunc non tenet fideiussio,nec valet etiam in minori summa,in qua potuit obligari.text. est in l. Græcè.§.illud in verbo omnino.ff.de fideius.& ibi glo. & latius Barto.& glo.1.in §.fideiussores.instit.co.de fideius.ratione for-

mæ traditæ à iure, ꝙ fideiuſſor non poſſit in plus obligari, quã principalis, & ratione illius formæ actus redditur indiuiduus, ergo in indiuiduis in maiori ſumma non ineſt minor. ¶Septi-
a mò limita [a] in teſtib. deponentib. de varijs ſummis, quia non probãt de minori ſumma, imò reputantur varij, niſi appareat, quòd deponant de eadem quantitate, & cauſa, vt habes per Alex.hic, & Alex.in l.qui quartam.in prin.ff.de leg.1.vbi ponit plures remiſſiones, quàm hic, & in conſi.50.quinti vol. incip.in cauſa vertente inter Io.in pen.colum.& ita habes regulam am
10 pliatam cum ſeptem bonis fallentijs. ¶† Succeſſiuè [b] inquan-
b tum Bar. impugnat calumniam aduocatorum dicentium, ꝙ poſitio poteſt in totum negari abſque periurio, quando continet plus vero. Alex.& Are hic dicunt *iſtam eſſe communem opin.* & Are.refert plures Doct.ita dicere, videas per te. ſed aduerte, ꝙ contrariam opin.Spec.contra Bar. tenent duæ glo. iuris canonici.vna in c.2.de confeſ.in 6.alia in c. præſentium.§. præterea. in verbo ſigillatim.de teſta.in 6.iſtam opi.ſequitur Bal.in multis locis hic relatis per dom. Alex.& ante eum Lud. Rom.hic, & vltra loca alleg.per eum, adde Bald.qui idem tenet pro Spe. contra Bar.in c.dudum.lo 2.in 14.col.de elec.tenet dom.Alex. ſibi contrarius conſulendo in conſi. 183. 5. vol. quod inci. viſo
c puncto quæſtionis præmiſſæ. in 2.colum. ad fin. Tu aduerte [c], quòd Bart.qui reprehendit Spec. magiſtrum practicæ non videtur moueri aliqua bona lege: nam Bart. intendit probare, ꝙ in iudicijs actor, qui ponit totum, intendit ponere partem, & ſic etiam reus, qui non poteſt negare totum, non poteſt etiam negare partem, & allegat text. in l. ſi quis cùm totum. §.de except.rei iud.qui loquitur in ſententia, quæ neceſſariò videtur illud inferre, non autem loquitur in parte ponente, vel reſpondente, allegat etiam.l.pupillus.§.fin.cum glo. ff.de verbo. ſigni. quę probat, poſteà dicit, quòd iſtud expreſſius probatur in l.qui ſolidum.in prin.ff.de leg.2.ille eſt tex.in quo Bar.facit fundamẽtum, ſed ille tex.probat de directo contrarium, & ſtringit ineuitabiliter contra Bar.& ſic retorquetur contra ipſum Bar. vt ſta
d tim dicam, ſed ego [d] vltra omnes Scribẽtes allego tibi tex. no. pro Bar. & meliorem de iure, quẽ nemo vnquam Scribentiũ allegauit ad hoc in l.qui ſeruum.§.fin. ff.de interro.act. vbi formaliter dicit tex. quòd interrogatus de toto fundo an eũ poſſideat, tenetur etiam reſpondere de quota, & de qualibet minima particula, aliàs tanquam contumax punitur. l.de ætate. §. qui tacuit.ff.eo.tit.de interro.act.& aſſignat Iuriſcon. rationem ibi, vt in alia parte, quæ non defenditur, mittatur actor in poſſeſſionem, ita in propoſito poſitiones fiunt, & ſunt inuentæ à iure ad hoc, vt ponens releuetur ab onere probandi.Auth.principales.§.quòd obſeruari.vbi glo.& Doct.C.de iur.cal.ergo debet quis in poſitionibus reſpondere non ſolùm de toto, ſed et de parte, vt releuet ab onere probandi.facit, quod no.idẽ Bart. in d.l.pupillus.§.fin.per glo.ibi. ff.de verbo.ſigni. vbi concludit, quòd eſt periurus, qui interrogatus in iure cum iuramento an debeat viginti, reſpondeat de viginti, cùm debeat decem ſolũ, quæ debet confiteri negando viginti, & ſic totum. ¶Secundò facit, quod decidit Bal.in l.ſi tuis nummis.C.de ope.lib. vbi tradit hanc regulam, quòd aliquid non poteſt negari, quòd tamẽ non eſt verum ſimpliciter, ſed in practica ad euadendum has difficultates opinionum inter Spec.& Bart. aduocati cauti eligunt ſecuriorem viam, & obſeruant, ſecundum Ange. Pau.& Cu. hic, quia quando faciunt poſitionem de certa quantitate, puta pono, quòd debes centum, dicunt, & ſi non credit de tanto dicat de quanto deſcendendo vſque ad minimum, tunc nõ poteſt reſpondens excuſari ſi negat totum, cùm non debeat
11 niſi partem. ¶† Tertiò ſucceſſiuè aduerte, inquantum Barto. concludit, quòd creditor petendo totum conſtituit debitorẽ in mora reſpectu partis, quæ verè debetur ſibi, allegando text.
e in d. l. qui ſolidum. [e] Not. diligenter iſtam concluſionem Bar. Adde, quòd decidit idem Bar.in l.non poteſt videri. ff. de regu. iur.per illum tex.per quem limitat illud, quod hic ponit, nam quærit ibi Bar.pone, peto à te centum in libello, tu negas, clarũ eſt, quòd per negationem facta eſt lit.conteſt. pone, quòd ego probem de quinquaginta, an per lit. conteſta. conſtituatur in mora negans totum, ſcilicet, centum? Bar.ibi diſtinguit, aut debitum non erat intricatum, & tunc non conſtituitur in mora, aut debitum erat intricatum, & conſtituitur, vt ibi per eum, & dicit Bar.ſe habuiſſe de facto illum caſum Piſis, ſed tu aduerte, quòd tex.in quo ſe fundat Bart. probat totum oppoſitum, ibi enim dicit formaliter text. quòd legatarius petendo totum legatum ab hærede, cùm in veritate non deberetur totũ, quia hæres poterat detrahere Falci.nunquid petendo totum ab hærede conſtituat hæredem in mora reſpectu partis, quæ debetur, nam dicit ibi tex.quòd ſi petendo totum, dicit, quòd paratus eſt accipere etiam partem, nam iſto caſu dicendo, quòd accipiet partem, licèt petierit totum, conſtituet debitorẽ in mora, ſed quando ſimpliciter petit totũ, nec offert ſe accipere partem, non conſtituit in mora debitorem, quia non eſt veriſimi-
12 le, quòd petendo totum velit accipere partem, † quia creditor non cogitur accipere partem ſolutionis.l. tutor. §. Lucius. ff.de vſu.l.quidam æſtimauerunt, & ibi Doct. ff.ſi cert.pet.quia particularis ſolutio afficit incommodo.l.planè.ff.fam.erciſ. ita particulariter declarat Bar.in d.l.qui ſolidum.in prin.& per iſta remanet expeditus.§.iſte.

ADDITIONES.

a ¶Septimo limita. Ad iſtam materiam vide plenum conſi. Alex.64.incip. viſa conſultatione.in 5.vol.Fran. Are.conſi.55.incip.in præſenti cauſa, & in conſ. 73.incip.quia multa fuerunt heri, & altera die dicta.

b Succeſſiuè. Vide Decium, & quæ ibi poſui in apoſt.in l.nõ poteſt videri improb.ff.de reg.iur.

c Tu aduerte. Pro opi.Spec.facit illud, ꝙ dicitur in l.ſi is, qui ducenta.in §.vtrũ. de reb.dub.dum traditur ibi, ꝙ ſi oratio vniuerſalis eſt in vno falſa, in totum cenſetur falſa.& bene facit, ꝙ voluit gl.in c. cupientes. in prin. in ver. malignantium.de ele.lib.6. vbi voluit, ꝙ ille, qui habet ius in principali, poteſt acceſſoria, & dependentia negare, per quæ iura Io.And.& Doct.in c.2.de cenſi. lib.6.dñt ꝙ ſi altera pars poſitionis eſt vera, & altera falſa, poterit tota negari ſine metu periurij, ad iſtud etiam per Abb.in c.vnico.5.col.de plus pe.

d Sed ego. Non eſt opus pompa illius text. in quo præceſſit interrogatio de parte. PVRPV.

e Solidum. Facit pro illa limitatione Bar.quod vult Alex. in l.4.§.ait prætor. ff. de re iud. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Si præcedat interrogatio de vna ſpecie, & ſequatur reſponſio de duabus, valet ſtipulatio in illa ſpecie, in qua præceſſit interrogatio.*
2 *Quando interrogationi factæ de vna ſpecie ſecuta eſt reſponſio de duabus copulatiuè, adiectio alterius ſpeciei habetur pro ſuperuacua.*
3 *Regula, quæ habet, ꝙ tot cenſentur ſtipulationes, quot ſunt res, procedit impropriè, & ſic non habebit locum in ſtatutis.*
4 *Vtile per inutile quando vitiatur.*
5 *Indiuiduum dicitur quatuor modis.*
6 *Quando aliquid traditur pro forma, illud dicitur indiuiduum.*
7 *In his, quæ ſunt diuidua, & ſeparabilia vtile per inutile an vitietur.*
8 *Si res Eccleſiæ conſueta concedi in emphy.vſque in tertiam generationẽ, concedatur vſque in quartam, an vitietur in totum iſta conceſſio, vel an valebit vſque in tertiam.*
9 *Si in cemiterio ſunt ſepulti excommunicati & non excommunicati, omnes debent remanere, ſi non poſſunt diſcerni, qui ſunt excommunicati.*
10 *Si ſunt duo tutores, quorum vnus eſt verus, alius eſt falſus, & ambo interponunt auth. in contractu pupilli, non vitiatur actus veri tutoris propter falſum tutorem.*
11 *Si duo Notarij, quorum vnus eſt priuatus officio tabellionatus, ſunt rogati ad conficiendum inſtrumentum, non vitiabitur inſtrumentum propter illum notar.inhabilem.*
12 *Vbi præſentatur vnum inſtrumentum, in quo ſint aliqua, quæ non poſſunt legi nec intelligi, aliqua verò ſic, non vitiabitur in totum inſtrumentum.*
13 *Si pater facit teſtamentum inter liberos coram duob.teſtib. valet, ſed ſi relinquatur aliquid extraneo, vitiatur teſtamentum.*
14 *Libellus in parte aptus, & in parte ineptus, non vitiatur in totum.*
15 *Si reſcriptum Papæ contineat diuerſas gratias, ſubreptio in vna non vitiat in alia.*
16 *Si Notarius ſcribit inſtrumentum, quòd pertinet ad ipſum, & etiam ad alium, & ad vtrunque principaliter, tale inſtrumentum non valet, quo ad ipſum, ſed bene, quo ad alium.*
17 *Si in factis vniuerſitatum, vel capitularibus admittantur habiles cum inhabilibus, valet actus propter habiles.*
18 *Pecunia data, vel promiſſa vni de electoribus, facit, quòd electio ſit in totum nulla.*
19 *Si ex forma ſtatuti populares debent eligere Poteſtatem, & in concilio popularium ſit admixtus nobilis, actus redditur in totum nullus.*
20 *Compromiſſum factum ſuper pluribus, quorum aliqua non dependent à poteſtate compromittentium, propterea non vitiatur compromiſſum.*
21 *Vbi plura venduntur principaliter, & eſt ibi aliquid, ꝙ vendi non poteſt, non retractatur venditio in omnibus rebus, ſed tantum in re prohibita vendi.*
22 *Alternatiua ſpecierum an vitiet ſtipulationem.*
23 *Quando in alternatiua ſummarum vtrunque eſt in obligatione, eſt idem quod in alternatiua ſpecierum.*
24 *Propter incertitudinem ſolius exceptionis an vitietur ſtipulatio.*
25 *Detractio particularis an vitiet ſtipulationem in totum.*

§.Sed

§. Sed & si mihi. Vtile per inutile non vitiatur. hoc dicit *secundum Bar. & communiter omnes* Doct.istud summarium Bart. & Doct.non est bonum,nec verum ita generaliter,prout ipsi dicunt,imò in multis vitiatur utile per inutile,vt videbitis.j. Tu adde vnũ verbũ,& erit bonum summariũ,& summa sic. In separabilib.vtile perinutile non vitiatur.hoc dicit proprie tex.& est verum summarium. Diuiditur iste.§.in duas partes. In prima ponitur dictum.In secunda ratio. Secunda ibi, nam si tot sunt stipulatio-

1 nes.Casus est planus.¶† Not.primò ex hoc tex.ꝙ quando præcedit interrogatio de vna specie, & respondetur de duab.copulatiuè, valet stipulatio in illa specie, in qua præcessit interrogatio,& non in alia,ratio est, quia in illa concordant interrogans, & respondens,ergo in illa valet stipulatio,in alia non, quia non præcessit interrogatio. Adde,ꝙ similiter est contra,si interrogo te de duabus specieb. copulatiuè,promittis Stichum, & Pamphylum,tu respondeas de vna specie,idest,promitto Stichum, solùm valet stipulatio in illa specie. l. inter stipulantem. §. si stipulante.j.eod.in fi.limita secus esse,quando responsio fieret de duab. specieb.alternatiuè, quia tunc in nulla valeret stipulatio secũdum Bar.& alios infra,quia tunc esset diuersitas circa substantiam stipulationis,quia ego stipulator volebam te obligare

2 ad vnam speciem,de quo dicam.j.statim post Bart. ¶†Secundò diligenter pondera istum tex. in verbo pro superuacuo habendam puto, &c. ꝙ quando interrogationi factæ de vna specie respondetur de duabus copulatiuè,adiectio alterius speciei habetur pro superuacua, & sic in illa specie adiecta non inducitur etiam pactum nudum, patet, quia si causaretur pactum nudum,illa adiectio non esset pro superuacua, prout dicit tex. quia pactum nudum habet varios effectus,vt not.in l.iurisgentium.§.igitur nuda.ff.de pac.& in l.ex hoc iure.ff.de iusti. & iur. & sic pondera hic esse tex.pro eo, qđ ponit egregius Doct.do. Mathes.in not.27.licèt dicat, ꝙ istum passum non vidit ab aliquo tactum,vbi dicit,ꝙ si interrogo te,promittis mihi ex causa donationis Pamphylum, & respondes promitto tibi ex causa donationis Pamphylum,& centum, ꝙ in illis centum non erit causatum pactum nudum, quamuis tu interrogans dicaris tacitè consentire etiam in centum,& sic, quia interuenit consensus vtriusque,scilicet,interrogantis tacitè,& respõdentis expressè per l.qui patitur.& l.si non remunerandi.§. si passus.ff.mand. & consequenter nec ex tali pacto nudo daretur certi condictio ad illa centum,quæ oritur ex pacto nudo de donando.l. si quis argentum.§.fi.C.de don.ratio est subtilis secundum eum,quia respondens in Pamphylo voluit obligari per stipulationẽ verbis,ergo similiter voluit per stipulationem obligari ad cẽtum, ex quo ambo sunt sub vna responsione,ergo debent æqualiter determinari, quia vna determinatio respiciens plura determinabilia debet illa æqualiter determinare.l.iã hoc iure.ff.de vulg. sed ad centum non potest per stipulationem obligari,quia nõ præcessit interrogatio, nec per pactum nudum, quia non consensit.text.est in l.1.§ eum qui.ff.de consti.pecu, sic etiam in §.si quis ita.s.ead.l.& dicit Mathesil.se non vidisse istum passũ à quoquam tactum.Tu dic,pro ista decisione esse text.hic in illo verbo pro superuacuo habendam, quia si esset pactum nudũ, tunc non haberetur pro superuacuo, quia valeret pactum nudum,ergo vult, ꝙ nedum valeat pro stipulatione, sed nec vt pactum nudum, sed istam regulam Mathes. reprobant Mod. Sen.in §.si quis ita.in 2.no.s.ea.l.per tex.in l.rogasti.§.si tibi.coniuncta gl.ff.si cert.pet.vbi est tex.ꝙ si mutuo tibi decem, vt reddas mihi vndecim,in illo vno pluri contrahitur pactum nudũ, & tamen in illo pluri sicut non potuit celebrari contractus re, vt partes volebant,ergo etiam non debet valere vt pactum nudum,secundum argu.Mathes.ergo in illo pluri non potuit valere vt mutuum,vt partes agebant, tamen valet vt pactũ propter consensum vtriusque,vnius expressè,alterius tacitè,& propterea dicunt Mod.Sen.ꝙ quando vna dispositio æqualiter potest determinari,valet,& alleg.no.per Bar.in l.Seiæ.§.Caio.ff.de fun.instru.Sed quicquid dicant dicti Senenses, ego puto,ꝙ not. Mathes.sit verum, & pulchrum , & ad fundamentum istorum Senensium de l.rogasti.§.si tibi. vbi etiam ibi tenent cõtrarium contra Mathes.dico,ꝙ nihil facit,primò,quia gl.ibi reprobatur

* per *Bart.& omnes alios ibi* , & fortius posito, ꝙ illa glo.esset vera, tamen nihil obstat, quia ille casus est separatus, & multum diuersus à nostro,quia si mutuo decem, vt reddas vndecim, impossibile est, ꝙ obligatio cõtrahatur in plus, quàm sit numeratum,tradunt Doct.in l.si tibi decem millia.ff.de pac.ratione ergo impossibilitatis resultat inæqualis determinatio , vt illud plus,ꝙ est impossibile, vt possit valere vt mutuum, valeat vt pactum nudum, sed in casu nostro nõ cadit ista impossibilitas, quia si interrogo de Sticho,tu promittis Stichum & centum,in centum poterat contrahi stipulatio , si secuta fuisset complacentia,ergo non est in text. nostro ista impossibilitas,sicut est in l.rogasti.§.si tibi.in quo potius caderent sydera,quàm ꝙ obligatio sit in plus quàm interuenerit res , & sic sit defensata notabi-

3 lis decisio domini Mathesil. ¶†Tertiò põdera diligenter tex.dũ dicit, duæ sunt quodammodo stipulationes , in dictione quodammodo,secundum ꝙ ponderat Are.hic, qui communiter habetur corruptus,ꝙ regula,quæ habet, ꝙ tot censentur stipulationes,quot sunt res,& sic pluralitas rerum inducit pluralitatem stipulationum.l. scire debemus. & l. ꝙ dicitur.j. eod.istud procedit impropriè,patet,quia tex.dicit, quodammodo, idest, impropriè,ergo non haberet locum in statutis,in quib. fit propria interpretatio, nam dictio quodammodo denotat improprietatem.gl.in l.1.ff.de rerum diui.Bar.in l.si is,qui pro emptore.in 2.char.ff.de vsuc.sed certè credo, ꝙ Are. nõ dicat verum, quia. l. scire debemus. loquitur propriè , nam ibi verbum esse, importat substantiam, proprietatem,& veritatem, gl.in l.mercis appel.s.de verb.sig.Bart.in l.si maritus sit.§.legis.ff. de adult. istud etiam dicit text.hic, nã si tot sunt stipulationes quot sunt corpora,verbum sunt,importat veritatem, ergo de proprietate,& veritate.nec obst. dictio quodammodo, quia iste text.decepit Are. qa in isto tex.præcessit interrogatio de Pamphylo solùm,& non de Sticho,& ideo de Sticho adiecto non potest dici propria stipulatio , sed impropria , & ideo in tex.nostro non possunt esse duæ stipulationes veræ , sed sunt vna vera , altera abusiua.l.2.§. 1.ff.de verb.oblig.& ideo text. dicit quodammodo,quia stipulatio inutilis non est stipulatio.l.2.§.1. ff. quemad-

4 modum testam.aperiantur. ¶†Quarto no.ex tex.regulam,quã tradit Iuriscon.ꝙ in his, quæ sunt diuidua, vtile per inutile non vitiatur,vt dicitur in gl.in verbo vtilem, quam capio,& diuiditur in duas partes.In prima colligit not.& adducit concordantes.In secunda opponit,& soluit. Secunda ibi,sed argu.contra. ¶In ea.glo.in fin.responde ad illam.l.Pedius,ꝙ illud ibi est propter voluntatem compromittentium, qui non fuerunt confisi de vno sed voluerunt compromittere in duos, ideo pp talem voluntatem videtur esse illud cõpromissum indiuiduum, pro-

a pterea vitiatur,vt statim dicam.¶In ista [a] materia nunquid vtile per inutile vitietur , communiter sequendo doctri.gl.in l.pecuniæ fœnebris.ff.de vsu.& Barto.in l.græce.§.illud. ff.de fideius. traduntur duæ regulæ,vna est,ꝙ in diuiduis,& separabilib.vtile per inutile non vitiatur,vt loquitur propriè tex.hic.secunda regula est,ꝙ in indiuiduis,& inseparabilib.vtile vitiatur per inutile.istas regulas propriè tradit Iuriscon. in l.1.§. item quærit.& §. Trebatius.ff.de aqua quo.& æsti.vbi debetur seruitus appellendi tot pecudes ad aquam,si appelli plures quàm debeam, non possum prohiberi de omnibus pecudibus, sed solùm in superfluis,quia possunt pecudes separari, & in §.item quæritur.dicitur,ꝙ si habeo seruitutem ducendi aquam certæ quantitatis, si duco aliam simul,possum à tota prohiberi,quia non potest se-

b parari talis aqua,quia indiuidua inseparabilia sunt. [b] Istam doctrinam etiam tradit Iuriscon.in l.si sponsus.§.genera.& §.circa vendi.ff.de don.inter vir.& vxo.ibi inter maritum , & vxorem constante matrimonio sunt prohibitæ donationes , si cũ vxore commisceantur aliæ personæ,si potest fieri separatio non vitiatur in illis adiectis,alias vitiantur in totum,si non potest fieri se-

5 paratio.¶†Indiuiduum dicitur altero de quatuor modis,vt per Bart.in l.græce.§.illud.ff.de fideius. Primò natura. Secundo ratione necessariæ dependentiæ,vt est seruus,& peculium. Tertio modo ratione voluntatis contrahentium,qui voluerunt cõpromitte in duos,quia non considerabant de vno, & ideo non valuit respectu serui, ideo non valet in totum, quia est vna voluntas. Quarto modo ratione formæ dicitur indiuiduum, casum habes,& exemplum in d.l.græcè.§.illud.nam in obligatione fideiussoria lex tradit pro forma,ꝙ fideiussor non obligetur in plus quàm principalis.Istam doctrinã, & istos quatuor modos tradit Bart.vt dixi in d.l.græcè.§.illud.ff.de fideius.& Ange.

* Imo.& Mod.hic, & cũ ista doctrina *omnes transeunt* , & indifferenter tenent.Contra istam communem doctrinam, ꝙ in indiuiduis semper vtile per inutile vitiatur, arguitur contra:nam iuramentum est indiuiduum, vt declarat Bart. assignando rationẽ in c.1.in §.1.col.3.de controuer.inuesti.& tamen ego habeo, quòd

ADDITIONES.

a ¶In ista,&c.Vltra alleg.hic ad materiam,vide Spec.in 1.par.titu. de arbit.§.si verò.versic.quid si compromittatur,& titu.de appel.versic.sed pone,& in tit. de teste. §.1. versi.sed quid si causam,& tit.de primo , & secundo decret.§.2. versi.sed quid si opponitur,& in 2.par.titu.de sent.§.8.versi.sed quid si negotium.& versi.sed quidam , sic Alex.in l.certi condi.§.quoniam.in princ.& ibi alij.ff.si cer.pet.Panor.in c.cũ tempore.de arbit.& in c.messana.in fi. post gl. de elec.& quòd in personis vtile per inutile non vitietur,vide per Sig.de Ho. in consi.suo.114.Io.Bapt. Castèlionen. I.V.D.

b ¶Sunt. Tex.ibi vult, ꝙ imò inutile aliàs fiat vtile.

PVRPV.

quòd iuramentum poteſt valere pro parte, & pro parte non, & vtile per inutile non vitiatur, etiam in indiuiduis. c. petitio. & ibi habes glo. 1. ad fi. de iureiur. vbi glo. tradidit iſtam regulam punctualiter, ꝙ ſiue iuramentũ ſit diuiduum vel indiuiduum, debet iudicari ſecundum materiam, ſuper qua ponetur, & de-
6 clarabo, quando ponam materiam diuidui, & indiuidui. ¶ † Secundò inquantum Bart. & omnes tradunt iſtam regulam, ꝙ in illa. l. græcè. §. illud. obligatio fideiuſſoria cenſetur indiuidua, quia lex diſponit pro forma, ꝙ fideiuſſor non obligatur in plus quã principalis, ideo vtile per inutile vitiatur, & ſic Bar. & omnes volunt, ꝙ quando aliquid traditur pro forma, illud ſit indiuiduum, & ſic inutile vitiatur. Contra iſtam communem doctrinam, vt dem materiam acutius, & melius intelligendi, oppono ſic, lex tradit pro forma donationem excedentem quingentos aureos debere inſinuari in actis. l. ſancimus. & l. ſi quis argentum. & l. penul. C. de dona. & tamen ſi fiat donatio in plus quã in quingentis aureis ſine inſinuatione, valet tamen in quingentis, & ſolùm vitiatur illud, quod excedit quingentos aureos, & ſic vitiatur illud, qđ excedit ſummam legitimam, in reliquo remanet valida, & lex vult, ꝙ inſinuet̃, & inſinuatio requiritur pro forma, & tamen vtile per inutile non vitiatur: quare non ſic dicimus in fideiuſſore, ſi principalis debet cẽtum, fideiuſſor fideiubeat in plus, vt valeat fideiuſſio in eo, ꝙ debet, & eſt obligatus principalis, & ſic in centum? Doct. aſſignant rationem, qa iſtud requiritur pro forma à lege, etiã iſtud requiritur pro forma à lege in donatione, & tamen vtile per inutile non vitiatur, & ſi diceres, quare in caſu. l. græcè. §. illud. magis dicitur indiuiduum quã in l. ſancimus. in caſu. l. græcè. ideo videtur eſſe pro forma, quia lex vltra procedit annullando, & ſic dicitur indiuiduum iuris diſpoſitione, quia lex diſponit pro forma, ꝙ fideiuſſor nõ obligetur in plus quàm principalis, ideo vitiatur vtile per inutile, ſed in ſummis, & in quantitatib. etiam qñ requiritur pro forma, vt in donatione, inſinuatio, & illud, qđ eſt contra formam, ſemper vitiatur in eo, ꝙ excedit, in reliquo non vitiatur, quia id eſt contra legem, & ſic vtile nõn vitiatur per inutile, ita eſt tex. in d. l. ſancimus. ad idem tex. in l. eos. §. ſi quis autem. C. de vſur. & in l. pecuniæ. & in l. placuit. ff. de vſur. ſic etiã dicit tex. no. in l. ſiue generalis. in prin. ff. de iure dot. gl. in d. c. placuit. & illud, qđ dico in quantitatib. procedit etiam in tempore, ita gl. in d. l. ſancimus. §. fi. in glo. pen. & propterea alibi habes gl. valde no. in c. fi. de poen. & remiſ. in ſexto. vbi prælati nõ poſſunt concedere indulgentias vltra tempus ſtatutum in cõcilio Lugdunenſi, qđ ſi prælatus concedat indulgentias vltra, dicit ibi gl. ꝙ ſolùm vitiatur illud, qđ eſt vltra tempus legitimum, & ſequitur Abb. in c. cum ex eo. de poeniten. & remiſ. in antiquis.
7 ¶ † Circa ſecundam regulam, ꝙ in his, quæ ſunt diuidua, & ſeparabilia vtile per inutile non vitiatur, prout propriè habes tex. hic. Adde tex. no. in c. ſi confirmationem. de elec. in 6. vbi Gem. ad hoc not. & inducit ad q. vt ibi per eum. ibi habes ad literam tex. ꝙ ſi confirmatio ſit inualida, vel propter defectum confirmantis, vel propter ſolennitatem non ſeruatam, tamen ibi fit ſeparatio, licet confirmatio ſit inutilis, tamen electio præcedẽs non eſt inutilis. Iſta doctr. & ea, quæ ſupra dixi de ſummis limitatur in caſu valde no. in l. donationes quas parentes. verſi. nam amplioris. C. de dona. inter vir. & vxo. ſm intellectum gl. ibi in verbo confirmari, & ibidem Saly. qui reputat multum not. alij Scribẽtes ibi nihil tangunt, vbi donatio inter patrem, & filium in poteſtate nihil valet, tamen confirmatur morte, eo. modo donatio inter vir. & vxo. conſtante matri. non valet, tñ confirmatur morte, pone, ꝙ maritus, vel pater donet vltra quingentos aureos, & non facit inſinuari donationem, nunquid donatio ſit in totum nulla, adeo, ꝙ morte non confirmetur, & ibi dicitur, ꝙ donatio facta per patrem filio ſine inſinuatione in totum eſt nulla, & tamen ibi ſumus in quantitatib. & rationem aſſignat glo. in verſic. confirmari, quia talis donatio peccat in duob. ratione rei, & perſonæ: rei, quia eſt vltra ſummam legitimam: perſonæ, quia eſt pater, qui donat, ergo vitiatur in totũ, & non valet etiam in parte, & ſolus Sal. ibi no. reperio, ꝙ ſolus Are. non in lecturis ſed in conſi. 17. ꝙ inc. ponderatis diligentiſſimè. 3. col. in contingentia facti conſuluit contrarium eius, qđ dicit Saly. & gl. ibiq; reprehendit illam deciſio. gl. & Sal. contra gl. & Sal. ego allego tibi tex. qui fortiter vrget ad oppoſitum in l. ſi quis pro redẽptione. in §. fi. in ver. ſine aliqua diſtinctione. C. de don. vbi dicit Imperator ſtatutũ eſſe, ꝙ donatio ſine inſinuatione vltra quingentos aureos in eo, ꝙ eſt vltra, vitiatur, & dicit ibi, ꝙ ſemper iſtud procedit ſine diſtinctione, ergo non poſſumus dicere, ꝙ in l. illa donatio in totum annulletur, non ſolùm extra ſummam, ſed etiam intra, in §. nã amplioris, ſi velles euadere tex. in l. ſi pro redemptione. §. fi. in verbo ſine aliqua diſtinctione. poſſes reſpondere, quia habemus regulam, ꝙ quando lex aliquid diſponit, licet loquatur generaliter, & quomodocunque, nunquam intelligit̃ loqui in materia, in quã habemus legem ſpecialem, & particularem. l. in teſtamentis. & ibi Salyc.
* no. C. de teſt. gl. in l. ſciendum. ff. qui ſatiſd. cog. & ibi Bar. & *omnes no.* & gl. in verbo vacantib. in Auth. de hær. ab inteſt. in princ. colla. 9. & nunq̃ trahetur ad illum caſum ſpecialem. no. quia ſi vera eſſet ſententia gl. & Sal. in l. illa, donationes quas parentes. certè eſt ſing. limitatio ad præſentem doctrinam. Secundò limita iſtam regulam, quando fieret diſpoſitio in fraudem legis, & hominis, quia concurrente incertitudine actus in totum vitiatur propter inutile. tex. habes no. in l. ſi libertus minorem. §. ſi qs plures. & §. ſeq. ff. de iurepa. & circa illum tex. multum inſiſtunt Imo. Alex. & alij in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ꝟ. eo. in illo art. an donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum valeat in totum, an vitietur quo ad futura. Tertiò no. limita iſtã regulam, ꝙ vtile per inutile non vitiatur, imò vtile ſtat de per ſe validum, quando tale vtile habet eſſentiam, & fidem veritatis, tunc vtile non vitiatur ab inutili; ſecus, quãdo deficeret auctoritas, & fides. vnde ſi reſcriptum Papæ contineat plura capitula ſeparata & diuerſa, & reperiatur falſa grammatica in vno capitulo, certè vitiatur reſcriptum in totum in eo, quia fides ſcripturæ eſt indiuiſibilis, & ideo vitiatur in totum reſcriptum. c. ad audientiam. el 1. de reſcrip. dum dicit in fi. fidem volumus adhiberi, & ibi Bald. ſolus in vlt. col. not. multum illum text. ad hoc etiam allegat tex. de iure canõ. 9. diſt. c. ſi ad ſacras. & c. pura, & ſimplex. 3. q. 9. vbi habes gl. quando vtile per inutile vitietur. Quartò limita in ſolutum datione facta in aliquo plus debito, nam vitiatur in totum vtile per inutile, & ſic fructus medij temporis debent reſtitui, aut compenſari in ſortem. ita not. Bar. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. per illum tex. ff. de condi. indebi. vbi reputat iſtud tenendum menti pro in ſolutum dationibus, quæ tota die fiunt, & quia de iſto tetigi ordinariè in illo. §. ſi centum. ideo non reperto, & ſic habes quatuor bonas limi-
8 tationes. ¶ † Vltra prædicta iſta materia inducitur per Roman. hic in practica ad varias quæſtiones, & per Bal. & Lud. Rom. in l. certi conditio. §. quoniam. ff. ſi cer. pet. per Bal. in c. meſſana. de elec. vbi per illũ tex. multa in propoſito no. Inter cæteras quæſtiones Rom. hic examinat illã no. q. quando res Eccleſiæ erant conſuetæ concedi in emphyt. vſque in tertiam generationem, an ſi concedantur vſque in quartam, vitientur in totum, an valeãt vſque in tertiam, eodem modo ſi res Eccleſiæ ſit ſolita concedi vſque ad certum tempus, ſi concedatur vltra, an vitietur in totum, an in eo ſolo in quo conceditur vltra ſolitum; difficultas pẽdet à duab. legib. à tex. valde no. in §. emphyt. in Auth. de non alien. in verbo, quod ſit non habere aliquod robur firmitatis ſinimus. ibi eſt tex. ꝙ in nihilo valet. text. in §. neq; illud. eod. titu. col. 2. videtur velle, qđ valeat ſaltem intra tempus permiſſum, & illud plus vitietur, quã queſtionem latè proſequuntur Alex. & Are. hic. iſtam q. examinat Bart. in Auth. qui rem. C. de ſacroſan. Eccle. & quia ibi dixi, & plenè examinaui, ideo hic non repeto. Vltra prædicta in iſta materia gl. plenior de iure in regula vtile. de reg. iur. in 6. multa iura allegat tam de iure ciuili quàm canonico, & nullibi reperio ita bene tactum. Tu val-
a de [a] no. tex. pulchr. in c. dilectus filius. tit. de præben. qui tex. dicit nos facto eiuſdem legati illicito reprobato, qđ eſt licitum approbantes. eſt egregius tex. etiam tex. in c. ſacris. de ſepul. vbi eſt
9 tex. † ꝙ ſi in cemiterio ſunt ſepulti excommunicati, & non excommunicati, omnes debent remanere, ſi nõ poſſunt diſcerni,
10 qui ſunt excommunicati. † Tertiò adde text. not. in l. 1. in §. ſed Pompo. in ver. quid enim. ff. qđ fal. tut. autho. vbi eſt tex. not. ꝙ ſi ſunt duo tutores, quorum vnus eſt verus, alius eſt falſus, & ambo interponunt auctoritatem in contractu pupilli, non vi-
11 tiatur actus veri tutoris propter tutorem falſum. † eodem modo ſi duo notarij, quorum vnus eſt priuatus officio tabellionatus, ſunt rogati ad conficiendum inſtrumentum, prout fit Mediolani, vbi interueniunt duo notarij, per illum notarium adhibitum, qui eſt priuatus officio tabellionatus, non vitiatur inſtrumentum, ita tenet Bal. in l. Imperator. ff. de ſtatu homi. & in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. ff. de eden. Ratio prædictorum eſt, quia ſufficiebat vnius authoritas de per ſe. nam ſufficiebat & vnus tutor de per ſe, & vnus notarius de per ſe, ergo ſi alius interueniet non verus, non vitiatur actus, ſed ſi requirerentur duo pro forma, & vnus eſſet inhabilis, benè actus geſtus vitiaretur in totum. d. l. Pedius. §. fin. ff. de arbit. allegata in gl. c. cum ſuper Abbatia. vbi gl. & omnes Canoni. de offi. deleg. tex. no. in c. ad probandum. & ibi glo. pen. & Abb. Pan. de re iudic. ¶ Quartò adde tex.

ADDITIO.

a ¶ Tu valde. Accumulatio ad reg. vtile per &c. adde. 11. deciſ. Pan. in c. 1. in col. 4. de prob. poſt Io. And. PVRPV.

12 tex.not.in l.2.ff.de his q̃ pro non ſcript.hab. † vbi præſentatur
vnum inſtrumentum,in quo ſunt aliqua,quæ non poſſunt legi
a nec intelligi,[a] aliqua ſic,& tamen non vitiatur in totum inſtru
mentum,& pondera illum tex.contra doctrinam omnium,nã
* teſtamentum eſt indiuiduum.l.furioſum. vbi *Bar.& omnes not.*
C.qui teſta.face.poſ. & tamen valet teſtamentum , & vtile per
inutile non vitiatur.ad idem.l.hac conſultiſſima.§. ex imperfe-
13 cto.vbi aliquando dixi.C.de teſt.& in l.fi.in fi.C.fam.ercіſ.† vbi
ſi pater faciat teſtamentum inter liberos coram duobus teſti-
bus valet , ſed ſi relinquatur aliquid extraneo,in eo vitiatur, ta-
14 men dic, ꝙ ibi eſt ſpeciale, & dixi ibi, non repeto. ¶ † Quintò
adde,ꝙ libellus in parte aptus, & in parte ineptus non vitiatur
in totum,imò vtile per inutile non vitiatur.c.ad diſſoluendum.
vbi Hoſt.d.Ant.de But.& Abb.not. de deſponſa. impu.gl.in l.ſi
quis homicidij,& ibi no.Bal.C.de accu. Bal.in l.ex eo tempore.
ff.de teſta.mil.& in c.1.3.col.de mili.vaſ. qui contum.eſt.& not.
idem Bal.in rubr.extra de offi.iud.in 7.col.vbi no.limitat,& de-
15 clarat,dic vt ibi per eum. ¶†Sextò adde,ꝙ ſi reſcriptum Papæ
contineat diuerſas gratias , ſubreptio in vna non vitiat reſcri-
ptum in alia,& ſic vtile per inutile non vitiatur.tex. habes not.
in c.ſi eo tempore.de reſcrip.in 6. de quo tex. facit ad hoc feſtũ
in multis locis Pan.in c.ſedes.& in c.cæterum.de reſcrip.& in d.
c.ad diſſoluẽdum.in c.ex literis.in fi.de fid.inſtru.facit , qđ dicit.
d.Ant.de But.in c.exhibita.ad fi.de iudi.ꝙ ſi inter plura copula-
tiuè narrata vna pars reperiť falſa, nõ vitiať reſcriptũ in totum
niſi ſuper illa ſit fundatum totum reſcriptum . Item niſi ſit de
connexis ſecundum do.Abb.Pan.in c.conſtitutus,poſt alios ibi
16 de reſcrip.¶†Septimò adde, ꝙ quando notarius ſcribit inſtru-
mentum, quod pertinet ad ipſum notarium, & etiam ad aliũ,
& ad vtrunq; principaliter , tale inſtrumentum non valet quo
ad ipſum,ſed bene quo ad alium.tex.eſt no.in l. filius emancipa
tus.§.ſequens quæſtio.& ibi not.Bar.ff.de fal. & no. Bal.in l.fi.in
17 vlt.col.vbi limitat.C.de conue.fiſ.debi.lib.10.¶†Octauò adde,
ꝙ ſi in factis vniuerſitatum ,vel in factis capitularibus admittã-
tur inhabiles ſimul cum habilibus, valet actus propter habiles,
& ſic vtile per inutile non vitiatur,ita multum no. Abb.in c.fi.
in vlt.no.de procu.per illum tex.arguendo à ſpeciali, & dicit,ꝙ
non credit, ꝙ alibi in iure ita bene probetur , ita etiam tenet,&
not. Abb.in c.cũ ſuper abbatia.in 4.col.de offic.deleg.vbi ple-
nius,& ibi aſſignat rationem, quia actus non competit vt ſing.
ſed vt collegio,collegium autem continet ſolùm habiles,& nõ
plus. Iſta doctrina Abb. Pan.nunquam mihi placuit per mul-
tos tex.primò per c.meſſana.c.cũ terra.c.illa.de elec.vbi electio
facta clericis mixtis cũ laicis eſt in totum nulla , nec valet quo
ad clericos alibi habes tex.quem Abb.met not. pro mirabili in
18 c.nobis.de ſimo.† ꝙ pecunia data vel promiſſa vni de electori-
bus facit,ꝙ electio eſt in totum nulla,& ſic prauitas vnius in to
tum inficit electionem . facit bene , quod not.Bald.in illo cap.
meſſana,per illum tex.vbi dat regulam, qđ capitulum congre-
gatum ex permiſſis , & prohibitis annullat auctoritatem in to-
19 tum,& ꝙ ibi fuit factum,reputatur in totum nullum. † Ad idẽ
facit,quod ſi ex forma ſtatuti populares debẽt eligere Poteſta-
tem,& in conſilio populariũ ſit admixtus nobilis, actus reddiť
in totũ nullus , ita diſputando decidit Io. And. in addi. Spec.in
20 tit.de requiſi.conci.ſuper Rubri.ad finem.¶ † Nono adde [b], ꝙ
b compromiſſum factum ſuper plurib. quorum aliqua non de-
pendent à poteſtate compromittentium, tamen per expreſſio-
nem inutilium non vitiatur compromiſſum ſuper alijs.tex. eſt
in c.cum tempore.& ibi Abb.in 3.no.ad hoc.not.de arbit.& ſic
ibi vtile per inutile non vitiatur , quia cenſentur tot compro-
21 miſſa quot res, vt ibi per eum. ¶ † Decimò [c] adde,ꝙ vbi plura
c venduntur principaliter, & eſt ibi aliquid, ꝙ vendi non poteſt,
non retractatur venditio in omnib.reb. ſed tantum in re prohi-
bita vendi,& ſic vtile per inutile non vitiatur.gl.eſt no.in c.que-
relam.& ibi Abb.& alij ad hoc no.de ſimo.facit tex. in l.domũ.
ff.de contrah.emp.& ita habes plenè,vt puto expeditam mate-
riam.¶Extra gl.Bar.expedit gl.magnam.§.ſi quis ſimpliciter,in
verbo vitiatam.ſ.eo.& ibi per eum. ¶Circa dicta Bart.in 1.glo.
magna. §.ſi quis ſimpliciter.inquantum Bar. reprehendit ratio-
nem diuerſitatis , quam aſſignat glo. in d.§. ſi quis ſimpliciter.
22 † quare alternatiua ſpecierum vitiet ſtipulationem in totum,
& non alternatiua ſummarum,quia in ſummis vna eſt ſtipula-
tio,in ſpeciebus ſunt plures, iſta ratio ſecundum Bar. in vtroq;
membro eſt falſa,& in vtroq; caſu concludit contrarium eius,
quod dicit glo.nam ſi in quantitatibus ſtipulatio eſt vna , ergo
magis deberet vitiari , quàm quando ſunt plures , vt ſtatim di-
cam. Tu aduerte, ꝙ ratio glo.poteſt optimè ſuſtineri,próut eã
declarat Io.de Imo.in illo.§. ſi quis ſimpliciter. nam glo. voluit
dicere , ꝙ in quantitatibus ſtipulatio eſt vna continens ſub ſe
plures,ideo cùm reperiatur conſonantia inter interrogationẽ,
& reſponſionem, quia in minori ſumma concordant , meritò
valet ſtipulatio,quæ ratio non militat in ſpeciebus,vbi vna non
continetur ſub alia,& in neutra concordant. Secundò aduerte
inquantum Bart. aſſignat aliam rationem diuerſitatis ad d. §.ſi
ſtipulante, & ad glo. d.§. ſi quis ſimpliciter. prima fronte Bart.
videtur æquiuocare ad illum tex. & illam glo. & videtur loqui
in alijs terminis quàm ille tex.& illa glo.loquitur, quia text.in l.
inter ſtipulantem.§. ſi ſtipulante. & gloſſ. præalleg. loquuntur,
quando interrogatio fuit alternatiua , & reſponſio ſimplex de
vna ſpecie,exemplum in d.§.ſi ſtipulante. & re vera in alijs ter-
minis loquitur ille tex.& illa glo. quando interrogatio eſt alter-
natiua,& reſponſio ſimplex , tamen in effectu non eſt differen-
tia,& iſtud conſiderauit in effectu Bart.ſiue enim ſit alternatiua
in interrogatione ſiue in reſponſione , vtrobique enim reſultat
diuerſitas in qualitate obligationis , in quantitatibus eſt ſecus.
Vltra Bart. dum declarat quomodo in alternatiua ſpecierum
reſultat diuerſitas in qualitate obligationis, quia ego interro-
gans interrogando de vna ſpecie volui te obligare præcisè ad
illam,tu reſpondendo alternatiuè non es præcisè obligatus ad
illam,de qua te interrogaui,potes ſoluere, quamuis ſecus in al-
ternatiua ſummarum. adde vltra Barto.aliam diuerſitatem in
qualitate obligationis, quia ſi interrogo alternatiuè promittis
mihi Stichum aut Pamphylum , & reſpondes de vna ſpecie
ſcilicet de Sticho, hic eſt diuerſitas, quia ſecundum tuam pro-
miſſionem,quæ eſt de ſolo Sticho, perempta illa ſpecie eſſes li-
beratus , quia debitor perempta ſpecie tunc liberatur. l. quòd
te. ff. ſi cert. pet. Sed ſecundum meam interrogationem pro-
mittis Pamphylum aut Stichum , dato , quòd Stichus moria-
tur,non eſſes liberatus in Pamphylo.ita dicit tex. in l.græcè. §.ſi
quis Stichum.ff.de fideiuſ. Sed iſta differentia non poteſt pro-
cedere in alternatiua ſummarum ſeu quantitatum,quia quan-
titas perire non poteſt.l incendium. C. ſi certum pet.l.in ratio-
23 ne.la 2.§.incertæ.ff.ad l Falc. † Quartò diligenter no. ſing.limi-
tationem, quam tradit Bar. quòd quando in alternatiua ſum-
marum vtrunque eſſet in obligatione,tunc eſſet idem,quod in
alternatiua ſpecierum , & quando ſit, dicit Bar. ſe dixiſſe in l.ſi
duo.ſ.eo. Cum iſta limitatione Barto.tenet expreſsè Ang. hic,
& cæteri non faciunt verbum , eam etiam tenet Imo. in §. ſi
quis ſimpliciter.ſupra ead.l. & ſic vult ſingulariter Bart.quòd ſi
præcedat interrogatio alternatiua de ſummis , quia dico pro-
mittis quindecim aut decem, & tu dicas promitto quindecim
vel decem,quòd vtraque alternatiua ſit in obligatione,& iſtud
poteſt eſſe altero de duobus modis, vel quando ſtipulator ſti-
pulando alternatiuè expreſsè reſeruauit ſibi electionem , vel ſi
ſtipulator non reſeruaſſet electionem , ſed intereſſet promiſſo-
ris potius ſoluere maiorem ſummam quàm minorem ratio-
ne loci, vbi debet fieri ſolutio,vel perſonæ cui debet fieri,& cui
haberet promiſſor affectionem.text.habes, & exemplum in l.ſi
is cui.ff.de noua.l.qui res. §. mihi Romæ. ff. de ſol. iſtis duobus
caſibus vtraque ſumma alternatiua eſt in obligatione.idem te-
net mirabiliter Barto.quòd ſtipulatio in nihilo valet , quia eſſet
tunc idem,quod in alternatiua ſpecierum , pro certo mirabilis
eſt,& ſingularis limitatio ad d.l. inter ſtipulantem.§. ſi ſtipulan-
te.in ſecundo reſpõſo. vbi alternatiua ſummarum diuerſarum
in interrogatione,& reſponſione non vitiat, ſed valet in mino-
ri ſumma,pro certo iſta eſt mirabilis limitatio, nam in alterna-
tiua ſummarum ſemper concordatur ſaltem in minori ſum-
ma, vel maiori, quando omnes concordant : non ſic , quando
diuerſitas

ADDITIONES.

a ¶Intelligi. Salua, quia licèt ſit indiuiduum , vt inſtrumenta,contenta combu-
ſta tamen ſunt diuidua.Panor.in c.cum tempore.3.not.de arbitr. Et aliud eſt
inſtrumentum , aliud contentum in inſtrumento. Pan. in c. cùm acceſſiſſent.
col.2.de conſtit. PVRPVR.

b ¶Nono adde,&c.Ad hoc vide,quod dicit Spec.in tit. de arbi.§. ſi ſeruo.verſi.
quid ſi compromittatur.in 1. par.

c ¶Decimò. Alia ſimilia vide ex alleg.per me ſupra eod.§. colum.2.verſic. in
iſta,&c.non omitto aliud,quod habemus, quòd dictum vnius teſtis idonei in
vna cauſa non vitiatur per alium minus idoneum in eadem cauſa.imò, quod
plus eſt,dictum minus idonei ſuſtinetur per dictum alterius , vt per Bald. &
Ange.& plenius Moder.in l.ſi quis ex argentarijs. per illum text.ff.de edend.
vbi dicũt, quòd ſi vnus teſtis eſt infamis infamia facti , & alius teſtis ſit mul-
tum fidei integræ,quòd iſti duo teſtes plenè probãt , quia integra fides vnius
ſupplet defectum alterius,& eius ſuſpitionem remouet. idem tenet Bald.in l.
1.in 3.colum.C.de teſt.Saly.in l.bonæ fidei.in 10.col. C.de rebus credi. Lud.
Rom.in conſi.290. incip. in caſu propoſitæ conſultationis breuiter dictum
Franciſ.in vltim.colum.Alex.in conſi.56.incip. viſo proceſſu cauſæ vertentis
inter Ange.in 2.volum.pen.colum.in fin.& dicit Ludo. Rom.quòd licèt fidei
alicuius teſtis ratione affinitatis detrahatur,illa tamen ſuſpicio purgatur per
alium conteſtem deponentem, qui non eſt affinis , & ſic reſultat plena pro-
batio per d.l.ſi quis ex argentarijs.poſt principium, & iſtud dicit in conſilio
ſuo. 476. incipien. in caſu propoſitæ conſultationis videtur dicendum do-
nationem.

diuerſitas eſt ſpecierum, tunc, quia non eſt præciſa obligatio, prout interrogans volebat, vel promiſſor, iſtud facit, q̀ alternatiua in totum vitiatur. ¶Circa ſecundam quæſt. glo. quando interrogo te, promittis omnes ſeruos tuos, & tu reſpondes promitto omnes, vno excepto incerto, & ſic eſt incertitudo in illo
24 ſeruo exceptuato; Dyn. tenet, † q̀ propter incertitudinem ſolius exceptionis vitietur in totum ſtipulatio. Bar. pro ſuo excellenti ingenio tenet, q̀ imò propter incertitudinem, quæ eſt in exceptione, vitietur ſolùm exceptio, quia incertitudo obſcura vitiatur, & non vitiat. Barto. allegat primò duos tex. in l. Titiæ textores. ff. de lega. 1. & in l. ſi fuerit. ff. de rebus dub. Et inquantum Bar. pro ſuo fundamento allegat text. in l. ſi fuerit pro certo Bart. malè allegauit, ſiue voluit allegare tex. ſiue glo. allegare voluerit tex. Primò probat totum contrarium, ibi enim eſt tex. quòd ademptio non obſtante incertitudine valet, & vitiat legatum. ergo ille tex. eſt de directò contra Bar. & ſi tu ſubtilis diceres, ille tex. loquitur, quando eſt incertitudo perſonarum, quibus ſit ademptio, tunc illa incertitudo non vitiat ademptionē, ita propriè loquitur ille tex. ſed nos loquitur, quando eſt incertitudo ſolùm circa rem ademptā, vt promitto omnes ſeruos, vno excepto, fateor, quòd hic eſt incertitudo. Sed dico, quòd ſi Barto. iſtud conſiderauit errauit, quia eſt incertitudo circa res ademptas. gloſſ. ordina. in illa l. ſi fuerit. in verbo ademptionem, in fin. tenet videri ademptam rem meliorem, & ſic in caſu noſtro intelligitur exceptuatus ſeruus, qui erit melior, & ſecundum illam glo. exceptio propter incertitudinem rerum non vitiatur, ex quo intelligitur exceptus ſeruus melior. ergo eſt ibi glo. contra Bar. & ita illam glo. ponderant Bald. & Ange. hic, & Pau. de Caſt. in §. ſi quis ſimpliciter. ſupra ea. l. & ſic ſiue Bar. ponderet text. vel gloſſ. text. gloſſ. eſt de directò ibi contra Bart. & ſi diceres Bart. non ponderauit nec text. quia eſt contra eum, nec glo. ibi in fi. ſed voluit ponderare glo. in primo membro, & ita eſt neceſſarium dicere, aliter non poſſes ſaluare Bart. niſi, quòd voluit allegare gloſſ. in primo membro, quando eſt incertitudo rerum, & pſonarum ſimul, & ſemel. Sed aduerte, quia ſi hoc ponderauit Bart. errauit, quia non eſt caſus noſter, quia in caſu noſtro eſt ſolùm incertitudo rei, hoc eſt ſerui excepti, & illa glo. loquitur, quando eſt incertitudo perſonarum, & rerum ſimul & ſemel, ergo ſumus in vltimo caſu illius glo. pondera ergo, q̀ illa l. ſi fuerit. in tex. eſt de directo contra Bart. Item gloſſ. ibi in vltimo membro non conuenit caſui noſtro, quia quando eſt incertitudo rerum, videtur adempta melior. Sed aduerte, quia illa gloſſ. in illo vltimo membro procedit in teſtatore adimente rem ſub incertitudine, benè verum eſt, q̀ videtur meliorem adimere fauore hæredis, vt eum minus grauet, prout in dubio facere præſumitur, & ad hoc bene procedunt iura alleg. per Bart. nos autem loquimur in contractib. & in ſtipulatione in qua promiſſor promiſit omnes vno excepto, forte non vult excipere meliorem ſed peiorem, cùm in ſpeciebus cadat affectio glo. in l. apud Iul. §. Seio aliàs eſt ſub. l. Iul. de leg. 1. ergo non ſpecificando quem vult eligere, nemo certus remanet in promiſſione, ergo tota promiſſio eſt incerta, ergo videtur, quòd in totum vitietur ſtipulatio, & iſtud eſt, quod voluit dicere Dyn. ſecundum Cu. hic. & Imo. & Ludo. Rom. in §. ſi quis ſimpliciter. ſupra ead. l. Item dum Bart. alleg. l. Titiæ textores circa medium. illa l. videtur melius facere pro Bart. quia incertitudo vitiatur, & non vitiat: ſed ille text. prout etiam dicunt Cuma. & Alex. hic non facit in propoſito, quia loquitur, quando erat incertitudo exceptionis, quæ nullo modo poterat certificari, quia tunc bene vitiatur, & non vitiat, ſecus eſt in caſu noſtro, in quo nō eſt omnimodo incertitudo, vt ſi quis promittat vnum de ſeruis ſuis, cùm ſit certificanda per declarationem promiſſoris. ita in caſu noſtro, ergo non debet vitiari. Vt nihil omittamus, etiam l. vbi autem non apparet. alleg. per Dy. non probat etiam, nec allegatur per Dyn. bene, quia text. ille bene probat ſtipulationem eſſe incertam, ſed non probat eſſe nullam, prout Dyn. alleg. quia aliud eſt eſſe incertum, aliud eſt eſſe nullum. l. triticum. ỹ. eod. tit. & in l. cum quid. ff. ſi certum peta. Vltra Scribentes adde, q̀ Bal. in c. ad audientiam. el 1. in vlt. col. de reſcrip. ſequitur gl. in d. § ſi quis ſimpliciter. quam reprehendit Bal. tenet enim ibi Bald. q̀ ſi ſtipulor omnes ſeruos tuos, & promittis omnes præter talem, in nullo valet ſtipulatio, ita dicit eleganter no. gl. hic in d. ver. cum addi. ratio ſecundum Bal.
25 vltra Scribentes † hic, quia detractio particularis quandoque totum vitiat. l. optio. ff. qui & à quibus. quia iuris rationib. non concordat ſecundum eum, ſed caue, quia Bald. videtur loqui, quando certus ſeruus eſt exceptus, quo caſu *Dyn. Bar. & omnes indifferenter tenent*, q̀ imò ſtipulatio valet in totum, excepto illo ſeruo in ſpecie excepto, vnde aut Bal. eſt corruptus, aut debuit dicere exceptuato vno incerto, vt propriè loquitur iſta glo. Sequitur. §. fin.

SVMMARIVM.

1 *Quando ſtipulatio contrahitur inter homines diuerſarum linguarum mediante interprete, verba ſtipulationis ſunt dirigenda ad partes non ad interpretem.*
2 *Verba debent eſſe congrua, & accommodata ad oſtendendum conſenſum partium.*
3 *Priuati non poſſunt fictionem inducere.*
4 *Inter homines diuerſarum linguarum ſe inuicem non intelligentium poteſt contrahi ſtipulatio mediante interprete.*
5 *Interpres, qui recipitur inter ſtipulantes non intelligentes ſe, non eſt teſtis ſed declarator.*
6 *Arbiter, arbitrator, agrimenſor, medici, obſtetrices, & ſimiles an dicantur teſtes.*
7 *Dicto ſolius interpretis creditur, quia non eſt teſtis ſed declaratur, & aſſumptus de voluntate partium.*
8 *Vni teſti propriè aſſumpto de voluntate vtriuſque partis creditur.*
9 *Per ſtatutum, vel conſuetudinem non poteſt diſponi, vt credatur vni ſoli teſti, niſi propter caſum neceſſitatis, vel euidentiſſimæ vtilitatis.*
10 *An ſi notarius teuthonicus ſit rogatus ad conficiendum inſtrumentum inter latinos, ſi ſcit interpretari, ſit ei credendum.*
11 *Quando dubitatur an vulnus ſit mortale, vel non, vel an ſit remanſura cicatrix, vel non, debet iudex adhibere duos medicos ſi reperiantur, aliàs ſufficit vnus.*
12 *An & quando diuerſitas inter interrogationem, & reſponſionem inducat diuerſitatem obligationis.*
13 *Oratio dicitur generalis, quando apponitur ſignum vniuerſale, omne, vniuerſalis quando apponitur nomen collectiuum.*
14 *An ſit differentia inter interrogationem vniuerſalem, & generalem.*
15 *Peculiū, grex, chorus, & familia ſunt nomina collectiua, & vniuerſalia.*

§. Eadem autem. Summa, vt hic per Bart. & diuiditur iſte. §. in quatuor partes. In prima ponitur dictum. In ſecunda infertur. In tertia ampliat. In quarta limitat. Secunda ibi, per contrarium. Tertia ibi, ſed vtrum hoc vſque. Quarta & vltima ibi, ita tamen, vt vterque. In tertia parte tex. ibi, ſed vtrum hoc vſque ad græcum ſermonem, &c. dubitari poteſt, quare dubitauit Iuriſconſul. magis de alijs linguis puta Aſſyrijs, vel Pœnis, vt in tex. quam latina, & græca lingua, quòd poſſit contrahi ſtipulatio, dic rationem dubitandi fuiſſe, quia maior diuerſitas eſt à nobis inter illas linguas, quàm ſit inter latinam, & græcam, dicit text. no. in §. alienationis. in Auth. de non alie. aut permu. colla. 2. & ibidem dicit gloſſ. quòd quando libri hæbrei fuerunt traducti, fuerunt primò traducti in linguam græcam, poſteà de græco in latinum, & iſtud factum fuit propter conformitatem, quæ eſt inter linguam græcam, & latinam. facit text. in §. ſed noſtra
1 autem conſtitutio. inſtitu. de ſucceſ. libe. ¶ † Primò pondera text. ibi, vt reſpondeatur ei græcè, dummodo ei congruenter reſpondeatur, in verbo ei, quod quando ſtipulatio contrahitur inter homines diuerſarum linguarum mediante interprete, verba ſtipulationis ſunt dirigenda ad partes non ad interpretem, aliàs diceretur ſtipulatio concipi per nuncium, quod fieri non poteſt, vt vidiſtis in princi. huius. l. & in §. item verborum.
2 inſti. de inutili. ſtipu. ¶ † Secundò diligenter pondera text. ibi. dummodo congruenter reſpondeatur, quòd verba debēt eſſe congrua, & accommodata ad oſtendendum conſenſum partium. vnde facit iſte text. ſecundum Pau. de Caſtr. & Raph. Cu. pro eo, quod voluit gloſſ. fin. in §. ſed hæc ſolennia, in verbo quibuſcunque. inſtitu. eod. vbi tenet glo. ſingul. quòd ſi per literam, a, intelligo promittis, & per literam. b. intelligo promitto, non poſſet contrahi ſtipulatio per a. & b. quia non ſunt verba congrua ſecundum communem vſum, & intellectum ad interrogationem, & reſponſionem. Sed tu aduerte, quòd imò iſte text. poteſt fortiter retorqueri ad oppoſitum contra illam glo. & iſtos Moder. dum dicit text. ſed verum puto, vt omnis ſermo contineat verborum obligationem, vbi Iuriſcon. ponit pro regula generali, q̀ omnis ſermo contineat obligationem verborum, ergo ille ſermo prolatus per a. & b. contrahet ſtipulationem, ſeu inducere debet verborum obligationem. Et pondera fortius tex. dum dicit, vt omnis ſermo contineat verborū obligationem: nam verbum contineat importat de propria ſignificatione, vt per Bart. in l. cui eorū. §. affinitatis. ff. de poſtu. & in l. hęc verba. ff. de adul. ad idem vr̄ ſtringere tex. in l. omnis, in verb. quibuſcunq; verbis. C. de ꝓhen. & cōmit. ſtip. vbi dat text.
3 regulam gn̄alem, q̀ ſublata antiqua forma verborum ſtipula-
a tio poteſt concipi quibuſcunq; verbis. † Sed defendendo [a] glo. quæ

ADDITIO.

a ¶Sed defendendo, &c. Aduerte, q̄d contra prædictam gl. facit illud, q̀ ibidem dicitur, q̀ ſtipulatio per Ziffras etiam de partium conſenſu non valet, vt not. etiam in l. qui extrinſecus. ỹ. eo. & in l. fundum. de leg. præſtan.

quæ reputatur ſingul: *& communiter approbatur* per Bald.Ange.
& Imo.Alexand.& Moder.in princ.huius.l.reſponde ad iſtum
tex.dum dicit,ſed verum puto,vt omnis ſermo contineat ver-
borum obligationem,debet intelligi omnis ſermo,ſcilicet con
gruus,per illud,quod ſupra dixi,dummodo ei congruenter re-
ſpondeatur.Pro illa concluſione glo.facit bona ratio,quia ꝙ a.
ſit dicere promittis, & b. promitto, iſtud non poteſt eſſe ex ſi-
gnificatu verborum, ſed ſolùm per fictionem, ſed priuati non
poſſunt fictionem inducere,prout declarat Bar.in l.ſi is qui pro
emptore.in 1.quæſt.ff.de vſucap.Limita prædictam ſing.glo.in
§.ſed hæc ſolennia.inſti.eo.ſecundum Pau.de Caſt. hic,niſi prę-
ceſſiſſet ordinatio expreſsè inter partes, antequam facerent ſti-
pulationem, quòd dicendo. a. intelligeretur promittis, dicen-
do. b. intelligeretur promitto, tunc per a. & b. poſſet contrahi
ſtipulatio.iſtud probat per id, quod vult gloſſ.ſing. in l.ſi quis in
fundi vocabulo.in princip.ff.de lega.1.& ibi dixi, vbi tenet glo.
ſingu. quòd ſi inter teſtatorem, & legatarium ſit expreſſum, ꝙ
legando bouem intelligatur legatus equus, valeret tale lega-
tum.iſtam limitationem Pau.ſequitur Alexan.in conſi. 146. 5.
vol.quod incipit in cauſa,& lite vertente inter nobilem Raph.
in 8.colum.Et ſi dicis tu ſubtilis,nonne contra iſtam limitatio-
nem obſtat fundamentum ſupra factum, quòd partes non poſ
ſunt inducere fictionem,reſpondet Aret.in §.ſi quis ita.infra ea.
l.quod iſta non eſt propriè fictio, ſed declaratio cauſata à præ-
cedente ordinatione, vel proteſtatione per partes facta,ante-
quam ſtipularentur. Tu aduerte, licèt iſti Modern. tranſeant
cum limitatione Paul. de Caſtr. quòd illa gloſſ. nihil facit
ad propoſitum noſtrum,quia in illa glo.proteſtatio præcedens
non erat circa verba importantia diſpoſitionem, ſed erat circa
rem deductam in ſtipulationem,ſed in propoſito noſtro loqui
mur,quando proteſtatio eſt circa verba importantia diſpoſi-
tionem, & obligationem, non autem circa rem deductam in
ſtipulationem,prout eſt in glo.l.quæ extrinſecus. infra eodem.
4 & iſta eſt veritas.¶ † Tertiò princip.not. ex iſto tex.in fi.illud.ad
quod allegatur ſemper iſte text.quòd inter homines diuerſarũ
linguarũ ſe inuicem non intelligentium poteſt contrahi ſtipu-
latio mediante interprete,& iſte caſus eſt vnicus,& ſing.in iure,
notus tamen omnibus, quib. non cecidit puluis ſuper librum,
vt dicit Bald.in l.directas.C.de teſtam. manu. ¶Amplia iſtum
text.quòd etiam contractus matrimonij inter perſonas diuer-
ſarum linguarũ poteſt contrahi per interpretem.ita extendunt
iſtum text.dom. Abb.& alij Canoniſtæ in cap.ex literis.el 1.de-
ſponſa. ſimiliter iudex poteſt ferre ſententiam inter homines
diuerſarum ling.adhibito interprete, qui linguam iudicis parti-
bus exponat.ita ſecundò ampliat Bald.iſtum tex.in l.iudices.C.
de ſenten.Tertiò adde tex.no.in l.teſtamento.§.fin.ff.de teſtam.
vbi eſt text.quòd teſtator poteſt teſtari coram teſte non intelli-
gente eius ſermonem,dummodo talis teſtis ſenſu percipiat q̃d
agatur.Pau.de Caſt.& Are.ibi intelligunt illum tex.ſcilicet, per
interpretem adhibitum per teſtatorem per iſtum text. & ante
eos ita tenent Bald.& Sal.in l.hac conſultiſſima.§.fin.C.de teſta.
¶Quartò not.ex hoc tex. quòd in ſtipulatione ſufficit conſen-
ſum partium percipi per interpretem,addit fortius Alex.hic in
vlti.not.quòd etiam ſufficeret ſi ſono tubæ, vel cornu percipe-
retur,per tex.in l.Labeo.§.fi.in verbo ſono. ff. de ſupell. leg.quẽ
tex.ad hoc pro not.ponderat Bald.in l.falſus.in 8.colum. in 2.q.
C.de fur.ſed errat Alex.quia Bald.ibi loquitur in alijs contracti-
bus non autem in ſtipulatione. patet, quia loquitur in nuncio,
qui non poteſt cadere in ſtipulationem, vt habuimus ſupra in
princip.huius.l.nec obſtat text.in l.Labeo.§. fin. in verbo ſono.
qui tex.non dicit,prout ipſe intelligit, nam tex.ibi dubitat,vtrũ
debeamus attendere mentem teſtatoris,an verba.tex.ergo non
dicit ſufficere ſono ſimpliciter percipi conſenſum, ſed ille text.
loquitur in legatis, quæ poſſunt ſolo nutu relinqui.l. nutu.ff.de
lega.3.& ſic nihil ad propoſitum noſtrum. Expeditis textualib.
venio ad gloſſ. ¶Capio glo.fin.quam diuido in duas partes.In
prima allegat tres concordan. In ſecunda opponit, & ſoluit.
Secunda ibi,ſed contra,ſupra de re iudic.l.decreta. ¶In fin.glo.
Bar.reprehendit iſtam ſolu.glo. per §. vtrum. quia ſequeretur,
quòd inter latinos non poſſent alloqui lingua græca, & eo ipſo
aliter intelligit text.ſecundum Oldr.& Dyn.latinis verbis,ideſt,
intelligibilibus,eſt verum,quòd Rayn.Ange.& Rapha.Cuma.
aliter reſpondent ad illum tex.quòd ille tex. loquitur in decre-
tis iudicum, quæ debent proponi verbis latinis ſecundum ma-
iorem noſtrorum morem, nos autem loquimur in ſtipulatio-
ne,iſta etiam nihil valet, quia eſt contra.l.iudices. C. de ſenten.
quia non refert,vtrum græcè, vel latinè iudices proferant ſen-
tentias. Extra glo. Bart. opponit contra tex.qui vult ſtari dicto
vnius teſtis.¶Circa primam oppoſi.Bar. ex eius ſolutione dum
dicit,quòd in hoc text.non eſt teſtis, ſed interpres aſſumptus de
voluntate partium,ſicut arbiter, arbitrator, & agrimenſor. Ex
iſtis verbis Bar.colligo tres no. concluſiones, quibus cum vtili-
tate bene expedita erit iſta oppoſitio Bar. Prima cõcluſio itaq;
Bart.eſt,quod in iſto text. iſte interpres non eſt teſtis, ſed potius
declarator aſſumptus de voluntate,& conſenſu partium ſicut
arbitrator, & agrimenſor. Secunda concluſ.eſt, quòd ideo in
hoc text. ſtetur dicto iſtius interpretis ſolius, eo quia non eſt
propriè teſtis, ſed quidam interpres, ſeu declarator aſſumptus
de voluntate,& conſenſu partium. Tertia eſt concluſio,quam
Bar.tacitè vult,ſi bene inſpiciatur,quod vni teſti proprio aſſum
pto de voluntate partium non credatur, ſed hic creditur, quia
non eſt propriè teſtis.ita vult tacitè Bar. ſi eius verba bene pon
derentur. examinemus vnamquamque concluſionem de per
ſe, vt eliciamus verum intellectum, & veritatem iſtius text. &
5 doctrinæ Bart.¶ † Circa primam conclu.Bart.quòd in hoc tex.
eſt interpres non teſtis, ſed quidam declarator. Scribentes
hic nihil dicunt. Adde,quòd ita etiam ad hunc tex. dicit Bald.
in l.directas.C.de teſtam.manumiſ. vbi dicit, quòd in hoc text.
non eſt teſtificari,ſed interpretari,ſeu exponere.Breuiter credo,
quòd Bar.nõ bene loquatur, nec bene æquiparet interpretem,
de quo loquitur iſte text.arbitro, arbitratori, agrimenſori, quia
fateor,quòd illi non ſunt teſtes,ſed iſte interpres de quo in hoc
tex.bene eſt teſtis.ita melius,quàm alibi declarat Bar.in l.Theo
pompus.in 3.q.ff.de do.præle.præcisè quærit de declaratore,an
iudicetur teſtis,vel non,& concludit, quòd aut habet depone-
re,ꝙ ab alio audiuit, vel intellexit, & tunc iudicandus eſt teſtis.
aut habet deponere aliquid de iudicio ſuo, prout facit arbiter,
& arbitrator,& non de illo, quod ab alio audiuit, & iſte non eſt
teſtis, ſed in caſu noſtro iſte interpres deponit ſolùm, quod à
partibus audiuit, & non de eo, quòd iudicio intellectus perce-
pit,ergo iudicandus eſt,vt teſtis, & non iudicandus eſt vt arbi-
trator,& agrimenſor, & ſic etiam dicit Bart.& in caſu.l. Theo-
pompus. aut teſtat. ordinauit ſtari declarationi alicuius de
eo,quod ſibi dixit, & eſt iſte iudicandus non teſtis, ſed quidam
arbitrator, qui habet deponere iudicium ſuum. Et ſic ex illa
doctrin.no.Bar.in illa.3.quæſt.repræhendo Bart.in duobus. Pri-
mò dum vult, quòd iſte interpres non dicatur teſtis, male di-
cit,cũ habeat deponere id,quod audiuerat ab alio. Item dum
æquiparant interpretem arbitratori, & agrimenſori male dicit,
& æquiparatio non eſt bona, quia illi habent deponere de eo,
quod videtur iudicio ſuo non de illo, quod audiuerunt à par-
6 tibus.† iſtam ſecundam conclu. quòd arbiter, arbitrator, agri-
menſor,medici,obſtetrices, & ſimiles non dicantur teſtes,cùm
habeant deponere de iudicio ſuo, non autem quòd audiuerũt
ab alijs, iudicandi non ſunt teſtes. iſtam ſecundam concluſio.
confirmo primò, per id quod ſingulariter tenet Bald. in c.pro-
poſuiſti. de proba. quod ſi ſtatutum puniat teſtes falſos certa
pœna,non continebuntur iſti, ſcilicet, arbiter, arbitrator, agri-
menſor,&c.quia non ſunt propriè teſtes,imò nullo modo ſunt
teſtes,quia iudicant ſecundum eorum intellectum, non autẽ,
ꝙ ab alijs audiuerunt.ſecundò facit illud, quod tenet Saly.in l.
hac edictali.§.his illud.C.de ſecun.nup.& Alexan.hic refert, &
exclamat,tamen dicit,ego nec approbo,nec improbo. Sed mi-
randum eſt de vtroque,& de Saly.qui nihil allegat, & Alex.qui
non audet approbare,nec improbare,cùm de hoc ſit caſus for-
malis,& ad literam in c.pen.& ibi Bald.& dom.Abb. Panor.ad
hoc no.illum tex.de proba. ꝙ iſti, qui deponunt de peritia ſuæ
artis,non ſunt propriè teſtes. Tertiò adde, ꝙ teſtis non poteſt
deponere referendo ſe ad dictum alterius teſtis: exemplum, ſi
ſi dicat depono,prout alius dixit, &c. quia eſſent ambo ſuſpe-
cti, & viderentur deponere eundem præmeditatum ſermonẽ.
l.3.§.1.ff.de teſti.& tamen iſti arbiter,agrimenſor,& ſimiles,qui
deponunt de peritia artis,poſſunt deponere per relationẽ eius,
quod alius dixit.ita ſingulariter dicit Ang. in l. ſi quis ex argen-
tarijs.§.1.ff.de eden.ratio,quia non ſunt propriè teſtes,& ex iſtis
7 habes expeditam primam conclu.Bart. † Secunda conclu. Bar.
eſt,ꝙ ideo in iſto tex.creditur ſoli interpreti ꝓpter duo, primò,
quia non eſt propriè teſtis, ſed declarator, & eſt aſſumptus de
voluntate partium: propter ergo iſtas duas qualitates, quòd
non eſt teſtis, & quòd eſt aſſumptus de voluntate partium,cre-
ditur dicto ſolius interpretis. Et ad hoc reputat iſtum text.alibi
ſingularem Bald.in c.pen.de proba. ſed alibi idem Bald.dicit, ꝙ
in iſto text. creditur ſoli interpreti propter neceſſitatem, quia
plures in loco reperiri non poſſunt. ita tenet Bal. in l.iudices.C.
de ſenten.& idem Bal.in l.directas. C.de teſta.man.& in c. licèt
vniuerſis.circa finem.de teſta. vbique tenet Bald. quòd in iſto
tex.ſit propter neceſſitatem.credo, quòd deceptus fuerit Bald.
propter verba,quæ ponit Bart.ĩ.in 3. quæſt. vbi vult, quòd duo
interpretes debeant adhiberi ſi reperiantur in loco.ſed tu aduer
te,quòd nec intellectus Bar.ad hunc tex. requirentis duas qua-
litates non eſt verus, ſufficit enim vna ſola, quòd aſſumatur de
voluntate partium.illud etiam,quod dicit Bald.ad hunc tex.ꝙ
ſit

ſit propter neceſſitatem, quia plures interpretes non reperirentur, mihi nullatenus placet, quia eſſet nimia volentia ad hunc text. quia text. venit ponendo regulam generalem, & loquitur text. in ſingulari per interpretem non autem in plurali, prout etiam ponderauit iſtum tex. ipſe Bal. in d.c.pen.de prob. fortius in dubio præſumitur, ꝙ reperiantur plures interpretes, vt dicit tex. in ſimili in c.ſtatutum.de reſcrip. in 6. & reſtringere ad plures interpretes, eſſet violare text. præterea etiam, quia in vrbe Romana erat copia peritorum linguæ græcę, & ideo ſi plures voluiſſent intereſſe, non dixiſſet in ſingulari. Concludo ergo, ꝙ in iſto tex. ſtatur dicto vnius interpretis propter voluntatē par-
* tium, dato, quòd plures poſſent reperiri in loco, *iſta eſt communis concluſio* ſecundum Alex. hic, & latius per eundem in conſi. 35. primæ partis, quod incip. priuata ſcriptura, in pen. & vltim.
8 col. & iſta concluſio clarior apparebit ex ĩ dicendis. ¶ † Tertia
a ergo [a] concluſio eſt, quam Bar. tacitè ſenſit, ꝙ teſti proprio aſſumpto de conſenſu partium non crederetur, paucis conclu-
* do contrarium. *vera & communis concluſio* eſt, ꝙ vni teſti propriè aſſumpto de voluntate vtriuſque partis creditur propter voluntatem partium, imò poſſet pars ſtare dicto ſolius partis, & aduerſarius ſtare ſolo dicto aduerſarij l.fin.C.de fideicom.& l.fi. C. de ſen.paſ.& iſta concluſio eſt communis, & vera apud omnes, ꝙ teſte proprio aſſumpto de conſenſu partium, quòd ei credatur. ita Spec. concludit in tit. de teſte.§. reſtat in 14. fal. d.Ant.de But.& alij in c.veniens.el 1. in 2.col. de teſt. Roma.do. Alex.& Moder.hic, ita etiam tenent Bal.& Sal. in l.in bonę fidei. in pen.col.C.de reb.credi vbi limitant ſing. eſſe verum, quando partes concordant, & in dicto vnius, & in perſona, ſecus ſi concordarent in perſona, ſed non in dicto, quia tunc facerent ſemiplenam probationem. pro iſta communi conclu. ꝙ de conſenſu ambarum partium credatur vni ſoli tantum, addunt Mod. hic illud, ꝙ vult Bar. in l.fi.C.de pro.ſtip. & in l.iuſiur. ꝙ ex conuentione, in prin.ff.de iureiur. vbi plenè dixi. tamen illud ibi, qa tale dictum poteſt reduci ad arbitrium boni viri, vt dicit ibi
9 Bar.¶ † Secundò adde, quòd quando fides teſtis eſt approbata ab vtraque parte, non tenetur iurare, quia creditur ſibi abſque iuramento, quod not. ad ampliationem iſtius concluſionis ita Bar. ſing. in l. Lucius. in fi.ff.de fideiuſ. ꝙ refert, & ſequitur Abb. in c.fraternitatis. in fi.de cle.non reſi. Tertiò pro iſta communi concluſione addo vnam glo. bene ſingu. & non obliuiſcaris de ea, quòd quando teſtis in inſtrumento eſt adhibitus ab vtraque parte, tunc iſte teſtis cenſetur adeo approbatus, quòd partes nō poſſunt ſibi aliquid opponere dę inhabilitate, vel quòd ſit infamis, nec aliquid aliud. glo. in §.licèt. in verbo ſupplicijs. in Auth. de teſtib.& eſt in fi. illius.§. quia ille tex. eſt longus multū. colla. 7.& ſigna eam, quam multum exclamat pro ſingulari, & ſequitur Bal. in c.2.de teſti.& in l.parentes.C.eo. ponunt Bald. Imo.& Moder. in l.ad teſtium.§.conditiones.ff.de teſta.¶ Contra iſtam communem concluſionem fortiter ſtringit: nam per ſtatutū, vel conſuetudinem non poteſt diſponi, vt credatur vni ſoli teſti propter caſum neceſſitatis, vel euidentiſſimæ vtilitatis, ita concludunt dom. Ant.& Abb. Pan. & alij in d.c.2.de proba. ratio, quia iſtud eſſet diſponere contra ius diuinum, quod dicit, quòd in ore duorum, vel trium conſiſtit omne verbum. cap. in omni. c.licèt vniuerſis, & c.licèt ex quadam. de teſti. c.cùm à nobis. eod.titu.cap.cùm eſſes. de teſt. ergo contra ius diuinum per conſuetudinem, vel principum ſtatutum non poteſt induci, ꝙ dicto vnius teſtis ſit ſtandum, tunc ſic, ſi non poteſt fieri per ſtatutum, vel conſuetudinem, ergo multominus per conſenſum priuatorum. l.nec ex prætorio.& l. non eſt ſingulis. ff.de reg.iur. declarant in ſpecie Imo.& Moder. in l.alia.§.eleganter. ff.ſolut. matrimo. reſpondeo ex doctrina no. Ang. in l.pactum inter hęredem. circa.fin. ff.de pac. vbi Ange. dat no. regulam, quòd per conſenſum partium non poſſet generaliter, & indiſcretè fieri, quod credatur vni teſti, quia eſſet contra publicam formam probationis, & eſſet contra conſuetudinem, ſed quod credatur iſti ſoli in ſpecie bene poteſt fieri, quia in præiudicium eorum
b ſolùm eſt, ita loquitur concluſio Docto. quam feci.[b] licèt Ang. non dicat. probo iſtam doctrinam per vnam regulam, quam credo veram, quia conſenſus priuatorum plus poteſt in præiudicando ipſis priuatis, quàm poſſit ſtatutum, vel conſuetudo, vel reſcripta principium. iſtam concluſionem probo: nam partes poſſunt renuntiare appellationi in eorum præiudicium. text. eſt. in l.fi.C.de tempo. appellatio. & tamen appellatio non poteſt tolli per ſtatutum, etiam iuratum. tex. eſt in c. venientes. de iureiur. ecce, quòd plus poteſt conſenſus priuatorum, quo ad præiudicandum eis, quàm ſtatutum iuratum. ¶ Secundò, & in ſpecie, & iſtud me magis mouet, quòd per conſenſum partium poteſt tolli tranſactio. l.ſi diuerſa. C.de tranſact. facit. l. fin. C. de pact. & tamen tranſactio non poteſt tolli per reſcriptum principis. l.cauſas, vel lites. C. de tranſact. ¶ Tertiò partes poſſunt derogare exceptioni peremptoriæ, non ſolùm expreſsè, ſed tacitè non opponendo. l.peremptorias. C.ſen.reſcin. non poſſe, & tamen non poteſt tolli exceptio peremptoria per reſcriptum principis, quia eſſet tollere defenſionem. c.ex parte. de foro compe. vbi do. Anto. de Butr. & alij no. cum concor.& ſic eſſet vera regula.§. quam feci, ꝙ partes plus poſſunt facere, quo ad præiudicium eorum, quàm conſuetudo, vel ſtatutum,
10 vel reſcriptum principis.¶ † Circa dicta Bar.[c] de inſtrumento
c conficiendo à notario latino inter Teuthonicos, vel de Teuthonico examinando per iudicem latinum. Adde inquantum Bar. concludit, ꝙ ſi notarius ſciret interpretari, tunc ei ſoli crederetur per d.l.ſi quis decurio. in fi.C.ad l.Corn.de fal. Bar. bene loquitur in notario actorum, & in iſtis terminis propriè loquitur Bar. ſecus eſſet in alio notario, quia iſto modo ſuſtineret vicem teſtis, & notarij, quod eſſe non poteſt, vt tradit Bar. in l.Domitius.ff.de teſta. Item eſſet notarius, quod eſſe non poteſt, vt tradit Bar. in l.ex ſententia.ff.de teſta.tut. Secundò adde inquantum Bar. tenet, quòd ſi iudex ſciret interpretari, quòd ſtaretur interpretationi ſolius iudicis. iſtud non eſt verum, ſecundum Roman.& Are. hic, quia iudici ſoli non creditur de actis, vel de geſtis coram eo, per text. in d.c. quoniam contra falſam.& in l.
d ne in arbitris.C.de arbi.& ibi Bar.¶ Tertiò principaliter,[d] & hic eſt punctus, inquantum concludit Bar. quòd per iudicem debent adhiberi duo interpretes, ſi reperiantur in locis, aliàs vnus ſufficit, per text.not. in §.quod autem. in Auth. de non alienan. colla.2. cū Bar. tenent alij Scribentes cum multis concor. alleg. per Alexan. hic, & in conſi. 350. aliàs 35. primæ partis incip. viſa priuata ſcriptura. in penult.& vltim.col. & vltra alleg. per eum
11 idem tenet Bald. in c.pen.de proba.& in c.licèt. de teſti. † Similiter quando dubitatur, an vulnus ſit mortale, vel non, vel an ſit remanſura cicatrix, vel non, debet iudex adhibere duos medicos ſi reperiantur, aliàs vnus ſufficit, per tex. in d.§. quod autē. ſecundum Bar. in prima conſtitutione Digeſtorum ad fin. principij, & in l.1. in prin.ff.de ventre inſpi.& in l.fi. ad fi. ff.ad l.Corn.
* de ſica. *iſta eſt communis concluſio* ſecundum do. Alex. hic, quicquid teneat dom. Abb. Panor. ſolus in c.propoſuiſti. de proba. vbi tenuit, & fortè non malè, ꝙ quando cauſa eſſet grauis, & non eſſet in loco niſi vnus, deberet mitti ad loca vicina, & licèt Alex. vilipendat hanc opinio. tamen habet magnam auctoritatem in practica.& eam tenet Aret. in d.c.propoſuiſti.& in d.§. quod autem. licèt omnes ita teneant, poteſt teneri contra communem opi. ꝙ duo imò iudex nō debeat adhibere niſi vnum, dato, ꝙ duo reperiantur in loco vel plures, & ſufficit ille vnus, per text. in l.3. C.finium regum. in verbo agrimenſor percipiatur, & ſic loquitur in ſingulari. ad idem tex. in c. quia iudicante. de pręſcri. in verbo agrimenſoris diffinitione, & ſic in ſingu. ad idem tex. valde no. in §.illud quoque. in Auth. vt præpo. nomen Impe. in verbo donec hominem quencunq; comperiant, literas illas pro veritate lecturū, colla. 5. & ſic ſemper in ſingulari, & per illum tex. no. ibi Ang. quòd quando dubitatur de ſingnificatu literarum, puta, quia literæ græcę præſentantur in iudicio inter latinos, ſtatur dicto vnius interpretis de earum intellectu, quod dicit notādum pro libris, vel ſcriptis Hebræorum, ſi producātur coram iudice, ſtabitur dicto vnius Hebręi interpretantis, & ſic ſi bene conſideramus iura ſemper loquuntur in ſingulari, & ſic ſtandum eſt dicto vnius, & ſi diceretur, imò ſecus, ꝙ deberent addi duo ſi ſint in loco, erit manifeſta violētia

ad

A D D I T I O N E S.

a ¶Tertia ergo, &c. Ad hoc vide aliquid per Fely. in c.nuper. extra de teſtam.& an valeat pactum, quòd aliquid non probetur teſtibus, per eundem in c.2. in vlt.col.de prob.& ibidem vtrum valeat arg. de pacto ad ſtatutum.

b ¶Adde multa dicta Aquen. in l.vt vim. ad fin.2.col. ff.de iuſti.& iure. Quartò facit, quia princeps non ligatur lege. l.princeps. ff. de legib. ſed pacto. c.1.de prob.& ita dicit Dec. in c.quæ in eccleſiarum. de conſti. PVRPV.

c ¶Circa dicta Bar, &c. Adde, quòd Bal. in l.ſi quis filiabus. ff.de teſt.tut. per tex. de quo ibi per eum, dicit, quòd teſtes poſſunt interrogari de vulgari ſuo, quomodo intelligant, & idem tenuit Alexand. conſi. ſuo. 104. incip. viſis. & 150. incip. in cauſa, & lite verten. in 5. volum.& conſi. 17. in 2. vol. plenè per Fely. in c.fi. de teſti.

d ¶Tertiò princ. &c. De hoc vtrum in cauſa debeat adhiberi vnus, vel duo periti in artè, & quando eis creditur, & vtrum debeant iurare, & an ſententia lata ad eorum dicta poſſit retractari, & multa alia ponit Felyn. in c. propoſuiſti. in 3.colum. cum ſeq. de proba. Ludo. Rom. ſing. ſuo. 706. incip. an Papa. vbi ponit vtrunque dictum, quòd etiam Papa non poteſt facere, quòd dicto vnius indeterminati ſtetur, per c.indicas hermanum. 3. quæſt. 9. quod dictum ſequitur Felyn. in tribus locis, quos poſui in additio. noſtris ad dictum ſing. poſteà inueni, quòd idem Felyn. ſibi contrarius reprobat in c. veniens. el 1. de teſta.& in c.nuper. vbi plenius. eod. titu.& dicit, quod tex. vbi ſuprà loquitur, quòd Papa non poteſt facere, quòd ſtetur dicto partis non autem tertij, de hac materia ponit Barb. in conſi. ſuo 163. incip. quidam habens. in vlt. volum. colum. penult.

ad iura alleg.ratio prædictorum eſt,quia periti in arte, quando
adhibentur per iudicem , non appellantur propriè teſtes, vt ſu-
pra dixi, & dicta eorum non afferunt præiudicium irreparabi-
le, ſicut dicta aliorum teſtium , quia ſententia lata per dictum
periti in arte,non tranſit in rem iud.quin poſſit reſcindi alio me
lius iudicante,ita Ioan. And.in addi.Spec.in titu.de homi.§.1.in
ver.pone.A.vulnerauit.B. Imo.Ang.& Mod.in l. ſi ab hoſtib.§.
fi.ff.ſolut.mat.Ang.not.in l.ꝙ ſi nolit.§. ſi mancipium.ff.de edi.
edic.dom.Ant.& alij Cano. in c.propoſuiſti. de proba.tenendo
iſtam opin. quæ in puncto iuris eſt veriſſima contra omnes,nõ
obſt.tex.in §.ꝙ autem.in Auth.de non alien.allegatus per Bart.
quia reſpondetur , ꝙ ibi eſt caſus ſpecialis in alienatione rei ec-
cleſiaſticæ: patet,quia ibi requiritur præſentia Epiſcopi,& quã-
plurium clericorũ. ergo ille caſus ſpecialis nõ eſt trahendus ad
32 conſequentias l.ius ſingulare.l.ꝙ vero contra.ff.de legi. ¶†Cir-
ca magiſtralem,& longam doctrin.Bart. an & quando diuerſi-
tas inter interrogationem , & reſponſionem inducat diuerſita-
tem obligationis,ſumma iſtam doctrin.Bart.in duob.verbis,vt
facit Bart. in fin. & eſt melior doctrina quàm illa, quam ponit
Imo.in reaſſumendo iſtam in §.ſi quis ſimpliciter.ſ.eo. non in-
ſiſto,vbi reaſſumit per regulã,& cum nouem fallentijs, non in
ſiſto in ſingulis membris Bart.quia de eis vidimus. ſ. latè in ſin-
gulis præcedentibus membris Bart.ſed inſiſtam , vbi erit neceſ-
33 ſarium.Aduerte tamen diligenter , inquantum dicit Bart.† ꝙ
oratio dicitur generalis,quando apponitur ſignum vniuerſale
omne : oratio verò dicitur vniuerſalis, quando apponitur col-
lectiuum nomen puta grex,hæreditas,&c.abſque termino vni
uerſali omnes. nomina vniuerſalia dicuntur propriè illa , quæ
aptitudine recipiunt augmentum , & diminutionem legaliter
loquendo,prout eſt grex, hæreditas, peculium, & ſimilia,quo
ad augmentum,& diminutionẽ. nam ſi habeo gregem in quo
ſunt centum,etiam ſi diminuatur ſemper eſt grex , ſi augetur
ſemper eſt grex,illa vero, quæ non recipiunt augmentum, vel
diminutionem appellantur generalia,vt ſocietas,tutela,ſecun-
dum glo.in l.1.in prin.in glo.magna.ff.de eden.& in c.2.de libel.
obla.& in c.conquerente.de offic.ordin. & ita declarat melius
quàm alius,nec alibi legi, Bal.in illa l.1.in 3.col. & ibi Mod.ff.de
eden.dico ergo Bart.bene,& legaliter loquutum.Item nomina
vniuerſalia quædam ſunt corporum tantum, vt eſt grex, quæ-
dam corporum,& iurium, ſicut peculium , hæreditas, dos, &
ſimilia.ita declarat Bart.in rub.ff.ſol.mat in vlt.col.& iſtam dif-
ferentiam inter nomina vniuerſalia , & generalia ponit etiam
Bar.in l.1.in vlt.col.ff.de leg.1.ergo bene dicit Barto. quòd ora-
tio vniuerſalis dicitur nomen collectiuum abſque ſigno vni-
uerſali,& ponit exemplum,vt grex,& ſimilia.ſed aduerte,quia
Bar.ſub termino indefinito ponit exemplum in homine , & in
naue.ſed caue,quia Bar.infra in doctrina expreſsè dicit, quod ſi
interrogo promittis hominem mihi in genere , ꝙ iſta dicitur
oratio, vel interrogatio vniuerſalis , ſi oratio vniuerſalis eſt re-
ſoluenda in particularem ſolutionem, vt promittis hominem
in genere,ergo vult,ꝙ promittere hominem in genere dicatur
eſſe oratio vniuerſalis,ꝙ non videtur bene ſtare,quia ſic capie-
34 tur oratio vniuerſalis. prout eſt nomen collectiuum. † Decla-
ratis verbis Bar.aduerte, quia Bar. vult notabilem differẽtiam,
& profecto apud me multum mirabilem. Bart.vult eſſe diffe-
rẽtiam inter interrogationem generalem,& vniuerſalem, quia
ſi interrogatio eſt generalis,vt promittis mihi omnes ſeruos,&
reſpondeas tu de vno vel tribus,valet ſtipulatio, quia id, quod
promittitur,licèt ſit minus, tamen valet in eo in quo interroga
tio præcedebat,& ſic non peccat in ſubſtantia ſtipulatio,ſi au-
tem interrogatio ſit vniuerſalis per nomen collectiuum grex,
quia interrogo te promittis gregem,& reſpondeas ſingulariter
de vna vel duabus ouibus,ſtipulatio non valet , quia diuerſitas
eſt inter interrogationẽ, & rñſionem.nam aliud eſt grex in vni-
uerſo,aliud ſingula corpora.l.1.in fi.cum ſeq.ff.de rei vend.l.na-
ue.ff.de euic.in grege ergo aliud eſt dominiũ in vniuerſo, aliud
in ſingulis rebus . Tu conſidera , quòd terminus peculium eſt
terminus vniuerſitatis ꝓpriè ſicut grex. pone interrogo te pro-
mittis mihi peculium , & tu rñdeas promitto aliquas res ſin-
gulares de peculio, puta veſtes,an valeret iſta ſtipulatio, ſecun-
dum Bart.diceres, quod non,vt dicunt iſti Senenſes ſubtilizan-
do Bar.ſed errant,imò ſecundum Bar. in peculio valeret , pro-
bo : nam in grege non poſſum vendicare ſingula corpora , ſed
debeo vendicare totum gregem,ſed in peculio eſt totum con-
trarium.tex.eſt in l.vẽdicatio.ff.de rei vendi. & in l.ſi peculium.
in prin.ff.de pec.leg ergo cùm in peculio ſingulæ res ſint in pe-
culio,ſeu in dominio peculij, ſtipulando ſingulas res de pecu-
35 lio non vitiaretur ſtipulatio.¶ † Secundò ſicut grex eſt nomen
collectiuum,& vniuerſale, ita chorus, & familia ſunt nomina
collectiua,& vniuerſalia.l.pronunciatio.§.familiæ. ff.de verbo.
ſigni.ergo ſecundum doctr.Bar.ſi ſtipulor chorum, vel familiã,
& reſpondeas de vno vel duobus,deberet vitiari ſtipulatio ſe-
cundum Bart.& tamen eſt contrarium,per tex. in l.ſi chorus.de
leg.3.ergo iſta doctr. Bart.nunquam fuit viſa tuta in iſtis mem-
bris,quia non poſſet defendi ab iſtis duabus impugnationibus,
& ideo Rapha.Cuma.impugnat doctrinam Bar. & ego habeo
eam pro multum periculoſa.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio mixta quæ ſit.*
2 *An ſit dare actionem mixtam.*
3 *Sub ſimplicibus continetur caſus mixtus, & nu.5.*
4 *In poteſtate conceſſa legato,vel alteri legitimandi ſpurios, vel inceſtuoſos,an veniat caſus mixtus,videlicet,vt poſſit legitimare ſpurium,& inceſtuoſum.*
5 *An ſub ſimplicibus contineatur caſus mixtus.*
6 *An qui eſt ſimul ordinarius, & delegatus poterit delegare.*
7 *Si eſt ſtatutum, quòd contra militem non poſſit inquiri, contra aduocatum ſic,an poſſit inquiri contra vnum,qui eſt miles, & aduocatus.*
8 *An ſub ſimplicibus in contractibus contineatur caſus mixtus.*
9 *Si teſtator grauet filium ſi moriatur ſine maſculis relictis fœminis, & filius moriatur relictis maſculis, & fœmi.euaneſcit legatum ſeu fideicommiſſum.*
10 *Facere affirmatiuum comprehendit ſub ſe non facere.*
11 *Qui tenetur facere,& negligit,punitur, & appellatur,ac ſi faceret.*

LEX II.

STipulationum. In iſto principio ponitur bimem-
bris diuiſio ſecũdum ſubſtantiam ſtipulationis,po-
ſtea in verſi. & harum. triplex diuiſio reſpectu exe-
cutionis.alia diuiſio ſtipulationum ponitur in l. ſtipulationum
aliæ.ĩ.eo.aliam ponit tex.in l.ſtipulationum quædam.ĩ. eo.aliã
ponit tex.in l.1.ff.de prẹto.ſtipu.¶Capio gl.1.quæ diuidit l.prę-
ſentem in quinque partes.ibi enim ponitur,inter quos,quomo
do,& quib.verbis contrahatur ſtipulatio: deinde quarto,quan-
do vitietur. vlti. qua lingua poſſit contrahi , poſteà glo. noſtra
continuat.l.ad pręcedentem.quamuis gl.in l. Gallus.in prin.de
libe.& poſthu.dicat, ꝙ de l.ad legem non debet fieri continua-
tio.alibi glo.in l.2.C.de pe.bo.ſubla.libr.10.dicit, ꝙ in legib.Iu-
riſconſultorum debet bene fieri continuatio , quia procedunt
per viam doctrinæ,ſecus in ll.Codicis , qa Imperator faciebat,
prout eueniebant caſus.¶Capio gl.in verbo in dando.ꝗ diuidi
tur in quatuor partes , prout tres ponit opi. poſteà ſubijcit vnũ
dictum.Secunda ibi, poteſt & tertium membrum. Tertia ibi,
1 item ſub faciẽdo. Quarta,& vlti.eſt ibi,Secũda diuiſio eſt.¶†In
ea.gl.ibi,vt mixta ex dando,& faciendo,habes ex iſta gl.conclu
ſionem,ꝙ eſt dare ſtipulationem mixtam, quę conſiſtit in dan
do, vt eſt reddere rationem, ſi ſtipulor reddi rationem,ſtipulor
ſimul,& ſemel factum, & dationem, licèt glo.non alle.eſt text.
in l.cũ ſeruus.& l.quamuis.ff.de condi.& demon.quam allegat
Bar.& alij.pro iſta concluſione gl.adde tex.ad literam in l.vete-
ris.C.de contrahen.& commit.ſtipu. vbi formaliter dicit tex.ſti
pulationum quædam in dando, quædam in faciendo, & quæ-
dam mixtæ in dando , & faciendo , *ita tenent omnes vbique.* Sed
inſignis Doctor Mediol. do. Petr.de Bexu. hic pro ſuo acutiſſi-
mo ingenio tenuit nouam opi.contra omnes , ꝙ non ſit repe-
rire,nec dare iſtam ſpeciem mixtam.ſ.dandi,& faciendi,quia ſi
reperiretur iſta tertia ſpecies,Iuriſconſ. poſuiſſet iſtam tertiam
ſpeciem,& ſic feciſſet diuiſionem trimembrem,vt fecit in §.&
harum.& quia non datur , ideo Iuriſconſ. non poſuit eam.pro
iſta opin.omiſſis leuib.duo adducit, quæ videntur ſtringere, ꝙ
impoſſibile ſit reperire ſtipulationem dandi, & faciendi ſimul,
quia ſi dare & facere ponañ in vna ſtipulatione, non eſſet vna
ſtipulatio,ſed plures,qa regulã habemus,ꝙ quot res,tot ſtipula
tiones cenſentur.l.ſcire debemus.in prin.ĩ.eo.l.1.§.pen.ſ. eod.ſi
ergo in vna ſtipulatione quis promitteret dare & facere, non
eſſet vna ſtipulatio,ſed plures, ergo eſt impoſſibile dare vnam,
quæ ſit dandi,& faciendi. Secundò , quia ſi eſſet vna ſtipulatio
dandi , & faciendi ſimul,ſequeretur abſurdum , ꝙ vna ſtipula-
tio produceret actiones diuerſas , quia pro datione compete-
ret certi condictio.l.certi condictio.ff.ſi cer.pet. inſti. eo.in prin.
& pro facto competeret actio ex ſtipulatu , & tenendo iſtam
partem,quæ eſt pulchra, & ſubtilis , punctus eſt reſpondere ad
l.cùm ſeruus. & l.quamuis. ipſe reſpondet , & quidem ſubtili-
ter , ꝙ d.l. cùm ſeruus. & l. quamuis.loquuntur in ſeruo. ſed in
ſeruo non poteſt cadere obligatio dandi , quia dare eſt domi-
nium transferre.l.vbi autem non apparet.§.fi.ĩ.eo.§. ſic itaque.
inſti.de act.ſed iſtud non cadit in ſeruo.l. ꝙ attinet.ff.de reg.iur.
& ſic in illis.ll. verbum dare, ponitur pro reſtitui. Sed verbum
reſti-

reſtituendi eſt facti. l. ſtipulationes non diuiduntur. j̃. eod. & ſi diceres, eſt verum, ꝙ illi tex. ponunt caſum in ſeruis, tamẽ non ſunt reſtringendi ad ſeruos tantum, nam ſi liber homo obligetur reddere rationem, certè in libero homine, reddere, ſignificabit dare, ſed ipſe reſpondet, quòd etiam in libero homine obligatio reddendi rationem principaliter continet factum, licèt in conſequentiam aliquando poſſit contineri datio, aliquando non poſſit contineri datio, vnde debet attendi illud, quod principaliter agitur, vt dicit tex. in l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cer. pet. nullus facit mentionem de iſta opi. ¶Vltra eum addo bene facere, quod in ſimili tenuit Ioan. Fab. optimus Doctor profecto in §. omnium. inſti. de act. vbi tex. dicit, ꝙ omnium actionum quædam ſunt in rem, quædam in perſonam, dicunt glo. & Doct. ꝙ etiam mixta in rem, & in perſonam. §. quædam. inſti. de act. propterea dicunt, ꝙ etiam ibi ſaluatur text. ſicut hic, ꝙ ſub ſimplicibus contineantur mixta, vt dicit ibi glo. in verbo
2 ſumma, dicit Io. Fab. ꝙ glo. & Doct. errauerunt, † quia non eſt verum, ꝙ detur actio mixta, quia Imperator feciſſet mentionem, ſi reperiretur actio mixta. & ideo tenet pro ſuo ingenio contra omnes, quòd non reperiatur actio mixta, & probat per multa media. & ſi tu diceres, nonne habemus. §. quædam. inſti. de actio. vbi dicit, quod quædam ſunt mixtę, dicit Ioan. Fab. quod Docto. non bene viderunt illum text. quia text. non dicit hoc, ſed dicit quædam actiones mixtam naturam habere videntur, & illam opin. ſequitur ibi Nicol. de Neapo. iſtam opin. etiam tenuerunt Bald. & Ange. de Are. in illo. §. quædam. inſti. de actio. & credo, quòd illa ſit vera ſicut Euangelium. & legendo inſtitutiones tenui opin. Ioan. Fab. & iſta opin. do. Pet. etiam placeret mihi, quia tenui ibi illam Ioan. Fab. ſed iſta opin. Bexu. habet tex. qui obſtat multum in l. veteris. C. de commit. ſtip. vbi tex. ad literam dicit ſtipulationum quædam in dando, & quædam in faciendo, quædam mixta in dando, & in faciendo, tamen ad illum text. do. Petr. de Bexu. reſpon. ſequendo glo. primam ibi, quæ quærit, quomodo eſt dare ſtipulationem mixtam in dando, & faciendo glo. reſpondet, eſt reddere rationes: vnde per illum text. in d. l. veteris. qui eſt nimium expreſſus, teneo cum opin. communi, ꝙ ſit dare ſtipulationem mixtam in dando, & faciendo. facit etiam text. in d. l. cùm ſeruus. & in d. l. quamuis. intelligendo eos etiam in libero homine, ibi enim redditio rationum ita æque computatur, ſicut computatio rationum: Præterea regulam habemus, ꝙ licèt mixtum magis participet de vno ſimplici, quàm de alio, tamen per hoc non deſinit eſſe mixtum. l. quæritur. ff. de ſtat. homi. Non obſtant fundamenta ſubtilia do. Petr. quæ videntur multum ſtringentia. primò dum dicit, ꝙ Iuriſconſultus hic non dixit de iſta actione mixta, quia ſi reperiretur, ꝙ dixiſſet, dic, ꝙ iſtud ſuppletur per alias. ll. & vt dicit glo. ſub ſimplicibus continetur mixtum, licèt hic non dicatur. Non obſt. ſecundum, quia ſi vna ſtipulatio cõtineret dare & facere, non eſſet vna, ſed plures, quia tot dicuntur ſtipulationes quot res. reſpondeo, & clarè, ꝙ illa regula procedit, quando plures res ſunt ſpecialiter, & ſpecificè expreſsè; tunc tot ſunt ſtipulationes quot res, ſecus quando in ſpecie nõ ſpecificantur, vt in ſtipulatione reddendæ rationis. ita tex. in l. ꝙ dicitur. j̃. eo non obſtat aliud, ꝙ ſi vna eſſet ſtipulatio dandi, & faciendi, ꝙ orirentur remedia contraria, quia poſſem dicere, ꝙ iſtud argumentum tollitur per §. quædam actiones mixtam. Sed reſpondendo realiter in forma, & clarius dico, ꝙ ex vna ſtipulatione poteſt oriri actio ex ſtipulatu, & certi condictio, nec eſt abſurdum, ita expreſsè determinat Alex. in l. ſi quis certum. ff. ſi cert. pet. & alij Moder. & ponit exemplum in ſtipulatione plurium legatorum, & licèt Alex. non fuerit recordatus, tex. eſt in l. liber homo. §. fin. vbi text. not. j̃. eod. vbi eſt tex. pone ſtipulor à te. 100. dari mihi, aut Titio. tex. dicit, ꝙ pro eo, ꝙ eſt dandum mihi, eſt certum, & ſic competit certi condictio. pro eo, ꝙ eſt dandum Titio, eſt actio incerta, & ſic competit actio ex ſtipulatu, & ita habes defenſatam communem opi. quæ eſt vera. ¶In ea gl. ibi, & ſub ſimplicibus mixtum comprehendit legiſlator. no. iſtam regulam, ad quam frequenter allegatur iſta
3 glo. pro notabili, † ꝙ ſub ſimplicibus continetur caſus mixtus. ad hoc allegat Bar. no. in §. omnium. inſti. de act. vbi glo. in verbo ſumma. Pro iſta concluſione vltra iſtam gl. & illam Bart. allegat tres no. leges. l. ſi ita ſcriptum. ff. de libe. & poſthu. l. ſi ita. in
a §. 1. de hære. inſtit. & l. Clemens. ff. de her. inſtitu. ¶Et inducitur [a] iſtud per Barto. ad vnam not. quæſtionem, quæ euenit in facto tempore Io. And. & Ioan. Cal. filius adoptiuus Io. And. qui diſputauit iſtam quæſtionem. ¶Circa iſtam quæſtionem, & deciſ.
4 Bar. concludit Bart. † ꝙ in poteſtate legitimandi conceſſa legato, vel alteri legitimandi ſpurios, vel inceſtuoſos venit etiam caſus mixtus, vt poſſit ſpurium, & inceſtuoſum ſimul, quia iſta eſt materia fauorabilis, in qua debet fieri latiſſima interpretatio, iuxta l. fi. ff. de conſti. prin. idem, quod Bar. tenet Bal. Imo. Rom. & Alex. hic, & Bald. Ang. & Alex. in d. l. ſi ita ſcriptum. ff. de lib. & poſthu. Ang. in d. l. Clemens. in prin. ff. de hære. inſti. Bald. in §. 1 inſti. de actio. Abb. Panor. in c. at ſi clerici. §. de adulte. in 5. col. de iudi. vbi dicit, quòd opin. Barto. procedit de æquitate. etiam eam ſequitur, & ſimpliciter tenet Abb. Panor. in c. fin. de ſimonia. antequam procedatur vlterius ad referendum opin. contrariam vr̃ primò, ꝙ Barto. malè formet iſtam quæſtionem, & formando prout format ipſe, iſta quæſtio, videtur non habere dubitationem. Et propterea pondera, ꝙ Ioan. de Imo. & Pau. de Caſt. melius formant iſtam quæſtionẽ, q̃ dicat Bar. Papa dedit poteſtatem Legato Bononiæ legitimandi ſpurios, item inceſtuoſos, male format, quia ex quo dedit poteſtatem legitimandi ſpurios, iſte terminus ſpurios, eſt multum generalis, & comprehendit omnes natos ex quocunque damnato coitu; etiam ſi eſſent mille defectus, ſemper ſunt ſpurij. gl. habes in §. fin. in Auth. quib. mod. natu. effic. ſui. colla. 7. & ita declarat Bar. in l. fin. in 1. colum. ff. de his quib. vt indi. quare hoc? quia ſpurius eſt terminus generalis, nam ſpurius dicitur quaſi natus extra puritatem matrimonij. quicunque ergo naſcitur extra puritatem matrimonij, dicitur ſpurius. quocunque ergo modo naſcatur, eſt terminus generalis, inceſtuoſus bene eſt ſpecies: tunc ſic, ſi iſte legatus habebat facultatem legitimandi ſpurios, ergo habebat facultatem legitimandi iſtum mixtum, de quo dubitat Bar. & ſi tu dicas, quòd licèt generaliter dixerit ſpurios, ſed ſequitur in litera, item inceſtuoſos, iſtud nihil facit ad propoſitum, quia licèt genus præcedat, & ſequatur ſpecies, vtrum ſpecies habeat reſtringere genus, iſta eſt materia de qua latè tradit Bar. in l. quæſitum. ff. de fun. inſtruc. & ideo Ioan. de Imo. & Pau. de Caſt. formãt melius quęſtionem, & dicunt ſic. Legatus habet facultatem legitimandi natos ex adulterio. item & natos ex inceſtu; pone, quòd ſit natus ex adulterio, & inceſtu, & quòd Bar. male formet quæſtionem, confirmo per id, quod ad propoſitum decidit formaliter Bal. in c. innotuit. in vlt. col. de elect. vbi quærit, pone Papa vel Imperator dedit facultatem alicui, quòd poſſit legitimare ſpurios, nunquid poterit legitimare ſpurios inceſtuos. dicit ibi Bald. quod iſtud non habet dubium, & dicit, quòd ſic. ſecus eſſet dicit Bal. ſi Papa daret licentiam legitimandi inceſtuoſos, & ſi diceres, Bald. dicit, quod iſte Legatus habebat poteſtatem legitimandi ſpurios, & inceſtuoſos, quia ſubiunxit, item inceſtuoſos, dicit, reſpondeo, quòd adijcit inceſtuoſos, non quia ſub dictione ſpurios, non contineretur inceſtuoſus, ſed ad tollendam dubitationem, ideo ſic dixit Bart. ſed defendendo Bar. reperi aliquos dicere, quòd Bar. dicendo ſpurios, non intellexit pro termino generali, ſed ſpeciali, ſed iſtud nihil eſt dicere. Sed tu dic defendendo Bart. & ſi Bart. eſſet ad oſtium, diceret hoc, quòd iſte terminus ſpurios eſt generalis ad omnia ſimplicia, intelligitur ſpurius, ideſt, extra puritatem matrimonij natus. iſta ergo dictio ſpurius, eſt generalis ad omnia ſimplicia, ideſt continet ſub ſe ſiue naſcatur ex adulterio ſiue ex inceſtu, & ſiue ex quacunque fornicatione. iſte ergo Legatus habebat poteſtatem in genere ſuper omnibus ſimplicibus. Sed dubium nunc eſt, quid ſi eueniat caſus mixtus, ſcilicet, ꝙ aliquis habeat duas qualitates, nunquid iſta mixta cadant ſub illo generali. Et iſtud eſt, quod voluit dicere Bar. & ſi diceres fateor, quòd ſpurios comprehẽdit etiam mixtum, tamen magis reale eſſet quæſtionem formare, vt Imo. & Pau. de Caſtr. formant: iſta dixi, vt aperiam lumen ſcholaribus. ¶Secundò aduerte, inquantum Bar. dicit, quòd l. ſeruis vrbanis. §. fin. ff. de leg. 3. nihil facit. ille. §. fin. habet duas deciſiones. in prima verum dicit Bar. illa nihil facit propter rationem, quam ibi aſſignat Bar. generi per ſpeciem derogatur, ſed in ſecunda deciſione ille tex. videtur bene facere, quicquid dicat Barto. ibi enim ſerui mixti communicantur. Et ſic ibi ſub ſimplicibus continetur caſus mixtus, ſic etiam in l. Titiæ textores. in princip. ff. de leg. 1. & ita Alexan. & Moder. alleg. illum text. Ad hanc regulam breuiter puto Bart. bene dicere, & habuiſſe bonum intellectum ſi bene intelligatur, quòd ille tex etiam in ſecundo reſponſo nihil facit, nam in iſta materia idem effectus debet eſſe in caſu mixto, qui eſt in caſibus ſimplicibus. Sed ibi in caſu mixto non eſt idem effectus. patet, quia in vtraque diſpoſitione ſimplici erat factum legatum vtrique inſolidum, ergo ibi fiet communicatio inter eos difformiter. vult dicere Bart. quòd ille tex. nihil facit ad iſtam quæſtionem. nam in iſta quæſtione, ſi non eſſet effectus in poteſtate legitimandi mixtum, ſicut in poteſtate legitimandi

A D D I T I O.

a ¶Et inducitur, &c. Ad iſtud vide etiam eundem Auctorẽ in §. omnium. in gl. in verb. omnium. col. 7. & 8. inſtit. de actio. Fely. in c. propoſuiſti. 14. col. & prę ceden. & ſeq. de reſcrip.

gitimandi simplices spurios, certè excommunicatio nihil faceret. Ad istam quæstionem credo, quòd hæc fuerit mens Bar. licèt ita non declaret. ¶ Successiuè inquantum Bart.& Legistę fundant principaliter eorum decisionem per tex. in l.si ita scriptum.ff.de lib.& posthum. ponderando benignitatem, de qua ibi in tex.& sic, ꝙ in fauorabilibus cōtineatur mixtum, omitto ea, quæ dicit Cy.& Rapha. & Alex.hic, vltra cum ille text. non videtur aliquid probare in ista.q.ibi.n.illud procedit fauore institutionis, & testamenti conseruandi, vnde ille text. non procederet in legatis, vel fideicom.in quib.cessat iste fauor, ita formaliter dicit Bart.in l.cùm auus.in vlt.q.ff. de condi. & demonst.ergo nihil ad propositum nostrum, tantò magis, quia priuilegium non annullaretur, & de ista.q.Bart.faciam inferius mētionem. ¶ Contrariam opi.ꝙ iste Legatus vigore potestatis sibi attributæ non possit legitimare laborantem duplici morbo, quia sit spurius, & incestuosus simul, tenet Io.Cal.qui disputauit istam quæstionem Bononiæ, vt dicit Bart. in disputatione sua, quę inci.Papa concessit.quā refert, & sequitur Io.And. in addi.Spe.in tit.qui fil.sint leg.super rub.Idem tenēt Io.And. d.Ant.& Io. de Imo. in c. at si clerici. §. de adulterijs. extra de iudi.Ioan.de Imo in l.si ita scriptum.ff. de lib.& posthu. Idem tenet Archi.in c.Virginem. 27.q.1.Gemi. in c. suspectum.in 6. not.per illum tex.de rescriptis.in 6.& in c.nos consuetudinem. 12.dist.Pet.de Anch.in repe.regulæ.accessorium.in 4. q.de reg. iur.tenet Are.hic, & in 19.dist.in §.de adulterijs. *& ista est cōmunis opi.* apud Canonistas. quid tenendum? licèt auctoritates plurimæ sint pro, & contra, & passus sit dubius, teneo opi.ꝯ Bar.& Legistas, nā duo fortiter vrgent, quibus non video bonū necreale responsum, nam in materia legitimationis, vel potestatis legitimandi illi, cui cōceditur, quòd est maius, intelligitur cōcessum, quod est minus.ita arguit text. in c.per venerabilem. qui fil.sint leg.sed ècontra, cui licèt, quod est minus, non debet licere, quod est plus.l. cui pacto. ff. de seruis expor. sed maior est dispensatio, vbi cōcurrunt duo defectus in ꝑsona legitimādi, quam qn̄ simplex defectus concurrit.Auth.itaque.C.commu.de suc. & qn̄ aliqui casus sunt expressi, nunquam continetur maior expressis. c.sedes.de rescri.cle.non potest.de procur. no.in l.sed, & si quis.§.quæsitum.ff.si quis cau. præsertim in potestate legitimandi, quæ est de reseruatis Papę, vel Imperatori in signum supremę potestatis.§.fi.in Auth.quib.mod.nat.effic. sui.colla.7. & talia reseruata nō veniunt sub gn̄alitate verborū. c.ꝯquerente de. offi.ordi. Scd̄ò pro ista parte ꝯ Bar.& Legistas stringit tex.in l.vim passam.§.præscriptione.ff.de adul.allegata ꝑ Bar.circa quam Alex. est sibi ꝯrius in 2.& 3.col.nam accusatio adulterij præscribitur quinquēnio, similiter accusatio incestus præscribitur quinquennio. l.mariti.§. quinquennium.ff.de adul.vt etiam dicit d.Alex.in 2.col.& in 3. cū reprehendit Bar. reuertit ad sol.Raph.Cu.& malè, & hoc tamen nō est ex alio, nisi quia qn̄ simul cōcurrunt, est grauius delictum, ergo hic ratione mixti, quando concurrit, quòd quis sit adulterinus, & incestuosus dicitur maius delictum.pro eadem parte bene facit illud, quòd tenet Bal.in c.naturales, in vlt.q.si de feu.fue.cōtro. inter dom.& agna. vbi quærit, pone, Comes Palatinus habet ꝑtātem legitimandi certū genus spuriorū, an poterit legitimare eos, qui maiori vitio laborant, decidit, quòd non, q̄a species sicut genus non prædicatur de plurib. l. hæres. §.duæ statuæ. ff.de leg.3.Item in istis difficiliorib.& istud est, quod ego pondero, cùm Papa, vel Imperator reddant se difficiles in concedendo, non veniunt in tali concessione, ita dicit tenere Ioan. Mona. in capitul. primo. de fil. presby. in 6. pro eadem parte addo id, quòd singu. decidit insignis Doctor Signorol. de Homod.Doctor Mediolanensis in consi.184. ꝙ incip. in quæstio vertente inter durantem. vbi singu. consuluit, quòd Comes Palatinus habens ab Imperatore, vel Papa potestatem legitimandi spurios, non poterit legitimare spurias fœminas. mouetur sex fundamentis, sed quantum attinet ad propositum nostrum, inter cæteras alleg. bonam rationem, quam pondero alijs omissis, nam dicit, quòd maior est ratio legitimandi spurios masculos quàm spurias fœminas, quia masculi legitimati possunt promoueri ad dignitates, officia, & honores publicos, fœminæ verò non.l.secunda.ff.de regul.iur. ideo Papa, vel Imperator non præsumitur concessisse potestatem legitimandi fœminas spur. quia esset ibi maior ratio. ita in proposito nostro legitimare vnum, qui laboret maiori vitio, vbi est maior defectus, & militat maior ratio, Papa non præsumitur comprehendere istum, qui sit incestuosus, & spurius.istam rationem domini Signoro.refert, & sequitur Cardin. Alexan. in d. capitul. per venerabilem.in verbo videbatur.in 10.colu. non omitto tamen, quòd tertia fuit opin.do. Anto. de Butr. in d.capitul.per venerabilem. in 20. colum.vbi concordat istas opin. quòd aut in ista legitimatione non tractatur de præiudicio tertij, puta, quia pater in vita facit legitimare, prout declarat Bart.in l. Gallus.§. & quid si tantum.ff. de lib.& posthu.& tunc iste Legatus posset legitimare, secus si post mortem patris. ratio, quia licèt priuilegium Principis latissimè sit interpretandum, non tamen venit interpretandum in pręiudicium tertij, vt declarant Inno. & alij in c.olim. de verb. sign.& in c. ex tuarum. de auth. & vsu. pal. &c. vt ibi per eum. istam concordiam, seu conclusionem sequuntur Raphael.Cuman.& Paul.de Castr.hic, & dicit Paul.quòd ista concordia est multum æqua, & rationabilis.eam etiam tenet Angel. de Aret.in §. 1. institu. de actio. sed nihil valet, prout etiam dicit Alex.quia, quòd legitimatio fiat vel in vita patris, vel post mortem, nihil facit quo ad potestatem legitimandi, sed bene faceret quo ad legitimationem, ita dicit Bartol. in l. Gallus.§.& quid si tantum.ff.de lib.& posthum. & per ista habes expeditam quæstionem Bartol. in qua concludendo te-
5 neo contra Bart. & Legistas adhærendo veritati. ¶ † Secun-
a dò loco [a] iuxta ordinem Bartol. est videndum, an sub simplibus comprehendatur casus mixtus, in quo aduerte, quod glo. fecit regulam affirmatiuam, quòd sic, & ita etiam gloss. in §.1. insti.de actio.Bartol. verò in contrarium facit regulam negatiuam, quòd sub simplicibus non continetur casus mixtus. Fallit in trib. casibus in fauorabilibus, & causa contrarietatis euitandæ, & quando lex exprimeret. aduerte circa tertiam fallentiam Bar.dicit Bar.fallit, qn̄ lex exprimit.§.omniū.insti.de actio.ibi lex non magis exprimit quàm hic, imò omittit sicut hic, & Bart.met supra in 2.oppo.istud idem dicit, ita etiam dicit Ang.hic, & sic videtur, quòd secunda, & tertia fallentia sint idem, tamen saluando Bart. potest dici, quòd in §. omnium. exprimatur coniungendo.§. quædam. eod. tit.vbi exprimitur casus mixtus, ergo non comprehendebatur sub simplicibus.adde tu expressiorem tex. non eundo per mendicata suffragia, in l. 1.§.interdictorum.ff.de interdi.vbi text.exprimit casum mixtum, & propterea nō videtur contineri sub simplicibus.Contra doctrinam omnium Cuma.adducit fortem text. in l.si ita facta. ff. de iniusto. rupt. vbi in exhæredatione, & sic in materia odiosa sub simplicib. continetur casus mixtus. Alexand.respondet, quòd ibi saltem resultat vnū fauorabile, ꝙ testamentum sustineatur, & ideo non est ibi materia odiosa, & dicit, quòd aliud responderi non potest, ista solut.est falsa per text.in l.cùm quidam. ff.de libe. & posthum. vbi expresè tractatur de conseruatione testamenti, & tamen dicit ibi text. ꝙ exhæredatio est odiosa, institutio est fauorabilis. Bartol. in illa. l.si ita facta, & ibidem Imol. respondet, ꝙ ibi testator expressit vtrunque. ponderant ibi dictionem copulatiuam. Breuiter iste intellectus nihil est, quia si expressisset vtrunque. text. esset fatuus, & sine dubitatione, sed text.loquitur in singulari, quando esset facta exhæredatio, ergo in materia odiosa continetur casus mixtus sub simplicibus, sed responde, quòd ibi testator cogitauit de vtraque, & vtrunque expressit, & sic mens exprimentis extenditur ad casum mixtum propter identitatem rationis. Secundò contra communem allegat Raph. Cuman. tex.in l.quid ergo.§.quod ait prętor.ff.de his, qui notan.infam. nam contrahentes duo matrimonia, vel duo sponsalia efficiuntur ipso iure infames.l 1. in fin.ff.de his, qui notan. infam. ergo in materia spirituali sub simplicibus continetur casus mixtus, & istum text. sibi ascribit Are.hic, & dicit, quòd non potest ad illum text.responderi, tu responde dupliciter. primò, ꝙ ibi est materia fauorabilis, vt delicta puniantur, vt dicit Bartol. in l. quemadmodum. de agricol. & censi. libro 11. Secundo cùm in dict. l.1. §. final. æquè prohibeantur contrahi duo sponsalia, sicut duo matrimonia per regulam. l. oratio. ff. de sponsa.nimirum si illa pœna vtrobiq; æqualiter locum habet. ¶ Tertiò contra communem allegat Aret. hic text. in l. is, qui puteum. § hoc interdictum.ff.quod vi, aut clam. vbi in materia pęnali sub simplicibus, quando est factum vi, aut clam cōprehenditur mixtum, quando simul fit. Sed responde clarè, quia si ibi vtrunque de per se punitur per illud interdictum, fortius debet puniri, quando simul vtrunque concurrit, cùm dicatur grauius delinquere, per ea, quæ supra diximus, & per glo.in cle.1.de vita, & honesta.cleric. facit.cap.super eo.de priuileg. ¶ Vltra Scribētes adde, quòd qn̄ simplicia sunt inter se contraria, tunc sub simplicibus impossibile est, quòd contineatur casus mixtus ratione ꝯrietatis. isto casu dico, ꝙ mixtū assumit naturam illius simplicis, quod facit vtrunque mixtū valere,

A D D I T I O.

a ¶ Secundò loco, &c. Vide Franc.in cap.at si clerici. in §. de adulterijs. colum. penult. de iudic. & quòd extensio fiat de casu simplici ad casum mixtum, etiam in dispositione contra ius cōe, vel aliàs odiosa; quando simplicia non sunt separabilia, tenet Ang.in consil.317.incip.assumptum.in 2.col.in nouis

valere, vel illius ſimplicis, quòd eſt fauorabilius. pro iſta concluſione allego tibi tex. valde no. in l. 3. §. & generaliter. ff. de eo, quòd cer. loc. nam in alternatiua locorum eſt electio creditoris, in alternatiua rerum eſt electio debitorum, pone, quòd ſit mixta alternatiua locorũ & rerum, cuius erit electio? dicit ibi text. quòd erit electio creditoris, quia tunc res habebit effectum, alias actus redderetur eluſorius, quia debitor nunquam eligeret, & ideo ſequitur id, quòd facit actum valere. Ad idem allego not. text. in c. ſuper quæſtionum. §. ſi verò duo, & ibi Abb. Pan. multum not. & inſiſtit circa illum text. de offi. deleg. Tu ſcis, quòd delegatus à Principe poteſt delegare, delegatus inferioris non poteſt, quid ſi eſt mixtus Principis, & alterius an poterit delegare? text. ibi dicit, ꝙ talis, qui eſt mixtus delega-
6 tus non põt ſubdelegare. ¶† Tertio adde gl. not. in c. P. & G. in in gl. fin. quam ibi Abb. Pan. in 2. colum. multum not. de offi. deleg. quòd ſi in vnum concurrat iuriſdictio ordinaria, & delegata, licèt ordinaria ſit prorogabilis, ſecus eſt in delegata, licèt
7 ſit mixta cum ordinaria. ¶† Adde etiam quartò, ꝙ no. decidit Bal. in l. ſi quis decurio. C. de fal. vbi quærit, Si ſtatuto cauetur, ꝙ ꝯ aduocatũ nõ poſſit inquiri, ſed ꝙ poſſit ꝯ militẽ, & vnus ſit aduocatus & miles, an poterit inquiri, ſi delictum magis reſpiciat caſum militiæ, quàm aduocationis, dicit, quòd debet attendi illa pars, quæ fauet iuri communi, declarando latius vt ibi per eum. Et cum illa deciſ. tranſit Petr. de Ancha. in repeti. capitul. canonum. de conſti. verſicul. quæro de ſtatuto quo cauetur contra decretum. Et ſequitur Alexan. in conſil. 100. incipien. Ex inſpectione dictorum ſtatuto. circa fin. libr. 3.
8 ¶† Nunquid autem in contractibus ſub ſimplicibus cõtineatur caſus mixtus, Rom. hic. in 18. column. tenet, quòd non, quia in contractibus debet fieri ſtricta interpretatio, ergo non eſt idem, prout in vltimis voluntatibus, ita etiam tenet dom. Anto. de Butr. in d. capitul. per venerabilem. in 25. colum. vbi dicit, quòd in contractibus in terminis ſub ſimplicibus non continetur caſus mixtus. idem in pulchro caſu in contractibus ſtricti iuris, cùm ſtrictè intelligi debeant, quòd ſub ſimplicibus non contineatur caſus mixtus, concludit Alexan. conſilio 140. 5. volum. quòd incip. circa primum dubium videtur prima conſideratione dicendum. in ſecunda column. & iſta concluſio poteſt confirmari, quia in vltimis voluntatibus maſculinum concipit fœmininum, in contractibus non, arg. l. veteribus. ff. de pact. Item appellatione liberorum veniũt nepotes. l. liberorum. ff. de verbor. ſig. quod in contractibus non, & de vtroque caſu poſui in l. ſi quis id, quòd. ff. de iuriſd. omn. iud. alibi tamen Bartol. in contractu bonę fidei emptionis, & venditionis videtur decidere, & decidit, quòd ſub ſimplicibus contineatur caſus mixtus per æquitatem prædictæ. l. ſi ita ſcriptum. ff. de lib. & poſthum. ita decidit Bartol. in l. ſi extraneus. ad fin. ff. de condi. ob cau. & ſequuntur Alberic. & Salicet. ibi. Alibi habes aliam not. deciſ. quam ponit Bald. in l. final. in 2. col. C. commun. de leg. pone, pater relinquit filio libros medicinę ſi in eam profecerit, & libros legũ ſi profecerit in legibus; quid ſi profecerit in vtroque? dicit ibi Bal. quòd habebit vtrunque, quem refert, & ſequitur Alexan. in l. Titiæ textores. circa
9 fin. ff. de lega. 1. ¶† Vltim. circa iſtam materiam not. illam pulchram deciſionem Bartol. in l. cùm auus. in vltim. quæſtio. ff. de condi. & demonſtr. & omnes lecturæ Bartol. in illa. quæſt. ſunt falſæ, & corruptæ. Alexand. in l. ſi ita ſcriptum. ff. de liber. & poſthum. eam refert, ſed Bartol. ibi non ita dicit, ſed mens, & lect. vera Bartol. fuit iſta, & format quæſtionem iſto modo, teſtator ſubſtituit filio hoc modo, ſi filius meus moriatur ſine filijs maſculis relictis fœmi. grauo, quòd reſtituat hæreditatem Titio, ſi verò habeat maſculos, grauo, quòd det centum illi. euenit caſus, quòd iſte mortuus eſt relictis maſculis & fęminis, an debebit iſto caſu ille habere legatum. i. illa centum, & ſic qualitas de feminis intelligeẽ ne repetita? Bar. dicit primò videri, quod ille debeat habere, quia ſub ſimplicibus continetur caſus mixtus, ſed Bart. ibi decidit contrarium, quia conditio deficit, quia intelligitur, ſi habuerit maſculos, & ſi habuerit maſculos ſolos, & non ſi habuerit fœminas, & ratio Bart. eſt, quia in l. ſi ita ſcriptum. tractatur de materia ſuſtinendi teſtamentum, hic autem tractatur de fideicommiſ. domin. Alexan. in l. ſi ita ſcriptum. refert illam doctr. Bartol. ſed malè refert. ¶ Gl. dicit vnum verbum, quòd in faciendo contineatur non fa-
10 cere. ¶† Nota iſtam tertiam part. gloſſ. ex qua habes regulam not. quòd facere affirmatiuum comprehendit ſub ſe non facere. adde gloſ. quæ idem dicit in l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. in gl. 1. circa fin. ff. de rebus dub. & text. in l. ſi in fraudem. ff. de his, quæ in fraud. cred. & quia gloſſ. noſtra allegat. §. ſi verò vxor. inſti. de nup. debuit allegare formalem text. quem habebat ante oculos in §. item ſi in facto. infra eadem l. vbi dicit, item ſi in facto conſiſtat ſtipulatio, vt per te non fieri, ecce, quòd in facto affirmatiuo venit non facere. ſimiliter facere dicitur, qui omittit facere id, quod debet. ita not. Gemin. in dict. capitul. dilecto. per illum text. de ſenten. excommun. in ſexto. vbi not. 2. quòd qui debet facere & negligit, punitur, & appellatur acſi faceret, & ita not. Gemin. in cap. 1. de re iud. in ſexto. adde, quòd ſimiliterècontra non facere negatiuum comprehẽdit facere affirmatiuum, text. eſt in l. qui non facit. ff. de regul. iur. & gloſſ. in l. ſi mora. in verbo facto. ff. ſolu. matr. & glo. in c. 1. in verbo contrafecerit. de vſur. in 6.

S V M M A R I V M.

1 *Omnes res corporeæ, & inanimatæ poſſunt per homines diuidi, per partes diſcretas, & ſeparatas.*
2 *Omnes res incorporeæ, vt ſunt iura, obligationes, & actiones ſunt per naturam indiuiduæ.*
3 *Indiuiduum capitur tripliciter.*
4 *Quædam ſunt indiuidua obligatione.*
5 *Quædam ſunt indiuidua ſolutione.*
6 *Quædam ſunt diuidua, ſeu indiuidua mixtim tam naturaliter quàm legaliter.*
7 *Quædam ſunt indiuidua naturaliter, & etiam legaliter.*
8 *Communis ſtipulatio iudicatur diuidua, vel indiuidua ſecundum naturam rei ſuper qua interponitur.*
9 *Stipulatio dandi quantitatem dicitur omni reſpectu diuidua.*
10 *Solutio partis liberat à parte, quia tantam vtilitatem affert ſolutio partis pro parte quantam ſolutio totius reſpectu totius.*
11 *Obligatio quantitatis reſpectu certæ ſpeciei cenſetur indiuidua ſolutione.*
12 *Obligatio quantitatis ſimplex an ſit iudicanda diuidua.*
13 *Debitor hominis in genere ſoluendo partem Stichi non liberatur etiam in parte ſoluta.*
14 *In obligatione alternatiua ſolutio partis vnius ex reb. alternatiuè debitis non inducit liberationem in illa parte ſoluta.*
15 *Obligatio generis, & obligatio alternatiua æquiparantur.*
16 *Non refert, quòd in eadem materia verba aliquando ſing. aliquando pluraliter proferantur.*
17 *In ſtipulationibus factorum quædam reperiuntur eſſe diuidua, regulariter, tamen facta ſunt indiuidua.*
18 *Stipulatio operarum dicitur eſſe diuidua.*
19 *Quid ſit diuiduum natura, & effectu.*
20 *Stipulatio quantitatis eſt diuidua & poteſt pro parte ſolui.*
21 *Qui ſtipulatur ſeruitutem, an dicatur ſtipulaſſe factum, vel ius.*
22 *Quæ vtilitas ſit, an ſtipulatio ſeruitutis contineat factum, vel ius.*
23 *In obligationibus faciendi ſuccedit obligatio ad intereſſe.*
24 *Sicut creditor generis non obſtante parte ſoluta poteſt totum petere, ita promiſſor generis partem quam ſoluit cum non inducat liberationem ſolutio partis.*
25 *Non debet licere creditori, quòd non licèt debitori.*
26 *Aliud eſt liberatio, aliud ceſſatio obligationis ad tempus.*
27 *An pedente appellatione, & ſuſpenſione interdicti poſſit celebrari.*
28 *Tacita conditio proueniens ex voluntate defuncti impedit tranſmiſſionem legati.*
29 *In obligatione generis nihil certum, & determinatum de præſenti eſt in obligatione, ſed determinandum ex ſolutione futura.*
30 *Iuri de futuro ante purificatam conditionem, quis renuntiare non poteſt.*
31 *Verbum continet, quid importat.*
32 *Appellatione inſtrumentorum an contineantur teſtes.*
33 *In obligatione generis vnus homo eſt in obligatione.*
34 *Quæ differentia ſit inter legatum generis ſimpliciter, & legatum optionis in genere.*

a ## §. Et harum.

[a] Iſte. §. tractat materiam diuidui, & indiuidui, quæ eſt difficilis & ſubtilis, & dicit Pau. de Caſt. in l. ſtipulationes non diuiduntur. in 7. colum. ȷ. eod. quòd in hac materia diuidui, & indiuidui quantò magis cogitaui, tantò magis inueni difficultates, licèt omnes pro intelligentia remittant ſe ad Bartol. in l. ſtipulationes non diuiduntur. infra eodem. tamen ex eius dictis animus non bene clareſcit, item licèt Bald. ad declarandum hanc materiam det varias doctrin. in diuerſis locis, tamen ex traditis

A D D I T I O.

a ¶Et harum, &c. Iſta materia traditur per Scribentes communiter in l. eadem. §. Cato. infra eod. tit. & in l. ſi ſeruus. §. plurium. ff. ſi quis cau. & l. ſi plures. C. de condi. inſer. in quibus locis ſunt pulchra ſubtilia, & vtilia de iſtis diuiduis, & indiuiduis.

ex traditis per eum non bene aperitur hæc materia Doctorũ.
de hoc tradit Bald. in l.ſi plures.in 2. col.cum duabus ſeq.C.de
condi.inſer. & in l.ſi pro hæreditarijs. C.de hære.actio.& in l.1.
C.ſi vnus ex pluri.appellaue.& in c.quanto. in 1.colum.in qui
bus locis Bald.tradit varias doctrinas circa iſtam materiam di
uidui & indiuidui,tamen non eſt bene declarata, ideo pro in-
telligentia terminorum, & fundamentorum, & pro intellect.
iſtius text.& §.ſeq.ego trado iſtam materiam per iſtũ nouum
modum,& ſi dico ſic,quòd diuiduum, & indiuiduum poteſt
conſiderari tripliciter.Primò modo naturaliter. Secundo mo-
do legaliter ſecundum iuris diſpoſitionem,vel ordinationem.
Tertio modo mixtim,& naturaliter, & legaliter.primo modo
conſiderando diuidua, vel indiuidua naturaliter ſecundum
1 naturam, capias duas regulas infabiles. ¶† Prima eſt,
quòd omnes res corporeę, & inanimatæ poſſunt per homi-
nes diuidi per partes diſcretas, & ſeparatas, puta veſtis, li-
gnum,fundus,domus,& de iſta diuiſione,quę fit per hominẽ,
loquitur titulus communi diuidundo, & titulus famil.erciſ.&
quòd domus, & fundus poſſit naturaliter diuidi ab homine
in partes ſeparatas & diſcretas, habes text.in l. quòd in rerum.
§.ſi quis poſt.de leg. 1.in l.ſi quis duas.§.1.ff.communia prędio.
2 ¶† Secunda regula eſt,quòd omnes res incorporeæ, vt ſunt iu
ra,obligationes,& actiones ſunt per naturam indiuiduæ,ratio,
quia homo non poteſt diuidere illud, quod non habet, vide-
licet illud, quod non tangit. l.1. §.quædam.ff.de rer. diui.§.in-
corporales, & per totum.inſtit. de reb. corp. & incor. ſimiliter
omnes res animatę ſunt per naturam indiuiduæ,quia ſi homo
vel aliud animal diuideretur,vel ſcinderetur per fruſtra, ſubie
ctum totum per ſeparationem animę à corpore deſtrueretur.
l.rerum mixtura.de vſucapi.c.afferte.de præſum.res incorpo-
rales non poſſunt diuidi, niſi intellectualiter. ¶Dico ſecundò,
quod quædam ſunt diuidua, vel indiuidua legaliter, ſeu ſe-
cundum iuris ordinationem,& iſta indiuiduitas poteſt cadere
etiam in rebus incorporalibus, vt ſunt iura, obligationes, &
actiones, iſta incorporalia per legem indiuidua reputantur, &
per legem actiuè, & paſſiuè inter hæredes diuiduntur. l.1.C.ſi
cert.pet.l.pro hẽditarijs,& toto tit.C.de hære.act.& ſic aptitu-
dine incorporalia per legem reputantur diuidua, non tamen
ſemper actu, ſed ſecundum actum, & ſecundum ſubie-
ctam materiam. ſimiliter homo in ſpecie per legem reputa-
tur res diuidua, qa põt qs ſtipulari partẽ Stichi. Itẽ pars Stichi
põt ſolui.l.ſi ſtipula.§.1.vbi tex.prin.& magiſtralis, qui melius
allegabitur in iſta materia.ff.de ſol.vnde diuiduum,vel indiui-
duum legaliter loquendo reperitur multis modis in iure, &
Bald.alibi enumerat.17.modos,quib. aliquid legaliter reputa-
tur indiuiduum. ita Bald.in l.pro hæreditarijs. C.de hæred.act.
3 † Tu autem quantum attinet ad materiam noſtram, & §.ſeq.
& §.Cato, & ad totum iſtum titulum, dic quòd indiuiduum
legaliter,ſeu ſecundum iuris ordinationem capitur tripliciter.
ſ.contractu,obligatione, & ſic petitione, item ſolutione iuxta
text.in l.libertus.la 1.ff.de oper.liber.& declarat text.magiſtra-
lis,quem omnino videas in l. in executione. per totum. ĵ.eod.
dico ergo, quòd legaliter loquendo,ſeu ſecundum iuris dipo-
ſitionem aliqua dicuntur indiuidua contractu, vt ſunt ſeruitu-
tes reales,quæ pro parte in contractu deduci nõ poſſunt,quia
a earum diuiſio corrumpit ſtipulationem.[a] ita dicit text.in l.ſti-
pulationes non diuiduntur.ĵ.eo.& tex.magiſtralis in l.viæ.ff.de
ſerui. & in l.via conſti.§.fi.ff.de ſerui.ruſt.pręd.& tex.in l.ſi quis
duas. §. ſi quis partem.ff. communia prædi. rationem rationis
conatur aſſignare Bart. in d.l. ſtipulationes non diuiduntur. in
4 4.q. ¶† Quædam ſunt indiuidua non contractu,ſed obligatio
ne,& petitione, vt ſunt facta à prin. poſſunt.n. deduci in con-
tractu ſeu in ſtipulatione pro parte à principio, vt eſt foſſam
fodi,inſulã ædificari, & ſim.ego.n.poſſum ſtipulari, quòd fo-
dias partem fundi, & ſimilia.text.in l.2.§. prætereà.ff. de aqua
plu.in l. locus.ff.de acq. poſ. Sed poſtquam facta ſunt deducta
in contractum, quia promiſiſti inſulam ædificare, vel foſſam
fodere, non poteſt poſteà obligatio diuidi in partes nec peti-
tio, ita dicit text.in l.ſtipulationes non diuiduntur, & ibi Bart.
in ſexta oppoſitione declarat, & text. magiſtralis in dict. l. in
5 executione. ¶† Quædã,& tertiò ſunt indiuidua ſolutione, &
ſic effectu,& iſtud contingit dupliciter,primo, qñ ſolutio par-
tis non affert tantam vtilit. in illa parte, quantã affert ſolutio
totius in toto, & ſic quando pars ſoluta non habet proportio-
nalem commoditatẽ.text. eſt vbi Iuriſconſultus declarat in d.
l.in executione.§.ſecunda.Secũdò,qñ poſſet deueniri ad incõ-
ueniens, quòd ſolutio fieret in diuerſis rebus, ſemper appella-
tur indiuiduum,putà in parte Stichi,& alius ſpeciei,vel in par
te Stichi, vel in parte intereſſe, tunc appellatur indiuiduum
ſolutione, & in effectu eſt regula Iuriſconſult.in dict. l.in exe-
cutione.§.pro parte,quæ millies allegatur. hinc eſt, quòd Sti-
chus in ſpecie promiſſus appellatur res diuidua legaliter,quia
poteſt ſolui pars Stichi, & liberatio ſequitur in parte, quia
non poteſt ſolui aliud niſi alia pars Stichi. d.l.ſi ſtipulatus.§.1.
6 ff. de ſol. ¶† Dico tertiò quædam eſſe diuidua, vel indiuidua
mixtim, tam naturaliter, quam legaliter, & ſic tam propter
naturam quàm iuris ordinationem. exemplum, nam ſtipula-
tio quantitatis certè, de qua loquitur text.in primo exemplo,
eſt diuidua,& naturaliter,& legaliter,& ſic mixtim,quòd quã
titas, ſeu ſtipulatio q̃titatis ſit diuidua naturaliter patet ad ſen
sũ, qa ſicut ſum ſtipulatus qnquaginta,poterã ſtipulari centũ.
Item & legaliter, qa pro parte pot deduci in ɔ̃ctu pro parte
diuiditur inter hæredes pro hæreditarijs portionibus.Item per
ſolutionem partis inducitur liberatio in illa parte, vt ſi debeo
centum,& ſoluo quinquaginta,ſum liberatus à quinquaginta,
7 & glo. iſtud intelligit volente creditore. text. eſt hic. ¶† Quæ-
b dam ſunt indiuidua naturaliter,[b] & etiam legaliter, & ſic
mixtim,vt ſunt ſeruitutes reales,vt hoc tex.& quòd iſtæ ſerui-
tutes reales viæ,itineris, vel actus ſint indiuidæ naturaliter, ſeu
per naturam,oſtendo dupliciter,hoc modo,primo,quia ſerui-
tutes ſunt iura, & conſequenter ſunt res incorporales, quare
ſeruitutes ſunt indiuiduæ, quia ſunt iura, & iura ſunt indiui-
dua,& conſequenter ſunt iura res incorporales, & dixi vobis,
quòd tangi non poſſunt res incorporales, & ideo non poſſunt
diuidi.l.1.§.quædam.ff.de rerum diui.& d.§.incorporales.inſti.
de reb.corpo. & incorpo. Secundò modo ſeruitutes reales di-
cuntur eſſe per naturam indiuiduæ, eo quia naturaliter diuidi
non poſſent deſignando locum, per quem media pars homi-
nis tantum poſſet ire,vel medium plauſtrum,nam iſta diuiſio
per talem anguſtiam corrumperet ſtipulationem. d.l. ſtipula-
tiones non diuiduntur.iuncta.l.ſi tam anguſti. ff.de ſerui. & ſic
habes, quòd ſeruitutes reales ſunt naturaliter indiuiduæ, &
duplici ratione. Item tales ſeruitutes reales ſimiliter ſunt
per legem indiuiduæ ſecundum iuris ordinationem, quia
ſeruitutes non recipiunt partem, ſed totalitatem ſeu integra-
litatem, vt dicit text.in dict.l.ſtipulationes non diuiduntur, &
text.in l.viæ. ff.de ſeruitu. nec in eis cadit ſolutio pro parte, vt
dicit textus hic, & ſi decedat promiſſor ſeruitutis relictis
pluribus hæredibus, non diuiditur obligatio ſeruitutis, ſed
multiplicatur, quia quilibet tenetur, in inſolidum, ita dicit
text.in §.ex his. infra eadem l.& text. not. in l.hæredes.§.an ea.
& §.ſequent.ff.famil.erciſcund.vbi dicit, quòd obligatio ſerui-
tutum realium mortuo promiſſore non diuiditur, nec acti-
uè, nec paſſiuè inter hæredes, quia natura repugnat, & text.
in l.nam ſatis. §. 1. ff.quemad. ſerui.amit. ¶Iſtis ſic ad euiden-
tiam præmiſſis diuiduorum, & indiuiduorum, condeſcen-
do nunc ad text. Et iſte §. communi omnium diuiſione diui-
ditur in tres partes.In prima loquitur de ſtipulatione omni re-
ſpectu diuidua natura,effectu, & ſolutione. In ſecunda loqui-
tur ècontra de ſtipulatione omni reſpectu indiuidua. In tertia
de ſtipulatione, quæ habet quaſi mixtam naturam. Secunda
ibi, quædam non recipiunt. Tertia ibi,quædam partis quidem
præſtationem.hoc dicit in effectu.Stipulatio dandi quantitatẽ
eſt diuidua natura,& effectu, ſtipulatio verò ſeruitutis prædia-
lis eſt ſimpliciter, & omni reſpectu indiuidua. Sed ſtipula-
tio generis, vel alternatiua eſt diuidua natura, & indiuidua ef-
8 fectu,vt hic per Bartol. ¶† Not. primò ex toto iſto text. quòd
omnis ſtipulatio iudicatur eſſe diuidua, vel indiuidua ſecun-
dum naturam rei, ſuper qua interponitur. ad idem text. in di-
cta l. ſtipulationes non diuiduntur, & ibi Paul.de Caſtr. & do-
min. Alexand. in primo not. ad hoc. infra eod. & text. no-
ta. in l. quarta. §. Cato. & ibi Angel. & Modern. infra eod.
& ibidem Bartol. in quinta quæſtio. Et ex hoc not. correlariè
tũ prouectè, quòd ſtipulatio iudicatur diuidua, vel indiuidua
non ex ſe, ſed ratione adiuncti, & ſic tanquam acceſſoria, &
iſtud multum facit ad illam quæſt. quam examinaui ſupra in
rubr. an ſtipulatio interpoſita ſuper aliquo ſtet acceſſoriè, an
9 principaliter. ¶† Secundò principal. no.ex iſto text.regulam,
quòd ſtipulatio dandi quantitatem dicitur omni reſpectu di-
uidua,vt hic, & in l. in executione. in princip. infra eodem. &
l.ſi duo. ff.depoſit. & l. ſi ſtipulatus. §. primo. ff. de ſolut. nam
eſt diuidua contractu, quia pro parte à principio poteſt
deduci in contractu, quia ſicut ſum ſtipulatus triginta, pote-
ram ſtipulari à principio viginti, & plus minus. Item eſt
diuidua reſpectu obligationis, quia ſi decedat promiſſor re-
lictis pluribus hæredibus, diuiditur inter hæredes pro portio-
nibus

ADDITIONES.

a Stipulationem. L.pro parte.6.de ſeruitu.
b Quędam ſunt indiuidua naturaliter,&c.De ſeruitutib.diuiduis,& indiuiduis vide Barthol.Cepl o.in ſuo tracta.de ſer. vrb.præd. cap.10.

10 tionibus hæreditarijs. l. 1. ff. ſi cert. pet. † Item eſt diuidua effectu, quia ſolutio partis liberat à parte: ratio rationis, quia tantam vtilitatem affert ſolutio partis pro parte, quantam ſolutio totius reſpectu totius. ¶ Limita iſta regulam, & nota ſecundum d. Alex. hic, quando teſtator in teſtamento legaſſet mille pro opere faciendo, puta pro faciendo capellam in Eccleſia, exemplum Alex. non eſt bonum, & ideo pono exemplum pro faciendo capellam, nam licèt hæredes videantur grauati ad quãtitatem puta mille, tamen quilibet ipſorum tenetur inſolidũ ad illam quantitatemt. ex. eſt ad hoc not. in l. fideicommiſſa. §. pe. ff. de leg. 3. vbi dicit tex. quod teſtator inſtituit plures, & grauauit, ꝙ facerent palatium, & exponerent mille ducatos, quæritur ibi tex. an quilibet hæredum teneatur inſolidum, dicit, ꝙ primò debent omnes vocari, & requiri, poſteà tenebuntur inſolidum, ſicut contingit in ſeruitutib. ergo vult, ꝙ iſta ſtipulatio quantitatis ſit indiuidua ſicut ſeruitus, & quæ eſt ratio illius tex. diſplicet mihi, quòd Alex. non eam ponat. iſtam limitationem per illum text. tradunt Ang. Imo. & Pau. de Caſt. in d. l. in executione. §. 1. ȷ͂. eo. & dicit Pau. de Caſt. ꝙ alibi non repetitur, & licèt Alex. non dicat, ratio differentiæ eſt, quia quando obligatio quantitatis ordinatur ad factum, tunc iudicamus prout de facto, quia debemus cogitare finem, ad quem iſta quantitas eſt relicta, ita dicit gl. valde. no. & magiſtra. in l. naturalis. §. ꝙ ſi faciam. in gl. magna. ff. de præſcri. verb. & Doct. in l. cùm proponas. C. de dolo. ergo cùm iſtud relictũ quantitatis eſſet ordinatum ad factum, iudicatur vt factum, quia facta ſunt indiuidua, & ſic indiuiduum. l. ſtipulationes non diuiduntur. ȷ͂. eo. meritò vocatur quantitas legati indiuidua, & in. l. fideicom. §. pen. iſta quantitas erat ordinata ad factum, iſtud eſt ſcire leges. l. ſcire per rationẽ, & iſtam rationem ad iſtam fallen. poſuit Pau. de Caſt. in d. l. in executione. in prin. dicit tñ, quòd in practica non ſeruaretur iſta limitatio, quia ſatis eſſet, quòd quilibet hæredum ſolueret quantitatem pro parte ſua, ſed non dicit quare non ſeruaretur in practica, ego dicam. ȷ͂. ſed cum reuerentia iſta limitatio nõ valet, quia cõtrariũ tenet Bar. in illa. l. fideicõmiſſa. §. pe. poſt Iac. de Are. & melius, ꝙ ibi in illa. l. fideicom. §. pe obligatio erat mixta, & dandi, & faciendi, vt ibi per eum, & patet ex verbis illius tex. q facit æquiparationẽ, ꝙ ibi obligatio eſſet mixta, quia ſi fuiſſet obligatio quantitatis, diuideret pro portionib hæreditarijs. l. mortuo. & ibi Bal. tenet opi. Bar. ff. de leg. 2. ¶ Secundò vltra Alex. limita iſtam regulam text. quod obligatio quantitatis omni reſpectu eſt diuidua, & procedit reſpectu primitiuæ obligationis, ſecus eſt reſpectu obligationis ſecundariæ, & ſic reſpectu pœnæ, & ideo ſi promitto facere, vel dare, & caſu quo non dedero vel fecero, promitto quantitatem, illa quantitas eſt indiuidua, quia non poſſet pro parte ſolui, tex. eſt in l. quinta. §. fi. ȷ͂. eo. & in l. in executione. §. pe. ȷ͂. eo. & ita limitat Bart. iſtam regulã in l. ſtipulationes non diuiduntur. in 2. q. ȷ͂. eo. ratio iſtius fallentiæ eſt, quia conditiones cenſetur eſſe indiuiduæ, vulgata. l. cui fundus. ff. de condi. & dem. ratio rationis eſt, quia conditiones debent impleri in forma ſpecifica. l. qui hæredi, & l. Meuius. in prin. ff. de condi. & demon.

11 ¶ † Tertiò [a] not. limita in debitore quantitatis reſpectu certæ

a ſpeciei, ita quod illa ſpecies ſit in facultate ſoluendi, vt eſt in actione noxali, iuxta. l. miles. §. decem. cum ſim. ff. de re iudica. tunc illa obligatio quantitatis cenſetur indiuidua ſolutione. l. ſi communis ſeruus. ff. de noxa. l. ſi cũ vno. ff. ſi ex nox. cauſa agatur. ratio pro parte iſtius limitationis eſt, quia ſi illa quantitas poſſet ſolui pro parte, poſſet deueniri ad inconueniens. l. in executione. §. pro parte. quia dominus, qui ſoluit partem in quantitate, poſſet ſoluere partem in ſeruo, & ſic in diuerſis rebus, & ſic deueniretur ad inconueniens. §. pro parte, & ideo illa obligatio cenſetur ibi indiuidua, ita tenet not. Bartol. in l. ſi communes ff. de nego. geſt. & Bartol. in l. ſupra iter. §. officium. ff. de aqua plu. arcend. aliter tamen Ioan. de Imol. ibi, ſecundum quod ſtatim referam. ¶ Quartò iſtam regulam limitat dom. Ioan. Baptiſt. de San. Seuer. in l. frater à fratre. in quinta colum. ff. de condictio. indeb. per illum text. in verſicul. item, quòd maximè. quam ad hoc reputat ſingularem ad limitationem regulæ iſtius text. dicit enim, quòd iſta regula fallit in caſu illius. l. quia ibi obligatio erat cauſata facto vnius hæredis, qui contraxerat, & qui habebat peculium à patre, nam iſto caſu obligatio quantitatis eſt indiuidua reſpectu illius qui contraxit, nec diuidenda inter hæredes. Sed iſta eius limitatio non videtur facere ad propoſitum, quia nos loquimur in obligatione cauſata à defuncto, non autem loqui-

12 mur in obligatione cauſata facto vnius hæredum. ¶ † Vltimò pro complemento iſtius not. & huius regulæ traditæ in text. moueo difficultatem, quam heri tetigi, quòd imò obligatio quantitatis ſimplex non debeat iudicari diuidua, vt dicit text. quia etiam in ea poſſumus deuenire ad inconueniens. l. in executione. §. pro parte. infra eodem. exemplum quia debitor poteſt ſoluere partem debiti de centum in pecunia, & poſteà dare tot de bonis ſuis pro alijs quinquaginta: exemplum, ſum debitor tibi de centum, ſoluo quinquaginta, ſum liberatus de quinquaginta. Authen. hoc niſi. C. de ſol. dando tot de bonis pro alijs quinquaginta liberor. ergo ſolutio fiet in diuerſis rebus, eſt verum, quòd iſtud non eſt de iure florum ſed. C. Item iſtud prouenit ex accidenti, & ex cauſa neceſſitatis, quia non habebat pecuniam ex qua ſoluat. iſtam difficultatem non tangunt communiter Scribentes, ſed puto, quod poſſit not. tolli ex doctrina, quam tradit in alio propoſito Imol. in d. l. ſupra iter. §. officium, ad fi. de aqua plu. arcend. vbi dicit, quòd illud incõueniens. l. in executione. §. pro parte. procedit, quando aliquid eſt in obligatione, & ſolutione ex contractu partium, & diſpoſitione, quia contrahentes præſumuntur voluiſſe, quod ſolutio fiat in vna re, & non in diuerſis ſpeciebus, ideo ſi aliter fiat, reputatur abſurdum, quia poteſt imputari parti. Sed quando aliquid eſt in obligatione, aut in ſolutione ex diſpoſitione legis, illud inconueniens non procedit nec conſideratur, quia mitius agitur cum l. quàm cum homine, vulgata. l. Celſus. ff. de arb. melius, quia quando procedit ex diſpoſitione legis nihil eſt, quod imputari poſſit parti, vt eſt in actione noxali vbi æſtimatio dandi eſt in ſolutione, & diſpoſitione legis, non eſſet inconueniens, quòd ſoluatur pars in quantitate, & pars in alijs reb. ſcilicet in ſeruo. In propoſito, quando aliquis eſt debitor quãtitatis, & non habet pecuniam vnde poſſit ſoluere, inuito creditore poteſt ſoluere alias res, per Authent. hoc niſi debitor. C. de ſol. & ſic ex diſpoſitione. l. tunc non debet reputari abſurdum, quòd ſoluatur

13 pars in quantitate, & pars in ſpecie, ita limitat Imo. ¶ † Tertio principaliter not. ex hoc text. quòd debitor hominis in genere ſoluendo partem Stichi non liberatur etiam in parte ſoluta, ratio iſtius not. regulæ eſt duplex. prima, quia non ſoluit id, quòd debetur, ex quo in obligatione generis nullus certus eſt in obligatione. l. cùm incertus. ff. de lega. primo. in l. Meuius. §. duobus ff. de legat. ſecundo. Bartol. latè infra in ſecunda quæſtio. ratio eſt, quia poſſet fieri ſolutio in diuerſis ſpeciebus, quod lex reputat abſurdum. l. in executione. §. pro parte. ¶ Contra iſtud not. & contra text. fortiter opponit, nam quando aliud pro alio ſoluitur creditori volenti inducitur liberatio ipſo iure. l. ſecunda §. mutui. ff. ſi cert. peta. ex quo ergo debitor generis ſoluit partem Stichi creditori volenti, & acceptanti, ergo debet induci liberatio in parte, nam inuito creditore planum eſt, ꝙ ſoluere non põt, quia ẽt debitor quatitatis inuito creditore ſoluere non poteſt pro parte, ſed ſi velit creditor, nõ accipiet niſi totã quãtitatem, vt dicit gl. hic in verbo præſtationẽ, licèt quantitas ſit diuidua, & bene dicit gl. huic difficultati rñdet Bal. in §. ſeq. ꝙ iſte tex. debet intelligi, qñ creditor errore iuris, vel facti recipit partem Stichi, vel cũ proteſtatione, ꝙ vellet ius ſuum ſaluum fore. iuxta. l. ſi debitor. §. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. iſta ſol. Bal. poſſet eſſe vera in ſe, ſed eſt diuinatiua ad tex. & reſtrictiua reſponde ſecundũ Imo. Raph. Cu. & Pau. de Caſt. quos ẽt ſequitur Alex. in vlt. col. & iſta eſt bona, & vera reſponſio, ꝙ qñ creditor generis accepit ſolutionem in parte Stichi, cẽſetur eo animo accipere, vt velit liberare debitorẽ, ſi poſteà ſoluat altera pars in Sticho attẽto, quòd ius diſponit, vt cenſeatur debitor eo animo ſoluiſſe, & ideo ſtat in pendenti, vt dicit litera, & habemus regulam, quòd diſpoſitio contrahentium regulatur ſecundum iuris diſpoſitionem. l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. Bartol. in l. iuriſiu. §. liberi. ff. de oper. libe. ſicut in ſimili dicit text. in l. ſi ita

14 ſtipulatus fuero ſi Titius. in fin. & ibi Imol. ad hoc not. ȷ͂. eo.

b ¶ † Quartò nota ex textu, quod in obligatione alternatiua [b] ſolutio

ADDITIONES.

a Tertiò. Tertia limitatio. Adde huic, & ſeq. Iaſ. in l. ſtipulationes non in 2. q. Bart. infra eod. PVRPV.

b In obligatione alternatiua. Iſtud notabile inducit hic Are. in prin., colligendo ex eo aliud no. quòd vbicunque ex vtraque parte alternatiue reſultat idem effectus, & eadem diſpoſitio, reſponſio facta alternatiuè non eſt incerta. vult. n. Iuriſc. hic probare, quòd per ſolutionẽ partis in obligatione generis non oritur liberatio ab obligatione parte ſoluta, quòd ſecundum eũ probat, quia aut datur repetitio partis incontinenti, aut liberatio eſt in pendenti, itaque inſpecto ſtatu præſenti non dicetur quis eſſe liberatus ſaltem fictè propter incertitudinem futuri temporis, & quodcunque iſtorum ſit, ſatiſfactum eſt conſultationi, quòd ſolutio partis non liberat, nec dicitur reſponſio obſcura, quod dicitur facere ad illam quæſtio. not. quam ponit Bal. & Imo. poſt eũ in l. Gallus. §. ſi eius. ff. de lib. & poſth. vbi voluit, ꝙ libelus alternatiuus nũ dicitur obſcurus, quando ex vtraq; parte alternatiuæ reſultat idẽ effectus, & idem ius. arg. l. quod ſi dubitet. ff. de acq. hær. & de materia alternatiuę vide Bal. & Imo. in l. Gal. §. ſi eius ff. de libe. & poſthu. & Fel. in c. inter cætera. de appel. [illegible]

solutio partis vnius ex rebus alternatiuè debitis non inducit liberationem in illa parte soluta, vt hic, & in l.si non sortem.§.pen.ff.de condi.indebi.limita istud no.& istum tex.duob.mod. primo, vt procedat in solutione vera, secus est in solutione ficta per acceptilationem in parte ex reb.alternatiuè debitis, in illa parte inducit liberationem.text.est in l.qui hominem.ff.de accep.& ratio est secundum Bart.ibi,& est fundamẽtalis ratio, quia ibi non potest resultare inconueniens,quod solutio fiat in diuersis reb.& sic cessat ratio fundamentalis huius tex.Secundo not. limita, quando in reb. alternatiuè debitis esset electio creditoris,tunc si soluatur pars in vna specie,inducitur liberatio in illa parte, quia creditor posset astringere debitorem ad soluendum partem in alia re, quia non permittitur variatio.l.cum qui certarum.§.fin.j.eod.ita limitat Pau.hic in pen.colu. & dicit ita tenere Raph. Cum. ad fin. & quòd cæteri non tangunt. Tu adde pro ista limitatione bonum text. & quasi formalem in l.cùm debitore.in fin.& ibi glo.ff.rem ra.hab.quem
15 text.ad aliud propositum allegauit Raph.Cu.hic. ¶† Quintò not.ex text.ibi, in fi.eiusdem conditionis, quòd æquiparatur obligatio generis,& obligatio alternatiua, vt hic,& l.cùm his.§.fi.vbi gl.no.ff.de condi.indeb.contra istud nota.fortiter facit, quòd non debeant æquiparari,quia in obligatione generis nullus certus est in obligatione,vt statim proximè dixi,sed in alternatiua vtrũq; est in obligatione.l.si duo.j.eo.l.illud,aut illud.ff.de constit.pe.responde, quòd æquiparantur quantum ad terminos huius text. & sic quo ad effectum liberationis, licèt in alijs multis differant.text.est hic,& declarat glo.in l.cùm his.§.final.ff.de condi.indeb.confirmo, quia ad hoc,quòd procedat æquiparatio,& similitudo sit bona, sufficit, quòd procedat in terminis de quibus agitur, licèt in alijs sint multæ differentiæ, pro hoc pondero tex.meliorẽ de iure in hoc in l.fin.C.de coll. vbi æquiparat text. bona aduentitia bonis castren. & ibi dixi cum concord.ibi traditis. ad idem text.in c. constitutus.& ibi Abb.in 1.not.ad hoc not. de apella. & text.in c. quemad.& ibi
16 Abb. in 1. not. de iureiurand. ¶† Vltimo, vt in isto text. nihil omittatur,pondera istum text.dum dicit,veluti cum hominẽ generaliter stipulor, in singulari iuncto isto text.supra in duobus locis,vbi dicit,veluti cum stipulamur,non referre,quòd in eadem materia verba aliquando in singulari,aliquando in plurali proferantur, dummodo idem effectus resultet, ꝙ est notandum ad saluandum instrumentum notarij, in quo & singulari, & plurali numero vtatur in plerisque locis, quamuis aliàs variatio styli faciat præsumi instrumentum esse falsum. text.in c.quàm graui.de crim.fal. quem tex. not.Bald. & Io.de Imo.in l.nemo.§.1.ff.de hære.insti.adde in simili.tex.solennem & not in c.dudum.de conuer.coniug.per quem no.sing.Bald. in c.1.de no.for.fideli.quòd non dicitur tabellio variare nec in stylo nec in facto, si vnum & idem instrumentum scribat in prima persona, & aliud in tertia.etiam dicit, quòd ille text.est sing.in iure ad hoc.similiter non refert an instrumentum concipiatur per verbum de præsenti, an per verbum de præterito. ita dicit Bartol. in capitulo primo. §. final. de his, qui feud. dare possunt. & alleg. not. per Bartol. in l. prædia.ff. de acquirend.posses. & vltra eum facit text. not.in capitul. quòd autem.in versicul.de cætero. de iure patr. per quem text.multum not.ibi. Abb. Pano. quòd instrumentum potest concipi per verba præteriti temporis,licèt actus interueniat de præsenti.¶Expeditis textualibus venio ad apparatum gloss. & capio gloss. in verbo. & harum. quam diuide magistraliter in tres partes.In prima gloss.inferendo ex text. tacitè opponit contra text. qui innuit facta esse diuidua. In secunda contra exemplum operarum opponit, & dupliciter soluit. In tertia gloss. prosequitur declarationem text. Secunda ibi, nec obstat,
17 quòd dicit. Tertia ibi,item earum, quæ in dando. ¶† In eadem gloss.ad fin.ex gloss.habes tria principaliter.primo, quòd in stipulationibus factorum quædam repeiuntur esse diuidua,& gloss.ponit tria exempla realiter,ergo facta sunt indiuidua,nisi in casibus hic per gloss.Secundò vult gloss.quòd vsusfruct.dicatur factum,& sic,qui stipulatur vsumfructum stipulatur factum:contra,quia est ius.l.prima.ff.de vsufruct.respondet Bartol. fatendo contrarium, quia promissor tenetur ad patientiam,& sic ad factum, vt hic per Bartol. qui respondet.
18 ¶† Secunda conclus.gloss.est, quòd stipulatio operarum dicatur esse diuidua, & allegat duos text. & duos in oppositione gloss. in l. in stipulationibus. §. operarum. infra eodem.In contrariũ allegat.l.libertus.ff.de ope.lib. & l. stipulationes &c. & dat duas solutiones ad vltima iura, scilicet volente creditore.Bartol.dicit, quòd ista solu.est contra text.in l. stipulationes non diuiduntur,sed ipse non inducit, tamen in illa.l.stipulationes.in 9.opp.respondet gl.secundæ.Bar.etiam dicit, ꝙ ista sol.est falsa,qđ tenendum?aduerte,quia lectura Bar. est corrupta.Bart.sic vult dicere, si quæramus, nunquid stipulatio operarum in plurali sit diuidua, dicit Barto. quòd est diuidua numero. exemplum, ego promisi tibi decem operas,possem tibi soluere quinque,istud est,quod dicit ipse in l.in stipulationib.§.operararum.j.eo.& istud est,ꝙ formaliter dicit text.quẽ alleg. Bar.in l.libertus.§.1.ff.de ope.libe.aut quærimus de vna opera, & vna opera est indiuidua.l.3.ff.de ope.lib.quia opera est diurnũ officiũ de mane vsq; ad vesperas,bene deueniẽ tunc ad æstimationem ꝑ morã, tunc æstimatio est diuidua. l.in stipula-
* tionib.§.operarum.& cum illa doctr.*Bart.transeunt omnes Scrib.* Sed circa doct.Bart.aduerte, quia tam in primo membro quã secũdo alleg.eundem tex.s.l.in stipulationib.§.operarum.siue loquamur in stipulatione operarũ in singulari siue in plurali, & tñ alleg. eundem text. quia in prin. loquitur in stipulatione operarum in plurali, & in versi.si verò.ponitur casus quando seruus stipulatus est vnam oper,& ẽ sic in singulari, in hoc bene dicit, sed ille tex.in secundo membro.Bart.de directo dicit contra Bar.& nimirũ,quia ille tex.mirabiliter stringit,qui dicit ꝯrium ibi,partem operę posse solui,dicit Bart.aut quis stipulatur operam,tunc Bar.dicit,ꝙ est indiuidua,tex.ibi dicit in vers. sed si quis stipulatur operam partem operę posse solui, ergo de directò contra Bar.est bene verum, ꝙ tex.loquitur in vtroque casu, & si tu dicis, quia Bart. alleg. quòd stipulatio vnius operæ est in se indiuidua,tamen,qñ deuenitur ad ęstimationẽ, est diuidua,sed tex.ibi nõ loquitur,qñ deuenitur ad æstimationem,sed est alius casus, qui posteà sequitur. Sed breuiter dic, prout dicit Bar. met in l.stipulationes non diuidunt. in 9.opp. q. vidit illũ tex.fortiter stringere,aliter in mille annis non euaderes illũ tex.& dicit ibi,ꝙ illũ text.ita intelligebãt Dy.& Ray. & glo.met.ante Bart.in illa.l.in stipulationib.§.operarũ, ita intelligit partẽ operarũ.i.partem ęstimationis operæ. sed si dicas illud est destruere tex.imo dicit Bar.ꝙ est necessarium ita intelligere illum tex.inuitis dentib.tuis,istud est, quod dixit tex. in l. si quando.ff.de ope.lib.s.ꝙ loquatur in opera pręterita,& tunc necessario est deueniendum ad æstimationem, vt dicit Bar.in loco allegato, & glo.met ante Bart.in illa.l.in stipulationib. ita
19 formaliter respondet. ¶† Expedita ista glo.antequam vadam ad seq. in verbo præstationem, tu habes etiam Bartol. corruptum.dicit Bartol.secundo casu dicitur hic,quod recepit pręstationem natura, & effectu, voluit dicere Bartol. primo casu dicitur hic,&c.Bartol.nihil aliud voluit dicere nisi illud, quod dicit gloss. in verbo præstationem, & sic Bartol. qui ostendit se velle declarare text.in illis verbis,quid est hoc dicere natura & effectu, expedit illam gloss. Ego reperio, quòd Doctores sunt varij in declaratione illorum verborum, quid est hoc dicere natura,& effectu.Bart.exponit vno modo hic, reperio, quod Paul. de Castro, & Alexand. declarant per alium modum totũ contrarium,& nullus aduertit contra id,quod dicit Bartol.declarando,quod sit diuiduum natura,& effectu.Et dicunt sic, stipulatio dicitur diuidua natura, idest respectu obligationis.Aduerte,quia Iuriconsul.qui fecit istam legem, fecit eam cum magno mysterio, & in duobus locis facit mentionẽ de natura. In primo membro negatiuè. In secundo affirmatiuè,sed text.vtitur termino naturaliter, quem tu intellexisti,in secundo casu vtitur per vnum modum, in tertio per alium, dicit in secundo sic, quædam partis pręstationem non recipiunt, vt in his, quæ natura diuisionem non admittunt, & in tertia dicit,quædam partis præstationem natura recipiunt, & sic stat terminus natura iunctus cum illo verbo pręstationem. Ad intelligentiam ergo tex.dico,ꝙ tex. voluit aliter loqui natura in scđo casu,& aliter in tertio: qũo intelligimus illum terminum natura, in tertio casu intelligimus ne idest naturaliter? Bar.dicit,ꝙ sic,qñ declarat, ꝙ est dicere diuiduũ natura. Paul. de Cast.& Alex.intelligunt natura, idest respectu obligationis, in scđo dicto tex.sed ipsi malè intelligunt tex. dicendo præstare præstationem partis. i. ꝯm diuisionem obligationis, sed ego volo intelligere natura. i. naturaliter. aduerte ergo, ꝙ Stichus diuidi non potest per partes, sed potest diuidi per pręstationẽ, qa ẽt illa dictio natura, in tertia parte adiungitur dictioni pręstationẽ, & non loquitur tex.in ista tertia parte de dictione na-
a tura, sed de dictione præstatione. ¶Capio gl.[a] in verbo pręstationem.quam Bart.expediuit declarando tex.vt s.dixi. In ead. gl.ibi, ꝙ accipe volente stipulatore recipere, habes ex glo. de-
20 clarationem ad tex.† ꝙ stipulatio quantitatis dicitur diuidua, & potest pro parte solui, verum est creditore volente non eo inuito.

ADDITIO.

a Capio glo.Vide,quæ ponit idem Auctor post alios in l.quarta. in §. Cato.8. col.in secunda oppo.Bar.infra eo.

inuito. Sed aduertatis, quia ſecundum iſtam reſtrictionem glo. videretur idem eſſe dicendum in ſtipulatione generis, vel alternatiuę, quia etiam debitor generis poſſet ſoluere partem Stichi volente creditore, ergo ſtringendo tex. iſto modo non eſſet differentia inter ſtipulationem quantitatis, & ſtipulationem generis, vel alternatiuè, ſm ſtrictionem quam facit gl. & tñ tex. facit differentiam, reſponde, quòd in quantitate eo ipſo, ꝙ debitor quantitatis ſoluit partem creditori ſimpliciter acceptanti hoc ipſo liberatur in parte ſoluta, non ſic in ſtipulatione generis, vel alternatiuè, quia creditore ſimpliciter acceptante nõ liberatur debitor ab illa parte, quam ſoluit, licèt expreſsè, quia creditor ſimpliciter acceptando non intelligitur acceptare in illa parte, vt liberetur debitor, ſed ꝙ ſtet liberatio in pendenti, donec ſoluatur alia pars, niſi expreſsè diceret creditor, ꝙ eſſet liberatus in illa parte, vt declaraui. s. in 2. no. ſed differentia ſtat in hoc, quia debitor quantitatis ſoluẽs partem quantitatis creditori ſimpliciter acceptanti eſſet liberatus ab illa parte, ſed nõ eſt ſic in ſolutione partis Stichi creditore ſimpliciter acceptante, quia nõ liberatur in illa parte. ¶Capio gl. in verbo cùm viã, quam diuido in quinque partes. In prima reſpondet tacitæ quæſtioni, an qui ſtipulatur ſeruitutem, dicatur ſtipulari factũ vel ius. In ſecũda per viam no. reſpondet tacitę quęſtioni, quæ ſit natura ſtipulationum in faciendo, & natura ſtipulationum in dando. In tertia reſpondet tacitę quęſtioni, an ſint alia exempla ſtipulationis in faciendo. In quarta gl. alleg. quinque leges cõcordantes ad tex. In quinta, & vlt. remouet aliud contrariũ, & iſtud contrarium expedit per vnum modum. Secunda ibi, idem nota, ꝙ nam. Tertia ibi, ſunt & alia exempla. Quarta ibi, & facit. ĵ. de accep. Quinta ibi, ſi autem, quia nõ eſt factum. & text. quem allegat gl. in l. 3. §. pen. ff. ſi quid in frau. patr. nihil facit pro gl. ¶† Circa iſtum [a] articulum, qui ſtipulatur ſeruitutem, an dicatur ſtipulari factum ratione patientiæ, ita quòd patientia dicatur eſſe in obligatione, an verò dicatur ſtipulari ius & ſic dationem, habes ex dictis gl. & Bar. duas principales opi. prima eſt gl. & Bar. ꝙ dicatur ſtipulari factum ratione patientiæ, quæ eſt in obligatione. Alia eſt opi. ſubtilium Vltramonta. ꝙ dicatur ſolùm ſtipulari dationem. Cum opin. gl. & Bart. tenet Ang. Imo. Lud. & Alex. hic. ita etiam tenent Bald. & Ang. in illa l. 3. §. dare. ff. de vſufr. & Bal. in l. corruptionẽ. C. de vſufr. Sed aduerte inquãtum Bar. pro Vltramontanis adducit tertiũ fundamentum, cui non reſpondet, quòd iſte text. loquatur in ſtipulationib. dandi, & quia de ſtipulatione faciendi ponit in §. item ſi in facto. infra. ea. l. certè iſte text. facit fortiter in ꝯrium, quia imò iſte tex. tractat non ſolùm de ſtipulationibus dandi, ſed etiam faciendi, quia dicit, & harum omnium, & ſic de dando, & faciendo in ſtipulationib. faciendi non poteſt loqui, niſi quando loquitur de ſeruitutibus, ergo eſt dicendum, quòd ſeruitutes ſunt facti. item, ꝙ dicit Bar. quòd quando quis ſtipulatur ſeruitutẽ, dicitur ſtipulari ius, & alleg. duo iura, poterat allegare. l. 1. ad fi. prin. ibi ſiue ius. ff. de triti. quam allegat Are. hic. ꝯriam opi. ſubtilium Vltramontanorũ tenent. d. Chriſtoph. de Caſtil. Raph. Cu. Pau. de Caſt. Bexu. & Are. hic, & licèt ipſi non dicãt, illud idem tenuit Bar. met, quem nemo allegat, ſibi contrarius in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap. in 3. q. princ. circa medium illius quæſtionis, vbi Bart. referendo iſtam glo. ſi quis ſtipulatur ſeruitutem, an ſtipuletur factum, ibi reprobat iſtam gloſſ. † ita etiam ſentit Bartol. in l. ſtipulationes. in 4. q. princip. ¶Pro iſta opin. Vltramontanorum contra gloſſ. & Bartol. & ſequaces duo principaliter adducuntur. Et primò fundamentum gloſſ. & Bartol. retorquetur contra eos. quare enim ſtipulatio ſeruitutum dicitur continere factum, iſtud eſt ſolùm propter patientiam, in iſto ſolo ſe fundat gloſſ. & Bartol. modo eſt aduertendum, quòd licèt patientia ſit præſtanda in ſeruitutibus loco traditionis. l. pen. ff. de ſerui. allegata in gloſſ. l. 3. §. dare. ff. de vſufru. alleg. per Bartol. l. datio. §. ſi inter. quam alleg. Rom. ff. de act. emp. l. ſi ego. §. j. ff. de publi. tamen nõ ſequitur, ergo patientia eſt in ſtipulatione, & obligatione, ſicut qui promittit rem dare, vt fundum, clarum eſt, quòd ibi requiritur traditio, ſine traditione non transfertur dominium. l. traditionib. C. de pact. & tamen traditio non dicitur eſſe in obligatione, ita qui conſtituit ſeruitutem, bene tenetur pati, tamen patientia nõ eſt in obligatione, ſed venit in conſequẽtia ſeruitutum, & pro hoc facit. l. quoties. prima. in §. final. ff. de ſerui. vbi eſt text. quòd natura ſeruitutum eſt, vt quis patiatur. venit ergo in conſequentiam, non quòd ſit in obligatione. ¶Secundo pro iſta opin. Vltramontanorum dicunt ſtringere text. in illa l. 1. §. final. ff. de ſeru. ruſt. præd. quem text. Bartol. allegat, & intelligit poſt ſeruitutem iam conſtitutam, ſed pro conſtituenda competit actio perſonalis, ſecundum Bartol. competit actio realis, & Bartol. intelligit poſt ſeruitutem conſtitutam, in qua venit patientia officio iudicis. Sed Paul. de Caſtr. dicit iſtam ſol. eſſe falſam, quia traditio, vel quaſi eſt, quæ conſtituit ſeruitutem. pondera verbum traditio, ergo loquitur tex. quando non eſt conſtituta ſeruitus, ſed agebatur de conſtituenda, & credo, quod Pau. de Caſt. dicat veritatẽ. Ad primũ Alex. reſpondet, & credo, quòd habuerit bonum intellectum in hoc, ſed non declarat bene ſe. adde pro iſta ſol. Bart. in l. nemo pôt. in 5. colu. ff. de leg. 1. vbi dicit, ꝙ qui habuit dominium per traditionem, nullum amplius habet obligatum. §. 1. inſti. qui. mo. tol. obl. ſed ille, cui eſt conſtituta ſeruitus, bene habet obligatum eum, qui conſtituit, vt patiatur vti frui, vt per patientiam quam præſtitit, non liberetur ab obligatione. Ad ſecundum ad d. l. 1. §. fi. ff. de ſer. ruſt. præd. reſpondet Alex. quòd tex. in verbo. traditio, poteſt intelligi poſt ſeruitutem conſtitutam, ſed iſtud non euacuat difficultatem. Pro opin. Vltramõtanorum Are. hic videtur plura adducere, quæ magis conſiſtunt in verbis quàm in legib. Refero illud, quod facit. primò contra Bart. retorquet tex. in l. 3. §. dare. de vſufruct. qui text. ſecundum eum loquitur de patientia poſt ſeruitutem conſtitutam vſusfructus, imò ſecundum eum loquitur de patientia in conſtitutione ſeruitutis: nam ſecundum eum non ſufficit pati, niſi inducatur in poſſeſſionem. Secundò contra Bart. etiã ponderat tex. in illa. l. 1. §. fi. ff. de ſer. ruſt. præd. circa quam inſiſtit in duob. locis in loco ordinario, & in fi. vbi ſecundum eum dicit text. traditio, & patientia inducit officium prætoris, ſed vbi erat patientia, nondum erat ſeruitus cõſtituta, ſed breuiter dic, quòd ille tex. bene tollitur per Bart. quia loquitur quando ſeruitus iam erat conſtituta, & tunc agebatur confeſſoria cõtra promiſſorem, & patientia venit officio iudicis, & iſtam ſolutionem probat text. in l. ſi ego. §. 1. ff. de pub. vbi in ſeruitutib. iam conſtitutis prætor ad traditionem, & patientiam tenetur, & ſic quamuis text. in l. 1. in fine dicat traditio & patientia, loquitur de traditione iam facta, vt dicit Bart. vbi prætor interponit officium contra turbantem. ¶Tertiò Are. inducit rationem; nam qui tenetur ex teſtamento locare, locando ſtatim liberatur, nec virtute promiſſionis tenetur ad patientiam. l. in numerationib. ad fi. ff. de ſol. Bartol. in l. fideiuſſor. §. meminiſſe, & ibidem alij. ff. de leg. 1. Et licèt aſcribat ſibi ante eum illum tex. allegat Raph. Cum. hic pro Vltramontanis contra gloſſ. & Bartol. Ego not. reſpondeo, & dico, quòd aſſumptum Are. eſt falſum, quia ex contractu locationis, & ſic vigore locationis locator tenetur pati vti frui, & ſic ad iſtã patientiã habentem tractum ſucceſſiuum tenetur iure contractus, & extra obligationem contractus. tex. eſt in l. ſi quis domum. in princip. & ibi Bar. expreſsè declarat. ff. loc. & tex. in l. ex conducto. in prin. eo. tit. ¶Vlt. Are. alleg. tex. in l. ſi vnus ex ſocijs. §. fin. in verbo dari. ff. de ſer. ruſt. pręd. vbi eſt text. quòd qui promittit ſeruitutẽ, tenetur dare, ſed ille tex. nihil facit, nec negat Bart. qui etiam fatetur, quòd qui ſtipulatur ſeruitutẽ, ſtipuletur ius, & ſic actionem. Quid tenendum? paſſus eſt dubius, & diſputabilis. Alex. qui tenet opin. glo. & Bart. pro opin. Citramontanorum allegat duos tex. in l. qui vſumfructum. §. fi. ff. de vſufr. quem dicit à nemine eſſe allegatum, vbi eſt text. ſi teſtator legauit mihi vſumfructum in ſeruo, hæres eſt in mora præſtandi ſeruum, moritur ſeruus, volo agere ad æſtimationem, ergo erat obligatio faciẽdi. l. vbi autem. §. fi. ĵ. eo. Ad idem eſt tex. in l. ſi vſuſfructus mihi in bienniũ. ff. de vſuf. leg. Are. hic conatur reſpondere dupliciter, ſed nihil dicit. Ad iſta duo iura Alexan. reſpondeo aliter, prout reſpondet Bartol. in illa l. ſi vſufruct. in biennium. vbi dicit, quòd iſtæ leges loquuntur, quãdo ſeruitus fuit relicta in teſtamento & dicit veritatẽ, & habemus, ꝙ qñ ſeruitus relinquitur in teſtõ adita hæreditate ipſo iure conſtituitur ſeruitus legatario abſque facto hæredis. text. eſt in l. ſi partem. §. 1. ff. quemadmo. ſerui. amit. l. 1. ff. de ſerui. lega. iſtæ ergo duæ leges, loquuntur in ſeruitute relicta in teſtamento, quæ fuit ipſo iure conſtituta adita hæreditate, in illa ergo hæres non tenebatur ad aliquam conſtitutionem, ſed ad ſolam patientiam, & habemus, quòd qui tenetur ad patientiam ſolam, tenetur ad factum, & poſt moram loco eius re perempta tenetur ad intereſſe in æſtimatione. l. ſtipulationes nõ, & c. ĵ. eo. & l. ſi quis ab alio. §. final. ff. de re iud. in iſtis terminis loquũtur duæ leges allegatæ per Alexand. iſtam ſolu. Bartol. ſequitur ipſemet Alexand. in §. ex his. in quarta column. infra ead. l. Iſta ſolutio eſt multum colorata, & licèt demulceat aures, ego dico, quòd Bartol. dicit contrarium expreſsè, & ſic eſt ſibi contrarius. nam confunditur per text. ineuitabilem in l. 3. §. dare.

ADDITIO.

a ¶Circa iſtum. Ad infra dicenda vide, quæ ſcribit idem Auctor in §. æque columna ſeptima. inſtitut. de actionib. & vide Bartol. Cæpol. Tracta. de ſerui. vrb. cap. 15. & 17.

3. §. dare. ff. de vsufr. vbi text. loquitur quando vsusfructus erat relictus in testamento, & tamen in vsufructu relicto in testamento dicit text. ibi, quòd hæres tenetur dare, & pati inducere in fundum, ergo est falsum fundamentum Bart. dum dicit, ꝙ hæres tenetur ad solam patientiam, quando est relictum in testamento, & istud vult Bar. hic sibi contrarius, vbi dicit, aut agitur actione ex testamento pro seruitute, & tũc tenetur hæres & constituere, & pati iure actionis. l. 3. §. & dare. & sic propriè loquitur in actione ex testamento. Et si diceres, quomodo ista possunt procedere, quæ dicit Bar. quando seruitus est relicta in testamento adita hæreditate sine facto hæredis seruitus constituitur, & transfertur ius in legatarium. l. 1. ff. de serui. leg. ergo hęres nõ tenetur constituere. respondeo, quòd qñ dominium transfertur ipso iure, tñ adhuc tenetur hæres dare actualiter seruitutem, ita declerat Bart. in d. l. 1. ff. de vsufr. leg. & in l. 1. in fi. ff. de leg. 1. quia qñ transfertur dñium ipso iure nõ est proprium
a dñium, ᵃ sed impropriũ, ideo est necesse, ꝙ interueniat adhuc traditio, ex qua sequitur verum dñium. Bart. in l. 1. C. communia de leg. facit tex. in l. 3. § dare. ff. de vsufr. iuncta. l. si partem. §. 1. ff. quemad. serui. amit. & l. 1. ff. de ser. leg. nam licèt seruitus legata sit ipso iure constituta, tamen debet hæres inducere legatarium in fundum. Quid tenendum? licèt articulus sit disputabilis ad vtranque partem, & disputando possit vtraque pars defendi, tamen teneo opi. Citramontanorum cum gl. & Bar.
b quòd in stipulatione seruitutis promissor ᵇ non solùm teneatur ad ius, & sic ad dationem, sed etiam ad factum, & sic etiã ad patientiam, & pro ista opi. adduco text. in l. loci corpus. §. si fundus. ff. si seru. vendi. vbi in seruitutib. venit æstimatio, & sic interesse, ergo necessaria est obligatio faciendi, quia in obligationib. dandi non succedit obligatio ad interesse. l. vbi autem. §. fi. iũcta l. si seruum. ꝟ. eo. sed bene in stipulationib. faciendi. l. stipulationes non diuiduntur. ꝟ. eod. in vers. Celsus. Ad idem pro opi. Citramontanorum, & communi allego tex. multum formalè in l. fi. circa medium. ff. communia præd. vbi tex. loquens in seruitutib. formaliter dicit, tantum. n. tempus eis remissum est quo dare, & facere diuersis temporib. possunt, & sic tex. ibi loquẽs in seruitutib. formaliter dicit dare, & facere, & gl. ibi in verbo dare, facere exponit. i. seruitutem constituere per patientiam, & ita per illum tex. & alia. s. adducta teneo cum opi. Citramontanorum, & gl. & Bar. Non omitto tamen, quòd Bald. hic in paucis verbis distinguit, si quæramus, an stipulatio seruitutum contineat factum an dare, vt per eum, & credo eam
32 bonam doctrinam. ¶† Expedita theorica videamus nunc in practica, quæ sit vtilitas huius articuli, an stipulatio seruitutum contineat ius an factum. Alex hic ponit duas vtilitates. prima est propter formationẽ libelli: nam agens pro seruitute constituenda nõ debet dicere in libello reum esse sibi obligatum ad præstandum sibi patientiam, nec debet concludere eum esse condemnandum ad patientiam, cùm hoc non sit in obligatione, sed veniat in executione officio iudicis. l. j. in fi. ff. de ser. rust. prędior. Adde bene facere illud, quod magistraliter declarat Bart. in l. 1. in 6. col. ff. de iurisd. om. iud vbi dicit, quòd quando quis intentat actionem, debet in libello talia verba apponere, per quæ appareat eũ teneri ad dandum, vel faciendum iuxta gl. in l. 1. in prin. ff. de edendo. sed quando non competit actio, sed officium iudicis, quòd nullam presupponit obligationem, tunc in libello non debet petere taliter, quod dicat partẽ tene-
c ri ad dandum, quia succumberet, sed debet petere ᶜ sibi constitui seruitutem. ista vtilitas. d. Alex. nullius est effectus propter libellum, quia nos habemus, quòd sustineretur libellus, in quo intentatur officium iudicis, cùm re vera competat actio. ita tenet not. Specul. in titu. de lib. concep. §. 1. in versicul. sis cautus. Ioan. And. in addi. Specul. in titul. de iurisd. omn. iud. in rubr. & Alexan. met in l. 1. ff. de iurisdi. omn. iud. sic etiam ècontra in proposito nostro sustinebitur libellus, si quis intentat actionem, & re vera solùm competit officium iudicis secundum Bald. in l. & fine. C. ad Trebel. Anto. de Butr. in capitul. examinata. in 2. colum. de iudi. & in capitul. ex literis. per illum text. & ibi Imol. de pig. nam trita est regula, quòd libellus debet sustineri omni modo quo potest, etiam per impropriationem verborum, vel largo modo intelligendo vocabula. l. sed & possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiur. cum ibi per me traditis. Sed nos habemus, quòd officium iudicis largo modo præsupponit obligationem in proposito nostro. gl. in l. si seruum. §. sequitur, & ibi Ange. & Modern. not. ꝟ. eodem in l. promissor Stichi. de constitu. pec. expresè Barto. in l. final. ff. de iniurijs. & in l. Marcellus. ff. de fideius. ergo ista vtilitas Alex. erit modici momenti. ¶Secunda, & fundamentalior vtilitas est secundũ do. Alexan. nam stipulatio seruitutum continet dationem, & factum secundum opin. gloss. Barto. & Citramontanorum, quia promissor tenetur constituere seruitutem. secundò successiuè ad præstandũ patientiam, vnde ex primo capite potest præcisè cogi ad dandũ, & sic ad constituendũ seruitutem, quia ista, est natura obligationis ad dandum, vt sit præcisa. l. vbi autem non apparet. §. fin. ꝟ. eo. & ita in terminis tenet Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. in 4. q. ad fi. ꝟ. eod. Ex alio autem capite obligatio non est præcisa, quia soluendo interesse, vel ęstimationem liberaretur, per text. in d. l. qui vsumfructum. §. fi. ff. de vsufru. & d. l. si vsusfr. mihi in bienniũ. & ita declarat Bar. in d. l. stipulationes non diuiduntur. in 4. q. ad fi. sed aduerte, quia ista secunda vtilitas adhuc videtur periculosa, nec posset procedere, quia prima obligatio dandi, & sic constituendi seruitutẽ frustratoriè esset præcisa ad dandum, & sic ad constituendum seruitutem, quia est actus, qui potest momento impleri & expediri, si posteà promissor non teneretur præcisè pati, quia soluendo interesse liberaretur. certè istud esset imponere. l. verbis, contra l. 2. C. communia de leg. c. cõmissa. de elect. in 6. ad hoc non obstãt duo tex. allegati per Alex. in d. l. qui vsumfructum. §. fi. ff. de vsufr. tex. in d. l. si vsufr. quia loquũtur, qñ ille seruus in quo debebatur vsufru. erat mortuus, & sic præcisa obligatio non poterat ibi habere effectũ, & si diceres quomodo potest euadere istam vtilitatem Alex. nonne pro ea est regula trita,
33 † ꝙ in obligationib. faciendi succedit obligatio ad interesse, d. l. stipulationes non diuiduntur. versi. Celsus. ergo stipulatio seruitutum ratione patiẽtiæ contineat factum, &c. quo potes negare, quòd ex eo capite faciendi non succedat obligatio ad interesse? respondeo, quòd ista regula, quæ habet, quòd in obligationib. faciendi succedit obligatio ad interesse, procedit quãdo est obligatio meri facti tantũ, sed ista est obligatio mixta, vnde licèt in obligationib. meri facti succedat obligatio ad interesse, iurib. prælleg. tamen secus est in obligationib. mixtis, & sic quando non est merum factum. ita declarat glo. in l. certi condictio. in princip. ff. si cert. pet. tñ pro ista secunda vtilitate adde bonum text. in l. loci corpus. §. si fundus. ff. si serui. vendi. vbi in stipulatione seruitutum venit æstimatio, & sic obligatio ad interesse, & ibi res non erat perempta, ex qua debebatur seruitus, tamen posses replicare, vt dixi, quòd ista non est stipulatio meri facti. istud non potest esse ex alio, nisi quia patientia & sic factum est in obligatione, & per ista remanet expedita prima pars gl. Capio gl. in verbo repeti. quam lego simul cum gl. seq. quæ glo. sunt factæ timore duplicis contrarij. primum, quia text. videtur se corrigere & incontinenti, contra l. non ad ea. ff. de condi. & demon. ¶In ea. gl. ad fi. istæ duę gl. vt dixi factę fuerunt timore duplicis contrarij, quia tex. videtur se incontinenti corrigere. secundò propter l. si non sortem. §. si decem. ff. de cond. inde. gl. concordat text. quòd ista duo remedia competunt alternatiuè, primum de rigore, secundum de equitate. licèt Bar. & oẽs indistinctè teneant cum istis gl. ꝙ primum remediũ sit de rigore, ꝭm de æquitate, & sic text. se incontinenti corrigat, & sic Pau. se corrigat, sed nullatenus credo, ꝙ ista sit mẽs Pau. nec credo, ꝙ istud sit verũ, nam pondera, ꝙ gl. Bar. & oẽs se fundãt ad ita tenendũ per l. si nõ sortem. §. pe. ff. de condi. indeb. qui text. nihil facit ad propositum nostrum, quia loquitur in obligatione alternatiua, vbi pars soluta erat in obligatione, merito impeditur repetitio. sed iste text. loquitur in obligatione generis, in qua nihil est in obligatione. l. cùm incertus. de legat. 1. latè Bar. ꝟ. in q. seq. ergo non est in liberatione, & cõsequenter, quando soluitur pars, illa pars non est in obligatione, ergo illa debet statim posse repeti, vt dicit text. pondera, ꝙ Barto. & Doct. infra super glos. mag. in secunda parte constituunt differentiam inter obligationem generis, & alternatiuam per rationem prædictam, quia &c. est verum, quòd Bartol. ibi, & Doct. constituunt differentiam quo ad obligationem, non autem quo ad repetitionem, sed ista vltima differen-
* tia, *licèt per omnes teneatur*, ostendam infra, ꝙ non est vera. Vnde teneo, ꝙ imò pars Stichi in obligatione gñis soluta possit statim repeti, vt dicit text. nec est dicendum, ꝙ Iurisc. statim se correxit, & si dicas, quomodo ergo procedet tex. qui loquitur alternatiuè, responde, quòd in alternatiua remediorum ille habet electionem cui competunt. l. quòd in hæredem. §. eligere. ff. de ttib. l. cùm filius. §. varijs. ff. de leg. 2. iste ergo promissor generis potest statim repetere, si vult partem solutam, aut expectare

ADDITIONES.

a * Dominium. Adde Alex. in l. si tibi homo. §. cùm seruus. de leg. 1.
b ¶Promissor. Adde, & limita, vt per Bald. in l. corruptionem. columna secunda. versic. sed reuoco in dubium. numero quinto. C. de vsufruc. vt non procedat in seruitute præscripta. Secdò limita per eundẽ Bal. hic, vt non procedat ex parte stipulatoris, secundum text. in l. si tibi liberum. ff. de actionib. empti. BELLOT.
c * Petere. Adde Pract. Papien. for. lib. confessoriæ.

34 pectare donec alia pars soluatur, & sic stabit in pendenti. † &
quod istud sit verum confirmatur, quia sicut creditor generis
non obstante parte solutionis sibi facta potest totum petere.
l. si stipulatus. §. 1. ꝟ. de solu. ita etiam promissor generis, cùm
illa pars nō inducat solutionem nec liberationem, debet posse
repetere, ne contractus claudicet, secundum, quod dicam in
gl. magna in 2. parte, & tenebo contra Bartol. ¶ Capio gloss.
magnam in verbo alius detur, quam diuido magistraliter in
quinque partes sequendo declarationem Bart. In 1. supplendo
& declarando text. remouet vnum contrarium. In secunda
gloss. oppo. contra text. & soluit, deinde contra solutionem
iterum opponit, & non soluit. In 3. parte per viam notabilis re
mouet duas oppositiones. In quarta format quæstionem ex-
presse, & soluit, posteà in fin. respondet tacitæ quæstioni. In
in quinta opponit contra text. & tripliciter soluit. Secunda ibi,
sed obijcitur. Tertia ibi, item not. ex prædictis. Quarta ibi, quid
ergo dicas. Quinta ibi, sed videtur, quòd pro parte. Circa dicta
Bartol. super hac gloss. mag. in 3. parte aduerte subtiliter, quia
nemo aduertit ad hoc inquantum Bartol. in obligatione gene
neris parte Stichi soluta constituit differentiam inter credito-
rem, & promissorem, & vult, quòd respectu creditoris obliga-
tio, & exercitium non stent in pendenti, quia non obstante
illa solutione partis potest creditor integrum hominem pete-
re. l. qui hominem. ff. de sol. l. si stipulatus. §. 1. ff. de solu. sed res-
pectu promissoris, qui soluit illam partem Stichi, bene stat in
suspenso exercitium condictionis indebiti ad repetendum, &
pendent à futura solutione, vt hoc text. per istum modum in
obligatione generis Bart. concordat istā l. cū l. stipulatus. §. 1.
vbi in oblone generis soluta parte Stichi illa solutio nō impe-
dit, quin possit petere totum hominem, ille text. loquitur res-
pectu creditoris, sed text. noster loquitur respectu promissoris.
Idem repetit Bartol. ꝟ. in sua dist. & ita indifferenter omnes trā-
seunt. Mihi autem ista concordia, & differentia inter credito-
rem, & promissorem nullatenus placet, quia isto modo con-
tractus claudicaret, quod est absurdum. l. Iul. §. si qs à pupillo.
& ibi Bartol. ff. de act. emp. gloss. in l. 1. ff. de rescin. vend. secun-
dò istud esset contra omnes regulas mundi, nam magis faue-
mus promissori, & sic debitori quàm ipsi creditori, vt in l. fa-
uorabiliores. de re. iur. l. Arianus. ff. de acti. & obli. c. ex literis. de
proba. & sic fauorabilior est causa repetitionis quàm sit causa
35 petitionis, & tamen Bartol. vult totum contrarium. ¶ † Item
non debet licere creditori illud, quod non licet debitori, quia
iudicia non debent claudicare. l. n. C. de fruct. & lit. expen. regu
la non licèt actori. de reg. iur. in 6 propter ista puto posse tene-
ri contra Bartol. & omnes, quòd imò in obligatione generis
in parte Stichi soluta, sicut ex parte creditoris obligatio, &
exercitiū non sunt in pendenti. d. l. si stipulatus. §. 1. ita etiam ex
parte promissoris repetitio, & exercitium non sunt in penden
ti, vt dicit text. hic, imo statim possit repetere, aut si nolit repe-
tere, stet in pendenti, donec aliud soluatur, & si diceretur,
quòd ex parte promissoris, qui soluit partem Stichi, militet
ratio, quæ non militat ex parte creditoris, quia quādo promis-
sor in genere soluit partem Stichi, ideo pars soluta stat in
pendenti, eo quia creditor potest illam partem retinere lo-
co pignoris, donec soluat aliam partem. text. est in l. eleganter.
§. qui reprobos. ff. de pig. act. & l. si cùm aurum. ff. de solu. & ita
dicit Paul. de Cast. ad istum text. quia ad hoc not. respondeo,
quod istud, quod creditor possit tenere loco pignoris partem
Stichi, donec integraliter soluatur, istud non facit quominus
statim etiam sit nata condictio indebiti ad repetitionem, &
quòd ex ea possit sequi condemnatio, quamuis posteà post
latam sententiam posset impediri executio propter faculta-
tem retinendi loco pignoris, & sic talis exceptio non opponi-
tur petitioni nec sententiæ, sed solùm executioni, quod est ma
ximi effectus. ita magistraliter declarat Bald. in l. ita stipulatus
magna. in tertia char. ꝟ. eod. & ita etiam considerat Are. hic in
pen. col. sed ad aliud propositum, & ista mihi videntur vera
36 contra communem opin. ¶ † Vltra Bartol. & eius dicta, quib.
Scribentes nihil addunt, not. diligenter regulam istius gloss. in
2. parte, quòd aliud est liberatio, aliud cessatio obligationis ad
tempus, & ista glo. semper allegatur secundum Paul. de Castr.
hic, quòd aliquando obligatio cessat ad tempus, & tamen non
est extincta, per text. optimum in l. qui res. §. aream. alleg. in glo.
ff. de solu. Adde, quòd Bald. hic de, quo nemo facit mentio-
nem, pro illa regula gl. addit bonum text. in l. cùm hic status. §.
si sponsus, in versicul. duæ autem. ff. de don. inter vir. & vxo. in
verbo potest dici pendere acceptilationem non ipsam, sed
37 effectum eius, & refert Bald. † aliàs fuisse magnam quæstio-
nem in ciuitate Bononiæ tempore interdicti, quod ibi fuit
positum per quendam familiarem Papæ, à quo potuit appel-
lari, & tamen interdictum habuit effectum, deinde Papa su-
spendit, & Bonienses appellauerunt ab iniquitate illius interdi-
cti. erat q. an pendente illa apellatione à suspensione possent
diuina celebrari, fuerunt variæ opi. Bald. concludit, quòd aut
interdictum fuit suspensum per modum temporalis liberatio
nis, vide hic per Bald. Adde tex. in c. ad hæc quoniam. vbi gl. &
ibidem Abb. & alij de appel. vbi etiā Canonistæ. Io. Cal. in tit.
de ecclesiasti. interdicto. ad fi. in vlt. q. adde etiam ad istam quę
stionem not. Bald. in c. 2. de testi. cogen. vbi quærit, si sententia
excommunicationis sit relaxata causa ferendi testimonium. c.
veniens. §. fi. de test. an interim possit appellari, videretur, quòd
sic, quia interim cessat examinatio. contratium determinat
Bald. quia ista est potius quædam suspensio, quàm liberatio
per istam glo. hic: nam aliud est suspensio quàm extinctio, vt
dicit text. quem glo. allegat in d. l. qui res. §. aream. ¶ In gl. ibi, vt
ꝟ. de accepti. l. qui hominem. ista glo. malè dicit, quia iste hęres
non est liberatus, sed bene suspenditur exercitium, & l. allega-
ta nihil facit, quia loquitur in obligatione alternatiua. Secundò
quia loquitur de vera solutione, nos loquimur de obligatione
* generis. ¶ Circa istam quartam partem glo. Bart. *& communiter*
Doct. faciunt differentiam in obligatione generis parte Stichi
soluta inter principalem promissorem, & eius hæredes, quia si
principalis promissor soluat partem in Sticho, potest creditor
de præsenti petere integrum hominem non obstante illa par-
te, quæ non impedit exercitium actionis. secus in hæredib. pro
missoris, quia si vnus soluit partem, ista solutio non liberat
eum, sed bene liberat exercitium actionis, quia soluit totum,
quòd debet, sed promissor non, ita concludit Bart. & commu-
niter omnes sequunt. ista differentia Bart. & Doct. non vr̄ posse
de iure procedere, prout etiam tenet Bexu. hic, quia ratio di-
uersitatis, in qua se fundat Bartol. & Doctor, est falsa, dum di-
cunt, quod in hæredibus vnus soluendo partem Stichi sibi tā-
gentem soluit totum, quod debet, istud est falsum, imò non
soluit, quod debet, prout dicit gloss. in parte præcedenti, cùm
debetur homo integer, qui per omnes deducitur in stipulatio-
nem, & sic non debebatur pars Stichi soluta, sed debebatur il-
la pars hominis, quæ per omnes deduceretur, & differentia Bar-
tol. iure non probatur, & regula est in contrarium, quòd inter
promissorem, & eius heredes non sit differentia. §. ex his. infra
ead. l. quod ita posset teneri contra Bartol. & omnes. ¶ In ead.
gloss. ad fin. habes ex glo. tres solutiones ad contrarium. §. si ta-
men. ꝟ. ead. l. prim esta falsa, quia si debitor quantitatis, vbi sti-
pulatio est cum parte diuidua, nō potest soluere partem inui-
to creditore, multominus in debitore generis. Secunda solutio
est vera in se. l. si stipulatus. §. primo. de solut. sed diuinat. vera
est solutio secundum Bartol. ibi, quòd text. noster loquitur in
vera solutione, quia si liberaretur per solutionem illius partis,
incideremus in inconueniens. l. in executione. §. pro parte. sed
contrarium loquitur in solutione ficta, scilicet in sententia,
& acceptilatione, q̄ inducunt fictam solutionem, quæ tamen
38 fieri in parte potest, & dicemus in §. si tamen. ¶ † Circa vlti.
quæstio. Bartol. & subtilem, & subtiliter examinatam per Bart.
adde, quòd ista omnia, quæ ponit Bartol. hic, ponit idem Bar-
tol. sed latius in d. l. Meuius. §. duob. 4. oppo. de legat. 2. & sem-
per in isto articulo remittimur ad Bartol. hic, & ibi, tu ad-
uerte inquantum Bartol. reprobando Iacob. de Are. facit fun-
damentum, quòd tacita conditio impedit transmissionem
legati. Rom. hic reprobat, sed Bartol. hic non meretur repre-
hendi, quia tacita conditio proueniens ex voluntate defun-
cti bene impedit transmissionem legati. l. vnica. §. sinautem.
C. de caduc. tollend. l. quod purè. quando dies legat. ced. l. ali-
quando. ff. de condi. & demonstra. sed conditio tacita ex dispo
sitione. l. illa non impedit transmissionem legati. ita loquitur. l.
conditiones, quæ extrinsecus, & ibi *Bartol.* bene declarat. ff. de
39 condi. & demostratio. ¶ † Cicra conclusionem, quam tenet
Bartol. quod in obligatione generis nullus certus, & deter-
minatus de præsenti sit in obligatione, sed determinandus
ex solutione futura, & licèt vnus sit in obligatione, sed
est incertum, qui sit ille, & propter istam incertitudinem
istud legatum videtur habere conditionis speciem non pro-
priè conditionem. istam conclusionem, & opin. Bart. repre-
hendit Aret. hic, quia ista opin. s̄m eum confunditur per text.
quos allegat Bart. in l. hominē. & in l. si Pamphilo. ff. optio. leg.
nam in d. l. hominem. legatarius, qui habet optionem serui in
genere, non potest vnum repudiare, quia tale legatum est con
40 ditionale, † & iuri de futuro ante purificatam conditio-
nem quis renuntiare non potest, l. si ita scriptum. §. si sub con-
ditione. de legat. 2. ita etiam in l. si Pamphilo. sed ista iura non
ignorauit Bart. quia ipse etiam reprehendit, & q̄ gloss. propriè
vtuntur istis rationib. sed ipse dicit, q̄ ille gl. debent intelligi. q̄
illud legatum sit conditionale nō propriè, sed pp futuram so-
lutionem, & sic Bar. met iñ. Contra Bart. et ponderat Aret. tex.

qui

qui vř multũ ſtringere in d.l.Meuius. §. duob. ante fi. vbi hoĩs
legatum, & ſic in gñe ſingulos hoĩes continet. pondera illud
41 verbum cõtinet,† ꝙ reſpicit ſubſtantiam obligationis, & non
ſolutionem, vt dicit Bar.confirmant Mod. Senenſes, quia ver-
a bum continet, a importat de propria ſignificatione, vt dicit
Bar.in l.cui eorũ.§.affinitatis.ff.de poſtulando. tenẽdo opi. Bar.
* *quæ communiter tenetur*, rñde ad iſtum text. ꝙ legatum hoĩs in
gñe ſingulos homines ꝯtinet, verũ eſt aptitudine, ſed non actu,
quia quilibet eorũ põt ſolui, non tñ oẽs ſunt in obligatione, &
ſi dicas, quid reſpondes ad verbũ ꝯtinet, dico, ꝙ verbum cõti-
net, intelligitur largè, & impropriè, pondero tex.in l.hæredita-
tis appellatione.la 2.ff.de verb.ſig.vbi dicit text. hæreditatis ap-
pellatione bonorum poſſeſſio cõtinetur.ecce ibi ponit ſignifi-
cationem iſtius verbi continetur, & tñ habes caſum in l. 2. ff.
de bon.poſ.ꝙ appellatione bonorum venit hęreditas.ad idem
eſt text. in l.in legib. ff.de teſt. vbi generis appellatione ſponſus
continetur, & tñ in l.ſi qua mihi vxor.§.1.& ſeq. ff.de ritu nup.
dr̃, ꝙ appellatione generis ſponſus non cõtinetur, & ſic dicit
totum contrarium, ꝙ ſponſus non eſt propriè gener, ſed im-
propriè. Ad idem habes tex.in l.actio in perſonam. ff.de act.&
oblig.vbi dicit text.ꝙ differentia eſt inter actionem, & petitio-
nem, quia actio in perſonam, petitio in rem, & tñ dicit tex.in l.
actionis verbo.de actio.& oblig.ꝙ actionis verbo petitio con-
tinet̃, vtitur verbo ꝯtinetur, & tñ eſt im ꝑpriè, & ibi gl.ꝑpendit
de hoc. de hoc ad idem apud canoniſtas habes tex. in c.perue-
42 nit el 1.de teſti.cogen.vbi dicit tex.ꝙ † appellatione inſtrorum
teſtes continentur.pondera verbum continentur, & tñ propriè
appellatione inſtrumentorum non veniunt teſtes, ſed ſcriptu-
ræ, ſed quia inſtrumenta dicuntur, quæ inſtruunt cauſam, &
ibi Abb.in 2.no.dicit, quòd eſt largè, & impropriè. Et ideo Bar.
met ſibi contrarius in l.liberorum. ff.de verbor.ſignifi. inquan-
tum ibi text.dicit, quòd liberorum appellatione nepotes con-
tinentur, dicit Bar.ibi in 8.col.pondera verbũ continetur, quod
importat largè, & imprориè, & non propriè, ideo in propoſito
circa.l.Meuius.§.duobus. in verbo continet.dicit Are.ꝙ verbũ
continet ibi ſtat propriè, dico, ꝙ importat largè, & impropriè,
quia ſemper Iurſconſulti vſi ſunt verbo continet, impropriè,
& ſic videtur, quòd opin.Bartol.poteſt defendi, *quia communiter
approbata*. Duo tamen ſunt, in quib.dubito contra Barto.& eius
doctrinam.primo tex.in illa l.3.ff.qui, & à qb.quæ allegatur per
Iac.de Are.vbi tex.dicit, ꝙ in legato gñis, vel optionis, ꝙ quo-
dammodo videntur ſingulis ſub conditione legati. Bart.ꝑpon-
derat dictionem quodammodo, quæ eſt dictio improprieta-
tis, & c.ergo text.vult, ꝙ ibi in legato generis conditio ſit quaſi
impropriè, & non propriè, ſed Bartol.non bene, & non realiter
conſiderauit illum text.& iſtud eſt, ꝙ voluit dicere Are.quia in
illo tex.dictio quodammodo, non refertur ad dictionem con-
ditione, quia ſi tex. diceret quodammodo ſub conditione, Bar.
diceret veritatem, ſed ibi in illo text.dictio quodammodo, no-
ta improprietatis non refertur ad dictionem conditionem,
ſed ad dictionem quodammodo ſinguli homines, & iſtud
eſt, ꝙ etiam hic dicit Are.& ad ꝙ ponderat illam.l.3.& erit ſen
ſus, ꝙ in legato generis quodammodo ſinguli homines vidẽ-
tur ineſſe in conditione non propriè, ſed impropriè, & non re-
fertur ad dictionem ſub conditione, & hoc modo ille text. nõ
euaderetur per Bart.ſed ſtaret pro Iac.de Are.& re vera iſta eſt
43 veritas.¶† Secundò inquantum concludit Barto. ꝙ in obliga-
tione generis vnus homo eſt in obligatione, ſed neſcit quis, an
iſte, vel ille vnus. ¶In contrarium videtur facere text. in l.&
per iuſiur. §. ſi is, qui hominem. ĩ. de accepti.in verbo totam
obligationem. allegatus ſupra per Bartol. pondera illam vni-
uerſalem totam poſitam in text.ergo vult ibi text. quòd in ob-
ligatione generis plus quàm vnus ſit in obligatione: nam ibi in
obligatione generis facta fuit acceptilatio in Sticho, dicit text.
per illam acceptilationem tota obligatio perimitur, ergo ap-
paret, quòd obligatio erat in plus quàm in vno, nec poteſt
dici, quòd ibi ideo ſit propter incertitudinem ſolutionis. Quę-
44 ro,† quę eſt differentia inter legatum generis ſimpliciter, & le-
gatum optionis in genere, dic, quòd differentia eſt, quia in le-
gato generis ſimpliciter non poteſt legatarius eligere meliorẽ,
ſed mediocrem: ſed in legato optionis in genere legatarius
poteſt eligere illum, quem ipſe vult.

ADDITIONES.

a ¶De verbo continet, vide Bar.in l.hæc verba.ff.ad l.Iul.de adul.ſed tenet op-
poſitum in l.liberorum.in vlt.col.v.rſic.quæro nunquid.ff.de verb.ſig.& be-
ne probatur in illo tex.circa fi.de quo dicto latius per Doct.in l.Gallus.in §.
inſtituens.ff.de lib.& poſth. & dictum Bartol. reprobat etiam idem Iaſ. in l.
emancipati.in penult.colum.C.qui admit. vbi dicit eſſe falſum.de quo etiam
vide Felin.in rubr.de fid. inſtrum.colum. 2. & vltra eos ego allego tres text.
vnus eſt in l. patroni. ff.de verb. ſignifi. alius in l.appellatione parentis non
tantum pater, ſed etiam auus, & proauus, & deinceps omnes ſuperiores cõ-
tinentur.ff.eod.tit.de verbor.ſignific.& tamen hoc eſt ex interpretatione, vt
dicit ibi gl.nam ſecus eſt ex propria vocabuli ſignificatione, quia tunc con-
tinetur ſolùm vſque ad tritauum, vt dicit text.in l.Iuriſcon. in §.parentes. ff.
de gradi.eſt etiam bonus text.in l.viriles eo.tit.de verbor.ſigni.maximè ꝑꝑ
dictionem interdum ibi poſitam, quæ denotat irregularitatem, iuxta.l. ſerui.
§.colliicidium.ff.de ſerui.vrba.præd.& l.ſi verò.§.interdũ.ff.de ſolut.& l. ſi vt
certo.§.interdum.cum ſim.ff.commo.

SVMMARIVM.

1 *In obligatione generis, vel alternatiua, ſicut principalis debitor ſoluen-
do etiam creditore volente non liberatur, ita nec eius hæres.*
2 *Quando ſunt plura debita, promiſſor poteſt ſoluere vnum inuito credi-
tore.*
3 *Ex perſona hæredum non debet immutari conditio obligationis.*
4 *Quando defunctus tenebatur omni reſpectu ad indiuiduum, oblgatio
tranſit ad ſingulos hæredes, quia per l. etiam diuidi non poteſt.*
5 *Hæres promiſſoris ſi ſoluit ex neceſſitate, vel conſtituit ſeruitutem pro-
miſſam, poteſt repetere à cohæredibus ſuis.*
6 *Stipulator ſeruitutis deceſſit plurib. relictis hæredib. cuilibet eorum
competit actio inſolidum.*
7 *Actio neg.geſt.an competat pro his, quæ fiunt tam ex voluntate quàm
ex neceſſitate.*
8 *Conditiones ſunt indiuiduæ inter hæredes.*
9 *Qualiter ſit ſubueniendum creditori contra hæredes promiſſoris in ob-
ligatione generis, quando ſunt diſcordantes.*
10 *Quando plures diſcordant in præiudicium tertij, iudex poteſt cogere
eos ad concordiam.*
11 *Qualiter ſit conſulendum hæredib. inter ſe diſcordantibus.*
12 *Iudicium ſortis nunquam habet locum, niſi quando eſt dubium de iure,
ſecus ſi de facto.*
13 *In ſtipulatione generis quando decedit ſtipulator relictis pluribus hæ-
redib. & promiſſor habet electionem ſoluendi, ſi vni hæredum ſol-
uat partem in vno, alteri partem in alio ſeruo, non liberabitur.*
14 *In obliga. generis vnus ex pluribus hæredibus promiſſoris ex neceſſita-
te cogitur ſoluere totum.*
15 *An, & quando intereſſe, ſeu æſtimatio, quæ eſt quantitatis, iudicetur
diuiduum, vel indiuiduum.*
16 *Xij. vnciæ faciunt vnam libram. 8. verò faciunt vnam marcam.*
17 *In ſeruitute iam conſtituta quando agitur confeſſoria, vel negatoria,
an victoria vnius poſſit alijs prodeſſe.*

§. Ex his. Iſte.§.ſummat̃ per Bar. & Doct. vno mo-
do, ego ſummo ſic iſtũ. §. & complectar
totã lr̃am. In ſtipulatione gñis, vel alternatiua, q̃uis obligatio
diuidatur inter hæredes ꝓmiſſoris, tñ vnus eorũ ſoluendo par-
tem ſuam non liberat̃, niſi cæteri ſoluant partes ſuas in eadem
re: in ſtipulatione verò ſeruitutũ realium, qa ſunt oĩno indiui-
duæ, ſinguli hr̃des promiſſoris inſolidũ tenentur, & cuilibet ip-
ſorum inſolidum ꝯpetit actio.h.d.Iſte.§.ſm Bar.Ang.& Imol.
ponit tres illationes, & ita diuiditur in tres partes. Tu diuide in
tres hoc modo. In 1. loquitur de ſtipulatione gñis, vel alterna-
tiua. In 2. de ſtipulatione ſeruitutũ ꝓdialium oĩno indiuidua.
In tertia, qñ ſtipulator deceſſit relictis plurib.hæredib. Scd̃a ibi,
& ideo ſi. Tertia ibi, ex quo qdem. Quælibet pars ſubdiuiditur
1 in duas, ꝓut ẽt dicit Bar. ¶† Nota primò ex hoc tex. ꝙ in obli-
gatione gñis, vel alternatiua, ſicut principalis debitor ſoluẽdo
partem etiam creditore volente non liberatur ita nec eius
hæredes. Antequam procedã vlterius, operępretium eſt inue-
ſtigare, q̃ fuerit rõ dubitãdi in iſta prima deciſione tex. deinde,
q̃ fuit rõ decidendi. rñdeo, ꝙ duplex fuit rõ dubitandi, & ſimi-
liter duplex rõ decidendi. Prima rõ dubitandi fuit, qa princi-
pali debitori poterit imputari, quare non ſoluebat totũ, prout
ad totum tenebatur, ſed hr̃dib. non videbatur imputandum,
cùm ſinguli non tenerent̃ in plus quã pro hr̃ditarijs portioni-
bus, qa in plus non repræſentant defunctũ. l. cùm à mr̃e. C. de
rei vendi.l.ſi ab eo C.de negot.geſt.& habes gloſſ.not. & ordin.
in l.ſecunda. §. final.& ibi Bartol. eam not. ff. de præto ſtipulat.
& ſic nihil poterat imputari hæredi, ſi non ſoluebat totum,
quia non tenebatur niſi pro parte hæreditaria, ergo videtur,
quòd debebat liberari ſoluendo partem, & nihil eſt, quòd de-
2 bebat ſibi imputari ſi volebat ſoluere pro parte ſua. † Secun-
da ratio dubitandi fuerat, quia quando ſunt plura debita, pro-
miſſor poteſt ſoluere vnum inuito creditore. text. eſt in l final.
ff.quibus mod.pign. vel hypot. ſolu. ſed ſic eſt, quòd mortuo
promiſſore lex facit diuiſionem inter hæredes pro hæredita-
rijs partibus. l. pro hæreditarijs. C. de hæred. actio. ergo cùm
ſint facta plura debita, videbatur, quòd quilibet hæredum
volens ſoluere ſuum debitum deberet liberari, illis non ob-
ſtantibus hic Iuriſconſult. not. determinat contrarium. Et
ratio decidendi eſt duplex. prima fuit ratio, & quidem fun-
damen-

damentalis: nam in obligatione generis, vel alternatiua, quare principalis promiſſor ſoluendo partem in Sticho non liberabatur in parte, ratio eſt, quia poſſet contigere abſurdum, quòd in diuerſis rebus fieret ſolutio, quod lex abhorret. l. in executio. §. pro parte. j. eod. Iſta met ratio militat in perſona hæredum, quia ſi vnus hæres ſoluendo partem in Sticho liberaretur, alij poſteà hæredes poſſent ſoluere in alijs rebus, & multo magis militat illa ratio in hæredibus, quàm in principali, quia facilius illa diuerſitas induceretur in pluribus hæredibus, quàm in vno ſolo, & ſic in principali. l. item ſi vnus. §. principaliter. ff. de arbitr. & iſta fuit fundamentalis ratio iſtius text. Secunda ratio decidendi eſt, quia particularis ſolutio affert incommodum creditori. l. planè. ff. famil. erciſcund. quæ ratio ita militat in hæredibus, ſicut in principali, & per iſta tollitur prima ratio dubitandi, quòd poteſt imputari promiſſori, quare non ſoluit totum. non obſt. ſecunda ratio dubitandi dum dicebatur, quòd quando ſunt plura debita, poteſt debitor ſoluere vnum, nam procedit, quando ab initio ſunt plura debita, non quando de vno deuenitur ad plura, tunc reputatur vnum, ex quo hæredes repreſentant vnum, ſcilicet defunctum. l. cui fundus. in fi. ff. de condi. & demonſtra. & dicit gloſſ. hic in verbo poſſunt. vbi videbitis, & iſto modo habes enucleatum ſenſum text.

3 ¶† Secundò not. ex hoc text. regulam, ad quam ſemper allegatur iſte text. quòd ex perſona hæredum non debet immutari conditio obligationis. duas ll. concordantes habetis in glo. & vltra leges quas allegat gloſ. adde text. in l. executione. § pro parte, & ibi Paul. de Caſtr. ad hoc not. infra eod. alibi dicit text. not. in l. ſecunda. in fin. C. de fruct. & lit. expenſ. quòd hæredis ſuccedentis in vitium, par habenda eſt fortuna hęredis, & defuncti. tu tamen circa hanc regulam videas text. not. in l. final. C. de euict. quem Bartol. Bald. & alij hìc dicunt eſſe ſingularem, & nouum caſum, & ſe neſcire alibi illum text. vbi dicit tex. quòd ſi vendidi domum, & pro euictione dedi in fideiuſſorem Titium, euenit caſus, quod mortuus eſt fideiuſſor relicto hærede? qui prætendit domum eſſe ſuam, quęro an poterit ipſam vendicare? videtur dicendum, quòd non, quia quem de euictione tenet actio, eundem fortius repellit exceptio, tamen ibi text. decidit contrarium, quod imò poterit vendicare iſtam domum, & ſic vides, quod ex perſona hæredis immutatur conditio obligationis, ſed reſponde, quòd regula, quæ obſtat, procedit, quando quis tenetur de euictione nomine ſuo, & ſic ex diuerſitate iuris poteſt immutari conditio, & ſic habes limitationem, quòd ex perſona heredis non immutatur conditio obligationis, eſt verum, vbi hæres prætenderet ius ex perſona ſua, quod defectus non prætendebat, & hæc limitatio ad iſtum textum. limitat etiam. l. vendicantem. ff. de euiction. vbi dicit, quem de euictione tenet actio, &c. ¶ Secundò per illum tex. datur ſecunda limitatio, quòd ex perſona hęredis non immutatur obligationis conditio, eſt verum, niſi hæres prætendat ius ex perſona ſua non tanquam hæres. alibi habes tex. not. & contrarium ad proximè præcedentem, quod aliquando plenior eſt obligatio contra hæredem quàm contra defunctum, text. eſt not. multum in l. ſi per imprudentiam. §. non mirum. ff. de euictio. reliqua ad iſtam regulam videbimus in

4 gloſſ. in verſicul. immutatur. ¶† Tertio not. principaliter in verſic. & ideo. quòd quando ad indiuiduum omni reſpectu tenebatur defunctus, ad ſingulos hæredes tranſit obligatio inſolidum illa ratione, quia etiam per legem diuidi non poteſt, dicit Iuriſconſul. in l. hæredes. §. an ea. ff. famil. erciſcund. & ſic pondera, quòd iſto caſu ex perſona heredum immutatur cōditio obligationis, ex quo ab initio erat vna in perſona promiſſoris, multiplicatur in perſonis hæredum, quia nunc tot

a ſunt obligationes, quot hæredes promiſſoris. ¶ Circa iſtum [a] text. pro declaratione terminorum quæro, quando obligatio eſt omnino indiuidua, vt eſt ſeruitutum realium, quæ nec legaliter. & ſic ciuiliter, nec naturaliter poteſt diuidi, eſt neceſſe, quòd hæredes ſinguli inſolidum teneantur, quia res eſt omnino indiuidua, ex neceſſitate quilibet tenetur inſolidum, & de vna obligatione fiunt plures, & ſic obligatio multiplicatur, opreprętium eſt videre, quare lex propter neceſſitatem non ſtatuit potius, quòd hæredes omnes collectiuè, & ſic ſimul teneantur inſolidum, quàm ſtatuerit, quòd ſinguli de per ſe tenerentur inſolidum. primum fuiſſet melius, quia iſto modo minus lęderetur regula legis noſtræ, quia ex perſona hęredum conditio obligationis minus læderet, quàm ſecundo caſu, & tanto fortius debebat lex iſta ſtatuere, quia omnes hæredes collectuè ſimul repreſentant defunctum, ſinguli autem non repreſentant, quia quilibet tantum pro parte, pro qua eſt hæres & non plus, ſecundum quod dixi in primo not. & ſic videretur mihi per iſtas duas rationes, quod lex debuiſſet ſic ſtatuere, & melius feciſſet ſic facere, quòd omnes hæredes tenerentur inſolidum collectiuè & ſic ſimul, quàm ſicut fecit, q ſinguli inſolidum teneantur. Pro ſolutione potes dicere, quod lex iſtud fecit duplici conſideratione, & iſtud eſt quantum ſciam tibi dicere. Prima, quia plures perſonæ non conſiderantur vt vniuerſi, niſi quando faciunt collegium, vel capitulum, vel vniuerſitatem, ita not. glo. & Docto. in c. cùm omnes. de conſtitu. ideo in caſu noſtro lex noluit plures hæredes teneri collectiuè, ſed diſtributiuè, quia hic non faciunt collegium nec vniuerſitatem. Secunda, & not. rō eſt, quia nunquam plures conſiderantur vt vniuerſi, quādo ad illos vt ad ſingulos, & non vt ad vniuerſos commodum, & incommodum pertineret. l. per fundum. ff. de ſerui. ruſtic. præd. habetur in l. quòd maior. ff. ad municip. & facit, quod dicit Bartol. infra. cùm ergo plures hæredes in hæreditate nō habeant commoda, & incommoda vt vniuerſi, ſed vt ſinguli, ideo lex voluit, quòd in obligatione indiuidua tenerentur ſinguli inſolidum, non om-

5 nes ſimul, & collectiuè. ¶† Quarto principaliter not. in verſic. ſed quo caſu. duo principalia. Primò verum intellectum iſtius text. quod quando actum fuit inſolidum contra vnum ex hęredibus promiſſoris de ſeruitute conſtituenda, & quia ipſe ſolus conſtituere non poterat, quia hæredes non conſentiebant. d. l. per fundum. ff. de ſerui. ruſtic. prædior. & l. fin. ff. communia pręd. fuit condemnatus ad ſolidam ſeruitutem, ex quo obligatio dandi erat præciſa, deinde poſt ſententiam fuit facta executio per officium iudicis mercenarium ad ſolidam præſtationem, & iſte hæres, qui ſoluit, inſolidum repetet à cohæredibus per iudicium famil. erciſcund. eo quia ſoluit ex neceſſi-

b tate, vt infra dicit Bald. ¶ Quintò [b] ergo ſubtilius pondera iſtum text. in verbo inſolidum. vbi conſidera, quòd Iuriſcon. multum in ambiguo loquitur, & dicit inſolidum ſoluit, quia non dicit vtrum ſoluerit æſtimationem in totum, an ſeruitutem in totum; nam text. non aperit. Bartol. intelligit, quòd ſoluit æſtimationem, aliqui quod ſeruitutem. pondera hic eſſe in text. vnum, propter quod vnus ex pluribus hæredibus promiſſoris non poteſt ſolus conſtiture ſeruitutem in totum in fundo communi alijs diſſentientibus, niſi interueniat conſenſus cohæredum, & ſi conſtitueret, nihil repeteret à cohæredibus actione famil. erciſcund. cuius contrarium dicitur in hoc tex. & in l. hæredes. §. contra ſi promiſſor. ff. famil. erciſcund. & ita concludit Imol. Paul. de Caſtr. & Alexand. & Mod. hic, & in §. Cato. ſuper 8. oppo. Bartol. infra eod. & reſpondent ad text. in l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. in princip. ſupra mandati. &

* infra Bart. vbi reſeruo dicendum, in §. Cato. *Stat ergo communis concluſio* Scribentium, q ſi promiſſor, qui promiſit ſolidam ſeruitutem, deceſſit relictis pluribus hæredibus, nō poteſt vnus ex iſtis conſtituere ſeruitutem, in fundo communi, niſi alijs conſentientibus, ſed ipſi referunt Angel. contrarium tenere, ſed in lecturis meis quas habeo, duas ſcriptas aliam impreſſam, non reperio Angel. contrarium tenere, ideo non facio mentionem de hoc. Contra iſtam communem concluſionē arguitur fortitter, quòd quando ſeruitus fuit promiſſa per principalem, qui moritur relictis pluribus hæredibus, q imò vnus poſſit conſtituere ſeruitutem alijs non conſentientibus, & arguo ſic. nos habemus regulam, quando negotium ſpectat ad plures pro indiuiſo, ſi non poteſt pro parte tale negotium expediri, quilibet abſque alijs poteſt expedire, dummodo vtiliter faciat, text. eſt, qui propriè ponit iſtam regulam, in l. hrdes. §. ſi vnus.

ADDITIONES.

a ¶ Circa iſtum. &c. Vide Iaſ. in l. 4. §. Cato. col. 6 & 20. j. eod. & ex iſto not. Ang. & alij colligunt arg. quòd hæredes vnius vaſſalli tenentur iurare fidelitatem domino inſolidum, licèt poſſideant feudum pro parte, & eſt hodie declaratum in c. 1. §. omnes filij. ſi de feud. fuer. contro. inter dom. & agna. ita tenet Angel. in l. loci corpus. §. ſi fundus. ff. ſi ſer. vend. ſed quidècontra, nunquid vnus vaſſallus teneatur iurare fidelitatem plurib. hæredib. domini ſui inſolidum. Angel. in d. §. ſi fundus, tenet, q ſic, ſed glo. in d. §. omnes filij dicit, q non tenetur iurare fidelitatem niſi vni, & eſt in eius electione, cui iuret per text. in c. imperalem. §. præterea. el 2. de prohib. feud. ali. per Fede. vel debet iurari fidelitas antiquiori, ſecundum Bal. in d. §. omnes filij. Ioan. And. in addi. Spec. in titul. de feud. §. quoniam. verſic. 29. ſequitur primam opin. glo. quòd ſit in electione vaſſalli cui iuret, & hanc ſecundum Are. hic ſequimur in practica, quia eſt communis. tu aduerte, quòd Andr. de Iſer. & Iacob. Aluar. in d. §. omnes filij. tenent, quòd vaſſallus teneatur præſtare iuramentum fidelitatis omnib. hęredibus domini, & reſpondet ad d. §. præterea. el 2. ruſum quæſiuit Are. hic, an & quando vaſſallus poſſit renuntiare iuri feudali inuito domino, de quo per Fel. in cap. cum in eccleſiarum. de cenſi. & ibi in penult. & vltim. colum. quomodo, & in quibus caſib. feudum poſſit diuidi.* Quo autem ad prædictam quæſtio. de iuramento fidelitā. vide eundem Iaſ. in l. de pupillo. §. ſi plurium. colum. pen. & fin. ff. de oper nou. nuncia. Docto. ad Dec. in l. ea, quæ in partes. de regul. iur. Syluestr. in ſumma titul. de feud. numero 15. MASVER.

b ¶ Quintò. Adde Iaſ. in l. 4. §. Cato. infra eod. PVRPV.

vnus.ff.famil.erciscund.per quam ita formaliter not.Barto. in l. & hæc distinctio. §. cùm fundum. ff. loca. & per istam regulam decidit ibi singular. Barto. & non obliuiscaris de ista decisione, quod si plures fratres hæredes habent domum communẽ, vel fundum pro indiuiso, vnus vult locare, alij nolunt, & dicunt, si tu vis locare, loces pro parte tua, dicit ibi Bart. quod si erat domus solita locari, poterit eis inuitis locari, eo modo in prædio, quod habetur pro indiuiso, & dicit vnus volo facere arare, tunc ille solus potest facere, quia vtitur re ad vsum destinatum, & doctrinam Bartol. sequitur Bald.in l. 1. in vlt.quæstio. C.qui testa. face. pos.Lud.Roman. & dom.Alex.in l.de pupillo.§. si plurium. ff. de oper.nou.nunc. & istud fortius procedit in casu nostro, vbi seruitus erat promissa à principali debitore, cuius isti sunt hæredes, nec possunt contra eius factum venire, ergo videtur, quòd vnus solus possit seruitutem constituere, postquam est debita, responde, quod prædicta regula procedit, in his, quæ sunt indiuidua, postquam non possunt fieri pro parte, quod possint insolidum alijs inuitis, dic verum esse, quando nihil diminuitur de iure sociorum, prout procedit distinctio Bart.in d. §. cùm fundum.in d.l.& hæc distinctio, vbi nihil diminuitur de iure sociorum, quia tunc vnus potest facere, & alij debent habere ratum.l.si communes. ff.de neg.gest. sed in casu nostro agitur de minuendo iure sociorum. i. constituere seruitutem in fundo libero, nam cõstituere seruitutem, est ius aliorum diminuere, istud ergo non debet posse facere alijs nõ
6 consentientibus, vt dictum est.¶† Sextò [a] principaliter not.ibi,
a ex quo quidem accidere posse, quod quñ stipulator seruitutis decessit relictis plurib. hæredib. cuilibet eorum competit actio insolidum pro ista seruitute.dubium erat duplex. Primò illud, quod expresè ponitur hic in hoc text. quia cùm requiratur consensus omnium cohæredum.l.itinere.ff.de serui.rusti. prædior. videtur impossibile, quod omnes consentiant. Secundò, quando sunt plures domini eiusdem fundi pro indiuiso, vnus solus nõ potest constituere seruitutem.d.l.itineris, & l.per fundum.ff.de serui.rustic.prædior.quia seruitus non potest vni eorum insolidum acquiri, ergo videbatur, quod ista stipulatio seruitutis debe ret vitiari, quia deueniret ad casum, à quo incipere non posset. Iurisc.respondet ad primam obiectionem, quod istud non est impossibile, sed difficile, & difficultas nõ vitiat stipulationem. l.continuus.§.illud.j.eod. Ad secundum non respondet hic Iuriscon.sed in l.pluribus.§.& si placeat.j. eod.sed respondet, quod argumentum procederet, quãdo ageretur de seruitute de nouo acquirenda, quia vnus hæredum non posset solus constituere, sed nos loquimur in seruitute iam acquisita per defunctum, quo casu procedit regula, quod multa facta tolerantur, quę tñ à principio fieri prohibentur. arg.l. patre furioso.de his, qui sunt sui.Expeditis textualib. venio ad expeditionem glo. super verbo possunt.¶In ead.glo. ad fin.habes ex glo.solutionem, & rationem solutionis, sicut defunctus, qui erat promissor gñis soluendo partem non liberatur, ita nec hæredes, qui habẽtur loco vnius. Sed aduerte, quia videtur, quod gl. in solutione malè loquatur, patet, quia consequentia quam fecit gl. nõ est bona: nam ad tollendam 9ñiam sufficit dare instantiam.glo.in l.creditori.ff.de oper.no.nunc.gl.in c.sicut vrgeri.1.q.1.quod non sit bona consequentia gl. probatur, quia datur instantia, pone, principalis erat debitor dandi centum, si ipse principalis voluisset soluere partem inuito creditore, non posset, nec liberaretur.l. tutor.§.Lucius. de vsur.glo.in §.præced. & tñ eo mortuo relictis plurib. si vnus velit soluere partem suam inuito creditore potest, & liberatur à parte sua.l.si testamento. §.1. in versic.quod si
* duo.ff.de fideius. *Bart.& omnes hic*, ergo consequentia glo.non est bona, quia datur instantia, & ita per hoc reprehendit Raph. Cum.istam gl.similiter rõ gl.est falsa, dum dicit, quod plures loco vnius hñr, istud est falsum, quia omnes hrdes simul vniti, & sic collectiuè, bene verum est, quod representant vnum, & sic defunctum, sed qñ sunt plures hæredes, quilibet representat defunctum pro parte, in qua est hęres.l.cùm à matre. C.de rei vendi. l.si ab eo.C.de nego.gest.gl.in l.2.§.fi.vbi Bart. ff.de præt.stip.& sic ratio est falsa.vnde Raph.Cu. aliter rñdet ad opi.gl. quod vnus hæredum soluendo partem non liberatur, eo quia non soluit, quod debet, quia non tenebatur ad partem Stichi quam soluit, sed ad partem hominis in gñe. ego autem defendo consequentiã gl.& dico sic, quod consequentia quam facit glo. optimè procedit in terminis, in quib.loquitur in obligatione gñis, vel alterna tiua, vbi sicut principalis promissor soluendo partẽ in Sticho non liberaretur in illa parte, ita nec liberaretur aliquis hrdũ in illa parte soluta per ipsum hæredem, & multò magis militat in hæredib.vt iam.s.dictum est, ratio est propter inconueniẽs. l.in executione.§.pro parte, quod militat in omnibus, quia si liberaretur in parte soluta, posset soluere aliam, & deueniretur ad inconueniens. d.l.in executione. §. pro parte, & isto modo consequentia gl.erit optima. ¶Capio gl.in verbo immutatur, quam diuide in 5. partes. In prima allegat duas concor. ad regulã tex. posteà format tres oppo. & soluit. In quinta oppo.& soluit. Scda ibi, sed obijcitur. Tertia ibi, item oppo. de leg. 1. Quarta ibi, item oppo.j.eod. Quinta, & vlt.est ibi, item quid si vnus.¶In ead.gl.ibi, & aliter eius hrdib.ista sol.glo. vt dixi non bene accommodatur ad l.vnicam. C.de priui.do.ideo Bartol. melius oppo.de l.non tm.adde coniuncta.l.sciẽdum.de re iud. quia.l. non tm. de per se nihil facit. ad idem, & clarius text.in l. maritum.ff.sol.matrim.dic, vt per Bart. quia si maritus conueniatur ab vxore occasione dotis, vel alterius contractus, non põt condẽnari insolidum, gl.respondet, quod ibi condẽnatio moderatur, sed nõ mutat. Pet. de Bellap.rñdebat, quod ibi erat priuilegium creditoris, quod hæredes possent in totum condemnari. Bart. dicit, quod responsio gl.melior est, & venit ad ista iura alleg. ¶In ead.gl.ibi, hic passiuè, ibi actiuè istam sol.reprehendit Bar. per tex. nostrum, vbi æquiparat siue sint plures hæredes promissoris, siue stipulatoris in obligatione indiuidua, & ideo glo. in d.l.legatarius.aliter respondet, quod iste tex. loquitur in obligatione, quæ est indiuidua, & text.in l.legatarius.loquitur in obligatione diuidua, tamen Dy.non tenet istam solu. vt dicit Bart. Petr. aliter respondet, quod conditio obligationis non immutatur ex persona hæredum, verum est respectu rei, quæ est in obligatione.& istam solut.refert Cyn.in l.3.C.de nego. gest. & dicit Bart. quod quælibet istarum solutionum est bona. Tu aduerte inquantum Bart.& Doct.sequuntur sol.gl.in d.l.legatarius, quod ibi est materia diuidua, ideo nimirum si ex persona hæredum immutatur obligatio, sed nos loquimur in materia indiuidua. Ista solutio seipsam confundit propriè, per text. in d. l. legatarius, ita eam reprehendit subtilis.d. Pet.de Bexu. hic, quia text. dicit totum 9rium, cùm dicit, quod legatarius non põt pro parte acceptare, & pro parte repudiare, ergo materia non erat diuidua, quia potuisset pro parte acceptare, & pro parte non acceptare, licèt legatarij hęredes possent, sed rñde, quod in ipso primo principali legatario erat vnum legatum, & 9ñr vna obligatio, & sic non poterat eam legatarius scindere.l.neminem.cũ l. seq. ff.de leg.2. sed in hæredib.eius diuiditur per l.12. tabul.& 9ñr censentur plura legata, meritò quilibet hæredum legatarij põt facere, prout vult, & pro parte acceptare, & pro parte non, ista est propria rõ illius text.¶In ea.gl.ibi.§.fi.sed ibi dices: iuxta istam partẽ gl. Bart.format duas oppo.circa quas Doct.
7 nihil penitus addũt.¶† Circa primam oppo. Bar.extra gl.aduerte ingtum Bar.post Pet.de Bellaper.& subtiles Vltramontanos præsupponunt regulam, quod actio neg. gest. competat pro his, quæ fiunt ex voluntate, & non pro his, quæ fiunt ex necessitate, quia si fuerit necessitas, competit actio famil.erciscund.non actio negot. gest. Contra istud assumptum Bartol. & Doctor. videntur esse multi text. formales. text. in l. 4. §. hac actione ff.de negot.gest.vbi dicit text. hac actione neg. gest.agitur siue voluntariè fuerit actum, siue ex necessitate, siue sit necessitas vera, siue præsumpta, &c.ibi est text.ad literam.Ad idẽ fortior text.in l. qui aliena.§.fi.ff.eo.tit.de neg.gest.vbi text. loquitur in cohrdib. vel in consortib.seruitutis, & sic indiuidui, & dicit si vnus defendit ex necessitate seruitutem, 9petit sibi actio neg. gest.9 9sortes.ad idẽ tex.in l. 1.§. nunc tractemus. cum gl. ff.de tut.& rat.distra.vbi si sunt plures contutores, q 9uenti sint, & vnus ex necessitate cogatur soluere pro alio, si non est soluendo, 9 eum 9petit sibi actio neg.gest.ad idem. l. curatoris. C. de neg. gest. cũ mille sim. pro saluatione Bart. & solutione potes dicere, quod Bart.loquit in gestione necessaria rõne cõis hrditatis, & 9ñr in plurib.hrdib. secus est in gestione necessaria rõne officij, vt in plurib.tutorib.vel curatorib. quia si vnus pro alio non existente soluendo ex necessitate soluat, cùm alio remedio nõ sit sibi consultum, competit vtilis negot. gest. d. ll. hic est sibi prouisum alio remedio, scilicet famil. erciscund. Secundò intellige conclusionem Bartol. quando vnus ex hæredibus ex necessitate soluit circa rem communem, vel occasione rei communis, ita loquitur conclusio Barto. hic, secus si necessitas aliunde prouenerit.ita loquitur.l.qui aliena. §.fi.cum glo. ff.de negot.gest.Cogita tamen in prædictis.ll.quia si bene inspexeris,
8 conclusio Bart. non videbitur sine difficultate transire. ¶† Secundò, & subtilius aduerte circa secundam opin. Bartol.de l. 5. §.final.infra eod.dum respondet, quòd ibi loquitur, quando quantitas debetur ratione pœnæ, quia illud, quòd est in obligatione respectu stipulationis pœnalis, censetur esse in conditione, & conditiones sunt indiuiduæ inter hæredes. l. cui fundus.

ADDITIO.

a ¶Sextò. Adde, quòd Bartol.in §. Cato. in sexta opposi.ampliat, vt dicatur eius interesse insolidum. item Iaf.in l. stipula. non diuiduntur. columna tertia.infra eodem. sed est contra.§. item si in facto.in hac ead.lege.

fundus.ff.de condi.& demon.Iſta ſolu.videtur pulchra,& ſubtilis & colorata, quam vbique repetit idem Barto. ſ.in §.Cato. in 8.oppo.& in l.5.§.fin.ſ. eod.Sed aduerte, quod iſta ſolu.Bar. licèt videatur pulchra,& ſubtilis,& alij ita tranſeant cum Bar. tamen non eſt vera,& ſicut eſt ſubtilis,ita eam ſubtiliter reprobo.nam regula l.cui fundus.ff.de condi. & demonſtr. in qua ſe fundat Bartol.loquitur in terminis multum diuerſis,& ita vna via faciam duo ſeruitia.declarabo illam l. & reſpondebo,ergo regula Bartol. non eſt vera, quia illa regula procedit, quando conditio apponitur principaliter, & de per ſe,exemplum, ego lego tibi domum,ſi dederis Titio centum,iſta conditio apponitur principaliter,& de per ſe, & tunc eſt verum,quòd eſt indiuidua, ſed nos loquimur, quando conditio fuit appoſita in defectum principalis obligationis diuduæ,ideo eius diuiſionē, & naturam recipit, ita dicit not. Bartol. vbi melius declarat illam l. cui fundus, quam alibi legerim in l.Stichum, qui meus erit.in vlt.colum.ff.de legat.1. & ibi ad finem vult, quòd ſi cōditio, quæ de ſui natura ſit conditio indiuidua, apponatur in defectum primæ diuiduæ, naturam illius primę aſſumit,& efficitur diuidua, ſicut prima. Confirmatur iſta concluſio optimè, nam ſtipulatio pęnalis naturam præcedentis obligationis ſequitur.l.ſi is,qui ducenta.§.cùm ita,& §.vtrum.ff.de reb.dub. cum ibi not.& ita in ſpecie per iſta iura dicit Barto.in l.fin.in 2. quæſt.de duob.reis.Idem Bartol. in l.ſtipulatio iſta habere licere.§.ſi quis dolum.ſ.eod.Alexand. in l.5.§.fin. ſ.eod. & propterea de iſto reſeruo dicendum in l.5.§.fi.ſ.eo.vbi eſt locus ſuus, ſed volui iſta tangere,vt aperirem oculos ſcholarium.

9 ¶† Circa primum articulum Bartol. in obligatione generis, quando plures hæredes promiſſoris ſunt diſcordantes, qualiter ſubueniatur creditori contra hæredes promiſſoris diſcordantes, Bar. ponit tres practicas.Adde circa primam practicam Bartol. dū Bartol. vult, quòd ſi quidem iudici conſtat,hæredes ante ſententiam diſcordare, poteſt ante ſententiam ad petitionem creditoris condemnare ad æſtimationem. Iſta prima practica Bartol.non videtur vera,quia in obligationib. dandi obligatio eſt præciſa ad dandum. l.vbi autem. §.fin.in verbo omnino. ſ. eod. & ſic non poteſt fieri condemnatio in æſtimatione etiam re perempta poſt moram, tamen fit condemnatio ad dandū. ſed in executione fit executio in æſtimatione, l.ſi ſeruum.§.fin. vbi glo. & Bart. ſ. eod.quanto fortius in caſu præſenti, in quo non eſt certum poſſe dari, quando hæredes ſunt diſcordes, tñ poteſt iudex condemnare ad dandum. l.huiuſmodi.§.fin. ſ.eo. ergo non eſt vera doctrina Bart.ꝙ iudex poſſit condemnare in æſtimatione, quamuis ſibi conſtet hæredes eſſe in diſcordia, niſi ſaluando Bar.diceres,ꝙ regula,quæ habet,quòd in obligatione dandi etiam re perempta,quando conſtat non poſſe dari,adhuc debet fieri condemnatio in re, & illa regula procedit ſecundum Ioan. de Imol. hic, quando ſtipulatio dandi continet rem certam,& determinatam d.l.ſi ſeruum.§.fi.ſecus,quādo ſtipulatio dandi non eſt contracta ſuper re certa, & determinata, ſed certificanda mediante electione hæredis, tunc ſi conſtat iudici hæredes diſcordare,tunc poteſt iudex condemnare ad æſtimationem. l.hæredes. §. ſi in certo,ad fin. ff. famil. erciſcund. quia ex quo illa res venit certificanda electione hęredum,illa electio eſt facti, ergo ſi concordant in facto,obligatio ſuccedit loco intereſſe.glo.in l.cum qui certarum. §.1.ſ.eo. Sed ſecunda practica Bartol.eſt ſecurior,& verior, & illam teneo.

10 ¶† Circa tertiam [a] practicam Bartol. vbi Bartol. ponit regulam, quando plures diſcordant in præiudicium tertij, iudex poteſt cogere ad concordandum, per text.in l. huiuſmodi.§.fi.ff.de leg.1.cum iſta concluſione Bart. *tranſeunt omnes hic.*

* adde,quòd ſolus Bald.hic quem Scribentes non allegant,dicit, quòd ſalua reuerentia Bart. malè ponderauit text. in illa. l. huiuſmodi.§.fi. quia ibi ex illa diſcordia nullum generatur damnum tertio, imo potius vtilitas, quia donec illi hæredes erant in diſcordia,interim hæres non cogetur eis præſtare legatum, ergo illa diſcordia,non præiudicat ſibi, & ita etiam dicūt Imo. & Pau.de Caſt. ibi, quòd illa diſcordia non erat ad præiudiciū tertij,licèt ibi Alexand. conetur defendere Bartol. ſed iſtud, qđ dicit,nihil eſt. Tu aduerte,ſi ibi hæredes legatarij diſcordarent in exercitio intentando diuerſas actiones, quia vnus intentaret vnam, alter aliam, iſtud eſſet præiudicium hæredis, ſed ibi diſcordabant non in exercitio,ſed in electione,& tex.dicit,quòd iudex debet cogere ad concordandum.idem Bartol.in l. final. in princip.C.communia de leg. alleg. pro hoc alium text. in §. 1.ad fi.inſti.de ſatiſ.tut.vbi eſt tex.quod quando ſunt plures tutores,vel curatores dati pupillo in teſtamento, vel à iudice,& diſcordant,quis debeat adminiſtrare, quia iſta diſcordia tangit præiudicium minorum, iudex debet ipſos reducere,& compellere ad concordiam, & vltra Bartol.ad idem facit text. in l. prima.C.de nup.vbi eſt tex.not.Sed aduerte,quia iſti tex.etiam nihil probant,quia dicunt, quando diſcordia eſt inter partes in præiudicium tertij, iudex debet interponere partes ſuas, ſed non dicunt,quomodo debeat interponere partes ſuas,an eligēdo ipſe, an cogendo partes ad concordiam. Ego ſum in iſta ſententia, quòd quando in legato generis hæredes diſcordant in eligendo, quòd in caſu diſcordiæ, iudex debeat ipſe eligere hominem,qui debeat per hæredes præſtari,& iſtud erit facilius quàm cogere hæredes ad conſentiendum,poſtquam iudex pignorib.captis videtur,quòd in effectu non poteſt concordare, teneo tunc, quòd debeat eligere hominem,qui debeat per eos præſtari,& pro iſta concluſione habes text.in l.in venditione.§. fin.& ibi Bartol.not.ff.de bon.author.iud. poſ.ad idem text. in l.iuſiur. & ad pecunias. §.ſi de qualitate, & ibi Bartol. not.& §. non ſemper.ff.de iureiurand.ad idem text.in l. 1. §.1. & ibi not. Bartol.ff.de vent.inſpi. & in l.2. & ibi Bartol. not. C. de rela. & text.in l.final.in verb.electione,& ibi Salicet.& Modern.not.C. de iudic. tamen poſſes dicere, quòd in illis legib. illa diſcordia non tangebat pręiudicium tertij, ſed ipſarum partium, & ſi iſtud dicis,confunditur illud, quod dicit Bartol. in ſecunda q.

11 ¶† Circa ergo ſecundam q. Bartol. qualiter conſulatur, ſeu prouideatur ipſis hæredibus, quando inter ſe diſcordant,concludit Bart. quòd quando alter eorum timet damnum in futurum,poteſt petere, quòd per iudicem controuerſia ſorte dirimatur, iurib.per eum allegatis,per l.fin.C.communia de legi. & per gl.in §.pen.in l.executione.ſ.eo.Contra iſtam concluſionem Bart.cum quo omnes tenent, vr̄ fortiter facere,† quia iudicium ſortis [b] nunquam habet locum, niſi quando eſt dubiū de iure,ſed qn̄ eſt dubium de facto,nunquam habet locum iudicium ſortis,& ita dicit gl. ſolennis,& reputata ſingularis in l. vnica,in verbo prohibebit, ad fi.C.vti poſſid.de qua gl.nō fuit recordatus Bar.in l.ſi duo. in princip.in vlt.col. ff.vti poſſid.vbi formaliter dicit,ꝙ q.facti nunquam debet dirimi ſorte.alleg.l. duo ſunt Titij.ff.de teſt. tut. & debebat allegare illam gloſſ.expreſſam.idem dicit Angel.in l.ſed cùm ambo.ff.de iud.Bald.in capitul.licèt cauſam.in 4. colum. de probat. Imol. & Modern. in d.l.huiuſmodi.§. fi.ſed in caſu præſenti non eſt q. iuris, ergo videtur, quòd non ſit dirimenda ſorte. Dic ſaluando Barto. ꝙ in caſu noſtro non eſt q. facti, nec de facto, quia clarum eſt, ꝙ promiſſor promiſit hominem in genere, & hęredes eius tenentur ad hominem in genere, ſed bene eſt q.iuris,quomodo prouideatur creditori contra iſtos hęredes diſcordantes, prout eſt in d.l.fin.C.communia de leg. In iſta q. Bar. in ſtipulatione generis, qn̄ decedit ſtipulator relictis plurib. hæredib. & promiſſor habet electionem ſoluendi, ſi vni hæredum ſoluat partem in vno, alteri partem in altero ſeruo, vult Bartol. quòd non liberetur per l. qui hominem. §. 1. ff. de ſolut. ſed ſolutio ſtat in ſuſpenſo,donec ſoluatur alteri in eadem re. Licèt omnes tranſeant cum concluſione Bartol. tamen in puncto iuris non videtur vera, quia iſto caſu ceſſat inconueniens. l.in executione. §.pro parte.ſ.eod.qn̄ ſunt plures hæredes ſtipulatoris, quia ibi non habebitur ſolutio pro vna in diuerſis reb. quia eſt neceſſe, quòd quilibet habeat partem in ſolutione vnius ſerui, & per conſequens ceſſante ratione debet ceſſare inconueniens.§. pro parte, & ſic,quòd promiſſor ſoluendo partem iſti hæredi liberaretur, quia iſte hæres non debet habere niſi vnam partem. Nec obſt.text.in l.qui hominem.§.1. alleg.per Bart.quia tex.ibi loquitur in duob.reis ſtipulandi, qui habentur pro vno, & habetur pro vna ſtipulatione,ita dicit text.in l.4.§.final.ff.de duobus reis ſtipul. meritò ibi poteſt ſolui vni in parte vnius ſerui, & alij in alia, quia iſti duo rei ſtipulandi cenſentur vnus, & ſic poteſt euenire inconueniens. l.in executione. §. pro parte. & iſtam

ADDITIONES.

a ¶Circa tertiam.Aduerte, quia Bartol.cum quo videntur tranſire Doct.aliqd tamen pungentes circa illud, quòd quando tractatur de præiudicio tertij,diſcordes poſſunt cogi ad cōcordiam,per l.huiuſmodi.§.fi ff.de leg.1. tñ ipſemet Bar.tenuit contrariū in l.4.in §.Cato.ſ.eo. cum quo ibi tranſeunt Doct quapp vr̄ eſſe. q.pro amico.& Alex.licèt ibi.ſ. tranſeat cum Bar.tñ in l.ſi Titio. vbi etiam Paul. de Caſtr. tenuit aliter, & de iſta materia, quando partes ſunt diſcordes,an iudex debeat ſe intromittere, & eligere vnū aptiorē, &c. per l.3.§.ſi è.ff.de excuſ.tutor.& l.in venditione.§.1.de bon.auth. iudi. poſ. vide per Felin.in rubr.de treug. & pac.in 4.colum.in 6.fallen. & ibidem etiā tractat, an & quādo iudex, etiam vbi non tractatur de præiudicio tertij,poſſit cogere partes ad concordiam. & idem an & quando in iſto caſu maior pars præiudicet minori,ponit in cap.cum omnes.in 9.colu. cum aliqnib.ſeq. de conſtit. & idem an & quando in iſta materia debeant mitti ſortes, & licitum ſit,ponit in capit.capitulum. in penultim.colum. de reſcrip.& in cap. licèt cauſam. in vlt.colum.de probat.

b * Iudicium ſortis.Adde, & vide Catel. verſi. ſortis diiudicatio. eundem Iaſ. in l.huiuſmodi.§.ſi is cui.de leg.1. text.in l.ſed cùm ambo.ff.de iudic.& qui ſit dirimend. ſorte, not.Felyn.in capitul.capitulum.numero 11. de reſcript. MASVER.

& istam rationem assignat text. in d.l. qui hominem.in versic.
sed si eiusdem ista ratio cessat in plurib. hæredib. stipulatoris,
quia non habentur pro vno, nec censetur vna obligatio, quia
per l. 12. tab. diuiditur inter eos pro portionibus hæreditarijs,
& quilbet repræsentat defunctum pro parte hæreditaria, & sic
ista opin. contra Bartol. videtur verior si bene consideras,
* *licèt omnes teneant cum Bart.*¶† Capio gl. in verbo solidum, quæ
13 timore vnius contrarij ponit duos intellectus ad tex. & sic di-
uiditur in tres partes. In prima oppo. In secunda respondet. In
tertia allegat concordantem. Secunda ibi, vel etiam debitum
in gñe. Tertia ibi, & facit. s̃. fam. ercisc.¶ In ead. glo. ad fin. habes
ex gl. duos principales intellectus ad tex. Primus intellectus est,
ꝙ iste versi. sed quo casu. referatur ad versi. proxim. & imme-
diatè præcedentem, & ꝯñr ad promissionem seruitutis. Scd̃us
est intellectus, ꝙ iste versi. non referatur ad casum immediatè
præcedentem, sed ad casum remotiorem positum in princip.
§. & sic, ꝙ referatur ad obligationem gñis, vel alternatiuè, quis
intellectus est verior? tu dices, est melior primus, quia relatio
debet fieri ad proxima, & non ad remota, vt habetur in l. talis.
ff. de leg. 1. Tu aduerte, ꝙ iste ver. vr̃, ꝗ debeat referri ad vtrun-
que casum, duplici ratione. Primò, quia text. dicit, sed quo ca-
su, ꝙ ꝯñr vult dicere, hoc est si in aliquo casu ex prædictis vnus
hæredum soluerit totum, quo remedio succurretur, sibi r̃ndet,
ꝙ succurretur iudicio fam. erci. pondera, ergo ꝙ tex. l. dicit, sed
quo casu, & sic sensus literæ est referre se ad quemcunque ca-
sum ex præcedentib. & sic verba text. propriè referuntur ad
vtrunque casum, & ꝯñr, siue loquamur in obligatione gñis,
vel alternatiuè, vel seruitutis. Secundò, quia text. esset diminu-
tus, nisi ita dicamus, ꝙ relatio debeat fieri ad vtrunque, & sic
teneo, ꝙ iste versic. referatur ad ver. primum, & ad s̃m eo. mo-
do in obligatione seruitutis. ¶Circa dicta Bart. super vtroque
14 intellectu gl. quia Bart. incepit à secundo intellectu gloss. † in
obligatione generis, ꝙ vnus hæredum promissoris ex necessi-
tate cogitur soluere totum, not. diligenter ex dictis Barto. ꝙ in
obligatione generis licèt vnus ex plurib. hæredib. promissoris
sit condemnatus per sententiam ad soluendum partem ho-
minis, prout erat obligatio sua, tamen habet necesse soluere
totum integrum, & sic plus quàm debeat, & plus quàm sit pe
titum, & quàm sit condemnatus, aliàs solutio partis staret in
pendenti, donec cohæredes consentiant. Intellige istum intel-
lectum gl. & Bar. hic procedere, ꝙ hæres cogitur soluere inte-
grum hominẽ, qñ in hæreditate non esset aliquis seruus cõis, &
ꝯñr iste hæres habet necesse redimere seruum alienum, aut
soluere suum totum, tunc repetet à cohæredib. actione famil.
ercis. secus si in hæreditate esset seruus cõis, qui solueretur, quia
tunc soluendo seruum communem, & hæreditarium non re-
peteret iudicio fam. ercis. sed cogetur cohæres actione negot.
gest. l. si cões, & l. Pomponius scribit si negotium. ff. de negot.
gest. ¶Circa alium intellectum gl. qui est primus, Bartol. ponit
notabilem doctrinam, & Io. de Imol. dicit, ꝙ dictum Barto. est
notabile, & singulare, prout etiam dicit Pau. de Cast. ipsi tñ nõ
15 declarant aliter mentem Bar. † Not. tu diligenter ex doctrina
Bart. melius quàm alibi, an & qñ interesse, seu æstimatio, quæ
est quãtitatis iudicetur diuiduum, vel indiuiduum, non habes
alibi melius declaratum, quàm per Bart. hic, nam Barto. vult,
ꝙ quando interesse principaliter petitur iure actionis, tunc cẽ-
seatur diuiduum, & diuiditur inter hæredes pro partib. hære-
ditarijs, ita loquitur text. in l. stipulationes non diuiduntur. in
versic. Celsus. j. eod. sed quando interesse venit accessoriè in
executione sententiæ latę per officium iudicis mercenarium
deseruiens actioni intentatæ ad indiuiduum propositum, tunc
ipsum interesse censetur etiam indiuiduum, quia cùm veniat
accessoriè, assumit naturam accessorij cui accedit, & alteratur
eius natura, ita subtiliter probatur in isto text. in verbo solidũ,
secundum Bartol. intelligendo, prout intelligit, ꝙ solidum sol-
uerit in æstimatione. Hic ex ista doctrina infertur singular. se-
cundum Paul. de Castr. & Alexand. quòd si promisisti factum,
& post moram ago ad factum, vt consequar interesse, quòd
possum, vt est gloss. in §. item si in facto, in gloss. magn. infra eo.
declarat Bartol. in nona quæst. in dict. l. stipulationes non diui-
duntur. tunc interesse est indiuiduum, vnde si promissor facti
decessit relictis pluribus hæredibus, potero consequi solidum
interesse contra vnum ex hæredibus, quia est indiuiduum, se-
cus si agerem principaliter ad interesse, quod tunc est diui-
duum. dict. l. stipulationes. versi. Celsus. sed an Bartol bene di-
cat, aduerte, quia Bartol. si bene inspiciatur vult, quòd aut cre-
ditor principaliter agat pro seruitute, & quia seruitus non po-
test præstari insolidum per vnum hæredem, sed executio,
tunc fit ad interesse, & tunc tale interesse est indiuiduum, casus
est hic singular. Si autem actio formaretur à principio ad in-
teresse, tunc interesse est diuiduum, videtur ergo velle Barto.
quòd possit in obligatione seruitutis principalter agi ad inte-
resse, istud est falsum, & si Bartol. viueret, istud non defenderet,
quia qñ agitur pro seruitute ꝯstituenda obligatio est dandi. l. 3.
* §. dare. ff. de vsufr. Bart. *firmat, & omnes in §. præcedenti*, bene ve-
rum est, quòd ex patientia, quæ præstatur, quod est facti, si est
dandi, prout est, & est præcisa dandi, vt omnes dicunt, quo-
modo ergo potest agi ad interesse pro seruitute constituenda,
quia obligatio est pręcisa, & tunc non potest agere ad interes-
se, & propter hoc Cuman. & Paul. dicunt Bartol. malè dicere,
vnde dicit Paul. de Castr. non intelligas Bartol. loqui in obliga-
tione seruitutis, quia tunc malè, & pessimè loqueretur, quia
obligatio est pręcisa, sed debes intelligere, ꝙ variet Bar. casum,
& ꝙ loquatur in obligatione non seruitutis, sed facti, in qua
succedit obligatio ad interesse, sed parcat mihi Pau de Cast. nã
illud, quod dicit est bene verum in se, sed non in casu Bar. quia
ista non fuit mens Bar. & quia Bart. constituit dr̃iam, an agatur
principaliter ad seruitutem, an ad interesse, & in hoc malè di-
cit, & si diceres, Bart. potest defendi, quia est verum, ꝙ in obli-
gatione seruitutis est præcisè obligatio dandi, quando seruitus
potest constitui, vt dicit Bart. in §. præcedenti, sed Barto. loqui-
tur, qñ impossibile est constituere seruitutem, & vt in casu tex.
nostri, vbi vnus hæredum non potest seruitutem constituere
insolidum, & sic oportet venire ad interesse, & sic ad estimatio
nem, quia dico, ꝗ non põt defendi Bartol. quia in obligatione
dandi etiam si sit impossibile dare re perempta, adhuc non suc
cedit obligatio ad interesse. l. si seruum. §. fin. quanto magis in
casu nostro, quia iudex potest cogere ad cõcordiam, cùm di-
scordat in præiudicium tertij, & pondera, ꝙ tex. non loquitur
nisi de solutione, quia bene fateor, ꝙ in executione venit inte-
resse, sed non dicit text. ꝙ possit agi ad interesse in princ. Aliud
obstat ꝯ Bart. in obligatione seruitutis, qũo est possibile, ꝙ aga-
tur ꝯ vnum ex hæredib. insolidum, quia regula est, ꝙ in obli-
gationib. facti nunquam põt agi ad interesse, nisi mora præce-
dente. tex. est in l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. j. eod.
tunc sic, qũo est possibile, quòd Bar. bene loquatur, ꝗ in obli-
gatione seruitutis, qñ promissor decessit pluribus hæredib. reli-
ctis, qũo põt dici, ꝙ vnus hæredum sit in mora, quia vnus non
põt præstare seruitutem insolidum, nec ẽt pro parte, ergo non
est in mora, quia difficultas excusat à mora. l. ratio. §. mora. ff.
de act. emp. l. pro parte. ff. de serui. l. quod te. ff. si cert pet. sed in
casu nostro, qñ promissor moritur relictis plurib. hæredibus,
vnus hæredum potest esse in mora, sed ad istud potes respon-
dere optimè intelligendo, ꝙ ista iura debent intelligi, qñ om-
nes hæredes fuerunt in mora. tex. est in l. fideicom. § fi. ff. de leg.
3. & ibi Bart. multum not. illum text. & dicit, iste tex. docet bo-
nam practicam in indiuiduis, quia oportet omnes esse in mo-
ra ad hoc, ꝙ insolidum possit agi ꝯ vnum ex eis, isto modo
posset saluari Barto. ab isto secundo obiecto, sed à primo non
põt saluari, & ita remanet not. expedita ista glo. ¶Capio glo. in
verbo actionem. quam diuide in tres partes, prout tria remo-
uet ꝯria. Secunda ibi, sed & si partem. Tertia ibi, item ꝯ. s̃. de
serui. ¶In ead. gl. in fi. posses tu prouectè dicere, ꝙ illa opin. de
qua in l. si vnus. §. fin. hic alleg. in glo. posset esse opin. eorum, de
quib. loquitur iste text. inquantum dicit quidam putant. ¶Gl.
mag. in versi. sed non facit. diuiditur magistraliter in sex partes.
In prima timore contrarij, ꝙ formatur in text. ponit primum
intellectum Azo. In secunda ex illo intellectu infert ad deci-
sionem not. q In tertia ponit s̃m intellectum Io. In quarta ex
illo intellectu Io. infert in q. s̃. dicta. In quinta allegat concor-
dantem de l. fi. ff. de actio. emp. In sexta remouet ꝯrium. Scd̃a
ibi, habebit ergò vnus. Tertia ibi, sed Io. no. Quarta ibi, & s̃m
hoc, qui primo. Quinta ibi, & facit. s̃. de act. emp. Sexta ibi, si
verò non præstetur via. ¶In ead. glo. ad fi. Pro clara intelligen-
tia totius huius gl. duo sunt principaliter examinanda. Primò
intellectus text. & consequenter quis sit verior; an intellectus
Azo. an Ioan. Secundò habemus examinare quæstion. tactam
in glo. istis duabus examinatis erit expedita glo. & consequen-
16 ter iste. §. † Sed prius quæro pro intelligentia [a] terminorum, &
a gloss. quid vult dicere marchas, quia Imperator semper po-
nit in suis scriptis. Breuiter 12. vncię auri faciunt vnam libram,
octo vnciæ faciunt vnam marcham, ita in specie declarat Io-
an. Fabr. in §. nos autem Instit. de Attilia. tut. & sic est tertia mi-
nus

ADDITIO.

a * Intelligentia. Adde Bartol. in rubr. C. de vet. numism. pot. Cast. in l. final. in
princi. C. communia. de legat. Brun. tracta. de augm. mon. vlt. concl. eundem
Ias. in l. 3. C. si contra ius vel vtil. public. & dic, quòd aureus, & solidus æqui-
parabantur secundum tempora Iustiniani. §. & iudicare. in Authen. de de-
fen. ciuita. de quo plura scribit Viu. inter commun. opin. libr. primo, versic.
aureus. BELLOT.

nus quàm libra. Item ſcis, ꝙ olim 72. ducati faciebant vnam libram auri, hodie 96. ducati faciunt libram auri, & ſic octo ducati faciunt vnam vnciam, ita dicit Barto. in l. quoties. C. de ſuſcep. & arca. lib. 10. Bar. in rubr. de vete. numiſ. Panor. in c. conquerente. in 51. colum. de offic. ordina. & ſic 64. ducati faciunt vnam marcham, quia ſunt tertium minus quàm libra, & ſi di-
a ceres, quid eſt vtile ſcire hoc. Tu ſcis, quòd donatio a vltra 500. aureos ſine inſinuatione nihil valet. l. ſancimus. C. de don. ex computatione ducatorum tempore quo facta fuit illa. l. 72. ducati faciebāt vnam libram, hodie vero. 96. & ſic ego obtinui, ꝙ hodie donatio valeat vſque ad 890. ducatos ſine inſinuatione, & in ſpecie tenet Angel. in dicta l. ſancimus. Tu aduerte, circa iſtos duos intellectus relatos in gloſſ. quia Bartol. videtur intra dentes loqui, vt habeas clarè eos, & cognoſcas, quid differat primus intellectus Azo. à ſecūdo. Io. dicit, quòd ſecundum primum intellectum Azo. impoſſibilitas, quæ arguitur in text. eſt actiuè ex parte eorum, quibus acquiritur ſeruitus, intelligitur ergo text. de impoſſibilitate ex parte requirentis, & ſic agentis, quia impoſſibile videtur, quòd ſinguli hæredes poſſint inſolidum acquirere, ex quo ſinguli dominorum non poſſunt pro parte, multò minus poſſunt inſolidum. l. final. ff. communia prædior. ſecundum alium intellectum Io. arguitur impoſſibilitas paſſiuè, & ſic ex parte debitoris, & ſic ex parte promiſſoris: nā videbat impoſſibile poſſe eandem ſeruitutem inſolidum pluribus præſtare. Barto. reprehendit ſecundum intellectum, quia ex parte promiſſoris non eſt difficile per l. 2. ff. de ſerui. ruſtic. prædior. & per l. Lucio. de aqua quo. & æſti. §. alij. nihil dicunt. Tu autem aduerte pro intellectu tex. quòd imò text. opponendo, & ſoluendo, vt facit, arguit de impoſſibilitate, ſeu difficultate non ſolùm actiuè, ſed etiam paſſiuè, ſimul, & ſemel, & ſic non ſolùm reſpectu acquirentium, ſed etiam promittentium, & ad hoc nec gl. nec Bar. aduerterunt, nec vſque ad hos dies, quòd ſit verū oſtendo, nam dicit tex. ſed quidam hoc caſu extingui ſtipulationem putant, quia per ſingulos acquiri ſeruitus non poteſt, pondera iſta verba, arguit ergo de impoſſibilitate ex parte acquirentium, quia per ſingulos hæredes acquiri ſeruitus non poteſt, poſtmodum reſpondet, & dicit, ſed non facit inutilem ſtipulationem difficultas præſtationis, pondera verbum præſtationis, ergo loquitur de difficultate ex parte promiſſoris non autem ex parte acquirentis, ſed dices tu, iſtud eſt multiplicare inconueniens, quia text. arguit vno modo, & reſpondet alio modo, quia Iuriſcōſultus arguit de difficultate actiuè, & rñdet de difficultate paſſiuè, & erit error peior priore, & ideo pondera, quod Ioan. gloſſator cum myſterio dicit in glo. fortè ad iſtud aduertens, quòd iſte verſic. final. non refertur ad proximè præcedentem, ſed generaliter ad omnia, & ideo Bartol. non bene intellexit Io. gloſſatorem, tamen iſtud, quod dicit Ioan. non tolleret difficultatem, quam faciam, & propterea tu reſponde, quòd impoſſibilitas, ſeu difficultas poteſt cauſari duplici reſpectu, ſcilicet ex parte ſtipulatoris, & ſic actiuè, & ex parte promiſſoris, & ſic paſſiuè, & ſic de vtroque reſpectu intellexit iſte tex. nam quod vnuſquiſque ex pluribus hæredib. poſſit acquirere inſolidum ſeruitutē videbatur impoſſibile, deinde quod promiſſor poſſit inſolidum præſtare vnicuique, iſtud videbatur impoſſibile reſpectu vtriuſque, & ſtipulantis, & promittentis, & text. iſtud decidit, quòd in vtroque caſu non erit impoſſibilitas, ſed diffi-
17 cultas, & ita fuit mens iſtius text. & ſic eum intelligo. ¶ † Circa quæſt. gloſſ. ex dictis Bartol. habes duas principales concluſiones. Prima eſt, quod licèt in ſeruitute iam conſtituta, quādo agitur confeſſoria, vel negatoria victoria vnius poſſit alijs prodeſſe, vt dicit text. in l. loci corpus. §. ſi fundus. ff. ſi ſer. vendi. tamen ſecus eſt in ſeruitute conſtituenda, quando agitur actione perſonali, tunc victoria vnius non prodeſt alijs. probat Bartol. per l. pro parte. ff. de ſerui. quia ſibi vincenti non poteſt pro parte conſtitui, vt dicit ibi text. Item vnus hæredum non poteſt acquirere alijs. l. proprium. in fin. ff. communia prædior. & l. ſi vnus, in princip. ff. de ſeruitu. ruſtic. prædior. Confirmatur iſta differentia per regulam. l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. capitul. quemadmod. de iureiurand. Idem etiam tenet Bartol. in l. prima. C. ſi in communi eademq; cauſa reſtitu. in integr. ſue. poſtul. Secunda concluſio Bar. eſt, quòd ſententia lata contra vnum ex pluribus hæredibus pro ſeruitute non noceat alij. l. ſi de communi. ff. ſi ſer. vendi. imo prodeſt per l. proprium. ff. communia prædior. quia alijs accreſcit per legem. Pondera tu prouectè, quòd Bartol. in iſto caſu non diſtinguit inter ſeruitutem iam conſtitutam, vel conſtituendam, prout facit in caſu præcedenti. Item adde, quòd per iſta duo iura, quæ allegabat Bartol. hic, alibi dicit Bartol. in l. ex duobus. in quarta quæſtio. in verſicul. ſecundò. eſt videndum. de duobus reis. quia licèt ſententia abſolutoria quandoque alteri proſit. dict. l. loci corpus. §. ſi fundus, tamen condemnatoria ſententia nunquam alijs nocet. Sed tu aduerte, quod illa. l. ſi de communi. expreſsè loquitur, quando vnus plurium hæredum, vel ſociorum propria culpa ſuccumbit, ita ibi vult text. ergo vult text. quòd ſi non conſtat de culpa, non debeat cæteris nocere, prout ibi in d. l. ſi de communi, expreſsè firmat Bartol. & gloſſ. in l. qui aliena. §. final. ff. de negot. geſt. de quo vltimo dic, vt per Imol. & Alexand. in repet. l. ſæpè. ff. de re iudica. de qua latè ibi dicitur.

ADDITIO.

a * Donatio. Adde, quòd quamuis vera ſit ea opin. quòd in donatione excedente ſummā quingentorū aureorū requiratur inſinuatio, & ꝙ ea donatio excedens 500. aureos ſine inſinuatione vitietur etiam ſi ſit iurata, de qua diſputat Alexand. conſilio 4. numero 10. conſil. 12. numero 4. lib. primo. vbi Doct. in apoſtil. Contrariam tamen veriorem, & magis communem dicit Rolan. conſi. 19. num. 46. conſi. 39. num. 38. conſil. 77. nu. 20. libr. 1. Dec. conſi. 239. 432. num. 17. 488. num. 6. vbi Doct. in apoſtil. diſputant, quam & tenet Pariſ. conſil. 33. num. 45. libr. 3. Rip. reſpon. 98. col. fin. Quæ diſputatio non videtur hodie neceſſaria, cùm hodie in omnib. contract. apponatur iuramentum, ꝙ inſinuationis defectum ſupplet, teſte Cagnol. in l. ſi quis obligatione. de regul. iur. quo in artic. dixit Nat. conſil. 28. colum. 2. valere hodie donationem vltra ſeptingentos aureos abſque inſinuatione, de cuius veritate vide Rol. conſilio 12. & 26. num. 4. Clar. §. donatio. q. 15. & 16. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Per ſententiam, & acceptilationem vnus ex hæred. promiſſoris, qui tenebatur in genere, poteſt liberari.*
2 *In obligatione generis, ſi quis moriatur relictis pluribus hæredib. licèt obligatio diuidatur inter eos, non tamen eſt diuidua ſolutione.*
3 *Ficta ſolutio partis liberat vnum ex hæredibus promiſſoris à parte, quamuis ſolu. partis non liberet.*
4 *Vnus ex pluribus hæredib. promiſſoris in genere abſolutus per ſententiam liberatur à parte ſua.*
5 *Per acceptilationē factā vni ex hæredib. inducitur liberatio ꝓ parte ſua.*
6 *Per petitionem partis factam ab vno ex hæredib. non intelligitur, nec inducitur diuiſio ſolutionis.*
7 *Etiam in re indiuidua quando plures ſunt obligati ad idem indiuiduum non conſtituuntur duo rei.*

§. Si tamen hominem.

Iſte text. eſt ſubtilis, licèt Alexand. eum negligat ſequendo intellectum Petr. Bartol.
1 † ſummat hoc modo. Per ſnīam, & acceptilationem vnus ex hæredib. promiſſoris, qui tenebatur in genere, pōt liberari. h. d. Iſtud ſummarium non complectiť totum tex. præcipuè verſ. ſi. & ideo ſummo hoc modo. In obligatione gnīs, vel alternatiua per ſnīam abſolutoriam, vel per acceptilationem poteſt vnus ex hæredib. promiſſoris, liberari pro parte ſua, & aliorum partes remanent in obligatione, & ſolutione, & id, quod dictū eſt in hæredibus promiſſoris, procedit etiam in eius fideiuſſoribus. hoc dicit. Amplectendo totum text. & ſequendo intel-
* lectum Pet. & Bart. quem *omnes ſequuntur*, diuiditur iſte text. in tres partes Scđa ibi, idemque eſt ſi vni. Tertia ibi, idēque eſt in
2 ipſo promiſſore. Antequam † veniam ad not. tenedo cōem intellectum Petr. & Bar. & licèt vera ſolutio facta de parte Stichi non liberet ſoluentem, tñ ficta ſolutio per ſententiam, vel acceptilationem liberat. Ratio diuerſitatis eſt, dicunt Bartol. & omnes, nam in obligatione generis ſi quis moriatur relictis plurib. hæredib. licèt obligatio diuidať inter eos, non tamen eſt diuidua ſolutione, & ideo propter inconueniens. l. in executione. §. pro parte. lex habet pro abſurdo, ꝙ in diuerſis reb. fiat ſolutio. Iſta ratio ſm Bart. & omnes ceſſat in ſolutione ficta, quia in ea nihil ſoluitur, ergo in ea non poteſt cōtingere abſurdum. §. pro parte, & ideo quando ceſſat illud inconueniens, ſolutio partis liberat. Sed aduerte ad me circa illud inconueniens. l. in executione. §. pro parte. de quo habemus loqui, & loquuti fuimus pluries, ſcilicet, quòd ſolutio non debet fieri in vniuerſis rebus, nunquam vidi aliquem text. qui mihi declaret, niſi text. ipſum. Mihi videtur, & credo, quòd ſit verum, quòd text. non tradat abſurdum, prout dicunt omnes Doc. ſed verba expreſſa ſunt per alium modum: nam tex. ibi dicit. pone, quòd ſtipulor hominem incertum, & ſic in genere, ex iſta ſtipulatione ego debeo habere integrum hominem, & non duo dimidia, & ideo ſi promiſſor decedat relictis pluribus hæredibus, quia obligatio eſt diuiſa inter hæredes pro parte hęreditaria, ego ſtipulator non poſſum ab vno ex iſtis hæredibus petere, niſi pro parte, tamen non poſſunt ſoluere pro parte. Ratio, quia defunctus ꝓmiſſor non potuiſſet ſoluere pro parte, & quia ſi ſolueret pro parte, non conſequerer illud, quod mihi debebať, gª debe-

debetur homo integer, & per hoc dixi antequam procedam vltra. (nã reprobaui Bar.in §.pcedenti super gl.in verbo immutatur. in fi.)quòd videtur cessare inconueniens.l.in executione. §.pro parte,& quòd malè allegabat.l.qui hominem.ff.de solu. nunc secus dico melius cogitans, & quòd Bartol. bene loquitur,quia ille text.vult, quòd sit necesse soluere vnum hominẽ integrum, vt stipulator habeat illud, quod est stipulatus, & sic etiam eius hæredes. ¶Ad propositum, ergo Bartol. dum dicit, quòd in sententia, & in acceptilatione non habet locum illud inconueniens, quia non soluitur in diuersis specieb. cum nihil soluatur per sententiam, vel acceptilationem, sed vnam tantum partem debet habere ab alio, qui non est liberatus, considera, quòd Senens. dicunt, quòd volunt declare Bartol.melius,quàm faciat Aret.& intelligunt Bartol.velle, quod non sit incõueniens soluere partẽ hominis,sed bene habẽt pro absurdo,quòd soluatur in diuersis speciebus,sed errant Senen. imò tex.dicit,ꝙ expressè absurdum.§.pro parte. cõstat in hoc, quia non habet integrum hominem, & ideo Ioan. de Imol. & Are.licèt non tangant istam difficultatem,declarando text.dicunt in sententia ficta nihil soluitur, tamen fingitur solutum, & fingitur solutum in genere, quia si alij soluunt eorum partem in Sticho, etiam ipse primus fingetur soluisse in Sticho in genere, & sic solutio reperietur facta in eodem homine. Ista eorum consideratio apud me est falsa, dum dicunt, quòd in solutione ficta fingitur in genere soluta pars, quando alij soluent eorum partem sibi contingentem, &c. vbi somniarunt ipsi, ꝙ solutio possit fieri in genere, quia vbi non habet locum fictio,non habet locum veritas:nam homo in genere non potest solui, quia est homo in genere sicut chimera, quomodo ergo potest fingi esse solutum? prout declarat Bar. in §. & harum. in vlt.colum. ſ.ead. l. ergo vbi non potest habere locum veritas,nec fictio.l.qui ad certum.ff.loc.Secundò contra istam solutionem fortiter vrget text.in l.qui hominem.ff.de acceptila.vbi si promisi decem, aut Stichum, & tu liberas me per acceptilationem à quinque, durat obligatio in quinque, vel in Sticho,vel in parte Stichi, ergo iungendo fictionẽ cum veritate non reperitur solutus integer, respondet Are.hic, quòd iste text. loquitur in obligatione generis, vbi nihil est in obligatione, sed l.qui hominem loquitur in obligatione alternatiua, in qua vtrunque est in obligatione, sic erat,quia iste text.non solùm loquitur in obligatione generis, sed etiam in alternatiua, ita expressè intelligunt Raph.Cuman.Pau.de Cast. Alexan. &
* *communiter alij*. Vnde posses tu aliter respondere ad l. qui hominem,ꝙ text.ibi,cum mysterio dicit,ꝙ si sit stipulatus 10.aut Stichum per acceptilationem,pondera,ꝙ ille text.refert alternatiuam illam ad creditorem,quia creditor,si vult,potest consequi liberationem in diuersis rebus non autem dat text.facultatem creditori soluendi, quòd vult. tenendo ergo verum intellectum.§.pro parte,qũo rñdebimus ad istum tex. vbi creditor non reperitur habere integrum hominẽ? & si diceres imputet sibi creditor, quia petijt pro parte, sed ista solutio non est bona solutio, quia istud fecit ex necessitate, ita dicit text. in d.l.in executione. §.pro parte, sed saluando Bart.dic, ꝙ imputandum est creditori, quare ab initio non conuenerit hęredes omnes collectiuè simul ad hominem,ꝙ facere poterat,clarius veritas. ſ. patebit,dum examinabo intellectum communem.
3 ¶† No.1.ex isto tex.ſm cõem intellectum,ꝙ ficta solutio partis liberat vnum ex hæredib. promissoris à parte, quamuis vera solutio partis non liberet.§.& harum. & §.ex his.ſ.ea.l.& sic habes correlariè inferre, ꝙ plus operatur ficta solutio quàm vera,& sic plus operatur fictio quàm veritas, contra regulam. l.filio quem pater.ff.de liber.& posthum. & l.qui ad certum.ff. loca.imò ficta solutio non est tantæ potentiæ,sicut vera.cap.ad nostram.de iureiur.Bar.in l.amplius non peti.ff.rem rat. ꝑpter quæ iura Are. hic multum dubitat de cõi intellectu, sed rñdet istud procedere propter diuersitatem rõnis,quia in ficta cessat ratio inconueniẽtis prohibitiua. l.in executione. §.pro parte. ſ. eo.sequendo communia,quia non reperitur solutio ficta plus operari, quàm vera, & ꝙ in istis terminis plus operetur vera quàm ficta,probant clarè duo text.simul iuncti,tex. in l.si non sortem.§.si decem.ff.de condi.indeb.iuncta.l.si hominem.ff.de
4 acceptil. ¶† Secundò not.ex isto text.secundum communem intellectum, quòd vnus ex pluribus hæredibus promissoris in genere absolutus per sententiam liberatur à parte sua, quia re vera nihil soluit, & sic non potest resultare inconueniens. §. pro parte. sępius repetitum. Pondera tu prouectè, quia per
* istam rationem *Bar. & communem* videtur inferri notabilis limitatio ad istum text. quòd si ista sententia absolutoria fuisset lata,eo quia hæres ante sententiam soluisset partem suam in Sticho iuxta. l. si reus paratus.ff.de procurat. & propter hoc fuisset liberatus, isto casu non liberatur à parte, quia tunc durarct absurdum, ꝙ solutio posset fieri in diuersis rebus, & istud fuit de mente Barto. & omnium hic,sed credo,ꝙ ista limitatio non sit vera, imò credo, ꝙ isto casu fortius procederet iste tex. quia hæres absolutus per sñiam, quia nihil soluit,liberatur, ergo multò fortius debet liberari, qñ soluit partem Stichi verè, & fuit absolutus, quia duo vincula plus ligant quàm vnum. Auth.itaque. C. communia de suc.& si tu dicis, qñ verè soluit partem, & si postea liberaretur,posset procedere absurdum.§. pro parte, quia dico, ꝙ nisi ita diceremus, illa sñia,quæ absoluit eum pro parte, nihil penitus operaretur,sed esset frustratoria, quod non est dicendum. Item ex quo creditor petijt partem ab vno ex hæredibus, qui soluit partem in Sticho, deinde lata est sententia,à qua ipse creditor non appellauit,quo casu videtur assentire,quòd sibi soluatur in diuersis rebus, secundũ Bart.in l.Iulianus verum debitorem. ff.de condi.indeb. certè si contingat absurdum, procedit ex voluntate creditoris, & eo creditore volente solutio fieri potuit in diuersis rebus, quia regulam habemus, ꝙ aliud pro alio inuito creditore solui non potest. l.2.§.mutui datio. ff.si cert.pet. sed volenti bene potest solui. Item cùm illud sit inuentum in eius fauorem, potest ei renuntiare. l.si quis in conscribendo. C. de pact. & in terminis nostris,ꝙ creditore volente toleretur inconueniens,seu absurdum,ꝙ solutio fiat in diuersis reb.tenet expressè Paul.de Cast. in §. & harum.in pen.col.ſ.ead.l. & ante eum Bart.in l.stipulationes non diuiduntur.in nona opposi.ſ.eod. & per hoc habes
5 ampliationem adhuc tex.tenendo cõem intellectum.¶† Tertiò not.ꝙ per acceptilationem factam vni ex hæredib. inducitur liberatio pro parte sua. amplia, ꝙ istud procedit non solũ in acceptilatione facta ex liberalitate mera, quando nihil recipit, sed etiam in acceptilatione facta ex causa onerosa, puta, quia aliter est satisfactum creditori, & creditor accepto fert pro parte,non curatur de inconuenienti.§.pro parte, & ista est alia ampliatio bona ad istum text.¶Vltimò pondera versi.fin. idemque est,& aduerte,ꝙ glo.fin.cum qua alij transeunt,intelligit istum versic.hoc modo,ꝙ si principalis promissor per solutionem,vel per acceptilationem liberatur à parte, vel stat in pendenti,idem contingit in eius fideiussore, & idem not.Alexan.ex isto text.quòd acceptilatio facta principali prodest eius fideiussoribus, & ratio est in prõptu, cùm obligatio fideiussoria sit accessoria, & regulatur secundum principalem. Et iste
a intellectus[a] est verus in se, sed non est bonus ad istum tex.quia iste non est sensus istius versic.vnde intelligo eum planè, vt supra summaui, & etiam tenent in primo not. Modern.Senens. hic,quòd text.vult dicere,quòd id,quod est dictum in promissore, & eius hæredibus, illud etiam procedit in promissore,& eius fideiussoribus: nam si promissor decedat relictis pluribus hæredibus, licèt obligatio diuidatur pro partibus, tamen si vnus soluat partem, non liberatur, nisi alij cohæredes soluãt partes suas in eodem homine, sed secus in ficta solutione, vt hoc text.hoc idem procedit in pluribus fideiussoribus promissoris, quia licèt sint omnes obligati insolidum, diuiditur inter eos obligatio ex epistola diui Adriani. §. si plures. institu. de fideius.& ideo si vnus solueret partem in Sticho,non liberaretur à parte sua. Ratio est duplex,prima, quia tenendo communia posset resultare absurdum.§.pro parte.¶Secundò,quia iste fideiussor, qui soluit partem in Sticho, non soluit illud, quod debet,quia non est promissus Stichus, sed vnus in genere certificandus per solutionem, prout declarat Bartol.in §. & harũ. supra ead.l.in fin.si autem esset ficta solutio per sententiam vel acceptilationem, quia esset vnus ex fideiussoribus absolutus per sententiam,vel acceptilationem,tunc liberaretur pro parte sua,ratio, quia in ficta solutione idem est in pluribus fideiussoribus vnius ꝓmissoris, ꝙ est in pluribus hęredibus ꝓmissoris in gñe,& istud est propriè, ꝙ vult text. iste. ¶Expeditis textualib.venio ad apparatum gl.& capio gl.1. quæ timore contrarij ponit duos intellectus ad tex.sed ista prima gl.non perficit primum intellectum, quem ponit gloss. in versi. possit, & in versi. acceptilatum. aliam solutionem ponit gl.in §.& harum. in gl. mag. in fin. supra ead.l. Are. hic sequitur in effectu secundum intellectum gloss. hic,licèt dicat, quòd sit nouus intellectus,& probat,

ADDITIO.

a ¶Iste intellectus. Aduerte, quòd ex isto text. in fin.ibi,idemque in ipso promissore, & fideiussoribus eius.potest colligi cautela,quòd exceptio,quæ nõ prodest principali, prosit tamen eius fideiussori, & potest etiam apertius colligi ex text.nota.in l.idem quem.§.generaliter.supra mandat.& in l.quoties.C.de precib. impe. offer. & c.quoniam frequenter. vt lit. non contesta. Item aliud potest fideiussor,quod non posset reus principalis,quia habet exceptio. contra maiorem partem creditorum, &c. quod intellige secundum Alexan.in l.si præcedente. §.Lucius Titius.ff.mand.

probat, quia licèt principalis, qui promiſit hominem in genere ſoluendo partem, nec quo ad partem liberatur,&c.ſed eius intellectus nullatenus eſt tenendus,& primò per text.hic,ſecũdò propter aduerſatiuam ſi tamen. Ego ex alio reprehendo fortius intellectum Arc. quia confunditur de directò per iſtũ text. qui vult, ꝙ idem ſit in iſto caſu, & ſeq.qñ vnus hr̃dum liberatur per acceptilationem,quàm qñ liberaretur primo modo per ſnĩam,quia liberaretur.l.& per iuſiurandum.§.ſi is, qui
* hominem. ff.de acceptila. *Teneas ergo communem intellectũ*, ꝙ iſte text. intelligit in ſolutione ficta per ſnĩam, vel acceptilationẽ, & ſm iſtum cõem intellectum tex.in ver.egero,exponitur.i.& ſuccubuero.¶Vltra ea,quæ.ſ.dixi in tex. quæ non repeto,ↄtra cõem intellectum duo fortiter obſtant,in quibus Scribentes nihil dicunt.Primò,quia intelligere text.egero,& ſubaudire,& ſuccubuero, iſta ſubauditio deſtruit text. & diuinat,cùm tex. ſimpliciter dicat egero,& ideo Bar. met in ſpecie in l.ex duob. la 2.in 3.q. ff.de duob. re.reprobat vnum intellectum gl. ibi, ad illum tex.in quo dicitur,ſi vnus ex reis egerit, & gl.ibi exponit, & ſuccubuerit, & Bat.dicit, ꝙ licèt ſit verum in ſe, tñ.diuinat & ideo intellectus iſte nihil valet. Secũdò, & fortius, & iſtud me magis turbat contra communem intellectũ ſi in iſto text. iſte effectus liberationis pro parte vnius ex hæredibus cauſaretur à ſnĩa abſolutoria,vt dicunt Bart.& omnes,& non à petitione, vel actione de qua loquitur text. certè Iuriſc.fuiſſet diminutus omittere illud ſubſtantiale, quod eſt cauſa iſtius effectus, & licèt nemo Scribentium vſque ad iſtos dies voluerit defendere communem intellectum ab iſtis obiectionib. ego volo probare,ꝙ iſte intellectus eſt bonus, & veriſſimus,& ↄñr ꝙ non ſolùm eſt verus, ſed etiam neceſſarius ad iſtum text. & dabo tibi multos text.qui dicunt egero non plus, & tamen intelliguntur, & ſuccubuero, & iſto anno non defendi aliquem intellectum melius quàm iſtum.Quòd ergo iſte intellectus ad text.non ſolùm ſit verus, ſed etiam neceſſarius,probo viua ratione, text. ſimpliciter dicit,ſi talem hominem ſtipulatus cum vno ex hęredibus egero, iſte text. non poteſt intelligi de ſimplici actione, & ſic etiam cum litis cõteſt. iuxta.l.amplius non peti.ff.rem rat. haberi.& ſic nõ poteſt intelligi,ꝙ creditor ſimpliciter agendo pro parte hæreditaria contra vnum ex hæredibus promiſſoris, aut fideiuſſoris non videtur inducere diuiſionem ſolutionis debiti,prout ſonant prima fronte verba lite-
6 ræ,† quia regulam habemus,quòd per petitionem partis factã ab vno ex hæredibus non intelligitur,nec inducitur diuiſio ſolutionis.l.reos.C.de fideiuſſor. not.in l.creditores, vbi materia. C.de pact.& tantò fortius in caſu præſenti,vbi petitio pro parte facta per creditorem ab vno ex hæredibus promiſſoris fuit facta ex neceſſitate, quia cùm obligatio paſſiua ſit diuiſa inter eos pro partibus hęreditarijs.l.in executione,ergo iſte creditor ſi egit ad partem contra vnum ex hæredibus exigit ex neceſſitate, & non ex voluntate, ergo per ſolam petitionem induceretur diuiſio ſolutionis. Confirmatur iſtud fortius,quia in obligatione generis per receptionem partis factam ab vno ex hæredibus non inducitur diuiſio ſolutionis.text.eſt in §.& harũ.& §.ex his.ſ.ea.l. ergo multominus debet induci diuiſio per ſimplicem petitionem,tamen quia alibi text. æquiparat receptionem in l. ſi ex toto.§.1.ff.de legat.1. tamen facilius præſumitur diuiſio per acceptionem partis, quàm per ſimplicem petitionem,vt not.Doctor.in d.l.creditores.vbi eſt caſus ſpecialis,nec te decipiat, quòd præiudicat per receptionem, & ibi dixi, & declarat Bal.& Pau.de Caſt. in d.l.ſi ex toto,& dixi in d.l.ſi creditores, & per iſta cõcludo, quòd tex.in verbo egero,non poteſt intelligi, vt videtur,cantare in ſimplici petitione, quia per ſimplicem petitionem non inducitur diuiſio obligationis, quia non inducitur per receptionem ſimplicem,multò minus per ſimplicem petitionem.Confirmatur, quia licèt cum vno ex hæredibus eſſet actum,& lis conteſta tamen non inducitur nouatio pro eius parte. l. aliam. ff. de nouationib. Et ſi diceres tu prouectè, bene reſpondes ad vnam difficultatem, ſed non euacuas aliam,admitto,ſed vbi probatur,quòd debeat ſubaudiri ad text. egero, & ſuccubuero, quare non ita ſubauditur egero,& obtinuero. Reſponde,& dic,quòd ſi ſic intelligeretur, & ſubaudiretur, ſcilicet obtinuero, reſultare poſſet inconueniens.l.in executione.§. pro parte, & propterea debet intelligi egero, & ſuccubuero. Nunc probo ſecundam partem, quòd
* neceſſariò debet exponi egero, & ſuccubuero, *prout Bartol. & omnes ſubaudiunt*,& probo dupliciter. Primò per ęquiparationem,quam ſubiunxit text.ibi, idemque eſt, & ſi vni ex hæredibus acceptilatum, & ſic æquiparationem quam facit de acceptilatione, quæ acceptilatio eſt actus meræ liberationis, ex liberalitate nullo dato, ergo vt idem ſit in caſu præcedenti, eſt neceſſe intelligere, quòd etiam ibi interuenerit actus liberationis, & liberalitatis per ſententiam liberatoriam nullo dato ad hoc, vt idem ſit, arguo ergo ex æquiparatione text. qui dicit idem eſſe,quòd debet interuenire actus liberatorius. Secundò probo per text. in quibus ſimile verbum ſimpliciter poſitum intelligitur,& ſuccubuero.tex.habes in l.ſi quis totum. in princip. ff.de excep. rei iudic. vbi verbum petijſſet ſimpliciter poſitum intelligitur, & ſuccubuiſſet. Idem eſt text. in l. ſi à te. in princip.eodem titul. ff.de excep.rei iudica. vbi ſimpliciter verbum petijſſet, intelligitur, & ſuccubiſſet, ergo eodem modo in text.iſto verbum egero,intelligitur, & ſuccubuero, & ſi diceres in illis legibus, illud declaratur ex ſequentibus verbis, quia dico, quòd etiam in caſu noſtro iſtud ſuppletur ex ſequent. verb. idemque, & ſic per iſta defendo iſtum communẽ intellectum, quòd nedum ſit verus, ſed etiam ſit neceſſarius. ¶Capio gloſſ. in verb. acceptilatum, quam diuide in tres partes. In prima ponit duos intellectus ad text.quos retuli,& expediui in prima.In ſecunda oppo. contra text. & tribus modis reſpondet. In tertia reſpondet tacitæ quæſtioni. Secunda ibi. ſed videtur, quòd ipſe. Tertia,& vltima ibi, porrò ſi debitori generis.Benedictus Deus.¶In ead.gloſſ.ibi, vel hic diuiſionem recipit, ibi not. Bartol. dicit gloſſ. ponere duas ſolutiones, & quòd vtraque eſt bona,quomodo dicit Bartol.quòd gloſſ.ponit duas ſolutiones, & tamen re vera ſunt tres, & dicit, quòd vtraque eſt bona, & dic clarius, quòd inquantum Bartol. dicit,quòd vtraque ſolutio eſt bona, & dicit, quòd iſtæ ſolutiones debent ſimul iungi,& diſtingui, quia ſi ſunt duo rei debẽdi,quia cenſetur vna obligatio.l.tertia. §. final. ff.de duob. reis, tunc acceptilatio facta vni,liberat vtrunque. dict.l.ſi ex plurib. ſi autem non ſunt correi, tamen ſunt obligati ad idem inſolidum,& tunc acceptilatio aut fit ſimpliciter in rem, aut inſolidum, & tunc per acceptilationem factam vni omnes cenſentur liberati, quia acceptilatio habet vim ſolutionis. dict.l.ſi ex pluribus.ſi autem acceptilatio fieret in perſonam, quia diceret libero te hæredem, & tunc acceptilatio non prodeſſet alijs, ita loquitur text.hic, de quo plenius vide per Bart. diſtinguentem in l.ex duobus.in ſecunda quæſtio. ff.de duob.reis. traden-
7 do diſtinctionem.¶† Ex iſta gloſſ.nota.per Bartol. & Angel. & alios hic eſſe gloſ.ordinar.quòd etiam in re indiuidua,quando plures ſunt obligati ad idem indiuiduum, quòd non conſtituuntur duo rei, & de hoc idem Bartol. in l. ſecunda. in tertia quęſtio.ff.de duobus reis.vbi plenè examinat iſtum articulum. Sed aduerte ſecundum Imol.& Ludouic.Roman. quòd Bartol. & Angel. malè ponderarunt iſtam glo.quia iſte tex. & iſta gloſſ. loquuntur in obligatis ad idem inſolidum, imò iſti hæredes in obligatione generis non erant obligati inſolidum, imò per l. duodecim tabular. erant pro protionibus hæreditarijs obligati diuiſim, ergo non loquitur hic in obligatis inſolidum, tamen ſaluando Bartol.dic, quòd iſti plures hæredes effectu erant obligati inſolidum reſpectu ſolutionis, ad quam Bartol. habuit conſiderationem, ſed tu aduerte, quòd Bartol. videtur ſeipſum confundere, dum dicit, quòd iſta gloſſ. ponit duas ſolutiones, iſtud dixit, quia præſupponit, quòd ſecunda, & tertia ſolutio ad idem tendant, aliàs Bartol. malè diceret, quòd lex contraria loquitur in duobus reis, in quibus obligatio eſſet indiuidua,hic in re indiuidua non eſſent duo rei obligati inſolidum ex natura rei, & conſequenter obligatio eſſet diuidua, & ideo fortè gloſſ. poſuit tertiam ſolutionem ſeparatam à ſecunda,in qua intellexit, prout perpendit Raph. ꝙ contrarium loquitur in obligatione omnino indiuidua, hic autem iſta obligatio generis non erat omnino indiuidua, ſed diuidua pro partibus hæreditarijs.

SVMMARIVM.

1 *In obligationibus facti indiuidui, vno ex hæredibus promiſſoris contrafaciente, tenentur omnes pro hæreditaria portione, ſed quod alij ſoluunt,repetunt à contrafaciente.*
2 *Dictio tantum,quid operetur in obligationibus facti.*
3 *Quæ ſint facta, quæ non cohærent perſonæ.*
4 *Appellatione facti continetur non factum.*
5 *Indefinita locutio de hærede æquipollet vniuerſali collectiuæ.*
6 *Stipulatio ire agere,dicitur continere merum factum.*
7 *Quando quis ſtipulatur ius itineris, vel eundi, quando teſtator relinquit, vel ſtipulatur per nomen iuris, iſta eſt ſeruitus iuris,& tranſit ad ſingularem ſucceſſorem, & emptorem.*
8 *In facto indiuiduo ſi vnus ex pluribus hæredibus promiſſoris contraueniat impediendo ſtipulatorem, ne vadat, committitur ſtipulatio contra omnes hæredes non ſolùm contra impedientem, ſed contra alios, qui non impedierunt.*
9 *In obligatione deſcendente ex contractu defuncti, ſed ſtricti iuris per contrafactionem vnius hæredum cæteri tenentur pro hæreditaria portione.*

Vno

10 *Vno ex hæredibus stipulatoris prohibito, ille solus agit ad interesse, & ad pęnam cum effectu.*

11 *Stipulatio habere licere, æquiparatur stipulationi ire agere licere.*

12 *Cuius non interest, non admittitur ad agendum.*

13 *In stipulationibus pęnalibus quando est apposita pęna, non videtur cō siderandum interesse mero iure.*

14 *Textus noster procedit, quando vnus ex hæredibus stipulatoris ibat ad fundum, qui erat totus suus assignatus sibi in totum in diuisione.*

15 *Regula est, quòd quando directò offenditur stipulator, vel eius personā repræsentans, & sic hæres, tunc non attenditur interesse, quæ tamen regula fallit multis modis.*

16 *In curia mercatorum est iudicandum de bona æquitate, item in ea non potest peti pęna vltra quam realiter, & effectualiter intersit.*

17 *Qualiter intelligatur, quod in curijs mercatorum est attendenda æquitas.*

18 *In stipulationibus facti à principio, & sic ante moram, solùm factum est in obligatione, & petitione, & non intereße.*

19 *Post moram promissoris intereße est in obligatione, & sic facti æstimatio.*

20 *In obligationibus faciendi post moram adhuc factum est in obligatione, & peti potest.*

21 *Ad factum quis non potest præcisè compelli, si vult soluere interesse.*

22 *Quando quis condemnatur ex delicto alterius, & cogitur soluere, potest repetere ab eo, cuius facto condemnatus est.*

23 *Captus, & exactus pro repræsalijs concessis ex facto, vel dicto alterius, potest repetere illud, quod soluit ab eo, cuius causa repræsaliæ impositæ sunt, quando iusto, & debito modo tales repræsaliæ fuerint concesse, aliàs secus.*

24 *An passus damnum etiam iniustè propter factum tertij, possit agere cō tra tertium ad satisfactionem illius damni.*

§.Item si in facto.

Bar. continuando istum tex.dicit, quòd supra vi-
dimus de obligationibus iuris, nunc tractat de obligationibus
meri facti, tamen tenet glo.in princ.istius.l.2. & in §.& harum.
vbi Barto.quòd in isto.§.Iurisconsultus prosequitur secūdum
membrum dictum in text. ¶ Sed ego semper dixi, & dico, ꝙ
hic non prosequitur illam diuisionem, sed solùm deciditur, si
promissor meri facti decedat relictis pluribus hæredibus, quo-
modo teneantur. Bar.summat, sed quia eius summarium non
complectitur totum tex. ego aliter summo cōplectēdo totū
1 text. ¶† In stipulatione facti indiuidui vno ex hæredibus pro-
missoris contrafaciente, tenentur omnes pro hæreditaria por-
tione, sed quòd alij soluunt, à contraueniente repetunt, sed si
vni ex hæredibus stipulatoris contrafiat, pro parte sua tantum
committitur stipulatio ad interesse, sed quo ad pœnam com-
mittitur quo ad omnes in solidum mero iure, tamen alij non
impediti agentes repelluntur per exceptionem doli.hoc dicit.
¶ Diuiditur iste.§.in quinque partes. In prima loquitur, quan-
do promissor decessit relictis pluribus hæredibus, & vnus con
trafecit. In secunda loquiturècontra, quando stipulator dece-
dit relictis pluribus hæredibus. In tertia distinguit. In quarta
extendit. In quinta assignat rationem diuersitatis. Secunda ibi,
contra autem. Tertia ibi, nam si in pęnam. Quarta ibi, in l. idē.
§.sed hæc differentia. Quinta & vltima ibi, in l.eadem. in prin.
Pondera in primis ex isto tex. quòd text. in vtraque parte tam
promissoris, quàm stipulatoris præsupponit, quòd in contra-
ctu sit facta expressa mentio de hæredibus. Nam in prima par
te fuit stipulatus per te non fieri, neque per hæredem tuum.
In secunda stipulator stipulatur sibi hæredibusque suis, & sic
tam actiuè, q̃ passiuè: actiuè stipulatur pro se & hęredib.suis, &
sic in secunda etiam fuit facta mentio de hæredib. ¶ Quæro er
go in primis antequam vlterius procedam, an ista expressio hę
redum facta in stipulatione actiuè, & passiuè fuerit necessaria,
an verò ex abundanti: prima fronte quilibet diceret, quòd fuit
necessaria, quia ista stipulatio fuit meri facti personalis, scilicet
quòd posset ire, quia ergo est stipulatio meri facti, si non esset
facta mentio hæredum, non transiret ad hæredes nec actiuè,
nec passiuè, & propterea text. cum mysterio præsupponit, qđ
promissor promiserit, & stipulator stipulatus fuerit pro hære-
a dibus suis, sed aduerte, [a] quòd in contrarium fortiter facit, qđ
ista expressio hæredum actiuè, & passiuè fuerit superflua, est
tex.no.in l.veteris.C.de contrahen.& committenda stipul.vbi
dicit text.quòd licèt in veteribus legibus aliquando fieret mē-
tio hæredum, aliquando requireretur specialis specificatio in
omnibus stipulationibus siue dandi, siue faciendi, siue mixtę,
tamen superuacuò fit mentio de hæredibus actiuè, & passiuè
in quacunque stipulatione loquamur, quia sine expressione
hæredum semper transit obligatio in hæredes actiuè, & passi-
uè, & licèt leges antiquæ mouerentur, quia quædam sunt me-
ra facta, quæ non possunt per hæredes explicari. dicit ibi text.
quòd istæ sunt quædam subtilitates, vt ibi, & ibi Bald. dicit,
quòd illa lex est de mera, & legali Philosophia. facit quod pul
chrè, & eleganter not. Bal.in l.prima.per illum tex.C. quorum
lega.vbi not.Bald.ex illo text. quòd exceptio, quæ opponitur
quotidie in palatijs, tu non es nominatus in instrumento, vel
instrumentum de te non cantat, ideo es expellendus, ista exce
ptio non nocet hæredi, quamuis in instrumento non loqua-
tur de hærede, tamen loquendo de Titio actiuè, & passiuè
etiam semper intelligetur de hærede. imò fortius, si in con-
uentione apponatur dictio taxatiua, tantum vt puta promit-
to pro me tantum, non obstan.illa taxatiua habet locum & in
hæredibus, text habes singula.in l. si necessarias. §. de venden-
2 do.ff.de pignorib.action.† Hinc est, quòd si promittat de suo
dato & facto tantum, per illam dictionem tantum, tamen ve-
nit etiam factum hæredis.l.stipulatio ista habere licere. in prin
cipio.in versicu.sed si se, & ibi Pau.de Castr. & Ludouic. Ro-
man.& Dominus Alexand.ad hoc not. infra eodem. & illum
text.ad hoc reputant singul.Bald.& Salycet.in l.fina. C. de act.
empti. tamen re vera melius facit text. in l. si necessarias. §. de
vendendo. alibi habes regulam not. quod iuris est de aliquo,
est etiam de hærede eius semper, licèt de hęrede non sit facta
aliqua mentio.text.habes not.in l.postulante.in principio.ff.ad
Trebel. in versicu. nec hęredis est facta mentio. & ibi Paul. de
Castr. & Dominus Alexand. not. ex illo text. istam regulam,
quod iuris est de aliquo, est etiam semper de hęrede eius, licèt
de eo non sit facta aliqua mentio, per illum text.Barto. & An-
gel.& Dominus Alexand. determinant, quòd si statutum di-
sponat, quòd debitor pro debito priuato debeat cercerari, po
ne, quòd sit mortuus debitor relictis pluribus hæredibus, an
debeant hæredes debitoris carcerari vigore statuti, an non de-
beant hęredes incarcerari, ibi determinant, quòd sic, ergo per
ista videretur, quòd in tex. nostro, vbi in stipulatione actiuè,
& passiuè facta est mentio hæredum, quòd fuerit frustratoria
talis mentio. Barto.in d.l.veteris.respondet, quòd ille text. de-
bet intelligi in factis, quæ personæ non cohęrent, & quæ pos-
sent per alios expediri, quòd transeant ad hæredes, licèt de eis
non sit facta mentio, secus in factis, quæ personæ cohęrent, vt
ibi per eum. imò idem, & latius dicit Barto.in l.si sic. magna.in
3 vltima colum.per totam.infra eodem.& si diceres, † quæ sunt
illa facta, quæ non cohærent personæ, declarat Barto. in d. l. si
sic.& dat istam regulam, quando magis habetur respectus ad
ipsum opus, quòd resultat ex ipso facto, quàm ad ipsum fa-
ctum, illud non dicitur cohærere personæ: exemplum si pro-
misi tibi facere domum, & istam sæpè reperit Bartol. sed non
tollunt difficultatem, sed ad terminos nostros, quòd liceat ire
agere in stipulatione, tex.est in l. stipulatio ista. §. si quis ita.in
terminis nostris, quando quis stipulatur ire agere licere, text.
præsupponit, quòd expressio hæredum sit maximi momen-
ti, & dubitat plus, quando est facta expressio hæredum, an tran
seat adhuc ad hæredes, text.ibi multum dubitat. Barto. ibi de-
clarat, vel melius conatur declarare, an in istis stipulationibus
expressio hæredum sit necessaria, & quid operetur ista expres-
sio, videte ibi, vbi dicam de hoc ordinariè, ideo relinquo ibi
4 dicendum, quia ibi propriè cadit. ¶† Secundò diligenter pon-
dera textum, dum dicit, item si in facto sit stipulatio, & statim
exemplificat, veluti per te non fieri, ergo text.vult clarè, quòd
non facere sit facere, & sic appellatione facti contineatur non
factum, & sic est text.pro gloss.in princip.istius.l.in gloss.2.vbi
in stipulatione faciendi secundum gl. continetur non factum,
& ita pro illa glo.not.istum tex.Raph.Cum.& Pau.de Cast. &
ita dum legerem illam glo.ponderaui pro ea istum tex. Nunc
autem attende, ꝙ licèt iste tex.in primo cortice verborum vi-
deatur istud probare, prout notant Raph. Cuman.& Paul. de
Cast.hic, tamen reuera tex.nihil probat, quia istud exemplum
tex.

A D D I T I O.

a ¶ Sed aduerte. An stipulatio pro se, & hæredibus suis videatur concepta in persona omnium, an verò ordine successiuo, vide Angel. in consilio suo 367.incipien.assumpto.in principio.in nouiss.de stipulatione facta sibi & filijs, quòd intelligatur ordine successiuo, vide text.in l. operas. supra de oper. liber. Bartol. in l.quòd dicitur.in penultima columna. in versicu. induco ad quæstionem. infra eodem. Bartol. in l. Gallus. §. quidam rectè. in tertia colum.versic.quæro, quid in contractibus, & ibidem per Alexand.in 6.col. ver. & inducit Barto.ff.de liber.& posthum.cum alijs concordan. ibi per eum assignatis.per Bald.& Alex.in l.Caius.in 2.col.in ver.quod infert Bald.ad quæst. ff. soluto matrimo.

tex.licèt ſit conceptum negatiuè;tamen effectus eſt affirmatiuus,probo,quia tex.ipſemet in 2.parte ponit idem exemplum affirmatiuè,ego ſum ſtipulatus,ꝙ mihi liceat ire agere,licèt ergo in 1.parte dicat per te non fieri,effectus quidem eſt,quòd liceat ire,& ſic affirmatiuè,tex.in l.ſtipulatio iſta.§.hi quoque.j̃.eo.& nos habemus pulchram regulam; ꝙ non debet attendi vtrum verba concipiantur affirmatiuè,an negatiuè, ſed debemus attendere, quis ſit effectus, & propterea ſtatutum eſt in iſta ciuitate,ꝙ poſitioni negatiuæ non ſit reſpondendum, ſed cauti procuratores, & aduocati non formant negatiuè, licèt forment in figura verborum affirmatiuè,tamen effectus eſt negatiuus,& dicunt,veritas eſt,ꝙ ibi non fuit, quia fuit tali loco. gl.eſt in cle.vlti.de reſcr.per quam tradit iſtam doctr.Bald.in c. vltra tertiam.in 1.no.extra de teſti.in propoſito ergo, ſi conſideramus effectum iſtius ſtipulationis,iſtud factum eſt affirmatiuum,& ita dicit tex.in 2. parte, & propterea credo,ꝙ Raph. Cuma. & Pau.de Caſt.malè ponderent iſtum text.Benedictus
5 Deus.¶†Tertiò prin.no.ex hoc text. ꝙ licèt aliàs indefinita locutio de hærede æquipolleat vniuerſali collectiuè, vt ſi teſtator dicat hæres meus dato,eſt perinde ac ſi diceret omnes hæredes mei dato.l.ſi plurib.in prin.de leg.2.l.ſi plures.de leg.3. eſt verum,quando onus adiectum hæredi eſt diuiduum, ſecus ſi onus eſſet indiuiduum, tũc æquipollet vniuerſali diſtributiuè, ac ſi teſtator diceret,quilibet hæredum det, ita iſtum text. ad hoc alleg.Barto.in d.l.ſi pluribus.circa fi.prin.ff.de leg.2.Sed tu aduerte,ꝙ licèt iſte text. ſemper faciat mentionem de hærede in ſingulari,& ſic indefinitè,tamen hoc onus eſt pro hæreditarijs portionibus, quia licèt omnes teneantur, non tenentur tñ diſtributiuè, ſed quilibet pro rata, prout etiam clarius dicitur
* in §.Cato.& *ita omnes tenent hic.*¶†Quartò,[a] & hic attende,prin
6 cipaliter no.ex hoc tex.ꝙ ſtipulatio ire agere, dicitur contine-
a re merum factum,& ſic dicitur conſiſtere in mero facto,& nõ in iure,& conſequenter non eſt ſeruitus itineris, aut ſeruitus actus,ſed eſt obligatio perſonalis ad factum, & propterea Bar. in princ.iſtius.§. dicit, ꝙ Iuriſconſultus hic tractat de ſtipulationibus meri facti,& ita etiam declarat Bar.in l.ſtipulatio iſta. §. hi qui.j̃.eod.& ſi dicas,quomodo cognoſcã,an ſit ſtipulatio ſeruitutis,an ſit merum factum perſonale? Aliqui Mod.Senẽ. dicunt,ꝙ cognoſcitur hoc modo,quando ſtipulatio fit ꝑ verbum ire agere,eſt factum:quando per nomen,eſt ſeruitus.Et ſi dicas,cuius vtilitatis eſt iſta inueſtigatio,an ſit factum,an ſit ſeruitus?nam vtilitas eſt euidens, quia factum cohæret perſonæ, nec tranſit ad hæredes,niſi fiat de eis mentio, item non tranſit in ſingularem ſucceſſorem, vt ſi venderem fundum meum, tunc emptor haberet factum,ſi eſſet ſeruitus eſſet ſecus, & ſic ſi eſſet ſtipulatio iuris,vt declarat Bar.in l.ſi ſic.& in l.ſi ſub vna. j̃.eo.Item non tranſit in ſingularem ſucceſſorem.gl. nota. in l. 3.§.opus.vbi Bar.multũ no.de alie.iudi.mut.cau.fac. declarat, & in ſpecie declarat Bar.in l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis ita.j̃.eo.Secunda vtilitas eſt, quia quando ſtipulatio continet merum factum,& ſeruus ſtipuletur,non acquiritur domino,ſecus quando continet ius.§.ſed cùm factum.inſti.de ſtipu.ſer.quando eſt factum explicandum ab ipſo ſeruo, vt eſt hic, & tunc non acquiritur domino ipſius ſerui,ita dicit glo.in l.ꝙ dicitur.la ſecõda.j̃.eod.& declarat Bar. in l. 2.§.& harum.s̃.ead.l.quid tenendum?Dicas,& iſta eſt veritas,ꝙ quando ſtipulatio eſt cõcepta per verba ſonantia in factum,puta ꝙ liceat ire agere, tunc eſt ſimplicis facti perſonalis,vt hic.& d.§.ſed cùm factum. ſecus quando concipitur per verba ſonantia in ius, puta promittis mihi ius eundi,vel ius itineris,iſto caſu eſſet ſeruitus, ita declarat Bar.& Pau.de Caſt.ad quos ſemper remittitur,in l.pen.ff.de ſer.ruſt.præd.Pau.de Caſt. hic. vbicunque ergo quis ſtipulatur per nomina ſonantia ius,iſtud eſt ſtipulari ſeruitutem, & ſeruitus realis tranſit ad hæredes, & ad quemcunque ſingularem ſucceſſorem,quia cohæret fundo talis ſeruitus.l.1.ff. commu-
7 nia prædio.¶†Limita multum no.& adde ad Bar.in l.pen.ff.de ſerui.ruſti.prædio. quòd quando quis ſtipulatur ius itineris,vel eundi,vel quando teſtator reliquit, vel ſtipulatur per nomen iuris,& iſta eſt ſeruitus iuris,& tranſit ad ſingularem ſucceſſorem & emptorem,limita niſi ex qualitate perſonarum,& loci præſumatur illud eſſe perſonale,& non tranſitorium ad extraneos,ſeu ad hæredes:exemplum duo fratres diuidunt inter ſe paternam domum communem, cum pacto quòd vnus habeat ius hauriendi aquam ad puteum alterius, ſi iſte frater alienaret partem ſuam domus alteri, non tranſiret ius hauriendi aquam ad emptorem,quia quamuis iſtud ſit ius reale, tamen ex qualitate perſonarum,& loci præſumitur perſonale,tex.habes valde no.exemplificantem in l.pater filiæ. & quod ibi nota.
8 Bar.ff.de ſer.leg.¶†Quintò princ.no.ex iſto text.& hic attende, quòd in facto indiuiduo,ſi vnus ex plurib. hæredibus promiſſoris contraueniat impediendo ſtipulatorem, ne vadat, committitur ſtipulatio contra omnes hæredes, non ſolùm contra impedientem,ſed contra alios,qui non impedierunt, ratio quia iſta obligatio deſcendit ex contractu, & promiſſione defuncti,qui expreſsè promiſit pro ſe & hæredibus,quo caſu, quando dixit expreſsè pro ſe & hæredibus,non potuiſſet promiſſor defunctus transferre iſtam obligationem ad vnum ex hæredibus tantum,quia ex ſua promiſſione pro ſe & hæredibus, iam eſt acquiſitum ius ſtipulatori contra omnes hæredes.text. eſt no.in l.eum qui ita.§.1.& in l.Iulianus.vbi glo.not.& in l. continuus.§.fina.& vtrobique Bartol. infra eodem. vnde ſi poſtea iſta ſtipulatio committeretur tantum contra illum ex hæredibus,qui prohibuit,& non contra alios, certè committeretur aliter quàm contra defunctum, ſed ex perſona hæredum non debet immutari conditio obligationis defuncti.§.ex his. s̃.ead. l. quia ſi defunctus prohibuiſſet,fuiſſet commiſſa in totum ꝯ eum,vnde nimirum in hoc tex.ſi ex contrafactione vnius omnes tenentur pro hæreditarijs portionibus. hic infertur limitatio notabilis ad iſtum tex.ꝙ ſi obligatio non deſcenderet ex ꝯtractu defuncti,ſed ex proprio facto ipſorum hæredum, tunc cõmitteretur ſolùm contra cõtrafacientem.l.de pupillo.§. ſi plurium.el primo.ff.de oper.nou. nunc.ita limitat Barto.in §. Cato.in 2.opp.j̃.in l.4.Pau.de Caſt.& Dom.Alex.hic,& pro iſta limitatione habes bonum tex.in l.in commodato.§. ſi ex facto.
9 ff.commo.¶†Secundò no.limita iſtum tex. in obligatione deſcendente ex contractu defuncti,ſed ſtricti iuris, tunc per contrafactionem vnius hæredum cæteri tenentur, ſed pro hæreditaria portione,ſecus ſi ex contractu bonæ fidei,puta depoſiti celebrato cum defuncto, tunc ex contrafactione vnius ille tenetur ſolùm,qui contrafecit,& non alij.tex.eſt in l. depoſiti. ad fi.cum l.ſequen.ff.depoſi.per quem tex.ita limitat Bart.in d. §.Cato.in 1.opp.Pau.de Caſt.& Dom.Alex. hic. Iſta limitatio reſtringeret multum iſtum tex.cùm habeamus, quòd ſtipulatio interpoſita ſuper contractu bonæ fidei aſſumat naturam bonæ fidei.l.1.§.belliſſimè.ff.vt leg.nomine caueatur.Bar.in l.ſi quis cùm aliter:vbi dicetur.j̃.eod.quamuis contrarium tenuerit idem Bar.in l.ſingularia.in 4.col.ff.ſi cert.pet. vnde intelligerem iſtum tex.quando ſtipulatio fuit interpoſita ſuper contractu ſtricti iuris,& ad text. in d. l. in depoſiti. poſſes reſpondere dupliciter.Primò,ꝙ ibi defunctus non promiſit expreſsè de facto hæredum, vt hoc tex. licèt ex natura contractus videatur promiſiſſe dolum malum abeſſe, præterea tex. ibi expreſsè loquitur,qñ ibi hæres conueniebatur ex delicto,& ſic qñ delictũ commiſerat,& ſubdit ibi text. ꝙ ex delicto vnius heredum nõ eſt conueniens alios teneri,cùm delictum ſuum debeat ſequi authorem,hic loquimur in ſimplici conuentione, quę nõ ſo-
10 nat in delictum.¶†Sextò no.in verſic.contra autem.ꝙ vno ex hæredib.ſtipulatoris prohibito ille ſolus agit ad intereſſe, & ad pœnam cum effectu,ſi fuit promiſſor,iſtum tex. limitat Bart. no.j̃.in 3.oppo. ibi reſeruo dicendum,ne peruertam ordinem
11 Bar.¶†Septimò no.ex l.idem iuris.ꝙ ſtipulatio habere licere[b]
b æquiparatur ſtipulationi ire agere licere, & ſic iſtæ duæ ſtipulationem adinuicem æquipollent. In contrarium habes formalem tex.qui ad literam dicit, quòd iſtæ duę ſtipulationes ſunt de directò contrariæ.l.ſtipulatio iſta.§.hi qui.j̃. eo. vbi dicit ad literam tex.ꝙ in ſtipulatione habere licere vertitur ius, & non factum:ècontra in ſtipulatione ire agere licere non ius, ſed factum verſatur,& ꝑpea ꝯſidera tu prouecte,quomodo Bar.in prin.huius §.bene dixerit,dum dicit,ꝙ Iuriſcon.hic tractaturus eſt de ſtipulationibus meri facti, iſtud eſt falſum, quia ſtipulatio habere licere,de qua hic, nedum importat merum factũ, ſed nec factum imò ius,& propterea non ab re dicit gl. hic, ꝙ iſta ſtipulatio hr̃e licere eſt miranda nouitas,ſubtilis ſubtilitas, quis eam ruminabit?Ang.in l.ſtipulatio iſta.§. ſi quis dolum.viſus eſt velle ꝯcordãdo dicere, ꝙ ſtipulatio hr̃e licere reſpectu promiſſoris,& heredum ſuorum dicatur continere factũ,quia in controuerſia mota de facto committitur illa ſtipulatio, ita loquitur tex.hic, ſed ex parte ſtipulatoris continet ſolũ ius, ita loquit̃ ꝯtrium,truffa eſt,quia iſte tex.loquitur nedum in parte ſtipulatoris,ſed ẽt promiſſoris,nec per hoc præſumetur contineri merum factũ,vt dicit Bar.puto,ꝙ debeat rñderi hoc modo,nec aliter poſſet rñderi,ꝙ tex. hic facit ęquiparationem in-

ter

ADDITIONES.

a ¶Quartò.Ad hoc vide Lud.Rom.ſing.70.incip.concedo tibi,vbi allega.text. ſingul in iſta materia. & per eundem Iaſ.in §.æque. poſt Ioann. Fab.ibi. 2. colum.in fin.& ſequen.inſtitu.de actio.per Cæpol.tract.de ſer.vrb.capitu.8. quod inſcribitur,de quibuſdam obligationibus perſonalibus,an dicantur ſeruitutes.

b ¶Licere.Sub certa pœna vtrum committatur ſiue de facto, ſiue de iure res euincatur,v.de Pau.in conſi.ſuo 44.

ter istas duas stipulationes non respectu meri facti,quia ambæ dicantur meri facti,quia isto modo æquiparatio esset falsa, qa in ista habete licere,non continetur factum,sed tex. solũ æquiparat respectu distinctionis,quia sicut in stipulatione habere licere vno hærede prohibito fit distinctio,de qua in text. ita ista distinctio debet fieri in illa,vt expressè dicit text. in l. eadem, in prin.quæ sequitur,& ideo Bart.in princ.huius.§.nimium generaliter dicit,ꝙ Iuriscon. tractat de stipulationib. quæ non sunt
12 iuris,sed meri facti.¶†Octauò no.tex. expressum ibi, non potest cohæres agere cuius nil interest, quòd ille cuius non inter
a est,non admittitur ad agendum.[a] Adde tex.in l.si patroni.§.q fideicommissariam.ff.ad Treb.quem tex.ibi nõ.Ang. & Mod. pro practica aduocatorum,& procuratorum tota die excipiẽtium contra agentes,ꝙ non sunt audiendi, quia eorum nõ interest,nam ista exceptio repellit agentem, prout habes bonũ
13 tex.hic.¶†Nonò no.ibi,quia non quæritur cuius intersit,ꝙ in stipulationibus,quando est apposita pęna, non videtur, ꝙ debeat considerari interesse mero iure,sed bene in effectu, quia ille cuius non interest,repellitur in effectu,quomodo istud notabile procedat, declarat Bart.in 4.opp.quam statim expediam. ¶Expeditis notabilibus antequam veniam ad gl.seq.ordinem Bar.Bar.format 4.opp.duæ non sunt difficiles.Tertia paucis ex
14 pedietur.Quarta est magis difficilis.¶†No.ex dictis Bar.in ista tertia opp.sing.limitationem ad tex.nostrum, vt procedat, qñ vnus ex hæredibus stipulatoris ibat ad fundum, qui erat totus suus, assignatus sibi in totũ in diuisione, vel ibat pro patre sua pro diuiso sibi assignata.in istis terminis procedit iste tex.secus si fuisset fundus communis hæredum pro indiuiso, tunc vno volente ire prohibito,quia erat necesse,quòd iret pro communi vtilitate,omnes censerentur prohibiti,& contra omnes cõ-
* mitteretur stipulatio ad pęnam.Istam limitationem *sequuntur communiter omnes*,& reputant valde no.pro limitatione huius.l. tamen ista limitatio restringeret generalitatem istius.l. & diminaret.¶Tu autem subtilius considera,inquantum Bar.vult,ꝙ iste tex.possit procedere in duobus casib.Primo,quando totus fundus in diuisione cum hæredibus facta obuenisset in parte isti hæredi prohibito. Secundò, quando in diuisione obuenisset pars istius fundi,& iste hæres volebat ire ad partem suam, nam si iste fundus fuisset communis pro indiuiso omnium hęredum,non procederet iste text.Sed aduerte,quia primo modo non videtur,quòd iste tex.vllo modo possit procedere, qa si totus fundus obuenisset in partem vni hæredi prohibito ire, tunc in totum interesset sua, ex quo fundus est in totum suus, ergo in totum deberet committi stipulatio ad interesse, vel ad pęnam,& tamen contrarium de directò dicit iste tex. in fin.in versi.pro parte eius tantum:si fundus fuisset totus suus nõ procedere posset id,quod dicit tex.pro parte eius tantum,sed imo committeretur stipulatio in totum, ex quo fundus est in totũ suus,non potest isto primo modo intelligi tex. sed alio modo, quem dicit Bartol. quando pars contigisset hæredi prohibitio in diuisione,& isto modo adhuc plures restringeremus text.& tex.in l.si stipulatus fuero per te non fieri. allegatus per Bartol. loquitur,quando aliquis expressè ibat nomine expresso stipulatoris,tunc si prohibeatur expressè,patet,& clarum est, quòd interest stipulatoris.Sed defendendo Bar. potes dicere subtiliter ex mente Raph.Cum.hic in vlti. col. quòd licèt in diuisione facta inter hæredes fundus obuenerit in totum in partem vni hæredi,& ille solus fuit prohibitus ire, tamen quia ista obligatio descendit ex facto,& contractu defuncti, prout dixi in 5.not.ergo solùm potest committi in parte in qua est hæres,& in qua repræsentat defunctum, & pro illa committitur stipulatio ad interesse,quia pro alijs partibus reputatur extraneus, vt dicit Bar.s.in 4.opp.Benedictus Deus.¶Circa quartam opp.
* Bar.cum ista doctrina *Bar.transeunt omnes hic,sed* aduerte tu pro tiecte,quòd Barto.videtur seipsum confundere per istum text. nam pro parte hæredis prohibiti, quia pro illa parte repræsentat defunctum,agit ad pœnam siue eius intersit, siue non, pro parte autem cohæredum suorum, quia extraneus reputatur, vt est glo.in l.2.§.fin.vbi Barto.ff.de præto. stipul.pro illa parte non potest agere ad pęnam,punctus est quare alij cohæredes qui non fuerunt prohibiti, non possint agere pro eorum partibus,ex quo repræsentant defunctum,& vbicunque repræsentatur defunctus,alij hæredes,qui repræsentant defunctum,dicuntur posse agere ad pęnam pro illa parte,in qua repræsentatur defunctus,Barto.respondet,quòd isti cohæredes pro illa parte reputantur extranei, quia licèt mero iure possint agere, tamen repelluntur ope exceptionis doli, ista responsio nõ tollit tex.quia ipsi repræsentant defunctum, & ista obligatio trahit originem à cõtractu defuncti, ideo deberet posse agere ad pęnam,licèt eorum non intersit.Potes saluare Barto.& dicere hoc modo,quòd respectu hæredis prohibiti verum est dicere promissorem prohibentem facere contra stipulationem, ideo eius respectu committitur pęna,quamuis eius non interesset, sed respectu aliorum cohæredum,qui non sunt prohibiti,verè promissor non contrafecit stipulationi,ideo in effectu non cõmittitur stipulatio quo ad eos.Secũdò,& melius, credo quòd ista fuerit intentio Barto.& nisi ita intellexerit Barto.se confunderet in hoc tex.nam Bar.præsupponit supra in 3.opp. quòd in isto tex. fundus non remansit indiuisus,sed fuit diuisus,& huic prohibito obueniat fundus,vel totus,vel pars, tunc si iste prohibitus,quando volebat ire ad partem suam, fuit prohibitus ꝑ promissorem, & committitur quo ad prohibentem stipulatio,& non quo ad alios cohæredes, pro ea parte hæreditaria, pro qua repræsentat defunctum,nunquid committatur respectu aliorum de rigore iuris?certè est verum,quòd sic,sed tamẽ quia alij sunt omnino extranei, quia non fuerunt prohibiti, ideo eis obstat exceptio doli,vt dicit tex. noster hic, & credo,
15 quòd voluerit se referre ad ea, quæ dixit supra in 3.opp.¶†Ex dictis Barto.collige notabilem conclus. & regulam, ad quam dabo aliquas bonas limitationes, ꝙ quando directò ostenditur stipulator,vel eius personam repræsentans,vt est hæres, tũc non attenditur interesse.l.stipulatio ista.§. alteri. infra eodem. & l.cùm pęna.ff.de arbitr. ¶Amplia istam conclusionem Bart. quòd etiam si non offendatur repræsentans stipulatorem, sed extraneus expressus in stipulatione, tunc etiam non attenditur interesse,ita loquit̃ text.in dicto §.alteri.in l.stipulatio ista.¶Intellige,& limita primò, quando stipulator est stipulatus pęnã sibi,quando non daretur illi tertio, ita quòd stipulator est, qui agit ad pęnam,tunc committitur pęna dato, quòd eius non intersit dari illi tertio.ita propriè loquitur text. in dicto §. alteri.secus quando talis pęna esset promissa tertiò, puta fisco,cui non potuit stipulari,isto casu quo ad tertium non committetur pęna,text. est qui propriè ita loquitur in l.arbiter intra certum.vbi glo.Barto.& Bald.ff.de arbitr. Barto.in l.1.ff.de iur.fisc. quicquid ad illum tex.dixerint Bald.Ang.Imo. & Moder. hic, & Bald.in l.vnica.in 11.oppo.C.de senten. quæ sine certa quantita.¶Secundò limita dictam conclusionem procedere, quando pęna est promissa per stipulationem, tunc non attenditur, an intersit,secus si pacto nudo apposita iuxta contractũ, tunc ex illo pacto non posset agi ad pęnam, seu ad interesse nisi interesset.l.seruus ea lege.ff.de ser. expor. de cuius intellectu tradunt Barto.& omnes in dicto §. alteri. ¶Tertiò limita dictam regulam,vt procedat in pęnis conuentionalibus, & sic in extraiudicialibus,secus in pęnis iudicialibus,vel prætorijs, in quibus consideratur,an intersit,aliàs peti non possent. text. est in l. 2.in versicu.fina.& ibi Angel. ad hoc not. ff. si quis in ius vocanon ierit.gloss.ordin.in §.alteri.in versicu.ei. institu.de inutil.stipula.Bald.in l.& si post tres. in 12. col. per illum text. ff. si quis cau.Et ratio est propter magnam æquitatem prætoris, qui nõ vult pęnam posse exigi,quando non interest, quicquid dixerit gloss. & Bartol.in d.l.2.circa finem.ff.si quis in ius voca.non ierit.¶Quartò notab. limita prædictam conclusi. vt procedat in pęna adiecta stipulationi principali,secus si sit adiecta stipulationi accessoriæ, puta stipulationi de sistendo in iudicio sub pęna,quia talis non potest committi,nisi intersit.l.si eum.§.qui iniuriarum.ff.si quis cau.intelligendo, quòd ibi pęna esset adiecta,prout intellexit Bartol. in l.eum qui.in princip. infra eod. titu.& ita Raph. Fulgos.in l. fina.ff. si quis cau.& videtur sequi Dom.Alexan.licèt dubitatiuè in l.si eum. §. qui iniuriarum. in fin. ff. si quis cau. ratio est, quia ibi stipulatio pęnalis fuit interposita super stipulatione prætoria de iudicio sisti, in qua attenditur interesse,aliàs agi non potest, vt dixi s. & in istis terminis clarè procedit ista limitatio,quamuis Dom. Alex. eam reprehendat

ADDITIO.

a ¶Agendum.Adde Barto.in l.stipulationes non diuiduntur.in 4.quæstio.infra eodem.

* Et dic,quòd exceptio agis sine actione, & tua non interest, de qua constat ex actis. impedit litis ingressum,& tunc iudex non debet procedere ad vlteriora,& si procederet appellari posset,teste Neuiz.consilio 30. numero 7. & sequen.quæ quidem exceptio repellit agentem à limine iudicij, vt not. Roland.consilio 3.numero 78.libro 1.consilio 58.numero 79.libro 3. Barto. in l.posthumus.§.si quis ex his.de inofficioso testamen.Felyn. in capitu. ex parte.de testib.& opponi potest, licèt sententia valeat ea etiam non opposita, per text.in d.l.posthumus.de qua dicunt aliqui, quòd si opponatur ante litis contesta.transfert onus probandi in aduersarium, post litem verò contesta. transfert in opponen.ita Doctor.in apostil.ad Barto.in l.ille à quo.§.si de testamento.numero 4.ff.ad Trebel.Qua de re plura no. idem Ias. in l. si quempiam.§.illud.ff.si quis caut. vbi ponit regu. cum fallen. Sed in hac subalpina patria ex ciuili Decretorum Ducal.for.lib.3.cap.8.per eas causarum merita non retardantur. MASVER.

hendat ibi, quia in illo. §.qui iniuriarum.nihil dicitur de pœna.
Item quia ſtipulatio de ſiſtendo eſſet prætoria, tamen per hoc
ſtipulatio pęnalis illi adiecta non debet facere, quin commit-
tatur licèt non interſit.d.l.ſtipulatio.§.alteri.ǯ.eod. vbi valet ſti-
pulatio pœnalis,licèt prima ſuper qua eſt interpoſita nihil va-
leat.Sed aduerte,quia in §.alteri.principalis ſtipulatio facta al-
teri ab initio non valuit, ideo pęnalis non potuit dici acceſſo-
ria,nec eius naturam aſſumere, ſed in §. qui iniuriarum. quia
ibi principalis ſtipulatio ſiſtendo in iudicio à principio valuit,
ideo pęnalis aſſumit eius naturam quantum ad intereſſe in pę
na appoſita in principali ſtipulatione,quando ſtipulator ſtipu
latus eſt ſibi pęnam,prout declarat Bar.in l.ita ſtipulatus. in 12.
oppo.primæ partis.ǯ.eo.ti.& ita etiam dicunt Mod. Senen.hic.
¶Quintò vltra Scrib.ſingulariter limita, & ſigna iſtam limita-
tionem,quia eſt peregrina, & ſingularis limitatio, niſi petitio
pęnæ fundetur ſuper aliqua cauſa finali, quoniam ſi in illa cau
ſa finali non vertitur intereſſe partis,nulla poteſt committi pę
na,nec pœna peti poteſt,ita nouiter limitat Pet.de Ancha. in
conſi.65.quod cõſilium incipit,pro clariori deciſione, & iſtud
16 alibi ſcriptum non habes,& ideo notabitis perpetuò.¶†Sextò
no.limita in curia mercatorum, vbi non poteſt peti pęna vltra
quàm realiter,& effectualiter interſit,ſecundum Ang.in conſi.
219.quod incip.arbitrator dictam litem.in 2.col.qui tamẽ pro
hoc nihil alleg.refert,& ſimpliciter ſequitur.D.Fran.Aret. in §.
Cato.in 1.colu.ǯ.eod.quia eſſet contra æquitatem,quæ ſeruari
debet in curia mercatorum.l.Quintus.& ibi no.Bar.ff.mã.,licèt
non reperiam iſtud ab alio Doctore tactum, tamẽ puto,quòd
iſta limitatio non ſit vera, ꝙ pęna conuentionalis procedens
ex conuentione partium,iuxta l.ſi.ff.de præt.ſtip.dicatur eſſe ꝯ
æquitatem,imò nihil magis congruit humanæ fidei,quàm pa-
cta,& conuentiones inter ipſas partes factas obſeruare,præſer-
tim inter mercatores,vt dicit tex.in l.1.in prin.ff.de conſti. pec.
& illud conſtitutum propriè eſt factum propter mercatores.l.
17 j.in prin.ff.de pac.¶†Secundò,& fortius,quia illud, ꝙ dicitur,
ꝙ in curia merca.debet iudicari de bona æquitate, quomodo
intelligitur hoc,certè intelligitur,hoc eſt nõ inſpectis iuris ſub-
tilitatibus, & apicibus, quæ negotij veritatem non attingunt,
non autẽ debet intelligi, ꝙ in curia mercatorum nõ debeant
ſeruari leges,& iura ciuilia,quia iſtud eſſet contra tex.in l.bona
fides.ff.depoſ.ita no.declarat ad literam Bar.in l.ſi fideiuſſor. §.
quædam.ff.mand.Bal.in l.ſi pro eo.in vlt.col.C.eo.modo con-
firmatur per illud,quod no.egregiè Saly. in d. l. bona fides.per
illum tex.s̃.depoſ.vbi no.quòd iudicare debentes, ſecundũ bo
nam æquitatem non debent deuiare à præceptis ciuilibus, ſed
debent ſequi æquitatem ſcriptam à iure, non autem de burſa
ſua ſibi formare æquitatem,quòd dicit notandum pro iudici-
bus mercantiæ,& ita conſulerem contra Ang. & Are. ſi caſus
in facto mihi contingeret.¶Capio gloſſ. primam magnam in
ver.item ſi in facto,ſequitur de his, quæ ſunt in faciendo, quæ
habet tres partes principales,nam in 1.parte format duas quę-
ſtiones, deinde in 2. parte timore contrarij ponit diſtinctionẽ.
Secũda pars eſt ibi,an teneatur. Tertia ibi, item ne iſte.¶In ea.
gl.ibi.l.qui libertinus.in fi.habes ex iſta gloſ. quatuor conclu. ꝑ
18 ordinem,quas breuiſſimè expedio.¶†Prima eſt,ꝙ in ſtipula-
tionib.facti à principio, & ſic ante moram ſolum factum eſt
in obligatione,& petitione,& non intereſſe, cum iſta conclu-
ſione omnes Antiqui,& Noui trãſiuerunt,ſolus D.Chriſtoph.
ex noua stipulatione quã videtur interposuisse habebit actio-
nem insolidum ad totam pœnam, quia illa stipulatio multi-
plicatur in persona hæredum. ista fuit mens Bart. licèt non ita
clarè, isto modo tollitur reprobatio Imo. in d. l. stipulatio ista.
§. si quis ita. & aliorum, dum dicunt, ꝙ §. si quis ita: non pro-
bat intentionem Bartol. hic. cum ista opin. Barto. tenent Ang.
& Rom. hic. idem tenet Paul. de Castr. in l. 2. §. item si in facto.
s̃. eo. in 3. & 4. colum. vbi dicit, quòd ista sunt de apicibus iuris,
& altissimæ speculationis. ꝯtra Bart. tenet Imo. & Raph. Cum.
in d. l. stipulatio ista. §. si quis ita, & Alex. hic, quia ex quo ista sti-
pulatio pęnalis procedit ex facto defuncti, & sic habet origi-
nem ex causa hæreditaria, ergo debet diuidi pro portionibus
hæreditarijs, ergo hæres offensus non debet posse agere nisi
pro parte hæreditaria, in alijs autem partibus censebitur vt ex-
traneus. sed ad istud patet responsio ex dictis Barto. fortius con
tra Bart. facit, dum præsupponit, quòd stipulatio de qua in l. 2.
§. fin. sui natura sit transitoria ad hæredes. ita tenet Bartol. in l. si
sic. in pe. colum. j̃. eo. contrarium de directo tenet idem Barto.
in d. l. stipulatio ista. §. si quis ita. per illum text. dicã ibi, vbi est
locus suus de veritate huius conclusionis, & sic teneo conclu-
sionem Barto. Aduerte tamen, quod quæstio, & decisio Barto.
procedit in pluribus hæredibus stipulatoris, quid autem sit in
pluribus principalibus facientibus pacem ad inuicem, & pro-
mittentibus se non offendere sub pœna, ita quòd quilibet inso
lidum promittat, an vno offenso poterunt omnes agere ad pę
nam. quam quæstionem examinat Barto. in l. fi. in 2. quæst. ff. de
duob. reis. & in Auth. hoc ita C. eo. & in l. opere. per illũ tex. ff.
de ope. lib. Bald. in l. 2. in 3. colum. C. de lib. & eo. lib. Ang. in l. si
seruus. §. si plurium. ad fin. ff. si quis cau. Pau. de Castr. in l. si id
quod. ff. de duob. re. Alex. in cõsi. 114. in 4. volum. quod inci. vi-
so instru. pacis. ¶ Successiuè in quantum Bartol. concludit, ꝙ
ex parte hæredum promissoris ista stipulatio pęnalis censetur
esse in rem, & consequenter vno ex hæredibus eius offendente
committitur stipulatio pęnalis contra omnes pro portione hę
reditaria, quia ex parte promissoris sui natura est transitoria ad
hæredes, non sic est actiuè ex parte stipulatoris, quia merè per-
55 sonalis. † Limita singulariter [a] istam conclusionem Bartol. vt
a procedat in stipulatione pacis voluntariæ, interposita inter
istos inimicos, secus si ex necessitate statuti editi ab Episcopo,
Marchione, Comite, & Duce, quia tunc si vnus hæredum ꝯ-
ueniat, committitur tantum pęna contra eum pro sua hæredi
taria portione, & non contra alios cohæredes, eo quia talis pax
censetur esse iuris pretorij, quia statuta Episcoporum, Mar-
chionum, Comitum, vel Ducum censentur esse ius præto-
rium secundum Barto. in l. 5. in princ. j̃. eo. vnde sicut in stipu-
lationibus pretorijs, quæ sunt indiuiduæ, si vnus hæredum
contraueniat, solus incidit in pęnam pro parte sua, alij hæredes
non tenentur propter æquitatem prætoris. l. pęnales. §. Iul. ff. ad
l. Fal. & firmat Barto. s̃. in 2. quæst. ita erit in ista pace facta ex ne
cessitate prędicta, quia censetur pax iuris prætorij, ita limitat
Rom. hic in vlt. colum. veritas tamen huius limitationis pen-
det ab his, quæ dicentur in l. vlt. in princ. j̃. eod. vbi examinabo
veritatem illius conclusionis Bart. an statuta Episcoporũ, Mar-
chionum, Comitum, vel Ducum censeantur esse ius præto-
b rium an ius ciuile. ¶ Successiuè [b] tamen circa istam quæstio-
nem Bartol. & istam decisi. de hęredibus promissoris, quando
quis facit pacem pęnalem pro se, & hæredibus suis, posset an-
56 necti notabilis quęstio. † pone frater maior natu fecit pacem
de morte patris occisi cum occisoribus, & promisit se factu-
rum, & curaturum, quòd fratres sui minores dum erunt ætatis
legitimæ, ratificabunt istam pacem, & ita promisit sub certa
pęna puta mille, euenit quòd vnus fratrum suorum peruenit
ad legitimam ætatem. 25. ann. & noluit ratificare pacem, an
frater maior, qui promisit, incidat in totam pęnam, an verò
debeat expectare legitimam ætatem aliorum? istam quæstio
ponit in terminis Alb. post Odof. in l. pen. ad fin. C. de impu. &
ali. subst. vbi dicit per illum text. quòd iste frater maior non in-
cidit in pęnã promissam, nisi demum omnibus fratribus per-
uenientibus ad legitimam ætatem. ad idem dicit facere. l. q̃uis.
cum ibi no. eo. tit. quia ista promissio de faciendo fratres ratifi-
care, quando omnes deuenerint, debet æqualiter determinari,
scilicet quando omnes peruenerint ad legitimam ætatem, er-
go non sufficit vnum eorum peruenisse, licèt postea dicat esse
in argum. contra, quòd illa pluralitas resoluatur in singularita-
tes. l. falsa. in fin. ff. de condi. & demon. quod vltimum quomo-
do intelligatur, declarat ibi Bartol. & in l. si seruus. §. si plurium.
ff. si quis cau. vbi aliquando dixi. vltra Alb. faceret, quia ista sti-
pulatio rem ratam haberi videtur esse diuidua, vt hoc tex. & l.
si procurator, secundo responso. ff. rem ratam haberi, & sic in
diuiduis non videtur ita passim procedere illa prima decisio
57 Alb. per ea, quæ habentur in isto. §. ¶ † In vltima quæst. Bartol.

de statuto, quòd qui occidit occidatur, nisi habuerit pacem
cum hærede defuncti. In isto dubitabili passu reperio quinque
principales opi. prima est Old. Lau. ꝙ sufficiebat haberi pacem
ab vno ex hęredibus, secundum quam refert fuisse iudicatum
Bononiæ. ita Old. tenet in l. si plures. ff. de leg. 3. & ibi refert, &
tenet Ray. de Forli. idem per easdem rationes relatas per Bart.
cum Old. & Ray. tenet Alb. in 3. parte statutorum in quęst. 23.
inc. item quæro aliam vtilem. quæst. statuto cauetur. & idem
Alb. in d. l. si plures. ff. de leg. 3. Idem tenet Bald. in l. 2. in 2. & 3.
col. C. de lib. & eorum lib. vbi concludit post multa, ꝙ sufficiat
pax facta ab vno ex hæredibus, qui sit honesta persona, & bo-
na fide faciat. Idem tenet Bald. in l. 1. in princ. 2. col. ff. de pac.
quando tractatur de relaxatione pęnæ fiscalis, seu pęnæ capita-
lis, secus si tractaretur de aliquo particulari præiudicio hære-
dum, puta quia per statutum deferatur aliquod commodum
hæredibus occisi, tunc vnus in pręiudicium alterius non posset
remittere, per l. in cõcedendo. in ratione sui. ff. de aqua plu. arc.
eandem opin. Old. tenet etiam Bald. in cap. cùm omnes. in 10.
col. de const. ¶ Secunda est opi. Bart. ꝙ sufficiat habere pacem
cum maiori parte hæredum, intelligendo maiorem partem vt
ipse declarat in l. & suum hæredem. §. fin. cum. l. maiorem. ff. de
pac. quam opi. dicit Bart. veritati esse consonam. istam opi. Bar.
sequitur Pau. de Cast. in l. 2. §. ex his. in 2. col. ad fi. & prin. sequẽ-
tis, per illum text. s̃. eo. sequitur Aret. in l. pro hærede. §. fin. ff. de
acquir. hær. vbi dicit magnum verbum, quòd ista opin. Barto.
* *est communiter approbata.* eam simpliciter tenet Pet. de Anch. in
clem. 2. de iure patr. istam opin. sequitur Angel. hic attenta hu-
manitate, quæ in istis attendi plurimum debet cum tribus mo
dificationibus, vbi pax esset facta alijs præsentibus consortibus,
& non contradicentibus etiam post condemnationem suffice
ret, quia viderentur consentire alij, per l. consilio. §. fin. de cura.
furio. vel si vnus ex hæredibus esset de familia, vel consortio oc
cisi, & alij essent extranei, ille solus præferretur omnibus, quia
ad ipsum pertinet vindicta plus quàm ad alios. arg. l. 1. cum seq.
de libera. causa. & l. Iul. ff. si quis omis. cau. testa. vel nisi in maio
ri summa esset mulier, quia fœmina non computaretur in illa
summa, quia ad eam non spectat vindicta sanguinis. alle. glos.
in cap. 1. §. hoc autem. in fin. magnæ gl. qui feu. dare pos. in vsib.
feu. & cum istis limitationibus etiam cum Barto. tenet Pau. de
Cast. hic. & Ang. de Are. in tractatu maleficiorum, in verbo cõ
parent dicti inquisiti in terminis defensionis. Flo. in l. per fun-
dum. ff. de serui. rust. prædi. ¶ Tertia est opi. quod omnium hæ-
redum pax requiratur, cùm statutũ indefinitè loquatur de hæ-
rede, ergo continet omnes hæredes. ita tenet Raph. Cum. Lud.
Rom. & d. Pet. Bex. hic. & dicit Alex. istam opin. esse de iure ve
riorem per rationes Bart. pro hac parte allegatas per Old. vltra
58 quas bene facit, secundum d. Pet. Bex. † quia istud statutum est
contra ius commune, & cõtra publicam vtilitatem, quę vult,
ꝙ delicta puniant. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. no. Bal. in l. quẽ-
adm. C. de agri. & censi. lib. 11. ergo tale statutũ debet intelligi,
vt minus lædat ius commune quàm sit possibile. l. 3. C. de nox.
cap. cùm dilectus. de cõsue. ergo debet intelligi istud statutum
interueniente pace omnium, tamẽ dicit Io. de Imo. ꝙ ista opi.
est nimis rigorosa. ¶ Quartò loco Imo. hic distinguit, ꝙ aut per
statutum totaliter remittitur delictum facta pace, & tunc re-
quiritur, ꝙ omnes consentiant, ex quo omnes tangit. d. l. per
fundum. ff. de ser. rust. præd. l. 1. §. si plures. ff. de ven. inspi. glos. in
c. cùm omnes. de consti. aut per statutum facta pace remitta-
tur pars penæ, & maior pars potest, & tũc procedat. l. & suum.
§. fin. & l. maiorem. ff. de pac. quia tunc sufficiat habere pacem
cum maiori parte, & sic tenet Ioan. de Imo. opi. Bart. cum mo
dificationibus Ang. nec dicatur, ꝙ eadem debet esse dispositio
partis quo ad partem, quæ est de toto respectu totius. l. quæ de
tota. ff. de rei vend. cap. pastoral. de offi. dele. r̃ndetur, ꝙ diuer-
sa est ratio quo ad delictum. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de
infa. vnde cùm sit diuersa ratio, non procedit. l. quæ de tota. gl.
est in cle. si vna. in verbo defensor. de reb. eccle. non alienan-
dis. Istam distinctionem in effectu sequitur Alexan. hic, licèt
per

ADDITIONES.

a Limita sing. &c. Potes addere limitationem, ꝙ si ex pluribus hęredibus aliqui ignorarent pacem factam, pena non committeretur contra eos, secundum Pau. de Cast. in consi. 193. viso processu. secundum antiquam impressionem.

b Successiuè, &c. Potest etiam annecti alia quæstio, vtrum pax facta Titio, & socijs censeatur rupta, si vnus sociorum offendatur antequam pacem notificauerit. Bar. tenet ꝙ non in l. si vxor. §. pe. ff. de adul. Bald. arguit pro & contra, & remittit se ad Dy. & Bart. vbi sup. in l. fin. in 1. col. C. ad Maced. vbi tractat, an pax facta pro se, & recommendatis, vel complicibus nondum ratificata per complices, dicatur rupta, si complices, interim offendantur, vide etiam Ant. de But. & Pan. in cap. accedens. de præben.

per alia verba: nam dicit, quod aut facta pace in totum fit remissio per statutum, & hæredes nihil percipiunt, & tunc non potest maior pars facere pacem sine aliis, sed si aliquid receperunt, nec in totum facta est remissio, bene maior pars hoc posset per d.l.maior. ¶ Aliam quintam opin. ponit subtiliter Nelius de sancto Gem. in tractatu suo bannitorum, qui optimè examinat istum articulum in 3. parte secundi temporis.quæst.39.vbi post relatas multorum opin.ponit nouam, & pro certo subtilem distin. nam distinguit, quòd aut ius faciendi pacem ex forma statuti incipit à persona offensi, puta quia statutum dicat occidens occidatur, nisi pacem habuerit ab offenso, vel eius hæredibus, & tunc cùm habeat ortum in persona offensi, & ab eius persona transeat in hæredes, est necesse ab omnibus hæredibus pacem habere, quia verba statuti non possunt verificari tunc nisi in his, qui repræsentant defunctum,iuxta.l. cùm à matre. C. de rei vend. per repræsentationem defuncti à quo statutum incipit: aut verò ius faciendi pacem incipit ab hærede,vt est in quæstio.Bartol.vbi statutum dicit nisi pacem habuerit ab hærede, pondera, quia nihil dicit de defuncto,& tunc aut loquimur quantum ad statutum permittens hæredibus occisi, quòd possint se vendicare propria authoritate, & tunc nedum vnus solus, imò nec maior pars posset facere pacem, quia tale ius est priuatum competens vnicuique hæredum, ergo requiritur, quòd omnes consentiant. argum. l. fin. C. de auth. præstan. Aut verò quærimus quantum ad pœnam iudicialem, & tunc sequitur opin. Oldr. quòd sufficeret habere pacem cum vno hæredum, vt ibi per eum,per alia tamen verba,sed in effectu vult hoc. ¶ Quid tenendum? circa primam opin. Old. quòd sufficiat haberi pacem ab vno ex hæredibus,aduerte diligenter inquantum Old. facit vnum fundamentum,quòd ius faciendi pacem de occiso non sit hæreditarium, in contrarium facit vna ratio Bartol. quòd mens, & ratio statuti fuit, quòd habeatur pax ab hærede,& sic ab eo,qui est hæres insolidum, & qui repræsentat defunctum in totum,& sic non ab vno,qui repræsentat in parte, quia in aliis partibus reputatur extraneus, ista ratio probaret,
59 quòd sit ius hæreditarium.ego teneo opin. Old. † quòd ius facientis pacem de occiso non sit hæreditarium, per text. in l. pro hærede. §. fin. ff. de acquir. hæred. & in l. penul.ff.de sepul. viol.per quæ iura expresè tenet Bartol.met in l. damni. la. j.§. Sabini. ff. de damn. infec. & in l. si filius,qui patri. ad fin. ff. de vulg. & pupil. vbi per hoc singulariter decidit Bartol. quòd filius occisi, qui se abstinuit ab hæreditate patris, potest talem pacem facere propter vim suitatis,& sequuntur Bald. Imol. & omnes Mod.ibi, qui dicunt, quòd ibi substitutus filio, vel alij hæredes extranei non possent pacem facere. & per illam decisionem confunditur prædicta ratio Bartol. quia pax debet fieri à filio,qui se abstineat ab hæreditate patris, & non ab hærede extraneo, qui adiuit, qui magis repræsentat defunctum quàm filius,qui nudo nomine personalitatis dicitur heres,prout dicit text.in l.siue ingenua. §. sed si sint sui. ff.ad Tertul. confirmatur, quia illud verbum nisi habuerit pacem cum hærede defuncti,illud verbum hærede, positum in statuto intelligitur de filio.text.est in l.ex facto.§.fin.ff.ad Treb.in cap. 1. versi. & si clientulus.de alie.feu. & in optimo simili Fede. de Sen. in consil.134. quod inci.ego putarem. bene verum est,quòd non existentibus filiis statutum de pace facienda cum hærede verificaretur etiam in extraneis hæredibus, quia iniuria facta defuncto respicit etiam illos aliquo modo.l.1.§. omnem. versic. & si forte.ff.de iniu.ita in specie declarat Aret.in cap. in præsentia.in 21.colum.de proba.vbi dicit ita esse de mente Bartol.hic in ista vlt.quæst. Et prædictis adde bene Nellū de sancto Gem. in tractatu bannitorum. in 3. par. secundi temporis. quæst. 35. Item prima opin.Old. reprehenditur, & fortius iisdem fundamentis,quib⁹ reprobabo op. Bartol.quia si op. Bartol. non sit vera, quod non sufficiat maior pars, multo magis opin. Old. non erit vera, quando vnus solus faceret pacem. & opin. Old. etiam in specie reprehendit Flori. in l.fin. per illum text. ff. communia prædiorum. Punctus est circa opinionem Bartol. teneo,quòd opin.Bartol.non sit vera, quam formauit ex æquitate capitis & non per fundamenta iuris. eam in specie reprehendunt Angel. Ioan. de Imo. Raph. Cuma. Ludo. Rom. & Alex.hic,& Flo.in l.per fundum. ff.de ser.rusti. prædio. & dicit simpliciter Fely. aliter tamen non examinans passum in cap.
* cum omnes.in 16.colum.de constit.quod *communiter Docto.* tenent contra istam opin.Bartol.& sic dicit cōtrarium eius,quod dicit Aret.in l.pro hærede.§.fin.ff. de acquir. hær. Contra Bart. facit, quia ius vendicandi necem defuncti pertinet ad omnes hæredes.l.3.§. si ad plures.ff. de sepul. viol.ergo ad nos non pertinet vt ad singulos, sed collectiuè, ergo, quòd maior pars facit,non præiudicat minori per l.per fundum.sed Barto.responderet, & diceret, quòd fallit fauore liberationis per text. in l. maiorem.cum l.præcedenti. §. fin.ff.de pac. & l. fin. C. qui bo. ced. possunt. istud est totum fundamentum Bartol. quia ex multis ostenditur,ꝙ illa iura nihil faciūt in proposito: nā l.maiorem.non procedit quando agitur de remittendo totum debitum.text. est in l. & suum. §. fin. in verbo quota parte. & ibi gloss.Bald.& alij.ff.de pac.gloss.in l.apud Celsum.in princ. ff.de excep. doli. Secundò illa. l. maiorem. loquitur in remissione iuris priuatorum, hic tractatur de remissione iuris publici, & sic pœnæ applicandæ fisco. Secundò, & fortius facit, quia in d. l.maiorem.non sufficit solus fauor liberationis,sed ibi concurrit,scilicet ne creditores totum creditum perderent, quo periculo cessante non procedit ille text.secundum Angel.& Alex. ibi. Et per ista etiam patet non obstare. l. fin. C. qui bo. cede. pos. quia ibi maior pars præiudicat minori dando dilationem quinquennalem &c. istud non est magnum præiudicium. Et pondera, quòd maior pars non posset remittere cessante periculo.ad idem contra Bartol. facit,quia statutum requirens haberi pacem ab hærede occisi considerauit, quòd isto modo tollatur rancor,& inimicitia existens inter hæredes, & occisores defuncti, sed huic rationi non videtur satisfactum, si pax habetur cum vno solo. Et sic per ista patet, quòd si non procedat opin. Bartol. de maiori parte hæredum, multo minus procedet opin. Old. qui requirit pacem fieri cum vno hæredum. Et per ista etiam confunditur distinctio Imo.& Alexan. qui tenet cum Bartol. similiter non puto, quòd sit vera distinctio domini Nelli, dum primò facit differentiam an ius faciendi pacem incipiat ab offenso an solùm ab hærede, nam istud ius faciendi pacem quæritur non ex prouisione defuncti, sed ex prouisione statuti: similiter dum facit differentiam quantum ad statutum permittens hæredibus occisi,quòd possint propria authoritate vindicare, quia est priuatum vniuscuiusque, quia ius vnum est priuatum cuiuslibet hæredis, aliud est iuris publici, in contrarium facit vnum fundamentum Aret.in alio tamen proposito,quod facit in l.pro hærede.§. fin. s.allegato.vbi dicit, quòd delictum occisionis, quod aliàs erat publicū &c. & sic videtur,ꝙ ista noua distinctio Nelli in nullo possit procedere. Concludo ergo ex prædictis vno verbo, ꝙ tutior est tertia opin. quod ab omnibus hæredibus habeatur pax,quam tenet Rapha.Cum.& do.Petr.de Bexu.licèt humanior videatur opin. Barto. & per prædicta remanet expeditus cum laude Dei difficillimus.§.Cato. die quinta Martij, 1502. & incipit.§.si is qui duplam.

SVMMARIVM.

1 *Aduersatiua autem, debet aduersari præcedentibus in iure, & in facto.*

2 *Regulariter, quæ sunt indiuidua ex parte promissoris, vel eius hæredum, sunt etiam indiuidua ex parte stipulatoris, & eius hæredum.*

3 *In obligatione ad destruendum nouum opus, vel defendendum ipsum factum,vel interesse, diuidi non potest.*

4 *Cautio damni infecti non continet factum diuiduum præstandum, ad quod possit agi sicut in alijs stipulationibus.*

5 *Qui promittit se obligaturum in centum, statim potest conueniri sicut si obligasset se ad centum causa circuitus euitandi.*

§.Si is,qui duplam.

Dicit Raph.Cuma. ꝙ iste.§.non est minus difficilis quàm. §. Cato. licèt non habeat tantam materiam,sed mihi videtur imparitas,hoc dicit in effectu. Stipulatio duplæ fructuaria damni infec. & de opere demoliendo, si committatur ad interesse, diuiditur inter hæredes stipulatoris pro portionibus hæreditarijs,secus si committatur ad factum.
* hoc dicit secundum communem intellectum, *& communiter Docto.* Aret. dicit aduertendum, quia summarium Bartol. est defectiuum,quia non comprehēdit vltimum dictum de promissore. Tu dic,quòd etiam Barto. summat vltimam partem, dum dicit secus si ad factum, istud vadit etiam ad vltimam, tamen clarius esset summarium, & potest addi illud verbum, secus si cōmittatur ad factum etiam ex parte promissoris. Diuiditur vt hic per Bar.Secūda ibi,restitui tamen. Tertia ibi, ipsi autē promissori &c. ¶ Pro intellectu istius.§.aduerte, quia magna difficultas est in versi. fi. circa aduersatiuam ipsi autē promissori.nam illa † aduersatiua autem,debet aduersari præcedentibus in iure,& in facto.l.hoc amplius.§. de his autē.ff.de damn. infe.ergo in isto vers. fi.debet poni diuersum ius à præcedentibus,& in hoc non,& tanto fortius,quia tex.s. proximè dicit,& vtilitatis causa recepta sunt ex parte stipulatorum, ipsi autem promissori,vbi Iuris.clatè videtur velle,ꝙ sit differētia ex parte stipulatorum.

stipulatorum, & eorum hæredum, & ex parte promissoris, seu
hæredum eius, & tamen nulla est differentia inter hæredes sti-
pulatoris, & ipsum stipulatorem, & promissorem, & eius hæ-
redes, nam in hæredibus stipulatoris si agant ad factum, cla-
rum est, ꝙ agunt ad indiuiduum, similiter ex parte promisso-
ris, vel hæredum eius, quando agitur ad factum, agitur ad in-
diuiduum, quia destructio operis, nec defensio non potest di-
uidi inter stipulatorem, vel eius hęredes, & inter promissorem,
& eius hæredes. l. in executione. §. insolidum. & l. cùm ex cau-
2 sa. ĵ eod. † Confirmatur dubitatio, quia regulariter, quæ sunt
indiuidua ex parte promissoris vel eius hæredum, sunt etiam
indiuidua ex parte stipulatoris, & eius hæredum. l. 2. §. ex his.
s̃. eod. nisi subsit diuersitas rationis per ea, quæ ponit Barto. in
§. Cato. in pen. quæst. Alex. licèt principaliter difficultatem non
non attingat, dicit, quod finis huius tex. discrepat à princ. quia
&c. vt per eum, sed errat per text. in versic. restitui tamē, quia
loquitur in hæredibus stipulatoris, quando agunt ad factum
ipsum. & ita declarat Bartol. dum diuidit istum text. & ideo
Bartol. in figuratione casus sentiens fortè istam difficultatem,
dicit quòd in vers. fin. promissor, vel hæres eius quando conue
niuntur ad factum vel interesse, non possunt diuidere. Ponde-
ra multum verbum, vel interesse, quod ponit Barto. quia si est
verum, quod dicit Bartol. esset clara differentia inter primum
casum, & vltimū, & in vlt. casu poneretur diuersum ius à præ-
cedenti, prout vult importare dictio aduersatiua aut, quia in
primo fit differentia, an agatur ad interesse, vel ad ipsum fa-
ctum, quia si agunt ad interesse, agunt ast indiuiduū, secus quā-
do ad factum, sed contra Barto. & in hoc fortiter obstat, quia
omnis stipulatio indiuidua quando agitur ad interesse sem-
per dicitur esse diuidua. l. stipulationes non diuiduntur. in prin.
iuncto vers. Celsus. & l. cùm ex causa. ĵ. eo. & l. 2. §. in certam. ff.
de præto. stip. propterea dubitaui, an hic esset menda. & Barto.
esset corruptus, nisi saluares Bart. ex eo, quod sing. tenet idem
Barto. in l. 2. §. ex his. in pen. col. vbi multum not. s̃. eo. vbi dicit
Bart. sing. ꝙ quando esset actum principaliter ad indiuiduum
licèt postea in executione ageretur ad interesse, tamen interes-
se est indiuiduum, nec diuiditur inter hæredes pro portionibus
hæreditarijs. in istis terminis posses saluare Bar. hic, non tamen
3 inuenio hoc ab aliquo tactum. ¶ † Successiuè pro intellectu
text. dum facit mentionem de stipulatione fructuaria, intellige
si agatur ad interesse. Secundò aduerte, ꝙ illud quod dicit Bar.
de interesse, ꝙ in obligatione ad destruendum nouum opus,
vel defendendum ipsum factum, vel interesse diuidi non po-
test, istud idem, quod dicit de interesse, dicit gloss. fin. post me-
dium, sed eam Bart. repræhendit, & dicit, ꝙ licèt quando agi-
tur ad ipsum factum obligatio sit indiuidua, secus quando agi
tur ad interesse, & sic Bart. est sibi contrarius: nisi salues dictum
Barto. hic, prout etiam saluat gloss. ꝙ quando soluitur interesse
pro parte, per hoc non liberaretur promissor, vel eius hæredes
à pœna, & sic à facto principali, & sic per ista patet. Adhuc re-
stat difficultas maximè circa intellectum versiculi fin. quomo
do sit ibi ius diuersum à præcedentibus, & sic propterea Cum.
ponit tertium intellec. ad tex. & sic ponit tertiam differentiam
inter ver. fin. & præcedentia, secundum eum stipulatio de de-
fendendo in causa euictionis ex parte hæredum stipulatoris, &
sic actiuè est diuidua in prin. huius text. sed ex parte hæredum
promissoris est indiuidua, vt hoc text. in fin. quem ad hoc repu
tat sing. & sic eadem stipulatio censetur esse diuidua, & indiui-
dua, quia ex parte stipulatoris, & eius hæredum actiuè cense-
tur diuidua, vt hoc tex. in prin. ex parte promissoris, & eius hæ-
redum censetur indiuidua, & sic passiuè, vt hoc tex. in fin. ratio
diuersitatis est secundum eum, quia si vnus ex hæredib. stipula
toris defendatur pro parte sua nihil eius interest, ergo ex parte
hęredum stipulatoris potest dici diuidua, sed ex parte promis-
soris indiuidua, merito, quia si diuideretur inter hæredes eius
posset succedere inconueniens. l. in executione. §. pro parte. ĵ.
eo. quia vnus vellet defendere, & alius vellet soluere interesse.
Item posset resultare inconueniens, ꝙ stipulator habeat solum
partem venditam pro alio interesse, & sic cogeretur stare com
munioni, quod est contra. l. si non sortem. § si centum. ff. de cō-
di. indeb. istam declarationem impugnat Alex. vt hic per eum,
& bene. Ego vltra eū dico fortius, quòd iste intellectus Cuma.
non tollit difficultatem tex. quia dato, ꝙ ista differentia esset ve
ra quo ad stipulationem de defendendo, prout tenet Raph.
Cum. sed credo non bene, tñ ista differentia nō procederet nisi
in vno casu text. nostri quantum ad stipulationem de defendē
do in causa euictionis; quantum ad alios casus non esset diffe-
rentia, & tamen text. in ver. fi. vult esse differentiam inter pro-
missorem, & eius hæredes, & stipulatorē & eius hæredes, præ-
sertim in stipulatione noui operis, & in stipulatione de defen-
dendo. Et propterea considerabam quartum intellectum ad

ver. fin. vbi Iurisc. loquitur in destructione operis, & defensio-
ne, ibi, ipsi autem promissori pro parte neque restitutio, neque
defensio &c. & sic in istis duabus stipulationibus ostendit esse
aliud in promissore & eius hæredibus, & aliud in stipulatore
& eius hæredibus, nam in hæredibus stipulatoris est in eorum
electione, vel agere pręcise ad factum, & sic ad destructionem,
vel defensionem, & tunc obligatio est indiuidua inter ipsos
hæredes stipulatoris, vel agere ad interesse, & tunc erit diuidua
inter eos pro portionibus hæreditarijs, & hæc statuta sunt ad
vtilitatem stipulatorum, vt dicit litera non exponendo pro
vtilitate idest interesse consequendi eam, prout exponunt Bar.
& Angel. hic. quia est inepta expositio. Intelligo ego rationem
prout iacet pro vtilitate stipulatorum esse statutum, vt habeāt
electionem agendi ad interesse, vel agendi præcisè ad ipsum
factum, & tunc obligatio erit diuidua. sed ex parte promisso-
ris, vel hæredum obligatio ad factum est indiuidua, quia præ-
cisè coguntur, vel destruere ædificatum post nunciationem
noui operis, vel defendere in totum in causa euictionis, &
quòd promissor, vel eius hæredes possunt compelli ad ipsum
factum, quia est obligatio legalis, quia præcisè cogitur ad fa-
ctum, vt declarat Bartol. in l. stipulationes non diuiduntur. in 8.
quæst. ĵ. eo. quòd destructio operis facti post factam nuncia-
tionem illa sit præcisa. text. est in l. stipulatio. §. si quis autem. &
ibi Bartol. not. ff. de ope. no. nun. similiter in defensione ex cau-
sa euictionis rei venditæ, de qua loquitur text. quòd etiam sit
precisa ex parte promissoris, vel hæredum eius, patet duplici
ratione. Prima, quia est obligatio legalis, in cuius locum succe-
dit obligatio hominis. Secunda ratio, quia stipulatio de defen
dendo in causa euictionis est explicanda in iudicio, & per con
sequens est præcisa. l. sed & hæ. §. prætor. & ibi Bartol. not. ff.
de proc. l. eum pro quo. ff. de in ius voc. & ibi Paul. de Cast. con
cludo, quòd ipsum factum ex vtraque parte tam ex parte hæ-
redum promissoris, quàm hęredum stipulatoris est indiuiduū.
vt dicit Bartol. sed differentia est, quia ex parte hæredum stipu
latoris obligatio actiua non est precisa ad factum, quia pos-
sunt si volunt agere ad factum vel interesse, sed ex parte pro-
missoris, vel eius hæredum est pręcisa ista obligatio, ita ꝙ co-
gant̄ pręcisè defendere, vel destruere, adeo ꝙ non possent pro
parte destruere, vel defendere. ¶ In text. ibi, fructuaria. intelli-
ge procedere si agatur ad interesse, quia vsufructuarius non sit
vsus arbitrio boni viri, vel si agatur ratione rei non restitutæ:
secus si ageretur ad rei restitutionem, quia obligatio rem re-
stitui est indiuidua solutione nō solum quo ad promissorem,
sed eius hæredes. l. si duo. ff. deposi. declarat Bartol. in §. Cato. in
secunda oppo. s̃. eod. sed etiam ex parte hæredum stipulato-
a tis. [a] not. in l. 1. §. si pecunia in sacculo. ff. deposi. quem text. ad
4 hoc reputat singularem Alexan. hic. ¶ † Tertio inquantum
text. subdit, vel damni infecti. aduerte quòd ista similitudo nō
est simpliciter, sed secundum quid, quia non est similitudo in
facto principali, nam cautio damni infe. non continet factum
diuiduum præstandum ad quod possit agi, sicut continet in
alijs stipulationibus, vbi possunt petere rem defendi, vel opus
destrui, solùm est ergo similitudo quo ad interesse, quando in
promissione damni infec. venit interesse si contingat damnum
dari. l. in hanc. & l. in stipulatione. ff. de dam. infec. & ex hoc no-
to, ꝙ ad hoc, vt procedat argum. à simili, non requiritur simi-
litudo per omnia, sed sufficit similitudo de qua agitur. Ego so
leo ponderare text. meliorem de iure in l. fin. C. de collationi-
bus. apud Canonistas est tex. in cap. constituit. vbi Abba. in 3.
not. multum not. de appel. & text. in cap. quemad. in 2. no. de
iureiur. ¶ Quartò circa text. in verbo restitui tamen opus, il-
lud verbū restitui, capitur pro destructione, prout capitur in
multis legib. tituli. ff. de oper. nou. nun. restituere est in pristinū
statum seu formam restituere. argum. l. quod si minor. §. resti-
tui. ff. de mino. ¶ Expeditis textua. venio ad expeditionem gl.
& capio gloss. &c. ¶ Gloss. in verbo ex damni infecti. diuiditur
in duas par. In 1. declarat text. quo ad stipulationem damni in-
fecti. In secunda quo ad stipulationem de oper. nou. nunc.
Secunda ibi, idem in actione in factum. ¶ Gloss. in verbo
neque restitutio. diuido magistraliter in tres par. In prima de-
clarat text. in verbo restitutio. In 2. declarat text. in verbo
defensio, tripliciter exponendo verbum defensio. In 3. quia
iste text. in fin. loquitur de promissore, & non de eius hæ-
redibus, gloss. declarat, an istæ quatuor stipulationes, de qui-
bus

A D D I T I O.

a [a] Stipulatoris. Adde eundem Ias. sup. in §. ex his. post num. 15. versic. si au-
tem actio, & sic Bartol. ibi allegatus loquitur in obligatione ex parte stipu-
latoris, vel eius hæredum, quæ non est præcisa, vt declarat Ias. hic nu. 3. in fi
BELLOT.

bus in tex. ex parte hæredum promiſſoris ſint indiuiduæ. Se-
cunda ibi,& quod ſubijcit. Tertia ibi. Item hæredes promiſſo-
ris. In eadem gloſſ. ibi, ſed ibi eſt ſolutio. Iſte primus intellectus
Io. poſitus in glo. ꝙ tex. in verbo defenſio, intelligatur in cauſa
damni infecti, procedit quando vnus eſſet principalis domi-
nus domus ruinoſę conuentus officio iudicis, vt caueat de dã-
no infecto, iuxta. l. inquilino. cum gl. ff. de dam. infec. quia ſi pro
parte tantum caueat, committitur in totum per l. in ſtipula-
tione. ff. de dam. infe. ſecus eſſet in plurib. vel hęredib. vel prin-
cipalib. ita loquitur. l. ſi cõmunes. allegata pro contraria. Raph.
Cum. repręhendit iſtum primum intellectum & iſtam ſolu-
tionem Bart. quia non poteſt conuenire ad tex. in ver. promiſ-
ſori, qui loquitur quando promiſſio procedit in cauſa damni
infecti,& ſic in iſto tex. non conueniebatur, vt promitteret, ſed
ad intereſſe cõueniebatur. Alex. ſaluat,& gl.& Bar. ꝙ in iſto tex.
in verbo promiſſori, erat bene promiſſum, quod pręſtaret cau
tionem damni infecti, non tamen erat permiſſum de ipſo dã-
no infe. iſta ſaluatio Alex. mihi non placet. Primò quia diuinat.
Secundò,& fortius, quia promittendo, ꝙ præſtaret cautionem
damni infecti, ſtatim eſt obligatus, ac ſi eam præſtitiſſet, quia
5 habes egregiam deciſionem alibi, † ꝙ ſi promitto me obliga-
turum in cẽtum, ſtatim poſſum conueniri ſicut ſi obligaſſem
me ad centum cauſa circuitus euitandi. l. dominus teſtamẽto.
ff. de condi. inde. dictum eſt ſin. Alberti Galeoti, quòd refert,&
ſequitur Io. And. in addi. Spe. in tit. de oblig.& ſolu. ſuper Rub.
in 1. col. refert, & ſequitur d. Alex. in d. l. dominus teſtamento:
& in l. cùm fundus. §. ſeruum tuum. in 1. not. per illum tex. ff.
ſi cer. pet.

SVMMARIVM.

1 *Omnis ſtipulatio ſiue dari, ſiue fieri, ſiue contineat, ſiue diuidua, ſiue indiuidua ſit, aut eſt indicialis, aut prætoria, aut conuentionalis, aut cõmunis.*
2 *Cautio damni infecti interponitur officio iudicis.*
3 *Super quacunque re poteſt fieri contractus, poteſt ibi realiter fieri ſtipulatio.*
4 *Stipulatio non eſt contractus.*
5 *Quæ differentia ſit inter ſtipulationes iudiciales, & prætorias.*
6 *Stipulatio de raro eſt prætoria.*
7 *Quando. l. prætoria loquens in vna perſona extenditur per Iuriſconſultum ad aliam perſonam, illa diſpoſitio dicitur eſſe ius ciuile, & non prætorium.*
8 *Quæ vtilitas ſit, ꝙ ſtipulatio dicatur prætoria, vel iudicialis.*
9 *Cautiones, quæ interponuntur ex forma ſtatuti, an dicantur prætoriæ, vel ciuiles.*
10 *Comes æquiparatur præſidi, & ſic magiſtratui.*
11 *Actiones pœnales deſcendentes ex ſtatuto Epiſcopotum, Comitũ, Marchionum, & Ducum erunt ſolum annales prout actiones prætoriæ pęnales.*

LEX V.

1 STipulationum. † In iſta. l. poni-
tur. 3. diuiſio ſti-
pulationum: nam omnis ſtipulatio ſiue dari, ſiue
fieri contineat, ſiue diuidua, ſiue indiuidua ſit, aut
eſt iudicialis aut prætoria, aut conuentionalis, aut commu-
nis, vt habes exempla in tex. & iſtud ſit loco ſummarij caſum
in terminis pone ad rudem corticem literæ. ¶ Pondera in pri-
a mis [a] tex. in verbo mero bis repetito in litera, ꝙ merum intel-
ligitur ideſt purum,& ſimplex. ita exponit gl. inſti. de diui. ſtip.
in princ. quam Angel. hic reputat ad hoc eſſe ſin. merum ergo
dicitur ab omni alia re ſeparatum. l. qui res. §. mihi Romæ.&
ibi gloſſ. in verbo merum. ff. de ſol. facit. l. ſi ſic. in princ. & ibi
Angel.& Mod. ad hoc not. ff. de leg. 1. Et per hoc dicit Angel.
hic ſe conſuluiſſe in ciuitate Peruſij, ſi ſtatutum diſponat, ꝙ à
mera interlocutoria non poſſit appellari, tamen poterit ap-
pellari ab interlocutoria, in qua iudex pronunciauit inſtrumen
tum pub. mandandum executioni, quia habet vim diffinitiuę,
& dicit fuiſſe ita conſultum per multos Doct. licèt alij Docto.
contrarium conſuluerint. Iſtam deciſi. Angel. ſequuntur Imo.
* Pau. de *Caſt. & omnes Mod.* proſequere, vt latius per Alex. &
Aret. hic.& latè per Fel. in rub. extra de re iud. in 3.& 4. colum.
2 ¶ † Secundo not. in verſ. prætoriæ, ſecundum Bartol. j. in vlt.
colum. ꝙ cautio damni infecti interponitur officio iudicis, de
quo dic, vt habetur in l. inquilino. de dam. infect. ad quem lo-
3 cum Bartol. hic ſe remittit. ¶ † Tertiò not. in ver. conuentio-
nales. ibi, quot penè dixerim rerum contrahendarum. quod
ſuper quacunque re poteſt fieri contractus, poteſt etiam ibi re
gulariter fieri ſtipulatio, ſicut ſtipulatio dicitur eſſe generalis
ad omnes contractus imò hodie de conſuetudine in inſtru-
mento publico in fin. apponunt notarij ſtipulationem ſecun-
4 dum Bartol. in l. 2. in fin. C. de condi. ob cauſam. † Et ſic pon-
b dera, [b] ꝙ cùm in iſto text. fiat æquiparatio de contractib. ad
ſtipulationem, & nullum ſimile ſit idem. l. quod Nerua. ff. de-
poſi. gloſſ. in cap. capitulum ſanctæ crucis. de reſcrip. ergo hic
* probatur, ꝙ ſtipulatio non eſt cõtractus. ita no. Imo. *Lud. Rom.
& omnes Mod hic.* adde, ꝙ ante eos iſtud not. ex hoc text. gloſſ.
ordi. in §. conuentionales. inſti. de diui. ſtip. in verbo contrahen-
darum. Idem tenet gloſſ. in l. 2. in gloſſ. mag. ante fi. C. de iure
emphy. facit bene text. inſti. de oblig. in fin. & ibi gloſſ. largè ta-
men,& impropriè ſtipulatio poteſt dici contractus, text. ſunt
infiniti, qui appellant ſtipulationem contractum. text. in l. 1. C.
vt act. ab hæredi.& contra hæredes.& tex. in l. præpoſteri. C. de
teſt.& tex. in l. 1. in fin. ff. de pactis,& in l. ſi donationis. C. ꝙ met.
cauſa. nam alibi dicit Iuriſcon. omnis obligatio pro contractu
accipitur, dicit text. in l. omnem. ff. de iud. & ꝙ ſtipulatio dica-
tur largè,& impropriè contractus, habes gloſſ. ordi. in Auth. ſa-
cramenta puberum. in verbo contractib. C. ſi aduer. vend. fir-
mant Barto.& alij in d. l. ſi donationes. Bald. in l. contractus. in 1.
col. C. de fid. inſtr.& per hoc inferunt Imo. Roma. & Alex. hic,
quòd ſtatutum loquens in contractib. non haberet locum in
ſtipulatione, cùm in ſtatutis verba debeant propriè intelligi, &
ſtipulatio non eſt propriè contractus, ergo ſtatutum loquens
in contractibus non haberet locum in ſtipulationib. credo, ꝙ
iſta deciſio Imo. Ludo. Rom. & Alexan. non ſit vera, quia re-
gulam habemus, ꝙ ex identitate rationis etiam in correcto-
rijs,& pœnalib. nedum in ſtatutis fit extenſio de ſtricta,& pro-
pria ſignificatione ad latam. glo. in Auth. vt hi, qui obl. ſe per-
hi. habere res mi. § hęc omnia. in glo. in verbo ad curationem.
colla. 6. & gloſſ. in clem. 1. in verbo eligatur. de elec. ergo cùm
appel. contractus ſaltem largo modo veniat ſtipulatio, ſi eſſet
identitas rationis crederem, ꝙ ſtatutum haberet locum in ſti-
pulatione, & ſic contra Imo. & Mod. Pro confirmatione eſſet
videndum, an ſtatutum loquens in contractib. habeat locum
in quaſi cõtractibus,& ſic in aditione hæreditatis. exemplum,
ſtatutum prohibet ne mulier contrahere poſſit ſine conſenſu
duorum propinquorum, an poterit adire hæreditatem ſine
conſenſu, & an habeat locum in liberatione. Bartol. in hoc eſt
ſibi de directo contrarius: nam in l. apud Iulianum. §. fin. ff. ex
quib. cau. in poſ. ea. tenuit, ꝙ nõ, quia ſtatutum loquens in con
tractib. non habet locum in quaſi contract. contrarium te-
nuit idem Bart. in l. more. in princ. ff. de acqui. hær. Ego per mul
ta media tenui iſtam ſecundam, ꝙ habeat locum in quaſi con
tractib. in l. ſiue apud acta. poſt Bald. ibi, C. de tranſac. vbi pro
iſta parte adduxi quinque fundamẽta. examinãt omnes Mod.
in l. mutum. ff. de acquir. hęr. ¶ Capio gloſſ. in verbo prætorię,
quam diuide in duas partes principales. In 1. ponit tres differen
tias inter ſtipulationes prętorias, & iudiciales. Secundò decla-
rat, quando dicantur ſtipulationes communes. Secunda ibi, cõ
munes autem,& quælibet pars poſſet ſubdiuidi in alias partes.
5 Pro † clara intelligentia duo ſunt principaliter vidẽda. Primò,
quæ differentia ſit inter ſtipulationes iudiciales,& prętorias. Se
cundò, ne in vanum videamur laborare, habemus videre cu-
ius effect. ſeu vtilitatis ſit, an ſtipulatio ſit iudicialis an præto-
ria. ¶ Circa primum, quæ differentia ſit inter ſtipulationes iu-
diciales & prætorias, gloſſ. hic ponit tres differentias, *& commu-
niter tenetur* ſecunda. gl. in verbo veniunt in §. prætorias au-
tẽ. inſtit. de diui. ſtipu. addit quartum, quia ſtipulationes præ-
torię ſunt recollectæ ſub vno titul. ff. de pręto. ſtipu. ſed ſti-
pulationes iudiciales ſunt vagæ per totum corpus iuris ciui-
lis. Bartol. repręhendit iſtam differentiam propter ſtipulatio-
nem, vt legatorum nomine caueatur, quæ eſt prętoria,& tamẽ
non ponit in illo tit.& per ſtipulationem de dam. infec. quę ſi-
militer eſt prętoria, & tamen non ponitur in illo tit. Sed pro
certo Barto. in hoc errat, quia imò ſtipulatio de damno infec.
expreſsè ponitur in illo tit. text. habes ibi in l. 1. §. item ex cauſa
damni infec. & in l. 2. §. incerram. ff. de pręto. ſtipu. Prętereà
quando etiam iſtę duę ſtipulationes non eſſent in illo tit. adhuc
differentia gloſſ. non meretur repręhendi. nam cautio vt lega-
torum

ADDITIONES.

a ¶ Pondera in primus &c. De hac materia ſcilicet de ſententia interlocutoria ſimplici,& de illa, quæ habet vim diffinitiuæ, quæ etiam dicitur interlocutoria,& de ipſa diffinitiua vide Aret. poſt Lud. Ro. hic,& poſt Angel. in conſil. hic per eum alleg.& Fely. in loco hic alleg. vbi recitat, quæ hic ponuntur per Aret.& multa alia addit,& dat communes,& veras concluſiones.
b Et ſic pondera,&c. De hoc vide Bald. no. in rep. rub. iſtius tit. col. 22. verſ. vltimus pro complemento materiæ huius rub.

torum nomine caueatur, habet titulum de per se, & sic cau-
tio damni infecti habet etiam titulum de per se, ideo non po-
nuntur sub illo tit.vt etiam dicit Ang.hic.Sed vltra Bartol. ista
quarta differentia melius repræhenditur per Ioan. Fab. in §.1.
instit.de diui.stip.& sibi ascribit mentionem de eo non faciens
Alex.hic.dicit enim Io.Fab.ꝙ ista differentia glo.quarta est fal-
sa per tex.in l.1.§. iubet prætor.ff.de collat.bo.vbi quādo filius
emancipatus vult succedere patri cum filiis retentis in potesta
te,cogitur cauere de conferendis bonis suis alijs fratribus, ista
cautio est prætoria,& tamen non ponitur sub titulo de damn.
infec.nisi diceres,quòd etiam habet titulum de per se. s.de col.
vera ergo differentia est,quam glos.secundo loco ponit hic. &
* gl.inst.de diui.stip. & Bar. hic post Petr. & *sequuntur omnes hic*.&
ita etiam tenet Io.Fab.in §.1. insti. de diui. stip. ꝙ stipulationes
iudiciales dicātur,quæ descendunt à legib. Iurisconsultorum,
vel Imperatorum siue iudex addatur princ.siue non. prætoriæ,
quæ descendunt ab edictis prætorum, cōmunes quæ mixtim
aliquando à legib. Iurisconsultorum, aliquādo ab edictis præ-
torum:omnes ita tenent.Tu aduerte, ꝙ ista communis diffe-
rentia non videtur bene esse in mente huius tex. & tex.instit.de
diui.stip.nam isti tex.dicunt,quòd stipulationes iudiciales dicū
tur,quæ in causis ex mero iudicis officio præstantur, & simili-
ter prætoriæ,quæ à mero prætoris officio proficiscuntur.Pon-
dera,quòd tex.non dicit ab edicto prætoris proficiscuntur,sed
à mero officio prætoris proficiscuntur.Et propterea reperio,ꝙ
Io.Fab.in §.1.instit.de diui.stip.perpendens, vt puto,addit huic
declarationi vnum verbum,ꝙ credo valde necessariū, ꝙ stip.
iudiciales dicuntur illæ,quæ à legib. Iurisconsultorum, vel Im
peratorū sunt adinuentæ.& per officium iudicis viuentis exer-
centur vbicunque æquum,& iustum ei visum sit,& ad hoc di
cit facere istum tex.dum dicit,ꝙ à iurisdictione veniunt. Pon-
dera verba,quæ à iurisdictione veniunt,in verbo veniunt. alio
modo saluat Cum. & dicit, ꝙ stipulationes iudiciales dicūtur,
quæ à mero officio iudicis viuentis proficiscuntur ex disposi-
tione legis ciuilis, & similiter prætoriæ, quæ proficiscuntur ex
dispositione edicti prætoris, & tex.cum mysterio dicit mero,
quia ad hoc vt stipulationes dicātur ciuiles,est necesse,ꝙ pro-
ficiscantur à mero officio iudicis viuentis, non ab edicto præ-
6 toris mortui,vt puta,quia de illis se nō impediuit. ¶ † Succes-
a siue attende [a] diligenter,inquātum Bar.declarando quomodo
stipulatio de rato dicatur esse prætoria,dicit, quia prætor adin-
uenit,ꝙ procurator actoris de cuius mandato dubitatur cauē
do de rato debeat admitti per tex.in l.non solū.§.qui alieno.ff.
de procu.qui tex.nihil penitus facit,sed debuit allegare tex. ex-
presse declarantē istam cautionem rati esse prætoriā in l. seruū
quoque.§.ait prætor.ff.de procura. posteà per.l.ciuilem exten-
7 sum est ad procuratorē rei.l.non solū.§.fi.ff.de procura.¶†No.
diligenter ex isto vltimo fundamēto Bar. vnū,ꝙ Are. reputat
nouum,& singulare valde,ꝙ quādo.l.pretoria loquens in per-
sona,puta in procuratore actoris.d.l.seruum quoque.§.ait prę-
tor.extēditur per Iurisconsultū ad aliam personam, prout hic
ad procuratorē rei,illa dispositio extendens dicitur esse ius ciui
le non autē prætorium.ita vult Bart. hic. istud idem expressius
tenet Bar.in l.1.ad fi.prin.ff.si quis omis.cau.testa. contra istam
conclusionē Bar.insurgit solus Are.hic per tex.in l. lex Corne-
lia.§.1.ff.de vulg.& pup.iuncta.l.pater instituto.in fi.ff.de capt.
nam lex Cornelia sustinet testamenta eorū, qui capti sunt ab
hostib.& sic efficiuntur serui hostium,& moriuntur penes eos,
lex Cornelia fingit eos esse mortuos: testamentum nihil valet
mero iure,quia seruus non potest testari,sed lex Cornelia susti
net testamenta, quia fingit esse mortuos hora præambula ca-
ptiuitatis, sed ista.l.Corne. nihil loquitur de substitutionib.pu-
pillarib. si pupillus capiatur ab hostib. & moriatur penes eos,
an habebit locū substitutio pup.lex Cornelia non extendit,sed
prætor extendit illam. l.Cornel. loquentem de principali testa-
mento, vt etiam habeat locum in tabulis pupillaribus. ita tex.
in d.l.pater instituto.in fi.de capt.& ibi gl.& glo.in l.lex Corne
lia.in verbo ea.l.& tamen l.prætoria, quæ extendit legem Cor
neliam in eo,ꝙ extendit,non appellatur prætoria, sed ciuilis,er
go conclusio Bartol. non est vera. respon. Aret. ꝙ imò prætor
viuus est, qui facit illam extensionem legis Corneliæ ad tabu-
las pupillares,vt patet in d.l.pater instituto.in fi. merito nō ap-
pellatur ius prætoriū, ꝙ dicitur, quod est inductum ab edicto
prætoris mortui.Tu vltra Aret.responde,quod ibi illa extensio
legis Corneliæ non fit à prætore, nec mortuo nec viuo, imò
fit ibi à Iurisconsulto. nam Iuriscon. in illa. l. pater instituto.
dicit,ꝙ prætor.s.viuus debeat sequi non minus patris,quàm le
gis voluntatem in exequendo testatoris voluntatē: confirmo
per tex. in d. l. lege Cornelia. in verbo ex eadem.capiendo di-
ctionē ex,proprie sine violatione, vbi ex eadem.l. Cornelia di-
cit tex.sustinentur tabulæ pupillares, &c. ibi ergo dicitur istud
esse ex dispositione legis ciuilis non iuris prætorii. Et ita tenent
Ang.& Raph.Cu.in d.l.lex Corn.ꝙ illa extensio ad tabulas pu
pillares fiat à Iurisconsulto seu à lege ciuili,sed Bar. & alij ibi in
d.l.pater.tenent oppositū,quamuis Aret.non faciat mentionē,
ꝙ imò illa extensio fiat à prætore mortuo, & tn̄ non dicitur
lex prætoria.& licèt Bar.non bene probet istā opi.tn̄ pro eo vr̄
stringere tex.in d.l.pater instituto. in fi.in verbo vtiles actiones.
vbi substituto in tabulis pupillarib. pupillo capto dantur vtiles
actiones,ergo patet,quod dantur de iure prætorio,licèt prætor
non possit facere quem directo heredem. §. quos autem. insti.
de bon. poss.sed responde not. ad illum text. ꝙ ideo ibi dantur
vtiles actiones substituto in pupillarib.tab. & nō directæ actio-
nes, eo quia non venit directò ex verbis legis. Corneliæ, sed
per extensionem Iuriscon. & habemus regulam, quòd quan-
do quis venit per extensionem Iurisconsulti habet vtiles actio-
nes.tex.est in l.pen.ff.si quadru.pau.fe.dica. per quem ita decla-
rat Bartol.in l.curatoris.C.de nego.gest. & in l.1.in 2. colum.ff.
de act.& obl.Secundò contra conclusionem Bart. Aret.addu-
cit glos.quam ad hoc reputat sing.in l.2.ff.de bon.poss.hær.per.
vbi glos.dicit, ꝙ actio,quæ est ciuilis, & extenditur à prætore
de persona ad personam,non est prætoria, sed remanet ciuilis.
Sed respondeo tripliciter ad illam glos.Primò dico,quòd ibi il
la extensio de petitione hæreditatis, quæ extenditur ad bono-
rum possessionem, & consequenter fit bonorum possessoria
hæreditatis petitio,illa fit ex interpretatione Iuriscon.ita respon
det Bart.in l.1. ad fi. prin.ff.si quis omis. causa test. Secundò di-
co,ꝙ illa gl.non bene dicit,quia tu habes gloss.no. contrariam
in §.sed istæ.in glos.1.insti.de act. vbi gl. tangit de istis actionib.
quæ extenduntur,an dicantur ciuiles, vel non. Tertiò respon-
deo, ꝙ posito ꝙ illa glos.esset vera,tamen nihil ad propositum
nostrum,quia Bart.loquitur in extensione, quæ fit simpliciter.
ibi autem gloss. non loquitur de simplici extensione imò de
translatione,& mutatione nominis,quia ibi petitio hæreditatis
transmutatur,& dicitur bon.possessoria hereditatis petitio.isto
modo remanet defensata cōclusio Bar.vltra Aret. contra Bar.
fortiter facit tex.in l.1.in prin.ff.si quis omis.cau. test.iuncta.l.si
quis pecuniam.§. quanquam.& l.quia autem §. hoc edictum.
ff.si quis omis.causa test.est verum si velles defendere Bar.opor
teret dicere,ꝙ illi tex.non clarè aperiunt, tn̄ de mente illorum
iuriū est,vt remaneat p̄toria,licèt nō clarè dicāt.Tenēdo ꝯclu-
sionē Bar.quā tene,& signa ꝑ ꝯclusione Bar. adde bonū tex. in
l. electio.§. itē si ex plurib.ff.de noxa.vbi actio noxalis,q̄ est ciui
lis,& datur ꝯ̄ dn̄os pro noxa seruorū,extenditur à p̄tore,vt cō
petat etiam contra illum dominū,qui dolo desijt possidere, &
tamen in casu extenso dicitur esse prętoria,vt vult Bar. & non
ciuilis,est verum,ꝙ gl.ibi voluit destruere illum tex.de qua de-
structione ego non facerē vim,& illum tex.allegat glo.in l.2.ff.
de bo.pos.hær.pe.Item pro conclusione gl.facit bene text.in l.
ius ciuile,& in l.ius autem ciuile. ff.de iust.& iur. vbi dicūt tex.
quòd quando ius ciuile aliquid addit iuri prætorio,efficitur ci-
uile. &ècontra si prætoriū addit ciuili,ius ciuile efficitur pręto
rium in eo,ꝙ extenditur:& sic teneo istam conclusionē,ꝙ quā
do remedium inuentum à prætore lex ciuilis extendit ad aliū
casum vel personā,efficitur ius ciuile in eo,ꝙ extēditur, & ita
8 habemus expeditū primū principale.¶† Nunc est videndū cu
ius effectus & vtilitatis sit illud quod dicit tex. & id super quo
tm̄ laborauimus,an stipulatio dicat̄ prętoria,vel iudicialis,Bar.
j̄.in vlt.q.ponit vnam vtilitatem. ego plenius: nā stipulationes
iudiciales non exigunt fideiussorem,vel pignora, sed simplicē
cautionem,nisi secus sit dictnm.l.sancimus.C.de verb.sig.l.4.ff.
de euic.& tamē omnes stipula. prętorię etiam si nihil sit dictū,
requirunt satisdationē,aut pignora,aut fideiussorē.l.1.§. stipu-
lationum,& l.prætoriæ satisdationes.ff.de præto.stipu. text.in l.
1.§.iubet.vers.caueri.ff.de colla.bono.& istum passum.exami-
naui ordinariè,vbi pro,& contra adduxi fundamenta,in l. san-
* cimus.C.de verb.sign.*ista est communis*, ꝙ in stipulationibus iu-
dicialibus non requirantur pignora siue fideiussores, secus in
prætorijs stipulationib.ibi etiam tetigi,quæ dicit Bar. j̄.in q.vlt.
Ioann. Fab.in §.1. in fin.inst. de diui. stip. ponit duas alias vtili-
tates, sed primam reprehendit, ponit posteà secundam, quia
preto-

ADDITIO.

a Successiuè attende.De materia extensionis vide Barba.consi.incip.spectabi-
lis,quod est post consil.Alex.46.4.vol.Pau.de Cast. consi. 334.& consi. 337.
& consi.92.& in consi.37.secundum antiquam impressionem.& Alex.in cō-
sil.274.vlt.char.in 2.vol.& consi.52.incip.Callimachus.in 4.vol.Vin.de pal-
liotis in consil. incip. visa quædam conditione. ꝙ est post dictum consil. 52.
Alex.Ad materiam de qua hic in opere,faciunt no.in l.ius autem ciu.ff.de iu-
sti.& iu. Itē facit illud,an expectatiua concessa ad certum tempus si prologe
tur in aliud longius tempus,dicatur eadem,vel noua.de quo per Pau.de Cast.
in consi.suo.114.secundum antiquam impressionem.

prætorias ſtipulationes neceſſe eſt ſemper,& ad ſemper præſtari,ſed non iudiciales,& communes, quia non ſunt neceſſitatis, nihil allegat,ſine legib.ego non credo ſibi , imò credo contrarium, quod iudiciales ſunt neceſſariæ,aliud non reperio à Scribenub.Ego vltra Scribentes addo duas alias vtili . Prima eſt ex verbis Bar.in §.Cato.in 2.quæſt.ſ.cod.vbi Bart.dicit, ꝙ in omnibus ſtipulationibus prætorijs, quæ continent indiuiduum,ſi moriatur promiſſor relictis plurib. hæredib. & vnus contrafaciat,ille ſolus incidit in pœnam,alij non, ſed in ſtipulationibus iudicialib.eſt ſecus,quia ſtipulatio duplæ,quando non eſt prætoria ſed iudicialis,ſi moriatur promiſſor relictis plurib. hæredib.& vnus contrafaciat,omnes tenentur inſolidum, per text. in l.cùm ex cauſa.ſ.eod.ergo vult, ꝙ in ſtipulationibus prætoris ſi vnus contraueniat,ſolus incidit in pœnam,ſecus in ſtipulationib.iudicialibus. Vltima vtilitas eſt,quia ſtipulationes ciuiles quamuis pœnales,tamen ſunt perpetuæ. inſtit. de perpe. & temp.actio.in prin.ſed prætoriæ pœnales,ſunt annales. l. in honorarijs.ff.de actio. & obl. & iſtud etiam ad aliud propoſitum dicit Bar.ſ.in 1.quæſt.& ibi reſeruo dicendum.

9 ¶† Extra glo.inquantum quærit Bart. de cautionibus, quæ interponuntur ex forma ſtatutorum,an dicantur prætoriæ vel ciuiles. cum Bart. *tranſeunt communiter* omnes,hic excepto Bal. in l. omnes populi.in 8.col.ff.de iuſt.& iur.qui in ſtatutis Ancianorum vel priorum populi contradicit Bar.& malè, vt & per Alex. & Aretin. hic.¶ Nota diligenter regulam Bart,quod ſtatutum conditum ab Epiſcopo, Comite, Marchione, & Duce cenſetur eſſe ius prætorium non autem ciuile. Adde, quòd per hoc infert not. Bar.in l.2.ad fi.ff.de bon.poſ.ꝙ ſi per ſtatutum Epiſcopi,Comitis, Marchionis,vel Ducis deferatur hæreditas, vel ſucceſſio quoquo caſu, cùm ſit ius prætorium non poſſunt facere aliquem directò hæredem,ſed bonorum poſſ. nam neceſſaria eſſet agnitio bonorum poſſeſſionis in iudicio,iuxta.l.fi.C.qui admit. Item deberet cognoſci intra 40. dies, ſi eſt extraneus, ſi eſt de ſuis intra annum,iuxta l.2.& l.emancipata. C.qui admi. vbi aliàs de iure ciuili poſſet vſq; ad 30. annos.l.licèt. C. de iure delibe.ſequitur no.Bal.in l.1.in 6.q.C.qui admit.& in l. certum. in 4 col.C.vnde leg.Item per iſtam regulam infert not. Bar.in l.2.§.fi ff.de vſucap.pro empto.quod præſcriptio annalis inducta per Epiſcopum,Comitem, Marchionem,vel Ducem,cũ dicatur ius prætorium,ad hoc vt interrumpatur talis præſcrip. annalis requiritur litis conteſtatio.l.1.& 2. C.quando lib. princ. datus.item ad aliud,ꝙ dicit Bar.in ſpecie,ꝙ conſtitutio Epiſcopi ſit ius prætorium,adde Bal.in l.id, quod pauperib. in 2. col. C.de Epiſco.& cler.vbi per hoc infert,quòd tempus inductum ex conſtitutione epiſcopali, cũ ſit prætoria, & per conſequens vtile,ꝙ non currit ignoranti,quia tempora inducta à prætore ſemper ſunt vtilia,& non currunt ignorantib. vt declarat gl in rub.de diuerſi.& tempo.præſcr.& ꝙ conſtitutiones Epiſcoporum ſint ius prætorium,& non ciuile,dicit etiam Bald.in l.ſi ꝑſidiũ.in 1.col.C.de ædil.actio.& in l.ſiue pars.ad fi. C de dilat.& in c.Eccleſia Sanctæ Mariæ.ad fin.de conſti.Io.de Imo.in cle.1. de in integ.reſti.& not.idem Bal.in l. omnes populi.in 9.col.ff. de iuſt.& iur.vbi dicit,ꝙ ideo ſtatutum Epiſcopi eſt ius prætorium, quia Epiſcopus eſt magiſtratus ſiue prætor quidam in ſua diœceſi.Alibi dicit no.Bal.in l.programma. C. commi. vel epiſto.quòd cùm Epiſcopus ſit ſimilis prætori,ſicut non reperitur aliquod edictum prætoris de pœna capitali,ita non poſſet Epiſcopus facere ſtatuta capitalia,quòd ſi quis commiſerit homicidium, ipſo iure ſit condemnatus ad pœnam perpetui carceris, vel ſit ipſo iure degradatus. de quo tamen dic vt ibi pleni us per eum videre poteris

10 ¶† Succeſſiuè inquantum [a] Bar.dicit de Comite,adde,ꝙ æquiparatur præſidi, & ſic magiſtratui.gl.eſt ordinaria,& multum notanda in c.1.in verbo obſeruetur ſi de inueſt.inter dom.& vaſſal.lis oriatur,*ſequuntur indifferenter omnes hic*,ſed Bald.in l.receptitia.in 1.col. C. de conſti.pec. tenet contrarium.nam dicit,ꝙ Comes magis aſſimilatur Principi in ſuo Comitatu quàm præſidi. & ideo putat, ꝙ eius ſtatutum ſit ius ciuile,& non prætorium contra Bart.hic.idem tenet ipſe Bal.in l.exemplo in penul.q.C.de prob & in prin.florum.in 3.col & ſequitur concludendo d. Alex.in conſi.1.quinti vol.in 10.col.nihil tamen allegant, quod vrgeat contra Bart. ex illis habes regulam ad concluſionem Bar. ꝙ ſtatuta Epiſcoporum,Comitum,Marchionum, & Ducum dicũtur ius prętorium,& non ciuile.Iſtam conclu.limitant do. Alex. & Aret. hic.vt procedat,quando iſti recognoſcerent ſuperiorem , tũc æquiparantur præſidi,& ſic magiſtratui, prout dicit gl. in d. c. 1.& Bar.hic,ſi autem non recognoſcerent ſuperiorem, vel de iure vel de facto,tunc habent vim ſupremi Principis, vt dicit Bar.in mille locis in l.1.§.de qua autem reſtitutione. ff. de poſtu.in l.relegati.ff.de pœn.in l.hoſtes. de capti.iſto caſu eorum ſtatuta dicerentur ius ciuile non prætorium, & dixit Alex. ꝙ intelligit ita velle Ang.hic.dicit etiam Aret. ꝙ iſta fuit limitatio Ludo.Rom.in rub.C.qui admi.Tu adde Bal. in l. donationes quas parentes.in fi.C.de dona.inter vir.& vxo. vbi dicit, ꝙ multi ſunt Marchiones & Epiſcopi, qui in ſuo territorio non non magis ligantur legib.quàm Imperator, vel Rex, tunc eorum ſtatuta dicerentur ius ciuile.vltra prædicta vt dem materiam cogitandi circa dicta Bar.cum quibus omnes tranſeunt, nam Bar.videtur ſeipſum confundere.dicit enim Bar. ꝙ ſi ciuitas facit ſtatutum ſeu populus, vel conſilium repræſentans populum, ꝙ tale ſtatutum dicitur eſſe ius ciuile per regulam. l.omnes populi.ff.de iuſti.& iur.& tamen Marchio, vel Dux illius Ciuitatis, qui eſt ei ſuperior,ſi facit ſtatutum, dicitur ius prætorium,iſtud autem videtur valdè abſurdum,ꝙ ſtatutum quod facit ipſa Ciuitas,dicatur ius ciuile,& tamen ſi eius ſuperior,Marchio, vel Dux facit ſtatutum, dicatur ius prætorium contra Auth.multo magis.C.de ſacroſan.eccle.& ſi dicas Bar. non loquitur in ciuitate ſubdita, ſed in ciuitate libera habente iuriſd.de qua loquitur.l.omnes populi, & Bar. ita ibi ſummat, quia illa ſi faciat ſtatutum,dicitur ciuile.certè ſi Bar.habuit iſtã mentem,idem debebat dicere in Marchione,& Duce data paritate terminorum : aut Ciuitas recognoſcit ſuperiorem aut non recognoſcit,eo.modo aut Marchio non recognoſcit ſuperiorẽ, & tunc eius ſtatutũ erit ius ciuile aut recognoſcit, & erit prætorium,ideo non debuit Bar. facere iſtam differentiam inter ciuitatem,& Marchionem,vel Ducẽ.Secundò in quantum Bar.concludit, ꝙ conſtitutio Epiſcopi dicatur ius prætorium,contra iſtam conclu.Barto.arguo fortiter.nam Epiſcopi æquiparantur præfectis prætorio.gl.eſt ordi.,& approbata in l. 1.in fi.& ibi Bar.eam multum no.& ſequitur. ff. de offic. præfe. præto.ſed ego habeo,ꝙ præfectus prætorio poteſt condere legem ciuilem, dummodo non ſit contraria iuri communi, & erit ius ciuile,& non prætorium.text.eſt in l. 2. quæ incipit formam.C.de offi.præfe.præt ergo ſimiliter debet & Epiſcopus, propter hoc reperio,ꝙ Bar.qui perpendit in d. l. omnes populi.in 4.q.1.q.prin.& in l.1.in prin.ff.ꝙ quiſq; iur.dicit, ꝙ imo eſt differentia inter præfectum prætorio,& Epiſcopum,quia præfectus prætorio,qui æquiparatur Regibus,poteſt facere legem generalem,ſecus in Epiſcopis & Marchionibus,qui bene poſſunt facere ſtatutum in ſuis diœceſib. ſed non legem ciuilem generalem,ſed bene ius prætorium,& iſto modo Bar.ſibi contrarius recedit à glo.in d.l.1.ff.de offi.præfec.præte.

11 ¶† Succeſſiuè inquantum Bar concludit, ꝙ actiones [b] pœnales deſcendentes ex ſtatutis Epiſcoporum, Comitum, Marchionum,& Ducum erunt ſolùm annales,prout durant actiones prætoriæ pœnales.l.in honorarijs.ff.de actio.& oblig. inſtitu. de perpe.& tempo.actio.quamuis eorum ſtatuta ſint perpetua, limita iſtã concluſionem Bar.& ſic regulam. l.in honorarijs, & regulam Barto.duobus modis. Primò vt procedat, quando actio pœnalis intentatur ciuiliter ad pœnam applicandam parti, tunc durat ſolùm anno,ſecus ſi criminaliter,tunc durat. 20. annis. l. quærela.C.de fal.ſm Bal.in l.receptitia.in 1.col.C.de conſti.pecu.quem ſimpliciter ſequitur Alex.hic. Secundò ſingulariter limita vt illa regula ſit vera de iure ciuili, ſecus de iure canonico,quia remedia prætoria pœnalia ſunt perpetua,& nulla temporis præſcriptione finiuntur.ita ad literam dicit gl. valdè not. in c.ſolitæ.in gl.fi.de reſti.ſpol.quam gl.reputat ſing.ad hoc Roma.in l.prętor.§.hoc interdictum.ff.de oper.nou.nunc adde & in materia illud,ꝙ alibi ſing.tenet Ang.in l.3.in princ.ff.de neg.geſt.vbi dicit ſe conſuluiſſe in ciuitate Florentiæ, ſtante ſtatu, ꝙ nullis actionibus ciuilibus præſcribatur minori tempore.30. ann.ſub illo verbo ciuilib. comprænhenduntur prætoriæ actiones,quæ ſunt ciuiles approbatione,& dicit,ꝙ ita fuit iudicatũ. adde,

ADDITIONES.

a ¶Succeſſiuè inquantum.Ad hoc vide Math.in no.189.inci. no. vnum notabile,& quæ ibi dixi.vide quę ponunt Cano.in c.quoniam frequenter.in prin.vt lit.non conteſt.Barb.in repet.rub.C.qui admit. & ꝙ idem poſſint Duces,Comites,& Marchiones in Ducatu,Comitatu,& Marchionatu ſuo, ꝙ Imperator in ſuo imperio,vltra allegata hic maximè per Alex. vide Pau. de Caſt. in conſi.215.ſecundum antiquam impreſſionem.ſequitur Alexan.conſi.2.in 1. vol.Ang.in conſi.293.inci.in caſu accuſationis.in antiq.Barb.conſi.34.inci. præclara. 2. par.Feli. in c. quæ in Eccleſiarum.per tres primas col.de conſti. aduerte etiam,quòd Rex Fran.non ſubeſt Romano Imperio. c. per venerab. §.videbatur.in fi.qui fil.ſint legi.vide tamen gl. in verbo recognoſcat, quæ dicit hoc procedere de facto,de quo per Bal.in l.1.in 3.col. ff.de offi. præfec. vrb.non omitto quod dixit And.de Iſer.in c.1.in 3. col.de vaſſal. decre. ætatis,vbi dicit,ꝙ maiorem habet poteſtatem Rex Franciæ in Regno ſuo,quàm Imper.in ſuo Imper.

b Actiones.Adde pro declaratione eundem Iaſ.in §. ſed iſtæ, num. 27. inſt.de actio.in l.1.ff.de condic.ex lege.pract.Bal.tit.de ſtatu.q.26.Mathei.ſing.189. Bar.in l.omnes populi.nu.8. & 52.ff.de iuſt.& iur.Rom. conſi. 228. Alex.in l. 1.col.6.circa fi.poſt nu. 24.ff.ad l.Fal.Cagnol.in l.1.§.fi.nu.5.ff.ſi quis in iud.nõ obtemp. MASVER.

adde, ꝙ ita consuluit plenius.& melius Angel.in cons.202.inc.
in quæstione Ioann. Lanfredi duo solùm reuocantur in dubium.vbi loquitur de hypothecaria,quæ est prætoria.l.si tibi.§.
de pignore.ff.de pact.§.item Seruiana.insti.de actio.ibi tamen
restringit Ang. hoc esse verum in actione prætoria subrogata
auctoritate iuris ciuilis, aliàs simpliciter malè diceret Angel.
prout etiam tenet Aret.hic circa fin.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio ex interrogatione, & responsione debet continere aliquid in futurum dandum, vel faciendum.*

2 *Stipulatio qualiter diffiniatur.*

3 *Quinque sunt de forma stipulationis.*

4 *Stipulatio est verborum conceptio.*

5 *Licèt in stipulatione verba obligatiua debeant esse præsentis temporis, tamen executiua debent esse futuri temporis.*

6 *Stipulatio concepta in verbo executiuo in tempore præsenti nihil valet.*

7 *Si prætoria, vel conuentionalis stipulatio ponatur accessoriè ad alium contractum, licèt concipiatur per verbum præsentis temporis, tamen valet, & intelligitur concepta in futurum secundum naturam contractus super quo interponitur.*

8 *In stipulationibus conuentionalibus si fiat stipulatio per verbum præsentis temporis, & illud, quod profertur non est verum, tunc verbum præsentis temporis exponitur pro futuro.*

9 *Quando stipulatio conuentionalis trahitur per verbum præsentis temporis, & illud, quod in causa exprimitur interuenit, quia res erat in præsentia, & tradit, vel constituit se possidere, & promissio est momentanea ex causa lucratiua, ita quod de euictione non tenetur, tunc stipulatio nihil valet.*

10 *Quando stipulatio fit per verba præsentis temporis, & obligatio erat successiua ratione euictionis in futurum, vel similis obligationis, tūc illa verba quantumcunque præsentis temporis interpretantur, vt futurum respiciant.*

§.Stipulatio.

Iste.§. non summatur communiter, quia est diffinitio.i.breuis de-
1 scriptio rei, tamen potest sic summari. † Stipulatio ex interro-
gatione, & responsione debet continere aliquid in futurū dan-
2 dum, vel faciendum.h.d.Casus est breuis, & facilis.¶† Noto. 1.
ex isto text.diffinitionem stipulationis, ex qua diffinitione colliguntur tres causæ stipulationis.s.causa efficiens, causa formalis, & causa materialis. efficiens consistens in persona interrogantis, & respondentis.formalis in eo, ꝙ debet præcedere interrogatio, & sequi responsio, istud est de forma. facit.l.obligamur.§.verbis. ĩ. de act. & oblig. & l.1.C.de vsur. & istud est de forma stipulationis, & rationē ponit Bart.in l.1.§.si quis simpliciter.s̃.eod.& dixi.s̃.in rub. causa materialis ponitur ibi, daturum facturumúe, quia materia, super qua interponitur stipulatio, aut est in dando aut in faciendo.l.2. in princ.s̃.eod. & sic vides tu prouectè, quomodo ista diffinitio pulchre complectitur causam efficientem, causam formalem, & causam materialem. causa autem fin.stipulationis ponitur per Iurisconsultum in l.stipulatio ista.§. alteri. ĩ.eod.vbi dicit text. inuentæ.n. sunt stipulationes, vt vnusquisque sibi acquirat, vel stipuletur, ꝙ sua interest.Item attende, ꝙ ista diffinitio Iurisconsulti videtur esse bona, quia consistit ex genere, & differentijs secūdum, ꝙ dicunt Philo.& declarat Bar.in l.1.ff.de test.& in l.1. in prin. ff.de acq.poss. nam diffinitio debet consistere ex genere, & differentijs.in proposito stipulatio est verborum cōceptio, istud verborum conceptio est genus aptum ad omnem materiam, nam in contractib. in sententijs, & in liberationib. interuenit conceptio verborum, quia exprimunt mentem.l.Labeo.§.idē Tubero.ff.de supel.lega.dum postea dicit, quib.ille, qui interrogatus est, respondet se daturum, &c. ista sunt ad differentiam, quia in contractib. qui fiunt solo consensu, non requiritur, ꝙ præcedat interrogatio, & sequatur responsio, & ita habes pri-
3 mum not.ex text. ¶† Secundò collige [a] diligenter ex hoc text.
a secundum Raph.Cum.quinque, quæ sunt de forma stipulationis, ex quib.adhuc melius cognosces, ꝙ diffinitio est optima, & perfecta. Primum, ꝙ vterq; loquatur.l.1. in prin. & §. si quis ita, in verbo sine verbis.s̃.eod.Secundò, ꝙ præcedat interrogatio, & sequatur responsio, vt dixi supra proximè. Tertiò, ꝙ stipulatio contineat aliquid dari, vel fieri. Quartò, ꝙ quis promittat factum suum, & non alienum. facit.l.stipulatio ista.in prin. ĩ. eod. Quintò, ꝙ responsio sit conformis interrogationi, & istud est, ꝙ dicit iste text. ibi interrogatus est respondet. facit text.in l.1.§.si quis simpliciter, & duob.§§.seq.s̃.eod. Tu adde vltra Raph.Cum.sextum requisitum, ꝙ est de forma stipulationis.s. ꝙ responsio sequatur incontinenti, quia ex interuallo vitiaret.l.1.§.1.s̃.eod.Septimò, ꝙ partes se inuicem exaudiant, & intelligant per sonum verborum, & non per signa, & motum labiorum.l.1.in princ.vbi dixi s̃.eod.& §.1.inst.eod. & ibi glos.in verbo quibuscunque dicit requiri, ꝙ verba sint apta, & congrua. Ista.n.colliguntur ex isto text.dum dicit, is qui interrogat, daturum facturumque se id, ꝙ interrogatus est, respondet, per ista verba apparet, ꝙ se intellexerunt adinuicem, & ꝙ statim responderunt. Et colligitur ex hoc aliud octauum requisitum, ꝙ facta fuit inter præsentes, quia inter absentes non potest fieri stipulatio, vt per nuncium, vel epistolam.§. item verborum. vbi glo. insti.de inuti. stipula.& text. in l.1.in princ. in verbo neque absens.s̃.eod. glos.in l.ea, quæ.ff.de don. inter
4 vi.& vx.¶† Tertiò ponderat istum text. Raph. Cum. ꝙ stipulatio sit verborum conceptio, vt dicit litera, ꝙ consequenter
* sit facti.facit contra id, ꝙ tenet Bart. *& communiter Doct.*ibi in l. sciendum in 3.colu.ĩ.eod. vbi dicit Bart. ꝙ stipulatio est iuris, & ideo testes de ea deponere non possunt, & sic testes deponentes aliquos fuisse stipulatos, non probant, quia testes non debent deponere super his, quæ sunt iuris, sed quæ percipiuntur sensu corporeo.l.testium.C.de testi.Confirmo vltra Raph. Cum. quia text.dicit, ꝙ stipulatio est conceptio, sed nomina verbalia important factum.l.consilio.in fin.ff. de cur. fur.Item stipulatio non est obligatio, vt hic dicit glos.1. quia bene obligatio est ius.instit.de oblig.in princ.breuiter conclude, ꝙ testes debent deponere super facto, ꝙ Titius interrogauit Caium præsente ipso teste, & ꝙ Caius respōdit se daturum facturumúe id, ꝙ interrogatus est. Isto modo testes debent super facto deponere, sed non, ꝙ sit stipulatio, quia istud, ꝙ sit stipulatio, est ius, ꝙ percipitur intellectu, & istud est, quod voluit dicere Bart.in d.l.sciendum, & ꝙ stipulatio sit iuris, & non facti habes glos.ordi.in l.1.§.adipiscimur.in verbo eam rem, & ibi Bart.&
5 alij sequuntur.ff.de acquir.poss.¶† Quartò not.in verbo daturum facturumúe, ꝙ licèt in stipulatione verba obligatiua debeant esse præsentis temporis, tamen verba executiua debent esse futuri temporis daturum, vel facturum, de quo dicetur in glo.¶Glo.in verbo daturum.diuide in quatuor partes. In prima declarat, & extendit text. In secunda infert ad decisionem quæstionis. In tertia format duo contraria, quibus respondet. In quarta format aliud contrarium.Secunda ibi, non ergo valet.Tertia ibi, fallit. Quarta, & vlt.est ibi, item secus in pacto.
6 ¶† Ex ista glos. not. illud ad ꝙ tota die allegatur, ꝙ stipulatio concepta in verbo executiuo in tempore præsenti nihil valet, si dico promitto, ꝙ do, nihil valet. Adde glos.not.instit.de lit. oblig.in princ. in verbo, debere.per istam glo.decidit Bald.in l. 1.in fin.C.de sponsa.ꝙ si promitto mulieri hoc modo, promitto tibi, ꝙ desponsaui te, ex his verbis nulla nascitur obligatio, & ideo non sunt sponsalia.Tu aduerte, ꝙ ista glos.loquitur in stipulatione concepta per verbum præsentis temporis promitto, ꝙ do, vnde in alijs videtur, ꝙ alij contractus possint fieri per verba præteriti temporis, vt est text. reputatus singularis in cap.ꝙ autem.ad fin.in verbo dedi, vel concessi, & ibi Abb.in pen.colu.de iurepa.facit, ꝙ vult Bald. in c.1.§.notandum, qui feud.dare poss.& Alua. in c.1.in princ. 3.colu. de noua forma fidelitatis.¶Iuxta glos.inquantum Bart.format quæstio.in qua dicit se consuluisse. Ex his dictis Bart. habes sex conclusiones. Prima cōclusio est, quòd stipulationes prætoriæ, & iudiciales, quæ extorquentur ab inuitis, vt est glos.l.1.in princ. in glo.1.ff. de præto. stipul. si principaliter interponuntur, debent concipi per verba futuri temporis, aliàs vitiantur.ita intelligit glo.hic, & vltra rationem quam Bart. vult, alia potest esse ratio, quia prætor dedit formam prætorijs stipulationibus, vel iudicialib. cui nihil addi, vel detrahi potest, vt dicit text. in l.in conuentionalib. ĩ. eod. certè forma vitiata stipulatio redditur nulla per
7 text.in l.cùm hi.§.si prætor.ff.de transact.¶† Secunda est concl. ꝙ quando stipul. prætoria, vel conuentionalis ponitur accessoriè ad alium contractum, tunc licèt concipiatur per verbū præsentis temporis, tamen valet, & intelligitur concepta in futurum secundum naturam contractus, super quo interponitur.ita intelligit text.in l.quia dicitur, & in l.si ita quis.ff.de euict. de qua l.glo.hic opponit. Tu autem aduerte, ꝙ ista duo iura.l. quia dicitur, & l.si ita quis.non videntur aliquid facere pro ista conclusione Bart. & Bart. etiam allegat ista duo iura pro vltima conclusione, & sic ēt in stipulationibus conuentionalib.& ꝙ illa iura nihil faciant in proposito, patet, nam vbi vendito promisisset seruum venditum esse sanum, vel non esse furem
aut

ADDITIO.

a ¶Secundò collige, &c.Aduerte, quòd stipulatio princ. requirit quatuor.s. cōgruitatem personarum, rei habilitatem, stipulantis vtilitatem, & verborū formam.gl.Dyn.& alij Doct.in l.si stipuler.in prin.ff.de verb.oblig.

aut vitiosum, & consequenter promisit de sanitate præsenti, & non de futura. l. cum stipulamur, & l. colono. ȷ̃. eod. nam venditor, qui vendit seruum vel animal, tenetur de sanitate præsenti, vt videbimus in l. si quis cùm aliter. ȷ̃. eo. istud etiam patet in illis ll. vbi venditor serui promisit seruum esse aut nō esse furem aut fugitiuum, clarum est autem, ꝙ verbum esse, significat de præsenti, quia differentia est inter verbum esse, & verbum fore: verbum esse, intelligitur de præsenti, verbum forè intelligit de futuro, & ideo dicit Cicero de oratore ad Crassum, tu dicis fore, ego dico esse, ꝙ sit verum patet, quia venditor, qui promisit seruum sanum esse, casu quo appareat nō fuisse sanum tempore venditionis, bene tenetur. secus si de futuro, & ideo teneo, quòd ista iura non probent cōclusionem istam Bart. sed per regulam tritam, ꝙ stipulatio, quæ interponitur super contractu, regulatur secundum naturam contra-
8 ctus, &c. vt late dixi in rub. s̃. eod. ¶† Tertia conclusio est, ꝙ in stipulationib. conuentionalib. si fiat stipulatio per verbum præsentis temporis, & illud, ꝙ profertur, non est verum, quia dico do tibi stipulanti fundum, qui non est præsens, tunc verbum do, expouitur pro dabo, & allegant glo. in l. fin. §. Lucius. ff. de dona. adde pro ista conclusione Bart. glos. meliorem in §. aliæ. in verbo manifestauerit. inst. de don. gl. instit. de lit. oblig. in verbo debere. Istam conclusionem Bart. sequuntur Rom. Raph. Cum. dom. Alex. & latius cæteris Aret. hic, & etiam Ioann. de Imo. cum limitatione de qua per eum. Ang. reprehendit istā conclu. Bart. & tenet, ꝙ stipulatio non valet, ex quo est simpliciter dictum promitto, ꝙ do, & de futura stipulatione verba nihil dicunt per l. si stipulatus fuerim. §. 1. & l. si à colono. ȷ̃. eod. præsertim cùm stipulatio sit stricti iuris glos. in l. si cùm aurū. ȷ̃. cod. Item stipulatio ista peccat in forma, vt l. 1. §. verbis. s̃. tit. 1. ergo nihil valet per l. cùm hi. §. si prætor. ff. de transact. Contra Bart. etiam tenet Pau. de Cast. hic, quia ista stipulatio continet repugnantiam, ergo nihil valet, per regulam. l. vbi repugnantia. de reg. iur. & facit ad l. ea, quæ. de ff. de don. allegatam per Bart. &c. Quid tenendum? tene conclusionem Barto. quia in stipulationib. conuentionalibus ad earum validitatem sufficit mentem colligi, & percipi ex sono verborum. patet in l. 1. §. si quis ita. in verbo, quid ni. s̃. cod. facit. l. quoties in stipulationib. ȷ̃. eod. Nec obst. l. si stipulatus fuerim. § cùm stipulamur. & l. à colono. ȷ̃. cod. quia procedunt, quando stipulatio potest valere de præsenti, tunc non trahitur ad futurum. Sed in casu nostro non potest de præsenti valere, meritò verba impropriā tur, vt valeant de futuro. Nec obstat regula. l. vbi repugnantia, quia dicitur hic non esse repugnantia, ergo potest saluari intel-
9 ligendo verbum præsens pro futuro tempore. ¶† Quarta conclusio Bart. est, ꝙ quando stipulatio conuentionalis contrahitur per verba præsentis temporis, & illud, ꝙ in ea exprimitur, interuenit, quia res erat in præsentia, & tradit, vel constituit se possidere, & promissio est momentanea ex causa lucratiua, ita ꝙ de euictione non tenetur, tunc stipulatio nihil valet. exēplum, promitto, ꝙ do tibi stipulanti fundum meum, qui est præsens, tunc non potest contrahi obligatio ex stipulatione, quia si esset contracta, certè, quia interuenit traditio per traditionem, incontinenti extingueretur, ergo non potest oriri eo tempore quo extingui deberet. l. Titio cū morietur. ff. de vsuris. Istam conclusionem reprobat solus Are. quia licèt datio, & stipulatio videantur fieri eodem tempore, ꝙ est incompatibile, tamen ordine intellectus videtur præcessisse stipulatio, & postea incontinenti secuta traditio, & hoc modo valebit ista stipulatio per regulam quam sin. tradunt Cy. & Imo. in l. cùm in testamento. §. hæc verba. ff. de hær. instit. glos. & Bart. in l. iusiurandi. §. iurare. ff. de ope. lib. teneo conclusionem Bar. & respondeo ad fundamentum Aret. ꝙ in illis iurib. præcedentia vnius actus operabatur validitatem vtriusque, & sic non inducebat distinctionem alicuius actus, sed in conclusione Bart. dato, ꝙ ex ordine intellectus præcederet stipulatio, per hoc nō sequeretur validitas vtriusque actus, imò extinctio, ex quo si induceretur stipulatio, statim tradendo extingueretur, ergo non debet censeri eodem actu induci, & extingui per iura, quæ allegabat Bart. & vltra Bar. confirmo per regulam. l. qui sic. in prin. ff. de solu. ad idem text. not. in l. fin. §. fin. C. de bonis, quæ liber. vbi si testator legat seruum filiofamilias, vt statim manumittat, non acquiritur vsusfructus patri, quia si acquireretur, statim extingueretur. ¶ Vltra Scribentes pondera Bart. hic sentire quintam conclusionem si bene inspexeris, ꝙ si dico per verba præsentis temporis do, vel concedo, & res, quæ donatur, est præsens, tunc constituendo transfertur dominium, ergo vult Bart. ꝙ quando dico do, vel concedo, & res est in absentia, ꝙ tunc constituendo non transfertur dominium, vt iste casus differat à præcedenti, quando res est in præsentia, dicendo do, vel concedo, ꝙ transfertur dominium, & si istud voluit Bart. errauit, quia per constitutum transfertur dominium siue res sit in præsentia siue in absentia. text. est in l. quædam mulier. ff. de rei vend. not. in l. ꝙ meo. in princ. & in l. interdum. ff. de acquir. poss. super hoc quinto volo, ꝙ bene consideres mentem
10 Bart. quia nemo hoc tangit. ¶† Sexta conclusio Bart. est, quòd quando stipulatio fit per verba præsentis temporis, & obligatio erat successiua ratione euictionis in futurū, vel similis obligationis, tunc illa verba quantuncunque præsentis temporis interpretantur, vt futurum respiciant, per text. in l. si. ff. de cōd. ob causam. & per hoc infert Bart. ꝙ si in l. tale pactum. in prin. ff. de pact. illa promissio fuisset facta per verbum præsentis temporis, valeret, quia habet tractum in futurum, & sic mirabiliter vult Bart. ꝙ si dico promitto, ꝙ non peto, valet, & intelligitur pro futuro tempore, ac si dicerem promitto, ꝙ non petam, ꝙ si esset verum, esset multum not. & mirabilis extensio ad l. tale pactum. in prin. dic ergo melius, ꝙ in d. l. tale pactum. in princ. sunt verba clara, confiteor te non teneri, quæ necessario habent annexam obligationem, ꝙ non possim in futurum petere, quia si non teneris, prout ego confiteor, ergo de necessitate sequitur, ꝙ in futurum non possim petere, & melius dixit Bart. s̃. in 2. opp. & in l. tale pactum. in princ. & ita habes clarè enucleata dicta Bart. vt puto, quæ erant obscura.

SVMMARIVM.

1 *Satisacceptio est promissio principalis cum fideiussore.*
2 *Fideiussor non potest obligari nisi verbis.*
3 *Nullum genus obligationis cadit in fideiussorem nisi verborum.*
4 *Fideiussor non obligatur nec tenetur ex contractu principalis.*
5 *Fideiussio facta pacto nudo apposita iuxta contractum non vestitur cohærentia contractus.*
6 *Fideiussio tantum potest fieri inter præsentes, & non inter absentes.*
7 *De iure cano. etiam non valet fideiussio nisi mediante stipulatione.*
8 *Fideiussor datus pro dote mulieris pacto nudo tantum, efficaciter obligatur.*
9 *Fideiußor datus in causa pia obligatur nudo pacto efficaciter.*
10 *Valet argumentum de dote ad causam piam.*
11 *Dos non est pia causa, nisi sit promissa pro paupere.*
12 *Fideiußor obligatur nudo pacto fauore Reipublicæ.*
13 *Fideiussio expressa non potest fieri sine stipulatione, secus si tacita inducta à lege.*
14 *Constitutum pro alio, quod in effectu est fideiussio, pacto nudo producit actionem, fideiussio verò simplex non.*

1 §. Satisacceptio. †Satisacceptio est promissio principalis cum fideiussore h. d. Et satisdatio, & satisacceptio sunt correlatiua. satisdatio ex parte dantis. l. 1 & per totum. ff. qui satisd. cog. satisacceptio ex parte creditoris accipientis, & pondera bene text. ꝙ ad hoc, vt sit satisdatio & satisacceptio, requiritur, ꝙ adsint promissor principalis promittens per stipulationem, & creditor
2 acceptans promissionem fideiussionis. ¶† Not. istum text. in §. in verbo verbis, ꝙ fideiussor non potest obligari nisi verbis, & sic requiritur stipulatio, vt hic, & l. blanditus. C. de fideius. & l.
a sciendum. cum glo. ȷ̃. cod. [a] ¶Ex isto infero tibi quatuor cor-
3 relariē.† Primum, ꝙ nullum genus obligationis cadit in fideiussore nisi verborū, & sequitur, ꝙ nulla obligatio fideiussoria
4 est bonæ fidei, sed stricti iuris tantum. † ¶Secundo sequitur, ꝙ fideiussor non obligatur nec tenetur ex contractu principalis.
5 ¶† Tertiò [b] sequitur notabiliter, ꝙ fideiussio facta pacto nudo
b apposita iuxta contractum non vestitur cohærentia contractus ad hoc alleg istum text. Bald. in l. ex placito. in 2. colu. C. de rer. permu. & in l. si tibi. C. loc. & in l. petens. in 12. col. C. de pact.
6 ¶† Quartò sequitur, ꝙ fideiussio tantum per stipulationem fieri possit, ergo tantum potest fieri inter præsentes, & non inter absentes, & ita not. glo. ordi. quam signa in l. si procuratorem.
7 §. 1. ff. mand. ¶† Pondera quintò istam regulam, vt procedat etiam de iure cano. vbi etiam non valet fideiussio nisi mediante stipulatione. ita Bald. in c. 1. in pen. colu. de pact. vbi limitat
8 illum text. non procedere in fideiussione. ¶† Limita primò istā regulam in fideiussore pro dote mulieris, qui fauore dotis pacto nudo tantum efficaciter obligatur. text. est in l. fin. in verbo & pollicitatione, & ibi ad hoc not. Bald. C. ad Velleia. Ro. Alex. &
9 Aret. hic. Adde per illum text. † ꝙ idem est in fideiussione facta
10 in pia causa, † arguendo de dote ad piam causam, quam-uis

ADDITIONES.

a ¶Glos. infra eod. Amplia etiam in tacita stipulatione. Ias. in l. 1. colum. 2. supra eod. PVRPV.
b ¶Tertiò. Sequitur. d. Par. in l. 3. s̃. eod. l. 2. char. PVRPV.

11 uis † dos nõ sit pia causa,nisi sit promissa pro paupere, ita per illum text.tenet Rom.in repe.Auth.similiter.C.ad l.fal.in quarto speciali piæ causæ inter contractus,& idem Lud.Rom.in l.
12 si fideiussor. §.fin. qui satisda. coga. † Adde aliam tertiam fallentiam fauore reipublicæ per illum text. sic extenden-
13 do.ad hoc etiam alleg.l.2.in princ.ff.ad muni.¶† Quarto limita prædictam regulam procedere in fideiussione expressa. Secus in fideiussione tacita inducta à lege, iuxta.l. cùm ostendimus.§.fin.ff.de fideiuss.tu.& d.l.2.in princ.ff.ad muni. secundũ Bar.in l.reos.in 1.col.ff.de duob.reis.ita etiam tenet do.Benedi. de Plumb.in l.manumissio per lictores.per illum text.ff.de ma
14 nu. vindic. † Iuxta istam regulam ᵃ operæpretium est intelli-
a gere rationem,quare constitutum pro alio,ꝙ est in effectu fideiussio,nudo pacto producat actionem. §.de constituta.inst. de act.quare non sic est in fideiussione. Bart.in l.iuris gentium. §.igitur nuda.ff.de pact. dicit, ꝙ in constituto ratio est, quare pacto nudo producat actionem,quia est conuentio nominata,& sic contractus nominatus, sed contractus nominati pacto nudo producunt actionem,vt ibi.Ista ratio non satisfacit, quia etiam fideiussio est contractus nominatus,quia habet nomen elegans,iuxta glo. in rubr. C.de rer.permu. ergo secundũ rationem Bart.sicht constitutum pacto nudo producit actionem, quia est contractus nominatus, eo.modo, & fideiussio deberet pacto nudo producere actionem, dic ergo veram rationem esse,quia solùm conuentiones iuris gentium, quæ sunt nominatæ,illæ pacto nudo producunt actionẽ,ita cantat text. in d.l.iuris gentium.in princ. & similiter omnes conuentiones prætoriæ,quæ sunt nominatæ,producunt actionem,quia prętor in hoc innititur iuri gentium.l.1. in princ.ff.de constit. pec. sed constitutum est inuentum à prætore, dicit text. in d. §. de constituta. per consequens est conuentio prætoria nominata, ergo pacto nudo producit actionem. Secus est in conuentionib. iuris ciuilis nominatis, quia ius ciuile strictius procedit, quia conuentiones iuris ciuilis quamuis sint nominatæ, vt est fideiussio,non producunt pacto nudo actionem, sed requirũt stipulationem,quæ est iuris ciuilis, quia fuit inuenta stipulatio à iure ciuili expressè. ita dicit Barto. & multum not.in d.l.iuris gen.§.quinimo.in 6.col.vbi dicit not.Barto. ꝙ quando nomen elegans,& speciale apponitur per ius ciuile, nunquam ex conuentione iuris ciuilis oritur actio, nisi interuenerit stipulatio, quam adinuenit ius ciuile,vt ibi dixi,& ista est vera ratio,quicquid dicat Ioann.Fab.in rubr.instit.de fideiuss. vbi laborauit ad inquirendam rationem,quare sit,quòd in fideiussione requiratur stipulatio,& quare non in constituto.

ADDITIO.

a ¶Iuxta istam regulam. Ad istam vide eundem Ias.post alios in l.iuris gentiũ. §.quinimo.& §.igitur nuda.s̃.de pact. hic allegat.

SVMMARIVM.

1 *Pœna adiecta donationi, vel compromisso committitur contra omnes hæredes promissoris insolidum, licèt vnus partem suam soluerit, sed à cohærede non soluente recuperat.*
2 *Si vnus ex hæredibus promissoris soluit partem sibi tangentem de sorte promissa,incidit in pœnam propter moram aliorum soluentium.*
3 *Dispositio text.nostri non habet locum in prætorijs stipulationibus, nec in contractibus bonæ fidei,nec de æquitate canonica.*
4 *Promissio de stando sententiæ arbitri,dicitur esse meri facti.*

1 **§.Si sortem.** † Pœna adiecta dationi, vel ocmpromisso committitur contra omnes hęredes promissoris insolidum,licèt vnus partem suam soluerit, sed à cohærede non soluente recuperat h.d.in effectu, & habet tres partes. In prima ponitur vna decisio. In secunda alia decisio.In tertia assignatur ratio vtriusque decisionis.Intellectum huius.§.examinat Bart.in §.Cato.in 8.opp.vbi dixi, & ideo pauciorib.astringam hic. ¶In tex.ibi, donec portio cohæredis soluatur,istud dicit text.quia vsque ad litem contesta. admittitur purgatio moræ ad euadendam pœnam per regulam.l.insulã. ∫.eod.& c.potuit. de loc. quia non esset adiecta dies, & pœna, sed si esset adiecta dies, & pœna non admittitur purgatio moræ per l.traiectitiæ. s̃.de act.& oblig. vult dicere text. ꝙ si principalis promissor paruit pro parte tantum, incidisset in totam pœnam,ergo fieret iniuria stipulatori, si vno hæredum soluente ipse soluens euaderet pœnam, & istam rationem assignat
2 tex.in l.si necessarias.§.si vnus.ff.de pign.act.¶† Not.ex isto tex. ꝙ si vnus ex hæredib. promissoris soluit partem sibi tangentẽ de sorte promissa,& sic soluit id,ꝙ debet,incidit tamen in pœnam propter moram aliorum non soluentium, ꝙ videtur mirabile secundum Pau. de Cast. ratio est, quia debebat soluere pro parte aliorum cohæredum,& non incideret in pœnam,vt declarat glo.in verbo pœnam,& ibi Bart.in 8 opp. in §.Cato.s̃.
a eod.ampliat ᵃ istum text.not.Bald.in l.cùm sit C.de sepul.viò. vt etiam si deficeret vnus denarius de sorte principali, pœna committeretur insolidum,ac si nihil esset solutum, & sequitur Alex.hic.Ang.in l.in executione.§.pen.in verbo nisi totum detur,& ibi Alex.J.eo.& Alex.hic.Vltra eos adde tu bonum tex. in l.2.in verbo nam si vel modicum de sorte.C.debi.vend.pig. impe.non poss. & glos.not.in l.res bona fide. ff. de contrahen. emp.*Licèt omnes ita teneant*,ego teneo contrarium, quia vbicunque solutio deficit in tam parua quantitate vnius denarij, talis defectus videtur potius ab errore quàm malitia processisse,ergo excusandus. l. quamuis, & ibi not. Bald.ff.de condi.& demon.Item trita est regula,ꝙ de tam minimis nõ curat prætor.l.scio.ff. de in integ. rest. d.l. res bona fide. ff. de contrahen. emp.Bart.in l.si proprietarius.ff.de damn.infect.Item, qui parum deliquit,non incurrit in pœnam,dicit Bald.in l. quicunq;.
3 in 2.colu. C.de ser.fug.¶† Limita istum text. non procedere in prætorijs stipulationibus.l.pœnales.§.Iul.ff. ad l.Falc. Bart.latè in §.Cato.in 2.quæst.s̃.eod.Item non procedit in contractibus bonæ fidei per.l.in depositi.secundum Bart.in §.Cato.in 5.opp. Item non procedit de æquitate canonica per c.suam.de pœ.& Bart.in §.Cato.in vlt.quæst.vbi dixi.¶Capio gl.in verbo,committetur,quam diuide in qnatuor partes. In prima quærit ad intellectum text.an hæres, qui soluit partem suam, teneatur etiam ipse in effectu ad pœnam, an habeat exceptionem, & ponit duas opin.tene secundam opin. Ioann. quæ est vera. In seũnda opponit de §.Cato.& se remittit,vbi Bart. in s̃. oppo. In tertia format aliam opp.de qua per Bart.in d.§. Cato.in 10. oppo.ibi dixi.In quarta parte format aliam opp.& istam expedio nunc.Secunda pars est ibi.Itẽ videtur pro parte. Tertia ibi, item contra supra si quis cau. Quarta ibi,sed op.his solutionibus.In ista vlt.parte glos.Bart.reprehendit sol.glo.quòd specia-le sit fauore litium finiendarum,quia imò in iudicijs debet durius agi quàm in cõtractib.probatur in l.& si post tres. ff.si quis cau.iuncta.l.sancimus.C.de fideiuss. quæ iura alleg. ipse Bart. in
4 §.Cato.in 10.opp.vbi tenet istam solu.ibi dixi. ¶† Not. tamen conclusionem glos.quam *Bart.& omnes commendant*,ꝙ promissio de stando sententiæ arbitri dicitur esse meri facti, adde Bal. in l.in omnibus.per illum text.ff.de præto.stip.& latius in l.cùm allegas.C.de vsur.¶Glos.fin.diuiditur in quinque partes.In prima remouet contrarium. In secunda format quæst. In tertia aliam.In quarta per viam not.reprobat opin.quorundam. In quinta alleg.concor. Secunda ibi, item ꝙ de sorte. Tertia ibi, si quæras. Quarta ibi, item not.quòd quidam dicunt.Quinta ibi,& facit.

ADDITIO.

a ¶Ampliat.Ampliatio,contra quam etiam tenet Ias.in §.pœnales. colu. 9. de actio. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Prodigus, cui est bonis interdictum,potest stipulando acquirere, sed non tradere nec obligari etiam naturaliter, ideo non accedit fideiussor sicut nec pro furioso.*
2 *Prodigus quis dicatur,& quotuplex sit prodigalitas.*
3 *Minor potest facere contractum societatis sibi vtilem sine solennitate statuti prohibentis minorem conerahere sine p ræsentia officialium mercantiæ,& cum auctoritate trium consanguineorum.*
4 *Prodigus quantum ad acquirendum sibi æquiualet viro discreto, sed quantum ad obligandum æquiparatur pupillo,vel furioso.*
5 *Qui non potest contrahendo se obligare,non potest etiam tradere.*
6 *Prodigus,cui bonis est interdictum,non potest promittendo obligari.*
7 *Traditioni, vel promissioni eius cui bonis est interdictum,non potest accedere fideiussor.*
8 *Prodigus,cui bonis est interdictum ęquiparatur furioso.*
9 *Qui est notoriè, & manifestè prodigus an possit contrahere, obligare, & alienare, antequam sibi expressè interdicatur à iudice administratio.*
10 *Non tenet contractus manifestè prodigi etiam non facta à iudice interdictione,quando contraxit in vsum manifestæ prodigalitatis.*
11 *Donatio omnium bonorum valet nisi sit præsentium. & futurorum.*
12 *Prodigo prouidetur per restitutionem in integrum in alienatis ante interdictionem à iudice factam.*
13 *An proclama iudicis factum, vt nemo contrahat cum tali,sufficiat, vt per hoc videatur ei interdicta administratio.*
14 *An valeat interdictio iudicis facta alicui tanquam prodigo,qui in veritate non est.*

15 *Natura*

15 *Natura inducit ætatem.*
16 *Si prodigus redeat ad ſanos mores, an ipſo iure tollatur interdictio.*
17 *An prodigus delinquendo obligetur.*
18 *An prodigus, cui eſt interdictum bonis, iurans in contractu obligetur, & teneatur ad obſeruantiam iuramenti.*
19 *Regula, quòd iuramentum contra bonos mores non eſt obligatorium, qualiter intelligatur.*
20 *Fortior eſt prohibitio, quæ fit in rem quàm in perſonam.*
21 *Si iudex interdicat pupillo, vel minori adminiſtrationem, tunc non obligatur etiam naturaliter.*

LE VI.

IS, cui bonis. Iſta lex ſecundum Barto. & Pau. de Caſt. habet ma
1 teriam quotidianam, & vtilẽ. h. d. in effectu. † Prodigus, cui eſt bonis interdictum, poteſt ſtipulando ſibi acquirere, ſed non tradere nec obligari etiam naturaliter, ideo non accedit fideiuſſor ſicut nec pro furioſo. Iſta lex diuiditur in quatuor partes principales. In prima ponitur vna deciſio affirmatiua. In ſecunda ponĩ alia deciſio negatiua. In tertia ex illa negatiua infertur. In quarta illatio probatur per ſimile. Secunda ibi, tradere verò non poteſt. Tertia ibi, & ideo nec
2 fideiuſſor. Quarta, & vlti. ibi, ſicut nec pro furioſo. † Et dicitur
a prodigus[a] procul à regimine, ſecundum Bal. in l. 1. circa prin. ff. de cura. furio. Item triplex eſt prodigalitas rerum, morum, & famæ: primæ ſuccurritur per interdictionem adminiſtrationis bonorum, vt hoc text. cum ſim. ſecundæ ſuccurritur per ſeueritatem punitionis. l. licitatio. §. ꝙ illicitè. ff. de publica. tertiæ prouidetur per ſubtractionem bonorum. l. quos prohibet. ff. de poſtulando. ita declarat Bald. in procemio Gregoriano Decretalium. in 8. colu. Adde text. not. in l. & muliere. ff. de cur. fur. & in l. ſi verò non remunerandi. §. ſi adoleſcens luxurioſus. ff. mand. Item dicitur prodigus, qui non habet neque tempus, neque modum expenſarum, ſed bona diſſipat, dixit text. in prin. in l. 1. ff. de cur. furio. Item dicitur prodigus, qui expendit vltra ſubſtantiam ſuam citra neceſſitatem, ita text. in §. cùm verò Deo amabiles. in Auth. vt determina. ſit nu. cleri. colla. 1. & ibi. Ang. not. illum text. ad probandum quem eſſe prodigum, quo modo debeant poni articuli. ¶ Not. 1. ex iſto text. ꝙ ille, cui bonis eſt interdictum vel à lege, vel à iudice poteſt ſtipulando ſibi acquirere, & ſic conditionem ſuam facere meliorem. Ex quo habes correlariè, ꝙ interdictio adminiſtrationis non reddit quem inhabilem ad ſibi acquirendum, & ſi dicatur, quæ eſt ratio huius notabilis deciſionis, & regulæ? Reſponde, ꝙ duplex eſt ratio, quia prodigo interdicitur adminiſtratio bonorum ſuorum, ſed quando ſtipulatur, illud ꝙ acquirit, non erat in bonis ſuis, ergo quo ad illud interdictio non habet operari, vt dicit text. in l. Iul. ff. de cur. fur. Secunda ratio, quia interdictio, quę fit ad commodum, & vtilitatem prodigi, ne bona ſua dilapidentur, non debet retorqueri in eius lęſionem, & conſequenter, quando acquiret, quia inducta in fauorem non debẽt in odium retorqueri. l. ꝙ fauore. C. de legi. & c. ꝙ ob gratiam. de reg. iur. in 6. & inducta ad vnum factum non debent operari contrarium. l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. interdicere autem alicui adminiſtrationem bonorum ſuorum, quando eſt prodigus, iſtud fit ad cõmodũ ſuum ne bona dilapidet: nam prodigus cui eſt bonis interdictum à legib. vel à iudice, non dicitur capite diminutus, nec etiam minima capitis diminutione, nec intelligitur condemnatus licèt ſit declaratus prodigus, nã iſta tendunt ad eorum vtilitatem. ita declarat Bald. in l. certum. in pen. colu. C. vnde leg. vbi pro hoc alleg. bonam gl. quæ hoc vult in l. 1. §. item exigit. verſ. ſed & ſi quis vtroque. ff. de bon. poſſ. ſecundum tab. quod no. quia multi prima fronte dicerent contrarium, & per hoc ſequitur not. ꝙ dixi in text. ꝙ ille cui eſt bonis interdictũ poteſt ſtipulari, & ſibi acquirere. Adde idem eſſe in pupillo, qui licèt non poſſit ſe obligare ſine auctoritate tutoris, poteſt tamen contrahendo, vel ſtipulando ſine auctoritate tutoris ſibi acquirere, & facere commodum ſuum. l. obligari. in princ. ff. de Auth. tut. & inſtit. eod. in princ. & l. non eo minus. C. de procu. & l. neque. C. de contrahen. & commit. ſtip. aliàs, ꝙ eſſet in eius fauorem introductum, retorqueretur in eius odium. bene facit, ꝙ not. decidit Barto. in d. l. neque. per illum text. C. de contrahen. & commit. ſtip. ꝙ ſtatuta, quæ diſponunt, ꝙ contractus mulierum, vel minorum non valeant ſine præſentia propinquorum, tale ſtatutum intelligitur de contractibus damnoſis, & non vtilib. ꝙ eſt tenendum menti ſecundum Bald. ibi. Ad idem facit, ꝙ volunt Ang. Imol. & Mod. in l. mutum. ff. de acquir. hær. Raph. Cum. in l. more. eod. tit. ſtante ſtatu. ꝙ mulieres non poſſint ſe obligare ſine conſenſu propinquorum, ſi ſit eis delata hæreditas, quæ ſit ſine onere, poterũt hæreditatẽ adire ſine ſeruata ſolennitate, & dicit Pau. de Caſtr. in d. l. mutum, ꝙ habuit iſtum caſum de facto, & ꝙ conſuluit, ſed non potuit obtinere, quia neſciuit allegare deciſionẽ Ang. licèt adduceret rationes. ¶ Tertio adde gloſ. not. in l. quæcunque. C. de bon. quæ lib. quam Bald. ibi dicit perpetuò tenendã menti, ꝙ pater prohibitus alienare bona aduentitia filij, poteſt tamen alienare, quando fit pro vtilitate filij, ꝙ bene notabis.
3 ¶ † Quarto adde, ꝙ egregiè conſuluit Rom. in conſ. 463. inc. viſa principali conſtitutione qua cautum eſt. vbi conſuluit, quòd ſtante ſtatuto, ꝙ minor non poſſit contrahere ſine præſentia officialium mercantiæ, & cum auctoritate trium conſanguineorum, tamen minor poterit facere contractum, & ſocietatem ſibi vtilem ſine dicta ſolennitate. ¶ Quintò adde, ꝙ dicam
4 ſtatim in quarto not. ¶ † Secundo noto ex hoc tex. ꝙ prodigus, cui bonis eſt interdictum, quantũ ad ſtipulandum, & ſic quantum ad acquirendum ſibi æquiualet viro diſcreto, ſed quantum ad alienationem, vel obligationem æquiparatur pupillo, vel furioſo, & ſic contractus claudicat, quemadmodum etiam in perſona pupilli. l. Iul. §. ſi quis à pupillo. ff. de act. emp. quia
5 imputandum eſt contrahentib. cũ perſonis prohibitis. ¶ † Tertio iuxta ſeriem literæ ibi, tradere verò non poteſt. habes regulam, ꝙ qui non poteſt contrahendo ſe obligare, non poteſt etiam tradere, & ſic tradendo poſſeſſionem non amittit, ꝙ ſecundum Angel. eſt perpetuò tenendum menti pro pupillis, & alijs, qui ex forma ſtatutorum non poſſunt ſe obligare, quia tradendo poſſeſſionem non amittunt. Iſtam deciſionem reprehendit Imo. Lud. Rom. Alex. & cæteri hic, ꝙ imò pupillus poteſt perdere naturalem poſſeſſionem, quæ eſt facti, ſicut quis alius. l. poſſeſſionem pupillum. & ibi Bart. ff. de acq. poſſ. ſed nõ ciuilem. l. pupillus. ff. de acq. rer. dom. Nec obſt. ſecundum eos iſte text. in verbo tradere, quia intelligiĩ de translatione dominij, ſecundum Dyn. hic. confirmaĩ per illud, ꝙ decidit Bald. in l. 2. ad fin. ff. de iur. omn. iud. vbi decidit, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ forenſes non poſſint acquirere poſſeſſiones rerum immobilium in territorio, tamen poterunt acquirere poſſeſſionem prout eſt meri facti, per text. in l. 1. §. ſi vir vxori. ff. de acquir. poſſ. Tu autem defende Ang. quantum ad iſtum text. & dic, ꝙ aliud eſt in pupillo aliud in prodigo, quia in pupillo lex non reſiſtit eius actibus, licèt non aſſiſtat, ideo pupillus ſine tutore promittendo obligatur naturaliter. l. 1. ff. de noua. nimirum ſi poteſt perdere poſſeſſionem prout eſt facti. Sed in prodigo, cui eſt interdicta adminiſtratio, lex reſiſtit eius actibus, nec etiam oritur obligatio naturalis ex eorum contractibus, ideo tradendo nõ transfert poſſeſſionem facti, & iſtud etiam dicit Pau. de Caſt.
6 ĩ. ſed in alio propoſito. ¶ † Quartò not. ex text. ibi, promittendo obligari, ꝙ prodigus cui eſt interdictum bonis non poteſt promittendo obligari. ratio, quia licèt promiſſio, vel obligatio non ſit alienatio aut diminutio patrimonij, tamen prohibito aliquo intelligitur prohibitum omne id, propter quod ad illud peruenit. l. oratio. ff. de ſpon. Limita, niſi talis obligatio fieret ad finem conſequendæ liberationis prout in acceptilatione, tunc quæcunque perſona prohibita obligari ſine certa ſolennitate poteſt ſine ea obligari ad finem conſequendæ liberationis. glo. in l. 2. ff. de acceptilla. per quam ita not. Ang. & Imo. ibi, & Rom. hic, quia talis obligatio tendit ad meram vtilitatẽ
7 prodigi per ea, quæ dixi. ſ. in 1. not. ¶ † Quintò noto ibi, & ideo nec fideiuſſor pro eo interuenire poteſt. ꝙ traditioni, vel promiſſioni eius, cui bonis eſt interdictum, non poteſt accedere fideiuſſor, ergo infertur ex text. ꝙ prodigus cui bonis eſt interdictum non obligatur etiam naturaliter, quia ſi obligaretur naturaliter, accederet fideiuſſor. l. 1. & l. fideiuſſor obligari. §. fideiuſſor. ff. de fideiuſſo. l. 1. §. ſi quis ita. ſ. eod. imò plus probat ſingulariter iſte text. ꝙ prodigus cui bonis interdictum eſt non ſolùm non obligatur naturaliter, imò etiam quaſi non obligatur, patet, quia officio iudicis poteſt accedere fideiuſſor, ſm. Bart.

ADDITIO.

a Et dicitur prodigus, &c. Adde, quòd prodigus dicitur ille, qui in ſe tantum prodigalitatem exercet, & in ſe delinquit. gl. ſecundum Bald. ſing. in l. 1. §. exigitur. ff. de bon. poſſ. ſecundum tab. ex quo deprehenditur, quis ſit prodigus, de quo per Bart. in l. habet. in princ. ff. de tutel. & in l. is qui. §. 1. de tut. & cur. dat. ab iis, & eſt bonus text. vltra alleg. hic, in l. pen. ff. de cur. fur. & in l. 1. C. eo. ti. & ideo dicit Bald. quòd prodigalitas eſt morbus voluntarius in l. humanitatis. verſ. 5. quæritur. in pen. colu. C. de impub. & alijs ſubſt. alibi dicitur prodigus, qui in ſermone eſt ſapiens, & in factis inſipiens. not. in d. l. is qui. §. diuus, & ibi Bart. item alibi dicitur, qui animi vitio retinenda profundit, ſed largus eſt, qui ex ratione libenter expendit. glo. eſt in verbo prodigalitatis. in cap. ex parte. de conſue. & ibidem etiã dicitur, quis ſit auarus, vbi etiam vide per Abba. & alios, & inter viles perſonas prodigus nominatur. l. non debet. ff. de don. & dicit Philo. 4. Ethy. quòd prodigus dicitur magis vanus quàm malus.

Bar.in l.Marcellus.ff.de fideiuſ.& tamen officium iudicis quã-uis non præſupponat obligationem. l. qui per colluſionem. ff. de actio.empt.tamen præſupponit quaſi obligationem, vt eſt glo.in l.ſi ſeruum.§.ſequitur.ꝭ.eod.Bart.in l.fin.ff. de iniurijs,& in d.l.Marcellus.cùm ergo iſte text.velit, ꝙ obligationi prodigi non accedat fideiuſſor, ergo ſi accedat,non obligatur fideiuſſor naturaliter.Et ſi dicatur,quomodo interdictio iudicis,& ſic actus ciuilis poteſt tollere naturalem obligationem contra regulam.§. ſed naturalia.inſtit. de iure natu. & cle. paſtoralis §. cæterum.de re iudi? Reſponde,ꝙ licèt ius ciuile non poſſit tollere naturalem obligationem poſtquam eſt cauſata,tamen poteſt impedire ne cauſetur.l. ſi non ſortem.in princ.vbi Scribentes.ff.de cond.indeb.l.cùm lex.vbi Bart.de fideiuſ.nam facilius impeditur aliquid naſci,quàm iam natum tollatur.iuxta. l. patre furioſo. ff. de his ſunt ſui. & c. quemadmodum. de iureiur.

8 ¶† Sextonot.ex tex.ibi, ſicut nec pro furioſo, ꝙ prodigus cui eſt interdictum bonis æquiparatur furioſo. ad idem eſt text. in l.Fulcinius.§.adeo.ad fin.ff.ex quib.cau.in poſ.ea. & text.in l.1. C.de cur.fur.& text.in l.ſi prædia.ff.de reb.eo. & text.valde no. in §.& diximus.in Auth.vt hi,qui oblig.ſe res hab. perhi.mino. collat.6.& ibi habes tex.not.ꝙ ſicut eſt reperire legitimam curam in furioſo,ita etiam in prodigo, & Bald in l. ſed & milites. §.iam autem.ff.de exec.tut.& text.in §.furioſi.inſt.de cur. & gl. in l.genaraliter. C. de Epiſ.& cler. & in l. de creationibus.C.de Epiſ.audien.imò fortius dicit not. Bart.in l.hæc autem. in prin. ff.ex quib.cau.in poſ.ea.ꝙ iudex ex officio etiam nemine petente poteſt dare curatorem furioſo & prodigo,cæteris vero perſonis, puta pupillis, vel adultis non poteſt dare niſi petatur ab eis,vel agnatis eorum nomine. Adde pro iſta æquiparatione, ꝙ ſicut poteſt ſubſtitui exemplariter filio furioſo.l. humanitatis. C. de impub. & alijs ſubſt. ita etiam poteſt ſubſtitui exemplariter filio prodigo.ita tenet no.in l.ſi ex facto in prin. in pen. char.vbi aliquando dixi.ff.de vulg.& pupil.Intellige iſtam æquiparationem text.de prodigo,& furioſo procedere quo ad diſſipandum,vel ſe obligandum. Secus quo ad ſtipulandum, vel acquirendum,tunc non æquiparantur,patet, quia furioſus nõ poteſt ſtipulari. l. in negocijs. ff.de reg. iur.ſed prodigus ſic, vt hoc text. & tunc æquiparatur prodigus pupillo. l. certi condictio.§. quoniam.ff.ſi cert.pet.l.dabimus.ff.de pri. cred.& ita dicit glo.1.hic in fin.adde facere id,ꝙ decidit Bald. in l. ſi vt proponis.in 3. quæſt. C. de rei vend. ꝙ ſicut res empta ex pecunia pupilli efficitur ipſius pupilli,eod.modo res empta ex pecunia prodigi efficitur prodigi.ad hoc alleg.etiam Bald.gloſ.not.in l. 2.in verbo agnatum.C.de cur. fur. quæ vult, ꝙ omnia beneficia conceſſa pupillo extendantur ad prodigum. facit text. in l. qui neque.§.1.vbi Bald.not.ff.de reb.eo.& tex.in d. l.dabimus. ad fin. Item, ꝙ prodigus reſtituatur in integ. ſicut pupillus ſecundum Bald.in.l.infantis.in 3. quæſt. C.qui admi. & in l. Marcellus.ff.de fideiuſ.Item ſicut ſententia,quæ tranſiuit in rem iudicatam propter inſtrumenta de nouo reperta retractatũ fauore pupilli,ita retractatur fauore prodigi.ſecundũ Bald.& Imo. in l.Imperatores.ff.de re iud.alibi tamen text. æquiparat prodigum,cui eſt interdictum bonis,adulto habenti curatorem. ita eſt text.in l.ſi curatorem habens. C. de in integ.reſti. mino. ſed illud intellige in actib.viuentium. Secus in actibus morientiũ, & Bald.ibi.Item intellige quantum ad ciuilem obligationem, ſecundum Bart. in l. 1.ff. de noua. & Bald.in l.potuit.C.de iur. deliber.¶Gl.primam diuide in quatuor partes. In prima timore taciti contrarij declarat text.In ſecunda quærit. In tertia idẽ facit.In quarta colligit ex text.no.Secunda ibi,ſed quęro.Ter-

9 tia ibi,itẽ quid ſi non.Quarta,& vlt.ibi,item collige hic.¶†Pro clara intelligentia reaſſumo dubiam concluſionem gloſ. nunquid ille,qui eſt notoriè, & manifeſtè prodigus,poſſit contrahere,obligare, & alienare, antequam ſibi expreſsè interdicatur à iudice adminiſtratio:articulus eſt valde diſputabilis ad vtranque partem.glo.hic,& in l.1.in princ.ff.de cur.fur. & in l. furioſi.ff.de reg.iur. tenent partem affirmatiuam, ꝙ ſic. eam tenent Bald.Ang.Pau.de Caſt.& Rom.hic.Bart.Bald.Angel.in l. is cui lege. & ibi Imol. & Aret.ff.de teſt. Iſtam partem tenet Bald. in multis locis hic relatis per dom. Alex. ſed vltra eum idem tenet Bald.in c.ex parte.in 2.colu.de conſue.Ioann.de Imo.Petr. de Anchar. & alij Cano.in ca.2.de teſt.*Et iſta eſt communis opin.* a ſecundum Pau.de Caſt.do.Alex.& Aret.hic,& verum dicunt, & iſta opin.eſſet ſeruanda in practica ſecundum Io.de Imo.& in iudicando,& in conſulendo non eſt à communi opin.recedendum.l.1.in verſ.& ſanè crebrior. de offi.quæſto.Bart. in l.fi. C.de pœn.iud. qui malè iud. Pro iſta communi ſententia Bart. alleg.hic duos text.Primò text. iſtum à contrario ſenſu,ſi non fuiſſet bonis interdictum potuiſſet alienare,& contrahere. ſed cum reuerentia Bart.iſte text.nihil faceret, nec meruit allegari ad hoc per Bart. quia pondera, ꝙ text. imperſonaliter dicit,is cui bonis interdictum eſt,& generaliter loquitur,& non dicit, ꝙ eſſet interdictum bonis à iudice. Secundo pondera text.in l.Iulia.à contrario ſenſu.ff.de cur.fur.vbi text.dicit,quod poſtquam eſt interdictum,ergo antequam eſſet interdictum, &c. Ad idem poterat allegare Bart. text.in l.furioſo.circa medium in verbo prætor ei bonis interdicturus eſſet,& in l.& mulieri.in verbo ſi bonis interdicti.ff.eod. & text.in l.ſed & ſi vnus.§.filio. in verſ.interdictum.ff.de iureiur.in verbo. cui iure. meritoque curator à prætore conſtituetur,& text.in l.ſi curatorem habes. in verbo cui à prætore curatore dato bonis eſt interdictum.C. de in integ.reſt.min.& text.in l.patri pro filio.ad fin. in princ. in verbo,vt ex bonis debeat interdici.ff.de mino. & text. in l.certi condictio.§.quoniam.in fin. in verbo cui bonis poſtea eſt interdictum.ff.ſi cert.pet.in quib.omnibus clarè habetis tex. ꝙ prodigis interdicitur à iudice adminiſtratio bonorum, ergo ante poſſunt adminiſtrare, & diſponere. Confirmatur ſtringendo iſtos text.quia ſi notoriè prodigo fuerit ipſo iure interdicta adminiſtratio à lege, certè fruſtra interdiceretur à iudice, ſed ſic eſt,ꝙ ars & natura nihil fruſtra operantur.l.non cogendum.§. fi.ff.de procu.l.hæc ſtipulatio.§.diuus.ff.vt leg.nom.cauea. & l. qui bis idem, vbi dicitur. ꝭ. eod. Confirmatur per text. in l. is, qui.§.1.ff.de tut.& cur.dat.ab his.vbi text.dicit, ꝙ prodigo debet prouideri,ne deducatur in egeſtatem,ſed ſi ipſo iure interdiceretur adminiſtratio, & conſequenter ſi nihil poſſet alienare de ſuo,non poſſet deduci in egeſtatem,tamen poſſes ad iſtũ tex.dicere,ꝙ prodigus poſſet de facto conſumere,prout quotidiè videmus fieri,& experientia docet, quæ eſt rerum magiſtra. c.quam ſit. de elect.in 6. ideo opus eſt prouidere. pro iſta communi ſententia Bart.in d.l.is cui lege.ff.de teſt. alleg.bonũ text. in l. tres tutores,ad fin .in verbo apertè prodigo. ff. de admi.tuto.& ibi etiam Bart. ad hoc not. illum text. vbi licèt quis ſit apertè,& ſic manifeſtè prodigus,tamen valent geſta per eũ, antequam ſibi interdicatur à iudice.Ad illum text Alex.hic tripliciter reſpondet.Primo, quia illud ibi ſit,quia pupillus haberet regreſſum,& c.vt hic per eum. ſimiliter Aret. in illa. l.is cui lege.inſiſtit circa illum text.ſed reperio, ꝙ nihil dignum dicit. Pro iſta etiam opin.Aret.in illa.l.is cui lege.alleg. aliquos text. qui parum faciunt. Tu autem pro communi opin.allega. bonum text.in c.veritatis,de dol. & contu. & iſte text. eſt fortiſſimus pro communi, coniungendo principium illius text. cum fin.nam in princ.illius text.expreſsè dicitur, ꝙ ille prælatus Eccleſiam ſuam dilapidabat,ſicut publica prædicabat fama. erat ergo notorius dilapidator,& ſic prodigus, & tamen text.in fi. decidit, ꝙ talis prælatus notoriè prodigus poteſt adminiſtrare, imò alienare bona Eccleſiæ antequam ſibi interdicatur, ergo ibi eſt text. optimus pro communi ſententia, ꝙ notoriè prodigus poteſt adminiſtrare antequam ſibi interdicatur à ſuperiore,vel à iudice.Et ſtringe fortius illum text.quia ſi ibi prælatus Eccleſiæ, qui erat notoriè prodigus,poteſt tamen adminiſtrare, & alienare in damnum Eccleſiæ antequam ſibi interdicatur,& ibi non perdit adminiſtrationem ipſo iure in reb. Eccleſiæ,& ſic alienis,ergo multominus notoriè prodigus in reb. proprijs non perdet adminiſtrationem, quia potentius eſt ius, ꝙ quis habet iure proprio, quàm ꝙ habet iure alieno. l. ſi Auguſtæ. ff.de leg. 2.l.2.ff.de offi. procon. & leg.l.4.§. eritque.ff.de fideicom.lib. & nil eſt, ꝙ me magis moueat ad tenendum iſtã partem quàm iſte text.¶Contrariam opin. ꝙ imò notoriè, & manifeſtè prodigo ipſo iure interdicatur ſibi adminiſtratio à lege, nec requiratur interdictio bonorum iudicis,tenet gloſ. in l.is,cui lege.ff.de teſt.ſequitur Petr. de Bellaper.Imol.& Raph. Cuman.iſta opin. in puncto iuris eſt ſubſtentabilis ſecundum Alexan. hic. eam etiam tenet Ioann. Fab. in §. furrioſi. per illum text.inſtit.de cura. Fed.de Sen. in conſ.31.incip. minor 25. ann.maiori 14.Adde,ꝙ Bald.in conſ.259.2.partis, ꝙ inc. quæritur vtrum iuramentum notoriè prodigi.dicit, ꝙ huic opin. Petr.multum applaudet & ratio, & æquitas naturalis,quamuis Doct. teneant communiter contrarium, ſed ipſe ibi inclinat cum opin.Petr. Pro iſta parte ſubtilis Petr. adducit fundamentum,ꝙ notorium,& ſententia æquiparantur,ſed ſi eſſet lata ſententia,non poſſet adminiſtrare,ergo eo. modo ſi ſit notoriè prodigus. Bart. conatur reſpondere dupliciter, & vtroque modo

A D D I T I O.

a ¶Communis opin.Adde, quòd hanc ſequitur, & confirmat Suarez.lib. com. opin.verſ.prodigus etiam liquido.Viui.inter com.opi.lib.14.verſ. prodigus. de qua diſputat Tremol.ad pract. Bonacur. tit.quib. mod. ſuo no.ciuil. nu 7. & fac. in materia,quæ ponit Zaſ.ſingul.reſpon.lib.2.cap.35.Crem.ſing.119. Rom.ſing.226.Boer.quæſt.23.num.36.& quando quis dicatur dilapidare b[illegible] na,not.idem Boer.quæſt.61.num.4. part.1.Bald.in c. 1.§.ſancimus, quo tempo.mil.Doct.in l.furioſi.de reg.iur. MASVER.

modo malè reſpondet. Secundam ſolu.Bartol.reprehendant
* *Imo.& omnes Mod.*indifferenter, quia paria ſunt interdicere ad-
miniſtrationem prodigo, vel declarare eum prodigum.l. quid
tamen.§. ſi arbiter.ff.de arb.l. ſi prætor.in princ.ff. de iud. Adde
meliorem text.in l.1.§.1.in verſ.ſi autem.ff. ad Turpil. vbi text.
expreſsè dicit, ꝙ iudex declarando calumniam delinquentis
dicitur eum condemnare. ecce ibi text. ꝙ declaratio ſola dici-
tur condemnatio. Tu reſponde melius, ꝙ regula, quæ habet,
ꝙ notorium, & ſententia æquiparantur. d. l. emptorem. ff. de
actio.emp. procedit quo ad aliquid declarandum, non autem
quo ad aliquid inducendum, vel prohibendum. glo.not.& re-
putata ſing.approbata in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iuraue-
ro, & ibi dixi. ff. de iureiur.ſecundum quam ita etiam reſpon-
det Bald.in l.1.in princip.ff.de cur. fur.& idem Bald.in l.ſi verò.
§.quæ pro rei qualitate.ff.qui ſatiſd.cog. Vel ſecundò potes re-
ſpondere ſecundum Bald. in præalleg. conſ.259. ſecundæ par-
tis, ꝙ notorium, & ſententia æquiparantur quo ad faciendum
rem certam, ſed nõ quo ad aliquid vlterius diſponendum, vel
prohibendum, per text.in l.ſi ſciens.ff. de contrahen. emp. Se-
cundo pro iſta parte allegant iſti Mod. plures text.qui dicunt,
ꝙ lege interdicitur adminiſtratio prodigo abſque interdictio-
ne iudicis, tex.in l.1.ff.de cur. fur.in verbo lex 12.tab.interdicit.
& dicit Alex.ꝙ ibi eſt text. apertus pro iſta parte, ſi non cauille-
tur litera.ad idem text.in l.is, cui lege. in verbo lege.ff. de teſta.
& text.in l.multum.§.1.in verbo lege. ff.de acquir. hær. & in §.
furioſi.inſtit.de cura.iſti omnes text.dicunt, ꝙ per legem inter-
dicitur adminiſtratio prodigo, ergo ſine interdictione iudicis,
ſed glo.in d.l.1.& in alijs locis reſpondet, ꝙ lex interdicit.i.de-
clarat interdicendum per iudicem, vt patet per alias leges ſu-
pra alleg.aliàs eſſent directò contrariȩ. Tu reſponde notabilius
retorquendo text.in l.1.in eos, ꝙ imò text.in d.l.1.in princ.ff.de
cur.fur. vbi Alex.dicit eſſe text.pro prima parte, niſi cauilletur
litera, dico, ꝙ imò eſt ibi text.ineuitabilis in oppoſitum.dicit.
n.ibi text.in princ. ꝙ lex 12.tab.interdicebat prodigis, & poſteà
ſubdit, ꝙ ſolent hodie prætores, vel præſides eis dare exemplo
furioſi.& ſic text.in illis verbis, ſed hodie dicit expreſsè eſſe mu
tatum illud, ꝙ faciebat lex.12.tab. Tertio pro iſta parte facit ſe-
cundum eum, & do.Alex.quia non poteſt aſſignari viua ratio
diuerſitatis inter furioſum, & prodigum, ſed omnes fatentur
furioſo eſſe interdictam adminiſtrationem bonorum, ergo ſi-
militer erit interdicta & prodigo. Tamen reſpondeo tenendo
communem, ꝙ imò ratio eſt in promptu, quia furioſus nullũ
habet ſenſum & intellectum, ideo non poteſt etiam contrahe-
re ad ſui vtilitatem. l.in negotijs. de reg.iur. Secus eſt in prodi-
go, vt hoc text. noſtro, vnde ſecundum regulam iuris quilibet
eſt in re ſua moderator, & arb. l.ſed & ſi lege. §. conſuluit. in
verbo dum ſe abuti putant. ff. de pet. hær. Item minus eſt vi-
tium prodigi quàm furioſi, quia prodigus facilius reducitur
ad ſanos mores, quàm furioſus vnquam ſanetur. Et ideo ex-
tat epiſtola Alphonſi antiqui ad Philippum Ducem Mediola-
ni, quæ incip.Sententia eſt Philoſophorum, vt qui ſemel inſa-
a niuit, nunquam reducatur ad ſanitatem. [a] Sed vltra Alex.pro
iſta parte videtur fortiter ſtringere, quia ſicut prodigus ſi reuer
tatur ad ſanos mores, ipſo iure deſinit eſſe ſub cura, & interdi-
ctione bonorum, text.eſt in l.1.ad fin.princ.ff.de cur. fur.Barto.
ponit.ĩ.in 3.quæſt. ergo eo modo debet ipſo iure fieri interdi-
ctio propter notoriam prodigalitatẽ, quia regulam habemus,
ꝙ contrariorum eadem debet eſſe diſciplina. l. 1. ff.de his, qui
ſunt ſui.l.& ſi contra.ff.de vulg & pupil.Item idem debet ope-
rari oppoſitum in oppoſito, ꝙ propoſitum operaretur in pro-
poſito.l.hoc genus.ff.de condi.& demon.Bart.latè in l.inter ſti
pulantem.§.ſacram.ĩ.eod.confirmatur, quia facilius debet qs
impediri ab adminiſtratione, quàm poſtquam eſt facta inter-
dictio tolli.argum.l.patre furioſo.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alie.
iur.c.quemadmo.de iureiur.Sed ad iſtud fundamentum, ꝙ vi-
detur ſtringere, fortiter reſpondet Bald.in l.1.in princ.ff.de cur.
fur. ꝙ longè diuerſa ratio eſt, nam recuperare adminiſtratio-
nem bonorum ſuorum eſt ad ſuam naturam reuerti, ſed pri-
uari adminiſtratione ſuorum bonorum eſt totum ècontra, &
regulam habemus, ꝙ res de facili reuertitur ad naturam ſuam.
l.ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. Vel aliter potes tu re-
b ſpondere, [b] ꝙ licèt in d.l.1.in princ.dicatur, ꝙ prodigus reuer-
ſus ad ſanos mores, ipſo iure deſinit eſſe ſub cura, & interdi-
ctione, tamen requiritur ſententia iudicis declaratoria ſuper
hoc, ſecundum Sal. in l. ſi putas.C.de pet.here.quem ſequitur
Pau. de Caſt. hic in 2.col. facit text.in cap. cùm ſecundum.de
hær. in 6. vbi licèt quis incidat in pœnam ipſo iure, tamen re-
quiritur declaratoria iudicis. Ad idem text.in l.is, qui delato-
rem.in princ.ff.de iur.fiſ.& ibi Bart.dicit, ꝙ illa fuit prima lex,
quæ fecerit ſibi honorem.teneas in iudicando, & conſulendo
communem opin.ſtat ergo concluſio, ꝙ notoriè, & manife-
ſtè prodigus poteſt contrahere & alienare, antequam ſibi inter
10 dicatur à iudice.¶†Limita iſtam communem concl.niſi ma-
nifeſtè prodigus contraheret in vſum manifeſtæ prodigalita-
tis, tunc ille contractus non teneret etiam facta interdictione
à iudice.text.in l.ſi cùm ſciret, ad fin.ff.de vſucap.pro emp.vbi
* Bart.*& communiter alij*. & illum text.reputat ſing. ad hoc Bald.
in c. ex parte.in 2.colu.de conſue. idem tenet Abb. in c.ſi dili-
genti.in 6.colu.de præſcrip.Et per iſta dicit Pau.de Caſt.ſe an-
no præterito de facto dixiſſe in ardua quæſt. cùm quidam ma
nifeſtè prodigus, cui non erat interdictum bonis, feciſſet cuidã
donationem omnium bonorum, quia talis donatio non va-
leret, cùm ſit manifeſtȩ prodigalitatis, quæ non cadit in tuto-
rib.vel agnatis furioſi, qui non poſſunt alienare.l.ab agnato.ff.
de cur.fur.l.cõtra iuris ciuilis regulas.ff.de pact.l.filiusfam.ff.de
don.Iſtam deci.reprehendit Alex.hic, quia notata per Bart.in
d.l.ſi quis cum ſciret.non probant opin. Pau. de Caſt. quia ibi
conſtabat prodigum erogaturum in actum illicitum, puta da
turum ſcorto. Secus autem in donatione licita, præſertim
quando eſſet inſinuata, cùm tamen ſit præſumptio pro actu
iudicis.l.2.C.de offi.ciu.iud.c.cùm inter.de re iud.cap.inter.de
don.Adde, ꝙ ante eos iſtum caſum not. decidit Bald. in conſ.
126.ſecundȩ partis, ꝙ incip.factum proponitur in terminis in-
fraſcrip.d.Petr.&c.in 6.dubio, vbi quærit an donatio de omni-
bus caſtris ſuis facta notoriè, & manifeſtè prodigo, cui nõ erat
bonis interdictum, valeat necne, prima fronte dicit videri, ꝙ
non valeat, quia quis poſſet eſſe in mundo maior prodigus
quàm iſte, qui tot, & tanta inconſultè profundit, & ipſa euer-
ſione ſui patrimonij totam ſubſtantiam ſuam confundit?
11 ¶† Contrarium determinat not. Bald. quia donatio omnium
bonorum valet, & tenet, niſi ſit præſentium, & futurorum, vt
not.in l.fin.C.de pact.& l.ſtipulatio hoc modo concepta.ĩ.eo.
probatur in l.ſi liqueat.C.de inof.don. nec dicitur prodigus in-
habilis ad donandum, ex quo nondum erat ei bonis interdi-
ctum, vt hac.l.cùm materia.Et ideo concluditur, ꝙ dolo ma-
lo, & machinatione ceſſantib. valet donatio ita immẽſa ſi fuit
12 inſinuata.¶†Secundo not.limita iſtam conclu.& eſt multum
neceſſaria limitatio, & doleo, ꝙ nullus Scribẽtium eam ponat
hic, ꝙ licèt notorius, & manifeſtè prodigus ante interdictionẽ
factam à iudice poſſit contrahere & alienare, tamen in talib.
alienatis ante interdictionem prouidetur prodigo per reſtitu-
tionem in integ.ſi reperiatur læſus.glo.habes expreſſam, quam
valde ſigna, in l.patri pro filio.in princ. in gloſ.in verbo interdi-
ci.ff.de mino.vbi dicit glo.egregiè, ꝙ ſi manifeſtè prodigus an-
te interdictionem contrahat, vel alienet, & poſtea ſibi interdi-
catur bonis, & detur curator, poterit curator per reſtitutionẽ
in integ. infringere tales contractus per prodigum celebratos,
antequam eſſet ſibi bonis interdictum, & reperio, ꝙ ita per il-
lã gl.expreſsè tenet Bal.in conſ.237.Secũdȩ partis, inc.propo-
nitur, ꝙ adultus prodigus, vbi dicit, ꝙ ipſe ſolus ad hoc ponde-
rat illam gloſ.& nemo ante eum alleg illam gl. Adde, ꝙ Lud.
Ro.ſingula.226. ꝙ inc.fui interrogatus à d.Pau. &c.formaliter
quærit, an ſi notoriè prodigus ante interdictionem contrahat,
poſſit poſteà eius curator contra tales contractus reſtitui, di-
cit ibi Rom.quòd allegabat ſibi, quòd ſic, per gl.in l.patri pro
filio.ff.de min.in princip.ſed dicebat ipſe Rom.quòd illa gloſ.
loquitur in minore prodigo, vnde dicebat ipſe Rom. quòd ſi
iſte prodigus allegaret iuſtam cauſam, eſt reſtituendus, aliàs
ſecus per.l.1.& l.nunc verò.§.prætor.ff.ex quib.cau.maio.Are.
hic in 2. colum. ad fin. in diſcurſu ſermonis non faciens men-
tionem aliquam de prædictis tenet directò contrarium, quod
ſi notoriè prodigus contrahat ante interdictionem, quòd nõ
reſtituatur, nihil tamen alleg.Aret.quid tenendum? non inue-
nio examinatum ab aliquo, tamen in puncto iuris teneo con-
tra Bald. & Lud. Rom. quòd prodigus, qui contraxit ante in-
terdictionem, quamuis ſit læſus non habeat reſti.in integ.quia
lex habet ratum omnem actum factum ante interdictionem,
licèt poſteà ſequatur interdictio. l.is cui lege.ſ.de teſt.Item cõ-
munis ſententia Barto.& Scribentium eſt, quòd manifeſtè, &
notoriè prodigus ante interdictionem poteſt contrahere, er-
go non debent cum eo contrahentes decipi ſub auctoritate
legis.l.1.in fin.C.de his, qui ve.æta.impe. magna tamen eſt au-
13 ctoritates Bald.& Lud.Rom.¶†Quærit Bar.an præconizatio,
vel

ADDITIONES.

a Sanitatem Comprob.quia facilius, quis incidit in vitium quàm releuetur. c.
inter corporalia de renuntia. PVRPV.
b Vel aliter potes tu reſpõdere, &c.De hoc an ſi ille cui bonis interdictum eſt
redeat ad ſanos mores, neceſſaria ſit ſententia ſuper hoc declaratoria, ad
hoc, vt deſinat interdictio, vide per Fel. in c. ſciſcitatus.de reſcrip. verſ. cri-
men, circa fi.& in c.Rodul.verſ.ſed ſententia declaratoria.col.3.eo.tit.

a vel proclama [a] iudicis, ꝙ nullus contrahat cum tali, ſufficiat,
vt per hoc videatur ei interdicta adminiſtratio, concludit Bar.
* poſt Gul. de Suza. ꝙ non, contra *Bart. tenet omnes Mod. hic* poſt
Bald. in l. 1. ff. de cur. fur. nam talè proclama fieret cum cauſæ
cognitione, iuxta. l. obſeruare. ff. de cur. fur. ratio, quia iudex
prohibendo contrahentibus, ne cum eo contrahant, dicitur
per cõſequens ei interdicere adminiſtrationem bonorum, per
regulam. l. fin. in fin. C. de indi. vid. tollen. Adde bene facere in
ſimili text. bonum in l. vero procuratori. §. 1. & ibi Bart. not. ff.
de ſol. vbi dicit tex. pone dominus commiſit debitoribus ſuis,
ꝙ ſoluerent Titio, poſtea prohibuit Titio, ne reciperet à debi-
torib. videtur prohibuiſſe debitorib. ne ſoluerent, ſicut ècontra
b in l. qui hominem. §. ſi Titium. ff. de ſol. Item inquantum [b] ſub-
dit Barto. ꝙ iudex dando curatorem alicui videtur ſibi interdi-
cere adminiſtrationem, ita etiam Bart. ſ. proxi. & contrarium
tenent Bald. & Ang. hic, per id, ꝙ tenet Imo. in c. grandi. de ſup.
negli. præla. in 6. pro Bartol. facit ſecundum Imol. regula. l. il-
lud. ff. de acquir. hæred. Tu pro concluſione Bart. adde bonum
text. in l. 1. in princ. verſ. ſed ſolent. ff. de cur. fur. vbi dicit text. ꝙ
olim lex 12. tab. interdicebat adminiſtrationem prodigis, ſed
hodie ſolent præſides, vel prætores curatorem dare adultis,
vel prodigis, qui dilapidant bona ſua nulla habita ratione ex-
penſarum. Pondera, ꝙ ibi eſt text. ꝙ prætor dando curatorem
intelligitur interdicere adminiſtrationem bonorum. alibi ta-
men idem Bart. qui videtur aliqualiter ſibi contrariari in l. 1. in
pen. quæſt. ff. de don. dicit, ꝙ per dationem tutoris, vel curato-
ris factam pupillo, vel adulto imò generaliter non interdicitur
alicui adminiſtratio, quin poſſit ea, quæ ſunt iuris gentium, li-
14 cèt non ea, quæ ſunt iuris ciuilis. ¶† In tertia parte gl. ibi. Item,
quid ſi non prodigo. in iſto pulchro paſſu, quando iudex inter-
dicit adminiſtrationem alicui tanquam prodigo, qui in veri-
tate non eſt prodigus, an talis interdictio valeat nec ne. In iſto
paſſu ſunt quatuor opin. hic relatæ per Bart. Prima eſt, ꝙ talis
interdictio indiſtinctè non valeat, quam tenet gloſ. hic, & in l.
ſi putas, & ibi Cyn. C. de pet. hær. & glo. in l. 3. & ibi Cyn. C. qñ
prouo. non eſt neceſ. iſtam tenent Rayn. Ang. Imo. & Alex. hic,
& Ioann. Fab. in §. furioſi. inſtit. de cura. per text. in l. Seiæ. alle-
gata in glo. & in l. tutor ſi petitus. ff. de tut. & cur. dat. ab his. qui
text. in dicto, & ratione fortiter facit, & vult dationem tuto-
ris, vel curatoris eſſe nullam, quando falſa eſt cauſa adiecta. Et
* iſtam opin. *quia eſt communior, defenſabo* infra proprijs fundamen
tis. Secunda eſt opin. ꝙ imò talis interdictio valeat, quamuis
in veritate non ſit prodigus propter auctoritatem iudicis in-
terdicentis, ita tenet gloſ. in l. ſi ab eo. de vſucap. & in §. item
prodigus. inſtit. quib. non eſt permiſſum facere teſta. & in d. l.
* Seiæ. Iſtam opi. tenet *Bart. & magis communiter Doct.* cum diſtin-
ctione quam ſtatim referam, & diſtinctio Bart. non eſt propriè
diſtinctio, ſed ſolùm reſponſio ad l. Seiæ. & ad l. tutor ſi peti-
tus. quæ tamen iura non bene tollũtur per reſponſionem Bart.
& dicit Raph. Cum. ꝙ iſta eſt communis ſententia, ergo in pra
ctica non eſſet in conſulendo, & iudicãdo ab ea recedendum.
Adde licèt Scribentes non dicant, ꝙ idem tenet Ioann. Andr.
ſupremæ auctoritatis in addi. ad Spec. in titu. de inſtrum. edi. §.
compendiosè ſuper verſ. tertio ſi fuerit. ſequitur Alex. ſibi cõ-
trarius in conſ. 192. 5. vol. ꝙ incipit ſuper eo de quo quæritur.
vbi tenent Ioann. And. & Alex. cum dictis glo. ꝙ ſi iudex inter-
dixiſſet alicui tanquam prodigo cùm non ſit prodigus, ꝙ ta-
men teſtari poterit. Pro iſta communi bene facit text. in l. pen.
de cura. fur. quam alleg. Bart. ſed non inducit, vbi eſt tex. ꝙ ſi
pater in teſtamento dat curatorem filio tanquam prodigo,
qui non eſt prodigus, ꝙ tamen valet teſtamentum, & datio cu
ratoris, & iudex debet confirmare, ergo idem debet eſſe in
iudice ſi interdicit alicui tanquam prodigo, qui re vera non
eſt, ꝙ debet valere, arguendo de teſtatore ad iudicem, ꝙ argu.
eſt bonum. l. non eſt mirum. ff. de pig. act. Sed potes ad hoc re-
ſpondere, ꝙ lex maiorem confidentiam capit de patre quàm
de iudice, quia pater debet habere, & habet magis notos mo-
res filij, quàm habeat iudex, ideo non eſt bonum arguere de
maiori ad minus. Præterea, quando pater dat filio curatorem
tanquam prodigo, qui non eſt, debet iudex confirmare datio-
nem curatoris, ſed quando iudex dat curatorem tanquã pro-
digo, qui non eſt reuera prodigus, non eſt alius, qui confirmet
dationem curatoris ipſius iudicis. Tertia eſt opin. Dyn. ꝙ aut
error eſt expreſſus in ſententia, & non valet, aut non expreſ-
ſus, & valet. Iſtam diſtin. impugnat Iacob. de Are. & Petr. de
Bellaper. tenendo glo. per tex. in l. ſi tutor petitus. Sed certè iſta
impugnatio non videtur bona, quia cùm tractetur de maiori
præiudicio in his, quæ ſunt immutabilia, & tamen in eis fit di-
ſtinctio prædicta, ergo fortius diſtinguetur in his, quæ tempo-
re mutantur, cùm in eis tractetur de minori præiudicio. Quar-
ta eſt opin. Bart. diſtinguentis, aut loquimur quando datur tu-
tor, vel curator illi, cui non debet dari, & iſto caſu non valet,
aut quando datur prodigo, qui non eſt, non valet niſi error in-
terponatur, &c. vt hic per Bart. cum iſta diſtin. Bart. tranſeunt
Pau. de Caſt. & Raph. Cum. hic. ita etiam tenet Bar. in d. l. Seiæ.
Bald. & Sal. in d. l. ſi putas. C. de peti. hær. & in l. 1. C. quando pro
uoc. non eſt neceſ. in l. 1. C. de cura. fur. Abb. in c. 1. ad fin. de re
15 iud. ¶† Iſtam diſtin. reprehendit Ang. hic. & mordet Barto. de
ineptitudine, ꝙ ineptè, & malè loquatur. Primò dum dicit, ꝙ
natura declarat ætatem, eſt ineptè dictum, quia natura bene
inducit ætatem, ſed iudex eam declarat. l. minor. 25. ann. & l. de
ætate. ff. de min. Præterea, & fortius confunditur doctr. Bar. per
l. tutor ſi petitus. ff. de tut. & cur. dat. ab his. cui legi Bart. non be
ne reſpondet, vbi habere tutorem, vel curatorem non depen-
det à natura. vt hic per Ang. non obſt. text. in l. 1. §. idem Pom-
po. ff. ꝙ fal. tut. auth. inducendo, vt hic per Bart. & clarius per
Bart. & Cyn. in l. licèt. C. de procu. quia procedit quo ad vali-
dandum tantum vnum actum geſtum coram iudice propter
auctoritatem iudicis, quia iudex poteſt validare actum, qui
coram eo geritur. l. bonorum. C. qui admi. l. ſi infanti. C. de iur.
delib. Quid tenendum? licèt articulus ſit diſputabilis, tamen in
puncto iuris teneo primam opin. & conſequenter ſubtilis Pet.
de Bellaper. contra Bart. & ſequaces, ꝙ interdictio iudicis facta
alicui tanquam prodigo, qui non ſit re vera prodigus, ꝙ nihil
valet talis interdictio. Et pro iſta ſententia ſtringit fortiter vnũ
fundamentum, cui non video reale reſponſum, quia ſi quis ef-
ficiatur ſanę mentis poſt interdictionem ſibi factam à iudice,
ipſo iure tollitur interdictio. text. eſt in l. 1. in fin. princip. ff. de
cur. fur. firmat Bart. inf. in ſeq. quæſt. ergo multo fortius à prin.
ſi quis eſt ſanæ mentis, impeditur, ꝙ ſibi non fieret interdictio.
arg. l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. c. quemad-
modum. de iureiur. Huic fundamento Pau. de Caſt. hic reſpon
det poſt Saly. in l. ſi putas. C. de pet. hær. ꝙ imò prodigus, qui ef-
ficitur ſanæ mentis, non redijt ipſo iure, ſed requiritur declara-
tio iudicis, ꝙ redierit ad ſanos mores. ita & hic non debet ceſ-
ſare interdictio, niſi declaretur per iudicem, ꝙ non ſit prodi-
gus. Sed aduerte, quia iſtud ſimile Pau. non eſt bonum, quia in
primo caſu mutat ſtatum, quia erat prodigus, & reuertitur ad
ſanos mores, ergo quia mutat ſtatum, bene ibi requiritur de-
claratio iudicis. Sed in ſecundo caſu ſemper fuit ſanæ mentis,
ideo non eſt opus alia declaratione iudicis per ea, quæ tradit
Bart. in l. ſi prius. ff. de ope. no. nun. alio modo reſpondet Raph.
Cum. hic. nam notoria prodigalitas non impedit ipſo iure ad-
miniſtrationem, ſed notoria ſanitas bene tollit ipſo iure inter-
dictionem, quia res de facili reuertitur ad naturam ſuam, er-
go facilius debet conſeruari in natura ſua, per regulam. d. l. pa-
tre furioſo, & ſic per iſtam rationem teneo cum opin. Petr. de
Bellaper. Confirmatur ſecundò ſecundum Cum. quia non de-
bet actus interdictionis aliquo tempore inchoari, ꝙ ſi eſſet in-
choatus finiretur, ita arguit Iuriſcon. in l. 1. §. ſi impuberi. ff. de
colla. bono. facit text. in l. Titio cùm morietur. ff. de vſufruct.
Tertio confirmatur, quia impoſſibilitas de iure, & de natura
æquiparantur. l. ſi filius. ff. de condi. inſti. ſed quando in ſenten-
tia continetur aliquid impoſſibile de iure & de natura, ipſo iu-
re eſt nulla. l. fin. ff. quæ ſen. ſine appel. reſcin. ergo idem ſi con-
tineat impoſſibile de iure, ꝙ interdicatur illi, qui non eſt prodi
gus tanquam prodigo. Et pro opin. Petr. ſtringit ineuitabiliter
text. in l. Seiæ. & in d. l. tutor ſi petitus. ff. de tut. & cur. dat. ab his.
16 quib. Bart. non bene reſpondet. ¶† Extra glo. in quæſt. 1. Bart. ſi
prodigus redeat ad ſanos mores, an ipſo iure tollatur interdi-
ctio, concludit Bar. ꝙ ſic, ſi ſit notorium eum redijſſe ad ſanos
mores, aliàs requiritur ſententia declaratoria, vt per Pau. de
Caſt. & Alex. hic, per text. in c. cùm ſecundum. de hær. in 6. & l.
eius, qui delatorem. ff. de iure fiſ. & idem etiam tenet Sal. in l. ſi
putas. C. de peti. hære. Adde vltra eos, ꝙ ille, cui datus eſt cura-
tor vt prodigo, cùm non ſit prodigus, poteſt repetere pronun-
ciari ſe redijſſe ad bonos mores, vt recuperet adminiſtrationẽ
bonorum ſuorum. ita Bart. in l. de ætate. in princip. ff. de min. in
vlt. quæſt. primæ quæſt. princ. per illum text. Secundo adde, ꝙ
ſi aliquis prodigus, cui fuit bonis interdictum, poſtea fuit aſ-
ſumptus inter primos ciuitatis, vel effectus decurio ciuita. ta-
men non intelligitur ſublata interdictio, quaſi ad ſanos mores
redierit.

ADDITIONES.

a ¶Proclama. Ang. dicit Bart. ita tenere in §. poteſt prodigus. inſt. quibus non eſt permiſ. fac. teſta. Chriſt. tenet Bart. in §. furioſi. inſt. de cur. PVRPV.

b Inquantum, &c. Ad hoc facit illud, quod not. Dom. de Rota deci. 480. in antiq. quòd ſi eſt datus curator prodigo, quia ſit inſtitutus hæres in teſtamento, non poteſt poſteà allegare, quòd non erat prodigus, vt ſic teneat inſtitutio, ergo præſupponitur, quòd datio curatoris ſufficiat ad demonſtrandum aliquem fuiſſe, vel eſſe prodigum.

redierit text.eſt not.in l.1.ad fin.C.qui,& adver.quos,& ibi Bar. in fin.ad hoc multum not.illum text.& dicit,ꝙ vidit illo anno illam quæſt.de facto.¶† Secundò quærit Bart.an prodigus de-
17 linquendo obligetur,videtur,ꝙ ſic, quia æquiparatur pupillo doli capaci,quem conſtat ex delicto obligari.l.auxiliũ.in prin. de mino.& c.1.& 2.de delic.pue.idem Bart. in l.ſi quis in tantã. in 3.colu.C.vnde vi. Iſtam rationem Bart.reprehendit Pau. de Caſt.& bene,quia imò in his,quæ tendunt ad damnum & præ iudicium, prodigus æquiparatur furioſo, & non pupillo, vt hoc text.in fin.ſed furioſus ex delicto non obligatur,quia non debet addi afflictio afflicto.l.diuus.§.1.ff.de off. præſi. idem ipſemet Bart.ſibi contrarius in l. ſi curatorem habens. C.de in integ.reſt.tenet, ꝙ prodigus æquiparetur pupillo in contrahendo non in delinquendo, tamen concluſionem Bart. ꝙ prodigus delinquendo obligetur,firmat Pau.de Caſt. meliori ratione hic, quia ꝙ prodigus non obligetur contrahendo,fuit introductum in eius fauorem, ne eius bona diſſiparet, & qui delinquit non eſt fauore dignus l.relegalorum.in fin. ff.de interdi. & rele.vt hic per eum,& licèt ipſe non dicat, ante eum fuit ratio Bar.in l.ſi quis in tantam.in 3.col.1.quæſt.de prodigo. Con-
* firmo *iſtam conclu.communem, quod* obligetur prodigus delinquẽdo, quia ſi prodigus committat homicidium, debet ad mortem condemnari,ita decidit Bald. in l.furioſum.ad fin. C. qui teſt.fac.poſ.& Ang.in l.Fulcinius.§. ideo.ad fin.ff.ex quib. cau. in poſ.ea.vbi formaliter dicit,ꝙ ſi prodigus percutiat,vel occidat aliquem,ita punitur ſicut quilibet alius.Aduerte tamen inquantum Bart.ſaluat glo.in l. ſi quis in tantam, vt procedat in his,quæ alienationem reſpiciunt, dic, ꝙ Bart. malè loquitur. Primo,quia reprobatur per Doct.ibi,& dicit Ang.in d.l.Fulci-
* nius.§.adeo.in fin. quod *illam gloſſ. reprobant Doctor. omnes.* imò ratione delicti poteſt prodigus puniri de delicto commiſſo in faciendo, quia ſi non parcitur prodigo delinquenti quantum ad pœnam corporalem & vitæ, multominus debet ei parci quantum ad pœnam pecuniariam, quamuis alienationem reſpiciat,quia quælibet minima corporalis pœna eſt maior quacunque pœna pecuniaria.l.in ſeruorum.ff.de pen. concludeergo, quod prodigus delinquendo puniri debet & corporali, & pecuniaria pœna. ¶Limita procedere in delictis in faciendo, ſecus ſi in omittendo, vel negligendo, puta ſi non vendicaret necem defuncti, vel ſi mater prodiga non peteret tutorem filijs,non priuaretur ſucceſſione filij,iuxta.l.ſciant. C. de legi. hære. quia omittendo ſibi parcitur.l.Fulcinius.§.adeo. ff.ex quib.cau.in poſ.ea.vbi ſi prodigus latitat, & non compa-
* ret,ei parcitur *ſecũdum omnes hic,&* Ang.in d.l.Fulcinius.§.adeo.
18 per illum text.¶†Tertiò quærit Bart.an prodigus cui eſt interdictum bonis iurans in contractu obligetur, & teneatur ad
a obſeruantiam iuramenti, [a] *communis opi.* eſt pro parte nega-
* tiua cum Bart.quòd non, prout dicit Bart.ſe conſuluiſſe, & ꝙ ita conſuluit quidam valens Canon. & licèt eum non nominet,eſt Fed.de Sen.qui conſuluit in conſ.31.quod incip.minore 25.ann.& ita tenent communiter Doct.hic,& in multis alijs locis hic relatis per do. Alex. & vltra eum idem conſuluit Bal. in conſ. 260. ſecunda parte incip. Gul. adultus petijt ſibi dari curatorem.in vlt.dub.quod conſil.eſt repetitum in quinta parte. Pro iſta communi ſententia adducuntur 5. princ.rationes. Prima eſt Iacob. de Aren. relata per Bart. quæ videtur cæteris omnib.melior, quia in iuramento requiritur rectum iudiciũ, & diſcretio. c. & ſi Chriſtus.de iureiur. cùm iuramentum debeat habere tres comites iuſtitiam,veritatem, & iudicium gl. in Auth.quòd eis.C.de nup. ſed prodigus non habet iſta.l.1.in princ.ff.de cur.fur.& l.his,qui.in fin.ff.de tut.& cur. dat. ab his, pater;quia æquiparatur furioſo, vt hoc text.in fin. Sed huic rationi potes reſpondere, quòd etiam in pupillo, & in muliere non adeſt rectum iudicium nec diſcretio, & tamen iurando in contractu obligantur, vt infra dicetur. Secunda eſt ratio Bart. quia prodigus contrahendo facit contra prohibitionem
b huius.l. [b] & ſic peccat mortaliter,quia non obedit ſuperiori.c. 2.de mai.& obe.c.qui reſiſtit.11.quæſt.3.ergo iuramentum eũ non ligat, quia contra legem, & ſine diſpendio ſalutis eternæ non poteſt ſeruari.cap. ſi verò.& cap. cùm contingat. de iureiur.glo.in cap.licèt mulieres.eod.titu.de iureiur.in 6.& ante eũ iſta fuit ratio Fed. de Sen. in præalleg. conſil. 31. iſta rationem etiam aſſignat Bar. in dicta.l.ſi quis pro eo.in 3 memb. & in d. Auth.ſacramenta pube.circa med. & in Auth. decernit ius.C. de arb.iſta ratio Barto.*reprehenditur communiter* per Scriben. hic, & in locis præalleg.triplici medio.Primò, quia iſta.l. non prohibet prodigo,quòd non contrahat, ſed reſiſtit contractus effectui in dicendo, vt non obligetur,ergo ceſſat ratio Bart. Secundò poſito, quòd iſta. l. prohiberet prodigum contrahere non eſt verum, ꝙ contrahendo peccaret mortaliter,cùm iſta prohibitio ſit facta eius fauore, ergo cenſetur potius conſiliũ quàm prohibitio.l.cùm pater.§.mando.ff.de leg.2.l.2.ff.mand. l.Titio centum.in princ.ff. de condi. & demon. & in ſpecie ita ad terminos noſtros dicit glo.in cap.quis neſciat.10. diſtin.tenent Cano.in cap.nam coucupiſcentiam. de conſti. præterea, & tertiò iſta ratio Bart.confunditur per text.in l.non ſolùm.& in l.ſi quidem.C. de prædio. mino. vbi lex prohibet minori ne contrahat,& tamen ſi contrahat cum iuramento,valet. dicta Auth.ſacramen pub.ſimiliter confunditur per text. in l.1.§.ſed cùm lex.C.de rei vxo.act.iuncta l.lex Iulia. ff.de fun.dot. & tamen ſi contrahit cum iuramento,valet.d.cap.cùm contingat. Tertiam rationem aſſignat Bald.& Ang.hic, quia cùm in prodigo contrahente non cadat naturalis oblig. vt hoc text.& dixi.ſ.in text.ergo iuramentum non habet locum.l.fin.C.de nõ num.pec.Iſtam rationem reprehendit Pau.de Caſtr.hic, quia qui tenetur ſeruare iuramentum, compellitur officio iudicis ad obſeruantiam non iure actionis,quia ex iuramento nõ oritur actio,vt hic per eum.nam officium iudicis nullam præſupponit obligationem.l.qui per colluſionem. Iſta reſponſio Pau. de Caſt.non eſſet bona per illud,ꝙ dixi in tex. Quartam rationem aſſignat Bexu.hic,quia prodigalitas eſt vitium, & contradicit liberalitati,quæ eſt virtus.c.ex parte.vbi glo.de conſuetudine. ergo iuramentum tanquam contra bonos mores non eſt obligatorium, & in reg.non eſt obligatoriũ.de reg. iur.Cõfirma, quia iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis.
19 c.1.de conſue.in 6.ſed ad iſtam rationem reſpondeo not.† nã iuramentum contra bonos mores non eſt obligatorium, & c. illa regula procedit, quando iuramentum eſt contra bonos mores naturæ,vel quaſi.Secus, quando eſt contra bonos mores ciuiles, tunc iuramentum eſt obligatorium.ita not. declarat Bald.in l.pactum dotali.in 19.quæſt.C.de collat. Quintam, & vltimam rationem aſſignat do.Abb. in cap.cùm contingat. in 12. colu. de iureiur. quia iudex interdicendo adminiſtrationem prodigo,videtur ex iuſta cauſa præſumere dolũ, & fraudem ſecum contrahentium,ergo iuramentum non obligat ratione præſumptæ fraudis,vt ibi. Tu confirma iſtam rationem, quia quando quis eſt notoriè prodigus, & eſt ei bonis interdictum à iudice, certè contrahens cum tali cenſetur eſſe in dolo,ergo dolus facit,vt iuramento non obligetur, vt eſt.text.in d. Auth.ſacramẽ.pub.& in d.c.cùm contingat.quid tenendũ?
* Licèt *iſta ſit communis opin.* à qua in conſulendo, & in iudicando non eſſet tutum recedere,tamen contrariam opin. tenent Ant.de Butr.& Imo.in d.c. cùm contingat. in primo membro principali.Lud.Rom.& Aret.hic,& omiſſis alijs pro iſta parte contra commuem ineuitabiliter ſtringit vnum fundamentum,cui non poteſt bene reſponderi. Nã pupillus doli capax, & mulier in fundo dotali non obſt. prohibitione legis ſi cõtrahant,& iurent propter iuramentum obligantur. de primo, ꝙ pupillus cum iuramento obligetur, tex. eſt in c. ex literis. el. 2. de ſpon.& text.in c.1.de delic.pue.& in l.qui iuraſſe. ff.de iure-
* iur.& firmãt *communiter Scribentes* in d.Auth.ſacra pub. C.ſi aduer.vend.de ſecundo,ꝙ mulier ꝯhendo de fundo dotali ſi cõtrahat,& iuret, ꝙ teneatur ex iuro,eſt text.in d.c.cùm contingat.& in c.licèt mulieres.de iureiur. ergo idem dicemus in prodigo,ꝙ non obſtan.prohibitione huius legis, ꝙ teneatur,ſi cõtrahat cum iuro. confirmatur, quia prodigus,cui eſt bonis interdictum,æquiparatur adulto habenti curatorem.l.ſi curatorem habens.C.de integ.reſt.ergo ſi prodigus contrahat cum iuro obligabitur. in iſto fundamento iacet difficultas iſtius articuli:huic ſtrictiſſimo fundamento reperio dari varias ſol.quæ nihil valent.Primò reſpondet Bart.faciendo drĩam,an prohibitio legis,vel ſtatuti ſit in perſonam,vel in rem,qa ſi prohibitio ſit in perſonã, vt dicit eſſe in caſu noſtro, vbi lex prohibet perſonam prodigi ne poſſit ꝯhere, & tunc ſi ꝯhat cum iuro non obligaretur,qa faceret ꝯ legem,& peccaret mortaliter:ſi autẽ fieret prohibitio in rem, vt in minore, & muliere, & tunc,quã prohibitio eſt in rem, bene mulier vel pupillus ꝯhendo cum iuro obligantur.Iſtam differentiam facit etiam vbique Bart.in d.l.ſi quis pro eo.in tertio, & 5.mẽb.ff.de fideiuſ. & in d.Auth. ſacramenta.& in l.Seius,& Augerius.ff.ad l.Fal: Iſta differentia
* Bar.eſt falſa,& conſequenter falſa eſt eius ſol.& *per omnes reprehenditur* tam Canoniſtas ꝙ Legiſtas.Sal.Raph. Fulg.in d.Auth. ſacramenta Raph.Cum.in d.l.ſi qs pro eo.Can.in d.c.cùm cõtingat.vbi Abb.in 5.col.& Abb.in c. petito.in 10.not. per illum text.

ADDITIONES.

a ¶Iuramenti.Adde Ant.de Butr. Panor.& Ioann.de Imo. in c. cùm contingat. de iureiur.tenentes hanc communem ſententiam.

* Et vide,quæ ſcribit Zaſ.ſing.Reſponſ.lib.2.c.35.

b ¶Prohibitionem huius.legis.Adde bonos text.c.perpetuæ,& c. commiſſa.de elect.in 6.Fely.in c.1.de conſti.colu.14.cum multis ſeq.vſque ad fin.aliquid c.ergo enim.colu.antepen.verſ.generaliter.de iureiur.

text.de iureiur.& in c.ad Apostolicam. de regula.in 1.not.& la-
tius in disputatione sua incip.stante statuto.Istam differentiam
Bart.etiam latè reprehendit Alex.in consi.27.in 1.vol.qd incip.
viso libello producto per procuratorem Pet.in antepen.col.&
duab.seq.& consil.100.4 vol.quod incip.cùm statutum.per de-
cem fundamenta,quæ ante eum fuerunt d.Abb.in d.c.cũ con-
tingat.in 4.& 5.col.& in dicta disputatione incip.stante statuto.
Et ex multis stringit contra Bart. quia prohibitio in re censetur
etiam in persona,imò prohibitio in rem præsupponit prohibi-
tionem in personam , quia res per seipsam non potest se alie-
nare,nisi alienetur per personam. Et sic non refert cum quo lex
loquatur,sed in quem effectus prohibitionis dirigatur,dicit tex.
in l.cùm pater.§.dona.ff.de leg.2.Præterea fortius dicit tex.in l.
si quidem.& in l.non solùm.& in l.si ad resoluendã. C.de præd.
min.in quib.verba prohibitiua sunt in personam minorum,&
tamen contractus firmatur iuramento. similiter in d.l.2.& in d.
l.lex Iulia.ff.de fun.do.prohibitio est in personam mariti, & ta-
men si alienat cum iuramento, obligatur. d. c. cùm contingat.
20 † Præterea generalior, & fortior est prohibitio, quæ fit in rem
quàm quæ fit in personam,vt est tex. valde not.in l.aut qui ali-
ter.§.fi.ff.ꝙ vi aut clàm.Et sic ista 1.solu.Bar.sine dubio est falsa.
Alias duas solu.ponit Ang.hic,quas refert, & simpliciter sequi-
tur Alex.hic.Tu ergo tenendo communem sententiam potes
quarto modo respondere ad fundamentum supra dictum ex
mente Fed.de Sen.in præalleg.consi 31. Et credo,ꝙ ista sit me-
lior sol.seu responsio,quæ possit accommodari, ꝙ in prodigo,
cui est bonis interdictum,adest expressa prohibitio, & interdi-
ctio iudicis, sed in minore, & muliere adest solùm interdictio
legis,sed sic est,ꝙ fortior est interdictio iudicis,quàm legis,quia
mitius agitur cum lege,quàm cũ homine eius ministro.l.Cel-
sus.in prin.ff.de arb.& ꝙ istud sit verum,patet expresse,quia in-
terdictio legis non impedit minorem obligari naturaliter. l.1.
in fi.de noua.& tñ hic interdictio iudicis impedit,ne pdigus ob-
ligetur naturaliter tex.est hic,ergo patet, ꝙ fortior est phibitio
21 iudicis in prodigo, quã legis in muliere,vel minore.¶ † Hinc di
xit opportunè Barto.in l.1.in fi.de noua.ꝙ si iudex interdiceret
pupillo, vel minori administrationem, ꝙ tunc non obligatur
etiam naturaliter.ita etiam tenet Bal.in c.1.§.item sacramentũ.
in pen.q.de pace iur.fir.& sic non est bona argumentatio à pu-
pillo & muliere,in quib.est prohibitio legis ad prodigũ,in quo
adest prohibitio iudicis, & sic ex separatis non est bona illatio.l.
inter stipulantem.§.sacram.ꝯ.co. Præterea mulier potest facere
testm̃.l.qua ætate.ff.de test.sed non prodigus,cui est bonis inter-
dictum.l. is cui lege.ff. de test.§.item prodigus. instit. quib.non
est permis.fac.testa. Ista mihi videtur realis responsio.

SVMMARIVM.

1 *Conditio impossibilis vitiat stipulationem, quando est impossibilis de natura, vel de iure.nu.2.*
3 *Conditio impossibilis non impedit oriri condictionem ob causam.*
4 *Conditio impossibilis vitiat contractum, sed modus impossibilis non impedit obligationem oriri.*
5 *Promissio sub impossibili conditione vitiat stipulationem, quando à principio fit talis promissio sub conditione impossibili.*
6 *An conditio impossibilis vitiet donationem causa mortis.*
7 *Conditio impossibilis negatiuè concepta non vitiat, nec suspendit, quòd tamen fallit in conditione impossibili de iure, secus si de natura.*
8 *Conditio necessaria licèt in futurum tempus concepta cùm sit omnino extitura, dicitur esse pura.*

LEX VII.

IMpossibilis. Cõditio impossibilis vi
tiat stipulationem, sed
necessaria non suspendit neque,vitiat. h.d. & habet
1 duas partes. Secunda ibi,aliter atque. ¶ † Not.1.ex
isto tex.ꝙ conditio impossibilis vitiat stipulationem, vt hic, &
§.si impossibilis.insti.de inuti.stip.l. certi condictio.§.quoniam.
in ver.item quæri potest.ff.si cert.pet. Item vitiat omnem con-
tractum etiam bonæ fidei l.non solũ.ff.de act.& oblig.ratio est,
quia promittens sub conditione impossibili,non vr̃ habere ani
mum,nec voluntatem se obligandi.istam rationẽ assignat tex.
in l.nõ solũ.ad fi.s̃.tit.1.& tex.in l.cũ hęres.§.1.in fi.ff.de statulib.
& consequenter ꝯhentes,qui apponunt scienter conditionem
impossibilem,dicũtur truffatoriè agere,vt in iurib.præalle.facit
tex.in l.an inutilis.in prin.ff.de accep.Adde, ꝙ conditio impos-
sibilis in tm̃ vitiat contractum,ꝙ ex eo non oritur obligatio ali
qua etiam naturalis,vt probat text.in l.impossibilium.ff.de reg.
iur.dum dicit impossibilium nulla est obligatio. pondera tex.
dicentem nulla,ergo etiam nec naturalis,& ita pondera gl.not.
& magistram in regula,nemo potest.de regu.iur. in 6. Adde,ꝙ
istud clarius probatur in l.si sub impossibili. & ibi Bart.ad hoc
not.ff.de fideius. vbi stipulationi conceptæ sub conditione im-
possibili non potest accedere fideiussor, ergo patet, ꝙ ex ea nõ
oritur etiam obligatio naturalis,quia si orietur,posset accedere
fideiussor.l.fideiussor obligari.ff.de fideius. imò plus probat ille
text. ꝙ non oritur officium iudicis; quia etiam accederet fide-
iussor,si oriretur officium iudi.Ista regula,ꝙ conditio impossi-
bilis vitiet contractum,limitatur primò s̃m Rom. & Alex hic,
non habere locum in contractu matrimonij, quia fauore ma-
trimonij conditio impossibilis non vitiat contractũ matrimo-
nij,imò ipsa conditio vitiatur,vt est text.in c.fi. de condi.appo.
ita tenet gl.in l.1.in glo.magna ad fi.& ibi Bart ff.de condi.insti.
Tu dic melius, ꝙ si conditio impossibilis apponitur circa sub-
stantiam matrimonij,& tunc bene vitiat matrimonium nec
per copulam sequentem confirmatur.tex. habes in illo c.fin.de
condi.appo.& ibi Host. do.Ant. de But.& alij ibidem multum
no.illum tex. Si autem conditio impossibilis non sit cõtra sub-
stantiam matrimonij, tunc bene verum est, ꝙ non vitiat ma-
trimonium,sed reijcitur ipsa cõditio impossibilis. exemplum,
contraho matrimonium cum muliere, si homicidium,vel fur
tum commiserit,tunc illa conditio reijcitur,quia non est circa
substantiam matrimonij.ita loquitur text. in isto c. fi. de condi.
2 appo.¶ † Secundò limita regulam huius tex. quando conditio
est impossibilis de natura vel de iure, cui ius resistit, tunc vitiat
stipulationem,vel ꝯctum. Secus si lex non resistat,nec sit cõtra
bonos mores,licèt non assistat, tunc vt pœna promissa euite-
tur,debet impleri de facto, licèt impossibile sit, ꝙ impleatur.l.
quidam cum filium.& ibi Bar.no.in pen.col.ꝯ.c. idem Bart in l.
vbi pactum.in vlti.col.C.de transa. & in l.1.in 3.col. ff.de condi.
insti.& Io.de Imo.& Mod.hic.facit text.in l.mulier. ff.de condi.
3 insti.& l.Meuius.ff.de condi.& dem.¶ † Tertiò limita,ꝙ licèt cõ
ditio impossibilis vitiet omnem ꝯctum, & sic impediat obliga
tionem ex ea oriri,tñ non impedit oriri condictionem ob cau-
sam,quæ non oritur ad perficiendum cõtractum,sed ad resol-
uendum.ita loquitur.l.si militem.& ibi Bar.C.de condi.ob cau.
& Bar.in l.non solùm.s̃.tit.1.& in l.1.3.col. s̃. de condi.insti.facit
tex.in l.fi.§.1.ff.de condi.ob turp.cau.sed tu aduerte,ꝙ Bart.hic,
& in omnib.locis præalleg. videtur decipi in illis legib. quia ista
iura.s.d.l.si militem. in l.3.§.si liber.de condi.ob cau.non loquũ-
tur de ꝯditione impossibili,vt dicit Bar.& gl.in d.l.non solũ.sed
loquuntur de mõ impossibili,& nos habemus,ꝙ licèt cõditio
impossibilis vitiet contractum, tñ modus impossibilis non vi-
tiat nec obligationem,nec ꝯctum.gl.est ño.quam Ang.hic di-
cit sin.in l.cùm donationis.in gl.magna ad fin.C.de transa. Ra-
tio diuersitatis est in promptu, quia in conditionib. obligatio
oritur ex conditionis euentu, quia donec pendet conditio,tan-
diu pendet ortus obligationis.l.cedere diem.ff.de verb.sig.ergo
si conditio sit impossibilis,vitiat obligationem, & cõsequenter
vitiat ortum obligationis.Secus est in modo, quia modus non
impedit ortum obligationis, quia antequã modus impleatur,
dispositio habet suum esse perfectum.l. cùm ab eo.ff. de ꝯhen.
emp.l.1.& 2.vbi gl.C.de his,quæ sub modo.ergo impossibilitas
modi non habet impedire ortum obligationis, quia iam orta
est,& facilius impeditur aliquid oriri, quàm tollatur iam ortũ.
arg.l.patre furioso.ff.de his,qui sunt sui,vel alie.iur. ¶ Et ex hoc
4 habes quartam not.limitationem,& necessariam,† ꝙ conditio
impossibilis bene vitiat contractum, sed modus impossibilis
non vitiat,nec impedit obligationem oriri,& adde ad istam li-
mitationem,quod vult Bar.in l.codicillis.ff.de leg.2. Confirmo
per id,quod vult tex.no.in simili in l.demõstratio falsa.§. ꝙ au-
tem iuris.ff.de condi. & demonstr. vbi falsa causa de præterito
vitiat conditionem, sed non vitiat modum, & ita habes quar-
5 tam limitationem ad tex.nostrum. ¶ † Quintò limita regulam
huius tex.quòd promissio sub impossibili conditione vitiat sti-
pulationem.istud est verum quando à princip. fit talis promis-
sio sub conditione impossibili,ita loquitur tex.hic cum alijs iu-
ribus præalleg. Secus quando à princ. promittitur aliquid pos-
sibile,puta promitto me, vel alium sistere in iudicio, & renun-
tio exceptionibus, quæ mihi possent competere ex futura im-
possibilitate, & sic volo teneri, etiam quod sit impossibile me
venire. Ista specialis renuntiatio non inducit obligationem su-
per impossibili, sed remouet solùm obstaculum exceptionis
superuenientis ex impossibilitate,ergo valet. Ita limitat Barto.
istam regulam in l. sed & si quis in §.quæsitum. in 1.colum.in
fin.per illum text.ff.si quis cau & ibidem Albe. & Angel Tu dic
melius, & planius, quòd in illo §. non tractatur de impossibi-
litate, sed solùm de difficultate, quæ non vitiat.l. continuus.§.
illud.ꝯ.eod.secundum Bald.& Rapha.Fulgo.ibi, & ista est pla-
6 nior responsio. ¶ † Nunquid regula huius tex.procedat in don.
causa mor. quæ habet mixtam naturam,iuxta l.fin. C.de dona.

cau.mor.Imo.& Rom.hic,& Bald.& Ang.in l.1.ff.de condi.&
demonst.tenent,ꝙ non.per text.in l.quæ sub conditione.§.hoc
edictum.ff.de condi.insti. quem Ange.ibi reputat sing. Alex.hic
dicit,ꝙ non reperit aliquem tenere contrarium, sed quod ipse
putat contrarium. Sed aduerte, quia secundum istam opin.
Alex.conditio impossibilis vitiaret dona. caus.mor. quod non
7 credo,per ea quæ dixi in l.2.ff.de lega.1. ¶ † Secundò not.ex se-
cunda parte tex.quòd conditio impossibilis negatiuè concepta
non vitiat nec suspendit,imò promissio remanet pura,ratio est
secundum Bar.quia si affirmatiua est impossibilis, ergo negati-
ua est necessaria.¶ Limita istam regulam,& tex. vt procedat in
conditione negatiua impossibili de natura, puta si cœlum non
ascendero.Secus si sit impossibilis de iure.l.iurisgentium.§.si ob
maleficium.ff.de pac. ratio, quia tunc continet turpitudinem,
quia est turpe, quòd quis capiat pecuniam,ne committat ma-
leficium.l.plag.j.eo.ita limitat Bar.hic,& in l.non solùm.§.titu.
1.Tu aduerte, quod potest apponi pœna,si maleficium fiat, &
consequenter promittat non facere tale homicidium sub pœ-
na,valet promissio.tex.in l.non impossibile. & ibi Bald.not.ff.de
pac.¶Secundò limita regulam istius tex. vt procedat, quando
conditio est necessaria,& apponitur stipulationi principali, tũc
eam non vitiat,imò promissio remanet pura,& valida.text.hic
est.Secus si adijciatur stipulationi pœnali, & consequenter, vt
si hominem, qui est mortuus,non dederis,promittis pœnam,
non valet.l.si homo mortuus.j.eo.Ita limitat istum tex. Cyn.in
l.non moriturum.C.de contrahend.& commit.stipul.sequitur
Alex.hic in fi.& licèt non dicat, eam tradit Imo.in l.1.circa fi.ff.
de condi.insti.ratio, quia tunc stipulatio est accessoria promis-
sionis inutilis,& licèt Alex.non dicat, pro ista limitatione adde
tu glo.valde no.in c.significantibus.in glo.fin.de offic.deleg.vbi
dicit gloss.egregia, quòd pœna promissa in contractu, vel alio
actu intelligitur si actus principalis valeat, & non aliter. Ad
idem adde,quod vult gl.in l.si patronus.§. patronum.ff. si quid
in fraud.patr.vbi gloss. no.dicit, quòd si rescinditur principale,
etiam rescinditur accessorium.Ad idem bene facit,quia repro-
bato aliquo reprobatur quicquid venit in eius concomitan-
tiam,vel rigorem,siue sit principale,vel pœnale.l.Seius, & Au-
gerius.ff.ad l.Falcid.ita dicit no. Bald.in l.pactum dot. in 1.opp.
8 C.de colla.¶†Vltimò not.ex text.ibi, & præsens est, quòd con-
ditio necessaria licèt in futurum tempus concepta,cùm sit om
nino extitura, dicitur esse pura. imò secundum glo.hic, est pu-
rissima in superlatiuo gradu.facit.l.si pupillus.§. qui sub condi.
alle.in gl.ff.de noua.Sed ad istud no.videas id, qd vult gl.in c.per
tuas in gl.mag.ad fi. de ꝯdi.appos.& ibi Io.And.& Ant.de But.
ad fin.simpliciter sequuntur illam gl.vbi vult, quòd matrimo-
nium contractum sub conditione,quæ omnino est extitura,vt
puta si cras erit dies, tamen matrimonium non valet de præ-
senti contra hanc regulam. Tu aduerte pro limitatione huius
tex.& defensione illius glo.quòd quando conditio omnino ex-
titura nullum diem habet,& tunc procedit text.noster,& tunc
conditio est pura, & simplex: exemplum,promitto centum si
non ascenderis cœlum,hic nulla est dies, sed vbi conditio om-
nino extitura haberet diem, & tunc distingue, aut habet diem
certum, vt puta contraho matrimonium si cras erit dies, nam
interim non est matrimonium,nec illa est vxor:si autem habe-
ret diem incertum, & tunc dies est incertus an & quando, aut
est incertus quando,sed non an,isto casu non procedit iste text.
ita declarat not.Bart. in l.ita stipulatus.in 2.quæst.j. eod. regula
ergo huius text.procedit, quando conditio necessaria omnino
extitura non habet diem, vel si habet diem, habet certum, &
tunc valet. Secus si haberet incertum, quia non valet in casu
illius glo.illa conditio omnino extitura habebat diem certum,
qui non habet suspendere.l. hæres meus.ff.de condi. & demon.
& l.sub conditione.ff.de condi.indeb. ergo tunc tale matrimo-
nium contractum sub conditione omnino extitura habente
diem certum deberet valere,& haberi pro pura, & sic non va-
leret secundum matrimonium si cõtrahatur. ita cõcludit Car.
Flor.& ibidem cæteri Moder.post eum in d.c.per tuas.ad fin.de
condi.apposi.& ita habes limitatum istum text. & illam glo.&
expeditam istam.l.impossibilis. Benedic. Deus.

SVMMARIVM.

1 *Dies adiecta conditioni validæ dependenti à facto promissoris censetur repetita in promissione pœnæ.*

2 *Vbi promissio incipit à præcedenti conditione habente dilationem temporis,tunc expectandum est vltimum momentum temporis ad hoc, vt possit effectualiter agi.*

3 *Statutum,quòd bannitus si non compareat intra octo dies habeatur pro confesso, & conuicto, an habebit locum quando certum est, quod sua culpa non poterit comparere.*

4 *Vbi conuentio habet conditionem, & diem, & sic duplicem dilationem,non sufficit conditionem impleri, sed requiritur, quòd dies expectetur.*

5 *Vbi dies est adiecta conditioni validæ dependenti à facto promissoris, possum agere ante diem si constat, quòd conditio defecerit ante diem, tamen obstat exceptio, si ante diem agatur.*

6 *Vbi dies est adiecta conditioni inualidæ, seu necessariæ, statim potest agi non expectata aliter tali die.*

7 *Dictio protinus, importat idem, quod ipso iure.*

8 *Quando dies apponitur facto negatiuo conditionali alterius tertij, statim quòd non potest fieri, venit, & cedit dies.*

9 *Quando aliquid conditionale deducitur in iudicio, debet purificatio conditionalis liquidari.*

10 *Instrumentum guarentigiatum habens conditionem reuera purificatam non tamen potest in iudicio obtinere exceptionem facti, donec pars notum faciat iudici purificatam esse conditionem.*

11 *Stante statuto, quòd occidatur, qui vulnerauit aliquem mortiferè, dato, quod certum sit, quod vulneratus ex eo vulnere debeat mori, tamen non debet vulneratus accusari, & condemnari de homicidio, nisi morte sequuta.*

12 *Stante statuto, quòd occidens aliquem in die Veneris Sancti ob supremã deuotionem Christianitatis debeat puniri grauissima pœna mortis, si quis eo die aliquem mortiferè vulnerauit, & alia die mortuus fuerit, est puniendus dicta pœna statuti.*

13 *Volens agere vigore conditionis negatiuæ purificatæ, debet probare illã negatiuam esse purificatam.*

14 *Cui incumbat onus probandi negatiuam, vide regulam cum fallentijs.*

15 *Mulier vidua petens alimenta extra domum mariti, quia non potest habitare cum hæredib. mariti, tenetur probare istam negatiuam, cùm sit fundamentum intentionis suæ.*

16 *Petenti copiam à tutore indubitanter est danda, aliàs tutor non audietur.*

17 *Negatiuæ non coarctatæ loco, & tempore qualiter debeant probari.*

18 *In his, quæ sunt difficilis probationis, seu quæ non possunt liquidò probari, sufficit informatio iudicis per vehementem opinionem.*

19 *In his, quæ à communiter accidentibus sunt difficilis probationis, admittitur probatio per coniecturas, & indicia, & sufficit pro plena probatione.*

20 *Contractus probatur vsurarius ex solis præsumptionibus, & argumentis.*

LEX VIII.

IN illa stipulatione. Quia ista lex est cõ-
1 traria legi hoc iure,ideo eas simul legam. † Dies ad-
iecta conditioni validæ dependenti à facto promis-
soris,censetur repetita in promissione pœnæ. hoc dicit cum l.
hoc iure. Et est tertius intellectus,seu solutio glo.l.hoc iure. Et
istæ duæ leges habent tres partes.In prima loquitur tex.quando
conditio erat valida,& dependebat à facto promissoris. In se-
cunda,quãdo erat inualida.In tertia,qñ dependebat à facto ter
tij.Secunda ibi,sed cum eo.Tertia ibi,in l.hoc iure. ¶Circa pri-
mam oppo.Bart.eam melius declara,vt declarat Pau. de Cast.
In tertia opp.& licèt non dicat,ante eum fuit solutio Bar.in illa
l.si homo mortuus.j.eo.aliam solutionem ponit Bart. met in l.
3.§.fi.ff.de lib. & posthu.ad ista contraria, tñ in effectu ad idem
tendit.¶Circa tertiam opp.Bar.de l. si quis hæres ita scriptus.ff.
de acqui.hęr.dum Bar.respondet, ꝙ ibi ideo est, quia institutio
non potest fieri ex die,vel ad diem,prout potest fieri stipulatio.
l.hæreditas.ff.de hære.insti.licèt Bar. non dicat,ista est solutio gl.
ante eum in d.l.si quis hæres ita scriptus.in gl.fi. ibi glo.ita pun-
ctualiter rñdet,ego non credo,ꝙ ista solutio sit bona,nec est de
mente illius literæ, quia est verum,ꝙ institutio non põt fieri ex
die nec ad diem,exemplum,ego instituo te hæredem vsque ad
annum, vel elapso anno, ista institutio non valet, imò sublato
vitio temporis remanet pura, ratio quia sicut testator non po-
test decedere pro parte testatus,& pro parte intestatus l.ius no-
strum.ff.de reg.iur. ita etiam in tempore, arguendo de re ad tẽ-
pus,quod est validum, quia non potest pro parte temporis re-
manere testatus, & pro parte temporis intestatus, ita declarat
Bar.in l.hæreditas ex die.ff.de hęr.insti.& gl.in l.extraneum.C.de
hær.insti.modo aduerte tu prouecte, ꝙ in illa l.si quis hęres ita
scriptus:ille hęres non fuit institutus,nec ex die,nec ad diem,quia
non valeret, imò nulla dies institutioni erat adiecta, sed bene
fuit institutus aliàs hæres sub conditione, si adiuerit hæreditatẽ
intra tantum tempus,& dicit formaliter Ange.in d.l.si quis hę-
res ita scriptus,ꝙ licèt hæres non possit scribi ad diẽ,vel ex die,
tamen potest institui sub conditione, puta si adiuerit hæredita-
tem intra duos annos,& alleg. Angel.text.in l.sed & si in condi-
tione.in princip.ff.de hæred.instit. Et propterea responde me-
lius, prout fuit de mente Bart.in l. si quis hæres ita scriptus, in
summario,

ſummario, ꝙ ibi ſubſtitutus fuit datus in defectum cõditionis, ſi adiuerit intra duos annos, & non poteſt teſtator eſſe pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, quia ſi adiuerit fingitur, vſq; retro fuiſſe hæres, ſi autem non adiuerit habet ſubſtitutum, & ad idem tex. in l. à filia. §. 1. ff. ad Trebel. & iſta erit realior, & melior ſolutio ad illum tex. ¶ No. ex 1. parte huius l. ꝙ dies adiecta conditioni poſſibili dependenti ex facto promiſſoris intelligitur repetita etiam in promiſſione facta in defectum conditionis, vnde licèt conditio veniat, tamen dies tacitè repetita impedit agi contra promiſſorem. Antequam vlterius procedam, videamus primò, quæ ſit ratio fundamentalis huius text. ꝙ dies expreſſa in conditione dependente à facto promiſſoris intelligitur repetita. reperio aſſignari triplicem rationem. Prima eſt Ray. & Pau. de Caſt. ꝙ ex quo conditio, & eius implementum dependet à facto promiſſoris, & ſimiliter promiſſio, ideo propter ſimilitudinem, quam habent conditio & promiſſio, certè dies adiecta in cõditione cenſetur tacitè repetita in promiſſione, quia in habentibus ſymbolum facilis eſt tranſitus. l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei vend. quæ non ceſſat in l. hoc iure. vbi implementum conditionis non dependebat à facto promiſſoris, ſed à facto tertij, ideo dies non intelligitur repetita. Alia poteſt eſſe ratio ex mente Scribentium hic, quia quando conditio dependet à facto ꝓmiſſoris, dies videtur adiecta promiſſioni ad differendum ſolutionem, & conſequenter in fauorem promiſſoris, ſed iſte fauor non prodeſſet, niſi cenſeretur dies repetita, & dicit Bal. in c. cùm in veteri. in vlt. col. de elec. ꝙ in iſta lege eſt duplex fauor debitoris, ſcilicet in conditione, & in die, vt ergo iſte fauor militet, dies appoſitus cauſa differendę ſolutionis intelligitur repetitus in promiſſione. ¶ Tertiam rationem aſſignat Alber. de Ro. hic, & eam ſibi aſcribit Are. licèt non referat Alb. ſed credo, ꝙ non haberet Albe. & dicit Alb. ꝙ ratio eſt in promptu, quia datio pecuniæ ſuccedit loco eius, quod erat ſub conditione promiſſum ab eodem, ergo debet cenſeri ſubrogata cum qualitatibus ſuis, & conſequenter cum die, per regulam. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. declarat Bar. in l. 1. §. hæc actio. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſ. fue. & iſta ratio plus placet. Iſtũ tex. limitat not. Ang. & expreſſius Pau. de Caſt. vt procedat duobus copulatiuè concurrentib. primum, ꝙ implementum conditionis pendeat à facto promiſſoris, ſecus ſi à facto tertij, ita loquitur. l. hoc iure. Secundò, quando conditio dependens à facto promiſſoris erat implenda ſtipulatori, & cõſequenter in vtilitatem ſtipulatoris cederet implementũ conditionis, iſtis duobus concurrentibus dies appoſita cenſetur repetita. Secus, quando conditio non eſſet implenda ſtipulatori, vel ad eius vtilitatem, tunc nõ procederet iſte tex. exemplum, ſi intra menſem nõ iueris Romam, promittis centum, nam ire Romam eſt implendum per promiſſorem, ſed implementum non cedit ad vtilitatem ſtipulatoris, nam tunc militat eadem ratio, quæ in l. hoc iure. Alex. dicit, ꝙ iſta eſt ſolennis limitatio ad iſtum text. ſed ꝙ non eſt vera, ſed eam non reprobat nec lege, nec ratione. Ego contra iſtam limit. Ang. & Pau. de Caſt. allego duos formales tex. primò tex. in l. veluti. §. fi. ȷ̃. eo. vbi conditio eſt implenda à promiſſore, & non venit implenda in vtilitatem ſtipulatoris, & tamẽ dies intelligitur repetita. Ad idem adduco tex. ſimilem in l. quicquid aſtringendæ. §. fin. ȷ̃. eod. vbi eſt ſimilis tex. Et per illas duas leges reprehendo limitationem Ange. & Pau. de Caſtr. & amplio regulam iſtius text. ꝙ quando implementum conditionis pendet à facto promiſſoris ſiue, cedat implementum ſtipulatori, ſiue non, & conſequenter ſiue ſit conditio dandi, vel faciendi, ſemper intelligitur repetita in
2 promiſſione dandorum centum. ¶ † Secundò not. ex hoc text. ꝙ vbi promiſſio incipit à præcedenti conditione habente dilationem temporis, tunc expectandum eſt vltimum momentũ temporis, ad hoc, vt poſſit effectualiter agi. Ita iſtum text. alleg.
3 Bal. in l. 2. C. ſi pen. appel. mors interue. vbi per hoc infert, † ꝙ ſi ſtatutum diſponat, ꝙ ſi bannitus non cõpareat intra octo dies, habeatur pro confeſſo & conuicto, & certum ſit, ꝙ ſi culpa ſua non poſſit comparere intra octo dies, tamen non habebitur pro confeſſo & conuicto, donec ſupereſt momentum temporis, per tex. in c. vbi periculum. de elec. in 6. & ibi glo. Item, q̃a hæc pœna trahit ſecum executionem, ideo requiritur factum conſummatum verè non interpretatiuè. ita egregię not. Io. And.
4 in c. perpetuò. de elect. in 6. in nouel. ¶ † Tertiò not. ex text. expreſſam regulam, ꝙ vbi conuentio habet conditionem & diẽ, & ſic duplicem dilationem, non ſufficit conditionem impleri, ſed requiritur, quòd dies expectetur. ad de regulam, quam not. Bal. in l. ſi eum. §. 1. ff. ſi quis cau. per illum tex. & noſtrum, quòd ex duobus impedimentis non ſufficit vnum ceſſare altero remanente. facit bene tex. in l. ſi non Aelia Sentia. §. 1. ff. de hæred. inſti. in l. ſi domus. ff. de ſerui. vrb. ad idem facit regula. l. ſi hæredi plures. ff. de condi. inſti. limita ſing. iſtum text. vt habeat locũ in contractibus ſtricti iuris tantum, vt hic, & in d. l. ſi eum. §. 1. ſecus eſt in contractibus bonæ fidei; in quibus quamprimum conſtat id, quod promiſſum eſt, non poſſe adimpleri, ſtatim poteſt agi non expectata die, & probat text. in l. ſi in lege. §. ſi domus. vbi Bart. & Rapha. Fulg. ad hoc not. ff. loc. Iſtam limitationem Bart. ſequuntur Bald. Imo. & Rapha. Cuma. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. §. fi. ad fi. ȷ̃. e. & Alex. hic, ſed eam reprehendit Pau. de Caſt. hic, & in l. ſi in lege. § ſi domus, quia nõ debet fieri iſta differentia inter contractus ſtricti iuris, & contractus bonæ fidei, & alleg. tex. in l. item quæritur. §. ſi in lege. ff. loc. & ad tex. in l. ſi in lege. §. ſi domus. reſpondet, quia procedit propter culpam promiſſoris, quia receſſit, vel deſeruit. iſta ſolutio nihil eſt, quia habes tex. in d. l. ſi eum. §. 1. vbi tamen expectatur dies, quid tenendum? licèt iſta limitatio *Barto. ſit approbata, & communis*, & ab ea in conſulendo non recederem, tamen text. quem alleg. Barto. nihil probat, prout etiam dicit Aret. hic per regulam, quam dabam ſupra, ꝙ ceſſante cauſa dilationis ceſſat dilatio, per l. à filia. §. alumno. ff. ad Treb. tunc ſi in l. ſi in lege. §. ſi domus. ego locaui domum ad quinquennium, non poſſum conuenire, niſi elapſo tempore, quia eſt neceſſe, ꝙ ego dominus patiar, vti vſque in finem domo conducta l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emptio. quando ergo recedit, & dixerit, ceſſat
5 cauſa dilationis, ergo ſtatim poſſum eum conuenire. ¶ † Quar-
a tò not. [a] ex tex. ibi, & licèt ante conditionem committi videatur, quòd vbi dies eſt adiecta conditioni validæ dependenti à facto promiſſoris, poſſum agere ante diem, ſi cõſtat, ꝙ conditio defecerit ante diem, tamen obſt. exceptio, ſi ante diem agatur, vt hic, & l. cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo. ȷ̃. eo. Limita iſtud procedere in pœna conuentionali, ſecus ſi pœna nõ fuit appoſita ab homine, ſed à lege, tunc licèt conſtet factum promiſſum ante diem impleri non poſſe, nullo modo committitur ſtipulatio ad intereſſe ante diem etiam mero iure. text. eſt in l. inſulam intra biennium. ȷ̃. eod. glo. & Bart. in l. cùm ſtipulatus ſim mihi à proculo. ȷ̃. eo. c. commiſſa. in princ. iuncto c. licèt canon. de elect. in 6. Tu vide tex. qui fortiter obſt. contra text. noſtrum in l. ſtipulationes non diuiduntur. in §. fin. ȷ̃. eod. vbi mero iure non poteſt ante diem agi, tamen ibi Alexan. conatur illi
6 tex. reſpondere, ſed iſtud eſt modicæ vtilitatis. ¶ † Quintò no. [b]
b in verſi. ſed cum eo, quòd vbi dies eſt adiecta conditioni inualidæ ſeu neceſſariæ, ſtatim poteſt agere non expectata aliter tali die, ratio eſt, quia ſicut ipſa conditio neceſſaria non ſuſpendit obligationem, quia cenſetur pura. l. ſi pupillus. §. qui ſub conditione. ff. de noua. & l. cedere diem. ff. de verbo. ſignific. ita nec etiam ſuſpendit tempus in ea tacitè ſubintellectum, vt dicit gl. hic in fi. quia ſi non valet expreſſum, nec etiam valet tacitum. l. 3. §. qui habet. ff. de ſerui. ruſt. prædio. pro iſta ratione adde text. not. in l. ſi diem. §. 1. ff. de condi. & demonſtr. vbi eſt text. quòd dies inutiliter expreſſa, quę omnino tacitè inerat, nunquam extenditur ad aliam diſpoſitionem, & per illum tex. decidit egregium caſum Ludo. Roman. & non alleg. alium text. in conſi. 134. incip. pro declaratione primæ dubitationis quatuor præſupponenda ſunt. in vltimo dubio. Tu ſcis, quòd legatum pro dote eſt conditionale, ſi matrimonium ſequatur, vt declarat Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demon. & ſi cum legato dotis fiat aliud legatum, dies appoſita legato dotis, quæ tamen tacitè ſubintelligebatur, non attenditur. ſed ſtatim poterit peti. ita per illum tex. conſuluit Rom. conſi. ſ. alleg. alium tex. ſimilẽ, & formalẽ habes in l. talem. §. 1. ff. de hęre inſti. & pro iſtis facit optimè text. noſter in verſi. ſed cum eo. vbi illa conditio ſi digito cœlum tetigeris, eſt inutilis, & non intelligitur
7 repetita dies, & iſta teneas cordi. ¶ † Sextò pondera iſtum tex. in fin. in verbo agi protinus poteſt, in illa dictione protinus,
c prout not. Aretin. hic, quòd iſta dictio protinus, [c] importat idem, quòd ipſo iure, & conſequenter importat canonem

latæ

ADDITIONES.

a ¶ Quartò nota, &c. Ad hoc vide gloſſ. in verſic. elapſis. in cap. commiſſa. de elect. in ſexto hic alleg. & vide ibi Docto. maxime Gemin. & Philip. de Peruſ. in princip. & in c. licèt cano. eod. titu. & vtrobique legendo aliquando benè examinat iſtud notabile.

b ¶ Quintò not. &c. Limita iſtam concluſio. quòd quando conditio non dependet à poteſtate debitoris, non expectes vltimum tempus, vtrum procedat dum eſſet appoſita dictio tunc, quæ denotat temporis extremitatem. l. 4. §. in his. ſupra de condi. & demon. & ita per illum text. Bart. ibi in fi. limitat iſtam l. cùm ſeq.

c ¶ Dictio protinus, &c. Et quòd ſignificet quandoq; ſine interuallo temporis, vltra allegata hic, vide etiam Alexan. in l. 1. §. qui præſens. in fin. ſupra eod. Et nonnunquam denotat ſine proceſſu, idem in l. 1. ff. iudi. ſolui. Dixi in dictionario in dictione protinus. Alias etiam habet ſignificationes vide, bidẽ.
* Et per Catel. ver. protinus. ver. mox. eundem Iaſ. in l. poſſideri. §. in amittenda. nu. 10. ff. de acq. poſſ. MASVER.

latæ ſententiæ,& ſic, quòd pœna cenſeatur ipſo iure impoſita.
ad hoc allegat Aret. quædam alia, quæ nihil penitus faciunt,al-
leg.Bar.in l.in criminali.C.de iuriſdi.om.iudi.& in l.Imperator.
ff.de iure fiſ.& Cano.in c.fi.de for.compe. Tu adde tex.in l.2.in
verbo protinus.C.vt lit.pen.per quem tex.not.ibi ſignanter Bal.
ꝙ iſta dictio protinus,quæ excludit omnem interuallum tem-
poris,importat,ꝙ condemnatio debeat fieri abſq; alio proceſ-
ſu, & cogi debeat promiſſor, vel debitor ſoluere pœnam ſine
dilatione temporis. Ad idem de dictione protinus,adde text.in
l.1.in prin.& in l.3.§.in amittenda.vbi Alex.no.ff.de acquir.poſ.
8 & tex.in l.ſi filiusfam.§.1.ff.de teſt.milit.¶†Septimò no.in l.hoc
iure.ꝙ quando dies apponitur facto negatiuo conditionali al-
terius tertij,ſtatim ꝙ non poteſt fieri,venit & cedit dies.ita no.
iſtum text.Bald.in c.cùm in veteri.in vlt.colum.in prin.de elec.
9 ¶Octauò no.ex ea.gl.ibi,antequam exploratum ſit,† ꝙ quãdo
aliquid conditionale deducitur in iudicio,debet purificatio cõ
ditionalis liquidari.ita iſtum tex.pro ſinguiari not.Bal.in l.ſi q̃d.
in vlt.col.C.de excep. Tu adde tex.in l.ſi ita ſtipulatus.§. ꝙ ſi ab
inuito.in verſi.niſi fuerit declaratum reum promittendi ſiſti nõ
poſſe.j.eod.¶Nonò per iſtam l.dicit Bald.in l.cùm in teſtamen-
10 to.in fin.C.de teſta.manu.† ꝙ inſtrumentum guarentigiatum
habens conditionem reuera purificatam, non tamen poteſt in
iudicio obtinere executionem facti, donec pars notum faciat
iudici purificatam eſſe cõditionem. ita dicit Bal. iſtam l.ad hoc
eſſe ſing.facit.l.3.& quod ibi not.Bart.C.de ſenten. quæ ſine cer.
quanti.profe. ¶Decimò iſtam l.alleg.Bart.in l.damni infecti.§.
11 Sabini.in 2.col.ff.de damn.infect. ſtante ſtatuto,† ꝙ occidatur,
qui vulnerauit aliquem mortiferè dato, ꝙ certum ſit, ꝙ vulne-
ratus ex illo vulnere debeat mori, tamen nõ poteſt vulneratus
accuſari,& condemnari de homicidio,quia ſtatutum loquitur
de occidente,& ſic de morte, neceſſe ergo eſt, ꝙ mors ſequuta
ſit.Ita etiam tenet Bal.in c.1.in §.iniuria.in vlti.col.de pace iura.
firman.& in c.1.quib.mod.feu. amit. Alibi tamen decidit ſing.
Bald.& non recordor me alibi legiſſe in l. vnica. circa fin. C. de
12 nundi.ꝙ ſi ſtatutum diſponat,† ꝙ occidens aliquem in die ve-
neris ſancti ob ſupremam deuotionem Chriſtianitatis, debeat
puniri grauiſſima pœna mortis, ſi aliquis vulneraret aliquem
mortiferè,licèt non moriatur illa die ſed alia,tamen debet pu-
niri grauiſſima pœna mortis ob ſupremam deuotionem diei.
¶Vndecimò iſtam l.allegat gloſſ. de pœnit.diſt.1.c. prædixerat
Hieremias. ꝙ ſi aliquis mihi promiſit ſcribere librum ad cer-
tum tempus ſub pœna, & elapſum ſit tantum tempus, ꝙ non
amplius poterit in tempore, quod ſupereſt,ſcribere librum,an
potero ſtatim agere ad pœnam glo.dicit, ꝙ ſic, poſteà allegat
quædam iura in contrarium.de hoc habes tex.not.in l.cùm ſti
13 pulatus ſim mihi à Proculo,in prin.j.eo.¶ † Duodecimo not.
ex iſta l.ꝙ volens agere vigore conditionis negatiuæ purifica-
tæ,debet probare illam negatiuam eſſe purificatam, & ſic qui
a fundat intentionem ſuam ex negatiua, debet illam probare,[a]
quod examinat.j.Bar.latè,vbi dicetur poſt Inno.in c.ſuper his.
de accuſa.ponit Spec.in titu.de loca.§. nunc aliqua. in verſi.31.
Expeditis tex.venio ad glo.quæ ſunt claræ. ¶In glo.in ver.non
* poſſet,in l.hoc iure.Bar.*& communiter alij tenent* tertiam ſolutio-
nem glo.ſecundum quam ſummaui tex.& figuraui caſum, &
formaui no.Sed aduerte licèt Bar. & Dyn.reprehendant primã
ſolutionem gl.per regulam,quòd prohibitum ad tempus cen-
ſetur poſt illud tempus permiſſum. l. Imperator. ff. de poſtul.l.
ſtatuliberum.§.Stichum.de leg.2.Tu aduerte,ꝙ iſtam primam
ſol.tenent Ioan.de Imo.& Raph.à Cuma.hic, quia ſecundum
fundamentum Bar.& Docto.neceſſe eſt ſumere argumentum
à contrario ſenſu,& niſi ſumatur argumentum à contrario ſen
ſu,iſta l.non erit contraria ad l. in illa. ſed nos habemus regulã,
ꝙ argumentum à contrario ſenſu non eſt ſumendum,quando
reſultat contrarietas legum, & abſurdus intellectus l.conuenti-
culam.C.de Epiſc.& cler.Confirmo,quia argumentum à con-
trario ſenſu nunquam debet ſumi, quando inducitur contra-
rietas,vel legum correctio.glo.eſt in c. vnico.in glo.1. de æta.&
quali.lib.6.glo.in c.ſignificaſti.de foro compe.glo. in clem.1.de
ſenten.excom. ratio, quia per ſubauditos intellectus nunquam
debet induci correctio legum.ita glo.reputata ſing. in c.cupien
tes.in prin.de elec.in 6.ſed argumentum à contrario ſenſu dici-
tur eſſe ſubauditus intellectus. ita dicit gloſſ.in l.2. C. de condi.
inſer.& glo.in l.apud antiquos.C. de furt. teneas opinio.Barto.
contra glo.quia niſi in iſta l.hoc iure. ſumeretur iſtud argumen
tum à contrario ſenſu,verba iſtius text.eſſent ſuperflua, & nihil
operarentur, & regulam habemus, ꝙ quando verba legis in
ſenſu directò nihil operantur,debet ſumi argumentum à con-
trario ſenſu, etiam ad correctionem alterius legis. ita probat
text. in l.nulla.in fin. iuncta Auth diaconiſſa.C.de Epiſc.& cler.
tradunt Scribentes, vbi dixi in l.1.in princip. ff.de offic.eius cui.
Propterea Legiſtæ,& Canoniſtæ dicunt in ſtatuto Florentino,
quòd non exiſtentibus maſculis fœminæ filiæ ſuccedant patri,
iſtud ſtatutum in ſenſu directò nihil operatur,quia clarum eſt,
quòd maſculis non exiſtentibus filiæ fœminæ ſuccedunt pa-
tri, ideo vt ſtatutum aliquid operetur, ſumitur argumentum
à contrario ſenſu. ita Cyn. in l.conuenticulam. vbi Bald. C. de
Epiſco.& cleric.Bald.Angel.& Alber.in l.ſi cùm dotem ff.ſolu.
matrimo.cum concordan. quas dedi in illa.l.1. ff.de offic.eius
cui.mand.ſic in propoſito noſtro, iſta verba eſſent ſuperflua,&
nihil operarentur, ſi non ſumeretur argumentum à contrario
ſenſu.confirmo per tex.in l.4.in fin. ff.de condi. & demonſtr.&
in l.vxori vſumfructum villæ. de vſufruct. lega. quæ iura infra
Bar.allegat ad aliud propoſitum, vbi in conditione non depen
dente à facto promiſſoris potuiſſet agi ante finem temporis,
niſi fuiſſet appoſita dictio tunc, & ſic teneo,quòd ſolutio gloſſ.
* non ſit bona. Item inquantum Bart. contra tertiam *ſolutionem
glo. communiter approbatam* opponit de l. 4. in fin. & de l. vxori
vſusfructus villæ.vbi expectatur finis totius temporis, & dicit,
quòd ideo eſt propter dictionem tunc, prout dicit gloſſ. in l.ſi
quis hæres ita ſcriptus.ff.de acquir.vel amit. hæredita.Tu ſtrin-
ge fortius iſta iura, quàm faciat Barto.nam ibi implementum
conditionis non pendebat à facto promiſſoris, ſicut nec in iſta
l.hoc iure. & tamen ibi non expectaretur lapſus totius tempo-
ris,niſi fuiſſet dictio tunc. Et ſi tu diceres,Bar.inepte allegat iſta
iura, quia loquitur in vltimis voluntatibus, in quibus fit beni-
gnior interpretatio, ſed hic ſumus in contractibus ſtricti iuris,
in quibus fit ſtrictior interpretatio.Aduerte,quòd teſtator quan
do legat,præſumitur minus grauare hæredem, quàm poſſit.l.
vnum ex familia. §. ſi rem. ff. de leg.2.quemadmo. ergo teſta-
tor præſumitur minus grauare in re, ita etiam præſumitur mi-
nus grauare velle in tempore: hoc tamen non obſtante res le-
gata deberetur ante tempus,ſi non fuiſſet dictio tunc,& credo,
14 quòd ita ad hoc voluit allegare illa iura Barto. ¶ † Extra glo.
Bart.plenè examinat,cui incumbat onus probandi negatiuam.
ex dictis Barto. habes regul. & tres fallentias. Regula generalis
eſt,quòd fundans ſe ex negatiua, ſiue agendo ſiue excipiendo,
ſiue ſit negatiua facti, ſiue iuris,vt declarat gl.in l.1.ff.de proba.
* tenetur illam probare. iſta concluſio *Barto. communiter tenetur*
ſecundum Alexan. cum multis concordan. hic per eum alleg.
verùm, quia Bart. fundat iſtam regulam in iſta l. hoc iure.& in
l.ita ſtipulatus.in verſi. quòd ſi ab initio.infra eodem,& iſti text.
non bene aperiũt, quis teneatur probare, ideo pro iſta conclu-
ſione Barto. habes meliorem text. in l. penult. §. docere. & ibi
Barto. & alij ad hoc not. ff. ne quis eum qui in ius, & in l.ergo
& ibi Barto.not.& in l.item ait prætor.§.hoc autem.& ibi Bart.
not.ff.ex quibus cau.maio.not. Bart.in l. ſi quis conſortium.per
illum text.& ibidem Ang. Cm. de fabri.libr.11. hic allegata per
Bart.bon.tex. in cap.1.& ibi Gem.ad hoc not.de confeſ. in 6.te-
nuit dom.Abb.in c.propoſuiſti.de cler.excom.mini. Per iſtam
doctrinam Bart.decidit Petr. de Ancha.in conſil. 254. quod in-
cipit, ſuper primo quæſito non multum inſiſtendum videtur,
15 in primo dubio.vbi dicit not.Ancha. † quòd mulier vidua pe-
tens alimenta extra domum mariti ex forma ſtatuti, quia di-
cat non poſſe habitare in domo cum filijs, vel hæredibus ma-
riti, hæredes dicunt, quòd imò poteſt commodè morari cum
eis,decidit, quòd mulier debet probare iſtam negatiuam, quia
eſt fundamentum intentionis ſuæ, aliàs repellenda à prouiſio-
ne ſtatuti.nihil aliud allegat pro iſta deciſione. ¶Iſta regula fal-
lit primò in opponente exceptionem non numeratæ pecu-
niæ, vt hic per Barto.adde gloſſ.not.in l.exceptionibus.in prin-
cipio.ff.de probatio. vbi gloſſ. aſſignat vnam rationem, quam
ſequitur Barto. in l.1. ff. de exceptio. Sed meliorem rationem
aſſignat Barto. in l. in contractibus. §. ſed quoniam. C. de non
numera.pecun. Secundò fallit ſecundum Bart.quando ſolutio
debet fieri ipſi deponenti, ſiue vt priuato, ſiue vt officiali pu-
blico, tunc non tenetur probare negatiuam, imò debitor te-
netur probare ſoluiſſe.l.1. C. de probatio. gloſſ.in l.2. C.de iure
emphyt.& ibi Cyn.in 4.quæſtio. Amplia iſtam limita. Barto.vt
procedat

A D D I T I O.

a ¶Probare. Adde, quòd quando negatiua eſt cauſa dandæ actionis, ille qui
agit, & fundat ſe in negatiuã, illam probare debet, contra regulã, quæ eſt,
quòd negatiua probari non poſſit, ita Caſtren.hic colum.2. numer. 3. quòd
autem neganti non incumbat onus probandi, notatur in l.actor. C. de pro-
bationib. & quòd non ſit differentia inter negatiuam, & affirmatiuam, quo
ad neceſſitatem probandi. Sed quicunque eam, proponit ad fundamentum
ſuæ intentionis,eam probare debet,not. Barto.& Doctor. hic. aliqua poſuit
Natt. conſi.199.colum. fin. idem Iaſ.in l.4.§. condemnatum. nume.7.ff.de re
iudic.Quæ omnia plenè examinat Gabriel.commu. opin.lib.1. titu.de pro-
ba.concluſ.6. Rip.in c. cum Eccleſia Sutrina. col.14. extra de cauſ. poſſeſ.&
propri. MASVER.

procedat non solùm, quando solutio erat facienda ipsi oppo-
nenti, sed etiam quando erat facienda tertio pro eius interesse
vigore contractus, tunc si opponat eum non soluisse illi tertio,
cogitur debitor probare se soluisse, text.no.quem ibi ponderat
Saly.ad hoc in l.2.C.de iur.emphyt.qui vult, ꝙ emphyteuta te-
neatur probare se soluisse publicas functiones à tertio, quas te-
nebatur soluere domino vigore contractus,quod bene not.qa
nemo Scribentium ponit hic,ita dicunt Mod. Sen.in l.1.in fi.ff.
de excep.intellige limita. Bart.quando agitur de probanda ipsa
solutione,prout propriè loquitur Bart.secus,quando agitur de
probando alio extrinseco, puta cōditionem fuisse purificatam,
tunc probatio ipsius extrinseci debet fieri per creditorem,quā-
uis solutio debeat ipsi fieri. casus est in ista. l. hoc iure, licèt alij
non ponderent.¶Tertiò fallit secundum Bar.quando præsum
ptio esset pro negante, si dico me non deliquisse, tunc nō tene-
tur probare per regulam.l.meritò. ff. pro soc. Adde bonam re-
gulam,quæ sæpè allegatur in consilijs,ꝙ in delictis semper prę
sumitur pro eo,quod excusat.ita dicit not. Bal.in l.precib.in 7.
col.C.de impu. & al.substi. Item in dubio non debet præsumi
delictum, quia intellectus hominis debet esse in criminalib.be-
nignus.l.moueor.& ita ibi not.Bal.C.si ser.expor.vene.¶Quar-
tò vltra Bar.no.limita,quando negatiua, quæ est fundamētum
opponentis,est talis,quę ostendit actorem non habere legitimā
personam standi in iudicio, tunc aduersarius tenetur probare
non opponens.vnde si opponatur tutori agenti, ꝙ non confe-
cit inuenarium,certè tutor,qui non confecit inuentarium,non
habet legitimam personam agendi in iudicio.l.fi.C.arbi.tu.ipse
tutor debet probare se fecisse,& sic habere legitimam personā.
l.non ignorat.C.qui accu.non pos. & ita cōcludunt Ang. Imo.
& Alex.hic.& do.Ant.in c.super his, de accus. Et ita tene, licèt
Bart. hic relinquat sub dubio, & videatur inclinare in contrā-
rium.Sed teneas istam opin.quæ est verissima,quam vltra Scri-
ben.confirma,quia in quocunque iudicio quantuncunq; sum
mario, vel executiuo debet ante omnia agens legitimare per-
sonam suam.glo.in l.2.C.de edic.diui. Adri.tol.& Bar.not.cum
concor.quas ibi dedi.Secundò aduertatis,quia Bar.in dictis suis
videtur implicare contradictionem, dum primò videtur præ-
supponere, ꝙ tutor non teneatur probare se fecisse inuentariū,
eo quia potuit habere iustam causam excusationis,ne inuenta-
rium faceret,iuxta l.tutor,qui repertorium.in prin.de admi.tut.
debet ergo capi præsumptio, ꝙ habuerit iustam causam non
faciendi inuentarium,posteà vult, ꝙ si petatur copia inuētarij,
ꝙ cogitur eam dare,aliàs indubitanter repellitur.Si tenetur da-
re copiam, nonne dando copiam probat se fecisse, & plus est
dare copiam,& sic ista dicta Bar. non videntur simul posse sta-
re,& differentia Bart.videtur esse verbalis, ꝙ tutor non tenetur
probare fecisse,quia habet iustam causam non faciendi, & ta-
men,ꝙ cogatur dare copiam,& ꝙ Bar.se confundat,patet,quia
si habet iustam causam non faciendi,minus tenebitur dare co-
piam.Tertiò fundamentum Bar.non est bonum,dum dicit tu-
tor potuit habere iustam causam non faciendi inuentarium,
ergo non tenebitur probare, istud fundamentum non est bo-
num,quia prout etiam perpendit Imo.& bene,sufficit excipiē-
tem habere regulam pro se,quæ regula est, ꝙ quilibet tutor te-
netur facere inuentarium,aliter non potest administrare. l. fi.C.
arbi.tu.licèt aliqui sint casus speciales, in quib.quis non tenetur
facere inuentarium.tex.est in l.quoties.ff.si quis cau. de quo no.
ibi Bar. ꝙ sufficit excipientem habere regulam pro se. facit be-
ne tex.in l.ab ea parte.ff.de proba.& text.in l.suus quoque.versi.
puto.ff.de hæred.insti.& in c.ad decimas.de resti. spol. in 6.& in
c.venerabilib.§.potest quoque.de sen.excom.in 6.& propterea
dicit alibi gl.no.in.Rub.de reg.iur.in 6. ante finem, ꝙ potior est
causa eius,pro quo est regula, quia aduersarius habet necesse
probare fallen.ita etiam Bar.in l.2.ff.si quis in ius voca.Innoc.&
Cano.in c.præterea.de dila. Quartò pro ista decis.contra Bart.
16 facit,quod statim dicam.ĩ.in 5.fallen.¶†Vlt.dum Bar.circa pra
cticam ponit pro indubitato, ꝙ petenti copiam à tutore indu
bitanter debet dari copia,aliàs tutor non audiretur.ad hoc Bar.
nihil alleg.sed tu adde Bar.in l.tutor qui repertorium,in vltim.
col.ff.de admi.tut.& in l.1.in vlti.col. ff.de cur.bo. dan. & in l.si
tutor.C.in qui.cau.in integ.resti.non est nec. Quintò limita prę
dictam regulam generalem, quando negatur tale factum,de
quo iura mandant scripturam fieri, tunc licèt ista negatiua sit
fundamentum negantis,tamen non ei, sed petenti incumbit
onus probandi, vnde si excipio contra electum, ꝙ non est cle-
ricus,sibi incumbit onus probandi,quòd est clericus, quia iura
mandant super ordinum collatione, quòd interueniat scriptu-
ra.2.quæst.1.c.legum.not.glo.in sum.2.q.6. & habes glo. in c.1.
de censib. in sexto, quæ enumerat casus, in quibus requiratur
scriptura.ita limitat istam doctrinam Abb. in c. bonæ memo-
riæ maguntino.el 1.in 8.col.de elec.& pondera,quia istud facit

pro eo,quod tenui supra proxi.contra Bart.cùm inuentarium
debeat fieri per scripturā,per notarium publicum, & tutor te-
netur ostendere scripturam,& per ista habes, vt puto,bene ex-
17 peditam istam materiam.¶†Secundò quęrit Barto.[a] qualiter
a probabuntur negatiuæ non coarctatæ loco,& tempore. Ex di-
cto Bar.habes quatuor no.conclusiones.Prima est,ꝙ negatiua
potest probari per discussionem,& relationem factam per nun
cios ex commissione iudicis iuribus,hic alleg.per Bar.adde pro
ista conclusione glo.not.in §.si verò non admi..in versi. exami-
nent.in Auth. de exhib.reis.colla.5.no. Bar.in l.is potest.in pen.
colum.ff.de acquir.hęred.cum alijs concor. adductis per Alex.
& vltra eum adde Bart.in Auth. hoc amplius. in pen. quæst.C.
de fideicom.& latius Bart.in consi.81.quod incipit Mar. For-
mionis de Eugubio. Bal.in Auth.sed hodie. C.de actio. & obli.
& in l.magis puto.§.illud.in fin.per illum text.ff.de reb.eorum.
& Bal.no.in l.2.in penult.colum.C.quando fis.vel priua.vbi no.
limitat,quòd illi,in quorum præiudicium isti nuncij faciunt re-
lationem,possunt probare contrarium. Istam conclusionem
tene, quamuis Ioan.de Imo.& Lud.Rom. hic teneant contra-
rium,& Bal.in repet.l.cùm mulier.in 20.colum.ff.solut.mat.eo
quia si vera esset conclusio Bar.sequeretur, ꝙ quælibet negati-
ua non coarctata loco,& tempore posset probari per istū mo-
dum,contra l.1.& l.actor.C.de prob.c.bonę.el 1.de elec.& con-
tra tex.in c.1.de confes.in 6.in quib.dicitur, quòd negatiua non
coarctata loco, & tempore non potest probari, sed responde,
ꝙ illa iura loquuntur de probatione directa propria, & natu-
rali,prout cantat tex.in l.actor.in versi.per naturam. & ibi gl.C.
de proba.sed nos loquimur de probatione indirecta, & impro-
pria.¶Secunda conclusio Bar.est, ꝙ sufficit tales nuncios refer-
re iudici diligenter se perquisiuisse ab omnibus, qui verisimili-
ter scire debuissent,& reperisse,ꝙ talis non venit in Italiam, vel
non soluit.nihil allegat ad hoc Bar.pōdera diligenter ergo Bar.
velle,quòd licèt relatio nunciorum non concludat,tamen suf-
ficit,licèt secus sit in testibus l.non hoc. C.vnde legit. quia non
probant testes nisi concludant, & licèt Scribentes non dicant,
adde not.Bar.qui istud in specie declarat in l.eum qui duobus.
§.1.ff.de acquir.hæred.vbi dicit esse diligenter notandum,quòd
quando committitur per iudicem aliquibus, quòd aliquid ex-
plorent,quòd explorasse dicuntur,quando ab eis, qui scire de-
buissent,eis persuasum est ita fuisse,per l.& magis puto.§.ne pas
catur exploratum,quòd habeant tantam certitudinem,quan-
sum & sic secundum Bart.non est necesse, quod ad hoc,vt di-
ta requiritur in testibus, qui debent de necessitate probare: ita
signanter declarat Barto. ibi,& adde ad Bart. hic. ¶Tertia not.
conclusio est, quando nuncij missi à iudice ad inuestigandum
super negatiua referunt nihil certi se reperisse, quod præsum-
ptio est pro negante, per tex.in l.ex facto. §. penult.ff. ad Treb.
cum Barto.tenent dom.Anto. de Butr. & Imol.in c. super his.
de accusa. Et si est vera,est multum singul. & multum signan-
da.sed credo,quòd non sit vera, & eam reprobant Imo. Ludo.
Rom. & dom. Alex. hic per regulam d.l.actor. & quia dicere,
vt dicit Barto.quòd in d.l. ex facto.§. pen. sit facta discussio per
nuncios, qui retulerunt se nihil inuenisse,est manifesta diuina-
tio ad illum text. imò fortius in illo text. onus probandi in-
cumbit ei, qui dicit filium superuixisse post patrem, & conse-
quenter defecisse conditionem fideicommissi. prout ibi tenet
Barto.& Ange.& latius Barto.in l. qui duos. §. cùm in bello. ff.
de rebus dub. & not. Alex. vbi melius examinat quàm alibi in
consi.39.in 1.volum.quod incipit viso themate de quo supra,
& omisso longo verborum apparatu, & in consi.29. 2. volum.
18 quod incip.viso themate, & dubitatione. ¶†Quartò, & vlti-
b mò[b] diligenter nota regulam,quam tradit Bar. hic in fin.ꝙ in
his

ADDITIONES.

a ¶Secundò quærit Bar. Et quomodo probetur negatiua, vide Felyn.in c.tertio
loco.in fi.3.col.versi.ex isto text.de proba.& in c. quoniam contra. in 6. col.
ver.gl.1.in fi.eo.tit. & ibidem de practica.

* Cui adde eundem Ias.in l.nec is.ff.de acquir.hæred. Dec.in c.quoniam con-
tra.col.8.nu.18.de proba. & ꝙ negatiua non coarctata loco & tempore, de
iure improbabilis iudicetur,iuxta l.actor. C. de proba. & l. qui accusare. de
edend.not.Catel.ver.negatiua,vbi ponitur reg.cum limit.& dic,quòd quam-
uis pars negatiua non coarctata loco, & tempore nec habens implicita affir-
matiuam,non grauet negantem onere probādi,c.bonæ.el primo.de elec.ta-
men si quis fundet se in negatiua principaliter, puta opponendo crimen,
aut aliud, cogitur eam probare,aliàs succumbit, teste Felyn.in cap.super his.
colum.7.in fin.de accusa.& colum.seq.vbi ponit exemplum de vidua peten.
alimenta extra domum viri. & faciunt,quæ scribit. D.Osasc. decis.108.nu.3.
& nu.8.de eo qui allegat,& fundat se in negatiua.Rolan.consi.22.nu.18. col.
90.nu.54.lib.1.in l.ergo.ff.ex quib. cau.maior. in qua probanda tres modos
ponit Aym.consi.1.nu.7. MASVER.

b ¶Quartò & vlt.De probatione per coniecturas,vide plenè per Fely. in c.ve-
niens.el 1.de testi.

his,quæ ſunt difficilis probationis,ſeu quæ non poſſunt liquidò probari, ſufficit informatio iudicis per vehementem opin. per text.optimum licèt vulgatum in d.l. non omnes.§. à Barbaris.

19 Adde bene facere, † ꝙ in his, quæ à communiter accidentib. ſunt difficilis probationis,admittitur probatio per coniecturas, & indicia,& ſufficit pro plena probatione.l.filium eum diffinimus.ff.de his,qui ſunt ſui,vel alie.iur.l.ſi vicinis.C.de nup.l.conſenſu.§.ſeruis.C.de repu.c.veniens.el 2.in fi.de teſt.c.Michael.de filijs præsbyt. Barto.in l.ſi quis ex argentarijs.§.pen.& ibi clarius Ang.ff.de edend.Bar.in l.de pupillo.§.pen.& clarius Ange. ff.de oper.nou.nun.in 8.qõ.Bald.in l.quicunque.in pen.col.C.de ſer. fugi.& in Auth.quas actiones.in vlt.col. C.de ſacroſan.eccle.& in cap.vaſſallus. ad fin.ſi de feud. fuer.controuer. inter dom. &

20 agna.† hinc eſt,ꝙ contractus probatur vſurarius ex ſolis præſumptionibus & argumentis.tex.eſt in c.cùm in diœceſi.in ver. ſi tamen argumentis.de vſu.Ioan.And.in c.ex literis.de iureiur. Pet.de Ancha.& Imo.in c.ad noſtram.de emptio. & venditio. Bald.in rubr.extra de iudi.in 6.colum. Similiter torturam fuiſſe illatam in camera, ſufficit probare per indicia, & præſumptiones,quia non poteſt probari de viſu.ita not. dicit Bald. in l. ſi quis hoc genus.C.de Epiſcop.& cleri. & not. iſta, quia vobis

a conferunt ad infinita. a

ADDITIO.

a ¶Ad infinita. Adde Alex.in conſi.166.in 3.col. in prin. in 2.vol.

SVMMARIVM.

1 *Quando ſtipulatio incipit à præcedenti conditione, quo caſu ante euentum conditionis non venit,nec ceſſit dies, & ſic non eſt nata obligatio, nec actio,tamen ſi ſperatur naſci actio in ipſa lit.conten.poteſt agi ſine actione.*

2 *Conditio ſi Titio fundum non dederis promittis mihi dare, purificatur per litis conteſtationem ante factam.*

3 *Non admittitur quis ad agendum ſine actione, quæ tamen regula fallit multis modis.*

4 *An debeatur nouus libellus nata actione per litis conteſt.*

5 *Stante ſtatuto,quòd pupillus non poſſit adire hæredi. ſine auctoritate tuto.& ſeruata certa ſolennitate ſufficit,quòd adeat pendente iudicio.*

LEX IX.

SI Titius. Iſta l. eſt ſubtiliſſima ſecundum Ray.& ſecundum Pau. de Caſt. eſt mirabilis,& ſecundum Rapha.Cuma.eſt multũ extranea.¶In tex.ibi,finem dandi.iſta verba tripliciter intelliguntur ſiue exponuntur. Primò ſecundum glo.finem ideſt terminum , quaſi dicat , ideſt terminum dandi illi,quoad alius ſit lit.conteſta. Secundo modo exponitur ſecundum Iac. de Are. Albe.& Pau de Caſtr.hic finem dandi,ideſt facultatem dandi.ex qua datione imponitur finis huic ſtipulationi. Tertio modo exponitur ſecundum dom. Pet.de Bexu.finem dandi,id eſt excluſionem , quia litis conteſtatio cum vno excludit alterum,& ſic lit.conteſta.cùm vno non poteris poſteà dare alteri.

1 ¶†Not. primò, ꝙ quando ſtipulatio incipit à præcedenti conditione , quo caſu ante euentum conditionis non venit , nec ceſſit dies,& ſic non eſt nata obligatio nec actio.l. cedere diem. ff.de verb ſig. l.certi condictio.in prin.ff.ſi cer.pet.tamen quãdo ſperatur naſci actio in ipſa litis conteſtatione poteſt agi ſine actione , ad hoc tota die allegatur iſta l.& ſic actio intentatur, & litis conteſtatio fit ante natiuitatem ipſius actionis. Antequã procedam vlterius, operepretium eſt intelligere, quę ſit ratio fundamentalis huius tex. ꝙ actio naſcatur , antequam implementum conditionis exiſtat.dic,ꝙ ratio poteſt eſſe duplex. Prima, quia paria ſunt actionem ab initio competere, vel ſtatim per litis conteſt.naſci,quia idem iudicamus de potentia propinqua ad actum,prout iudicamus de ipſo actu.l.penul. vbi glo & Bald.ff.de teſtam.milit.l.1.§.ſed in eo. vbi Bart. not. ff. ad Sylla. Secunda ratio eſt,quia licitè fit de facto illud , ꝙ de iure ſtatim

2 ſortitur effectum.tex.eſt in l.mulier.§.1.ff.de condi.inſti. ¶ † Secundò no.ex tex.ꝙ conditio ſi Titio fundum non dederis,promittis mihi dare,purificatur per litis conteſt. ante factam, ratio quia ſolutio facta extinguit obligationem alterius etiam iam natam:præoccupatio enim,quæ fit ante lit.conteſta.habet vim ſolutionis.l.ex duobus.la 2.in fi.ff.de duob.reis. ¶In glo.in ver. iudicium.quæ habet duas partes principales , prout duæ principa.oppoſitiones in ea formantur.¶Circa primam Bart.plenè examinat,an & quando quis admittatur ad agendũ ſine actione,& conſequenter de facto.Ex dictis Bar. vt clarius habeas fac regulam, & quinque fallentias , & clarius habebis quàm Barto.

3 ipſe dicat. † Regula eſt negatiua, quòd non admittitur quis ad

a agendum ſine actione, a & ſic de facto, vt in duobus iuribus allegatis per Bar.adde text.clarum in l.ſi quid poſſeſſor.§. ſicut.ff. de peti.hæredit.& ſi quis veſtrum dicat , quæ eſt ratio iſtius regulæ ? dic, quòd ratio eſt , quia quilibet actor debet metiri ius ſuum ex eo iure,quod habet.ita dicit Bal.in l.1.in prin.ff. ſi pars hæred.pet. facit bene tex.in l.vti frui.in prin.ff. ſi vſusfruct.peta. & in l.loci corpus.§.competit.ff.ſi ſerui.vendi.ergo, qui non habet actionem, & ſic nullum ius ex ſe metitur , venit meritò repellendus.¶Iſta regula fallit primò, quando quis agit de facto, ſed per litis conteſta.ſperatur naſci actio, vt hoc text. & dixi in notabilibus. Secundò fallit, quando quis agit de facto non ad finem, vt conſequatur ſententiam , ſed ad finem , vt alia actio oriatur,ſeu acquiratur.l.nuda. C. de contrahen. & commit.ſtipula.Tertiò,quando agit reo expreſsè volente.l. Iulian.§.quantum.ff.ad exhiben.glo.in l.vbi pactum. in gl.magna. circa med. C.de tranſact. Quartò,quando actio ab initio competebat,ſed ex poſtfacto defecit , & actor cum aliena iactura locupletaretur.l.ſi poſt acceptum. ff. de rei vendi. in quo vide Bald. declarantem in l.vnica.in quæſt.2.C. de alien. iudi. mut. cauſa fact. Quintò fallit , quando eſſet dubium, an actio competeret , & pars,& iudex nihil opponerent,valeret proceſſus, & ſententia. l.cùm putarem.ff.famil.erciſcũn.c.Abbate ſanè.§.ceterum.ver. quoniam.de re iudi.in 6. ¶Circa tertiam fallen. Bart.quòd reo expreſsè volente poteſt agi de facto per dictum. §. quantum

* autem.*omnes tranſeunt cum iſta fallentia.* & pro ea Pau. de Caſtr. Rom.& alij addunt alium text.in l.eleganter.§. pen.ff.de dolo. qui text.tendit ad idem . Tu autem aduerte, quòd iſta iura,& præſertim tex.in §.quantum autem.quem Bart. vbique allegat ad hoc,nullatenus probat iſtam concluſionem triplici ratione, & quælibet ratio eſt concludens , & nulli earum poteſt benè reſponderi.Prima,quia ille tex.procedit,quando actor perdidit actionem propter culpam, & moram rei conuenti in nõ exhibendo rem petitam , nimirum ſi ibi reus non tradendo rem petitam inuitus cogitur,vt patiatur ſe de facto conueniri,alias iſta fallentia in mille annis eſt falſa. ita in ſpecie declarat Saly. in d.l.vbi pactum.in 8.colum.ff.de tranſact. Secundò ille text. loquitur, quando quis poteſt pati ſe de facto conueniri,ſi vult, ad finem & effectum , vt euadat aliam actionem , aliàs non poſſet reus de expreſſa voluntate facere , ꝙ actor ſine actione admittatur.ita expreſsè dicit ipſemet Bar.intelligendo. §.quantum autem.in l.cùm mota,in vlti.col. C.de tranſact. Tertiò, & notabilius ille.§.quantum autem.procedit,quando actio, quæ ſemel competebat,poſteà fuit extincta , tunc iſta actione poteſt bene quis pati ſe conueniri de facto. ita loquitur. §. quantum autem.& loquitur.l. ſi poſt acceptum. quam Barto.ſupra allegat,& nõ aduertit,quòd idem eſt in illa l. ſi poſt acceptum. quòd in §.quantum autem.& loquuntur in eiſdem terminis. ſi verò actio nunquam fuiſſet nata,non poſſet reus volens pati ſe conueniri , ſi appareat actionem nunquam fuiſſe natam , nec procedit iudicium.tex.eſt in l.2.in princip.ff.de dote preleg.per quem tex.ita ſing.ibi limitat Bar.& iſtam vltimam,& ſing.limitationem Bart.in d.l.2.de dote præleg.in princip. per illum tex. ſequitur ſimpliciter Rapha.Cuma. Ludo.Rom.hic. eſt verum, quod iſtud vltimum,quod dicit Bar.in l.2. reprehendunt Alex. & Are.hic, & contra Bart. primò alleg. Alexan.text.in l. 5.C.de pact. vbi procedit iudicium , & tamen actio non competebat. Reſponde dupliciter, quòd ille tex.nihil facit, quia ibi creditores hæreditarij non carebant actione , imò habebant validam & efficacem actionem , ſed illam debebant intentare contra hæredem, non contra emptorem hæreditatis , tamen poſtquã emptor hæreditatis habet commoda,& incommoda,& ſi non opponat,valet proceſſus,& ſententia.ita not. Salyc.in l.2. C.de hæred.vel actio.vendi. Secundò not.oſtendo, quòd nihil facit, & oſtendo ex doctrina Bart. hic, quòd quando actio ſperatur naſci in lit. conteſtatione, vt caſus eſt hic,tunc valet proceſſus, ſed in caſu. l. 2. eſt fortius , quia actio erat nata , ſed creditores poterant accipere, ſi non accipiant, fit nouatio , & exercitium illarum

ADDITIO.

a ¶Sine actione. Adde facere illud , quòd carens actione , à limine iudicij repelli debet , vt idem Iaſ. not. in l. vbi pactum. numero 10. & ſequen. C. de tranſactio.ex l.ſi pupilli. §. videamus.ff. de nego.geſt.Alexand.in d.l. vbi pactum. columm. 5. Quinimo boni iudicis eſt , ex officio illum repellere. teſte Socin.conſilio 255.libro 2. Felyn.in cap.ad aures.de præſcrip. Alexand.in l. 4.§.hoc autem iudicium. de damno infect. Boer. quæſtio. 171. numer. 2.& ſequen.quibus adde , quæ ponit Alexand.conſi. 185. nume. 1.libro 5. Corſe. ſingul. 3. libellus. nume. 2. Iodoc.in Enchirid.parium aut ſimil. iuris , verb. Actio.& faciunt not. per Tremol. ad Pract. Bonacur.titu. quibus modis ſuo. ciuil.nu. 31.& 32. MASVER.

llarum actionum est efficacissimum.ita Bar.in l.solutionē, vel iudicium.ff.de solu.& in l.delegare,in fin.ff.de nouat. Secundò contra istam limitationem Alex.alleg.tex in l.cùm putarem.ff. famil.ercis.per quem tex.s̄m eum Barto. hic vult contrarium, & sic est contrarius his,quę dixit in l.2.ff.de dote pręleg.respon-de.ꝙ Bar.in d.l.2.loquitur expressè,quando certum est, ꝙ mihi non competit actio,nec vnquam fuit nata,tunc iudicium non procedit etiam si reus volens conueniretur, sed d.l.cùm puta-rem. loquitur, quando erat dubium, ꝙ actio competeret. ita Bar.hic. Secundò circa intellectum illius legis dicam statim in-fra in 5.fallen. Tertiò contra illam limitationem Barto. allegat Alex.tex.in l.posthumus.§.si quis ex his.ff.de inoffi.test.respon-de clarè secundum Ange.& Imo.hic,ꝙ ibi est casus sing.quan-do lata est sententia ad petitionem carentis actione, si illa sen-tentia facit ius inter omnes.de intellectu illius.l. vide latè Alex. in l.sæpè.de re iudi.Vlt.contra Bar.allegat.Alex.l.1. C.de condi. inde.& l.fideiussor.§.in omnib.ff.manda. sed nihil faciunt, quia in eis non erat certum,imò dubium actionem cōpetere. Con-tra Bar.Aret.hic adducit alium tex.in l.nam & posteà.§.si dam-netur.secundum vnum intellectum gl.& Bar.ff.de iureiur.vbi si reus conuentus actione efficaci delato sibi iuramento iurat se nihil debere,non obstante iuramento potest denuo conueniri, & si non opponat exceptionem iuramenti,valebit sententia, & processus,sed ille text.nihil facit, quia loquitur, qn̄ actio semel competebat,prout in terminis firmat Bar.quo casu actio semel competijt,clarum est,ꝙ potest agi nisi opponatur.Sed Bar.lo-quitur,quando actio nunquam competijt,nec erat clarum,ꝙ competeret,posteà allegat alium tex.qui nihil facit.Breuiter te-ne istam limitationem Bart.in d.l.2.ff.de do.præleg. in practica. habes contra Bart.Alex.& Aret.qui non bene respondent d.l.2.
* ff.de do.præleg.& ista limitatio *Bar. est communis*.eā tenet Raph. Cum.& do.Lud.Ro.hic.eam etiam tenet Mathesi.in no.8 eam tenet Ang.Aret.in §.quædam.in 3.col.Insti.de acti.pro ista limi tatione Bar.facit ratio,quia quādo semel habui actionem,quæ posteà fuit extincta,facilius est, ꝙ tunc patiaris te conueniri, q a non est omnino falsum, ꝙ veritatis primordio adiuuatur. l.cū filius.§.hæres.ff.de leg. 2. quando ergo habuit semel actionem à principio,facilius potest reus volens posse conueniri, & not. ista ad doctrinam Bar.¶Circa quintam,& vltimam fallen. Bar. quando est dubium,ꝙ pars, & iudex nihil opponunt, procedit tunc iudicium de facto,& sententia valet per tex. in l.cùm pu-tarem.ff.famil.ercis.Aduerte tu prouectè,ꝙ ille text.nihil peni-tus facit pro fallen.Bar.intelligēdo.l.cùm putarem, prout eam sing.intelligit Ange.de Aret.in §.quædam. in 3.col. Insti.de act. vbi dicit,ꝙ l.cùm putarem, propriè loquitur, qn̄ ille, qui erat hæres insolidum,est ille,qui egit iudicio famil.ercis. contra illū, qui non erat hæres in aliqua parte, licèt putaret esse hæredem in aliqua parte, nimirum ergo cùm ibi verus hęres sit, qui agit, si ibi procedit iudicium, & sententia in fauorem conuenti, qui erat hæres impropriè,si autemècontra egisset ille, qui non erat hæres,& qui nullum ius habebat, tunc non procederet ille tex. etiam si aduersarius non opponat.d.l.2.vbi Bar.ff.de dot. præle. & statim dixi.alij nihil tangunt, nec hic nec alibi recolo me le-gisse.Aduerte,ꝙ pro isto intellectu Are.benè adaptantur ver-ba literæ.d.l.cùm putarem. vbi tex. formaliter dicit,cùm puta-rem te cohæredem meum esse,idque verum non esset, egi te-cum iudicio famil.ercis.deinde idem tex.in decis. dicit respon-di,qui hæres est ex asse,si agat contra alium, qđ valet, & sic ille tex.in narratione casus, & in decis.loquitur, quando iste verus hæres egit contra alium,quem putabat hæredem in aliqua par te.quid tenendum? Teneo fallen. Bart.ad illum text.& dico,ꝙ ista differentia,quam facit Ang.de Are.& iste intellectus cōfun ditur expressè per illum tex.Contra intellectum Ange.de Are. & differentiam licèt coloratam stringit text.in illa l. cùm puta-rem.in ver.sed tu videris,& in versi. quamuis non sit iudicium vbi tex.clarus, ꝙ siue verus hæres insolidum agat contra hære-dem putatiuum siue ècontra,neutro casu iudicium fami ercis. competit.ita ibi dicit tex.ad literam, ergo distinctio Ange.non est bona nec vera, nisi diceres, ꝙ in vero hærede agenti famil. ercis.iudicio contra putatiuum valet iudicium, quo ad præiu-dicandum sibi, quod non potest esse in casu contrario, & vt credo istud est, ꝙ putauit Ang. tamen in contrarium facit tex. in d.l.cùm putarem.in versic.pen. qui incip. ꝙ si neuter eorum. vbi text. loquitur, quando neuter erat hæres, & sic in vtraque parte procedebat iudicium de facto, & sic videtur, ꝙ ille text. confundat limitationem Ange.& vltra illum tex. facit tex.in c. Abb.sanè.§.cæterum.hic alleg. per Bart. pro concordanti. Te-neas ergo fallen. Bar.ꝙ quando est dubium, an quis agat de fa-cto,& pars,& iudex nihil opponunt,valet processus, & senten-tia.eam tenet Bald.& Ang.in l.iustè possidet.ff.de acquir.posses. alibi limitat not.Abba. Panor.& erit confirmatio conclusionis Bart.in c.2.ante fin.de purga. vulg. & quod text. in l.cùm puta-rem. non procederet, quando de iniustitia sententiæ notoriè
4 cōstaret,quod perpetuò teneas fixum cordi.† Successiuè quæ-rit Bart.nunquid debeatur nouus libellus nata actione per litis contestationem.concludit,ꝙ non,per regulam.l. si rem.§.fin.& ibidem Bar.ff.de pig.act.Adde rationem esse, q a id, quod prius erat in potentia,deducitur ad actum per substantiam, vel acci-dens,vt declarat Bar.in l.1.C.de execu.rei iudi.meritò procedit iudicium iam inchoatum, absque ꝙ detur alius nouus libel-lus.intellige tamen, ꝙ lit.contest.inciperet competere actio ad aliam rem, vt in casu.l.nuda.C.de contrahen. & commit.stipu. tunc ibi esset opus nouo libello,& noua instantia,glo.in l.obli-gationum ferè.§.fi.ff.de actio.& oblig.& in istis terminis proce-dat opin.Rayn. quamuis Bar. ita simpliciter eam reprehendat. confirmo, quia quando egi in iudicio ad partem, & pendente
a iudicio superuenit [a] mihi ius in totum ex causa de præterito, non possum obtinere in parte deducta in iudicio, nisi dem no-uum libellum.glo.in l.qui repudiantis §.[illegible] ff.de inoffi.testamen. quam ibi Ange.multum not. & dicit menti tenendam, & isto modo concordat opin.Bar.& Raph.pro opin.Bar.adde melio-rem tex.quam ipse alleg.in l.si autem.§. possidere. ff.de rei ven. Adde etiam illud, quod in contingentia facti dicit aliàs Ioan. de Imo.se obtinuisse in l.hęres quandoque. ff.de acquir.hæred. vbi decidit, ꝙ si procurator generaliter constitutus ad omnes lites egit contra debitorem hæreditarium, qui in processu op-posuit,ꝙ non adiui hæreditatem, & sic non debeo obtinere, ꝙ si compareo in iudicio,& adeo hæreditatem, non debet sequi condemnatio,ex quo pendente iudicio superuenit ius ex cau-sa de pręterito.d.l.si rem.& refert ita tenere Cyn. & Bal.in l.hæ-res quandoq; p.d.l.si rem.§.fi. Et idem in alio simili casu, & no. tenuit idem Ioan.de Imo.in l.si filius qui patri.in 3.colum. ff.de
5 vulg.& pupil.vbi decidit,quòd † stante statuto,ꝙ pupillus non possit adire hæreditatem sine auctoritate tutoris, & seruata cer ta solennitate, dicit, quòd sufficit, quòd adeat pendente iudi-cio, & ita remanet expedita prima pars principalis huius glo. ¶In secunda parte glo.Bar.tenet secundam solu.confirmando,
* vt hic per eum.& dicit Alex.quòd illa secunda solu. *communiter tenetur*,quam latius tenet glo.in l.stipulatus.& ibi Bar in 12.col. j.eod.licèt Rapha.Cuma.dicat Barto. saluare istam secund m solu.glo.sed sine sapore.Quintam solu.subtilium Vltramonta-norum,vt Petri approbatam per Cy.in l.si pacto quo pœnam. C.de pact.reprobat Bar.optima ratione, quia ibi est imparitas, quam est impossibile reducere ad paritatem eo tempore, & li-cèt Rapha.Cu.& Pau.de Cast. conentur eam defendere, quòd sint duo rei credendi, ex quo vnus sciebat stipulationem alte-rius,& vna stipulatio fiat sub commemoratione alterius, & al-tera alterius,tamen non tollunt fundamentum Bart. de impa-ritate,ideo tene contra Vltramontanos in hoc, & adde, quòd Bal.de quo Scribentes non faciunt mentionem in c.2. de offic. deleg. etiam optimè reprehendit istam solu. Vltramontano-rum, eo quia coæqualitas stipulandi facit duos reos credendi non autem cōtrarietas, vt hic,& ideo in isto tex.ꝙ vnus exigit, alteri non communicat,& sic vnius inclusio est alterius exclu-sio quo ad effectum, & sic non possunt dici duo rei credendi.

ADDITIO.

a ¶Superuenit. Adde,quæ scribit Alex.consi.39.num.4. libr.5. vbi docet mo-dum capitulandi pro aduocato actoris, vt concludat ius ex quo agitur com-petijsse actori ante litem contestatam.idem Alex. consi.44.num.3. libr.7.vbi Doct.in apostil.Boer.q.70.nu.8.par.1.& no.Pract. Pap.for.lib. [illegible]cti.Real.ver. iure dominij.nu.49.& ver.deducendo.nu.3. vbi dixi, & fac.quę idem Ias.po-nit in l.omnia.ff.si cer. per. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Fictio postliminij fingit filium stipulatum patri ab hostibus reuerso,& nume.3.*

2 *Quicquid acquirit filius statim acquirit patri.*

LEX XI.

1 Filius dum in ciuitate. † Fictio post liminij fingit filium stipulatum patri ab hostibus reuerso.h.d. Ratio dubitandi est, quia in stipulatione quærenda inspicitur tempus contractus stipulationis.l.si filiusfamilias.j.cod.& l.vsusfructus.ff.de stipu.seruo. vnde videbatur,quòd patre posteà reuerso ab hostibus, non debet sibi acquiri,quia tempore stipulationis non habebat filium in potestate.ratio decidēdi est,quia fictio postliminij fingit patrē sem-

Ias.super ij.fi,Noui.

per stetisse in ciuitate.§.si ab hostib.Insti.quib.mo. ius pat.pote.
2 sol.† Et sic no.regulam,[a] quæ habet,ꝙ quicquid acquirit filius,
a statim acquirit patri.l.placet.ff.de acquir.hær.l.1.in prin.ff.si quis
à par.fue.ma. procedit etiam si tempore stipulationis verè non
erat tunc in potestate patris,ex quo fingitur semper retro fuisse
3 in potestate patris.† Quid autem si pater non fuerit reuersus ab
hostib.vel si filius interim moriatur? habes tex.in l.fi.vbi no.C.
de sen.pas.intellige verum, quando filius fuit simpliciter stipu-
latus.si autem fuisset stipulatus nominatim patri, & moriatur
postea pater apud hostes, tunc stipulatio est inutilis.text.habes
no.in l.si seruus communis.§.seruus capto domino.& ibi gl.de-
clarat.ff.de stipu.seruo.& in l.bona eorum.§.ꝙ filius. ff.de cap.
ratio est,quia si pater captus moritur in captiuitate: lex Corne-
lia fingit mortuum hora præambula captiuitatis,& filius fingi-
tur stipulatus mortuo,& sic stipulatio nihil valeret.

ADDITIO.

a ¶Et sic not.regulam. Ista regula est vulgata, ꝙ procedit de iure Digestorum secus de iure nouo,vt in l.quæcunque. & l. cùm oportet,ac per totum titu.C. de bon.quæ libe.

SVMMARIVM.

1 *In alternatiua quantitatis, vel temporis minus onerosum est in obligatione etiam si promissio alternatiuè fiat ex causa fauorabili. numero 2.*
3 *Citatus vt veniat intra decem dies non est præsumendum, quòd velit venire nisi in vltima die termini.*

LEX XII.

SI ita stipulatus. Summa, vt hic p Bar.quod summa-
1 rium potest esse bonum,sed ego summo aliter.† In
alternatiua quantitatis,vel temporis minus onero-
sum est in obligatione.h.d.concordat text.not.in l.si ita stipula-
tus 10.aut 15.j.eo.alleg in glo & text.in l. inter stipulantem.§.si
stipulantem.j.eo.& procedit iste tex.siue responsio fuerit alter-
natiua siue simplex, quia responsio simplex intelligitur secun-
dum interrogationem præcedentem.§.præterea. Insti.de inuti.
stipu.Ratio huius tex.est,quia in alternatiua summarum cum
non cadat affectio,& sit electio promissoris.l.plerunque.in fi.ff.
de iur.do.lex presumit,& est verisimile,ꝙ semper soluet,quod
est minus,ergo si ēt induceretur,ꝙ illud,quod est plus,etiā esset
in obligatione,esset superfluum,quia non haberet verisimiliter
executionem,vt l.stipulatio non valet, & l.centesimis.§ si.j.eo.
& istam rationem propriè voluit Iurisconsul.in l. si ita relictū.
§.fin.ff.de leg.2.& in l.qui concubinam.§.1.de leg 3. amplia istū
tex.vt procedat non solùm, quando alternatiua ponitur inter
summas,vel quantitates,vt hic, sed etiam quādo ponitur inter
totum, & partem, quia si quis promittat Stichum aut partem
Stichi, intelligitur promisisse partem,quia minus est.l.inter eos.
2 in prin.& ibi gl.ff.de fideius.† Secundo amplia no.istum tex.vt
procedat,etiam si promissio alternatiua fiat ex causa fauorabi-
li puta dotis,adhuc minor summa debetur.l. si pater.§.quæ de-
bitorem,vbi glo.in versi.in dotem.ff.de iur.dot.& tex.ibi.Sal.ad
hoc in fi.no.illum tex.per quem idem tenet Rom. & Alex.hic,
ita etiam tenet Are.in l.si duo rei.j.eo. quamuis contrarium te-
neat Fulg.in l.cum his.§.si mulier.ff.de condi.inde. per text.in l.
nuptura.ad fi.ff.eo.de iur.dot.& ibi glo.expressè dicit,ꝙ priuile-
gium est dotis, ꝙ in obscuris non debeatur id, quod est mini-
mum,& reperio,ꝙ istam opin.Fulg.contra Rom.hic latè tenet
Bal.nouel.in tracta.de dote.in 6. parte in priui.74. vbi subtiliter
disputat intellectum illorum iurium,videlicet.l. si pater.§. quæ
* debitorem.& l.nuptura.in fi.ff. de iure dot. *Tamen præcedens extensio est communior*, & verior, & gl.in l.si pater.§.1.respondet ad
l.nuptura. ꝙ ibi fuit promissio simplex, & ita teneas,quamuis
in ambiguis sit pronunciandum pro dote.l.in ambiguis.ff.de iu
re dot.& in c.in literis.de pig.¶ Limita istum tex. & concordan
tes multum not.vt procedat in alternatiua summarum simpli-
citer facta.ita loquitur iste text.hic, & in concordantijs.s. addu-
ctis.secus si alternatiua personarum fuerit cum mixtura tem-
porum,puta hodie quinque,aut post annum decem, vel cum
mixtura personarum,vt mihi quinq;,aut Titio decem, vbi po-
test cadere affectio personarum, vel interesse, aut mixtura lo-
corum,puta decem hic, aut quinque in Gallia, tunc vtrunque
est in obligatione, quia fortè facilius est tibi hic dare decem,
quam quinque in Gallia.ista sunt ex mente Bart. in l.si duo rei.
j.eod.licèt ibi breuiter, & obscurè loquatur.& in l.si is cui.j.de
noua.facit bene tex.in l.qui res.§.mihi Romæ.j.de solu.Secun-
3 dò istum tex.alle.Bar.j.in l.proxi.in fi. ꝙ † si aliquis est citatus,vt
veniat intra decem dies,non est præsumendum, ꝙ velit venire
nisi in vltima die termini,& ibi dicam.

SVMMARIVM.

1 *Paria sunt promittere ante calendas,vel calendis.*
2 *Si promitto tibi soluere ante mensem Ianuarij futuri, & iam elapsi sunt aliqui dies mensis Ianuarij, tamen non potes me conuenire, vt soluam nisi finito toto mense Ianuarij.*
3 *Si debitor promisit soluere ante calendas Ianuarij,potest indistinctè ante soluere,quando vult.*
4 *Si reus citatus, quòd compareat intra nouem dies,quorum tres assignantur pro primo termino,tres pro secundo, & tres pro tertio, & peremptorio termino,si in prima dilatione cōparuit actor,in secunda non,posteà in tertia comparuit actor,& reus non,quis eorum debeat iudicari contumax.*
5 *Reus comparens in termino, & recedens sine licentia iudicis, censetur contumax.*
6 *Reus citatus comparens in primo, & secundo termino dilationis, actor non,sed posteà comparuit in tertio termino eiusdē dilationis,vbi actor comparuit,reus non dicetur contumax, sed ipse actor sic. tamen fallit quator modis,vt infra.*
7 *Si data est dilatio octo dierum ad probandum, in prima die producti sunt testes non citato aduersario, nihil valet, cùm dilatio sit communis.*
8 *Dies,& hora est denuncianda parti, quanda citatur ad audiendum sententiam.*
9 *An distantia locorum tollat necessitatem citandi.*
10 *Distans de longinquo cogitur ad eligendum locum in ciuitate, in qua posit citari.*

LEX XIII.

QVi ante calendas. Bar. nō sum-
mat,ego sū-
1 mo sic.† Paria sunt promittere ante calendas, vel
calendis. h.d. imò ista nihil differunt, dicit text.in l.
eum qui ita.§.qui ita.el 2.j.eod.similiter non refert stipulari in-
tra calendas,vel calendis.text.est not.s.l.proxima. & ibi Are.ad
hoc no.Ratio decidendi ad istum tex.ex mente Bar.sed clarius,
& melius quam Bar.dicat,quia ista promissio ante calendas po-
test dupliciter intelligi,scilicet,inchoatas, vel finitas; ergo cùm
in dubio debeat fieri interpretatio contra stipulatorem.l. quic-
quid astringendæ, in princ.j.eod.& l.veteribus. ff.de pact.& sic
in fauorem promissoris, ergo ista verba ante calendas intelli-
guntur,scilicet finitas, vt comprehendat totum tempus calen-
darum,sicut si diceretur calendis. l. qui hoc anno. & l. stipula-
tiones non diuiduntur.§.pen.& l.eum qui calendis. §.quoties.
in fin.j. eod. Et istud inducit Barto. ad concordiam testium,
quorum aliqui dicunt ante calendas,aliqui post,vt concorden-
tur,quia primi intelligunt ante calendas, scilicet finitas, secun-
di post calendas, scilicet inchoatas. pro concordia facit text.in
l.anniculus.la prima.§.1.j.de verbo.sign. de quo latè ponit Bar.
in l.2.§.creditum.post gl.ibi.ff.si certum pet.& quia ibi latè dixi,
de hoc non pono aliter hic. ¶ Successiuè inquantum opponit
Barto,de l.si ita fuerit,secunda.§.fin. ff.de manumis. testa. & re-
spondet,vt hic per eum. Aduerte licèt Barto.dicat, quòd illa
lex est de verbo ad verbum contra istam, non videtur Bar.be-
ne dicere, quia ille text.non loquitur de dictione ante calendas
sicut hic,sed de dictione intra calendas,ergo in terminis diuer-
sis.ergo non est de verbo ad verbum contra istam, dic, quòd
Bart.capit à pari ante calendas,vel intra calendas, prout etiam
voluit idem Bart. in l.in illa stipulatione. supra eodem. vbi glo.
ponebat quartam solutionem approbatam à Petro, quòd illa
l.loqueretur calendis,& l.contraria ante calendas.Barto.dicit,ꝙ
ista solutio est contra c. commissa. iuncto c. licèt canon.§ his
etiam.de elect.in 6.vbi tex.loquitur de dictione intra, & intelli-
gitur, scilicet ante annum finitum in totum. Bart. ergo dicit,
quòd siue dicamus ante calendas siue intra,quòd idem sit.Pro
ista consideratione Bart.adde text.meliorem de iure in l.proxi-
mè præcedenti.vbi dicit,quòd stipulari intra calendas,est idem
ac si stipuletur calendis. ista l.immediatè dicit idem est stipulari
ante calendas,vel calendis. Bar.ergo capit pro eodem,ergo be-
ne dicit,quòd ibi est textus de verbo ad verbum contra istum.
2 ¶ †.Ex dictis Barto.hic in ista oppo. habes notare duas conclu-
siones. Prima est not. ꝙ si promitto tibi soluere ante mensem
Ianuarij futuri, & iam elapsi sint aliqui dies mensis Ianuarij,
tamen non posses me conuenire, vt soluā,nisi finito toto men-
se Ianuarij,quia intelligitur ante mensem Ianuarij, scilicet fini-
tum, quod est tenendum menti secundum Paul.de Castr. hic.
&

& idem dicit ipse, ꝙ debet esse cautus, qui vult mensem Ianua
rij non contineri, dicat ante mensem Ianuarij inchoatum. sed
Bald. in tit. de pace constan. in 20. col. in verbo opizoni. ad fi. te-
net contrarium, ꝙ imò debet intelligi ante mensem, scilicet, in-
choatum per illum tex. cum gl. & quia intellectus Bal. non con
sonat verbis vulgi, ergo extraneus, ergo reijciendus. c. ex literis.
de sponsa. sequitur Lud. Rom. & Alex. hic. ita etiã tenet Raph.
Cuma. attento communi vsu loquendi, *secundum quem communi
ter* intelligitur ante calendas, scilicet, inchoatas. ad hoc ponde-
ra tex. in l. anniculus. §. j. ff. de verb. signi. qui se fundat in cõmu-
ni vsu loquendi. Adde vltra Scribõtes, ꝙ licet Pau. de Cast. Ro.
& Alex. ponderant diligenter notandum, ꝙ Bar. ita velit si pro
mitto soluere ante mensem Ianuarij, intelligitur. s. finitum, vn-
de nisi sit elapsus totus mensis Ianuarij, promissor conueniri
non potest, licèt ipsi non dicant, adde Bar. ita expressè, & in ter-
minis tenentem, quem Scribentes non allegant, in consi. 176.
incip. pluries cõtingit, & variè iudicatum est. circa prin. vbi per
hanc legem dicit, ꝙ qui promisit soluere ante calendas Ianua-
rias, non potest conueniri antequam sit finitus mensis Ianuarij,
tñ attento cõi vsu loquendi, qui in omni materia attẽdi debet.
l. liberorum. §. ꝙ tñ. ff. de leg 3. & l. Labeo. ff. de sup. leg. secunda
pars videretur melior, ꝙ intelligitur ante mensem Ianuarij. s. in
choatum. & vltra cõem vsum loquendi etiam in puncto iuris
ꝯ Bar. facit, quia dictio ante, de proprio significatu intelligitur
ante actum initiatum. l. ij. in verbo ante litem, cum gl. & ibi ad
hoc no. Bal. C. ne de statu defun. item propriè dr̃ ante, illud ꝙ
est omnino ante, ita formaliter dicit Bal. in l. ex his verbis. C. qñ
3 dies leg. ced. ¶† Secunda conclusio est ſm Bar. ꝙ si debitor pro
misit soluere ante calendas Ianuarij, potest indistinctè ante sol-
uere, qñ vult, per l. si ita fuerit liberatus. §. fi. ff. de manu. testa. se-
cus si promisit soluere calendis, quia non potest tunc ante sol-
uere, si tempus fuit appositum gratia creditoris. l. si fideicom
missi. §. cum Polidius. de vsur. l. si ita relictum. §. Pegasus. ff. de
leg. 3. melius facit tex. in l. eum qui. aliàs incipit Iabolenus. ff. de
ann. lega. secus si tempus sit appositum fauore debitoris, quia
potest, qñ vult soluere. l. stipu. ista. §. incertam. ĩ. eo. l. ꝙ quis. ff.
de act. & oblig. & l. ꝙ in diem. de solu. & in dubio præsumitur
appositum fauore debitoris. l. cùm tempus. ff. de reg. iur. & d. l.
si ita relictum. §. Pegasus. Si autem tempus esset appositũ gra-
tia vtriusque, tunc non posset ante tempus soluere. text. est in l.
qui Romæ. in prin. vbi Bart. ĩ. eod. Pondera tu prouectè, ꝙ ſm
istam doct. Bar. tex. in l. eum qui ita. §. qui ita. secundo. ĩ. eo. qui
dicit, ꝙ nihil differt stipulari calendas, vel calendis, in illa vni-
uersali nihil debet intelligi, quo ad incommodum stipulato-
ris, quia neutro casu potest ante petere, respectu debitoris benè
4 est magna differentia, vt patet ex dictis Bar. hic. ¶† In 1. q. Bart.
qñ citatus est reus, ꝙ compareat intra 9. dies, quorum tres assi-
gnantur pro primo termino, tres pro secundo, & tres pro ter-
tio, & peremptorio termino, iuxta cõsuetudinem & practicã,
quam ponit glo. ord. in c. constitutionẽ, in verbo vna pro om-
nib. de sen. excom. in 6. glo. in c. 2. de test. cog. & gl. in l. inter ac-
cusatorem. ff. de publ. iudi. Ang. in l. contumacia. §. j. ff. de re iu-
dic. vbi dicit, ꝙ istud obseruat consuetudo totius mundi, pone
ꝙ reus citatus comparuit in prima dilatione, & etiam in secũ
da, actor non, postea in tertia reus nõ comparuit, sed actor sic,
quæro, quis debeat iudicari contumax, an actor an reus, quia
actor in primis duab. dilationib. non comparuit, sed in tertia,
èc contra reus comparuit in duab. primis, sed non in tertia, quis
eorum condemnabitur vt contumax? Iac. de Arc. & Spec. te-
nent, ꝙ solus reus debet iudicari contumax, ex quo non com-
paruit in vlt. dilatione, & vltima mora est, quæ nocet. l. illud. ff.
de peri. & commo. rei vend. l. si seruum. §. fin. ĩ. eo. ergo proce-
deretur contra reum tanquam contra contumacem. Istã opi.
etiam tenuit Alb. de Ros. in d. l. prætor. §. si aliquando. ff. de ope.
no. nun. motus, quia in iudicijs debet seruari æqualitas. l. si cùm
dies. ff. de arb. & l. fin. C. de fruct. & lit. expen. sed ex quo reus ha-
buit tres dilationes, fuit sibi licitum non venire nisi in vltimo
termino, & sic in vlti. dilatione. l. qui hoc anno. ĩ. eo. ergo idem
actori debet licere si non veniat in primo & secundo termino,
dummodo veniat in vlti. termino. Sed aduerte, ꝙ Bar. respon-
det in effectu, & retorquet istud argumentum in oppositum,
& contra Albe. quia imò si reus cessat venire in primo, & secũ
do termino condẽnatur in expensis, ergo censetur contumax,
ergo idem erit in actore, ergo fundamentum Alb. retorquetur
contra eum. eandem opin. tenent Bal. & Ioan. de Imo. hic, mo
ti præcipuè, quia text. in l. & post edictum. ff. de iudi. in quo se
fundat Bart. non probat eius opi. quia ibi fuit vnus tantum ter
minus datus. nimirum si cancellatur, seu circunducitur citatio,
seu edictum, sed nos loquimur in plurib. terminis, in quib. cen-
sentur plura edicta citatoria, & sic ille text. non facit ad propo
situm Bar. tamen vt fatetur idem Io. de Imo. & Lud. Ro. hic,
potest responderi, ꝙ ille tex. refertur ad leges præcedentes. quæ
loquuntur de diuersis terminis, tamen reuera illæ leges non lo-
quuntur in terminis Bar. Tu potes no. respondere ex dictis Bar.
hic, ꝙ in eius q. vnus tantum terminus est. s. primus, quia secun
da & tertia dilatio sunt conditionales, si non comparuit in pri-
mo, sed conditio nihil ponit in esse. l. si quis sub conditione dan
dorum decem. ff. si quis omi. cau. test. ergo non est nisi vnus ter-
minus, aliæ verò dilationes sunt conditionales. Contrariã opi.
ꝙ imò actor dicatur contumax, & non reus, qui comparuit in
prima & secunda dilatione & non in tertia, tenent Ang. Ange.
Pau. de Cast. Lud. Ro. *& omnes Mod. hic, &* Bar. in d. l. prætor. §. si
aliquando, & ibidem Cu. & Pau. de Cast. & Lu. Rom. idem an-
te Bar. tenuit Ioan. And. in addi. Spec. in d. tit. de cita. §. viso. ver.
quid si in primo & secundo, vbi etiam pro hoc alleg. tex. in c. j.
& ibi gl. 2. de dolo & contu. in 6. licèt Alex. non respondeat, mi-
hi videtur, ꝙ ille tex. parum faciat, quia solùm loquitur de vna
contumacia actoris, vel rei. eandem opin. tenet Bal. in Auth. ei
qui. in 7. col. C. de bon. autho. iud. possi. & in l. consentaneum. in
5. vol. C. quomo. & quando iud. vbi pro ista opi. alle. optimum
tex. in l. ex consensu. §. fi. ff. de appel. quem tex. sibi ascribit Lud.
Rom. hic, dicens, ꝙ est expressus, & singula. à nemine vnquam
ponderatus ad hoc, per quem tex. dicit, ꝙ opin. Bar. est præcisa
veritas, vbi dicit tex. ꝙ est in potestate rei citati comparere, &
respondere ante diem præstitutam in edicto peremptorio, &
sic non rumpere denunciationem edicti, ergo ibi est text. pla-
nus, quod si reus citatus comparet in primo termino, rumpit
incontinenti dilationem peremptorij, & sic alios terminos po
sitos in peremptorio, sed Are. dicit illum tex. non stringere, co
quia in illo tex. benè verum est, ꝙ reus comparuit in primo ter
mino, sed ꝙ ibi actor fuerit contumax, & non comparuerit,
tex. non dicit secundum eum, quia si in illo tex. actor non com
paruisset, tex. debuisset dicere, ꝙ cancellaretur, seu circunduce-
retur edictum, vt dicitur in l. & post edictum. Ego puto, ꝙ ibi
sit tex. ineuitabilis, & ꝙ ista obiectio Aret. nihil obstet, & eam
retorqueo contra ipsum Aret. quia cùm ille text. dicat reum
comparentem rumpere edictum, idem est dicere rumpere, ꝙ
cancellare, & circunducere edictum. Adde etiam, ꝙ cum ista
opin. Bar. tenet etiam Bald. de quo Scribentes non faciunt men
tionem in c. 1. in 4. col. de seq. pos. & fruct. vbi pro Bart. moue-
tur alia ratione: nam quotiescunque prima mora claudit iu-
risdictionis copiam, ipsa nocet, & non secũda, ita dicit esse do-
ctrinam tenendam menti Iurisconsulti in l. qui bona. §. si quis
quia. ff. de dam. infect. quem tex. reputat ad hoc notandum, &
tenendo istam partem non obst. fundamentum Iac. de Are. &
Spec. ꝙ vltima mora noceat, quia per primam comparitionẽ
rei, consumpti sunt alij termini, ergo non potest dici citatus in
vltima mora. l. vir bonus. ff. iudi. solu. & ad hoc tendit funda-
mentum Bar. non omitto tamen, ꝙ Bald. in c. cùm dilecti. in vl
ti. col. de dol. & contu. de quo etiam Scribentes non faciunt
mentionem, concor. istas opinio. Ia. de Arc. & Bar. hoc modo,
ꝙ aut tres citationes factæ sunt vno contextu, & continuatiuæ
sine medio interuallo, & tunc sit vera opin. Iac. de Are. nam iu-
dex in principio de expectatione actoris debuit dicere: aut per
diuersas vices citatio emanauit, & tunc sit vera opi. Bar. teneas
indistinctè opi. Bar. Et aduerte dum Bart. vult, ꝙ reus, qui non
comparet in primo vel secundo termino, debeat condemna-
ri in expen. ergo est contumax, ergo idem in actore, per glo. in
c. 2. quod incip. querelam. de procu. Adde tu glo. in c. quoniam
contra falsam. in verbo dilationes. de proba. & tex. in c. 1. & ibi
5 glo. de do. & contu. in 6. ¶† Not. etiam diligenter[a] practicam
a Bar. quam obseruãt boni procuratores in palatijs, ꝙ facias scri-
bi in actis, ꝙ reus in termino comparuit, & licentiatus à iudice
recessit, quia si recederet non obtenta licentia à iudice, censere
tur contumax, iurib. per Bar. hic alleg. solus Cum. hic dicit se in
hoc putare contrarium, ꝙ imo tunc non sit imputãdum reo,
quòd illicentiatus recessit, quòd non debeat amplius expecta-
re, nisi

ADDITIONES.

a Nota etiam diligenter, &c. Aduerte, ꝙ ista practica procedit ex regula, quæ
traditur in c. 1. de iud. & in c. certum. 6. q. 3. & in l. properandum. §. & si quidẽ.
C. de iudi. & in prædictis locis per Scribentes, quod non sufficit venisse, qui
non stetit. Et pro clariori intelligentia aduerte, ꝙ sicut qui non venit puni-
tur, vt in c. cupientes. §. ꝙ si per viginti. vbi gl. in ver. opponentes. de elect. in
6. ita si venerit, & negotio non finito illicentiatus discesserit, vt in cap. sed
postquam. eo. tit. etiam hic allegato, vbi per Doct. maximè Gem. & Philip.
de Per. qui allegat glo. in d. §. quòd si per viginti. in ver. comparere, quæ sa-
nè intelligendæ sunt, dummodo altera pars alterius contumaciam accuset,
vt per Doct. vbi supra per d. l. properandum. §. & si quidem. in versi. parte
actoris contumaciam incusante, & ita potest postea licentiatus discedere,
puta, quia actor non affuerit, vel se nõ præsentauerit, vt etiam dicit Bart. in l.
consentaneum. hic allegata.

re,niſi iudex volens facere gratiam actori admoneat reum ne recedat,per d.l.& poſt edictum. Breuiter teneas practicã Bart. ꝙ ad hoc, vt reus non dicatur contumax,non ſufficit eum cõparere in termino,ſed requiritur,ꝙ licentiatus recedat,aliàs reputaretur contumax. c.ſi poſtquam. §.j. in verbo de Romana Curia receſſit,& ibi Gem.de elec.in 6.glo.ord.in c.cupientes.§. ꝙ ſi per viginti.in verbo comparere.de elect.in 6.& ibidem Gemi.no.& dicit,ꝙ propterea cauti procuratores faciunt in actis ſcribi,ꝙ de licentia iudicis receſſerunt. ad idem text.in c. cæterum.11.q.9.& tex.18.diſt.in c. ſi quis autem ſynodo, & de iure ciui.tex.no.in l.ſi quis decurio.la 1. in verbo proficiſcendi licẽtiam conſequatur.C.de decurio.lib.10.& tex.in l.ſcire oportet. §.ſufficit.ff.de excu.tut.Ita etiam dicunt Bar.Ang.& Imo.in l.ſi finita.§.Iulia.in 4.col.ff.de dam.infec.Bar.in l. cõſentaneum. ad fi.C.quomodo, & quando iud. ¶Limita iſtam practicam Bar. duob.no. modis.primò niſi quis compareat reſpectu citationis inualidæ allegaturus cauſam,quare citari non poſſit ab eo, tũc ſi actor ſit contumax, poteſt illicentiatus recedere abſque metu contumaciæ,ita no.tenet Bald.in l.nam ita diuus.ad fin.ff.de adop.motus arg.l.quamuis.ff.de in ius voc.facit.l. ex quacunq; cauſa.ff.ſi quis in ius voc.non ie.Secundò not. limita, quando propter iuſtum impedimentum citatus illicentiatus receſſit, tunc non iudicaretur cõtumax.l.quæſitum,& ibi Ang.& Imo. ff.de re iud.& latius examinat Gem.quomodo intelligi debeat hæc limitatio poſt Io.And. ibi in d.c.poſtquam , & confirmatur,quia ſi iuſtum impedimentum excuſat à contumacia,fortius excuſat poſtquam comparuit,arg.l.patre furioſo. ff.de his,

6 qui ſunt ſui vel alie.iur.¶† Vltimò, vt iſtam q.Bar. & eius dicta clarius habeas, collige ex dictis Bar. deciſionem cum quatuor fallen.ſeu limitationib.Deciſio eſt, ꝙ ſi reus citatus comparuit in primo,& ſecundo termino dilationis,actor non, ſed poſteà comparuit in tertio termino eiuſdem dilationis , vbi actor cõparuit,tamen reus non dicitur eſſe contumax,benè ipſe actor. ¶Limita primò niſi iudex noluerit expectare actorem vſq; ad aliam tertiam dilationem,per tex. cum gl.in d.l.& poſt edictũ, in prin.Secundò limita,quando reus comparẽs illicentiatus receſſit,de quo s̃. proximè fuit opportunè dictum . Tertiò limita,quando illæ tres dilationes eſſent datæ actori, quia non ſufficeret tunc reum comparere in prima, vel ſecunda dilatione. l. ſtatuliberos. §.Stichus.ff de ſtatulib.facit, ꝙ vult gl. no.in c.eũ, qui.de dolo,& contu.in 6.quæ vult, ꝙ contumacia in vno inferat contumaciam in alio nec ècontra.Sed aduerte,quia non videtur, ꝙ eodem tempore poſſit dari terminus ad diuerſa,prout volunt Bar.& Scribentes, puta vnus terminus ad opponendum,alius ad articulandum,alius ad producendum teſtes, vel inſtrumẽta,vt eſt gl.no.quæ ſæpe allegatur pro ſingulari in cle. ſæpe.in verbo poſt dationem.de verb.ſigni.niſi ſaluando Bar.& Doct.dicas,& benè, ꝙ ſi illi actus poſſunt ſimul concurrere in eodem tempore, tunc idem terminus poteſt ſimul ſtatui à iudice ad alios plures actus,puta ad producendum teſtes probatorios, & reprobatorios.text.eſt in c.licet cauſam, & ibi Abb. in 3.not.ad hoc not.de proba. & text.in c. præſentium.§. fin.& ibi Gem.not.de teſtamen.in 6.procedit ergo illa glo.& propriè loquitur, quando illi actus non poſſunt ſimul concurrere , ſed debet vnus expediri ante alium. Quartò fallit,licèt Barto. non clarè aperiat, quia non ſufficit, ꝙ reus compareat, & licentiatus recedat,vt habeat locum prædicta deciſio Barto.ſed etiam aliud requiritur , ꝙ reus expreſsè accuſet contumaciam actoris,& licet Bar.ſolùm in diſcurſu ſermonis dicat,tamen eſt neceſſarium requiſitum vt probat tex.in l.properandũ.§.& ſi quidem.in verbo actoris abſentiam incuſante. C. de iud.& ibi no. Pau.de Caſt. quem videas, qui ad hoc benè not.illum text. & tex.in Auth.qui ſemel.in verbo reo poſtulante. C. quomodo, & quãdo iud.& in l.ad peremptorium.in verbo,vt primo quis petat.ff.de iud.Bar.in l.conſentaneum.circa fi.C. quomodo, & quando iud.& in l.ſi finita.§.Iul.in 3.col.ff.de dam. infec. Bal.in l.nam ita diuus ad fi.ff.de adopt. Ang. in l. & poſt edictum.per illum text.ff.de iud.& in l.quæſitum.ff.de re iud. dom.Anto.de But.& Cano.in c.j.de iud.¶In ſecunda q.Bar.dic,vt hic per eũ, *cuius deciſio communiter approbatur* ſecundum Alex. cum multis concor.alleg.per Lud.Rom.pro deciſio.Bar. vltra eius rationẽ facit tex.in l.ſi quando.C. de teſt. vbi examinationi teſtium ex longinquo venientium præfigitur terminus.15.dierum,& ſi intra illum terminum velit vna pars facere examinare teſtes, debet aduerſarium citare,nõ enim poteſt actor diuinare, qua die velit reus illud facere.l.ſi putator.ff.ad l.Aquil.l.ſi fideiuſ.§.ſi cũ debitor.ff.mand.c.vnico.vt eccl.benefi. Adde vltra Scribentes, ꝙ cum deciſi.Bar. formaliter tenet Bald. in c.cùm dilecti,vt in vlt.col.de dol.& contu.vbi dicit pro Bar.eſſe gl.ord.in cle.quãdiu.de appel.ſed debuit alleg.glo.in cle. quis.in verbo primum dictum.de appel.de qua gl.ſtatim dicam.ſed idem Bal.de quo etiam Scribentes non faciunt mentionem in c.ſæpe.in 3.col.de

7 app.refert deciſi.Bar.hic,& ex ea infert, † ꝙ ſi data eſt dilatio 8. dierum ad probandum,& prima die producti ſunt teſtes non citato aduerſario,nihil valet,cùm dilatio ſit communis, & interim actor non ſit contumax, dicit tamen , ꝙ ex glo.in clem. quamuis. colligitur contrarium,ſed dic,ꝙ illa glo.loquitur ſolùm quo ad finem comparitionis, quæ poteſt fieri intra terminum octo dierum parte non citata , ſed non ad alium effectũ, & ideo tenet Lud.Rom.hic,& in l.fi.C.qui admi. ꝙ ille cui datus eſt terminus. 8.dierum,poteſt quandocunque intra illos. 8. dies producere iura ſua quantum ad vim ſimplicis productionis,non autem quantum ad vim ſimplicis probationis , niſi quã actor citatus fuerit,ita dicit velle Bar. in extra.ad repr. in glo. in verbo de plano & Bald.l.fi. C.qui admi. & dicit Alex. hic, hoc voluiſſe Bar.hic ſi bene inſpiciatur.adde Bart.clarius volentem in l.item illa.in 1.col.ff.de conſti.pec.Bal.in l.ſi quando.in fin.C. de teſt.& l.ſancimus.in pe.col.C.de iud.& in omnib. iſtis locis

8 alleg.bonum tex. † Item inquantum Bar.vult,ꝙ niſi dies,& hora denuncietur,quòd non valet,quod actum eſt,per text.no.in l.aut qui aliter.§.j.ff.ꝙ vi aut clam. Adde,ꝙ per illum tex. decidit not.idem Bar.in conſi.176.incip. pluries contingit , & variè iudicatum eſt.ꝙ ſi iudex citat aliquem, vt compareat cras ante nonam ad audiendam ſententiam,intelligitur ante nonam, ſcilicet finitam non autem inchoatam , quia ſi intelligeretur ante nonam, ideſt inchoatam, citatio eſſet nulla, vt per eum. de hoc tamen an citatio ad audiendum ſententiam debeat cõtinere horam,cùm videatur,ꝙ ſufficiat,ꝙ diem contineat. ca. conſuluit.de offi.deleg.vide Bar.in l.liber homo.ſecunda.§.j.j. eo.cum concordantib.hic traditis per Alex. intellige etiam niſi pars produceret inſtrumenta,vel teſtes vltima die termini,tũc non requiritur, ꝙ faciat aduerſarium citari , quia ſi vltima die actor non veniat,eſt contumax, quia vltima dies interpellat.l. magnam.C.de contrahen.& com.ſtip.c. potuit.de loc. ita Bar. in l.2.C.de temp.app.& in l.item illa.in 1.col. per illum tex.ff.de conſti.pecu.& in l.fi.in 2.col.in prin.C.qui admi. & eſt de mente

9 te Bart.hic,quia vltima dies termini eſt nota aduerſario. ¶† In vlti.q.in qua Bar.reliquit cogitandum, adde, ꝙ diſtantia locorum non tollit neceſſitatem citandi.§.ſi verò etiam. & §.ſuſcepto.in Auth.de exhib.re.colla. 5.& in l.j. in verbo, ſed ad literas. ff. de requi. re. ſed bene ex iuſta cauſa prorogandi,ſi dilatio eſt breuis.l.j.C.de dila.Breuiter datur duplex practica per Bal.Angel.& Imo.hic.prima,quòd fiat generalis citatio pro omnib.& ſingulis dieb.& horis ad omnes, & ſingulos actus vſque ad ſententiam incluſiuè,tunc non requiritur poſtea alia citatio per l. 3.C.qui accuſa.non poſ.Auth.qui ſemel. cum glo. C. quomo. & quan.iud.c.cum olim.c.fi.de do.& contu.c. cùm ex literis.in fi.de reſti.in integ.& ita firmat Bart. met in extraua. ad reprim. in verbo per edictum, & in verb. ſuper dicto crimine. Abb. in c.fin.de dila.& latius Alex. & Are.hic vltra alleg.per eos maximè Alex.adde Ange.in l.certum.§. ſi quis abſente. ff.de conf.& in Auth.ſi quis in aliquo. C.de teſta. Ange. & Pau.de Caſt.in l. conſentaneum.C.quomodo,& quando iud. Pau.de Caſt.in l. ad peremptorium.ff.de iudi.Ang.de Are.in tracta.male.in ver-

10 bo , qui iudex voluit eos ſingulis diebus , & horis . † Secunda practica eſt, quia diſtans de longinquo cogitur ad eligendum locum in ciuitate,quo poſſit citari,prout etiam tenet Bar. in d. verbo per edictum.in vlt.col.& Abb.in c.fi.de dila.

S V M M A R I V M.

1 *Stipulatio facti committitur per lapſum temporis , quo potuit expediri .*

2 *Teſtator poteſt grauare hæredem ad faciendum domum , vel aliud ædificium.*

3 *Obligatus ad factum ex diſpoſitione teſtatoris, poteſt præcisè ad factum compelli,nec liberatur ſoluendo intereſſe.*

4 *Si ſunt plures hæredes grauati à teſt.ad faciendum opus , vnuſquiſque eorum tenetur inſolidum.*

5 *In oblig.quando tẽpus non eſt appoſitum, intelligitur tantum tempus, quod veriſimiliter poſſit illud opus fieri.*

6 *Contra obligatum ad faciendum domum non poteſt agi antequam tranſierit tantum tempus,in quo potuerit domus ædificari.*

7 *Lapſus temporis taciti,& ſic legalis, quod ineſt promiſſioni facti,facit vt agi poſſit contra promiſſorem.*

8 *Fideiußor poteſt accedere non tantum obligationi dandi, ſed etiam faciendi.*

9 *Fideiuſſor non poteſt obligari antequam principalis.*

10 *In obligationibus faciendi,in quibus non eſt appoſita dies , nõ poteſt agi contra principalem , ita nec contra eius fideiußorem,antequam elapſum ſit tempus.*

Qui

11 *Qui facit partem indiuidui,in nihilo liberatur, & ſic non liberatur pro parte domus,quam fecit.*
12 *Caſus incendij ſuperueniens nocet ædificanti.*
13 *Quando impedimentum ſuperueniens aufert omnem diligentiam, debet denuo in totum reintegrari.*
14 *Impeditus intantum debet reſtitui,inquantum fuit læſus.*
15 *Poteſtas electus pro ſemeſtri ſuo periculo, ſi gerere non poſſit, an debeat reintegrari tempus ſex menſium,ſi in primis ſex venire non potuit.*
16 *Tempus expreſſè limitatum,vt ſit continuum fauore libertatis, piæ cauſæ,an coniungatur.*
17 *An ſi Papa conceſſit monacho priuilegiũ audiendi iura ciuilia per triennium,intelligatur de continuo.*
18 *Si data eſt alicui dilatio vnius menſis ad probandum, & circa finem menſis acta probatoria caſu perierunt,debet habere integram dilationem alterius menſis.*

LEX XIIII.

1 SI ita ſtipu. ſim abs te. † Stipulatio fa
cti committitur per lapſum temporis, quo potuit
expediri.& ſi propter caſum ſuperuenientem aufe-
ratur,quod eſt factum,reintegratur totum tempus.h.d. cum l.
ſeq.& eſt caſus no. ſecundum Bar. Pondera in primis text. ibi,
2 vel ſi heredem meum damnauero inſulam ædificare,† quòd te
ſtator poteſt grauare hæredem ad faciendam domũ, vel aliud
3 ædificium. Et aduerte diligenter duo ſpecialia circa hoc.† Pri-
mum, ꝙ obligatus ad factum ex diſpoſitione teſtatoris poteſt
præcisè ad factum compelli, nec ſoluendo intereſſe liberatur,
tex.eſt reputatus ſingularis.in l.fideicommiſſa.§.fi.de leg.3. per
quem ita tenet Bar.in l.ſtipulationes non diuiduntur. in 7. q.j̃.
4 eo.tamen ibi concurrebant multa ſpecialia.† Secundum ſpe-
ciale eſt,ꝙ ſi ſunt plures hæredes grauati à teſtatore ad facien-
dum opus,vnuſquiſque hęredum tenetur inſolidum,tex.eſt re
putatus ſingularis in ea.l.fideicommiſſa.§.pen.& ibi Bar.tenent
Bal.Ang.Imo.& Pau.de Caſt.& Raph.Cuma.in l.in executio-
ne.§.j.j̃.eo.& in l.ij.§.& harum,vbi Alex.in 1.col.ſ̃. eo.& ibi teti
gi de intellectu.d.§.pen.& non repeto vlterius hic : aduerte ta-
men, quòd obligatus ad factum,ad quòd præcisè poteſt com
pelli facere;poteſt etiam extrahi de domo,& duci ad carceres,
vt faciat,ita ſingulariter not.Bal.nec credo, ꝙ alibi inuenies ta-
ctum,in l.ex omnib.C.de decu.lib.10.& ita ſingulariter limita-
5 tur.l.plerique.ff.de in ius voc.† ¶Secũdo no.ex iſto tex.ꝙ in ob
ligationib.facti,quando tempus eſt appoſitum, intelligitur tan
tum tempus,ꝙ veriſimiliter poſſit fieri illud opus,vt hic,quod
declaratur arbitrio boni viri.l.continuus.§.item,qui inſulam.j̃.
6 eo. ¶† Tertiò pondera tex. ibi,nõ ante agi poſſe. ꝙ antequam
tranſiuerit tantum tempus, in quo potuerit domus ædificari,
non poteſt ante agi,& ſic non oritur ante obligatio efficax nec
actio.facit tex. in l.interdum. in prin. in verbo tunc enim inci-
pit actio.j̃.eo.& ibi Bar. no. & etiam no. ad hoc iſtum text.& l.
quoties.ff.de ope.lib.& Bar.vbi etiam alleg.iſtum tex.in l.ita ſti
pulatus.in 2.q.j̃.eod. quod intellige verum, quando ſtipulator
vellet agere ad totale intereſſe,vel ad ipſum factum, tunc non
poteſt.facit.l.inſulam intra biennium.j̃.eo.ſecus, quando vel-
let agere ad particulare intereſſe, vel vt opus inchoaretur. l.ſti-
pulationes non diuiduntur.§.fi.& l.continuus.§.item,qui inſu-
lam.j̃.eo.ſecundum Alex.& Are.hic,qui reprehendunt in hoc
7 Pau.de Caſt.& bene. ¶† Quartò no. ex text.ibi, quàm tempus
præterijſſet. ꝙ lapſus temporis taciti, & ſic legalis, quod ineſt
promiſſioni facti,facit, vt agi poſſit contra promiſſorem.text.
eſt hic. imò fortius ſecundum Pau.de Caſt. & do. Alex. lapſus
iſtius temporis conſtituit in mora ſine alia interpellatione ho-
minis, cùm regulam habeamus, ꝙ dies tacita interpellat pro
homine,& conſtituit in mora ſicut expreſſa.gl.eſt no.in l.ſi mo
ra.ff.ſol.mat.facit tex.in l.ij.C.de iure emphy.& in ca.potuit.de
loca.tu aduerte,ꝙ iſta iura loquuntur in die legali certa, prout
eſt biennium,vel triennium in emphyteuta,ſed in terminis no
ſtris dies incerta, vt eſt in caſu.l. noſtræ,nunquam conſtituit in
mora,nec per curſum diei incertæ promiſſor in mora conſti-
tuitur.ita ad literam dicit not.Bart. in l.ita ſtipulatus. in 2. q.ad
fi.j̃.eo.hinc eſt, ꝙ ſi pater in inſtrumento promiſit facere con-
ſentire filium,cũ erit legitimæ ætatis ſub certa pœna, iſta dies,
quia incerta,non interpellat nec cõſtituit in mora. ita dicit no.
Bal.in l.& ſi poſt tres.in 4.col.in 4.q.ff.ſi quis cau. & idem Bal. in
l.ſi pacto quo pœnam.in 9.col.C.de pact. poſt Cy. in l.magnã,
præallegata.Præterea cùm iſto tex.ante diem non ſit orta ob-
ligatio,vt prædixi,non debet eodem tempore obligari,& con-
ſtitui in mora,ſm ꝙ declarat Bar.in d.l. ita ſtipulatus.in 2.q. de
a hoc tñ,[a] an & quando dies tacita interpellet,vt cõſtituat in mo
ra,dicam ordinariè,vbi ad hoc vltimò allegabo,in l.ſi ex lega-
ti cauſa.j̃.eo.¶ Quintò pondera tex.ibi,nec fideiuſſores dati, &
8 collige ex iſtis verbis tria no. † Primò,ꝙ fideiuſſor poteſt acce-
dere non tñ obligationi dandi, ſed etiam obligationi faciendi.
tex.eſt hic.dubium facit,quia aut vis, ꝙ fideiuſſor promittat fa
ctum principalis,& certum eſt,ꝙ nihil valet,quia ſic promitte
ret factum alienum.l.ſtipulatio iſta.in prin. j̃. eo. & in terminis
in fideiuſſore eſt text.no.in l.ſicut reus.ff.de fideiuſſo. aut vis,ꝙ
promittat factum proprium, hoc eſt, ꝙ ipſe fideiuſſor faciat
domum,& peius,quia adhuc minus valeret, quia promitteret
aliud,quàm principalis.l.græcè.§.illud.ff. de fideiuſ. & propter
hoc gl. iuris ciuilis multum dubitauerunt, nunquid obligatio-
ni facti poſſit accedere fideiuſſor: gl.in d.l.cùm filios.§.j.j̃. eo.gl.
in d.l.ſicut reus,& gl.in l.nemo eſt, q neſciat.ff.de duo.reis.& i l.
inter artifices.ff.de ſolu. ſed de hoc habes gl. meliorem de cor-
pore iuris in l.ſi quis pro eo.in prin. ff.de fideiuſ. & ibi formali-
ter dicit Bar.& dic,vt ibi per gl.& Bart. ad terminos noſtros,ꝙ
fideiuſſor videatur promittere intereſſe,prout etiam eſt tex. in
l.ſtipulatus es opus.ff. de fideiuſ. & tunc tex. iſte optimè dicit,
ꝙ fideiuſſor non tenetur niſi totum tempus præterierit, ante
enim non committitur totale intereſſe,nunquid autem ſi pro-
mitteret ipſo facto valeret,licèt gl.dubitent,tamen Bart. in l. ſi
quis pro eo.dicit, q ſi eſſent eiuſdem artificij,valeret, & etiam
ſi non eſſent eiuſdem artificij, quia promittit ſe facturum, &
9 curaturum,ꝙ faciet. † Secundò collige ex ijſdem verbis, quòd
fideiuſſor non poteſt obligari antequam principalis:ratio,quia
b non poteſt plus [b] obligari,quam principalis.l.græcè. §. illud. ff.
de fideiuſ.ſed ſi obligaretur antequã principalis, diceretur ob-
10 ligari plus tempore.§.plus.Inſtitu.de actio. † Tertiò collige ex
ijſdem verbis,ꝙ in obligationib.faciendi,in quib.non eſt appo-
ſita dies, ſicut non poteſt agi contra principalem, ita nec con-
tra eius fideiuſſorem, antequam ſit elapſum tẽpus.facit.l.gręcè.§.illud. imò etiam ſi ſit certum.j̃.illud tempus fieri non poſ-
ſe,tamen non poteſt ante agi, quàm ſit elapſum totũ tempus.
l.inſulam intra biẽnium.& l.cùm ſtipulatus ſim mihi à Procu-
11 lo.j̃.eo.dixi in l.in illa.ſ̃.eo.¶† Septimò not. in l. & ideo, ꝙ qui
facit partem indiuidui,in nihilo liberatur,& ſic etiam non libe
ratur pro illa parte domus,quam fecit, nam facere domũ, vel
inſulam,eſt quid indiuiduum.l.ſtipulationes nõ diuiduntur. &
l.in executione.§. ſpecies.j̃. eo.l.2.§. & harum. & §. ex his. & §.
Cato.ſ̃.eo.alibi dicimus, ꝙ qui partem indiuidui facit,nihil fe-
ciſſe videtur.l.furioſum.& ibi Bar.in fi.ita no. C. qui teſta. face.
poſ.alibi dicimus, ꝙ nihil dicitur factum, qñ aliquid ſupereſt
ad agendum.dicit tex.in l.cùm Syllanianum.C.de his, quib.vt
indi.ſimiliter nihil dicitur demolitum, qñ aliquid ſupereſt de-
moliendum.ita dicit tex.no.in l.ij. in prin.& ibi Bal. multũ no.
12 ff.de præto.ſtip.¶† Octauò no.ex tex. ꝙ caſus incendij, & ſic
fortuitus ſuperueniens nocet ædificanti, & ſic ipſi promiſſori:
ↄ̃ quod fortiter obſtat tex.in l.Maritus. ff.loca. de qua opponit
13 gl.vbi dicetur.¶ † Nonò nota, ꝙ quando impedimentum ſu-
perueniens aufert omnem diligentiam,debet denuo in totum
14 reintegrari,& ſic limitatur regula, quæ habet,† ꝙ impeditus in
tantum debet reſtitui,in quantum fuit læſus, & non plus. l. ſed
& ſi per prætorem.§. quoties.& §.ſed cùm feriæ.& l. ab hoſtib.
§.ſed ꝙ ſimpliciter,& ibi Bar. & Doct.ff. ex quib.cau.ma.tex.in
cle.1.de reſti.in integ.fallit per iſtum text.quando totum com-
modum aufertur,quia totum reintegratur.de quo.j̃.Bar.dicit,
reſeruò ibi dicendum. ¶Expeditis benè, vt puto,textualib. ve-
nio ad gl.Prima ſolutio gl. hic, ꝙ ædificator ſuſcepit in ſe peri-
culũ,eſt in ſe vera per tex.in l.opus, ꝙ aduerſione. ff.locati. ſed
* diuinat ad hanc l.*ideo communiter impugnatur.* ¶Secunda ſolutio
gl.ꝙ in iſta.l. interuenerit culpa ipſius promiſſoris ſecus in l. ↄ̃-
ria.Bar.conatur defendere,ꝙ loquatur de culpa leuiſſima,quæ
non

ADDITIONES.

a Tamen,&c.Vide,quæ dixi in l.ſi ex legati cauſa. infra.eod.

b * In plus. Adde, ꝙ fideiuſſor in plus, quàm principalis obligari nequit, licèt
poſſit efficacius,teſte Bulgarino in Rub.nu.18.hoc ti. de quo arti. plura ſcri-
bit Hier.Ver.d. Ru.num.215.vbi,ꝙ non poteſt in plus ſe obligare etiam tpe.
Quam conclu.declara,vt per eum ibi,& per Dec.in l.in eo, ꝙ plus.nu.12. ff.
de reg.iur.eundem Iaſ.in l.fideiuſſor.§.in fideiuſſorem.col.j.ff.qui ſatiſd. cog.
Quid,qñ adeſt iuramentum?& dic ſecundum aliquos, ꝙ poteſt in plus teneri
quàm principalis,& tunc ſi non vt fideiuſſor, tenebitur tñ vt principalis, ex
no.per Bart.in l.ſi quis pro eo.in 8.membro.de fideiuſ.Alexan.conſi.29.in fi.
lib.7.cuius contrarium tenet Io.Fab.in §.fideiuſſores.nu.6.Inſti.de fideiuſſo.
Doct.in apoſtil.ad Alex.conſi.29.Ro.conſ.66.nu.2.Doct.in d. reg.l.in eo, ꝙ.
vbi reſpondent fundamento facto de iuramento,ſed quia q eſt ambiguũ,pro
illius reſolutione,& declaratione vide,quę ſcribit Matheſ.ſing.56.Crem.42.
Mant.537.361.Dec.conſi.379.col.pe.Pariſ.conſi.12.nu.70.lib.1. Sylua.cõſi.
97.nu.14.Nat.conſi.453.col.fi.qui vltra alios dicit,ꝙ tenebitur in eo, in quo
tenetur principalis,reiecto eo,quod eſt plus, quia propter iuramentum vide
tur ſe obligare omni meliori modo. MASVER.

non venit in contractu locationis.l. ſi vt certo.§. nũc videndũ. ff. loca. tamen venit in actione legis Aquiliæ. l. in l. Aquilia. in prin.ff.ad l.Aqui.exemplum,natura ergo ꝯctus,quia non venit leuiſſima culpa debet ſibi tempus reintegrari, quia quantum ad hoc leuiſſima culpa,non venit. ¶Iſtam ſecundam ſolutionem declaratam, & palliatam per Bar. reprehendunt Imol. & Raph.Cum. quia ſi promiſſor ex natura contractus non tenet̃ ad leuiſſimam, vt præſupponit Bar. ergo non tenetur amplius reædificare,quia à contractu remanet liberatus. tñ eſt ꝯ iſtum tex.qui vult reintegrari tempus,vt denuo reædificet.Tu aduerte ad id,quod dicit Bar.quantum ad l.noſtram,in lege Aquilia venire etiam leuiſſimam culpam,prout eſt tex.in d.l.in l.Aquilia.ff.ad l.Aquil.cùm ergo incendia vt plurimum committant̃ ſaltem leuiſſima culpa inhabitantium.l. cum duob. §. damna. ff.pro ſocio.& tex.expreſſus in l.ſi vẽdita.ff.de peri. & commo. rei ven.vbi tex.dicit, ꝙ incendia committuntur leuiſſima culpa inhabitantium.& iſte tex.loquitur de incendio, ergo ad iſtã leuiſſimam culpam tenetur ſaltem leuiſſima culpa legis Aquiliæ,quamuis ex contractu non teneatur. Iſtud non videt̃ poſſe congruere ad tex. noſtrum , quia illud quod dicitur, ꝙ in lege Aquilia venit leuiſſima, iſtud procedit, quando leuiſſima culpa committitur in faciendo, illa benè venit in actione legis Aquiliæ, ſed ſi committitur in negligendo,talis culpa non venit in actione legis Aquiliæ.l. ſi vſuſfructus legatus. §.denique. ff.de vſufruct.vbi Bar.multum no.& exclamat illum tex.& dicit,ꝙ ille tex.limitat totum tit.ff. & C. ad l.Aquil. ꝙ ita etiã per illum dicit no.Bar.in l.qui bona.§.cùm inter. ff.de dam. infect. ergo cùm in propoſito noſtro agatur de leuiſſima culpa ſuper incendio,& illa committatur negligendo, ergo non poteſt venire in actione.l.Aquiliæ. Præterea & tertiò, ꝙ in iſto tex. interuenerit culpa promiſſoris ſecus in l. contraria,iſta vr̃ etiam diuinatio prout in ſolutione præcedenti. ego fortius arguo, nam in dubio nunquam præſumitur aliqua culpa.glo. eſt ordinaria in l.exceptione.& ibi Bar.ff. de excep. nam culpa eſt facti,facta non præſumuntur niſi probentur.l.in bello.§.factæ.ff. de capt. ſed tu declara iſtam.ſol.gl.ꝙ non contineat aliquam diuinationem:nam incendia vt plurimum committuntur culpa inhabitantium,dicit tex.in l.ſi vendita.ff.de peric. & commo. rei ven. cùm ergo iſte tex. loquatur de incendio,innuit, ꝙ promiſſor, qui ædificabat,fuit in mora. ſed in l. ꝯria ædificium corruit vi terremotus,aut alia vi naturali,cui non poteſt aliqua diligentia reſiſti, ideo ibi ædificans non poteſt dici fuiſſe in aliqua culpa, ideo nimirum ſi non tenetur. Reprobatis iſtis duab.ſolutionib. Bar.ponit tertiam ſolutionem hic,& in illa.l.maritus.quæ videtur cæteris melior, & quam *communiter ſequuntur Scribentes*,ſecũdum quam vt dicit Bar.iſta.l.gloſſauit illam legem , illa gloſſauit iſtam . nam nec hic nec ibi opus factũm fuit niſi pro parte, prout vtrobique clarè dicunt tex.& ſic promiſſor nec hic, nec ibi fuit liberatus in aliquo,quia obligatio ad indiuiduum ſi fiat pro parte in nihilo liberat.l. ſtipulationes non diuiduntur. & l. in executione.§.ſpecies.ĩ.eo.tenetur ergo promiſſor ad reædificandum de nouo , & ſic debet reintegrari in totum tempus promiſſori, vt hoc text. ſed promiſſor debet reficere expenſis ſtipulatoris, quando non eſt in aliqua culpa. & ita loquitur d.l. maritus. Sed mihi videtur,ꝙ iſta ſit cæteris deterior, quia non video vbi Bar. ſomniauit, ꝙ ſtipulator debeat ſoluere expẽſas, iſtud de expenſis nec in iſta.l.nec illa verbũ vllum, & licèt Bar. iſtam ſolutionem approbet per. l. maritus. ibi de expenſis verbum nullum.fortius in iſta.l.promiſſor tenebitur facere totum ædificium ſuis expenſis.Pone,ꝙ fecit partem,per hoc in nihilo eſt liberatus, quia fecit partem indiuidui, quæ eſt conſumpta incendio,dicit tex.ꝙ debet tempus reintegrari,vt poſſit reficere ædificium,de expenſis verbum nullum.& ſic puto,ꝙ Barto. fecerit iſtã diſtinctionem ex æquitate capitis ſui , imò plus tex. in l.maritus. ſimpliciter dicit, ꝙ periculum eſt facti , & ſic domini ædificij,ſed de expenſis verbum nullum.Et propterea Rapha.Cuma.hic quarto modo reſpondet, & pro certo melius, aut ſaltem minus malè,quam Bar.& alij.dicit enim Raph. Cu. ꝙ l.contraria loquitur in ꝯctu bonæ fidei in locatione, & conductione,in quo veniunt omnia,de quib.æquitas dictat etiam ꝙ non ſint cognita,& hoc propter officium iudicis,quod in ꝯctib.bonæ fid.exuberat.l.quia tantundem.ff.de neg.geſt.ſed iſte tex.& ſimiles loquuntur in actionib.ſtricti iuris.pro iſta differẽtia faciunt,quæ dicit Bar.in l.4.§. Cato.in 5. oppoſitione.ſ.eod. quando facit differentiam inter actiones bonæ fid. & actiones ſtricti iuris.& propterea Bar.qui in ſecunda ſol.in diſcurſu intellexit iſtum tex.loqui in actione locati,non videtur benè dicere, quia l.ꝯriã benè loquitur in contractu locationis , ſed l. noſtra loquitur in ꝯctu ſtricti iuris,vnde in dubio ſtipulatio cenſet̃ interpoſita ex cauſa onerosã.Et ſi diceres,iſte tex.loquitur,quando ædificium debebatur actione ex ſtipulatu,vel actione ex teſtamento, ſed actio ex teſtõ habet naturã bonæ fid. l.in minorum.C.in quib.cau.in integ.reſti.non eſt nec.ergo vr̃,ꝙ ſolutio non poſſit ſtare.reſpondetur,ꝙ actio ex teſtamento non habet naturã bonæ fid. niſi in duob. in alijs verò habet naturam ſtricti iuris,prout declarat Bar.in l.ſi hæres,vbi dixi.ff. de eo ꝙ cer. lo.iſta ſolu.Raph.Cuma.licèt videat̃ colorata , tamẽ confunditur ineuitabiliter per vnam rationem, quam aſſumo ex verbis Bar.ſi promiſſor fecit partem ædificij,quæ poſtea corruit,quare eſt , ꝙ obligatur denuo facere , quia promiſſio faciendi domum eſt facti indiuidui ſolutione,& obligatione,& ideo faciẽdo partem,in nihilo liberatur , nimirum ſi tenetur denuo facere.& iſta eſt rõ nullitatis, ſiue ꝯctus ſit ſtricti iuris ſiue bonę fid. quid dicendum ? Ego quinto loco aliter reſpondeo ad iſta cõtraria,& dico,ꝙ iſte text. loquitur in promiſſore , vel grauato, qui tenebatur ſua impenſa totam domum facere, vnde ſi partem indiuidui fecit,& incendio conſumpta ſit, tenetur denuo ſua impenſa facere reintegrato ſibi toto tempore,& ita loquit̃ iſte tex.ſine hæſitatione,& ſine vlla violentia,ſed in l.ꝯria loquitur tex.in ꝯctu locationis,in quo de neceſſitate debet interuenire merces in pecu. l.j.ff. loca. aliàs non eſſet locatio , ſed ꝯctus innominatus,vt eſt tex.in l.ſi tibi pollienda.ff.de præſcri.ver. declarat Bal.in l.contractus.in 3.col. C.de fid.inſtr. & ſic ibi ædificanti illam domum debebatur merces à domino ædificij, & ſic ibi ille,qui concluſerat opus faciendum,non debebat facere ſua pecunia, ſed pecunia domini habita mercede. cũ ergo ibi in effectu locauerit domum faciendam certa mercede,poſteà ſi ædificium ruat,periculum eſt domini ædificij non autem facientis,& iſte eſt verus intellectus illius. l. maritus. & credo, ꝙ
15 iſta ſit vera ſolutio ad illum tex.quam ego do. ¶† In q. Bar.de Poteſtate electo pro ſemeſtri ſuo periculo ſi gerere non poſſit, an debeat reintegrari tempus ſex menſium,ſi in primis ſex venire non potuit.Barto.concludit, quòd non,& cum eo tenent *magis communiter alij*. eandem doctrinam tradit Bar.in l.ſi verò. §.item cum quidam.in vlt.col.ff.loca.& l.ſi prius. in 10. q.ff.de ope.no.nun.facit bene tex.in c.fi.in fi. de iudi. in verbo,vt tempus regiminis elabatur.& ibi Canoniſtæ.& d.Abb.in pe. no.ad hoc no.vbi referunt,& ſequuntur iſtam deciſionem Barto. per iſtam deciſionem infert ibi Abb. ad Doctotem , qui promiſit legere duob.annis, ꝙ ſi aliqua cauſa impeditus non legerit, nõ poterit poſtea alijs duob.annis legere,quia aliæ cenſentur operæ duorum annorum poſtea ſequentium.licet Doct.ita communiter tranſeant, tamen Roma. reprobat iſtam deciſionem Bar.& communem per duo,quæ videntur valde ſtringere.primo ꝯ Bar.adducit bonum tex.quem reputat ad hoc ſingularẽ in l.Paulus reſpondit.§.Caius.in verbo triennio continuo.& ibi gl.in verbo tempore.ff.de lib.cau. vbi eſt tex.ſing. teſtator legauit libertatem ſeruo,ſi triennio continuo ſeruierit hæredi.pondera,ꝙ ibi tempus eſt limitatum expreſsè,quid ſi ſeruit per annum,vel duos,poſtea aufugiat,an ſi reuertatur,& vult ſeruire, an debebũt coniungi iſta tempora?tex.dicit,ꝙ ſic,ergo de dire-
16 cto ꝯ deciſionem Bar.ſed reſpondet Rom.ꝙ † ille text.loquit̃ fauore libertatis, quia quamuis tempus fuerit expreſsè limitatum , vt ſit continuum , tamen fauore libertatis coniungitur, ideo Roma. infert ad vnum , ꝙ idem erit fauore piæ cauſæ,cũ valeat argumentum de pia cauſa ad libertatem. & Barto.in l.ſi vnus.C.de teſt.ſoleo allegare tex.meliorem de iure ad hoc in l. j.in verbo ad hanc pietatis rationem,& ibi Bal. C. de ſeruo pignorato dato manu.Credo,ꝙ Rom.erret.quia ètiã in libertate,quando tempus eſt in ſpecie limitatum,vt ſit continuum,tñ requiritur continuatio illa,aliàs non conſequitur libertatem.tex.habes ponentem iſtam regulam in l. Thais. §.intra certa tempora. ff. de fideicom.liber.vbi tex.dicit, ꝙ ſeruus grauatus intra certa tempora aliquid facere,vt conſequatur libertatem,debet illud conſequenter facere,& gl.ibi reſpondet ad l. alleg. per Lud. Ro.ꝙ ideo ibi eſt , quia prius deceſſerat ille hæres cui debebatur implerí conditio, meritò ibi admittitur illa coniunctio temporis, vt ſeruiat alteri ſuccedenti,quomodo poteſt. Secundò,& fortius dicit Rom. ꝙ iſta deciſio Bar. eſt de directo ꝯ illũ text. vbi ille, qui promiſit facere domum, promiſit operas fabriles in faciendo,quæ ſunt propriè illæ,quæ variantur ex tempore, prout loquitur propriè tex.in d.l.ſi non ſortem.§. libertus. ergo cũ in iſto tex.operæ varientur ex tempore,non deberet reintegrari tempus ſ'm deciſionem Bar.& tñ ꝯrium decidit iſte text. ergo ꝯ deciſionem Bar.defendendo Bar. reſponde, ꝙ in iſto tex. in ſtipulatione operæ non veniunt principaliter in ipſa obligatione, ſed eſt ipſa domus, vel inſula, quæ venit in obligatione, & ſi conſideremus ipſam domum, quæ principaliter eſt in obligatione,eadem eſt,ſiue fiat alio tẽpore.& iſtud eſt, ꝙ propriè voluit Bar.ſubtilis do. Pet.de Bexu.reprehendit Bar. alio fundamento,inquantum Bar.rñ.ad l.ſeruus,qui teſtõ.§.fin.dicit, ꝙ in q. per eum formata tempus erat limitatum pro ſex menſibus futuris,

futuris,sed in genere dicit Bexu.subtiliter,ꝙ Bart.malè dicit,&
se confundit, quia q.formatur in Potestate electo pro sex men
sibus simpliciter. in l.seruus,qui in testõ. erat conditio seruien-
di pro quinque annis, ergo erat limitatum tempus, sicut in q.
Bar.Et si diceres in q.qñ loquimur de sex mẽsibus,intelligimus
de proximis.l.eum qui calẽdis.s̃.eo.certè eo.modo in l.seruus,
qui testõ. debet intelligi de quinque annis immediatè proxi-
mis,& reliquit cogitandum super isto,alij non tangunt, sed tu
defende Bar.quia tex.in l.seruus,qui testõ.§.fi. propriè loquitur
& ad vnguem,vt dicit Bar.qñ fuit appositum tempus in gene-
re:nam ibi expressè fuit dictum, ꝙ relinquebat libertatem ser-
uo,cùm hæredi septem annorum operas præstitisset,erat ergo
arbitrium seruo,qñ vellet præstare, ergo loquitur de tempore
in genere,sed in q.Bar.electio erat de sex mensibus,& intelligi-
tur de proximis per l. eum qui calendis. Et ita habes defensatã
decisionem Bar. ¶Ad istam materiam pro complemento vi-
de,quod decidit no.Bal.in l.non solùm.in prin.ff.de excu.tuto.
per illum tex.in versi. annus autem copulatorum dierum seru
17 tabitur,&c. vbi quærit Bald. Pone,† Papa concessit priuilegiũ
monacho,ꝙ possit audire.ll. ciuiles per triennium,nunquid in-
telligatur de.triennio continuo, an tempora possint iungi, di-
cit Bal.ꝙ ille tex.faceret,ꝙ non possit,quia tempus in dubio de
bet intelligi, quòd sit continuum, postea dicit, ꝙ ista quæstio
aliàs fuit disputata,& conclusum per disputantem, ꝙ tempus
possit coniungi,& ꝙ si monachus studuit per annum,& per ali
quot annos se absentauit,ꝙ poterit denuo redire,& studere ad
huc in alijs sequentibus duob.annis, quia ista interpretatio est
magis fauorabilis,vt per Bar.in l.j.in fi.ff.sol.mat. ꝙ causa studij
est multum fauorabilis.Adde,ꝙ istam q.originaliter examinat
Archi.16.q.1.in c.frater.in vlt.col.vbi dicit gl. quæ est ibi facere
ad istam. q.& finaliter ipse determinat,ꝙ possit iste monachus
studere reliquis duob.annis eam etiam ponit Ioan.And.& Ge-
mi.in c.1.de vita & hone.cleri.in 6.saluo nisi Papa in priuilegio
adderet verbum continuum. vide tamen illud ꝙ decidit alibi
no.Bart.in l.fi.§.quoties. per illum text.ff. de pub. & illam deci.
Bar.refert & sequitur Abb.in c.ad Apostolicæ. de regu. ¶Vlti-
mò ad confirmationem eius,ꝙ decidit Bar.hic,videas no. dec.
Bal.in l.eos.§.Apostolos.in vlt.col.circa med.C.de app.vbi quę
rit de no.decisione.statutum est in ciuitate,ꝙ omnes donatio-
nes debeãt insinuari à mense Maij, vsque ad calẽdas Nouemb.
18 &c. vt ibi per eum.¶† Vltimò diligenter signa illud, ꝙ Bart.in
fi. infert ex hoc tex. quòd si data est alicui dilatio vnius mensis
ad probãdum, & circa fi. mẽsis acta probatoria casu perierũt,
debet habere integram dilationem alterius mensis per istum
tex.cum Bar.*transeunt omnes* indifferenter.& dicit Bal.hic, quòd
istud est laudabile,& bonum verbum,& secundum.d.Alex.est
multum solenne dictum.Adde tu,ꝙ Ang.de Are.alibi dicit,ꝙ
istud est vulgarissimum dictum in §.rursus.in 7.col.insti.de act.
sequitur simpliciter Bal.in l.sed & si per prætorem.§.sed cũ fe-
riæ.ff.ex quib.cau.ma.& l.2.C.de temp.appel.in l.fi.ff.de fer.

SVMMARIVM.

1 *Quando vna ex rebus alternatiuè promissis efficitur stipulatoris,illa definit esse in obligatione.*
2 *Si vna ex rebus alternatiuè debitis efficiatur creditoris, non per hoc liberatur debitor,quia alia remanet in obligatione.*

LEX XVI.

SI Stichum, aut Pamphi
lum. Bar.hic ponit vnum summarum, ꝙ est
corruptum.nam summat Barto.si vnus
ex alternatiuis stipulatorib.efficiatur, &c. voluit dicere Bart. si
vnus ex alternatiuis stipulatoris efficiatur, non liberatur pro-
missor,vel aliter,& clarius summa.Si vna ex reb.alternatiuè de
bitis efficiatur stipulatoris,reliqua remanet in obligatione. h. d.
1 vsque ad §.stipulatio. ¶† Not.primò ex hoc tex.quòd quando
vna ex reb.alternatiuè promissis efficiatur stipulatoris,illa desi-
nit esse in obligatione. Limita not. secundum Rapha. Cuma.
quem simpliciter sequitur.d.Alex. licèt non completè referat
eum,quando vna sola res fuisset debita,si efficeretur creditoris,
illa remanet in obligatione, vt æstimatio debeatur, & sic non
extinguitur obligatio.tex.est no.in l.planè.la 1.§.j.in ver.quòd si
rem.ff.de leg.1.& dicit Rapha.hic esse sing.notandum, quia ne-
mo declarat, & nunquam amplius cogitauit, & dicit ratio-
nem esse, quia vbi vna sola res debebatur ex æquitate sustine-
tur obligatio,quæ æquitas cessat, vbi duæ res alternatiuè debe-
bantur,nam licèt vna efficiatur mea, tamen obligatio restat in
alia, & sic ratio æquitatis remanet in illa, quæ est effecta mea.
2 ¶† Secundò no. ex hoc tex. quòd si vna ex reb.alternatiuè de-
bitis efficiatur creditoris, non per hoc liberatur debitor, quia
alia remanet in obligatione.Adde idem esse,si vna ex reb.alter-
natiuè debitis moriatur,alia remanet in obligatione, text.est in
l.2.§.qui Stichum.ff.de eo,quod certo loco. & in l.si in emptio
ne.§.pen.ff.de contrahen.empt.ratio fundamentalis est,quia in
alternatiua rerum ambæ sunt in obligatione.l.illud aut illud.ff.
de constit.pec. declarat Bar. in l.si duo.j̃. eo.ergo vna exempta
ab obligatione, alia debet remanere, intellige sanè istum text.
quando vna res ex alternatiuè debitis efficeretur stipulatoris
ex alia causa,quàm stipulationis, tunc procedit iste tex.si autẽ
esset effecta sua ex causa stipulationis liberaretur ab vtraque,
quia licèt in stipulatione alternatiuè vtraque sit in obligatione;
tamen vna soluta liberatur ab vtraque.l. cùm ab vno.§. fi.ff.de
leg.2. ¶In glo.ad fi.Bar.*& communiter Doct.* reprobant gl. quod
nec de rigore, nec de æquitate possit ille seruus solui, qui erat
stipulatus,per text.in d.l.qui decem.§.Stichum.ff.de sol.Raph.
Cuma.& Alex.saluant glo. & bene, vt procedat etiam in obli-
gatione alternatiua, quia si æstimatio serui effecti stipulatoris
potest ei solui,vt firmat glo.hic in prin. *quam communiter sequun
tur* Scribentes,ergo magis debet posse ipse seruus solui,qui de-
sijt esse stipulatoris,quia quando quantitas,vel æstimatio debe
tur respectu certæ speciei,ipsa species potest solui.l.si verò.§.fi.
ff.solu.matr.l.fideiussor euictionis.ff.de excep.dol. firmat Bart.
in l.quòd te.in 1.col.ff.si cert.pet.nec obst.text.in d.§. Stichum.
per quem Barto.& *communiter Scribentes* reprehendunt gl. quia
loquitur in diuersis terminis à casu nostro.loquitur enim quã-
do vnus ex seruis alternatiuis tempore stipulationis esset stipu
latoris,quo casu certum est,quòd in illo seruo à prin. non con
sistit obligatio,per consequens nec iusta solutio,licèt deficeret
esse stipulatoris, & consequenter nunquam ibi fuit debita æsti-
matio illius serui,sed in l.nostra.& in glo.stipulatio à prin. sub-
sistit,& obligatio in vtroque, quia tempore stipulationis neu-
ter seruus erat stipulatoris,vnde si posteà efficiatur stipulatoris,
deinde desinat, & efficiatur promissoris,certè promissor debet
posse soluere ipsum seruum sicut æstimationem, & pro ista
differentia,quòd attendi debeat principium,facit tex. in l. cùm
filius.§.hæres.ff.de leg.2.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio in annos singulos est vna, & non plures, prout est legatum in annos singulos.*
2 *Stipulatio annua dicitur esse incerta.*
3 *Stipulatio annua est perpetua.*
4 *Legatum annuum non censetur vnum, sed plura, tot enim sunt legata, quot anni.*
5 *Illud dicitur esse perpetuum,quod non finitur morte stipulatoris.*
6 *Incertum,& perpetuum æquiparantur.*
7 *Non est differentia stipulari in annos singulos,vel singulis annis.*
8 *Stipulatio annua quare dicitur incerta.*
9 *Stipulatio annua simpliciter concepta restringitur ad vitam stipulatoris,licet non fuerit dictum.*
10 *Stipulatio de sua natura est perpetua,& transitoria ad hæredes.*
11 *Stipulatio annua facta pauperi nulla lege reperitur, quòd intelligatur facta prætextu alimentorum.secus est in legatis.*
12 *Legatum annuum pro primo anno iudicatur purum,pro sequentib.conditionale,& quæ sit huius ratio.*
13 *Quare stipulatio annua dicitur vna,legata verò annna dicuntur plura.*
14 *Non est certum quantum quis viuet.*
15 *In stipulatione annua statim potest agi pro omnib.temporibus.*
16 *Tractus futuri temporis sunt incerti.*
17 *Quare stipulatio annua etiam facta quoad viuam,tamen mero iure est transitoria ad hæredes.*

§.Stipulatio. Iste.§.secundum Bart. est multum
not. & breuis, & dicit Ange. quòd
Bart.insudauit in intellectu huius.§. & secundum Raph.Cum.
iste.§.in veritate est multum dubius,intantum, ꝙ dicit Bal. sa-
tis impudenter,quòd Iurisconsulti in ista materia vidẽtur quo
dammodo fuisse stulti, & vna bestia. h.d. in effectu. Stipulatio
annua est vna incerta, & perpetua, sed legatum annuum non
1 est perpetuum. ¶† Not. quòd stipulatio in annos singulos est
vna,& non plures,prout est legatum in annos singu.operæpre-
tium est videre,antequam vlterius procedatur, quæ vtilitas sit
istius diuersitatis, quòd stipulatio sit vna,legata verò sint plu-
ra. dic,quòd vtilitas est quadruplex. Prima est,quam tangit gl.
cùm stipulatio sit vna,attẽditur tempus factę stipulationis,cui
acquiratur, si tempore factæ stipulationis erat in potestate pa-
tris,cùm totum acquiratur patri, dato,quòd filius posteà emã
cipetur.l.si filiusfam.j.eo. secus est in legato annuo, quia cùm
sint

sint plura legata, si pro primo anno filius esset in potestate, ac-
quiritur patri, si postea emancipatur, acquiretur filio emanci-
a pato. Secūda vtilitas ᵃ est, quo ad præscriptionem, quia cum sti-
pulatio annua sit vna, elapsis. 30. ann. stipulator excluderetur in
totum, sed in legato annuo cùm pro primo anno sit purum,
posteà conditionale, primò præscriberetur. 30. ann. posteà reg.
ita glo. in l. cùm notissimi. §. in his. & ibi Barto. & alij. C. de præ-
scri. 30. ann. glo. & ibi latè Bar. in l. de pupillo. §. si in plurib. & ibi
dixi. ff. de ope. no. Spec. in tit. de loc. §. nunc aliqua. ver. 41. Ca-
nonistæ in c. auditis. de præsc. & ibi ponit. d. Abb. in vlt. col. Ter
tia vtilitas est, cùm stipulatio annua sit vna, certè lapsus cuius-
libet anni interpellat, & constituit promissorem in mora absq;
interpellatione hominis. l. 2. C. de iur. emphy. c. ponit. de loc. se-
cus est in legato annuo, cùm pro primo anno sit purū, & seq.
conditionale, euentus conditionis non potest constituere in
mora. l. quoties in diem, ĩ. eo. ita expresse Bar. in l. ita stipulatus,
magna. in 2. q. prin. in ver. 3. videdū. ĩ. eo. Quarta vtilitas est stan
te statu. ꝙ de omni cōtractu soluatur gabella, cùm stipulatio
annua dicatur vna & vniformis, pro vna non debet nisi semel
gabella solui, de quo tamen dubitat, & ponit Bald. hic. Si autē
statutum diceret, quòd debeat solui gabella de quolibet lega-
to, certè de legato ann. debet solui pro primo ann. & pro alijs
in futurum solueretur prout dies cedet. ita Bar. in l. cùm Titio.
circa fi. ff. ad l. Fal. Bar. in l. in annalib. in pen. q. C. de leg. & facit,
quod no. idem Bar. in l. in lege Fal. non habetur. per illum tex. ff.
ad l. Fal. & sic stat quadruplex vtilitas, ꝙ stipulatio annua dica-
tur vna. Istud not. limitatur tripliciter per Bar. in l. si seruus cō-
munis Meuij. aliàs Meuius, & castrensis. §. fi. ff. de stip. ser. aliter
etiam debet limitari ꝑ tex. in l. sancimus. §. fi. C. de don. vbi tex.
videtur dicere, ꝙ donatio annua non sit vna, sed plures secun-
2 dum ꝙ declarat Bal. in l. Senatus. §. fi. ff. de don. cau. mor. ¶† Se-
cundò principaliter noto, ꝙ stipulatio annua dicitur esse incer
ta, vtilitas est, quia si est incerta, oritur actio ex stipulatu, & non
certi condictio secundum Bar. hic, quamuis Bal. dicat cum ve-
hementer errare, reseruo dicendum. ĩ. secundum ordinē Bart.
3 ¶† Tertiò no. ex tex. ꝙ stipulatio annua est perpetua, & sic trā-
sitoria ad hæredes stipulatoris, intellige mero iure & in effectu,
vt statim dicetur in glo. mag. in prin. Limita, quando stipulatio
annua esset facta ex causa, quæ non conueniret hæredibus sti-
pulatoris, puta ego promisi. 10. annua vni Doctori, vt esset ad-
uocatus meus in omnibus meis causis, vel promisi. 10. Medico
annua, vt curaret omnes infirmos domus meæ, vt tota die fit
per istos nobiles, an ista stipulatio annua transibit ad hæredes
stipulatoris, certè non, vnde finita causa stipulationis, per conse
quens finitur obligatio cum effectu. l. Seio. in prin. & ibi Bar. ff.
de annu. leg. l. Titio Seio. §. vsuras. & quod ibi Bar. ff. de leg. 2. fa-
4 cit, ꝙ no. Bar. in l. j. §. diuus. ff. de var. & extraordi. cog. ¶† Quar-
tò no. ex hoc tex. quòd legatum ann. non censetur vnum, sed
plura. tot sunt enim legata, quot anni, quia pro primo ann. est
purum, pro seq. est conditionale, nec transit ad hæredes, prout
dicit tex. hic. & in l. si in singulos, & l. cùm in annos. ff. de annu.
leg. ratio, quia quando legatarius moritur pendente cōditione,
non transmittit legatum ad hæredes. l. vnica. §. sin autem sub
conditione. C. de cad. tol. Limita istum text. dupliciter. Primò,
quando legatum annuum fieret cum præfinitione certi tem-
poris, puta. 10. ann. tunc transiret ad hæredes, si nō esset factum
causa alimentorum. tex. not. in l. si cum præfinitione. ff. quando
dies leg. ced. de quo tex. Bar. ibi facit magnum festum, & dicit
esse tex. sing. distinguentem omnes leges de hac materia loquē
tes. facit tex. in l. codicillis. in prin. & ibi Bar. not. ff. de ann. leg. &
text. in l. sicut in annos. in prin. in versi. vsque ad decennium. ff.
quib. mod. vsusfr. amit. Secundò limita, quando testator gratia
hæredis grauati diuisisset legatum in præstationes annuas, tunc
vnum esset legatum, & transiret ad hæredes. text. est in l. si cùm
præfinitione. in ver. pen. in ver. in plures pensiones diuisit, exo-
nerandi hæredis gratia. & tex. in l. nec semel. ver. item Celsus. &
tex. in l. Firmio. §. fi. & ibi gl. ff. quando dies leg. ced. & glo. in l. si
5 in singulos. ff. de ann. leg. ¶† Quintò no. ᵇ ex hoc tex. secundū
b Are. ꝙ illud dicitur esse perpetuum, quod non finitur morte
stipulatoris, ita capitur hic, sed certè hic capitur perpetuū pro
perpetuitate vitæ actionis, & pro transmissione, secundum ꝙ
ĩ. declarabitur. Alibi capitur iste terminus perpetuū varijs mo
dis, quos refert glo. in l. j. ff. pro soc. Tu ad istud no. adde Gemi.
in c. si gratiosè. circa fin. de rescri. in 6. vbi no. per glo. ibi, ꝙ illud
dicitur esse perpetuum, quod durat ad vitam hominis: quid
autem esset si promitteretur, vel relinqueretur per dictionem
perpetuò, personæ quæ nunquam moritur, puta Ecclesiæ, vel
hospitali? & iste est casus, qui tota die occurrit in practica. nam
tota die in testamentis testator relinquit decem annua tali Ec-
clesiæ in perpetuum, quomodo intelligimus illud in perpe-
tuum? ponit Alex. in l. ij. in prin. in 1. colum. ff. sol. matr. & dicit
se consuluisse in ciuitate Bon. quòd illa dictio in perpetuum, re
lata Ecclesiæ intelligitur per centum ann. licèt dicat quosdam
consuluisse contrarium, & ponderat Alex. decisio Bart. in l. an-
nua. post glo. ibi. ff. de ann. leg. ego in illa. l. 2. ff. sol. mat. de directo
tenui contrarium, & consului, & obtinui, vbi multa allegaui,
6 non dico hic, ibi dicemus anno futuro. ¶† Vltra Scribentes, vt
nihil omittatur intactum in tex. pondera tex. dum dicit incer-
ta est, & perpetua, nam iste tex. videtur superfluus, quia incer-
tum, & perpetuum æquiparantur. c. si gratiosè. de rescrip. in 6.
c. si delegatus. de offi. deleg. in 6. tex. in l. sufficit, vbi aliquando
dixi. ff. de condi. indeb. & tex. in l. iurisperitos. in prin. ff. de excu.
tuto. facit, quod decidit Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi præto-
ri. in 4. q. de ope. no. vbi tenet, quòd Potestas, vel officialis posi-
tus ad bene placitum Regis intelligitur perpetuus, cum multis
concor. quas ibi dedi. ¶ Vltimò contra istum tex. antequam ve
niam ad glo. opponitur fortiter pro intellectu literæ, dicit tex.
quòd stipulatio in annos sing. est vna, si stipulatio est vna, ergo
obligatio similiter est vna, ergo similiter actio est vna, sed istud
est falsum, quia si stipulatio est incerta ratione futuræ potesta-
tis, ergo habet conditionem, ergo non nascitur obligatio nec
actio, quia incertitudo habet conditionem. l. dies incertus. ff. de
cond. & dem. quomodo ergo pōt esse vna actio. propter hoc
dicit Bal. satis impudenter, ꝙ Iurisconsulti videntur quodam-
modo fuisse stulti, tamen posteà ipse non respondet huic diffi
cultati, & bene, quòd in hac materia cōsiderandum est triplex
tempus. Quoddam est tempus, quòd apponitur ad extensionē
obligationis, vt in terminis nostris, & istud licèt sit incertum
quantū se extendat, non impedit natiuitatem actionis nec ob-
ligationis, vt hic. Quandoque tempus apponitur ad inchoatio
nem obligationis nouæ, & tunc quando est incertum, bene ha
bet vim conditionis, ita loquitur. l. dies incertus. ff. de condi. &
demon. Quoddam, & tertiò est tempus incertum, quod appo
nitur ad executionem obligationis, & tunc etiam istud non su-
spendit, nec impedit trāsmissionem. l. Celsus. ff. de arb. & no. be-
ne hanc. doctr. Bald. quia bona, & fundamentalis est, & ad eam
vide Bar. in l. eum qui ita. §. qui ita. ĩ. eo. ¶ Expeditis textualibus
perfectè capio glo. primam magnam, quam diuide magistra-
liter in 7. partes prin. In prima declarando tex. remouet vnum
contrarium, licèt Bar. expediat eam per viam quæstionis. In se-
cunda respondet tacito quæsito ad intellectum tex. quare stipu-
latio annua dicatur vna secus in legato, & assignat duas ratio-
nes diuersitatis. In tertia fortiter opponit contra tex. & se remit
tit. In quarta respondet alteri quæsito ad tex. quare stipulatio
annua dicatur incerta. In quinta respondet alteri quæsito qua-
re stipulatio annua dicatur esse perpetua. & sic transitoria ad
hæredes sicut in legato. In sexta glo. se remittit de materia, &
allegat duas leges concor. In septima simul opponit de tribus
legibus, & non soluit. Secunda ibi, hæc quidem stipulatio est.
Tertia ibi, nec obst. ĩ. eo. Quarta ibi, item est incerta. Quinta ibi,
item est perpetua. Sexta ibi, & adde, quod not. s̃. Septima, & vi-
ti. ibi, sed argumentum contra supra. ¶ In eadem glo. ibi, vt C.
de leg. l. in annalibus. Ex ista prima parte gl. habes quatuor col-
7 ligere. ¶† Primò suppletionem ad tex. quòd suppleatur in isto
tex. quoad viuam, istam suppletionem ad tex. gl. si bene aduer
tis, probat quatuor medijs: primò, vt ista stipulatio sit incerta,
vt dicit tex. hic. secundò per illud, quod dicit de legato annuo.
tertiò per duo iura per. l. eum, qui ita. §. qui ita. ĩ. eo. & §. at si ita.
insti. eo. quartò & melius, quia etiam si non sit dictum, tamen
intelligitur semper quoad viuam, & si præsuppositum gl. esset
verum, istud vltimum fundamentum esset melius cæteris. Tu
dic,

ADDITIONES.

a Secunda vtilitas. Adde Bar. in l. sicut in annos. ff. quib. mod. vsusfr. amittit.
b Quintò no. Adde Card. in d. c. j. in §. Abbate. in 3. no. de exce. præla. & glo. in
cle. 1. in versi. eius. de reb. eccle. non alie. vbi, quòd commissio, quę fit ad vitā,
dicitur perpetua. & quòd perpetuum quandoque ponitur pro centum ann.
Bar. in l. vsusf. ff. de vsuf. leg. & Bal. in l. j. C. ne rei do. vel tem. gl. & Bar. in l. an-
nua. §. Titia. in fi. de ann. leg. aliquando verò pro seculis seculorum, Bart. ibi,
aliquando pro 30. ann. l. omnes. & l. sicut. C. de præscr. 30. ann. Spe. de sen. §.
8. in fi. Card. in cle. 2. 15. q. de rescri. Item adde, ꝙ emphy. cōcessa in perpetuū,
non intelligitur in infinitum, si ecclesia concessit, sed vsque ad 2. generatio.
secundum Alb. de Ros. in prooe. C. in ver. perpetui, ꝙ dictum refert Crem. sin.
116. inci. vos scitis. vbi dicit, ꝙ collegium Papiense ita consuluit. Item adde,
ꝙ perpetuum dicitur etiam, ꝙ certo tempore non limitatur, & ꝙ datur ad
beneplacitum superioris. l. iurisperitos. in prin. & ibi Bar. in lec. Nic. de Ne.
* Et vide eundem Ias. in l. videamus. §. differre. nu. 8 ff. de in lit. iur. & ꝙ ea dictio
perpetuum reguletur secundum subiectam materiam, no. Cate. ver. perpe-
tuum. vbi ponit exempla notab. & dic, ꝙ differentia est dicere in perpetuū
& perpetuò, vt dixi ad Ias. in d. l. videamus, & in l. ij. in prin. ff. sol. mat. text. in
l. eum debere. ff. de ser. vrb. præd. cum simi. MASVER.

dic,quòd iſta ſuppletio glo. eſt vera in ſe per duo iura quæ alle:
quæ clarè loquuntur, quando ſtipulatus ſum decem annua,
quoad viuam, ſed iſta ſuppletio non eſt neceſſaria ad iſtũ tex.
vt ſtatim.j̃.patebit,quia iſte tex. planè procedit abſque iſta ſup
pletione, & ſtipulatio annua ſimpliciter concepta eſt vna &
perpetua,abſque quod dicatur quoad viuam, & ideo iſta ſup-
pletio eſt ſuperflua. Secundo habes ex iſta glo. iuncto text. ꝙ
non eſt differentia ſtipulari in annos ſingulos, vt loquitur text.
vel ſtipulari in annis ſingulis,vt loquitur glo. & ſic ſiue ſtipula
tio annua fiat per accuſatiuum in annos ſingulos, ſiue per ab-
latiuum annis ſingulis,idem importat.tex.eſt hic iuncta glo.&
vtroq; caſu requiritur annus perfectus,vt peti poſſit.l. qui hoc
8 anno, vbi dicetur ſuper glo. quæ hoc tangit.j̃.e. ¶† Tertiò ha-
a bes[a] ex iſta glo.rationem ad tex.quare ſtipulatio annua dicitur
eſſe incerta, eo quia concepta expreſsè ad vitam ſtipulatoris,
cùm incertum ſit quantum viuat.l.j.ff.de cond.& demon.ean
dem rationem ponit glo.1.in 4.par.prin.ibi reſeruo dicendum
9 de veritate.¶† Quarta no.concluſio,in qua iacet punctus,ꝙ ſti
pulatio annua ſimpliciter concepta reſtringitur ad vitam ſti-
pulatoris, licèt non fuerit dictum: & conſequenter ſtipulatio
annua in dubio non eſt tranſitoria ad hærepes,iſta eſt pulchra,
& diſputabilis concluſio.concluſionem gl.quòd ſtipulatio an-
nua in dubio non tranſeat ad hæredes ſtipulatoris,tenet Barto.
hic maximè per l.ſancimus.C.de don.idem tenent Io.de Imo.
Ang.& Pau.de Caſt.Contra concluſionem gl.tenent Dyn.Pet.
Bal.Rapha.Cuma.Lud.Rom.Alex.& Are. hic per iſtum tex.&
l.veteres.C.de contrah.& commit. ſtip. idem tenet contra glo.
Io.Fab.in §.omnis.inſti.eo.vbi dicit bonum verbum, ꝙ *commu
niter Doct.tenent* contra iſtã glo.idem tenet Benedict.de Plumb.
in l.ſi ita fuerit.ſecunda.ff.de man.teſta.concludentes, quòd ſti
pulatio annua in dubio ſemꝑ intelligitur eſſe perpetua, niſi ſit
tempore limitata per regulam.l.ſi pactum.ff.de proba.& l.ve-
teris.ff.de contrahen.& commit.ſtip.cum multis iurib.quæ re-
tuli in l.2.§.item ſi in facto.ſ̃.eo.Pro iſta concluſione bene facit
iſte tex.in ver. perpetua.nihil ſubaudiendo nec cauillando lite-
ram,vbi tex.ſimpliciter loquẽs vult, ꝙ ſtipulatio annua ſit per
petua,ergo tranſitoria ad hæredes.& iſte tex.debet intelligi me
ro iure,& in effectu,cùm ponit differentiam inter ſtipulationẽ
annuam & legatum, ergo debet intelligi, quòd ſtipulatio an-
nua ſimpliciter concepta ſit perpetua mero iure, & in effectu,
quamuis Bart. intelligat poſt glo.mero iure, ſed non in effectu.
10 Tertiò pro iſta parte adducit Raph.ſubtilem rationem.† nam
ſtipulatio annua de ſui natura eſt perpetua,& tranſitoria ad hæ
redes,adeo quòd etiam ſi tempus vitæ apponatur in ſtipulatio
ne,quia quis ſtipuletur decem annua quoad viuat, adhuc non
poteſt fieri temporalis ipſo iure,ſed ope exceptionis tantum.l.
eum qui ita.§. qui ita.j̃. eo. & iſtud firmat glo. quomodo ergo
ſubintelligitur tempus vitæ cõtra naturam ſtipulationis cùm
ſit ſtricti iuris?quid tenendum?Adde,quòd opin.glo.Bart.ſem-
per auſus fuit ſuſtinere per duo media,de quib.hic per eũ. Pri-
mò quando ſtipulatio annua eſſet facta pauperi, quia cenſere-
tur facta ad alimenta,eius morte extingueretur:ſecũdo & for-
tius, quia etiam ſi non eſſet facta cauſa alimentorum, adhuc
non eſt tranſitoria ad hæredes,niſi demum de eis ſit facta men
11 tio,per tex.in l.ſancimus.§.fi.C.de don.¶† Contra iſtam opi.gl.
& Bar.tenent Imo. & Pau. de Caſt. hic ad euitandam infinita-
tem.l.fideicommiſſa. §.ſi quis decem. ff.de leg.3. ſed vtrunque
membrum reprehendit Bal. in primo membro dicit, ꝙ nulla
lege reperitur, ꝙ ſtipulatio annua facta pauperi intelligitur fa-
cta prætextu alimentorum, ſed in legatis iſtud bene reperitur,
vt in iuribus alle. per Bart. & eodem modo etiam reprehendit
Raph.Cuma.hic,& Benedic.de Plumb. in d. l. ſi ita fuerit. la 2.
& propterea de hoc dubitauit ipſemet Bar. in l.eum qui ita.§.
j.j̃.eo. tamen Ang. *& magis communiter alij* tenent hic cum Bar.
quòd promiſſio annua facta pauperi cenſeatur facta ad alimẽ
ta,& propterea tunc non tranſeat ad hæredes, quia morte ali-
mentarij finitur legatum,& poteſt confirmari, nam promiſſio
annua facta pauperi intelligi debet facta ſecundum conditio-
nem pauperis.l.plenum.§.equitij.de vſu & habita.c.cùm de be
neficio.de præb.in 6.Quo ad ſecundum inquantum Bar.gene-
raliter firmat, ꝙ ſtipulatio annua etiam facta diuiti non tranſit
ad hæredes ſtipulatoris,ꝑ tex.in l.ſancimus.§.fi.C.de dona.dicit
Bald. ꝙ illa lex ſi bene inſpiciatur nihil facit, & plus non dicit.
Imo.& Pau.dicunt,quòd ille tex.potius facit contra Bar. quia
licèt in fi.à contrario ſenſu videatur aliquid facere pro Bar. ta-
men prin facit contra Bar. Raph.Cuma.dicit, quòd ille tex.lo-
quitur in caſu certo, quid autem in caſu dubio,illa lex non de-
clarat. Tu aduerte, quòd licèt ille text. diſputando poſſit trahi
ad vtranque partem,tñ verè non facit pro Bar.quia ille tex. po
nit duos caſus. primus qñ actum eſt, ꝙ intra vitam donatarij
donatio concludatur.Secundus caſus, qñ actum eſt, ꝙ ad hæ-
redes donatarij trãſeat,caſum autem dubiũ, qñ nihil fuit actũ,
tex.omittit.Quid tenendum? teneo ꝯ glo.& Bart.& ſic ſequor
opi.Vltramon.quam ſequerer conſulendo,& iudican. ꝙ ſtipu
latio annua ſimpliciter concepta ſit perpetua in effectu,& trã-
ſitoria ad hæredes per iſtum tex.vt ſ.induxi.Item quia reg ha-
bemus,ꝙ ſtipulationes in dubio cenſentur eſſe reales, & ſic trã
ſitoriæ ad hæredes.tex. eſt planus qui generaliter hanc reg. tra-
dit in l.veteris.C.de contrah.& commit ſtipu.& in l.iuriſgen.§.
pactorum.ff.de pact.& in l.ſi pactum. ff.de prob. & ab iſta reg.
non eſt excepta ſtipulatio annua.vnde ſufficit habere regulam
pro ſe,prout dicit Bar.in l.quoties ff.ſi quis cau.dixi in l.in illa.ſ̃.
eo.& ſi diceretur in legatis in quib. fit benignior interpretatio,
q̃ in ſtipulationib.l.in teſtamentis.ff.de reg.iur.c. cùm dilecti.de
don.non tranſeunt ad hæredes niſi de eis ſit facta expreſſa men
tio.l.in annalib. C. de leg. ergo minus debet tranſire in ſtipula-
tione annua, quæ eſt ſtricti iur. & omiſſum in verbis cenſetur
omiſſum in ſtipulatione.l.quicquid aſtringendæ.j̃.e. & imputã
dum eſt ſtipulatori,cur apertius non eſt locutus.l. veterib.ff.de
pact.reſpondeo,ꝙ ad omnia iſta ratio eſt in promptu.qa lega-
tum annuum ſimpliciter relictum pro primo anno eſt purũ,
pro ſequentib.eſt conditionale.l.in ſingulos.ff.de annu.leg.ideo
finitur morte legatarij, & non tranſit ad hæredem per regulã,
quia legatum conditionale non tranſit ad hæredem l. vnica. §.
ſub conditione. C.de cad.tol. ſed in ſtipulatione annua ſimpli-
citer concepta non poteſt dici, ꝙ pro ſequenti tempore ſit cõ-
ditionalis, ſed ſolum in diem, ideo non debet finiri morte ſti-
pulatoris,ſed tranſire in hæredes,imò ſi eſſet conditionalis, qa
in ꝯctib.ſpes conditionalis tranſmittitur.§.ex conditionali. inſtit.
eo.l.quæ legata.ff.de reg. iur. præterea in ſtipulatione annua ẽt
ſi ſit dictum, quoad viuam,tñ mero iure tranſit ad hæredes.l.
eum qui ita.§.qui ita.j̃.eo.§.at ſi ita.inſtit.eo. ſecus in legato an-
nuo ita relicto,vbi mero iure etiam non tranſit,vt hic in glo.&
ſic concludo ꝯ gl.ꝙ ſtipulatio annua ſimpliciter concepta trã
ſit ad hęredes,ẽt ſi de eis non ſit facta mentio.¶Anteq̃ vlterius
procedam operæpretium eſt inueſtigare ad intelligentiã text.
12 & prædictorum,† quare legatum annuum pro primo anno
iudicatur purum,pro ſeq.conditionale, & ſic cenſentur plura
legata.l.in ſingulos.ff.de an.leg. ſecus eſt in ſtipulatione annua,
quæ iudicatur vna,& pura, ideo tranſmittitur ad hæredes. cur
diuerſum?dic ꝙ triplex poteſt eſſe ratio.Prima,quia legata fiũt
ꝑꝑ benemerita legatarij.l.nec adiecit,vulgata.ff.pro ſoc.tex.no.
in l.ſi quis ſeruum.§.ſi inter duos.in ver.amici.ff.de leg. 2.not.in
l.qui filiab.in prin.ff.de leg. 1.Item legata regulantur à volunta-
te teſtatoris.l.in conditionib.primum locum obtinet.ff.de ꝯdi.
& dem.l.cùm qõ. in fin. C.de leg. ſed mens teſtatoris eſt,vt iſte
cui legauit in annos ſingulos,habeat donec viuit,& non vltra,
ergo neceſſariò de anno in annum ſubeſt conditio ſi viuat. ſe-
cus eſt in ſtipulationib. in quib. non attendimus meritum, ſed
ſolũ illud,ꝙ ſonant verba.l.quicquid aſtringendæ j̃.eo. ſed iſta
verba ſtipulor.10. annua,aliter non limitato tꝑe, quia ſunt in-
certa,perpetuationem important, ideo tranſeunt ad hæredes.
Secunda ratio diuerſitatis,quia in ſtipulatione interuenit factũ
ſtipul.qui ſtipulatur, ſed in legato nõ interuenit factũ legatarij,
ſed ſola voluntas teſtatoris,ideo poſſunt fieri abſenti,& ignorã
ti.l.cùm pater.§.ſurdo.ff.de leg.2.vnde melius dẽt operari factũ
propriũ,q̃ alienum,vt no.gl.in §. ex conditionali. inſti.eo. facit
ꝙ vult gl.in l.j.C.de pe.eius qui liber.mer.& gl.in l.ſi vxor.C.de
ꝯdi.inſer.Tertia ratio,quia in vlt.volun.in dubio fit interpreta-
tio pro hęrede ꝯ legatarium, quia teſtator in dubio præſumit
minus grauare hæredem,q̃ ſit poſſibile.l.Iul.§.Scio. ff.ad l.Fal.l.
ſi vnum.§.ſi rem.ff.de leg.2.ſed in ꝯctib. in dubio fit interpreta-
tio ꝯ promiſſorẽ.dicit tex.in l.veterib.ff.de pac.& per iſta rema
13 net expedita perfectè,vt puto,prima pars gl.¶†In ea gl.ibi,& j̃.
eo.l. filius. ex iſta ſecunda parte gl. habes tres rationes,quare ſti-
pulatio annua dicatur vna,legata annua dicantur plura.ſimilẽ
gl.in §.omnis.in ver.at ſi ita.inſti.eo. & reprobata prima ratio-
ne,vt facit gl.aliæ duæ tenentur,& ſi quæratur, quæ eſt ratio ra
tionis, quare in legatis pluries ſpectatur tempus,in ꝯctib. non,
reſpondent ſubtiles Vltramontani Iac.& Pet.quos ſequitur Io.
Fab.in d.§.omnis. rationem eſſe, quia ꝯctus annui cedunt vno
tꝑe,& vna hora,ſed non legata,iurib.alleg. in gl. ſed quare non
æquè cedunt, ratio quia ꝯctus fortiores ſunt, quia voluntate
duorum nituntur, ideo conditionales ꝯctus tranſmittunt, ſed
non legata.§.ex conditionali.vbi gl.inſti.eo. ¶In ea.glo. ibi, nec
obſtat.j̃.e.l.plurib.§.j.circa iſtud ꝯrium & oppoſitionem, quã
facit

ADDITIO.

a Tertio habés,&c.Adde Bar.in l.pater.ad fi.ff.de ſer.leg.an cõceſſio caſtri ſim
pliciter facta alicui intelligatur ad vitam. & Bal. diſtinguit in l. liberti.8.col.
verſi.denuo quæro Imperator.C.de oper.liber.

facit Bar. & ſuper ea reliquit cogitandum, reſponde ſm Bald. Imo.& Mod.hic,& Bar.in l.Senatus.§.ſi.poſt gl.ibi.ff.de don.cã mor.& Bar.in l.ſeruus cõis Meuij,& caſtrenſis peculij.§.ſi.ff.de ſtip.ſer.ꝙ in illa.l. plurib.§.j. ibi fuit facta expreſſa dinumeratio temporum, quia ſtipulatus eſt certum pondus argenti annua bima trima die;&c.ꝙ idem eſt, ꝙ ſi ſtipulor primo ſecũdo, & tertio anno;vt declarat glo.& ibi Bar.in l.3.ff.de ann.lega.ideo plures dicuntur ſtipulationes,ſecus qñ per diſtributiuum ſingulos, vbi vna eſt conceptio, licèt effectus ſint multiplicis, quia multiplices fiunt præſtationes.ita declarat text. in l. ſcire debemus. iuncto ver.ſtipulationẽ. j. co.vnde qua ratione expreſſio plurium rerum facit dici diuerſas ſtipulationes.d.l. ſcire debemus. eadem ratione expreſſio diuerſorum temporum,arguendo de re ad tempus, ꝙ argumentum eſt bonum.l. miles ita. ff.

14 de teſt.mil.¶† In ea.gl.ibi, item quare eſt incerta , quia non eſt certum quantum viuam.eandem rationem aſſignat glo. s.in j. parte.iſta ratio procederet tenendo, ꝙ in iſto tex.debeat ſubaudiri in ſtipulatione quo ad viuam , ſed s. iſtud reprobaui , ideo Bar.dicit rationem eſſe,vt ſcias,quæ actio competit, quia pro ſtipulatione annua competit actio ex ſtipulatu non certi condictio. Tu aduerte,ꝙ id quod dicit Bar.non eſt ratio , quare ſtipulatio annua ſit incerta, ſed bene eſt effectus, ꝙ cõpetit actio ex ſtipulatu,quæ datur ad incertum. Bal.etiã dicit Bart.in hoc vehementer erraſſe , ꝙ cum ſtipulatio annua ſit vna , vt dicit, tex.ergo obligatio vna,ergo vna eademque actio naſcitur eodem tempore,ergo à principio naſcit̃ certi condictio pro omni tpe , ſed Bar. vult , ꝙ in ſtipulatione annua pro primo anno naſcatur certi condi.pro ſeq.actio ex ſtipulatu,per d.l.qui ſortem.ſed pro certo Bart.non ſic dicit,prout recitat Bal.& malè, quia non dicit Barto. ꝙ in ſtipulatione annua pro primo anno cõpetat certi condi. & pro ſeq. actio ex ſtipulatu, imò dicit ꝯrium Bar.quia dicit,ꝙ pro ſtipulatione annua ſimpliciter competit actio ex ſtipulatu,& nõ certi cond.eo ꝗ a ſtipulatio eſt incerta. Aret.hic etiam reprehendit iſtud, quod vult Bart.ex quo in ſtipulatione annua tempus eſt certum,executio incerta. ſed reſponde,vt ſtatim dicam, dic ergo rationem ad quæſitum gl. quia ſtipulatio annua eſt incerta , dic duplicem eſſe rationem, vna ſecundum Raph. Cuma. quam ſimpliciter ſequitur Alex. ꝙ ſtipulatio annua continet.10.dari in infinitum, & ſic cõtinet incertam quantitatem,quia infinitum non eſt commenſurabi

15 le,& ideo dicitur incerta. † Secunda ratio,quia in ſtipulatione annua ſtatim poteſt agi pro omnib.temporib.& ſic etiam pro futuro.l.Senatus.§.fi.ff.de don.cauſa mor. gl.& Docto.in l.j.C. de ſen.quæ ſine cer.quanti.profe.glo.& Doct. in l.j. C.de fideic.

16 † Sed tractus futuri temporis ſunt incerti.l.j.in prin.ff.de vſur. l.non quemadmodum.ff.de iud.tñ licèt condemnatio fiat pro omnib. in ſtipulatione annua executio non niſi proportione primi anni,& ſic ſucceſſiue de anno in annum iurib.præallega

17 tis.¶† In ea.gl.ibi,vt.j.de fur.l.à Titio.habes rationẽ , quare ſtipulatio annua etiam facta,quo ad viuam,tñ mero iure eſt trãſitoria ad hæredes , quia tempus non eſt modus tollendæ nec inducendæ obligationis.l.obligationum.§.placet.ff. de actio.& obli.quæ autem ſit ratio huius,ponit tex.in illo.§.placet.& Bar. quem omnino videas in l.ſeruitutes. la j.ff. de ſer. fug.ſecus eſt in legato annuo, quod non tranſit ad hæredes etiam ſi fiat ſimpliciter. rationem rationis aſſignat gl. quia vltima voluntas eſt validior quàm ſit ꝯctus,patet quia ex vltima voluntate tranſit dominium ſine traditione. l à Titio. j. de fur. ſecus in ꝯctibus, quia requiritur traditio.l.traditionib.C.de pact. ſed aduerte,ꝗ a iſta ratio non vr̃ eſſe bona,imò vr̃ eſſe falſa, quia ſi vltima volũtas eſt validior,ergo fortius deberet tranſire ad hæredes , quòd eſt falſum.ſed aduertatis,ꝙ glo.habuit bonum ſenſum ſi bene intelligatur.nam gl.intellexit,quando legatum annuum eſt factum,quoad viuet, legatum etiam tunc mero iure non tranſit ad hæredes legatarij, quia ibi vltima voluntas eſt validior ad inhibendum,ne legatum tranſeat ad hæredes legatarij ipſo iure, & iſtud procederet , qñ teſtator feciſſet legatũ annuum , quoad viuet legatarius , tunc vltima voluntas eſt validior . ſed qñ ſimpliciter legaret, iſta ratio probaret ꝯrium , quia operatur tranſlationem dominij in hæredes . dic ergo rationem eſſe , vt in ſuperioribus dixi, quia in legato annuo etiam ſimpliciter facto pro primo anno eſt purum,pro ſeq.conditionale,ideo non tranſmittitur ad hæredes.Item dum iſta gl.vult, ꝙ in legato annuo facto legatario ipſo iure non debetur hæredi,gl.errat, quia ſicut in ꝯctibus tempus non eſt modus tollendæ nec inducendæ obligationis.l.obligationum ferè.§. placet.j. co.ita etiam in vltimis voluntatibus,quia actio,quæ cœpit competere,nõ poteſt per vltimam volun.finiri ipſo iure.l.nemo poteſt. ff.de leg. 1.tex.ergo hic loquitur in legato annuo,ꝙ habet conditionem. ¶In ea. gl.ad fi.d.l. annua.& l.pen. non faciunt contra,quia loquuntur quando legatum eſt factũ dignitati,vel Eccleſiæ, quæ nunquam moritur,quantum ad d.l.defuncta.§.fi.dic,quòd ibi non fuit dinumeratio temporum , nec legatum annuum nec in ſingulos annos,ſed teſtator legauit quartam partem redituũ talis fundi,& licet legauerit,quoad vixerit, tñ cenſetur vnum. l.j.ff.quando dies lega.ced.declarat no.Bal.in l.j.ad fin.C.de ſen. quæ ſine cer.quãti.& in c.ſi autem inter pares.ad fi.de l.Corra. Pau.de Caſt.& d.Alex.hic.¶Extra gl.opponit Bar.de l.ſi ſeruus communis Meuij,& caſtrenſis peculij.§.fi.ff.de ſtip.ſer.& remittit ſe ad ibi dicta, ibi reſpondet , quòd ideo ibi ſtipulatio annua cenſetur multiplex,quia ibi ex perſona ſtipulatoris,ſcilicet ſerui vſufructuarij venit aliquid implendum,quod cohæret perſonæ,quia tenetur præſtare operas pro illa pecunia, ideo cẽſentur plures ſtipulationes, hic nihil venit implendum per ſtipulatorem, ideo cenſetur vna ſtipulatio. ¶Vltra Barto. opponitur contra tex.d.l. ſancimus.§. ſi quis autem talem. C.de don.vbi tex.dicit, ſi fiet donatio annuæ quantitatis,dicit text. multæ intelliguntur eſſe donationes , ergo donatio annua non eſt vna, imò multæ.ad illum tex.reſpondet Bar.in l.Senatus.§.fi. in fi.ff. de don.cauſa mor. quòd quantum ad ſolennitatem inſinuationis cenſentur plures donationes,ita eſt tex.ibi,ſed quantum ad hoc,vt poſſit capere,vel non,non cenſetur niſi vna.tex.eſt hic, & ſequitur Cuma.hic.Tu dic melius,quòd tex. ibi reſpectu inſinuationis aſſignat ſpecialem rationem, quare ibi in ſtipulatione annua reſtricta ad vitam donatarij cenſentur plures reſpectu inſinuationis,tex.ponit rationem , quia poſſet mori primo ann.& iſto modo non excederet ſummam , & ita ex iſtis opp. habes duas limi.ad hunc tex.

S V M M A R I V M.

1 *Stipulatio non poteſt fieri in arbitrium promiſſoris.*
2 *Lex non vult valere ſtipulationem,quæ veriſimiliter nunquam ſit habitura effectum.*

L E X XVI.

1 STipulatio non valet. † Stipulatio non poteſt conferri in arbitrium promiſſoris. hoc dicit. ¶Not.ex hoc tex.quòd quando ſubſtantia ſtipulationis confertur in arbitrium eius,qui futurus eſt obligari,quòd non valet,vt hic.facit.l.quòd ſæpe.§.j.& ibi gl. alle. ff.de contrahend.emptio.& l.à Titio. §.fin.j.eodem. declarant Barto.& alij in l.centeſimis.§.fin.vbi traditur iſta materia.j.co.

2 † Ratio huius.l.eſt,quia lex præſumit,quòd promiſſor nunquã vellet,ſecundum Bar.in l.ſi Titius,& Seius.ſupra co.vbi ad hoc alleg.iſtam.l.& eſt tex.in l.cùm ſub hac conditione.ff.de condi. & demon.ideo lex noluit valere ſtipulationem,quæ veriſimiliter nunquam ſit habitura effectum.ad hoc facit tex. valde no. in cap. commiſſa. §.porro. de electio. in 6.in verſi.ne ſtatutum ipſum fiat ludibrio, debitoque fruſtretur effectu . ita dicit ibi ægregrius text.& tex.not.in l.poſtlimi.in fin. in verſic. ſuperuacua eſſet lex.ff.de cap.& tex.in l.3.in prin. in ver. nec fruſtra.ff. de iniu.Hinc eſt,quòd ſi ſtipulor. 10. aut 5. non valet ſtipulatio niſi in quinque,& non in 10.quia cùm ſit electio debitoris, lex præſumit,quòd nunquam daret.10.& ſic maiorem ſummam ideo lex ſtatuit,quòd ſit obligatus in minori ſumma.l. ſi ita ſtipulatus fuero decem aut quinque.ſup.eo.

S V M M A R I V M.

1 *Quando quis promittit bis eandem rem per ſtipulationem,tenetur tantum ex prima ſi eſt valida,& ſequens redditur nulla, ſiue fuerit facta incontinenti ſiue ex interuallo.nu.3.*
2 *Multiplicatio verborum non neceſſaria non mutat ſubſtantiam rerum.*
4 *Secundum mandatum continens idem quod primum , non producit nouam actionem.*
5 *Quando prima ſtipulatio eſt vtilis,& efficax,ſecunda nihil valet.*
6 *Secunda interlocutoria continens idem, quod prima tendens ad eundem effectum,valet.*
7 *Stipulatio ſecũda continens præciſè idem,quod prima, tãquam fruſtratoria nihil valet.*
8 *Fruſtra fit per plura,quod poteſt fieri per pauciora.*
9 *Conſuetudo introducens ſuperflua remedia probationis, tanquam irrationabilis nihil valet .*
10 *Geminatio eiuſdem actus nihil vltra primum operatur.*
11 *Semel excommunicatus, vel bannitus poteſt denuo pluries excommunicari,vel banniri.*

Intereſſe

12 *Intereſſe ſtipulationis, quòd ſecunda ſtipulatio ſit longioris vitæ quàm prima, non eſt conſiderabile.*
13 *Obligatus actione bonæ fidei poteſt obligari ex ſtipulatione.*
14 *Quando ſtipulatio interponitur ſuper contractu bonæ fidei, talis ſtipulatio remanet ſtricti iuris.*

LEX XVIII.

Qui bis idem. Iſta. l. eſt ſingularis ſe-
cundum Pau.de Caſt.
& ſemper alleg.ad hoc. Qui bis idem promittit,nõ
tenetur ex ſecunda promiſſione niſi prima in effe-
ctu ſit inualida.hoc dicit ſecundum Barto. ſimul cum.l.ſi dari.
vel ſic. Qui pluries ſe obligat ad eandem rem,non tenetur niſi
vnica præſtatione.hoc dicit, vel ſic tertio ſecundum Bart. Re-
1 petita promiſſio nouum effectum non parit.hoc dicit.¶† No.
primò ex iſto text. quòd quando quis promittit bis eandem
rem per ſtipulationem, tenetur tantum ex prima ſi eſt valida,
* & ſequens redditur nulla *ſecundum communem opin.* vt infra dice-
2 tur.† Ratio iſtius text.eſt,quia iſta videtur quædam inculcatio
verborum,& nos habemus regulam,quòd non immutat ſub
ſtantiam rerum multiplicatio verborum non neceſſaria, dicit
text.in l.pediculis.§.Labeo.ff.de aur.& argen.leg. ſecunda ſpe-
cialis ratio eſt melior,quia ſtipulationes ſunt inuentæ, vt quis
ſtipuletur,quod ſua intereſt.l.ſtipulatio iſta.§. alteri. ĵ.eod.§.al-
teri. inſtit. de inut.ſtipu. ergo cùm ſecunda ſtipulatio non affe-
rat vtilitatem,per conſequens non valet, quia nihil intereſt ſti-
pulatoris. Adde arguendo à contractibus ad vltimas volun.
prout arguit text.in l.ſi diuortio.ĵ.eod.cum vulg. Idẽ eſt,quan
do teſtator bis idem legauit,nam ſecundum legatum nihil va-
let.text.eſt in l.cùm quæſtio.§.fin.C.de leg.& tex.not.in l. ſi fun
dum.§. ſi paterfamilias.ff. de lega.1.ratio, quia teſtator dicitur
ſæpius loqui, & non ſæpius legare.ita dicit text. in l. Meuius.§.
eum,qui.ff.de leg.2.eo.modo quando quis inſtituitur, & ſibijp
ſi ſubſtituitur nihil valet ſecunda ſubſtitutio, quæ idem conti-
net,ꝙ prima inſtitutio.l.ſed ſi plures.§.fin.ff.de vulg. & pupil.&
in l.fin.§.1.ĵ.eod.tit.& ſic habes primam ampliationem ad iſtũ
text.ꝙ procedat nõ ſolùm in ſtipulatione,ſed etiam in vlt. vo-
3 lun.¶†Amplia ſecundò iſtum text. ſecundum Cu. & Pau.de
Caſt. hic, vt procedat ſiue ſecunda ſtipulatio ſit facta inconti-
nenti, & ſic eodem tempore,ſiue ex interuallo, & ſic diuerſis
temporib.per generalitatem huius tex.adde bene facere,ꝙ mi
litat ratio fundamentalis,quam ſupra dedi, quare ſecunda ſti-
pulatio nihil valet,quia nihil intereſt ſtipulatoris.Iſta ratio mi-
litat ſiue ſecunda ſtipulatio ſit facta eodem tempore, & ſic in-
continenti,ſiue ex interuallo.Non credo, ꝙ iſta ampliatio ad
hunc text.ſit bona, qa dico, ꝙ iſte text.videtur melius intelli-
gendus,qñ ſecunda ſtipulatio fuit facta ex interuallo, non au-
tem qñ facta incontinenti, probo, qa ſi eodem inſtanti facta
fuiſſet ſecunda ſtipulatio,non dicerentur plures promiſſiones,
vt dicit text.ſed eſſet vna pluries facta. Ad hoc pondero text.
in l.non ad ea.in verſ. perinde eſt. ff.de cond. & dem. vbi dici-
tur, ꝙ qñ idem legatur bis in eodem teſtõ, eſt perinde ac ſi ſe-
mel tm̃ legaſſet,& dicitur vnum legatum,& non plura,ad hoc
ſecundo alleg. ꝙ vult gl. reputata ſingularis in l. ſi conuenerit.
la.1.& ibi Bart.eam not.ff.de pign.act. vbi dicit gl. ꝙ non dicit̃
trina interpellatio qñ eodem inſtanti dico ſolue,ſolue,ſolue,&
per illam gl.dicit not.Bart.in proœ.C.in pen.col.ꝙ qñ duæ cõ-
feſſiones fiunt eodem inſtanti, non dicitur ibi adeſſe geminata
confeſſio,de qua loquitur Bart. in l. cùm ſcimus. C.de agri. &
cenſib.lib.10.Item plura eodem tempore prolata, & plura eo-
dem impetu facta pro vno reputantur.dicit text.no.in l.illud,
§.fin in fin.ff.ad.l.Aquil.teneo ergo, ꝙ congruentius intelliga-
tur iſta lex,qñ ſecunda promiſſio fuit facta ex interuallo, quia
ſi incontinenti,diceretur vna & non plures.pondera tñ tu pro-
uectè,ꝙ Iuriſcon.dicit,qui bis idem promittit, ꝙ vtitur verbo
præſentis temporis, non dicit text.promiſit, ergo vtrunque de
præſenti,iſtud videretur mihi plus facere pro iſta ſecunda am
pliatione. ¶Tertiò amplia iſtum text.ſecundum Pau.de Caſt.
& bene, vt procedat non ſolùm ſi bis promittatur idem, ſed
etiam ſi ter, quater, vel pluries ex identitate ſemper rationis,
qa poſtquam prima valet, nõ intereſt de alijs ſtipulationib. qa
nihil valerent. ¶Quartò amplia iſtam regulam, vt procedat
non ſolùm in ſtipulatione,ſed etiam in alijs contractib. vt pro
batur in l.licèt.§.ea obligatio.in fin.ff.de procu.& ibi glo.not.ꝙ
4 † ſecundum mandatum continens id ꝙ primum,non produ-
cit nouam actionem mandati.alibi not. Bald. in rubr.extra de
proc.in 5.col.ꝙ geminatio mandati nihil operatur, hinc eſt,ꝙ
ſi pluries vendidiſti mihi eandem rem, ſecunda venditio eſt
ſuperflua, & nihil valet.alleg.l.ibi Bald. l.iuris gentium.§.adeo.
ff.de pact.vbi dicit, quòd geminata venditio de eadem re non
poteſt eidem fieri. alleg. text. in l. ſi id, quod.ff.de reſcin.vend.
qui text. tamen nihil mihi facit. dicit ibi text. ſi vendo primo
purè poſtea ſub conditione,nihil valet, quia iſta venditio eſſe
potius damnoſa dicit tamen multum ſignanter Pau. de Caſtr
hic, quòd ſi vendidiſti mihi aliquam rem in præſentia teſtium
& cõueniſti mecum, quod ad omnem requiſitionem meam
fiet inſtrumentum per notarium publicum, quod ſi poſteà
eatur ad notarium,notarius non poteſt facere inſtrumentum,
niſi de nouo reiteretur contractus venditionis, & emptionis
coram eo, quæro à te, quæ iſtarum venditionum erit valida?
videtur dicendum, quòd prima venditio erit valida per regu-
lam huius text.noſtri,ſed Pau.de Caſtr.decidit, quòd valet ſe-
cunda venditio, & non prima, quia ante celebrationem in-
ſtrumenti prima eſt quædam pollicitatio, & quædam pro-
miſſio non autem venditio, à qua potuiſſent iſti recedere, &
dicit Pau.quod iam diu eſt, quod ita conſuluit in ciuitate Flo-
rentiæ, & quod conſilio ſuo ſe ſubſcripſit Raph. Cuman. no-
ta,quia bona deciſio eſt. Adde Paul.de Caſtr. idem tenentem
in l.cùm res.C.de proba. & idem Paul.de Caſtr. in dicta.l.con-
tractus. de fid. inſtrum. & ita teneas, quicquid dicat Aret. hic.
¶Quintò not. amplia iſtum text. ſecundum Rom. & Aret.
hic, vt procedat etiam ſi in ſecunda ſtipulatione apponeretur
hypotheca,vel pignus,& ſic videretur prima fronte afferre vti
litatem, adhuc ſecunda ſtipulatio non valet, ſed prima facta
cum hypotheca,& pignore.iſtud probatur ex gloſ.not.in §.ex
contrario. inſtit. de lega. vbi legatum factum creditori de eo,
quod ſibi debetur, valet, quia quamuis acquiratur hypothe-
ca, pro legato intelliguntur hypothecata omnia bona teſtato-
ris.l. 1. C. communia de lega. tamen per hoc non dicitur lega-
tum plus continere quàm ipſum debitum, & ſic nihil valet,
ratio,quia ſecunda ſtipulatio, vel legatum continens idem,eſt
nullum ipſo iure, per conſequens hypotheca redditur nulla,
aliàs vna obligatio transfunderetur in aliam obligationem di-
uerſæ ſpeciei.gloſ. in l. diuortio. ad fin. in verſ. diuerſum. ff.de
nego.geſt.& Moder.in l.ſi creditori.de lega. 1. Pro iſta amplia-
tione habes text.planum in l.fin.C.de nou.vbi dicit ad literam
text.quòd licèt de iure antiquiſſimo,quando in ſecunda ſtipu-
latione apponeatur pignus, vel hypotheca certè valebat ſe-
cunda, & nouabat primam,hodie nõ fit nouatio niſi expreſsè
dicatur.ergo appoſitio pignoris, vel hypothecę non dicit̃ plus
continere,qa tolleretur prima,& valeret ſecunda, de cuius in-
tellectũ ponunt Imo.& Mod. in l. qui vſumfructum.ĵ.eod.&
ſic ex iſtis habes regulam ad text.duas rationes, deinde quinq;
5 ampliationes. ¶†Limita nũc iſtam regulam, & iſtum tex.mul
tis not.modis.Primo,qñ prima ſtipulatio eſt vtilis, & efficax,
tunc ſecunda nihil valet, vt hic, aliàs ſi prima eſſet inefficax,
puta,qa obſtaret exceptio,valeret ſecunda.l. ſi dari.ĵ.eo. & hic
in gl.dr̃,ratio,qa tunc intereſſet ſtipulatoris, ꝙ valeret ſecũda
ſtipulatio. ¶Secundo limita,niſi ſecunda ſtipulatio eſſet facta
expreſsè animo nouandi primam,tunc ſecũda valeret, & age-
retur ex ſecunda, & non ex prima.l. fi.C.de noua. §.præterea.
inſt.quib. mod. toll. oblig. intellige non ſolùm,qñ expreſsè fit
animo nouandi,ſed etiam ſi tacitè hoc modo.ſi in ſecunda ſti
pulatione contineretur plus q̃ in prima,tunc ſecunda nouaret
primam, ſecus ſi contineret minus.l. qui vſumfructum. ĵ.eod.
l.ſi pupillus.§.qui actum.ff.de nou.declarat not. Bart. in l. pen.
ff. de preto.ſtip. vel quando ſecunda ſtipulatio contineret lon-
gius tempus, & ſic in fauorem promiſſoris adhuc nouaret pri
mam ſecundum Barto. in illa.l. pen. & Alex. hic. & propterea
dicit, quòd in his terminis poteſt ſaluari glo. in verſ.naturalib.
in vlt.q.in l.vlt.C.de noua. vbi format quæſtionem de eo, qui
in nundinis pluries promiſit eandem rem, quod per vltimam
nouentur aliæ, procedit quando vltima contineret longius
tempus ſecundum Pau.de Caſt. hic. Iſtam doctr. tenent indif-
ferentes omnes,quòd ſtipulatio ſecunda, quæ continet minus
re quam prima,non nouat primam, nec ipſo iure nec ope ex-
ceptionis.dicta.l.qui vſumfructum.ĵ.eod.& l.ſi pupillus.§.qui
actum.ff.de nouat.ſed in tempore eſt ſecus,quia ſi ſecunda ſti-
pulatio continet plus tempore quàm prima, nouat primam,
ideo ſi in prima ſtipulatione promiſi ſoluere intra men-
ſem, poſteà promitto eandem rem ſoluere intra annum,
a ſecunda nouat * primam,ita tenent gloſ.Barto.*& communiter omnes*

ADDITIO.

a ¶Nouat.Adde,quòd nouatio nunquam cenſetur inducta, quãdo ſecunda obligatio continet minus quàm prima.l.qui vſumfructum,hic alleg.Barto. in l. 1.§.2.de præt.ſtip.Abb.conſil.24.lib.2.Aym. conſil.167.num.2.Sylua. conſil, 24. num. 12. debet. n. obligatio principalis eſſe coæqualis primæ atque æquè principalis, Silua. vbi ſupra. Inducitur, n,nouatio,ſi ſecundum pactum ſit diuerſum à primo,teſte Deci.conſil.464.colu.1.in fin.maximè in ijs, quæ dependent à voluntate vnius tantum.Aym.conſil.167.num.9. idem ſi in pri ma promiſſione ſit longior terminus.Bart. in l.pen. ff.de præto.ſtip. Alexan. hic.Aym.d.conſ.167.num.12. MASVER.

omnes indifferenter in illa. l.pen.ff.de noua.omnes in l.q vſum-
fruct.j.eod. Alex.hic. & ſi tu dicis contra,quando ſtipulatio ſe-
cunda continet minus quàm prima,illa nouat primã, reſpon-
det Bart. in illa.l.pen. licèt omnes ita teneant cum glo. & Bart.
ego teneo contrarium noua ratione,cui non cadit rñſum, per
nouationem tollitur pignus,vel obligatio pignoris,text. eſt ad
literam in l.ſi neceſſarias.§.nouata.ff.de pig.act.l. ſi debitor.& l.
nouatio.ff.de nou.Bart.in l.aliam.eod.tit.& tñ per prorogatio
nem termini in ſecunda promiſſione non tollitur obligatio pi
gnorum,ergo non eſt nouatio per prorogationem. text. eſt in
l.Labeo,ſecunda.§.fin.ff.de arb.in l.item quæritur.§.qui imple-
to.ff.de loca.in l.lecta.in verſ.dicebam.vbi Pau. de Caſt. & do.
Alex.in j.not.ff.ſi cert.pet.Bal. expreſsè in l.acceptam.in 7. q.C.
de vſur. & vltra hoc nonne eſt bonum argũ de re ad tempus.
l. miles ita. ff. de teſt.mili. ¶Tertiò limita iſtum text. vt proce-
dat, qñ ſunt duo contractus eiuſdem generis, & formæ, puta
duæ ſtipulationes,vel duo legata, vel duæ venditiones.Secun-
da nihil valet,ſecus ſi ſint duo contractus diuerſorum generũ,
puta vnus bonæ fidei, alius ſtricti iuris, vt quotidiè contingit
ſuper ɔ̃ctu emptionis,& vendi.vel locationis,notarij apponũt
ſtipulationẽ,tunc quilibet contractus ſtat de per ſe,& ex vtro
que poteſt agi l.duo ſocietatem.ff.pro ſoc. l.5.§.conuentiona-
les.ſ.eod.& l.ſcire debemus.§.fin. j.eod. l. ſi tibi mandauero, §.
interdum.ff.mand.alleg in glo. eo quia tunc intereſt noſtra ha
bere plures actiones diuerſarum ſpecierum.§. ſic itaque.inſtit.
de acti.l.cùm filius.§.varijs ff.de leg.2.l. ꝙ in hæredem.§.elige-
re.ff.de trib.¶Quartò limita iſtum text. vt procedat, qñ pro-
mittitur bis idem in ſpecie, ſi autem promittitur bis in quanti-
tate,& ſic promittantur bis decem,vel centum, tunc videret,
ꝙ vtraque ſtipulatio valeret,& ꝙ agi poſſet ad vtranque quã-
titatem,niſi conſtaret ſaltem coniecturis, ꝙ pro eadem quan-
titate eſſet facta ſecunda promiſſio. arg. l. quinquaginta. aliàs
quingenta ff.de probat.ita not.tenet Bart. in l.triticum. vbi vi-
deas per alios.j.eod.Pau.de Caſt.in l.ſcire debemus. §.fin.j.eo.
not.per omnes in l.planè.§.1.ff.de leg.1.& in l.Meuius. in princ.
ff.de leg.2.facit bene text. quem omnino videas in.l. ſtipulatio
iſta.§.eum qui.j.eod.¶Quintò limita iſtum text. vt procedat,
quando quis ſtipulatur ab eodem bis,vel pluries eandem rem,
ſecus ſi ſtipularetur à diuerſis, quia tunc vtraque ſtipulatio te-
nebit.l.eum qui.§.pen.iuncta l.qui vſumfructum.j.eod.& l.3.
in princ.ff.de duo.reis.facit bene,quod not.Bart.in d.l.pen.ff.de
præt.ſtip. Amplia iſtam fallen.vt procedat, quando ſtipulatio
habuit originem à diuerſis perſonis, licèt poſteà concurrant
ſtipulationes in vna pſona., valet vtraque.l.generaliter.& l.hę
res à debitore.§. 1.in fin. ff.de fideiuſ. quem text.alleg. glo.hic,
& ſuper ea dicam. ¶Sexto limita, quando ſecunda ſtipulatio
fit ſub commemoratione primæ,tunc agitur ſolùm ex ſecun-
da ſtipulatione, quia prima cenſetur nouata.ita probat tex.no.
in l.non ad ea.ff.de condi.& demon. & ita per illum text.limi-
tat regulam noſtram Petr.de Bellaper.in l. qui vſumfructum.
j.eod.quem refert, & latè ſequitur Alex. hic. ſed Ang. in l.qui
vſumfructum. reprehendit iſtam limitationem Petr. quia ſm
cum illa lex habet locum in contractib.qui incontinenti fiunt,
& pro iſta opin.Ang.contra Petr.videtur ſtringere tex.in l.duo
ſocietatem. ff. pro ſoc. reſpondet Alex. ꝙ ibi non fuerunt duæ
ſtipulationes, ſed vnus contractus deductus in ſtipulationem
ſub commemoratione primi contractus,vt per eum, & dicit
non poſſe reſponderi ad illum text.teneo opi.Ang contra Pet.
& dom.Alex.quia dico, quòd d. l.non ad ea.ff.de cond.& de-
mon.in qua ſe fundat Petr. & Alex. procedit ſolùm in vltimis
volun. & non in contractib. nec ſtipulationib. ita dicit expreſ-
sè Bart.in l.iuris gentium.§.adeo.ff.de pact.& ibi aſſignat ratio-
nem diuerſitatis, quia ibi vltima voluntas pendet à ſola volun
tate defuncti, ſecus in contractib. qui dependent à voluntate
6 duorum.¶†Septimò pro alia quadam limitatione adde, ꝙ ſe-
cunda interlocutoria continens idem, quod prima tendens
ad eundem effectum tamen valet, & ex vtraque debetur, &
poteſt agi,quia in ſententijs iudicis non attenditur,an partis in-
terſit ſicut in ſtipulatione.ita not.tenet Bart. in l.cùm procura-
tor.§.ſi dominus.in vlt.colu.ff. de oper. nou. nun.vbi aliquan-
do plenius dixi de hoc,non repeto aliter hic, & ita habes per-
7 fectè,vt puto,expeditam regulam huius text.¶†Secundo not.
ex hoc text. quòd ſtipulatio ſecunda continens præciſe idem,
quod prima,tanquam fruſtratoria nihil valet. ad hoc pluries
allegatur iſta lex.addo facere illud, ꝙ vulgò dicimus, ꝙ ars, &
a natura [a] nihil operantur fruſtra. l. non cogendum. §. fin. ff. de
proc.l.hæc ſtipulatio.§.diuus.ff.vt leg. nom.caue. & ad hoc ẽt
allegatur iſta lex.Adde ad hoc illud,quod dicit ad literam glo.
not.in cle.1.in verſ.vnigenitum.de ſum.Trin.vbi formaliter di-
cit glo.quòd duorum ad idem ſuffragantium,quorum vnum
ſufficiat, alterum ſuperfluum eſt, ita dicit ibi formaliter gloſ.

8 alibi traditur regula, † ꝙ fruſtra fit per plura, ꝙ poteſt fieri per
pauciora,eſt regula Logicorum.ita not.Bald.in l.fin. per illum
text.C. de adop. & ad hoc etiam poteſt allegari iſta lex. Alibi
9 habes, † ꝙ conſuetudo introducens ſuperflua remedia pro-
bationis,tanquam irrationabilis nihil valet. text. eſt not. & ſi-
gnandus in c.2.de proba.vbi eſt text ꝙ non valet conſuetudo,
ꝙ poſtquam vnus probauit per teſtes intentionem ſuam,ꝙ te-
neatur iurare.Alibi etiam habes,ꝙ lex nunquam fingit, quan-
do ex fictione non reſultat aliqua vtilitas.tex.eſt in l. 1.§.ſi vir.
10 in fin.ff.de acquir.poſſ. ¶†Tertiò noto ex hoc text.aliam regu
b lam not. ꝙ geminatio [b] eiuſdem actus nihil vltra primũ ope-
ratur,& ad hoc quædam ſupra adduxi,quæ poſſent repeti hic,
& ſic idem vinculum nõ videtur circa idem effectualiter mul-
tiplicabile, & conſequenter idem actus non videtur poſſe ge-
11 minari circa idem. ¶† Limita iſtam regulam non procedere
quo ad excommunicationem, vel bannum,quia ſemel excõ-
municatus, vel bannitus poteſt de nouo pluries excommuni-
cari,vel banniri,glo.eſt ord.& ibi Doct.in c.ita quorundam.de
iudæ.& in c.cùm pro caſu.de ſen.excom.& c. capitulum San-
ctæ Crucis.in verſ.ſuſpenſionis.de reſcrip.& in c.ſignificauit.de
offi.ordi.& nos Legiſtæ habemus duas glo.ordi.vna gloſ.eſt in
l.aut damnum.§.penul. ff.de pœn. & glo.in l.2.C. vt intra cert.
temp.crimi.quæſtio termin. Bart. in l. de pupillo. §. ſi in pluri-
bus. ff. de oper. nou.nun.cum multis concor.& additionibus,
quas ibi dedi. Ratio diuerſitatis eſt, melius quàm declarent
Imo.& Alexan.hic, quia ſecunda ſtipulatio nullum effectum
poteſt operari, cùm ceſſet intereſſe, quod eſt de ſubſtantia ſti-
pulationis,vt ſupra dixi. licèt non ſit de ſubſtantialibus ſtipula-
tionis. Secunda autem excommunicatio magis aggrauat, &
ideo difficilior eſt abſolutio. Item poteſt fieri ex diuerſa cau-
ſa.text.eſt in cap.cùm pro cauſa in verſ. ob duplicem cauſam
excommunicatum fuiſſe. de ſen. excom. ideo quia ſecunda
excommunicatio, vel bannum vltra confirmationem poteſt
producere alios effectus,ideo valet, ita eſt de mente do.Card.
& dom.Ant.de Butr.in d.capit.ita quorundam. de iudæ.& per
iſta remanet perfectè, vt puto,expedita mens huius.l.¶Capio
glo.in verſ.non tenetur. Ex prima parte glo.habes, quod ille
qui bis promittit idem, poteſt conueniri ex vtraque ſtipulatio
ne,tamen ſemel ſoluendo liberatur,vt hoc text. iſtam opin.glo.
tenent Dyn.& Petr.hic. adde, quod idem tenuit glo. in l.fin.in
verſ. naturalibus, circa med. C. de noua. iſta prima opinio eſt
falſa,in primis eſt de directo contra iſtum text.qui dicit, quod
non tenetur amplius quàm ſemel. nota verbum non tenetur,
ergo non eſt obligatus niſi ex vno,& ſic ex prima ſtipulatione ſolùm
& non ex ſecunda. contrariam opin. quod imo ex prima ſola
ſtipulatione agi poſſit, tenet glo. in l. ſi dari. j. eod. & in l.ſcire
debemus.in princip.in gloſ.3.in verſ.mixta. in fin. & in glo. ſeq.
* in verſ.in præcen.j.eod.iſtam tenent Bart. *& communiter Scriben-
tes*,hic probat bene text.in l. ſi dari.à contrario ſenſu.j.eod.vbi
agi poteſt ex ſecunda, quia prima erat inefficax, ergo ſi prima
fuiſſet efficax, non potuiſſet agi ex ſecunda ſtipulatione. item
quia non intereſt ſtipulatoris ſecundam valere, ergo ceſſante
intereſſe non ceſſat ſubſtantia ſtipulationis.l.ſtipulatio iſta.§.al
teri. infra eod. per conſequens ſecunda nihil valet. adde vltra
Scribentes pro iſta ſententia text.in l.fin.§. 1.in verſ.nullius mo
menti. ff. de vulga. & pupil. & ibi Aret. ad hoc not.illum text.
vbi ſi in vltim.volun. quæ ſunt fauorabiliores, ſecunda idem
continens,quod prima,eſt ipſo iure nulla,ergo fortius idem in
contractib. tenendo iſtam partem non obſtant duo iura alle-
gata in oppoſitum per gloſ. & primo non obſt.text. in l. ſi tibi
mandauero.§.interdum.ff.mand.quia licèt Barto.non reſpon-
deat, reſponſio eſt plana, ibi non erat idem contractus: nam
ex ſecundo oriebatur actio mandati, quæ non oriebatur ex
primo. vnde, quando ſunt diuerſæ formæ contractus, nun-
quam impeditur actio naſci ex vtroque, vt dixi in text. & di-
cam infra.item ibi non ſolùm ſunt diuerſi contractus,ſed etiã
diuerſæ perſonæ,ſed nos loquimur, quando in eodem cõtra-
ctu ab eadem perſona promittitur, ibi autem erant diuerſæ
formę contractus, & diuerſæ perſonę,meritò ex vtroque con-
tractu oritur diuerſa actio.Non obſt.text.in l.hæres à debitore
§.1. j. de fideiuſ. quia aduerte,quod text.ille ponit duos caſus
& ambo obſtant.& Bart.non reſpondet niſi ad primum: nam
in primo caſu prima ſtipulatio erat in diem, ſecunda verò
erat pura, valet ſecunda, quia affert commodum interu-
ſurij

ADDITIONES.

a ¶Ars,& natura. Adde Iaſon.in l. is cui bonis, columna penul. ſupra co. ſ...
PVRPV.
b ¶Geminatio.Adde Aret.conſ.164.longa eſt conſultatio.

ſurij medij temporis, hic verò nulla erat vtilitas in ſecunda ſtipulatione,& ſi tu ſubtilis dicas,quare ergo ibi ſecunda ſtipulatio,quæ continet plus tempore, non nouat primam per regu lam.l.qui vſumfructum. ſ. cod.l.ſi pupillos. §.qui actum. infra de noua.declarat Bart.in l.pen.ff.de præto.ſtip.& tñ text. ibi dicit, ꝙ vtraque remanet, & ex vtraque poteſt agi, nec ſecunda nouat primam?rñde rationem eſſe, qa ibi ambæ ſtipulationes erant acceſſoriæ ad principale,qa ambę ſtipulationes erant fideiuſſoriæ, vnde acceſſorium nedum pōt tollere principale, ſed nec pōt nouare aliam acceſſoriam ſine principali. text. eſt in l.generaliter.ff.de fideiuſ. nec principalis pōt tolli per fideiuſſoriam,qa eſſet contra naturam, ꝙ acceſſorium tolleret principale. Secundum caſum ponit text. qñ ex duob.fideiuſſorib. vnus ſucceſſit alteri, remanent ambæ obligationes. rñde illud ideo eſſe, qa ille duæ obligationes habuerunt originem in diuerſis perſonis, nimirum ſi ambæ valerent, licèt ambæ deueniant in perſonam vnius,prout declarat text. in l.generaliter.ff. de fideiuſ.confirmo, ꝙ licèt duæ cauſæ lucratiuæ non poſſint concurrere circa idem in eadem perſona,tñ qñ à principio habuerunt originem in diuerſis perſonis, licet poſtea veniant,ad vnum poſſunt concurrere.l.ſi ſeruus legatus.§.1.ff.de leg.1.not. in l.Meuius.§.duobus.ff.de leg.2.¶In ea.glo.ibi, ſed non credo cogitandum de tali intereſſe. iſtam partem glo. multum not. commendant Scribentes hic, ſed aduerte antequam vlterius procedam,inuenio,ꝙ iſta pars glo.dupliciter intelligitur. Pri-
* mo modo ſm Bart. *& communiter Doct.* ꝙ iſta glo. velit dicere,
12 † ꝙ intereſſe ſtipulationis,ꝙ ſecunda ſtipulatio ſit longioris vitæ quàm prima,non eſt conſiderabile. ¶Secundo modo intellexit Raph. Cu.iſtam gl. ꝙ intelligitur ad intereſſe præſcriptionis.ſ.interruptæ qa ſecunda ſtipulatio interrumpit pręſcriptionem primæ,& eam reddit perpetuam,tñ ſm gl. non eſt curandum de iſta longitudiue vitæ, & ſic licèt ſecunda ſtipulatio ſit inutilis, tñ interrumpit præſcriptionem & primam partē perpetuam reddit.ita dicit ſe ſingulariter intelligere iſtam gloſ. & ſubdit ſatis inuerecundè,ꝙ Doct. non intellexerunt iſtam glo. Adde,ꝙ iſto ſecundo modo propriè loquitur text. quem glo. alleg.in l. cùm notiſſimi. §. ſed & ſi quis. C.de præſcrip.30.vel 40.ann.vbi formaliter dicit text.ꝙ ſecunda ſtipulatio interrumpit præſcriptionem primæ, quia debitor, qui præſcribebat ꝯ primam obligationem,promittendo ſecundo loco, & ſic recognoſcendo ſecundò interrumpit pręſcriptionem,ergo ille tex. loquitur de interruptione præſcriptionis, & habemus regulā, ꝙ dictum gl.debet intelligi ſm legem quam alleg ita dicit Bar. in l.non ſolùm. § ſi liberationis verba. ff.de liber. lega. & idem Bart.in l.cùm quidam.ff.de his quib.vt ind.Io.And.in cap.cùm nuntius.de teſti.Saly.in l.ſi ex cautione.C.de non num pec.alij nihil dicunt, ſed aduerte ſi iſte eſſet ſenſus glo. certè iſta lex nō procederet hodie,ex quo in ſecunda ſtipulatione interrumperet præſcriptionem primæ, vt eſt text. in d. l.cùm notiſſimi.§. ſed & ſi quis.ergo ſemper ſecunda eſſet valida,cùm vtilitatem afferret interrumpendi pręſcriptionem primę,& iſtud intereſſe debet conſiderari,& reperio, ꝙ ſubtilis do.Petr. de Bex.licèt non faciat mentionem de declaratione Raph. Cu. fatetur, ꝙ iſta lex hodie non procedit, ſed olim de iure flor.procedebat, quia non procedebat præſcrip. 30.ann. quæ poſtea fuit inuenta de iure Codi. ſed iſtud confirmo vltra eum per text. valde not.in materia.l. ſi Stichum.in prin.ff.de noua. vbi eſt in ſimili egregius text.not.ad legem noſtram, ꝙ vbi ſecunda ſtipulatio continet idem,ꝙ prima,tamen ſi in prima debitor fuit in mora ſoluendi, quo caſu periculum interitus ſpectabat ad eum.l. quod te. ff. ſi cert.peta. certè ſecunda ſtipulatio valet, eo quia purgat moram præcedentem, & facit periculum interitus ad eum amplius non ſpectare, ibi ergo ſecunda ſtipulatio continens idem,ꝙ prima valet, & tenet, quando purgat morā præcedentem. ergo eodem modo quando ſecunda ſtipulatio interrumpit præſcriptionem inchoatam contra primam debet valere, & tenere.ad illud idem, ꝙ dicit.l.ſi ſtichum. benè facit text.in l.ſcire debemus.§.ſi à fure.verſ.ſi poſtea.ſ.eod. vbi dicetur,quid dicemus? dicam ne, ꝙ iſte text.hodie non procedat, prout dicit do.Petr.de Bexu.nequaquam.dico ergo,ꝙ iſta lex, & hodie,olim procedet,& dico, ꝙ text.in l. cùm notiſſimi.§. ſed & ſi quis.non ita paſſim, & indiſtinctè loquitur, quòd ſecunda ſtipulatio interrumpat præſcriptionem primæ, ſed benè dicit,quòd quando ſecunda ſtipulatio fit expreſsè ſub commemoratione primæ ſtipulationis, & cōſequenter prioris debiti, tunc bene interrumpit præſcriptionem inchoatam contra primam, aliàs ſecunda ſtipulatio ſimpliciter facta nunquā interrumpit pręſcriptionem,& iſte tex. propriè loquitur,quando ſecunda ſtipulatio eſt ſimpliciter facta, & adde, quod dixi. ſ. in text. in 6. fal. quando ſecunda ſtipulatio fit ſub commemoratione primæ, an ſecunda valeat, videtur quòd ſi fieret incontinenti,non valeret,ſi ex interuallo ſic, quia interrumperet præſcriptionem,videtur valere, ſed tenendo communem intellectum Bart. & omnium Scribentium ad iſtam glo. ꝙ intereſſe præſcriptionis reſpectu longioris vitæ, ꝙ ſecunda ſtipulatio ſit longioris vitę ad pręſcribendum quàm prima, iſtud intereſſe non eſt conſiderabile,& quia glo. non probat hic bona.l.Bart.pro ea allegat text.not.in l.pater,qui caſtrenſe.§.fin.ff. de caſt.pec.quem text.etiam Bart.ibi ad hoc not. & dicit ſe eū didiciſſe à Petr. de Bellaper. in vna diſputatione, tamen caue, quia ille text.loquitur de intereſſe breuioris temporis, nos verò de intereſſe longioris temporis,idem eſt in vtroque caſu, ſiue loquamur de intereſſe longioris vitæ ſiue breuioris vitæ, quia neutro caſu tale intereſſe eſt conſiderabile, & cum Bart. tenent Io. de Imo. Pau.de Caſt.Rom.& Alex.hic, & ſic pondera Bart.&Scribentes communiter velle,ꝙ licèt intereſſe interuſurij medij temporis ſit conſiderabile, & faciat ſecundam ſtipulationem valere.l.hæres à debitore.§.1.ff.de fideiuſ.tamen intereſſe longioris vitæ non eſt potens ad faciendum ſecundam ſtipulationem valere. facit text.in l. ſi tibi mandauero. in prin.ff.mand. Contrariam opin.tenet glo. not. in l.ſi tibi mandauero.§.interdum.ff.mand.vbi glo.not. tenet, ꝙ intereſſe longioris vitæ reſpectu præſcriptionis tale intereſſe eſt conſiderabile. & illam glo.ſequitur Ang.hic,qui egregiè reſpondet ad d. l.pater,qui caſtrenſe.§.fin.alleg. per Bart.ſed ego clarius ponā, ꝙ ille text. loquitur quo ad incidendum in pœnam edicti ſi quis omiſ.cau.teſtam. in quo requiritur, ꝙ omittens ex teſtamento locupleretur per hoc ex bonis teſtatoris, ſed ibi, ꝙ obligatio duret minori tempore,non eſt locupletari ex bonis teſtatoris viuentis, & ſic text. ibi dicit, ꝙ illud lucrum minoris temporis non eſt habendum in conſideratione, vt patet incidat in edictum ſi quis omiſ.cau. teſt. Iſtam ſol. Ang. refert, & commendat Are.hic,& pro certo eſt ſolutio colorata,& multum applaudet illi literæ,ſed ego dico, ꝙ iſta ſolutio quamuis coloratiſſima,non eſt bona ad illum text. quia ille titulus ſi qs omiſ.cau.teſt.quando quis omittit adire ex teſtamento,& venit ab inteſta. procedit ſolùm reſpectu legatariorum, & ſimilium, non autem reſpectu creditorum, quando hæres ſcriptus in teſtamento omittit adire ex teſtamento, vt fraudet legatarios. text. eſt in l. 1.§. antepenul. & §. penul.ff. ſi quis omiſ. cau.teſt.& tamen text.in dicta.l.pater,qui caſtrenſe.§. fin.in fin. loquitur expreſsè reſpectu creditorum, vt expreſsè dicit text. ibi,creditoribus,&c. ergo non loquitur ille text. reſpectu legatariorum.vltra prædicta poſito, quòd concluſio gloſ. eſſet vera,non videretur congruere ad terminos.l.noſtrę,prout etiam perpendit Ioann. de Imol. & Rom. hic, ex quo enim præſcriptio inchoata contra primam ſtipulationem interrumpitur per ſecundam,certè tunc prima, & ſecunda ſtipulatio erit paris vitæ quo ad præſcriptionem, & ſic tunc non caderet intereſſe longioris præſcriptionis magis in vna ſtipulatione quàm in alia ſtipulatione, niſi intelligeretur gloſ. prout intelligebat
13 Raph. Cuman. vt ſupra retuli. † Quid tenendum in iſto not.
* & quotidiano paſſu?dixi,quòd cum gloſ.tenent Barto.*& communiter Docto.* hic, quòd intereſſe longioris vitæ reſpectu præſcriptionis non eſt in conſideratione.Adde, quòd idem tenuit gloſ.in l.diuortio.in verſicu.cæterum. & ibi Bart.not.ff de neg. geſt.idem tenet Barto.in l.& ſi poſt tres. in vltim.colu.ff.ſi quis cau.vbi declarat inductionem text.l.pater, qui caſtrenſe.idem etiam tenet Bartol. in l.ſi creditori.ff. de lega.1. tenet Bald. in l. hæres à debitore.§.1.ff. de fideiuſ. & licèt in conſulendo, & in iudicando durum eſſet recedere ab iſta communi opin. gloſ. Bartol. & magis communiter Scribentium, tamen diſputando,& in puncto iuris puto contrariam opin.proculdubio veriorem, quòd imò intereſſe longioris vitæ reſpectu præſcriptionis ſit conſiderabile. iſtam opin. vt dixi tenent Angel. & Aret.hic,tenet etiam Aret. in dicta l.ſi creditori. iſtam opin. vt dixi,tenet clarè gloſ. not. in dicta. l. ſi tibi mandauero.§. interdum.ff.mand. tenet etiam gl.in d.l.ſi creditori. ff.de lega. 1.& gl. in l.manifeſtiſſimi.in gloſ.1. C.de furt. Pro iſta opin. inducit in primis Aret.bonum text.in l.quoties.§. item ſi temporali. ff.de adminiſtra. tuto. vbi dicit text. quòd actio temporalis, qua tenebantur tutores, conuertitur in actionem tutelæ perpetuam, propter prorogationem vitæ actionis, ergo intereſſe temporis eſt conſiderabile, aliàs vbi intereſſe deſineret cōſiderari, deſineret actio competere.l.qui autem.§. 1.ff.ſi quis cau.ergo minus actio concederetur. arg. l.patre furioſo.ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. ad idem eſt bon. text. in l.ſi creditori. ff. de lega.1. vbi id, quod debebatur de iure prætorio, poteſt legari, quia poſtea fit debitum de iure ciuili, ſed iſtud ideo eſt non ex alio niſi ex intereſſe longioris vitæ,& ideo idem Bart. in l. diuortio. verſ.cæterum.ff.de neg.geſt.ponderat ibi eſſe glo. ꝙ non attenditur intereſſe, ꝙ actio ſit longioris vitæ, dicit Bartol.eſſe text. in

in contrarium in l. ſi creditori.de lega. 1. & non reſpondet ali-
ter ad illum text. ad idem pro iſta ſententia, & contra com-
munem allego tibi text. bonum in l.nam & poſteà.§.ſi is, qui
temporali.ff.de iureiur. vbi eſt text. quòd ſi ille, qui tenebatur
temporali actione, puta vnius anni detulit iuramentum credi-
tori, & creditor iurauit, dicit ibi text. quòd ex iuramento eſt na-
ta noua actio, quæ erit perpetua, & ſic longioris vitæ, præterea
ſi aliter diceremus, quòd intereſſe longioris præſcriptionis nõ
eſſet conſiderabile, fruſtra. ll. introduxiſſent interruptionem
præſcriptionis, & perpetuationem temporum præſcriptionis.
30.anno.prout eſt text. in l.fin.C.de præſcrip.30. vel.40. anno.
text.in l.cùm notiſſimi.in princip.vbi gloſ.C. eod.de præſcrip.
30.anno.Item fruſtra fieret differentia, quòd præſcriptionum
quædam ſex ſunt menſium, quædam annales, quædam trien-
nales, quædam 10.anno.quædam.20.quædam.30.quędam.40.
quædam 100. anno. vt in bonis Eccleſiarum, quas enumerat
gloſ.in capi.placuit.el.2.§.poteſt.16.quæſtio.3.& declarat Bart.
in l.fin.in princip.ff.de eo per quem fac.erit.certè fruſtra fierent
tot differentiæ, ſi non conſideraretur intereſſe præſcriptionis
longioris temporis. Item fruſtra diceremus, qđ remedia Epi-
ſcoporum, Ducum, & Marchionum eſſent prętoria, & non ci-
uilia, vt declarat Barto.in l.5.in princ.vbi dixi.ſupra eod.& vti-
litas conſiſtit in hoc, quia ſi ſint prætoria, erunt temporalia, &
ſic annalia, & non perpetua. inſtit. de perpe. & temp. act. in
princip.& ſic quanto magis conſidero, iſta videtur vera opin.
quòd imò intereſſe præſcriptionis reſpectu longioris vitæ ſit
conſiderabile. Solùm reſtat reſpondere ad text.l.pater, qui ca-
ſtrenſe.vbi quando peculium non eſt ſoluendo, & pater omit
tit venire ex teſtamento, & occupat ab inteſtato iure peculij,
& non tenetur niſi intra annum creditorib. tamen iſtud com-
pendium temporis attenditur, nec per hoc dicuntur credito-
res decipi.ad illum text.dedit reſponſionem Ang.quam com
mendabat Aret.tamen eam reprehendit. Secũdo loco reſpon
dendo ex mente Aret. in dicta. l. ſi creditori. retorqueo illum
text.fortiter contra Bart.quòd ideo ibi eſt, quod intereſſe lon-
gioris temporis aut breuioris non attendatur, eo quia etiam ſi
longiori tempore ibi fuiſſet obligatus, obligatio illa non pote-
rat habere effectum, quia peculium nõ erat ſoluendo.ita pro-
priè loquitur ibi tex.in fin.ergo ſi ex longiori vita obligationis
poſſet ſequi effectus, & vtilitas, tunc bene tale intereſſe tempo-
ris eſt conſiderabile, iſtud clare patet in 1. reſpon. illius tex.vbi
ſi peculium filij eſt ſoluendo, pater qui occupat ab inteſt. pe-
culium, & omittit adire ex teſtamento, tunc bene tenetur lega
tarijs perpetuò.ita dicit ibi tex. ergo temporis intereſſe conſide
ratur, quando poteſt habere effectum, tamen Aret. hic dicit,
quòd rectius conſiderando illum text.iſte intellectus non vide
tur ſibi bonus, quia ſenſus illius tex. eſt, &c.vt per eum. tamen
nec iſta ſua inductio facit me recedere à dicta ſol.declarata, vt
declaraui.eſt bene verum, quòd aliud mihi fortius vrget con-
tra iſtam ſol. de quo non perpendit Aret. quia per hoc, quòd
peculium non ſit ſoluendo, non deberet abbreuiari tempus
actionis, ſicut non abbreuiatur in primo caſu, quando pecu-
lium eſt ſoluendo, quia imò ibi vertitur intereſſe in eo, quod
ſupereſt de peculio, & per hoc deberet potius prorogari, & te
neri pater perpetuò, ne duplici damno grauentur legatarij. ſ.
quantitate, & tempore.non omitto, quòd glo.in illo.§.fin.di-
cit, quòd tunc tenetur pater perpetuò, ſi filiusfam. decedat in-
tra annum.ita loquitur prima pars, ſi autem poſt decedat, ha-
beat locum verſ. fin.non nego, quin ille text. in publica diſpu.
poſſit trahi ad vtranque partem, tamen in conſulendo, & in
judicando non recedatis à communi opin.quæ eſt, quod inte-
reſſe longioris vitæ ratione præſcriptionis non eſt conſiderabi-
13 le.¶†In quarta parte glo.ibi.illud conſtat.habes, quòd obliga-
tus actione bonæ fidei poteſt obligari ex ſtipulatione, & licèt
glo. reſtringat vbi eſſet nouatum, illud eſſet indubitatum, ta-
men illud etiam eſt, vbi eſſet conuentum.l. 5. §. conuentiona-
les.l.ſcire debemus.§ fin. ĵ.eod. l.pro ſocio arbiter. l. ſi ſocieta-
tem.ff.pro ſoc. l.ſi tibi mandauero. §. interdum.ff. mand. quæ
autem ſit vtilitas, quod ſuper contractu bonæ fidei ſtipulatio
ſequens, quæ eſt ſtricti iuris, concurrat, cùm regulam habea-
mus, quòd ſtipulatio non concurrat niſi ratione intereſſe. l.ſti-
pulatio iſta.§.alteri.ĵ.eod.ſed ſi ſuper contractu bonæ fidei po-
ſteà interponatur ſtipulatio, non videtur intereſſe ſtipulatoris,
quia actio ex ſtipulatu eſt ſtricti iuris, & affert minus vtilitatis
quàm actio bonæ fidei. propter hoc Bart. licèt videbatur ob-
ſcurius loqui, aſſignat quatuor vtilitates, duas ex parte promiſ-
ſoris & duas ex parte ſtipulatoris. prima vtilitas ex parte pro-
miſſoris eſt, quia vbi primò erat obligatus ex contractu bonæ
fidei, nunc erit obligatus ex contractu ſtricti iuris, qui continet
a minus ſecundum Bart. Pondera Barto. velle, a † quòd quan-
14 do ſtipulatio interponitur ſuper contractu bonæ fidei, quod
talis ſtipulatio remanet ſtricti iuris, & non aſſumit naturam
contractus bonæ fidei ſuper quo interponitur. iſtud idem, &
clarius firmat Barto.in l.ſingularia.in 4.colu.ſ̃. ſi cert. pet. con-
trarium de directo tenet idem Barto. ſibi contrarius in l. ſi quis
cùm aliter.ĵ.eod. vbi dicetur de hoc.Item aduerte, quòd cùm
ad validitatem ſtipulationis videatur attendendum eſſe inte-
reſſe ſtipulatoris non autem promiſſoris.l.ſtipulatio iſta. §.alte
ri.l.qui vſumfructum.ĵ.eod.& propterea Bart. ponit duas vti-
litates ex parte ſtipulatoris, prima, quando haberet magis cla-
ras probationes de ſtipulatione quàm de contractu præceden-
ti, ſed iſta eſt vtilitas facti, & hoc modo in iſto text. ſecunda
ſtipulatio idem continens, quod prima, valeret, quando ſecun
da eſſet expeditioris probationis. Alia, & melior vtilitas eſt,
quia contractus præcedens potuiſſet re integra ſolo conſenſu
tolli.l.ab emp.ff.de pact.& l.1.& 2. C.quando lice. ab emp. di-
ſce.nunc propter ſtipulationem non poſſet diſſolui.§.fin. inſti.
quib. mod. toll. oblig. licèt Bartol. non alleget, facit regula. l.
prout.ff.de ſol.& regula.l. nihil tam naturale. ff.de reg.iur. & c.
omnis res.eod.titu.in antiq. Vltra Barto. quarta eſt vtilitas, &
plana, quia quando ſunt diuerſæ ſpecies, intereſt noſtra habere
plura remedia agendi. §. ſic itaque. inſtit. de act. l. cùm filius.§.
varijs.ff.de lega.2.quia tunc exceptio rei iud.non obſtaret in ſe
cunda ſtipulatione, vt declarat text. in l. cùm quæritur. cum
ſeq. & ſeq. ff. de excep. rei iud. quando autem ſtipulatio inter-
poneretur ſuper contractu innominato, facit, quòd deſinit
eſſe contractus innominatus. ita Bartol. in l.2.in fin.C. de con-
di.ob cau.de cuius veritate dixi in rub. ſ̃. eod. & per iſta rema-
net iſta.l.vtiliter, vt puto, & ſubtiliter expedita.

ADDITIO.

a ¶Pondera Bartol.velle. &c. De hoc an. ſ. ſtipulatio reguletur ſecundum na-
turam contractus, ſuper quo interponitur, vide eundem Iaſ. poſt alios in
rub.ſ̃.eod.col.pen.& vide, quæ ibi addidi.

* Qua in quæſt.vide, quæ ſcribit Gabriel.com.opin.lib.6.tit.de reg.iur.concl.
2.& dic, quòd licèt ſtipulatio ſequatur naturam actus, ſuper quo interponi-
tur, illud verum eſſe, quantum ad effectum, vt in plus non obliget, ſed effica-
cius, teſte Rol.conſ.8.nu.40.lib.1.& not. Alex. in l.1.ff.de pact.& in rubr. ſ̃.
hoc tit.& in l.ſtipulationes non diuiduntur.ĵ.eo. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Contenti eſſe debemus pœnis legalibus.*
2 *De pœna conuentionali ſuccedente in locum legalis idem iudicamus, quod de legali.*
3 *Valet ſtatutum diſponens id, quod ius commune, quia ſufficit ex eo nouam actionem oriri.*
Non dicitur eſſe pœna perdere pecuniam, quàm quis habuit ab eo, ad quem reuertitur.

LEX XIX.

SI ita ſtipulatio. Diſſolutio matri-
monij debet eſſe li-
bera à pœna conuentionali, niſi idem contineat,
1 quod legalis h.d.¶† Not.illud, quod not.dicit text.
quòd debemus eſſe contenti pœnis legalib. Reſtringe iſtam
regulam ad caſum huius legis tantum. ſ. quantum ad diſſo-
luendum matrimonium, quia actui, qui debet dependere à li-
bero arbitrio, non poteſt apponi pœna ab homine, ſed debe-
mus eſſe contenti pœnis legalibus, & ſic pœnis poſitis in l.con-
ſenſu. & l. fin.C. de repud. aliàs vltra pœnam legalem poſſunt
partes apponere pœnam conuentionalem. patet in l.fin. ff.de
pro.ſtip.vbi quando promiſſor nõ obſeruat conuenta, ſucce-
dit obligatio ad intereſſe, tamen poteſt apponi alia pœna cõ-
uentionalis, & ſi quis me offendat, punitur pœnis legalib. &
tñ poſſum apponere pœnam conuentionalem.per.l.denuncia-
mus.C.de his, qui ad Eccleſ. confu. Adde de hoc glo. ordi.in l.
non impoſſibile.ff.de pact.& ibi Barto. eam ſequitur.Barto. in
l.illicitas. §.ne potentiores. ff.de offi. præſi. & in l. 1.in fin. C. in
quib.cau.colo.domi.accu.poſ.lib.11. Abb.in cap. grauem.per
2 illum text.de ſen.excom.¶†Secundo not.ex text.quòd de pœ-
na conuentionali ſuccedente in locum legalis idem iudica-
mus, quod de legali.faciunt, quæ not.Bartol.in l.ſtipulationes
non diuiduntur. in 8.quæſt. ĵ. eod. vnde arguendo de contra-
a ctu ad legem a hic videtur caſus ſecundum Ang.& alios,† ꝙ ſi
3 ſtatutum diſponit idem, ꝙ ius cõe, tñ valet, & ſufficit ex eo
nouam

ADDITIO.

a ¶Ad legem. De hoc nunquid ſtatutum diſponens idem, quod ius commune,
inducat nouum vinculum, vide Alex.conſ.ſuo. 159.colu.antepen. circa prin.
4.volu.

nouam actionem oriri, non autem dicetur ius commune. de quo Canonistæ habent gl. in c. 1. & ibi Doct. de const. in 6. Bar. in l. 1. in princip. & ibidem alij. ff. ad l. fal. cum multis concor. hic traditis per Lud. Rom. & dom. Alexan. hic. & vltra allegata per eos dicit not. Bald. in cap. naturales. in fin. si de feud. fue. contro. inter do. & agn. quòd statutum de spurijs non promouendis licèt confirmatum per sedem aposto. tamen eo modo tollitur quo ius commune, quia non est nouũ statutum, sed iuris communis dispositiuum. ita dicit tenere Ioann. Mona. in c. 1. de fil. præsby. quod dicit esse not. dignum. ¶Glos. fin. in vers. comprehensis. diuide in quatuor partes. In prima declarat tex. In secunda assignat rationem. In tertia opponit, & soluit. In quarta remouet aliud contrarium. Secũda ibi, & est ratio. Tertia ibi, sed cõtra. Quarta, & vltima ibi, sed hodie dantur arrhæ. ¶In ead. gl. ibi, sed ibi processerat pecunia à stipulatore. istam * sol. glos. *Bart. & omnes tenent.* & ex ea collige, † quòd non dicitur esse pœna perdere pecuniam, quam quis habuit ab eo, ad quem reuertitur, sed aduerte, quia alibi habemus, quòd quando iam est quæsitum & radicatum, perdere tale lucrum est pati damnum, & consequenter pœnam. glo. in l. 1. §. si quis autem. in verbo per in integrum. ff. de iti. actu. priua. & in l. 1. §. 2. ff. ne quid in loco publi. Bald. Ang. & omnes in l. non amplius, vbi plenè dixi. ff. de lega. 1. hic erat lucrum iam quæsitum, ergo perdere tale lucrum, debet censeri damnum & pœna, ergo Bart. & glo. &c. breuiter secundum Bart. & glos. habes not. limitationem ad illam regulam, quòd non dicitur pœna priuare aliquem lucro iam quæsito, quando reuerteretur ad eum, à quo processit, tale lucrum aliàs si non reuerteretur ad eum à quo processit perderet tale lucrum bene esset damnum, & pati pœnam. & not. bene istam glo. ad hoc.

SVMMARIVM.

2 *Valet stipulatio de dando mihi illud, quod alius mihi debet cùm ipse debitor esse desierit, quæ conditio verificatur, si desinat esse ciuiliter debitor, remanet tamen naturaliter tantum. num. 2.*

3 *Sola naturalis obligatio potest edi.*

LEX XX.

Hviusmodi. Ista lex non videtur commodè posse summari propter varietatem literæ, secundum communem literam, quę habet verbum tibi, & verbum spondes, prout omnes libri habent. hoc dicit in effectu. Valet stipulatio de dando mihi, quod alius tibi debet, cùm debitor esse desierit. h. d. & secundum istam lect. text. habet minus dubij, & plus vtilitatis. & licèt glos. assignet vnam rationem dubitandi secun* dum istam literam, quia illa ratio *reprobatur per omnes*, ideo tu dic pro intellectu literæ, quod dubium faciebat, quia cùm implementum conditionis non deberet fieri per ipsum promissorem, sed per tertium, videbatur promissio esse inutilis: item quia conditio videbatur continere quendam tristem euentũ. l. inter stipulantem. §. sacram. ĩ. eo. propter ista erat dubium, an ista stipulatio valeret, ratio decidendi ponitur in tex. ꝙ stipulatio potest in quocunque casu interuenire & fieri, dummodo non sit casus impossibilis, & secundum istum intellect. casus
1 huius legis est clarus, † sed prout habetur in litera mihi, quia nunc decisio text. redditur notabilior & vtilior, hoc dicit in effectu. Valet stipulatio dè dando mihi illud, qđ alius mihi debet, cùm ipse debitor esse desierit, vel sic. Stipulatio potest cõcipi in defectum, vel subsidium obligationis alterius. hoc dicit stante litera mihi. Pondera ex hoc text. quòd stipulatio potest concipi sub ista conditione, cùm Titius debitor esse desierit: nam dictio cum, iuncta verbo futuri temporis facit conditionem. l. quodcunque. §. non solùm. vbi Bart. ĩ. eod. & latius Bart. in l. 1. in 2. quæst. 1. quæst. princ. ff. de cond. & demon. sicut subdit text. quòd stipulatio potest concipi sub quamuis alia conditione. pondera illam dictio. quamuis alia, de cuius natura est comprehendere casus maiores expressis. glos. est not. in cle. 1. in vers. quauis alia. & ibi Imo. & Cano. no. de reg. iur. glo. in cle. 2. in glos. fin. in vers. quauis. de reb. Eccles. non alie. & not. bene istas duas gl. ¶Gl. in vers. huiusmodi. diuide in tres partes prin. in prima secundum literam mihi, glo. opponit, & soluit. In secunda secundum aliam literam tibi, glo. remouet aliam opin. In tertia glos. voluit opponere contra text. qui dicit in plurali huiusmodi stipulationes, & tamen in text. non est nisi vna, ergo malè dicit text. quia pluralis oratio non est vno contenta, vt est text. not. in l. fin. ff. ad Trebell. facit regula vbi numerus. ff. de testa. & text. in regula pluralis. de reg. iur. in 6. & respondet glos. dupliciter, & secunda sol. est melior propter dictionem huiusmodi includentem similes. Secunda ibi, si habes tibi. Tertia ibi, & si totum pro vna stipulatione. ¶In ead. glos. ibi. l. si quis postquam. Bartol. clarius opp. quia pro eo, qui non tenetur, non potest interuenire fideiussor. l. fideiussor obligari, in princip. ff. de fideiuss. sed hic dicit text. cùm debitor esse desierit, &c. Stringe opp. Bartol. fortius, quia si promissio fideiussoris esset pura, quandocunque posteà liberato principali tolleretur fideiussoria. l. in omnib. ff. de sol. ergo fortius à principio debet impediri natiuitas fideiussoriæ, per regulam. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel ali. iur. Item ista fideiussio conditionalis confertur in casu, quo debet vitiari, & in tempus vitians, ergo nihil valet per regulam. l. quod sponsæ. C. de don. ante nup. facit. l. Titio cùm morietur. ff. de vsufruct. glos. respondet, quòd ex præsenti tempore stipulatio fideiussoria sumit vires. istam solu. reprehendit Barto. quòd quamuis à princip. valuisset, tamen si posteà quandocunque liberatur principalis, etiam tollitur obligatio fideiussoris. l. in omnib. ff. de fideiuss. Tu autem reprehende fortius istam solu. glos. quia ex præsenti tempore non potest sumere vires, ex quo expressè confertur in tempus inhabile, quia paria sunt aliquid fieri tempore inhabili, vel conferri in tempus inhabile. dicta. l. quod sponsæ. fortius etiã quia quando stipulatio esset pura, posset procedere, quod dicit glos. sed quando stipulatio est conditionalis, vt est text. noster, tunc ad validitatem stipulationis factæ sub conditione, vel in diem inspicitur tempus euenientis conditionis, vt dicit. l. si rem meam. & ibi glos. & Docto. infra eod. facit text. in §. quia verò hactenus. in Authen. de nup. collat. 4. sicut in simili testator apponendo conditionem non vult, quòd inspiciatur tempus conditi testamenti, sed futurum secundum Barto. in l. cætera. §. 1. ad fin. ff. de lega. 1. & in l. si alienum. §. in extraneis. circa fin. ff. de hæred. instit. & facit bene text. in l. eum qui post. cum glos. ff. de cond. & demon. & sic vides, quòd saluatio gl. multipliciter redditur falsa, ista tamen prima lect. glos. defenditur dupliciter. Primò, quando desijt esse debitor ciuiliter tantum. Secundò quando desijt esse debitor in effectu, quia desijt esse soluendo, cùm inanis sit actio, quam inopia debitoris excludit. l. nam his. ff. de dolo. capit. olim vobis. de rest. spol.
2 † Ex prima solutione not. multum Bartol. quòd ista conditio si desierit esse debitor, verificatur si desinat solùm esse ciuiliter debitor remanente tamen naturaliter tantum, quamuis ergo conditiones debeant impleri propriè, & strictè. l. qui hæredi. & l. Meuius. ff. de cond. & demon. Ista conditio si debitor esse desierit, adhoc vt propriè dicatur impleri, non requiritur, quòd omnino desinat debitũ, & naturaliter, & ciuiliter, sufficit, quod tollatur obligatio ciuilis, quamuis naturalis remaneat, & sic ille, qui remanet naturaliter tantum obligatus, dicitur propriè, & strictè desinere esse debitor. & licèt Barto. pro isto not. nihil alleget, tu potes allegare text. not. licèt vulgatum in l. fideiussor obligari. §. fideiuss. in versic. propriè, & in verbo per abusionem. ff. de fideiuss. vbi dicit ad literatum text. quòd ille, qui est debitor naturaliter tantum, est impropriè, & per abusionem debitor, nam conditionibus verba debent propriè capi. confirmatur, quia ille dicitur propriè debitor, à quo inuito potest extorqueri. l. debitor intelligitur. ff. de verbor. sign. sed quando remanet naturaliter tantum debitor, tũc naturalis sola non est potens ad agendum, nec ab eo potest extorqueri, quia obstat exceptio. ad idem text. not. in l. si is cui. § Flauius. ff. de solu. vbi in materia fauorabili si testator mandat satisfieri omnib. debitorib. suis, non venit ille, cui est obligatus naturaliter tantum, quamuis ergo remaneat obligatus naturaliter, dicitur impropriè, & abusiuè debitor, ergo Bart. bene dixit, si debitor esse desierit, si desinit esse debitor ciuiliter licèt remaneat obligatus, dicitur propriè desinere esse debitor, & abusiuè dicetur debitor, sed aduerte, quia glos. & Barto. præsupponunt, quòd in isto text. promissor promisserit fideiussorio nomine, & ita etiã tenet Ang. & isto modo iste tex. quando dicit cum debitor esse desierit, non potest stare propriè, quando ipso iure desinit in totum esse debitor, & sic naturaliter & ciuiliter, puta per solutionem, vel acceptilationem, sed intelligitur, quando desinit esse debitor taliter, ꝙ obligatio fideiussoria potest stare, puta quando desinit esse debitor ciuiliter, & remanet naturaliter debitor, cui naturali potest accedere fideiussor. l. fideiuss. obligari. ff. de fideiuss. vel desinit esse debitor in effectu, quia desinit esse soluendo. tamen Bart. vult, quòd quando desinit ciuiliter tantum esse debitor, quòd verba text. stent strictè, & propriè, & propter istud fecit Bartol. multum notare, vt statim dixi supra. Ista lect. procederet si constaret, quòd in hoc text. iste promissor promisisset fideiussorio nomine, tunc text. debet intelligi in casu possibili, ne vitietur fideiussio per regulam. l. quoties. & l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus.

ĩ.eod. ſed cùm in iſto text. ſtipulatio ſit facta ſimpliciter ſine
nomine fideiuſſoris,pro certo text.debet planè intelligi, quod
iſte promiſit vt principalis debitor, & non vt fideiuſſor, ſicut
ſi promiſiſſet ſub quauis alia conditione, vt dicit litera, &
tunc verba literæ procedunt propriè, & clarè ſine iſtis ſubau-
ditionib.Barto & Iacob.de Aren. ita originaliter tenet.d.Chri-
ſto. de Caſtil. quem ſequitur Raph. Cum. licèt de eo non fa-
ciat mentionem. Idem tenet Imo. Pau. de Caſt. Lud.Alexan.
& Aret.& do. Petr. de Bex.hic. iſtum intellectum etiam tradit
Bald.hic,qui intelligit,quòd in iſto text.promiſſor, & eius ob-
ligatio ſit per ſe ſtans, & ſic ſit expromiſſor, & non fideiuſſor,
de quo dixi in l.5.§. ſatisacceptio.ſ̃.eod.punctus eſt videre pro
intellectu neceſſario iſtius text. an iſte text. loquatur in fideiuſ-
ſore, an in eo, qui promiſit vt principalis, videtis, quòd *com-
munis opin.* omnium eſt contra glo. & Bartol. quòd iſte expro-
miſſor promiſit vt principalis, & non vt fideiuſſor, & verba
literæ clarè procedunt. iſtam opin. confirmat Alexan. quia in
dubio videtur quis ſe obligare ſuo nomine, & non fideiuſſo-
rio.text.eſt in l. & magis. ff.de ſolu.l. Papin. ff. mand. eandem
opin.confirmat Aret.alio medio, quia qui promittit ſub con-
ditione,quatenus à principali debitore exigi non poſſit,iſte nõ
dicitur fideiuſſor, ſed eſt quædam alia ſpecies obligationis per
ſe ſtans. allegat text. in l. penul. ff. de fideiuſ. tut. & in l.fin. in
princip. ff. ſi cert. peta. & in l. decem.infra eod. eandem opin.
confirmat Bex. alio fundamento, quia quando quis apponit
pactum, vel conditionem contra naturam fideiuſſionis, ap-
paret,quòd promittit eo animo, vt ſit principalis debitor, &
non vt fideiuſſor, per regulam. l.quoties.infra eod. ſed in iſto
text. iſte vult eſſe obligatus liberato principali, quod eſt con-
tra naturam fideiuſſionis.l. in omnibus. ff. de ſolu. ergo iſte in
text.noſtro promiſit vt principalis, non vt fideiuſſor. Licèt
a omnes teneant contra [a] gloſ. & Barto.puto, quòd diſputatiuè
optimè poſſit defendi opin. Barto. ad iſtum text. quòd hic iſte
promiſit fideiuſſorio nomine, & non vt principalis, probo
per vnum fundamentum, per quod tolluntur omnia ſupe-
rius adducta: nam in iſto text.tu promiſiſti mihi illud, quod
Titius mihi debet,certè dico,quòd diceris eſſe fideiuſſor:nam
regulam habemus, quòd quando pecunia peruenit ad alium,
in dubio promittens videtur promittere vt fideiuſſor. gloſſ.
eſt not.& ordi.in l.ſed Iulianus. §.item ſi duos. in gloſ. magna.
circa medium.ff.ad Macedonia.& gloſ.not.in l. vir vxori.§.fin.
in gloſ. magna ad fin. ff. ad Velleia. quæ gloſ. not. allegatur,
quod quando duo ſe obligant inſolidum, ille ad quem pecu-
nia peruenit, tenetur vt fideiuſſor, non vt principalis, ponit
Paul.de Caſt. in rubr.C. vt nemo inui.facit. l.ſi non ſinguli. C.
ſi certum petat. & per hoc fundamentum videntur tolli alle-
gata in oppoſitum. nec text. in l.vbi autem. §.qui verò. refra-
gatur, quia imò facit pro hac parte. Item non facit regula. l.
quoties. quia fateor, quando ſtipulatio aliquo modo valeret,
ſed hic valet, ſi principalis debitor deſinat eſſe ſoluendo, vel
deſijt eſſe ciuiliter obligatus. Item non obſtant text. allegati
per Aret.in contrarium, quia text.per eum allegati non dicũt,
quòd ille interuenerit vt fideiuſſor,& dato, quòd illi text. hoc
dicerent, loquuntur, quando promittit limitatiuè, puta pro-
mitto id,quod talis non dederit. Ad fundamentum Bexu.po-
teſtis reſpondere per illud, quod voluit Iacob.de Are.& Bar-
tol. quòd verba debent intelligi ſecundum naturam contra-
ctus,ſuper quo interponuntur, vt hic per Barto. ita videtur di-
ſputando poſſe defendi opin. gloſſ. & Bartol. licèt omnes ſint
ad oppoſitum.¶ Vltra alios,vt nihil intactum circa text.relin-
quatur, aduerte inquantum Barto. & Scribentes ſaluant pri-
mum intellectum gloſſ.quod text.in verbo. eſſe deſierit, intel-
ligatur per præſcriptionem, per quam tollitur ciuilis obliga-
tio remanente naturali, iſtud poſſet procedere habito reſpe-
ctu legum Codicis, ſed iſtud non cõgruit ad legem noſtram,
quia de iure Digeſtorum præſcriptio. 30. anno. non erat co-
gnita,per quam tollitur ciuilis remanente naturali obligatio-
tione.gloſſ.eſt in l.qui occidit. §.1.ff.ad leg. Aquil.gloſ.in l.Iul.
ff.quib.ex cau. maio.glo.& Barto. in l. in omnib. ff.de diuer.&
temp. præſcriptio. & in ſpecie iſtud fatetur Barto. met in l. fin.
§.1.ad fin.ff.rem rat. hab. & per iſta remanet, vt puto,perfectè
expedita.1.lect.gloſſ.¶ Circa ſecundam lect.gloſſ. quam Barto.
ſaluat allegando.l.legaui. vbi eſt gloſ. fin. ff.de liber. lega. adde
melius facere text.in l.ſi ſic. §.1.in fin. & in l. apud Iulianum.§.
idem Iulia.ff. de lega.1. & cum Barto. tenent Angel. & Ludo.
Rom.& dom.Alexan.hic.contrarium, & fortè melius tenent
Imol.& plenius Raph.Cum.& Aret.hic, quia dicta.l.legaui.in
qua ſe fundat Barto. procedit, quando quis legat illud, quod
tertius ſibi verè debet, tunc ipſam obligationem videtur lega-
re,vel promittere,ſed in iſto text. confertur promiſſio in tem-
pus,in quo ille deſinit eſſe debitor, & tunc ipſa res, quæ debe-
batur,cenſetur promitti,ideo ipſa obligatio, quia ipſa obliga-
tio eſt pene inutilis,intelligendo, vt facit Bartol.pro hoc etiam
alleg.Rapha.Cum.text. in l. qui duos.§.fin.ff.de leg. 2.qui text
parum facit,quia loquitur in diuerſo caſu, quando teſtator le-
gat duobus inſolidum, quod à reo debetur. hic quando vni
tantum legatur.ad idem alleg.Raph. Cum.text. in l.ſi ſic.§.fin,
ſed melius allegaſſet in verſic. proinde, ibi, eſſe. n. debitor de-
bet,niſi dicas, quòd etiam hic ſit debitor naturaliter, & ciuili-
ter, licèt non ſit ſoluendo, vt intelligit Bartol. quo caſu poſſet
deuenire ad pinguiorem fortunam. l. 3. ff. de ceſ. bono.capit.
Odoardus. extra de ſolu. vel quando eſſet naturaliter tantum
3 debitor, † quia ſola naturalis poteſt cedi, vt eſt text. ſing.in l.
ſi eius.ff. ad Trebell. Item naturalis eſt potens ad compenſan-
dum.l.etiam.& l.quæcunque.cum gloſſ. ff.de compen. quam-
uis, vt dicit Aret. veriſimiliter partes non cogitarunt de ta-
li caſu.

ADDITIO.

a ¶Contra.Adde eundem Iaſ.in l.decem.1. not.ĩ.eod. vbi videtur tenere contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Falſa cauſa de præterito non vitiat ſtipulationem ſicut nec legatum.*
2 *Quando proponuntur duæ quæſtiones, poteſt ordine præpoſtero prius reſponderi ſecundæ quæſtioni.*
3 *Si mutuaui tibi decem, poſteà reperitur, quod per ſtipulationem promiſiſti mihi ex cauſa mutui, intelligitur de eiſdem decem,etiam ſi ex internallo interpoſita fuerit ſtipulatio.*
4 *Actio competens ad dotem datam non nouatur per ſtipulationem ſequentem,in qua eſt duplicata ſumma dotis præcedentis.*
5 *Per ſecundam ſtipulationem continentem in duplo plus quam prima, non videtur nouari præcedens obligatio.*
6 *An valeat argumentum de vltimis voluntatibus ad contractus, & ècontra.*
7 *Quando legatum ex cauſa dotis eſt factum à perſonis, inter quas cadit naturalis affectio,& charitas legandi,& dotandi, tunc falſa cauſa non vitiat legatum.*
8 *Factum tempore prohibito ſi conferatur in tempus non prohibitum,an debeat valere.*
9 *Si promiſſio dotis non receptæ, vel confeſſio fiat conſtan. matr. animo donandi inter coniuges inæquales,an valeat, vel ne,& ſi valet an ireuocabiliter.num.13.*
10 *Donatio remuneratoria valet,& tenet conſtante matr.*
11 *Maritus non nobilitatur propter nobilitatem vxoris.*
12 *Non eſt veriſimile,quod quis velit obligari duplici obligatione.*

LEX XXI.

SI diuortio. Falſa cauſa de præterito ſciẽ-
ter emiſſa non vitiat ſtipu-
lationem ſicut nec legatum.hoc dicit, & eſt not.&
ſing.l.ſecundum Bald. ſed iſte text. cum difficulta-
te ſaluatur ab obiectis,vt infra patebit. Diuide iſtam.l.in quin-
que partes. In prima ponitur vna quæſtio. In ſecunda alia. In
tertia ordine præpoſtero reſpondetur ſecundæ quæſtio. In
quarta reſpondetur primæ.In quinta illa vltim. reſponſio com
probatur per ſimile. Secunda ibi,vel quæ centum. Tertia ibi,
Proculus ait.Quarta ibi, dicendum itaq;. Quinta, & vltim.eſt
1 ibi,ſicuti cùm filiæ.¶ † Nota primò, [a] quòd falſa cauſa de præ-
a terito non vitiat ſtipulationem ſicut nec legatum. Limita ve-
rum in promiſſore ſciente cauſam eſſe falſam, nam tunc va-
let,ſecus in errante,vel ignorante.l.penul.§.mulier. ff.ſol.matr.
allega. in gloſſ. penul. Secundo limita, quando ex falſa cauſa
deficerent ſubſtantialia contractus, puta pretium in emptio-
ne.l.ſi quis fundum.ff.de contrahen.emp.,de quo text.ſtatim di
2 cam poſt Bartol. ¶ † Secundò not. hic eſſe text. pro eo, quod
volunt Cano.Anto.de Butr.& dom.Card.Flo.in cap. paſtoral.
§.1.de reſcrip.quòd quando proponuntur duæ quæſtiones, po
teſt ordine præpoſtero prius reſponderi ſecundæ quæſtioni,de-
inde primæ, ex quo notatur modus reſpondendi argumentis,
ſæpè reſpondendo bonum eſt incipere à ſecundo argumento,
quando ex reſponſione ſecundi ſequitur reſolutio primi, &
ita

ADDITIO.

a ¶Not.1.An,& quando falſa cauſa vitiet actum, vide Fely.in c.quod ſuper his in prin.1.& 2.col.de fid.inſtrum.

a ita ego sæpè facio in disputando, & in consulendo.[a] ¶† Tertiò
3 per istum text.decidit not.Bart. vbi bene enucleauit medulam
huius text.in l.triticum.ꝭ.eod.ꝙ si mutuaui tibi decem, posteà
reperitur, ꝙ per stipulationem promisisti mihi ex causa mu-
tui, intelligitur de eisdem decem, etiam si stipulatio fuerit in-
terposita ex interuallo, & etiam si quantitas comprehensa in
stipulatione sit maior, vel minor. ita dicit esse text. not. hic.
¶ Quartò diligenter pondero text. ibi, centum tantum in obli-
gatione venire, hic singulariter probari, ꝙ ex stipulatione secun
da potest agi ad illa centum, quæ sunt vltra dotem, non autẽ
ad alia centum, quæ debebantur ex veteri obligatione dotis,
& consequenter est text. ꝙ vtraque centum non possunt peti
* ex stipulatione secunda, & tamen Bart. *& communiter omnes* in
1.q.extra glo.volunt oppositum, & tenent, ꝙ in isto text.non
solùm illa centum, quæ fuerunt extra, & vltra dotem possint
peti actione ex stipulatu, sed etiam alia centum in dotem data
similiter peti possunt actione ex stipulatu, eo quia non debet
in hoc text.sumi arg. à contrario sensu, sed certè potest canta-
re Bart.quantum velit, taxatiua tantum in isto text. posita abs-
que eo, ꝙ sumatur argumentum à contrario sensu expressè,
& ad literam excludit, ꝙ alia centum, quæ erant in dote, non
possint peti ex secunda stipulatione, sed actione de dote, & sic
est hic text.ineuitabilis contra Bart.& seq.dicam.ꝭ.in loco suo.
4 ¶ Quintò not.tex.ibi, alia centum actione de dote deberi, † ꝙ
actio competens ad dotem datam non nouatur per stipula-
tionem sequentem, in qua est duplicata summa dotis præce-
5 dentis, & consequenter hic est text.ꝙ † per secundam stipula-
tionem continentem in duplo plus quàm prima non videtur
nouari præcedens obligatio, contra regulam.l. qui vsufruct. &
l.scire debemus.in princ. ꝭ.eod. & quæ sit ratio huius, dicam.ꝭ.
6 secundum ordinem Bart.¶† Sextò not.[b] ex vers.fin.sicuti cum
b filiæ, &c. text. arguentem de vltimis voluntatibus ad contra-
ctus, sed aduerte, quia istud argumentum Iurisconsulti, & ista
argumentatio non videtur esse bona, quia Iurisconsultus hic
arguit de magis fauorabili ad minus fauorabile: nam planum
est, ꝙ vltimæ voluntates fauorabiliores sunt quàm cõtractus,
& ꝙ in vltimis volũtatibus fit benignior interpretatio quàm in
cõtractibus.l.in testamentis.ff. de reg.iur.c.cùm dilecti.de don.
præsertim in stipulatione, quæ est stricti iuris, & strictè intel-
ligenda. l. quicquid astringendæ. ꝭ.eod. vnde non procedit ar-
gumentum à maiori ad minus affirmatiuè gl.in c.cùm in cun
ctis.de elect.facit Auth.multomagis.C.de sacrosan.Eccles. pos
set ad hoc argumentum responderi, quando est eadem ratio,
procedit argumentum de vltimis voluntatibus ad cõtractus,
hic est eadem ratio, ergo, &c. sed non est verum, dicam.ꝭ.& iõ
aliàs legendo.l.quę de legato.de leg.1.ostendi per infinitos tex.
ꝙ neutrum est bonum argumentum, & dixi ibi me admirari,
ꝙ text. posuerit istam argumentationem, & si contingat me
iterum legere illam legem, quæ de legato his, quæ ibi dixi, mul
ta alia addam, sed pro nunc sustinendo Pomponium, volo,
ꝙ dicamus, ꝙ Iuriscon.arguat de contractibus ad vltimas vo-
7 luntates, ꝙ ideo sit, quia eadem sit ratio. ¶† Septimò ponde-
ra, quòd etiam iste text.in fin.loquitur, quando legatum ex cau
sa dotis fiebat à personis, inter quas cadit naturalis affectio, &
charitas legandi, & dotandi, quando frater sorori, pater filiæ, fi-
lius matri, tunc falsa causa non vitiat, quia hoc operatur cha-
ritas, & coniunctio sanguinis, quomodo ergo Iureconsultus
adducit ista similia, quia istud simile non congruit vllo modo
ad principalem decisionem text.inter maritum, & vxorem fa-
cto diuortio, quod solet fieri ex odio, rancore, & dissensioni-
bus, sustinendo, & defendendo text.responde, quòd iste tex.in
fin.subiungit, vel alij ciuilibet, & sic loquitur, etiam vbi non ca
deret illa charitas sanguinis, vt patet ex illa vniuersali, vel alij
cuilibet, & sic etiam si penitus sit extraneus, vel maritus quon
dam vxori.in princ.n.text.vbi loquitur, quando mulier stipu-
latur facto diuortio, & maritus ex certa scientia promittit do-
tem, quam non receperat, vel promittit duplo maiorem, cer-
to isto modo maritus promittendo non exercet actum ran-
coris, vel odij, sed præsumitur facere ob honorem matrimo-
nij bene transacti.secundum Bald.in l.generaliter. in 4.colu.C.
de non num. pec. vbi ad hoc allegat istum text. & declarat in
isto vltimo, & ita, vt puto, habes bene enucleatum istum text.
c ¶ Ante glo.[c] Bart.format duas oppositiones. Prima est de l.si
quis fundum.ff.de contrahen. emp. & responde dupliciter, vt
hic per eum. Pro prima responsione, quæ fuit antiquorũ Iac.
de Aren. & Dyn. adde facere, quia quando deficit substantia
contractus, facit vt actus deficiens in substantialib. sit ipso iure
nullus.l.cùm præcario.la.1.ff.de præca.c.fin. de condi. apposi.
not.per Barto.& alios in l.vbi ita donatur.ff.de don. cau.mort.
vnde alibi dicit gl. sing.in cap. non putamus.in verbo officiali.
de consuetu.in 6. ꝙ est capitulum ſm, ꝙ consuetudo non po-
test disponere actum valere, si in eo deficiant substantialia cõ-
tractus, & not.illã gl. Vltra Bart. tu potes tertio modo rñdere,
ꝙ in d.l.si quis fundum.fuit error, ideo vitiat sicut in l.penul.§.
mulier.ff.sol.matr.allegata in gl.sed iste text.loquitur, qñ scien-
ter fit promissio aliàs nihil valeret.posses replicare, quid si in l.
si quis fundum.ille sciret, tunc rñdendo recurro ad primam so
lutionem supra datam. ¶ Circa secundam oppositionem Bar.
ꝙ sequens stipulatio, ex quo continet in duplo plus quàm pri
ma de dote, ergo debet eam nouare, rñdet Bart. ꝙ in hoc text.
secunda stipulatio fuit facta animo non nouandi, & sic in hoc
text.fuit expressè actum, ꝙ secunda stipulatio non nouaret. se
quitur Io.de Imo.hic, sed ista solutio euidenter diuinat ad hũc
text.ideo eam reijcio.item cùm iste text.loquatur simpliciter,
& consequenter in casu dubio, & regulam habemus, ꝙ in du-
bio stipulatio sequens, quæ continet plus, renouat præceden-
tem.l.scire debemus.in prin.& ibi gl. in verb.mixta. & in l. qui
vsumfru.ꝭ.eod.Bart.in l.pen. ff.de præto.stip. reiecta sol.Barto.
Aret.hic multum se inuoluit circa istud contrarium, ꝙ repu-
tat difficile, varias etiam solutiones refert Ale. hic.plurib.omis
sis vera, & plena solutio est, ꝙ in hoc text. prima actio de dote
erat diuersi generis, & formæ à secunda stipulatione: nam erat
bonæ fidei, & habet multa priuilegia.patet in l.2. §.1.ff. de pri-
ui.credi. & in l. assiduis.C.qui po. in pig.ha. ideo non nouatur
per secundam stipulationem, ratio, quia non interest stipulato
ris, ꝙ noueтur prima actio de dote, imò pateretur damnum,
quia perderet priuilegia dotis, quæ non haberet secunda stipu-
latio.l.aliam. cũ ibi not.ff.de noua.ista est bona solutio ex men
te Rayn.& Raph.Cum.hic.& istam teneo alijs reiectis.confir-
matur, qa stipulatio sequens continet plus re q̃ prima, ideo no
uat, qa vtile est stipulari.ita loquuntur iura præalleg.ergo ces-
sante rõne illorum iurium, qñ non esset vtile stipulari, sed dam
num, tunc non nouat.casus est hic.¶ Capio glo.in verbo si di-
uortio.q̃ diuide in tres partes principales.In prima tacitæ quæ-
stioni rñdet vno modo ſm Azo. In secunda ponit aliam opin.
In tertia ꝯ illam opponit, & non soluit. Secunda ibi, & dic, ꝙ
8 ẽt constante.Tertia ibi, sed argm̃ ꝯ.ꝭ.eo.¶† In gl.prima[d] ad fin.
d tene primam opi.gl.nec est verum, ꝙ ista stipl'o debeat valere,
eo qa conferatur in tp̃s quo valere posset, ex quo.n.fit constan
te matrim.& sic tp̃e prohibito, ergo non debet valere, q̃uis exe
cutio conferatur in tp̃s soluti matrimo.per l.in tp̃s.ff.de hær.in-
stit.c.de vxore.de sepul.& ibi Abb.not.& Bart.in l.ꝙ sponsæ.C.
de don.ante nup.nec aliq̃d facit tex.in l.si eum.§.fin.cùm l.seq.
alleg.in gl.ibi, in donatione cã mort. effectus, & validitas con-
feruntur in tempus morti, s merito valent, sed in quęstione no
stra promissio fit in præsenti, nec confertur in futurum quam-
uis executio conferatur solu.matr.bene est verum, quòd pro-
missio dotis facta animo donandi constante matrimonio
confirmatur morte ipsius mariti præmorientis.text. est cum
glos.in dicta.l. quòd de suo. & text.in l. antepen.C. de don. in-
ter vir. & vxo. & si diceretur, quòd donatio inter virum, &
vxo. facta simplici promissione non confirmatur morte. l.
Papinianus.ff.de don.inter virum & vxorem. est verum quan
e do non interuenit traditio vera, vel ficta,[e] sed promissio
cum.

ADDITIONES.

a ¶ Consulendo. Adde, quòd Doct. consulen. primò ponere debent argum. in vtraque parte, & sic argumenta contra id, pro quo volunt consulere. Deinde fundabunt intentionem illius, pro quo consulunt, tertio loco respondebunt ad arg. contraria, ita docet Rol.vir, & præses in Casal.Senatu ornatiss. cons.1.in princ.consil.13.consil.56.82.lib.3.& dixi ad eundem Ias. in l.apud Iulianum.§. si Titius.num. 10.ff.de lega.1. qua in re ab aliquib. magis laudatur, quòd in consilijs procedatur decisiuè, & illa reddantur breuia sine iurium pompa, sed sola rationum allegatione, vt monet Corn. cons. 79.col. 1. libr. 3. Quòd & hodie Anno. 1573. quo hæc scribimus. ab omnibus ferè aduocatis obseruantum videmus eam ob causam, quia scire volunt omnes, mercedem soluere nemo, & pauci sunt, qui largè soluant, nisi coacti, vel ex necessitate, vel quia eorum scripturæ pignora sunt aduocatorum.MASVER.

b ¶ Sexto not.Et vide eundem Ias.in l.quæ delegato.de lega.1.vbi affirmatiuè, & negatiuè ponit regulam, & examinat.

c ¶ Ante gl. Vide Pau.de Cast. & Alex.in l.cùm quid.ff.si cert.pet.

d ¶ In glo.1.Circa istam glo.in verb.secus si constan.matr.Aret. hic post Doct. per eum relatos facit vnam distinctionem & in cons.86.inc.diligenter consideratis.vide hic, & ibi per eum, & aduerte etiam ad vnum; quòd confessio facta constan.matr.in qua maritus iurat se habuisse ab vxore, est suspecta, & non valet.ita dicit Ioann.Andr.in addi.Spec.super vers.rescrip. & Cyn.in l. 1.C.de sacrosan.Eccles.& Bart.in l. cùm quis decedens.in §.Titia.ff. de lega. 3.an autem donatio inter vir.& vxor.iurata valeat, disputat Io.de Imo.in c. cùm contingat.char.antepen.de iureiur.& tandẽ videtur concludere, quòd sic, quæ sit ratio diuer.vide per Ant.Corse.in repe.rub. de iur.iur.in 25. priuilegio iuramenti.

e ¶ Vel ficta.Quid operetur ficta traditio in dote, vel donatione, vide per Alex. cons.suo.36.incip.viso.2.vol.& cons.45.inc.habita consideratione.in 5. vol. per Felyn.in cap.si cautio.de fid.instrum.Ang.in consil.106. incip. quædam mulier donauit.in fin.

cùm confeſſione dotis receptæ confirmatur morte. glo. eſt in
l.quod de ſuo.C.de dote cau.non nume.Bart.in d.l.Papin.quia
per talem confeſſionem fingitur mulier accepiſſe dotem. arg.
l.3.§.ſciendum.ff.de don.inter virum,& vxor.& l.3 §.1.ff.de iure dot.& ad hoc ſing.Pau. de Caſt.in l. 1.§.ſi vir. ff.de acq. poſſ.
Bald.in l.1. C. de dona. ante nup & in l.2.§. creditum.ff.ſi cert.
per.ſubdit Bart.idem eſſe ſi promiſſio dotis non receptæ fieret
ante matrimonium non valeret,per. l. 1. C. de don.ante nup,
quia ex quo fit ſub nomine dotis, neceſſario confertur in tempus matrimonij.l.1.C.de dote ca.non num.vnde maritus poſſet quandocunque reuocare.l.2.C.de dote cau.non num.ſicut
poteſt reuocare quandocunque donationem factam prætex-
9 tu matrimonij.l, à marito.C.de don.inter vir.& vxo.¶† Quærit Bart.de pulchra quæſtione, ſi promiſſio dotis non receptę,
vel confeſſio fit conſtante matrimonio animo donandi inter
coniuges inæquales valeat necne, quando vilis aut ignobilis
acciperet mulierem valde nobilem in vxorem, vel quando
ſenex acciperet iuuenculam in vxorem, nunquid valeat necne,concludit Barto. quòd ſic, quia eſt donatio remuneratoria,
quæ conſtante matr. valet, & tenet,per l.quod autem.§.ſi vir.
10 & vxor.ff.de dona. † inter vir. & vxo.cui adde Bald. & alios in
l.ſi pater puellæ, per illum text.C.de inoffi. teſta. videas tamen
text.not.in l. quæ iam nuptæ.ff.de don.inter vir.& vxo.de cuius
intellectu dixi in illa.l.ſi pater puellæ.cum iſta deciſione Barto.
tranſeunt Imo.Raph.Cum.& dom.Alex.hic.Pau.de Caſtr. &
Aret.nihil dicunt.contrariam opin.tenet Lud.Rom.hic, quia
ex quo poteſt capi alia præſumptio quàm remuneratoriæ donationis,illa debet capi. l. ſi cùm aurum.ff.de ſolu. ſed hæc ſtipulatio,vel confeſſio poteſt præſumi facta, vel ſpe futuræ numerationis, vel quod iſte tegat verecundiam ſuam, quia accepit vxorem ſine dote.Contra Bart.fortius tenent Mod. Peruſini hic,quos referunt alibi Moder.Senen. in l.1.in 5.char.ff.ſolu.
matr.& licèt non dicant in ſpecie,ita latè tenuit d. Bald.nouellus de Peruſi.in tractatu de dote in 10.parte. in 6. colu. & ſeq.
vbi dicit, quòd in puncto iuris, & in via diſputationis realiter
poteſt teneri cõtrarium.pro iſta opin. contra Bart. mouentur
per duo fundamenta, quę videntur multum ſtringere.Primò,
11 quia non eſt verum præſuppoſitum Bart.quòd † propter nobilitatem vxoris maritus nobilitetur,ſed bene ècontra text. eſt
in l.fęminæ.ff.de Senato.& in l.mulieres.C.de dignita.lib.12.niſi dixerimus ſecundùm eos, quòd ex quo vxor dicitur eſſe famula mariti,non tamen ſerua.iuxta.l.aſſiduis.C.qui po.in pig.
habeãt.text.in c.hæc imago. & ibi clarius gl. 33. quæſt. 5.vnde
verecundum eſſet,quòd aliquis ſeruiat inferiori ſe, & ignobili.
ita not.Bald. in l. 1.per illum tex.C.de Senatuſconſ. Clau. & ex
hoc ſuſtinetur donatio quaſi huius remuneratoria. Secundò
contra Bart. allegant fortem text. in quo iacet punctus in l.videamus.de don.inter virum,& vxo.vbi text. vult valere donationem inter libertinum,& filiam Senatoris,quia inter eos matrimonium non valebat, ergo ſi matrimonium valuiſſet, illa
donatio fuiſſet nulla, & tamen erat facta inter perſonas multum inæquales.Ad idem, & tertiò videtur eſſe bonus text.in l.
quod ideo.§. fin.ff.eod.titu.de don.inter vir.& vxo.vbi non valet donatio facta conſtante matrimonio inter patronum, &
eius libertam, quam accepit in vxorem, & tamen ibi eſt euidens inæqualitas perſonarum, & tamen donatio inter eos facta non valet neque tenet,ergo contra Bartol. Tenendo iſtam
partem non obſt. text. in quo eſt totum fundamentum Barto.
in dicta.l.quòd autem.§.ſi vir & vor.vbi donatio remuneratoria inter coniuges valet, & tenet, quia reſpondent præfati Peruſini, quòd loquitur de remuneratione afferente commodũ
burſale ſeu pecuniarium, vir autem ignobilis nihil conſequitur ab vxore nobili.dicta.l.mulieres.C.de digni.lib.12.quia per
hoc,quòd vilis,& ruſticus capiat nobilem,non nobilitatur. firmat Bart.in l.fin.C.de verb.ſign. vnde potius procederetècontra,quando mulier daretur viro nobili, quia ipſa bene nobilitatur ab ipſo viro.ſtringe fortius iſtam ſol.quia vltra,quòd tex.
in d.§. ſi vir, & vxor. loquatur in remuneratione ex cauſa afferente commodum burſale, dico, quòd quando maritus vilis
accipit nobilem in vxorem, nedum non habet commodum
pecuniarium, imò nec aliud commodum honoris, quia non
nobilitatur ab ea,imò,vt docet experientia rerum magiſtra.c.
cùm ſit.de elect. in 6. quando vnus ſenex capit iuuenem,non
percipit vtilitatem imò tormentum,& vilis nobilem,quia volet,ꝙ ſibi ſeruiat, & ſit ſubiectus. ideo quomodo debet remunerare,vt ſic dicatur remuneratoria. Adde vltra Scribẽtes hic,
ꝙ etiam contra Bart.tenuit Bald. in c. ſi cautio.in 1.col. de fid.
inſtrum.vbi tenet, ꝙ imò talis confeſſio aut promiſſio dicitur
ſimulata,& ſic nulla,quando plebeius accipit nobilem in vxorem,vel quando ſenex puellam,prout dicit ibi Bald. feciſſe do.
Ant.de Scalfanatis, & exceptio ſimulationis perpetuò poteſt
opponi, quia nunquam fuit animus obligandi ſe, ita dicit eſſe
glo.in d.l.ſi voluntate. ita etiam tenet Bald. in c. ſuper eo.el. 2.
de teſt.& Bal.poſt Cyn.in d.l.ſi voluntate. C.de dot. prom.ſed
a certè dicat Bald. [a] quicquid velit, in dubio data inæqualitate
debet præſumi promiſſio, aut confeſſio facta animo remunerandi, quia licèt aliàs in dubio nõ præſumatur donatio.l.cùm
de indebito. ff. de proba. & potius debet præſumi ſtultitia quã
donatio.Bald. in l.generali. C.de non num.pec. tamen donatio
remuneratoria debet præſumi.l.ſi vero non.§.idem Papinia. ff.
man.clarè vult Bald.in l.1.C.de don.ante nup.& Alex.hic in fi.
adde etiam,ꝙ Are.non hic,quia hic nec verbum quidem,ſed
in d.c.ſuper eo.el.2.de teſti. pro habenda veritate facit duos articulos. Primus eſt,vtrum maritus ignobilis aut ſenex,quando
confitetur, vel ſtipulatur,videatur confiteri dotem animo donandi.Secundo poſito,ꝙ ſic,ꝙ cenſeatur promittere, vel confiteri animo donandi, an talis donatio tanquam remuneratoria valeat,& teneat.¶ Circa primum dicit aduertendum, ꝙ licèt Bart.aliter ſentiat,& malè, verum eſt,ꝙ licèt maritus ignobilis accipiat nobilem in vxorem, ꝙ licèt non ſperet dotem ſibi numerari à tali muliere nobili,per hoc non ſequitur,ꝙ cenſeatur ſibi conſtituere dotem de proprio, quia ex vno actu reſultaret duplex onus.Primum habere vxorem ſine dote,& obligari ad eam alendam.Secundò,ꝙ ei vlterius obligetur ad re-
12 ſtituendam dotem,quam non habuit,† vnde non eſt veriſimile,ꝙ quis velit obligari duplici obligatione.l. Titia.§. qui in vita,& ibi not.ff.de leg. 2.& hanc dicit eſſe fortiſſimam, & naturalem rationem,& ſic in hoc ſequitur opin. Cyn.Bald.& Sal.in
d.l.ſi voluntate contra opi.Bart. ſed iſta ratio mihi non obſtat,
quia vnum venit in neceſſariam conſequentiam alterius, ex
quo maritus ſenex confitetur ex cauſa donationis animo dotandi nobilem, certè vult ſibi conſtituere dotem de ſuo, & eã
13 alere de ſuo.l.fin. C.ad Velleia.¶† Circa ſecundum poſito, ꝙ
talis confeſſio, ſeu promiſſio cenſeatur facta animo donandi,
an valeat irreuocabiliter. Primò dicit videri, ꝙ text. in quo ſe
fundat Bart.nihil faciat, quia procedit in donatione remuneratoria,ex qua prouenit aliquid inæſtimabile,ſed hic per augmẽtum nobilitatis, vel domus non videtur cadere intereſſe æſtimabile,vt colligitur in l.naturalis.in fin. cum ibi not.ff.de præſcrip.verb.& in l.planè. in fin.de lega.1. facit. l. ſi proprijs. C.de
dona.inter vir.& vxorem.vbi iſta ponuntur vt diuerſa, aliquẽ
factum locupletiorem,vel eius accreuiſſe honorem,vel dignitatem.hoc non obſtante in hoc ſecundo tenet opin. Barto.per
text.in l.ꝙ adipiſcendæ,cum duab.ll. ſeq.ff.de dona. inter virũ,
& vxo.iuncta.l.ſi ſponſus.§.conceſſa.eod.tit.vbi dicit tex.ꝙ donatio inter vir.& vxorem non dicitur eſſe prohibita,niſi quando ille cui donatur efficitur locupletior, & tamen antequam
fieret.d.l.ꝙ adipiſcendæ.cum l.ſeq.& ſeq. non poterat vxor donare marito pro honore, vel dignitate acquirenda, ergo apparet,quòd ex augmento dignitatis, vel honoris quis efficitur locupletior,ſed aduerte, quia illi text.probant oppoſitum: nam
text.ibi permittunt,quod vxor poſſit donare marito conſtante matrimonio pro conſequenda dignitate, ergo ſequitur cõtrarium eius, quod dicit Aret. quod ex augmento dignitatis
quis non efficitur locupletior, quia ſi efficeretur, non valeret
donatio. præterea illi text. loquuntur in honore vel dignitate,
quam maritus conſequitur aliunde,non de ea quam conſequitur ab vxore.Quid tenendum?ego & diſputando, & legendo,
& iudicando, & conſulendo teneo in omnibus opin.Barto.&
addo,quòd idem,& plenius tenuit idem Barto.in dicta.l.ſi voluntate.C. de dot. prom. & ibi in fin. gloriatur Barto.& dicit,
quod eſt ſuum dictum nouum, & quod conſuetudo illud obſeruat. idem tenet Bart. in d. l. ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti.in §.
ſi tibi nupſero.per illum text. in verb. cauſa cognita. & ibidem
Ang.j.eod.Bald.in l.1.ad fin.C.de don. ante nuptias. & in l.2.§.
fin.ff.ſi cert.pet. idem tenet Ang. in l. 1.ff.ſol.matr. & in conſ.5.
quod incipit,Andreas Ioann.de Vlterris. Ioan.de Imo. in rubr.
ff.ſol.matr.in pen.col. eandem opin. tenet do. Abb. Pan.in infinitis locis in d.c.ſuper eo.2.per illum text.de teſt.& in c.gemma.in vlt.colum.de ſponſa.& in cap.& ſi neceſſe.in 1.not.& in
cap.fin.in 1.colum de dona. inter vir.& vxo. & in cap. cùm in
Eccleſia.de ſimo.in c.1.ad fin. de adul. ita etiam tenet Petr. de
Anch.in conſ.219. ꝙ incipit, mirum prima facie poteſt videri.
& tenendo iſtam opin. non obſtant allegata in oppoſitum, &
primo

ADDITIO.

a ¶Sed certè dicat Bald.De iſta quæſtione quando vir ignobilis acciperet nobilem,vide Felyn.in capit.ſuper eo.de teſta.cui poſſet addi vnum, quòd ipſe non dicit, quòd iſto caſu mulier non erit priuilegiata pro dote confeſſata vt conſuluit Ang. in conſil. 189.inc.præmitto ad euidentiam.ad fin.in antepen. colum.

primò dum dicebatur, ꝙ quando ignobilis capit nobilem in
vxorem, per hoc non consequitur aliquod commodum bur-
sale,imò nec quid adest marito,cùm non efficitur per hoc no-
bilis,ergo non potest dici donatio remuneratoria,quia vltra re
sponsiones.s̄.traditas per illos Moder. Perusinos, ego defendo
Bar.nouo fundamento, nam considero, ꝙ remuneratio non
causatur à persona mariti, sed ex persona vxoris hoc modo,
nam vxor nobilis nubendo viro ignobili perdit nobilitatem,
& ideo oportet eam remunerare in hoc.l.1.& l.mulieres. C.de
dignita.lib.12.& d.l.fœminæ.ff.de Senato.& istud damnum est
maius quocunque lucro pecuniario. l. Iulianus.ff.si quis omis.
cau.test.l.repræhendenda. C.de instit. & substit. istud ergo ma-
ximum damnum vxoris voluit maritus remúnerare, & istud
fuit licitum constante matrimo.d. l. quod autem. §. si vir. licèt
Barto. non videatur directò voluisse istam considerationem.
Non obstat text.in l.3. §. videamus, qui reuera videtur fortissi-
mus tex.contra Bar.quia considero, quòd in versi. sed fas non
est. videtur velle text. tales donationes non valere inter liberti-
num, & filiam Senatoris, ne melior sit conditio eorum, qui
contrahunt matrimonia contra prohibitionem legis,ergo isto
modo non posset argui à contrario sensu,vt arguunt Perusini,
tamen quia ille text. in fi. videtur decidere contrarium,ꝙ tales
donationes valeant, quia matrimonium non tenuit, ideo re-
sponde secundò,& melius,ꝙ ille tex.non stringit in proposito,
quia ibi non apparet,ꝙ libertinus fuit ille, qui donauit filiæ Se-
natoris,vnde dico,quod fuit totum ècontra, ꝙ filia Senatoris
donauit libertino, & ex magis verisimili diceres,ꝙ ex quo ille
text. indefinitè loquitur, ergo videtur generaliter procedere
vtroque casu siue ab vno,siue ab alio donatio processerit, ta-
men vt dico ille tex.non probat necessariò, non obstat text.in
d.l.& ideo.§ fin. vbi donatio inter patronum, & eius libertam
vxorem suam constante matrim. non tenet, & tamen ibi est
inæqualitas personarum,possem respondere vt proximè r̄ndi,
ꝙ ibi non vr̄,ꝙ liberta donauerit patrono,sed secundo,& me-
lius dico,ꝙ ille tex. probat oppositum,& sic quod potius facit
pro Bart.nam text. ibi expresè assignat cām, quare infirmetur
illa donatio inter patronum,& libertam constante matrimo-
nio,quia diuortium inter eos interuenit.l.sed interim. §.si mari
tus.ff.de dona.inter vir.& vxo.& Bart. hic, ergo si ibi non inter-
uenisset diuortium,text.præsupponit, ꝙ valuisset donatio, er-
go ibi tex.clarus pro Bar.ꝙ inter inæquales consistit donatio,&
ita habes,vt puto bene discussum præsentem articulum, & te-
neas opin.Bar.& vt nihil omittatur ad istam materiam de inę-
qualitate coniugum,adde illud,ꝙ signanter dicit Bald.in l.1.C.
de collu.detegen.limitando istam gl.sing.in l. pen.in versi.con-
fessis.C.de fideius.dicit singulariter Bald in l.1.C.de collu.dete-
gen.ꝙ illa gl.procedit,cū iuuenis,& puella essent æqualis con-
ditionis, sed si essent disparis conditionis,non statur eorum as-
14 sertioni.¶† Extra gl. [a] quærit Bar.an alia centū,quæ verè erant
a in dote, veniant etiam in ista stipulatione secunda, & conse-
quenter in actione ex stipulatu,concludit post Iaco. de Are.ꝙ
sic,& cum Bar.tenent Imo.Pau.de Cast.Roma.& Alexan.hic.
contrarium tenet Raph. Cuma. quia maritus in hac secunda
stipulatione præsumitur promisisse cum dilatione, qua prius
tenebatur per l.si prætor.ff.solu.matrim.nec obst.l.1.§. verum.
ff.de dote præleg. quia loquitur in legato, ꝙ fit animo donan-
di,illud est merum,& purum legatum,sic mera,& pura dona-
tio.nos verò loquimur in stipulatione,quæ est stricti iuris.istud
idem contra Barto.tenet Paul.de Cast. sibi contrarius in l. 2.in
princ. ff.solu.matrimo.per glo.ibi magnam in prin.& sequitur
ibidem Aret.quia secundum eum si aliter diceremus,sequere-
tur magnum inconueniens,cùm hodie in omnib. instrumen-
tis dotalibus apponatur stipulatio, & ꝙ hæredes mariti pro-
pter stipulationem appositam in instrumento non haberent
annum, cuius contrarium vbiq; practicatur secundum eum,
& ibidem vt prædixi sequitur Are.quid tenendum?teneo indu-
bitanter contra *Barto.& communem per* istum text.cui non cadit
responsum, qui dicit centum tantum in obligatione venire,
alia centum actione de dote deberi,iste tex. est clarus,& ineui-
tabilis,prout dixi in tex.in quarto not. ¶ Nec obst. text.in d.l.1.
§. verum. ff. de dote prælega. allegata per Barto. quia respon-
deo aliter quàm Rapha.Cuma. respondeat hic, & Aret.in d.l.
2.dico,quòd ille text non facit ad propositum nostrum, nam
ideo ibi maritus legando dotem vxori,intelligitur tollere dila-
tionem legalem, quia aliàs illud legatum esset frustratorium,
quia nihil aliud adderet primæ obligationi,sed hic quamuis se-
cunda stipulatio non tollat dilationem legalem, tamen de per
se multum operatur,cū in ista stipulatione sit duplicata sum-
ma præcedentis dotis,& ista est ratio,quare iste tex.dicit,quòd
sola centum sunt in obligatione, & alia centū debentur actio-
ne de dote.

ADDITIO.

a ¶Extra glo. &c. Quòd legatum dotis sit conditionale, vide Pau. de Cast.in consi. 249. incip. pro prouisione,secundum antiquam impressionem.

SVMMARIVM.

1 *Error in materia vel qualitate substantiali non vitiat stipulationem propter consensum in corpore.*
2 *Promissor tenetur stipulatori decepto ex clausula dolum malum abesse,si fuit apposita in stipulatione.*
3 *In contractibus stricti iuris non potest agi per stipulationem ratione deceptionis vel doli re ipsa,quando promissor non habuit animum decipiendi,quia & ipse decipitur re ipsa.*
4 *Contractus innominati sunt magis debiles à principio in obligatione contrahenda quàm in ea exequenda.*
5 *Quod error in materia vitiet stipulationem,nulla.l.reperitur.*
6 *Valet venditio domus,quam emptor, & venditor putabant integram, quando pars erat igne consumpta.*
7 *In contractibus innominatis productæ sunt duæ actiones.*
8 *Quando contractus innominatus rescinditur non ex volūtate partium, potest dari condictio ob causam vel actio de dolo.*

LEX XXII.

SI id, quod aurum. Error in materia
stipulationem non vitiat. hoc dicit secundum Bar.
& communiter omnes alios. Istud summarium est de-
fectiuum,quia non complectitur totum tex.ideo complectē-
do totum tex. summa plenius. Error in materia seu qualita-
te substantiali non vitiat stipulationem, dummodo consen-
sus sit in corpore, sed decepto succurritur. hoc dicit totus
tex.diuiditur in tres partes.In prima ponitur decisio. In secun-
da ratio decisionis. In tertia prouidetur de remedio. Secunda
est ibi,quoniam in corpore cōsenserimus.Tertia ibi, sed ex do
1 li mali clausula.¶† Not.primo,ꝙ error in materia vel qualita-
te substantiali non vitiat stipulationem, propter consensum in
corpore, & sic consensus in superficie facit actum valere,licèt
sit erratum in qualitate inuisibili,amplia idem esse in legato se
cundum Rapha.Cum.in l.si quis in fundi vocabulo.in 1.col.ff.
de leg.1.sequitur simpliciter dom.Alex.hic in fi. Secundo am-
plia istum text.in contractu pignoris, si debitor debet pignori
æs,quod affirmat esse aurum, ex quo consentiunt in pignore,
valet,tex.est in l.1.§.fin.ff.de pigno.act.quam glo.fin. hic alleg.
pro concordanti, sed ego. j̃. ponam aliam rationem ad illum
text.¶ Limita istum tex.quod licèt error in materia non vitiet
contractum stipulationis,tamen bene vitiat distractum, & sic
liberationem,& consequenter reddit liberationem nullam. l.si
cùm aurum. ff. de solu. ratio, quia solutio liberat debitorem
propter realem traditionem non autem ex solo consensu.facit
2 l.eleganter. §. qui reprobos.ff.de pig.actio.¶† Secundò not.ex
text. in vlti. par. ibi, sed ex doli mali clausula, quod promissor
tenetur stipulatori decepto,ex clausula dolum malum abesse,
si fuit apposita in stipulatione,iuxta.l.quartam,in princip.s̄. eo.
aliàs potest agi actione de dolo.l.eleganter.§.non solum.alleg.
in gl.& non actione ex ipsa stipulatione,cùm sit stricti iuris, &
sic in ea non veniunt ea, de quibus expresè dictum non est.l.
quicquid astringendæ.in princ.j̃.eod. secus in contractibus bo-
næ fidei,in quibus agitur ex ipso contractu, & actione doli, li-
cèt non fuerit dictum, vt in d. l. eleganter. §. non solum. ff. de
3 dolo.¶† Tertiò noto ex fi.ibi, si sciens me fefellerit, ꝙ in con-
tractibus stricti iuris non potest agi per stipulatorem ratione
deceptionis,vel doli re ipsa,quando promissor non habuit ani
mum decipiēdi,quia & ipse decipitur in re ipsa, certè tunc nō
potest agi nisi dolus proposito promissoris interueniat, vt pa-
tet in isto text.in fi.intellige in stipulatione ex causa lucratiua,
quia tunc de eius natura est,vt promissor non teneatur de dā-
no,nisi fuerit in dolo.l.Aristo.§.fin.ff.de dona.& l.ad res dona-
tas.ff.de ædil. edict. secus in stipulatione interposita ex causa
onerosa, tunc tenetur promissor de deceptione re ipsa, ita in
contractibus stricti iuris,sicut & bonæ fidei, secundum Bart.in
l.si quis cùm aliter.in 1.col.vbi dicetur.j̃. eod. quamuis Raph.
Cuma.hic aliter teneat.Secundò limita in contractibus bonæ
fidei,in quibus indistinctè sufficit dolus siue ex proposito, siue
ex re ipsa interueniat propter æquitatem, quam desiderant ꝯ-
ctus bonæ fidei.l.si sterilis.§.quamuis.ff.de actio.empt.l. 2. C.de
rescin.vendi. Tertio limita ex parte promissoris,vbi indistinctè
quomodocunq; contra eum committatur dolus, etiam re ip-
sa sibi facilè subuenitur via exceptionis.l.si quis cùm aliter. ver.
idem est, vbi dicetur. j̃. eod. Quartò limita in stipulationibus

prætorijs,in quib. etiam dolus re ipsa sufficit, quamuis adesset voluntas decipiendi.l.si sine.§.si in stipulatione.ff.rem rat. hab. quia in stipulationibus prætorijs æquitas multum attenditur, sicut in contractibus bonæ fidei,& in eis magis inspicitur ęquitas prætoris,quàm mens contrahentium.l.1.ad fin.ff.de præto. stipu.& in l.in conuentionalib. ÿ.cod. sed in stipulationibus vbi contrahentes dant formam,magis verborum formam,quàm mens prætoris inspicitur.d.l.quicquid astringendæ.ÿ.eo. ¶Glo. in verbo clausula.diuiditur in tres partes principales. In prima rñdet tacitæ quæstioni, qua actione agatur in stipulatione, qñ erratum est in materia.In secunda respondet tacitæ oppositioni.In tertia,& vltima rñdet aliæ quæstioni , qua actione agatur in actione bonæ fidei,quando est erratum in materia.Secunda ibi,sed venditio.Tertia ibi,& agitur ibi ex clausula.¶In secunda parte gl.Bar.post Petr.de Bellaper.repræhendit sol. sic & differentiam gl. isto arg. quia si do tibi massam argenti , vt des mihi istam massam auri, & erroꝫ, quia est ex ære , talis error in ɔ̃ctu innominato,& stricti iuris vitiat istum cõtractum propter defectum consensus,sicut vitiat contractum emptionis,& aliũ contractum bonæ fidei.Tu aduerte, ꝙ Bart. non probat istam suam rationem aliqua lege , sed solùm ex identitate rationis. Secundo posito,ꝙ illud procederet in exemplo Bar.in contractu innominato , non videtur bonum arguere à contractu innominato ad alios contractus stricti iuris , qui sunt nominati.
4 cùm habeamus regulam,† ꝙ contractus innominati sunt magis debiles à principio in obligatione contrahenda, quàm in ea exequenda,vt declarat Bar.in l.stipulationes non diuiduntur.in 10.oppo.ÿ.eo.sed contractus stipulationis est contractus firmitatis.dicit tex.insti.eo.in prin.& dixi. s̃.in rub. arguere ergo à ɔ̃ctu innominato valde debili ad contractum stipulationis non videtur bona argumentatio,& licèt error in materia vitiet contractum innominatum,qui est contractus debilis,non vitiat ɔ̃ctum stipulationis,qui est contractus stricti iuris, tamẽ ad hoc posset responderi,ꝙ Bar.considerat identitatem rationis , & in ea sola fundatur.Tertiò,& fortius Bar.vult,ꝙ si do argentum, vt des massam auri,ꝙ iste sit contractus innominatus , & stricti iuris,videtur errare in terminis,quia iste est bene contractus innominatus , sed contractus innominatus permutationis est bonæ fidei.§.actionum.insti.de actio. hinc est,ꝙ actio præscriptis verb.quæ nascitur ex permutatione,est bonæ fidei.l. 2. vbi Bar.ff.de rer.permu.Bar.in l.1.in fin.ff.eo.& propterea Ioan.de Imo. Ludo.Rom.& Are.hic fatentur Barto.errare in terminis, & ꝙ melius debuit exemplificare,si do tibi decem in quantitate,vt des certam massam auri,quam puto auream,ista non est emptio,quia ibi non interuenit datio,quæ venit in permutatione.l.fin.ff.de condi. ob caus. nec etiam potest esse permutatio, quia est necesse , ꝙ species certa cum alia specie certa permutetur.Si autem genus cum genere,vt promitto decem brentas vini,vt des decem saccos frumenti,non est contractus innominatus.ita gl.in l.1.ff.de rerum permut.vbi etiam Bar.& in l.1.C. eod.& rationem dico esse,quia permutatio componitur ex p, & mutare. nam dictio per,denotat perfectionem.l. vrbana. §. pernoctare.ff.de verb.sig.ergo in proposito, si do quantitatem, vt des massam auri,tunc non est permutatio,sed est cõtractus innominatus non bonæ fidei sed stricti iuris.vnde Petr.de Bellaper.non exemplificat,vt facit Bart.Cõsiderabam si posset defendi Bar.quia pondera,ꝙ Bart. cum magno mysterio ita formaliter dicit , si do massam argenti, vt des mihi istam massam auri, pondera quod Bar.cùm mysterio dixit istã massam auri, & consequenter pondera, ꝙ massa auri erat bene certa,quia dixit istam,sed massa argenti non erat certa, quia non dicit istam massam argẽti vt des istam auri,quia si sic dixisset,esset permutatio , quia vtraque species est certa,erit ergo contractus innominatus,do vt des,& nisi salues Bar.per istum modum Barto. malè diceret.¶Successiue inquantum Bar.sequendo Pet.& reprobando gl.vult non esse differentiam inter contractus stricti iuris,& contractus bonæ fidei,prout vult glo. sed vult esse differentiam inter contractus ex causa lucratiua,& illi non vitientur prætextu erroris in materia, quia quicquid habeat stipulator,aurum siue æs,totum est in lucro.ita loquitur text.hic.Sed contractus onerosi etiam si sint stricti iuris , & etiam si sint innominati , propter errorem in materia ita vitiantur sicut contractus bonæ fidei,& cùm Barto.tenent Bald.Ange. Imo. Pau. de Cast.& Ludo.Roma.& hic,Alex. nec verbum quidem , & propterea intelligunt istum tex.vt loquatur,quando stipulatio fuit interposita ex causa lucratiua , & consequenter ex causa donationis,& text.fundat se in ratione decidendi,quæ est,quoniam in corpore consenserimus. ¶ Sed aduerte in primis pro
* intellectu istius text.inquantum Barto. *& communiter Scribentes* intelligunt istum text.quando stipulatio fuit interposita ex causa lucratiua,ista pro certo est diuinatio , & maxima restrictio ad istum text.præsertim cùm in dubio non præsumatur donatio.l.cùm de indebito.ff.de proba.§.fin. præterea subaudire ad tex.in fin. ꝙ promissor dicatur promisisse,est diuinatio ad text. præterea , & fortius text. in ratione decidendi expressè fundat se,quoniam in corpore consenserimus , non assignat ergo rationem,quia fuit ex causa lucratiua, sed quia error in materia non vitiat.ista ratio decidendi militat siue stipulatio sit ex causa lucratiua siue onerosa,& propterea do.Christoph. de Castil. tenuit,& fortè melius,ꝙ solutio,& differententia gl.sit optima, ꝙ ista lex loquatur in stipulatione, & consequenter in contractu stricti iuris,vbi error in materia non vitiat,contraria autem loquuntur in contractibus bonę fidei,& istam opin.sequuntur Rapha.Cuma.& Are.hic,& isto modo nihil opus est supplere ad tex.ista differentia comprobatur optima ratione,nam contractus bonæ fidei habent sing.materiam,ꝙ debeant bona fide & legaliter fieri,vbicunq; ergo reperitur error,vitiatur contractus bonæ fidei,secus in stipulatione , & in alijs contractib. stricti iuris.hinc videmus,ꝙ dolus dans causam contractui bonæ fidei annullat ipso iure contractum,secus in contractibus stricti iuris.l.eleganter.in prin.vbi gl.& Bart.ff. de dolo. hinc etiam videmus,ꝙ quamuis in contractibus non sit apposita clausula bonæ fidei , tamen agitur de dolo ex ipso contractu , secus in stipulatione,vt est tex.in d.l.eleganter,& ista differentia videtur
5 mihi esse de mente iurium ,tanto fortius,quia † nulla lex reperitur , quæ dicat , ꝙ error in materia vitiat stipulationem,imo tex.habemus hic clarum ad oppositum. Defendendo tñ Bar.& communem opi.considerã, ꝙ ideo dolus dans causam cõtractui bonæ fidei, vitiat ipso iure , eo quia nihil magis est ɔ̃rium contractui bonæ fidei,quàm dolus. ita dicit tex. in l. si dolo. C. de rescin. vend. quæ ratio cessat in stipulatione vel ɔ̃ctu stricti iuris.sed quando est error in materia,vt in proposito nostro, ꝙ vitiet contractum bonæ fidei non est propter dolum, patet,qa etiam si non sit aliquis dolus,tamen isto casu contractus bonæ fidei est nullus propter errorem in materia.tex.est in l.si sterilis. §.quamuis.ad fi.ff.de act.emp.& l.cùm ab eo.§.fi. ff.de contrahen.emp.sed istud est solùm propter defectum consensus , qui non ita militat in contractu stricti iuris oneroso , sicut in contractu bonæ fidei,& istud propriè considerat Bar.limita prædicta iura,quæ habent,ꝙ error in materia vitiat contractum bonæ fidei,vt procedant,quando esset vtile,si autem interesset decepti,ꝙ valeret,tunc valet non obstante errore in materia.tex.
6 est no.in l.1.§. fi.vbi gl. no.declarat.ff.de pign. act. † Secundo limita,quando erraretur in materia solùm in minori parte,tunc valet contractus bonæ fidei, text. est not.in l.quid tamen.ff.de contrahen.emp.gl.in l.cùm ab eo.ff.eod.facit bene tex. in l. domum.in versi.1.ff.de contrahen.emp.vbi est tex.ꝙ valet venditio domus,quam emptor, & venditor putabant integram,qñ pars erat igne consumpta , eo quia attendi debet id , quod est maius,& principalius.¶In vltima parte gl.Bar.plenè distinguit, & adhuc plenius Ang.& Ludo.Rom. hic,tu aduerte inquantum Bar.in contractu nominato vult,ꝙ si non est vllus de partium voluntate,ꝙ agitur actione præscriptis verbis, per l.naturalis.§.1.ff.de præscri.ver.Ange.eum repręhendit,ꝙ ineptè allegat l.naturalis.§.1. ff.de præscri. verb. quia ibi non agitur ad rescisionem contractus innominati, quare contractus innomina
7 tus non completur . Tu † autem pro intelligentia ex mente Bar.in d.l.1.in penul.colu.ff.de dona.& in l.2. vbi etiam Bal. C. de condi. ob cau. debes scire , ꝙ in contractibus innominatis productæ sunt duę actiones.vna vt impleatur ipse contractus, & ista est actio præscriptis verb.de qua loquitur d.l.naturalis.§. 1.& 2.alia est actio,quæ datur ad repetendum , ꝙ fuit datum, quando altera pars non vult implere , & ista est condictio ob causam. verùm aliquando euenit , ꝙ contractus innominati fiunt isto modo, ego do tibi istam rem,vt tu des illam aliã,pacto apposito , ꝙ si tu non adimpleas,cogaris restituere , quod dedi,isto casu ad rescindendum istum contractum bene competit etiam actio præscri. verb. eo quia rescisio fit expresso pacto partium,& istud est,quod vult dicere Bar.sed quando non esset expressa voluntas,non competeret actio præscri. verbis, sed condictio ob causam,& licèt Barto.non dicat,credo,quòd ratio sit in promptu,nam actio præscrip.verbis , quæ competit in contractibus innominatis, quando appellatur isto nomine,non est,quia competit secundum quod verba fuerunt inter partes præscripta,ita dicit text.in l.cùm mota.ad fi. C. de transact. ita declarat illum text.Bald.in l.ex placito.in 4.col.C.de rerum permuta.& Bar.in rubr.ff.de præscrip.verb.modo sic,si in contractu innominato fuit expressè actum,quòd si non adimpleas pro parte tua,tu tenearis ad restituendum,& quod competat actio præscriptis verbis,quia sic fuit actum,quæ datur ad repetendum , ꝙ est datum , & ad rescindendum contractum, quia verba sic dictant,sed quando non fuisset expressèt actum, tunc

tunc solùm competeret cōdictio ob causam. ¶Successiuè inquantum Barto. in fin. dicit, quod quando contractus innominatus rescinditur non ex voluntate partium potest dari condictio ob caus. vel actio de dolo ad rescindendum cōtractum innominatum, & ad repetendum ꝙ est datum per tex. in l. eleganter. §. non solùm. ff. de dolo. sed quando dolus non esset commissus, tunc competeret condictio ob causam.

SVMMARIVM.

1 *Debitor speciei perempta illa specie ante moram, & culpam liberatur ab obligatione, hoc tamen habet locum in contractibus nominatis, secus in contractibus innominatis. nu. 2.*
3 *Si conditio mixta deficiat per mortem, non liberatur debitor.*
4 *Debitor speciei, qui fuit in mora, perempta posteà illa specie non liberatur propter moram suam præcedentem.*
5 *Interpellatio constituit debitorem in mora cum moderamine temporis arbitrio iudicis limitando. nu. 6.*
7 *Etiam si debitor sit obligatus per instrumentum guarentigionatum, ꝙ habet vim sententiæ, adhuc requiritur interpellatio ad constituendum in mora.*
8 *Pupillus non potest in mora constitui, nisi interpelletur cum auctoritate tutoris.*
9 *Mora tutoris nocet pupillo, quo ad periculum interitus, & mora dicitur dolus.*
10 *Ad hoc vt interpellatio facta tutori noceat pupillo, est necesse, quòd tutor interpelletur nomine pupilli, & sic tutorio nomine.*
11 *Sicut euentus diei constituit debitorem in mora, an etiam euentus conditionis constituat debitorem in mora.*
12 *Dies interpellat pro homine, & constituit in mora, fallit vt inf. nu. 14.*
13 *Hora interpellat, & constituit in mora.*
15 *Ad constituendum debitorem in mora sufficit interpellatio extraiudicialis. fallit nu. 16. 17. & 18.*
16 *Per verba enunciatiua si sit facta interpellatio, non constituit debitorem in mora, nisi debitor esset persona, cui creditor propter reuerentiā non auderet facere specialem interpellationem.*
19 *Geminata interpellatio impedit purgationem moræ.*
20 *Si interpellatio fiat minori ex obligatione patris, debet tutor reddi certus per ostensionem instrumenti, aliàs non constituetur in mora.*

LEX XXIII.

SI ex legati causa. Debitor speciei per eius interitum liberatur, nisi debitoris mora vel culpa præcesserit, & pupillus non constituitur in mora, nisi interpelletur tutore præsente, vel tutor solus. hoc dicit cū
1 l. sequen. ¶† Not. primò ex isto text. regulam, ꝙ debitor speciei perempta illa specie ante moram, & culpam liberatur ab obligatione. Adde tex. in l. cùm filiusfamil. §. fin. & in l. si fundum certa die. j. eo. & in l. quod te. ff. si certum petatur. ratio istius regulæ, & istius tex. est, quia perempta specie debita dr̄ peremptum subiectum obligationis. l. si homo mortuus. j. eod. ideo quia obligatio deducitur ad impossibile, ideo extinguitur. §. si impossibilis. insti. de inutil. stipu. & l. impossibilis. s. eod. amplia istam regulam, vt procedat etiam si debitor speciei ante moram fuit in culpa, quæ culpa non dedit causam ad interitum, isto casu adhuc per interitum illius speciei non obstante illa culpa debitor liberatur. tex. habes de hoc no. valde in l. is, qui ex stipulatu. ff. de actio. & oblig. quem alibi reputat sing. Alex. in l. non amplius. §. 1. ff. de leg. 1. Secundò amplia istam regulam procedere non solùm in debitore speciei, sed etiam in eo, qui tenetur ad factum, puta ad sistendum Titium in iudicio, quia si Titius moriatur ante, liberatur ab obligatione. text. est in l. 4. in fin. & l. seq. ff. qui satis. cog. & Paul. de Cast. ibi multum not. pro extensione huius regulæ, & dicit alibi non reperiri alium tex. tu adde alium text. in l. 4. in princ ff. si quis caut. Tertiò amplia istam regulam, ꝙ non solùm specie perempta ante moram debitor liberatur, sed etiam si desijt esse in commercio nostro ante moram, & absque facto nostro. tex. est in l. is, qui alie-
2 num. j. eod. & in l. si mihi alienum. ff. de solu. ¶† Limita nunc istam regulam procedere in contractibus nominatis, secus est in contractibus innominatis, quia si in contractu innominato aliquis debeat speciem certam, quæ moriatur ante moram nō liberatur. text. est not. in l. fin. in verbo, & ideo si mortuus. ff. de condi. ob. caus. & ibi dom. Alexan. in 3. not. ad hoc multum not. illum text. & si dicatur, quæ est ratio diuersitatis, quare perempta specie in contractu nominato debitor liberetur, & tamen in contractibus innominatis si aliquis debet speciem, & non sit in mora, perempta specie tamen non liberatur, dic, ꝙ ratio diuersitatis est in promptu, quia in contractibus nominatis obligatio dandi est præcisa, & inuariabilis, vt qui tenetur dare, cogatur præcisè dare, adeo, ꝙ soluendo interesse non liberaretur. l. vbi autem. §. fin. j. eod. §. sic itaque. insti. de act. nimirum si extincta specie, quæ præcisè est in obligatione, cùm extinguatur subiectum, & substantia obligationis, si debitor liberatur. l. soluitur. ff. quib. mod. pigno. vel hypo. solu. sed in contractibus innominatis, quia sunt valde debiles, qui promisit dare, non tenetur præcisè dare. imò plus in contractibus innominatis dare non est in obligatione, sed obligatio prima est ad interesse. tex. est in l. naturalis. §. 1. ff. de præscrip. verb. declarat magistraliter Barto. in l. stipulationes non diuiduntur. in 11. oppo. j. eo. & in l. vnica. in 4. quæst. princip. C. de sent. quæ pro eo quod interest profe. cùm ergo in contractibus innominatis species non sit in obligatione, ergo si moriatur species, quæ non est in obligatione, debitor nō liberatur sed aduerte licèt ista demulceant multum aures, & videantur vero veriora, & quasi videatur, ꝙ non possimus aliter dicere, tamen ista ratio diuersitatis non est vera, nec differentia prædicta, & sic ista regula ita habet locum in contractibus nominatis, sicut in contractibus innominatis. In primis, ꝙ ratio diuersi. non sit vera, probo fortiter, nam si promisi sistere Titium in iudicio, ista obligatio facti non est præcisa, quia soluendo interesse sum liberatus. l. fi. ff. si quis in ius voca. non ierit. quia in obligationibus facti factum non est præcise in obligatione. l. stipulationes. versi. Celsus. j. eo. & l. si quis ab alio. in fin. de re iud. & tamen si moriatur Titius, quem promisi sistere, sum liberatus etiam ab interesse. tex. est in l. 4. ff. qui satis. cogan. l. 4. s. si quis cau. Secundo, & fortius, ꝙ non sit vera, probo, & consequenter ratio erit falsa: nam habeo, ꝙ in contractibus innominatis perempta specie ante moram debitor liberatur. text. est expressus, qui cauillari non potest, in l. naturalis. §. sed si scyphum. ff. de præscrip. verb. vbi est text. expressus, si conueni dare tibi scyphos, vt des istum Stichum, quærit ibi Iuriscon. ille seruus cuius periculo erit, dicit ꝙ erit periculo meo. ad idem text. in l. 4. §. sed si Stichus. ff. de condi. ob causam, vbi est text. si conueni dare vestem, vt des Stichum, dedi vestem, mortuus est Stichus, dicit ibi text. ꝙ eris liberatus, & sic sunt ibi duo text. ꝙ in contractibus innominatis perempta specie debitor erit liberatus, & tamen non perit illud, quod erat in obligatione, & erit magna limita. ad tex. nostrum, & sic pondera, ꝙ in eod. tit. sunt duo text. qui non possent esse magis contrarij, propter ista duo iura vltima necessarium est inuitis dentibus intelligere. d. l. fin. ff. de condi. ob cau. ꝙ ibi præcesserat mora, vel culpa promissoris, ita intelligunt expresse ibi glo. ordina. Iaco. Butr. Albe. Paul. de Cast. & dom. Alexan. tamen ista est magna diuinatio, ꝙ ibi præcessisset mora, & culpa. Item text. esset de indubitabili, mihi placet prima differentia. ¶Secundo princip.
a limita [a] istam regulam in casu valde not. in l. cùm quidam. C. de condi. inser. sed in illo text. est ratio specialitatis, per quam apparebit, ꝙ loquitur in terminis separatis à nostris, ibi testator reliquit libertatem vni seruo sub conditione mixta, si daret alium seruum in specie hæredi, & habemus regulam, ꝙ condi-
3 tio † mixta si deficiat per mortem non liberatur debitor. text. est in l. legatum. C. eod. tit. l. in testamento. ff. de condi. & demonstra. quia ergo ibi erat relicta libertas sub conditione mixta, si dabat seruum alienum hæredi, qui sit mortuus casu fortuito sine mora, debet in totum priuari legato, tamen est speciale fauore libertatis, ꝙ dando æstimationem consequitur libertatem, item Barto. ibi, & Docto. declarant, sed non ita ple-
4 nè. ¶† Secundò princip. not. ex hoc text. aliam regulam, ꝙ debitor speciei, qui fuit in mora, perempta posteà illa specie non liberatur propter moram suam præcedentem. Adde text. in l. nemo. §. 1. j. eod. ratio istius regulæ est, quia odio morosi. l. fingit speciem mortuam viuere, & extare, & quòd possit dari, & ideo stipulator potest eam petere sicut si viueret. text. est in l. si seruum. §. fin. j. eod. § sic itaque. insti. de actio. Et ex hoc correlariè not. ex hoc text. quòd mora debitoris perpetuat obligationem, & sic facit, vt perpetuò teneatur ipse, & hæredes, etiā post interitum speciei, facit text. in l. si seruum. §. sequitur. in verb. perpetuare obligationem, & in l. nemo. §. 1. j. cod. & text in

ADDITIO.

a ¶Secundo princip. limita, &c. Aduerte, quia posset fortè dari alia limitatio, vt ista regula non procedat, quando emisses aliquam rem citra dimidiam iusti pretij, quia cùm tunc obligatus sis vel ad supplementum iusti pretij, vel quòd oblato pretio venditio rescindatur, iuxta remedium. l. 2. C. de rescin. vend. nam si isto casu res empta periret, tu tamen teneris ad supplementum iusti pretij. ita dixit Abb. Panor. in c. cùm dilecti. de empt. & ven. quod dictum pro singulari refert, & sequitur Fran. Cre. sing. suo. 83. incip. volo te docere vnum. de cuius dicti veritate ibi aliqua tetigi in additionibus meis. vide omnino quæ dixi, quia non curo aliter hic referre.

in l.ſi quis ſolutionis. §. 1. in fin. in verbo perpetuam facit ob-
ligationem. ff. de vſuris. ¶ Amplia iſtam regulam ſingulariter
vt procedat, quando debitor in mora conſtitutus erat adhuc
intra tempus purgandi moram, nam ſi interim moriatur ſpe-
cies, non liberatur, text. habes de hoc valdè ſolennem in l.ſan-
cimus. §.fin. vbi Barto. not. C. de fideiuſſo. quem text. ad hoc
reputat vnicum, & ſingularem Bald. in cap.capitulum.S. cru-
cis. in penul. colum. de reſcrip. Idem per illum text. tenet Bart.
in l.ſi inſulam. in 7. quæſt. vbi Moder. & ibi dicam. j. eod. Bar. in
l. qui ob rem. ff. de condi. indebi. & in Authen. ei qui. C. de tem-
5 po. appel. ¶ † Tertiò princip. not. ex text. ibi, aut ſi interpellatus,
quod interpellatio conſtituit debitorem in mora. adde text. in
l. mora. in princip. ff. de vſur. intellige ſanè iſtam regulam, quod
interpellatio conſtituit debitorem in mora non ad vnguem,
& ſic non ſtatim, ſed cum moderato ſpacio temporis limitan-
do arbitrio iudicis. gloſ. habes de hoc valde not. in l. Aemilius.
in gloſſ. in verbo reſtitui circa medium. ff. de minoribus.
6 ¶ † Quartò not. ex text. ibi, an ſit interpellatus, quòd interpel-
latio conſtituit debitorem in mora, intellige non ad vnguem
ſed cum moderamine temporis arbitrio iudicis limitando. gl.
eſt not. in l. Aemilius. in princ. in verbo reſtitui. ff. de mino. quæ
glo. non eſt alibi in iure ſecundum Bald. in c. 1. vlt. colum. de
noua forma fidel. & eundem in c. cùm olim. in 3. colum. de te-
ſtibus. ſed adde concordantem in l. diuortio. dum dicit non
enim eueſtigio. ff. de nego. geſt. Barto. in l.ſi penum. ff. quando
dies lega. ced. & pro hoc habes bonum text. in l.ſi quis filium. §.
fin. ff. de colla. bono. vbi dicit text. interpellatus cum aliquo ſpa
tio, quem text. ad hoc not. Iaco. de Arc. & Alexan. in l. 1. §. item
7 ſi ita. ff. ad leg. falcidiam. Secundò no. adde, † quòd etiam ſi de-
bitor ſit obligatus per inſtrumentum guarentigiatum, quod
habet vim ſententiæ, adhuc requiritur interpellatio ad conſti-
tuendum in mora. ita vult Barto. in l. eum qui. §. ſi iurauero, in
fine. ff. de iureiurand. Tertiò adde, quod mala fides non conſti-
tuit debitorem in mora, niſi etiam interpelletur. ita concludūt
Cyn. & Bald. in l. non intereſt. C. quod metus cauſa. per text. in
l.ſi à domino. §. ſi prædo. ff. de peti. hæredi. Quartò adde, & be-
ne not. quòd ſola notificatio debiti non habet vim interpella-
tionis, nec conſtituit in mora ſecundum Bald. in l. vinum. ad fi.
ff. ſi certum petatur, per text. in l. in minorum. C. in quib. cauſ. in
integrum reſtitu. non eſt neceſ. licèt dicat in contrarium face-
re. l. 1. in princip. ff. de ven. inſpi. licèt alibi non inueniam exa-
minatum, tamen pro opin. Bald. confirmanda, quòd ſola noti-
ficatio debiti non interpellet nec conſtituat in mora, addo be-
ne facere, quia etiam ipſa interpellatio debet eſſe in citatorio,
& ſic debitor debet per interpellantem incitari vt ſoluat, ad
hoc vt dicatur in mora conſtitui. ita tenet Barto. in l. non ſo-
lùm. §. morte. ff. de oper. nou. nuncia. in vltim. char. in princip.
vbi ad hoc alleg. iſtum text. & l. mora. in princi. de vſur. In con-
trarium fortiter facit, quia alibi habemus, quòd verba enuncia
tiua interpellant, & conſtituunt debitorem in mora, ſi ſolùm
dico debitori, egerem illa pecunia quam debes, iſta verba enun
ciatiua interpellant, & conſtituunt in mora. ita not. Barto. in l.
etiam hoc modo. per illum text. ff. de leg. 1. & latius idem Bart.
in l.ſi quis mihi bona. § ſed quid ſi mandauit. vbi Moder. tra-
dunt. ff. de acquiren. hæred. & propterea in hoc vltimo multi
8 contrarium tenent, fortè dicam inferius. ¶ † Quartò not. ex l.
ſequen. quòd pupillus non poteſt in mora conſtitui, niſi inter-
pelletur cum auctoritate tutoris. ratio eſt, quia iſtud poſſet ſibi
eſſe magno incommodo, quia de interitu teneretur, ideo au-
ctoritas tutoris requiritur, vbi poſſet eſſe periculum, ne ipſe pu-
9 pil. damnificaretur. inſti. de aucto. tuto. in princ. ¶ † Quintò no. ꝙ
mora tutoris nocet pupillo quo ad periculum interitus, & mo
ra dicitur dolus. l. non poteſt videri. ff. de regul. iur. gloſſ. in l.ſi
mora. in princip. ff. ſolu. matrimo. vbi Imol. & hic erit tex. quòd
dolus tutoris nocet ipſo pupillo. facit text. in l. ſi tutori. C. de
adminiſtra. tuto. intellige ipſo iure, tamen cedendo actionem
contra tutorem eſt liberatus; ſecundum quòd not. plenius in
10 l. fin. C. de adminiſtra. tuto. ¶ † Vltimò not. ex fin. iuncta gloſſ.
quòd ad hoc, quòd interpellatio facta tutori conſtituat pupil-
lum in mora, eſt neceſſe, quòd tutor interpelletur nomine pu-
pilli, & ſic tutorio nomine, & glo. iſtam ad hoc multum pon-
derat, & commendat Barto. infra, vbi videbimus. ſed aduerte,
quia videtur fieri nomine tutorio, quando exprimitur nomen
officij. l. cùm poſt. §. 1. ff. de adminiſtra. tuto. l. ſciendum. §. tuto-
res. ff. qui ſatiſ. cogan. gl. in l. quacunque ratione. ff. de procu. vel
quando in interpellatione fit mentio debiti pertinentis ad pu-
pillum. l. 2. ff. quando ex facto tuto. de quo latius ponit Barto. in
l. 1. § nunciatio. in 2. colum. ff de oper. nou. nuncia. vbi plenius
11 tetigi, tangunt Angel. Imol. & Ludo. Roma. hic. ¶ † In gloſſ.
in verbo debeas. Gul. de Cun. referente Barto. alleg. iſtam gloſſ.
ſentire, quòd ſicut euentus diei conſtituit debitorem in mora.
l. magnam. C. de contrahen. & commit. ſtipu. ita etiam euentus
conditionis conſtituit debitorem in mora, ex quo iſta duo
æquiparantur per gloſſ. Doctores *communiter tenent contrarium*,
quòd euentus conditionis conſtituat in mora, quia non poteſt
eodem tempore quis obligari, & in mora conſtitui. l. quòd di-
cimus, & l. ratum. ff. de ſolu. ita tenent Barto. & Doct. in l. quo-
ties in diem. j. eo. & ibi dicit Barto. quòd iſta gl. debet intelligi,
nec tamen declarat eam. dicit, quòd iſta glo. in fin. ſentit con-
tra Gul. dum dicit etiam tunc dies interpellat, ergo vult ſecus
in euentum conditionis. nec obſt. quòd glo. videatur iſta duo
æquiparare, quia æquiparat quando interuenit interpellatio
12 vel occiſio, alia non. ¶ † In ead. glo. [a] ad fin. not. regulam glo.
a quòd dies interpellat pro homine, & conſtituit in mora. l. traie
ctitiæ. §. 1. allega. in gloſ. l. magnam. C. de contrahen. & com-
mit. ſtipu. & l. 2. de iure emphy. c. potuit. de loca. & cap. licèt ca-
b non. de elect. in 6. iſtam regulam plenè intendo examinare [b]
tangendo de die expreſſa, nam de die tacita aut incerta tangit
poſtea Barto. in l. ita ſtipulatus. in 2. quæſt. princip. j. eodem, vbi
Moder. poſt eum ponunt, ita quòd de die tacita aut incerta nō
dicam, ſed de die expreſſa. Adde ergo pro magna ampliatione
huius regulæ, quòd efficatior eſt dies, & ſic terminus ad con-
ſtituendum in mora, quàm interpellatio expreſſa hominis,
probo, quia dies conſtituit debitorem in mora, etiam ſi ſit igno
rans. l. ad diem. j. eodem. ſecus in interpellatione hominis, vbi
ad hoc vt conſtituat in mora, requiritur, quòd debitor ſciat ſe
debere. l. quod te. ff. ſi certum petatur. Barto. hic in fin. ita in ſpe-
cie declarat. not. Bald. in l. vinum. in penul. colum. ff. ſi certum
petatur, & fortè non reperies alibi in ſpecie. Confirmo vltra
eum. ſecundò, quia interpellatio hominis non conſtituit debi-
torem in mora ad vnguem ſed cum ſpatio limitando arbitrio
iud. vt dixi in tertio not. & tamen dies conſtituit in mora ſine
alio ſpatio temporis d. l. magnam. cum alijs ſupra alleg. & ra-
tio eſt in promptu, quia vbi dies eſt certa, potuit debitor ſe an-
te præparare ad ſoluendum, ſecus quando conſtituitur in mo-
ra per interpellationem, quia nón potuit diuinare, quando cre-
ditor vellet ipſum interpellare, per l. ſi quis domum. ff. loca. &
propterea tenet not. Barto. in conſi. ſuo quod incipit dom. Iac.
primò vos quæritis. quòd ſi debitor ignorabat diem, & poſt
lapſum diei incœpit ſcire, dicitur moroſus. not. Bald. in l. cùm
ancilis. C. de inceſt. nup. pondera, quia videtur contradicere ei,
quod tenet Bald. in d. l. vinum. ¶ Secundò not. amplia, quòd
non ſolùm dies certa, & inuariabilis conſtituit in mora, ſed etiā
dies incerta, & variabilis in tempus anguſtius aut prolixius ad
ſtipulatoris nutum & voluntatem, adhuc iſta interpellat, &
conſtituit in mora. text. eſt ſingu. ſecundum Angel. & Imol. ibi
in l. cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo. in princip. j. eodem ꝙ
nunquam exeat memoriā tuam ſecundum Imol. ibi. hinc eſt
quod ſi promiſiſti mihi ſoluere centum ad paſcha, & abinde
in antea ad omnem meam requiſitionem, certè dies paſchæ
interpellat, & conſtituit in mora. ita not. Barto. in d. l. cùm ſti-
pulatus ſim mihi. ad fin. princip. per illum text. & glo. not. &
Bald. per tex. in cap. 2. an ille, qui interfecit fratrem domini ſui.
in vſib. feud. Bald. & Ange. in d. l. magnam. adde tex. expreſſio-
rem in l. fin. §. præterea. in verb. ſiue poſtea. C. de iure dot. & ibi
Bald. in penul. colum. ad hoc no. Adde alium tex. in l. ſi ita quis
promiſit. in princip. in verb. quo die, & ibi Bald. not. ad hoc. j.
eodem. alibi decidit ſignanter Bal. in cap. mandatum. in fin. de
reſcrip. quòd ſi Papa mandet capitulo, vt recipiat talem in
monachum intra menſem, & poſtea quandocunque, quòd
lapſo menſe non requiritur alia monitio, quia illa additio, &
poſtea quandocunque non facit dilationem per d. l. cùm ſtipu-
latus ſim mihi à Proculo. quod reputat Bal. tenendum menti.
¶ Tertiò not. amplia, vt procedat etiam in die, quæ non differt
[illegible] dilationem,

ADDITIONES.

a ¶In ead. gloſſ. ad fin. &c. Quando dies eſt incerta, vide aliquid per eundem
Iaſ. in l. ſi iſta ſtipulatus, in fin. 1. colum. & princip. ſequen. ſup. eod. & pro de-
claratione illius regulæ, ꝙ vbicunque in contractu eſt appoſitum iura-
mentum, interpellat pro homine, ſicut dies certa vel expreſſa, ita dixit ſin-
gulariter Anto. de Butr. in cap. breui. de iureiuran. quod dictum dixit eſſe no-
tandum ad limitationem huius l. & l. quod te. ff. ſi certum petatur. Fran. Cre.
ſing. 122. incip. vbicunque eſt iuramentum. quod etiam tenet Anto. Corſet.
in repe. rubr. de iureiuran. in quarto effect. iuramenti, & dicit fuiſſe ſing. di-
ctum Specu. in tit. de aduo. §. 1. ver. ſed nunquid is, qui iurauit. quem refert, &
ſequitur Barba. in d. rubr. & dicit Corſe. vbi ſupra ſe adducere text. coniun-
ctis ibi notatis per Docto. in l. eum qui. §. ſi iurauero. ff. de iureiuran. & facit
pro ſua ratione, quia iuramentū habet vim cauſæ expreſſæ vt plenè per eun-
dem Corſet vbi ſupra. colum. 16. priuileg. 36.
b ¶Examinare. Adde. Soci in Regu. 90. limit. 1. & vide Hippol. in l. vnius. §. co-
gniturum. ff. de quæſt. Gabriel. commu. opin. lib. 3. titu. de ſolu. conclu. 11.
BELLOT.

dilationem, vt est dies apposita in deposito restituendo, talis
dies interpellat,& constituit in mora, gloss. est in l. nummis.in
in verbo,sua die,& ibi do n.Alexan. ad hoc multum not. ff.de
in litem, iuran.& quod talis dies non differat solutionem, pa-
tet,quia potest deponens ante diem repetere depositum. l. 1.§.
penul.ff.deposi ratio est,quia interim depositarius non potest
13 habere aliquam vtilitatem in deposito.l.4. C.deposi.¶† Quar-
tò amplia, quod non solùm dies interpellat, & constituit in
mora,imo hora interpellat, & constituit in mora, si promisit
dare Stichum intra duas horas, hora interpellat, & constituit
in mora.ita singu.tenet Bald.in l.1.in 2.colum.in princip. C.ne
licè.tertio prouo.vbi dicit,de hoc esse text.valde not.in l.datio.
§.fin.ff.de actio. empti. qui text.mihi nihil facit.In contrarium
videtur facere, quia etiam dies non interpellat pro homine,
quando dilatio est nimis breuis,quia angustiæ temporum im-
pediunt moram committi,ita not. Bald. in l.si mihi, & tibi.in
fin.§.1.& per gloss. ibi. ff. de leg.1.& ibidem Ange. & alij.ponit
14 Ludo.Roma.in repe.rubr.ff.de arbit. in 3. colum. ¶† Limita
istam regulam in casu singulari.l.1.§.licèt.ff.de pericu.& com-
mo. rei vend. vbi dies apposita non interpellat, sed requiritur
noua interpellatio seu protestatio,sed illud ibi est propter ma-
gnum præiudicium,vt vinum venditum possit effundere.Are.
hic in fi. allegando tex. in §.si quis pro redēptione,& ibi Ang.in
Authen.de eccle.tit.colla. 9. adde, quòd ille casus est singu.&
non reperitur alibi secundum Iac.de Beluis. Alb. & Bald.ibi,&
Ludo.Roma.in l.si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit.ff.
de acquirend.hæred.¶Secundo limita in die apposita gratia fi-
niendæ obligationis,illa non interpellat, nec constituit in mo-
ra, puta volo teneri vsque ad 30.dies,tunc absque interpellatio
ne non constituitur in mora,vt habes text.valde no.in l.ex em-
pto.aliàs.l.emptorem. §.Cassius. ff.de actio. empt. gloss ordin.
in cap.2.an ille,qui interfe.fra.dom.sui.¶Tertio singulariter li-
mita, quo ad causandum malam fidem, & peccatum, dies
non interpellat pro homine, & sic non impedit præscriptio-
nem,& sic prædicta regula procedit in foro contentioso, quia
non peccat debitor,si creditor expresè non petat. ita singu.te-
net Hostien. in summa in titu. de præscrip. refert, & sequitur
Areti.hic in 2.colum.ad fin.& reputat valde not. & dicit,quòd
idem sequitur Abb.in ca.fin.de præscrip sed tu aduerte, quòd
Aret.malè recitat Abb. imò Abb. in illo cap. fin.in 6. & 7. co-
lum.tenet expresè contrarium, tamen satis leuiter mouetur.
Ego vltra eum allego in terminis Spec.qui tenet expresè con-
trarium in tit.de instru. edi.§. nunc verò aliqua in vltima char.
in versi.de hoc autem quæritur, vbi formaliter tenet, quòd la-
psus termini seu diei constituit non soluentem in peccato; qa
ex præcepto Dei solutio debiti est facienda. 14. quæst. 6. cap.si
res.& 11.quæst.1.cap.magnum,& c.1. de solu Item qui frangit
promissum cap.1.& 3.de pact. Item quia elapsa die retinet in-
uito domino alienum,ergo peccat.l.2. §. circa. ff.de excep.do.
¶Quartò not.limita,nisi dies sit apposita gratia multiplicandæ
obligationis secundum Barto. in l. 1. §. 1. ff. de penu. leg.ratio
est, quia sicut euentus conditionis non potest constituere in
mora,ne idem tempus inducat obligationem, & moram, vt
declarat Barto.in l.quoties in diem. infra eodem. ita in obliga-
tione annua quilibet annus inducit obligationem, ergo non
potest inducere moram, vt declarat Barto. vbi dixi in l. Sti-
chum.§.stipulatio. supra eodem. ¶Quintò not. limita, quan-
do debitor, & creditor sunt eiusdem fori, tunc dies interpel-
lat,& constituit in mora,secus si essent diuersi fori. gloss. not.in
l.item illa.in princip.in versicu.non venit. vbi Barto. & Docto.
ff.de constitu.pecu.quod intellige, & declara vt ibi per Barto.
¶ Sextò signanter limita ex eo, quod singulariter decidit
Bald. in l. 1. §. fin. per illum text. ff.de eo,qui pro tuto. vbi sin-
gulariter decidit, quòd si quis habet domum meam ad pen-
sionem ad certum tempus,& finito tempore vult recedere,an
possit recedere,certè non, sed est opus quod denunciet mihi,
& notificet,& donec mihi notificet,tenetur soluere pensionē,
licèt sit elapsum tempus, & dicit ibi esse text. not. & facere. l.
item quæritur. §. exercitium. ff. loca. quod teneas bene cordi.
¶ Septimò signanter limita, quando dies apponitur petitio-
ni,& non solutioni, & sic quando dies apponitur ipsi credito-
ri,puta debes mihi decem, & promitto non petere vsque ad
Pascha,certè dies Paschæ non constituit in mora,nec interpel-
lat.ita tenet Bald.in cap.2.ad fin.de eo, qui interfe. fra.domini
sui,allegat not. in l.si vnus.§.1. ff. de pact.facit, quia inducta ad
vnum effectum non debent operari contrarium. l. legata inu-
tiliter.ff. de leg.1.cum vulgaribus.tene contrarium, & contra-
rium tenet ipsemet Bald. hic sibi contrarius allegans gloss. &
Cyn.in l.si duo.§.fin.iuncta.l.promissor. ff. de constitu. pecu.&
dicit,quòd non habes alibi tactum quàm per Cyn. ibi, tu pro-
ba clarius, quia tempus 10. dierum limitatum constituto est
adiectum creditori,ne petat intra illos.10.dies, & tamen inter-
pellat,& constituit.d.l.si duo. §. fin. & ita tenent Barto. Bald.&
alij in l.promissor Stichi.ff. de constitu. pecu. & Bald. in rubr.
C.de constitu.pecu.in 3.quæst facit, quod dicam statim in se-
quen.fallent. ¶ Octauo limita, quando tempus assignatur ali-
cui in fauorem suum, puta si datur clerico licentia non resi-
dendi per annum, tunc per lapsum diei non conuincitur per
moram, ne quod in eius fauorem est inductum, in eius dam-
num retorqueatur.gloss.est not.in cap. quoniam frequenter.§.
porro.vt lite non contesta.sed dom.Anto.& Imol.ibi,Hostien.
& Imol.in cap. ex tuæ. de cleri. non residen. & Aretin. hic in 2.
colum.ad fin.repræhendunt, eo quia etiam dilàtio, quæ datur
debitori ad soluendum,in dubio censetur apposita in eius fa-
uorem,vt declarat Barto. in l. qui Romæ. in princip. infra ee-
dem.& in l.eum qui.aliàs Iabolenus.ff.de annu.leg.& vltra ees
adde text.in l.fin.§.præterea.C.de iure dot. per quem text.not.
ibi Bald. in 3. colum. quòd etiam dies, quæ apponitur fauore
debitoris,tamen interpellat pro homine, & constituit in mo-
ra,quod est not.secundum eum.idem etiam tenet Bald. in l. 1.
in vltim.colum.C.quando di.leg.ced.& facit, quod dixi in prę
a cedenti l. Vltimo limita, [a] quando quis se obligat certo tem-
pore, quod concernit certum tempus ad faciendum actum
concernentem præparatoria actus iudicialis,quia si iudex non
interpellat, non constituitur in mora per lapsum temporis,
vnde qui promittit præsentare aliquem iudici intra octo dies,
elapsis octo diebus non erit in mora, nisi fuerit interpellatus
per iudicem.ita eleganter limitat Pau.de Cast.& fuit sua noua
limitatio,in consi.168.incip.videtur, quòd dictus Ioan. Pau. &
consequenter in actu expediendo per iudicem dies non inter-
pellat,nec constituit in mora circa prępatatoria iudicij,nisi iu-
dex vel pars interpellet,& hoc etiam solùm tradit Felyn. in ca.
si autem.in 1.colum.& sequen.de rescrip. & ita habes perfectè
expeditam hanc regulam. ¶Capio gloss. in verbo mora fieri,
quam diuide in quatuor partes.In prima oppo. contra text.In
secunda allegat duas concordan.ad text.In tertia respondet ta-
citæ quæst.In quarta de materia se remittit.Secunda. ibi, & fa-
cit infra eod. Tertia ibi,idem de adulto. Quarta, & vltima est
ibi,& adde,quod not.In gloss. in verbo in mora fieri ibi, idem
de adulto habente curatorem,quærit Bart. quid si adultus non
habeat curatorem, & distinguit secundum Iaco. de Are. vt
* hic per eum, *& cum Barto. transeunt alij omnes* excepto Paul.de
Cast.qui dicit,quòd ista distinctio confunditur per istum text.
vbi in specie debita potest fieri interpellatio tutori cum pupil-
lo,vel pupillo cum tutore,& tamen species est de rebus,quæ
seruando seruari non possunt,vbi requiritur decretum iudicis.
l.lex quæ tutores. ff. de administra. tuto sed huic fundamento
respondet Rapha.Cuma. quòd isto iure ffiorum solùm bona
immobilia prohibeantur alienari sine decreto iudicis. l. 1. &
per totum.ff de reb.cor.hodie etiam species,quæ seruando ser
uari possunt, prohibentur alienari.l.lex quę tutores.C.de admi-
nistra. tuto. Breuiter distingue vt distinguit Rapha.Cuma. hic,
quam distinctionem sibi ascribit Alexan.hic, & non facit men-
tionem de Rapha. cuius fuit distinctio. Ex quo tempore cele-
brati contractus per minorem exigitur decretum iudicis,tunc
si interuenit,non requiritur amplius interpellatio, per gloss. in
l. 3. §.sed vtrum,in verbo inuito. ff. de mino. Bald. in l. 1.circa
med.C.si aduer.ven.Si autem non præcesserit decretum, tunc
interpellatio non poterit fieri,& ita procedat opin. Barto. hic,
15 & communis.¶† In vltima quæst. tradit Bart.regulam,& vnā
fallentiam.Regula est, quòd ad constituendum debitorem in
mora sufficit interpellatio extraiudicialis, & ad hoc Barto. al-
legat.tres gloss.Adde aliam gloss. in l. vinum.in gloss.magna in
princip.ff.si certum petatur,& text.in l denunciasse. in princip.
ff.de adulte.& ibi Barto.ad hoc not.illum text. quem legit sub.
l.qui vxori.ad idem facit text.in l.1.§.nunciatio.ff.de oper.nou.
16 nuncia.Amplia † istam regulam,quòd non solùm interpella-
tio extraiudicialis constituit debitorem in mora, vt procedat
etiam si fieret per verba solùm enunciatiua, puta quia credi-
b tor diceret debitori extra iudicium, egco [b] pecunia quam
debes,

ADDITIONES.

a Adde Alex.in l.quod te.ff.si certum petatur.Docto.in l.magnam. de contra-
hen.& commit.stipu.& latè Io.Bapt.de S.Seuerino in d. l.quod te.vbi alleg.
optimum text.ad hoc in l.1.§.licèt.ff.de pericu.& com.rei vend.

b Egco.Adde eundem Ias.in l.si quis mihi bona.§.sed quid si mandauit.num.9.
Bar.in d.l.§.pater.Seio.ff.de acq.hæred. gl.& Bar.in l.item illa. ff.de consti.tu.
pecu.l.si in diem.in fi.ff.de condi.& demonst.Rip.respons.55. BELLAC.

debes, vel scio te habere discretionem de pecunia quam mihi debes, per talia verba adhuc constituitur debitor in mora: ita not. Barto. in l. etiam hoc modo. per illum text. ff. de leg. 1. & latius Barto. in l. si quis mihi bona. §. pater, per illum text. ff. de acquiren. hæredit. & in l. 1. in prin. in versic. tertiò dixi. ff. de operis nou. nuncia. Idem tenent Bald. in l. eum qui duobus. §. 1. per illum text. ff. de acquiren. hæredi. & in repeti. l. quod te. in 7. colum. ff. si certum petatur. Angel. & Flor. in l. mora. in princip. ff. de vsuris, *& ista est magis communis opinio*, sed in puncto iuris semper putaui contrarium, & contrarium tenet Petr. & Cyn. in l. in minorum. in 7. quæst. C. in quibus caus. in integrum. restitu. non est necess. quos sequitur Bald. sibi contrarius in cap. fin. si vassallus ab aliquo interpel. fuer. Alber. in d. l. quod te. in vltima colum. vbi dicit bonum verbum, quòd vidit in palatijs obseruari, quòd creditor vtendo talibus verbis non constituat debitorem in mora, intellige nisi debitor esset persona, cui creditor propter reuerentiam non auderet facere specialem interpel. tunc bene constitueretur in mora. argumen. l. fina. C. de fur. iuncta. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. qua rer. actio. ita limitat Gul. in d. l. quod te. quem sequitur Cuma. in d. §. sed quid si mandauit, & quòd ista pars sit verior, patet, quia ad hoc vt interpellatio constituat debitorem in mora, debet esse incitatoria debitori expressè vt soluat, ita Barto. in l. non solùm. §. morte. ff. de oper. nou. nunc. in vltim. char. prout dixi in 3. not. ergo cùm illa verba enunciatiua non sint incitoria, videtur, quod non inducant commissionem moræ. Istam regulam, quòd interpellatio extraiudicialis cõstituat debitorem in mora, limitat Bar. non procedere in his, quæ per solùm iudicis officium veniunt expedienda, per text. in l. cùm postulassem vbi etiam Barto. ff. de dam. infect. adde Barto. in l. vbi. §. 1. ff. de eden. Item adde rationem, quia isto casu iudex debet cogere partem ad hoc faciendum, non autem alia, pars ex quo non est sibi obligata, ergo postulandum est mediante iudice. istam rationem assignat Barto. in l. 1. in 6. colum. & ibidem Bald. ff. de iur. omn. iud. imò fortius etiam tunc libelli oblatio non constituit in mora, sed requiritur lit. contest. ita not. Barto. in l. denunciasse. §. quid ergo. ff. de adult. faciunt, quæ not. Barto. & alij in rubr. ff. de in ius vocan. Angel. & alij in d. l. vinum. facit text. in l. si patrono. ff. de in ius vocan. intellige limitationem Barto. in his, quæ debentur offic. iudi. nobili, prout habetur in d. l. cùm postulassem. secus in his, quæ debentur officio iud. mercenario, quia cùm deseruiat actioni intentandæ. l. ædiles etiam. & §. item sciendum. de ædil. ædict. tunc enim interpellatio extraiudicialis constitueret in mora. ita Cy. l. vnica. circa med. C. de alie. iud. mutan. quem refert, & sequitur Bald. in d. l. 1. 3. colum. ff. de iur. omn. iud. Rom.

17 in repe. l. 1. in 8. colum. ff. de arbitr. ¶ † Vltra Barto. adde tres alias solennes limitationes. Primò nisi creditor prius fuerit in mora, nam si talis creditor, qui primò fuit in mora, posteà interpellaret debitorem extra iudicium vt solueret, talis interpellatio extraiudicialis non constitueret debitorem in mora, imò nec requireretur litis contest. text. habes valde no. in l. sed & si alia. ff. de constitu. pecu. vbi dicit text. quod si constitutor, qui constituit se soluturum, quod alius debet, se offert soluturum, & creditor recusat, requiritur litis contest. quem text. ibi ad hoc not. Salycetus, & reputat singularem, & dicit esse suum nouum dictum. idem tenet Saly in l. si pacto quo pœnam. C. de pact. istam limitationem repræhendit dom. Alexan. non hic sed in l. si insulam. in vltim. chart. infra eodem, & idem dom. Alexan. in l. qui Romæ. §. cohæredes in 5. colum. ad fin. & sequen. infra eodem, & in d. l. vinum. in 5. colum. per text. in l. Celsus. §. fin. cum l. sequen. ff. de arbitr. & ad text. in d. l. sed & si alia alleg. per Saly. respondet dom. Alexan. quæ responsio non fuit digna tanto viro, quòd ibi ante litem contestatam mora non præcesserat, alij nihil tangunt. Reputo istum passum pulchrum & subtilem, defendendo Saly c. potes clarè respondere ad text. allegatum per Alexan. in l. Celsus. §. fina. cum l. sequen. quòd loquitur in terminis longè deuersis, nam loquitur illa lex quo ad pœnam, nos loquimur de mora, quæ facit quem teneri de periculo, & magna differentia est, quærere de mora, vel de pœna, nunquid difficultas, vt excusat à mora, ita excuset à pœna, vt per Bal. in l. continuus § illud. j. eodem, & non eundo per mendicata suffragia respondeo in specie, quòd facilius quis excusatur à mora, & sic ab interitu, quàm à pœna. patet, quia longiori tempore potest purgare moram vsque ad litem contestatã, & tamen quo ad euadendam pœnam non potest, vt declarat Barto. in l. insulam. infra eodem, & per l. & si post tres ff. si quis cau. quid tenendum? contra Saly. pondera tenere Barto. in l. item illa. in princip. ff. de constitu. pecu. in penul. colum. in versicu. & eodem modo dico de actore. Secundò contra Saly. in terminis moræ allego bonum text. in l. semel mora. ff. solu. matrim. Tertiò allego tritam regulam, quòd vltima mora nocet, vulgata. l. illud. ff. de pericu. & commo. rei vendi. & l. si seruum. §. fina. infra eodem. quamuis ad hoc vltimum respõdeat Saly. quòd creditor non diceretur in mora, nisi mediante litis contestatione. pro opinione Salyce. allego tibi bonum textum, quem valde signa, in l. si per emptorem. §. fina. ff. de action. empti. quicquid ibi dicat gloss. destruendo text. est ibi tex. quando emptor, & venditor vterque fuit in mora, quærit text. quid si venditor fuit in mora, posteà emptor non vult, quæritur an per interpellationem constituetur in mora? & di-

18 citur, quod sic. ¶ † Tertiò singula. limita prædictam regulam, quòd interpellatio extraiudicialis constituit in mora, est verùm, quando debitor prius non fuit in mora, tunc interpellatio extraiudicialis bene constituit eum in mora, sed quando præcedebat alia mora debitoris, tunc secunda interpellatio creditoris nedum non constituit debitorem in mora, imò purgat moram præcedentem, eo quia ego creditor interpellando secundo loco videor remittere moram præcedentem, ita videtur esse text. not. in l. Aemilius. in princip. ff. de mino. in versicu. ego dicebam, ibi recessisse à l. sua videretur, iuncta gloss. & ibi Barto. in 2. colum. expressè ad hoc multum not. illum tex. non inuenio istum passum alicubi examinatum, & tamen indigeret bono, & diligenti examine. Adde Barto. idem tenentem in l. non solùm §. morte. ff. de oper. nou. nuncia. in secunda specie protestationis in princip. ff. de noua. vbi est tex. egregius. quod si debitor fuit constitutus in mora, ita quòd tenetur de periculo interitus, si creditor secundo stipulatur ab eo, videtur moram remittere, in verbo quasi mora purgata. ad idem text. in l. scire debemus. §. fina. infra eodem. est verum, quod ista iura loquuntur in stipulatione, nos in simplici petitione. Quid tenendum? licèt auctoritas Bartol. sit suprema, & ego eius vestigia in terris adoro, tamen in hoc puto indubitanter contrarium, eo quia creditor, qui secundo loco interpellat debitorem suũ, vt soluat, qui iam erat in mora, ideo interpellat secundò, vt magis incitet ad soluendum, & magis morosum reddat, ergo inducta ad augmentum moræ, nullatenus debent inducere remissionem, & sic contrarium effectum, per regulam. l. legata inutiliter. ff. de lega. 1. & l. legata inutiliter. ff. de adi. lega. ¶ Secundò, & fortius contra Barto. stringit, nec hic video responsum, quia interpellatio geminata facta diuerso tempore magis

19 aggrauat moram, non autem remittit, † patet quia geminata interpellatio impedit purgationem moræ, vbi aliàs purgatio admitteretur text. est not. in l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de actio. & obligatio. secundum vnam lectu. veriorem, per quem. text. ita tenent Rom. & Alexand. in l. si insulam. infra eodem. Rom. in l. & si post tres in penu. char. si quis cau. ergo falsum est dicere, quòd secunda interpellatio remittit moram, imò aggrauat. tenendo istam opinio. non obstat text. in d. l. Aemilius. in versicu. ego dicebam, per quem se fundat Barto. quia ad illum text. tripliciter respondeo. Primò, quod ibi fuerunt diuersæ interpellationes, vna legis alia hominis, & sic per interpellationem hominis videtur recessisse ab alia legis, per regulam. l. fi. C. de dot. promiss. sed vbi ambæ essent hominis, & sic creditoris prout nos loquimur, vna grauaret aliam. Secundo respondeo, secundum Bald. ad aliud propositum in l. acceptam. in 7. quæst. de vsuris, vbi dicit, quòd text. in l. Aemilius. cum gloss. loquitur, quando debitor tenebatur soluere in certo termino, & lapsus erat terminus, & sic erat in mora, nisi creditor proroget terminum, tunc prorogando videtur recessisse à prima mora, sed non loquitur in prorogatione termini. Tertiò, & notabilius respondeo secundum Alexan. non ad hoc propositum in l. cùm procurator. §. si dominus in 2. colum. in fin. ff. de oper. nou. nun. vbi dicit, quod d. l. Aemilius. cum gloss. loquitur, quando per primam interpellationem, & moram erat quæsitum ius petendi nouam rem, puta fundum, vbi primò non poterat petere nisi pretium, tunc si petatur pretium, videtur recessisse à potestate petendi fundum, & sic ab effectu primæ moræ, quia facit actum contrarium, alias dicit Alexan. per secundam interpellationem non videtur recessisse à prima, imò secunda videtur fieri, vt debitor magis contumax reddatur. l. 4. ff. de pign. l. tres denunciationes. C. quomodo, & quando iud. l. nonnunquam. ff. de iudi. & sic vides, quòd Alexan. tenet contra Barto. de directo. ¶ Quartò, & vltimò limit. prædictam regulam, quæ habet, quòd interpellatio extraiudicialis constituat in mora, vt procedat, quando debitor tempore interpellationis extraiudicialis poterat soluere, tunc interpellatio extraiudicialis constituit in mora: si autem non poterat soluere, difficultas facit, vt interpellatio extraiudicialis non constituat eum in mora, gloss. est singu. ad hoc in l. vinum. in gloss. magna circa princip. ff. si certum petatur. ibi, soluere non valebat. quam ad hoc not. singularem

singularem Ange. Salyce. Ludo. Roma. & dom. Alexand. ibi, non insistam in hoc, quia non expedit, ex quo est planum, ꝙ difficultas excusat debitorem speciei à mora, prout est text. in l. quod te. & ibi Barto. in penultima colum. ff. si certum petatur, & in l. cùm seruus, & l. cùm res. in princip. ff. de leg. 1. ¶ Vltimò Bartol. dicit aduertendum, quòd si interpellatio fiat minori ex obligatione patris, debet tutor reddi certus per ostensionem instrumenti, aliàs non constitueretur in mora, iuribus per eum allegatis. adde Barto. in l. 2. in fin. princip. ff. de eo per quem fac. erit. & plenius Barto. in l. non solùm. §. morte. in 12. colum. ff. de oper. nou. nunc. & in l. de pupillo. §. qui procuratorio, vbi Imol. ff. de oper. nou. nun. Et sic cum laude Dei est impositus finis huic legi, in qua nihil est omissum de materia legis, & credo quòd sit bene intellecta.

S V M M A R I V M.

1 *Si prima stipulatio est inutilis, valet secunda super eodem, quia vtilitatem continet.*
2 *Quod potest in effectu annullari, dicitur nullum largo modo.*
3 *Sicut pignus non potest accedere obligationi, quæ est nulla; ita ei, quæ est inefficax.*
4 *Paria sunt quem esse mancum, vel debilitatum, vel quòd sibi deficiat pes, aut aliud membrum corporis.*
5 *Clausula notariorum scilicet, Titius ex certa scientia sciens se ad infrascripta non teneri, &c. quid operatur.*

LEX XXV.

1 SI dari. † Si prima stipulatio est inutilis, valet secunda super eodem, quia vtilitatem continet. hoc dicit. secus ergo si prima stipulatio esset vtilis, quia secunda nihil valeret tanquam superflua. l. qui bis idem, quia nihil intererat stipulatoris, & stipulationes sunt inuentæ, vt stipulator stipuletur, quòd sua interest. §. alteri. institu. de inutil. stipu. & l.
2 stipulatio ista. §. alteri. infra eodem. ¶ † Not. diligenter istum text. in fi. ibi, quasi nulla sit, exceptione oblig. hic esse optimum text. quòd illud, quod potest in effectu annullari, largo modo dicitur nullum, & ita ad hoc allegat istud text. Abb. in cap. cæterum. in 2. colum. de rescriptis, vbi dicit esse text. bonum hic, in verbis quasi nulla, ergo largo modo dicitur nullum propriè, & plus non dicit, nec alij hoc alibi tangunt. Adde tu, quòd alibi habes text. qui probat contrarium, quòd imò actus validus, qui non potest habere effectum, dicitur nullus. text. est in l. fin. ad fin. ff. de offic. eius, cui mandata est iurisdictio, vbi text. dicit iurisdictio sine modica coertione nulla est, & non dicit quasi nulla, vt dicit hic, & Bald. ibi exponit, idest non potest effectualiter exerceri, ergo ibi est text. s'm Bald. quòd illud, quòd non potest effectualiter exerceri, dicitur nullum. Alibi habes, quod paria sunt aliquid esse nullum, vel esse inefficax. text. est
3 in l. ex his. ff. de condi. indebi. Alibi † habes gloss. multum not. in l. 2. in gloss. fin. ff. de condi. ob turpem cau. vbi gl. not. dicit, & signa eam, quòd sicut pignus non potest accedere obligatio-
4 ni, quæ nulla est, ita nec ei, quæ est inefficax. † similiter paria sunt aliquem esse mancum, vel debilitatum, vel quòd sibi deficiat pes, aut aliud membrum corporis, ita gloss. 1. circa princip. & ibi Ange. in 3. colum. in l. de quibus. ff. de legi. contra ista habes text. not. in l. 3. §. penul. & ibi Angel. not. ff. arbo. fur. cæsa. vbi est text. quod appellatione arborum continetur arbor, cuius radices desierunt viuere, donec illa arbor terra continetur,
a & sic donec sit præscissa à solo. ¶ Adde, quòd [a] similiter manus carens sanguine, tamen dicitur esse membrum. text. est in cap. sicut vrgeri. 1. quæst. 1. quæ iura not. contra id, quod decidit Bald. in l. 1. in 1. colum. C. de ædil. actio. vbi decidit, quòd statutum puniens certa pœna debilitantem manum alicuius, non habet locum in debilitantem manum non viuam, & sic exanguem seu aridam, quòd non puniretur pœna statuti, sicut alibi dicit gloss. fina. in l. fina. C. ad l. Flaui. de plagi. quòd vxor, quæ habet maritum inutilem, dicitur vidua, sed ista considerant effectum. ¶ Capio gloss. 1. quam diuide in tres. In prima opponit, & solu. In secunda remouet aliud contrarium. In tertia allegat concordantem ad text. Secunda ibi, per sequentem ergo. Tertia ibi, & facit supra de lega. 1. ¶ In gloss. ibi, illud est cùm ipso iure agitur, vt tollatur prima. Istam solut. tenet Bart. & pro ea facit text. in illo. §. pactus ne peteret. in versicu. si hoc actum est. sed ista solu. gloss. & Barto. est falsa, quia semper secunda stipulatio, quę continet plus, quàm prima, ipso iure nouat precedentem. l. scire debemus, in prin. & l. qui vsusfr. in f. eodem. Barto. in l. penul. ff. de præto. stipu. vnde responde plenius secundum Antiquos, quos sequuntur Imo. & Alex. hic, quod ille. §. nihil obstat, quia hic dicitur, quòd valet secunda stipulatio, cui non obstat exceptio primæ, & dum Barto. soluit. l. 1. §. sub conditione, quod loquitur in stipulatione prætoria, quæ non interponitur vt plus debeat, sed sit magis cautus. dic melius, quòd prætoriæ stipulationes interponuntur ex necessitate, ergo non est verisimile, quòd ille, qui inuitus interponit, velit se in plus obligari, quàm esset, quia in necessitatibus nemo
5 liberalis existit. l. rem legatam. ff. de adimen. lega. ¶ † Vltimò
b ponit Barto. [b] de clausula notariorum. Titius ex certa scientia sciens se ad infrascripta non teneri, &c. vt sic tollatur præsumptio erroris, quia statur tali assertioni in eorum præiudicium. l. optimam. C. de contrahend. & committen. stipu. Adde Bar. in l. sed & si quis. §. fina. & ibidem Bald. ff. si quis caus. Bald. in l. 2. in 7. quæst. in fi. de rescin. vend. Ang. in l. quod si maritus. §. 1. ff. de constit. pecu. & statur tali assertioni notarij, ex quo talia verba profert in personam contrahentium secundum Bal. in l. mater. in 3. colum. C. de rei vendica. quicquid alibi disputet Barto. in l. vnica. in 2. colum. & sequen. C. de confes. Item talis clausula operatur, vt tollatur condictio indebiti, quæ non datur soluenti per ignorantiam secundum Barto. in l. fin. §. idem quæsijt. ff. de condi. indebi.

ADDITIONES.

a ¶ Adde, ꝙ &c. Tu adde, ꝙ nulla causa, & inefficax æquiparantur. l. 2. vbi gloss. vlt. ff. de condi. ob turpem causam.

b ¶ Vltimò ponit Bart. &c. Et quòd ista clausula excludat omnem errorem, argu. gloss. in c. ex multiplici. de decim. & in cle. & si principalis. in versicu. literarum. de rescrip. gloss. no. in c. ad hoc. de rescrip. quàm exclamat Panor. ibi in versicu. vltim. not. singu. fin. istius gloss. ex qua dicit se generaliter inferre singul. dictum, quòd vbicunque in materia requiritur plenitudo potestatis principis, satis est Principem dicere, quòd illud facit ex certa scientia. & adducit dictum Innocen. in cap. innotuit. de elect. quam gloss. & quod dictum pro singulari sequitur Lodo. Roma. in sing. suo. 758. incip. dixi aliàs esse gloss. quam refert Vital. de Camb. in tract. clausula. in cap. de clausula ex certa scientia. Bald. in l. eos. in prin. ff. de appel. ita etiam consuluit Barb. in quodam consi. quod est inter consi. Alex. 103. in 4. volum. vbi etiam alia dicuntur de ista clausula. & quòd dicta clausula tollat semierrorem, vltra alleg. per Alexan. hic, & in l. sed & si quis. §. fin. ff. si quis cau. & l. fina. §. 1. ff. de condi. indebi. consuluit Pau. de Cast. in consi. suo. 332. secundum antiquam impressionem. Alibi dicitur, ꝙ vbi quis aliquid facit ex certa scientia, credendum est illud esse verum, nec debet in dubium refricari. ita dicit Barto. in l. conficiuntur. in princip. ff. de iure codi. per quædam iura, de quibus ibi per eum, & Bald. in l. fin. C. sen. rescin. non posse. & Imol. in præalleg. cap. innotuit, & Bald. in d. l. eos, & ita consuluit magnus practicus Fran. Cur. consi. suo 65. in 8. colum. incip. super præmissa narratione. de qua clausula vide etiam per Barb. in consi. suo. 48.

S V M M A R I V M.

1 *Stipulatio turpis seu continens aliquid turpe, est ipso iure nulla, nec aliqua obligatio oritur.*
2 *Fures, & latrones non possunt adinuicem stipulari de diuidendo prædam, & stipulationes super hoc factæ nihil valent.*
3 *Vbi aliquis sine actione experitur, potest iudex ipsum expellere, etiam si pars nihil dicat.*
4 *Ad officium iudicis pertinet denegare actiones super turpibus reb. vel promissis.*
5 *Quando stipulatio non fit super materia turpi, nec fit turpiter, sed causa finalis est turpis, nunquid ipso iure vitiet stipulationem.*
6 *Stipulatio si continet turpitudinem tantum ex parte promittentis, an talis promissio sit ipso iure nulla.*

LEX XXVI.

GEneraliter. Stipulatio turpis est ipso iure nulla, & per officium iudicis actio est deneganda. item donec præterierit tempus adiectum in conditione negatiua, agi non potest. hoc dicit cum l. sequen. complectendo totum text.
1 ¶ † Not. 1. quòd stipulatio turpis, seu continens aliquid turpe est ipso iure nulla, nec aliqua obligatio oritur, vt patet ex text. ibi, nullius esse momenti. nec obst. l. sequen. in verb. huiusmodi obligationibus, quia debet litera exponi, idest stipulationibus, ex quibus solent aliæ obligationes oriri. ratio est huius text. quia tales stipulationes censentur impossibiles de iure. text. est in l. filius. ff. de condi. insti. ergo vitiat stipulationem. l. impossibilis.

bilis.ſupra eodem,& in ſpecie glo.loquens de condi. impoſſi-
bili in l.1.ff.de condi.inſti.& glo.in l. nemo poteſt. de regul.iur.
in 6. adde,quod dicit text.in cap.in malis promiſſis.22.quæſt.4.
& in regula in malis. de regul. iur. in 6. vbi dicit text. in malis
promiſſis reſcinde fidem,in turpi voto muta decretum, quòd
incautè nouiſti ne facias. Impia eſt promiſſio, quæ cum ſcele-
2 re adimpletur. † Item adde, quòd fures, & latrones non poſ-
ſunt adinuicem ſtipulari de diuidendo prædam, & ſtipulatio-
nes ſuper hoc factæ nihil valent.text.eſt not.in l.ſi à reo.§.fin.ff.
de fideiuſſo.per quem text.Barto. aliqua bona decidit. tamen
aduerte, ꝙ Theologi tenent, ꝙ ſi voui Deo aliquid dare pro-
pter rem inhoneſtam, ſum obligatus, puta ſi potiar tali mu-
liere,ea potita teneo debitum ſoluere,& votum adimplere,ita
refert,& ſequitur Andr.de Iſern.in cap.1.§.1.in 3.colum.quib.
modis feu. amit.quia vouere Deo, ſimpliciter eſt conceſſum,
ergo non debet vitiari propter conditionem inhoneſtam, quæ
non eſt de ſubſtantia,ſed tu caue de iſto text.& de d. ca. in ma-
lis.iuncto etiam quia mitius agitur cum Deo, quàm cum ho-
3 mine.per l.ſi quis rem.§.voto de pollicita. ¶ † Secundò no.ibi,
ſed officio prætoris.iuncto text.ibi, actiones denegari, hic me-
lius probari,quàm alibi, quòd vbi aliquis ſine actione experi-
tur, poteſt iudex ipſum expellere,etiam ſi pars nihil dicat,& ita
tenet glo.magna circa medium in l.vbi pactum.C.de tranſac.
& glo. in l.ſi vnus.§. pact. in verbo, in pactis factum.de pactis.
facit,quod vult glo.ſingu.in l.qui cum maior.in verbo calum-
4 nioſam.ff.de bonis libert. ¶ † Tertiò not. ex eod. text. quòd ad
officium iudicis pertinet denegare actiones ſuper turpibus re-
bus vel promiſſis,ſicut alibi not.dicit Bald.in cap. 1. §. item ſa-
cramenta.in 3. colum.de pace iura.firma. quòd boni præſides
faciunt iuramenta minorum vel violentas extorſiones caſſari,
& quod vidit multoties obſeruari,quòd not.Capio glo.in ver-
bo turpes, quam diuide in quinque partes,prout timore con-
trarij quinque ſpecies ſtipulationum enumerat, & etiam alle-
ga.concordan.ad tex.Secunda ibi,ſed turpiter. Tertia ibi, aliæ
ſunt præter legem.Quarta ibi,quandoque autem bona.Quin-
5 ta,& vltima ibi, item quandoque honeſtum. ¶ † Pro clara in-
telligentia huius glo.reaſſumo in dubium articulum ſubtilem,
& diſputabilem hic notatum per Barto. quem formo in pul-
chrioribus terminis, Promitto mille ducatos aliquibus,ſi oc-
cidant talem, vel veniant mecum ad occidendum talem ini-
micum meum,an talis ſtipulatio ipſo iure ſit nulla,& ſic pun-
ctus eſt videre, quando ſtipulatio non fit ſuper materia turpi,
nec fit turpiter,ſed quando cauſa finalis eſt turpis, nunquid ip-
ſo iure vitiet ſtipulationem de dando mille. Et licèt Barto.pon
deret glo.hic in princip. quòd ſit ipſo iure nulla, Barto. minus
bene ponderauit,quia glo.loquitur in terminis.l.noſtræ,quan-
do ſtipulatio eſt turpis vel de re turpi, quod ergo talis ſtipula-
tio,quæ fit ob cauſam turpem,ſit ipſo iure nulla, tenuit glo. in
l.iuriſgentium.§.ſi ob maleficium.ff.de pact.quam opinionem
* ſecuti ſunt *Barto. & omnes Citramontani*, indifferentur tamen
hic quàm in d.l.penul.ff.de condi.ob turpem cau. pro iſta opi.
gloſſ. & Citramontan. vltra duo iura quæ alleg.Barto.facit be-
ne text.in l.ſi à reo.§.fin.& ibi Barto.ad hoc not. ff.de fideiuſſo.
vbi tali ſtipulationi non poteſt accedere fideiuſſor, ergo ipſo
iure eſt nulla, & vltra iura Barto. quando non haberemus le-
gem,oſtenditur veriſſima per rationem veriſſimam,quia inui-
tat iſta ſtipulatio ad delinquendum,ergo nulla ipſo iure. l. pa-
cta,quæ contra.C.de pact.l.conuenire.ff.de pactis dota. Item in-
ducit id,ꝙ eſt nephas,& naturæ,|& Deo & mundo, ergo nul-
la oritur obligatio.tenendo iſtam opinionē,quę ęqua,& ratio-
nabilis,punctus eſt reſpondere ad text. in l. penul. ff. de condi.
ob turpem cau.qui ſtringit pro Vltramontanis Reperio,quòd
ad illum text dantur quatuor ſolu.Barto.hic,& in d.l.penul.po
nit duas ſolu.Prima eſt,quòd ille text. loquatur de exceptione
intentionis & facti, iſta ſolu. mihi nullatenus placet, quia eſt
contra illum text. in verſicu. inanis, eſſet ergo ipſo iure nulla.
Secundo,& fortius exceptio intentionis,& facti eſt impropriè,
& abuſiuè exceptio,& ideo non caderet in ſtatuto faciente mē
tionem de exceptionibus. ita Bald. in l. peremptorias.in 5. co-
lum.C ſenten.reſcin. non poſſe. in l. ſancimus. in princip. in 2.
colum.C.de dona.& licèt Bald.non alleget,allego gloſ. expreſ-
ſam in cap.1.in verbo defenſionis.de lit.conteſta.in 6.& glo.in
l.in rebus.in verbo exceptio.& ibi Bald.not.C.de iure dot.cùm
ergo exceptio intentionis, & facti ſit abuſiua,de ea non loqui-
tur ille text.Secunda ſolu.Barto.quòd aut turpis cauſa expreſ-
ſa eſt in ſtipulatione aut non, repræhenditur per dominum
Chriſtopho.de Caſtil. & Fulgo.in d.l.penul.& Roma. hic, &
bene, primo quia diuinat ad illum text. & eum reſtringit, qui
generaliter loquitur. ſecundò, quia par eſt virtus taciti, & ex-
preſſi.l.cùm quid.ff.ſi certum petatur. Sed defendendo Barto.

potes dicere,quòd quo ad vitiandum magis nocet expreſſum
quàm tacitum. vltra eos in illa.l.pen. turpis cauſa erat ab vtra-
que parte intellecta ſaltem tacitè,ergo attendi debet,vt decla-
rat gloſſ.in l.ſi repetendi.C. de condi.ob cauſam. Tertiam ſolu.
tradunt alij omnes,& dicunt,aliquando turpitudo eſt ex par-
te vtiuſque,vt promitto centum ſi homicidium commiſeris,
& tunc eſt ipſo iure nulla, & procedat opinio. Vltramontan.
aliquando eſt ex parte ſtipulātis tantum, vt promitto decem,
vt reſtituas depoſitum vel commodatum meum,iſto caſu ſti-
pulatio tenet,ſed obſtat exceptio.ita loquitur text.in d.l.pen.&
ibi gloſſ.& in d.§.ſi ob maleficium. iſtam ſolu.latè tenet Cum.
Imò.Pau.de Caſt.& Alexan.hic. dom. Chriſtopho. & Fulg.in
* d.l.pen.& Are.in l.ſi plagij.§.eo.*iſta communis ſol.* eſt deterior cæ-
teris,quia eſt de directo contra text.expreſſum in d. l. iuriſgen-
tium. §. ſi ob maleficium, vbi eſt turpitudo ſolius ſtipulantis
tantum,& tamen dicit text.quòd ſtipulatio nulla eſt, & expo-
nere nulla,ſcilicet quo ad effectum,quia obſtat exceptio pro-
ut exponit dom. Alexan. ibi, eſt truffa. Quartam ſolu. tradit
Ange.hic,quæ in effectu non diſcrepat à præcedenti. Et dicit,
quod quando illud,quod eſt in cauſa, ſonat in delictum,ſtipu-
latio eſt ipſo iure nulla. ſed quando id, quod eſt in cauſa,non
ſonat directè in delictum,tamen eſt turpe, & tunc valet ſtipu-
latio,ſed obſtat exceptio.Iſta ſolutio eſt falſa, quia in contra-
rio dicit text.ſolutum non poſſe repeti. & tamen in exemplo
Ange.ſolutum poſſet repeti, quia turpitudo eſt in accipiente
tantum,quando promitto.10 vt reſtituas depoſitum vel com-
modatum.Quid tenendum? Tu aduerte, quòd Barto. non be-
ne recitat fundamenta ſubtilium Vltramontanorum, & Cyn.
contra glo.vnde ipſi arguunt ſubtiliter hoc modo. Cauſa non
eſt de ſubſtantia ſtipulationis, & conſequenter cauſa non co-
hæret promiſſioni;quòd non ſit de ſubſtantia,probat text. in l.
2.§.circa & § ſequen. ff. de excep. doli. ergo cùm cauſa non
cohæreat promiſſioni,quamuis turpis, ergo non debet vitiari.
l.cùm tale.§.legato.ff.de condi.& demonſtra. confirmant,quia
cauſa omiſſa in ſtipulatione non vitiat d.l.2. §. circa. ergo non
debet plus obeſſe turpis expreſſa,quàm turpis omiſſa, ſed cau-
ſa omiſſa non vitiat.d.l.2. §.circa. ergo turpis expreſſa non de-
bet vitiare, & licèt Vltramontani non probent aſſumptum,
probo fortiter vltra eos,quia regulam habemus, quòd minus
vitiat inepta expreſſio,quàm omiſſio.Iſtam regulam tradit ſin-
gu. Barto.in l.demonſtratio falſa in princip. ff. de condi. & de-
monſtra.tunc ſic,ſi omiſſio non vitiat, minus debet vitiare ex-
preſſio cauſæ.Confirmatur per rubr.ff.de condi.ſine cauſa, vel
iniuſta cauſa.vbi text.æquiparat nullam cauſam vel iniuſtam,
quando nulla eſt cauſa, valet ergo quando iniuſta,& quia Bar.
dicit,quòd Vltramonta. non allegant bonam legem pro, eis,
adde bene facere text.in l.iuriſgentium, in §. & generaliter. in
verbo reſcindenda. ff. de pact. Pondera illud verbum reſcin-
denda,ergo mero iure valet l.nam,& ſi ſub conditione. §.poſt
defectum.ff.de iniuſt. rup. & irriti. fac. teſta. cap. ad diſſoluen-
dum.extra de deſpon.impube.pro Vltramonta.facit d.l.penul.
& iſtum text.allega.gloſſ.hic pro concordan.Et vltra.ll. & quæ
adducta ſunt pro opinio.Vltramon.adde viuam, & fortem ra-
tionem, quæ ineuitabiliter ſtringit.Ego habeo,quòd turpitudo
in cauſa non impedit tradentem transferre dominium, patet
per totum titu.de condi. ob turpem cauſam.quia ad reperen-
dum datur condi.ob turpem cauſam, quæ non datur domi-
no.l.ſi vſufru. ff. vſufru. quemadmodum caue. ergo cùm non
impedit translationem dominij,nec etiam impedit obligatio-
nem oriri,cùm æquiparentur,& oriantur à iure gentium. l. ex
hoc iure.ff.de iuſt.& iur.& ſic in puncto iuris videtur poſſe de-
fendi opinio Vltramontanorum,tum per rationem, tum per
leges allegatas,tum etiam per iſtam vltimam rationem. Quid
tenendum? articulus eſt diſputabilis ad vtramque partem, ta-
* men opinio *gloſſ. eſt communis*, & æquior, quòd promiſſio
expreſſa cauſa turpi ſit ipſo iure nulla, cùm inuitet ad delin-
quendum,& ſic reprobetur moribus,& iure,& ſit contra Deū
& homines.Præterea tenendo opinio gloſſ. & Citramontano-
rum ego quinto loco do claram, & pulchram reſponſionem
ad l.penul. ſuper qua Barto. & omnes laborauerunt vſque ad
animam.Et dico ex mente Ludo. Roma. quod illa. l. nihil fa-
cit, quia loquitur, quando promiſſio fiebat ob turpem cau-
ſam,ſcilicet doli vel metus,tunc ſubdit text.quòd obſtat exce-
ptio.doli mali vel in factum,quia tunc mero iure valet.l.dolo.
C.de inutil. ſtipula. & quod ibi fieret ob turpem cauſam doli
vel metus,patet,quia text. dicit,quòd tollitur per ſolutionem,
ergo ſolutio purgat dolum,& metum,& ſi dicas tu, cum reue-
rentia neſcis quid loquaris,quia dicis contra text.qui dicit ſi ob
turpem cauſam promiſſio fiat, & ſic loquitur, quando fit ex
cauſa fin. turpi, ſed quando fit per dolum vel metum, non fit
ex

ex cauſa fin. doli, vel metus, ſed bene fit turpiter, ſed dico ineuitabiliter, quòd ille verſic. non poteſt intelligi, prout Bartol. & Doctor. intellexerunt, quòd ibi ſtipulatio ſit facta ob turpem cauſam fina. quia non poſſet ſtare, quod dicit, quòd per ſolutionem purgatur illa turpitudo, ergo eſt neceſſarium inuitis dentibus intelligere, quòd text. intelligatur de exceptione doli, vel metus, vt l. ſecunda. ff. de exceptio. doli, & iſta eſt vera ſolutio. eſt verum, quòd Aret. in dicta. l. penult. voluit aliqua dicere, quæ nihil ſunt, & nugæ. Sed volens impugnare iſtam ſolutionem, dicit ſe cogitare caſum in quo turpitudo tollitur per ſolutionem, & non erit dolus, vel metus, & erit tale exemplum, pone promiſi tibi decem, vt reddas depoſitũ meum, vel rem commodatam, iſta promiſſio eſt turpis, quia tu depoſitarius teneris gratis reddere, ſi recipis, turpiter facis, pone modo, quòd ego, cui promiſiſti pecuniam pro reſtitutione depoſiti, vel commodati, reſtituo tibi depoſitum, vel commodatum, tu poſteà ſoluis pecuniam, per ſolutionem purgatur turpitudo, ſed certè inuanum laborauit, quia illa turpitudo non purgatur per ſolutionem, ſed per primam reſtitutionem liberè, & ſpontè factam, vnde teneo, quòd iſta ſolutio ad illum text. & iſte intellectus ſit verus, & neceſſarius. nec obſtat dum dicitur, quòd minus vitiat ineptè expreſſum, quàm omiſſum, eſt regula Bartol. in dicta l. demonſtratio. in ſeptima quæſtio. ff. de condi. & demonſtr. non reperio a quoquam examinatam, & credo, ꝙ non ſit vera, & allego gloſſ. in clem. conſtitutionem. in verbo de nouo. de electio. quæ dicit totum contrarium, quòd magis vitiatur expreſſio inepta quã tacita omiſſio. Confirmo, quia quando eſt expreſſa ineptè, magis arguitur dolus, quàm quando eſt omiſſa. non obſt. text. in d. l. iuris gentium. §. & generaliter. ff. de pact. in verbo reſcindenda, quia reſcinditur de facto, quatenus de facto proceſſit, vt not. gloſſ. in l. prima. in verbo infirmabitur. ff. de ferijs. non obſt. vltimum, quòd ſicut non impedit tranſlationem dominij, ita nec obligationem, reſpondetur, quod traditio dominij procedit à voluntate partis non à cauſa, patet, quia tradens ſi non eſt dominus, non transferret dominium, toto titu. ff. de condict. indeb. obligatio autem princip. procedit à cauſa. l. licèt. §. ea obligatio. ff. de procurato. ergo non eſt bonum arguere de vno ad aliud, per iſta remanet defenſatus iſte articulus, &
6 defenſata opin. gloſſ. & Citramontanorum. † Vltimò quærit Bartol. quid ſi ſtipulatio continet turpitudinem ex parte promittentis tantum, gloſſ. in l. quarta. §. ſed quod meretrici. ff. de condi. ob turpem cauſam, tenet, quòd talis promiſſio ſit ipſo iure nulla. Adde, quòd idem tenet gloſſ. in l. ſecunda. C. de condi. ob turpem cauſam, & gloſſ. in l. affectionis. ff. de donat. & gloſſ. in l. ea, quæ & ibi bonus text. C. de donat. ante nup. & gl. vbiq; tenuerunt hanc concluſionem, ꝙ talis promiſſio ſit ipſo iure nulla, quando turpitudo eſt ex parte promittentis tantum. Contrarium tenent Vltramontani, & Salice. & Cyn. in dicta l. ſecunda. Bald. & domin. Alexand. in dict. §. ſed quod meretrici, & Barto. in d. l. affectionis, & domin. Alexan. hic. idẽ latè tenet domin. Abb. in capit. quia plerique. in tertia quæſtio. de immunit. eccleſiar. vbi etiam per eum quid in foro animæ ſiue conſcientiæ, poſt domin. Anton. de Butr. fundamentum iſtorum tenentium iſtam partem eſt, quia meretrix non accipit turpiter pecuniam ſibi datam, ergo nec promiſſionem, quia paria ſunt promittere, & ſoluere. l. fina. C. ad legem Falci. Item, quia ſpeciale eſt in minore, & milite, vt non obligentur ex tali promiſſione facta meretrici, vt not. in dict. l. affectiones, ſed poſſet reſpõderi, quod eſt ſpeciale in minore, & milite, ꝙ non teneantur in effectu. eandem opinion. tenet Paul. de Caſtro. in l. multum intereſt. infra eodem. per illum text. qui bene facit. quem tex. etiam ad hoc ponderat Cuma. vbi, an valeat ſtipulatio magis inſpicitur perſona ſtipulantis, quàm promittentis, quid tenendum? paſſus eſt dubius, & diſputabilis, & cũ gloſſ. tenet Bald. in dicto §. ſed quod meretrici. quia inſpecta veritate coniuncta eſt turpitudo vtriuſque. Idem tenet Angel. ibi, qui dicit, quòd iſta opin. eſt tutior, & honeſtior, & quòd iſtam quæſtionem vidit Paduæ de facto in ſcholare, & meretrice. mouetur per id, quod vult Bartol. & ſtringit in l. prima. circa fin. ff. de cond. ob turpem cauſam, vbi tenet, quod etiam ſi ſit turpitudo ſolius promittentis, poſſit pignus datum pro tali promiſſione repeti. item poteſt pro illo caſu facere liberationem, & per hoc fundamentum idem tenet Pau. de Caſtr. ſibi contrarius in dicto. §. ſed quod meretrici. idem tenet Ioan. de Imol. hic, & in dicta. l. affinitatis. per text. not. in dict. l. prima. ad fin. ff. de actio. & oblig. & quamuis Bartol. in illis locis reſpondeat, quòd ille text. intelligiturècontra, tamen videtur, quòd ratione relationis illud, quod dicitur in fœmina, procedat in maſculo. l. final. C. de indicta viduita. tollend. &
* iſta vltima eſt ſuſtentabilior in puncto iuris, *quamuis præcedens ſit magis communis*, & per iſta ſit expedita iſta lex.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio rem tradi non proprietatem, ſed merum factum traditionis continet.*
2 *Verbum tradere, non importat translationem dominij, licèt meram tenutam, & ſic merum factum, niſi cum cauſa habili, quia per traditionem cum cauſa habili transfertur dominium.*
3 *Promittens tradere in genere, puta ſeruum, tenetur transferre dominiũ, ſecus ſi in ſpecie.*

LEX XXVIII.

a SI rem tradi. [a] †Stipulatio rem tradi nõ
1 ꝓprietatẽ, ſed merũ factũ
2 traditionis continet. hoc dicit. ¶† Not. primò ex hoc tex. quòd verbũ tradere, non importat tranſlationem dominij, ſed meram tenutam, & ſic merum factum. adde idem eſſe in verbo præſtare, quòd ſimiliter non importat tranſlationem dominij, ſed nudam tenutam. l. ſi fundum certo die, & ibi Bartol. not. infra eodem. l. ex empto. in princip. & ibi Bartol. etiam ad hoc not. ff. de actionibus empti, ſecus eſt in verbo dare, quod importat tranſlationem dominij. l. vbi autem. §. final. & l. nemo rem ſuam. in principio. infra eodem. §. ſic itaque, & ibi gloſſ. inſtitu. de actio. verbum autem aſſigno, eſt commune, & pariter ſe habet ad vtrunque, vt latè declarat Bartol. in l. ſi conſtante, in principio. in ſecunda quæſtio. 4. par. princip. ff. ſolut. matr. Bald. in l. ſecunda. in ſecunda colum. C. communia de legat. & in capitul. conſtitutus. in ſecunda columna. de reſcript. & ſic differentia eſt inter tradere, & dare, quam differentiam etiam not. gloſſ. in dicto. §. ſic itaque. Canoniſtæ tamen habent text. 12. quæſtion. ſecunda. in capitul. eccleſiaſticis, vbi dicit text. iuri dominioque ſuo dari tradique præcipimus, illa verba videntur haberi ſuperflua. alia eſt etiam differentia, quia obligatio dandi eſt præciſa, & inuariabilis, ita quod ſoluendo intereſſe non liberatur. dict. l. vbi autem. § final. ſed obligatio rem tradi non eſt præciſa, quia ſoluendo intereſſe liberatur. l. ex empto. in principio. ff. de acti. empti. l. ſi ita. §. primo. ff. de contrahend. emptio. Aduerte tamen, quòd licèt verbum tradere non importet tranſlationem dominij, tamen per traditionem præcedentem cauſa habili transfertur dominium per regulam. l. traditionibus. C. de pactis. iuncta. l. nunquam nuda. ff. de acquirend. rerum dominio. ¶Limita regulam huius text. quòd non tenetur tranſferre dominium, quando obligatio rem tradi habet annexam cauſam bonorum, vt in venditore, qui tenetur tradere. dicta l. ex empto. in principio, certè ſi eſt dominus, in conſequentiam traditionis tradendo transfert dñium l. in cõuentiona lib. §. final. infra eodem. allegata hic in gloſſ. pro contraria, & iſta
3 eſt vera ſolutio. ¶† Secundò limita not. iſtum textum, vt procedat in promiſſione ſpeciei. Si autem promitto tradere in genere, puta ſeruum, teneor tunc transferre dominium, ita not. Bartol. in l. ſi à ſubſtituto. §. final. ff. de legat. primo. per gloſſ. in l. ſequent. in verſicul. dare, quam ad hoc ibi not. Imol. Paul. de Caſtr. & domin. Alexand. ſicut quando venditur aliquid in genere, puta vendo decem ſaccos frumenti in genere, tunc venditor tenetur transferre dominium non ex natra contractus, ſed propter qualitatem obligationis, quia res in genere eſt vendita. gloſſ. eſt ordinar. in d. l. ex empto. in princip. & ibi Bartol. & in l. ſi domus. §. de euictione. ff. de legat. primo & in l. qui concubinam. §. ſi hæres. de leg. tertio. Idem Bartol. in l. 2. ad fin. princip. ff. ſi cert. peta.

SVMMARIVM.

1 *Tot ſunt ſtipulationes quod ſunt ſummæ, vel res in ſtipulatione ſpecificatæ, licèt ſub vna verbi conceptione, & num. 4.*
2 *Quando plures res ſpecificè enumerantur principaliter, & de per ſe, tunc cenſentur plures ſtipulationes, ſecus ſi reſpectiuè ad vnum effectum, quia tunc loco vnius habentur.*
3 *Venditio rerum facta vno pretio eſt vna quantum ad reſolutionem contractus, quæ reſpicit totum contractum.*
5 *Quando plures res denominantur in donatione, verè ſunt plures donationes.*
6 *An tot cenſeantur iuramenta quot ſunt actus, vel res, vel articuli.*
7 *In contractu donat. ad inſinuationem ſi plures res nominentur, cenſetur vna donatio.*
8 *Potentior eſt ſingularis enumeratio, quàm vniuerſalis, vel generalis.*

9 *Si Episcopus dicat, absoluo te ab omni excommunicatione, vna est absolutiõ & sententia, si verò omnes excommunicationes dinumerat, tunc tot erunt absolutiones quot excommunicationes.*
10 *Stipulatio omnium legatorum est vna, quamuis plura sint legata.*
11 *An sit differentia inter pecuniam, & nummos.*
12 *Quæ vtilitas est, quòd tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus stipulationes sint plures, vel vna.*
13 *Si in libello petij quinquaginta tanquã mihi promissa, & probaui de centum, an fiet condemnatio in centum.*
14 *Pluralitas non præsumitur in his, quæ possunt esse vnum.*

LEX XXIX.

SCire debemus. Ista l. secũdum Bartol. est subtilis, & secundum Ange. & Roman. est pulchra, vtilis, & delectabilis. Summa, & diuide, vt hic per Bartol. sed quia Bartol. non summat plenè totum text. prout ferè semper facit, & eius diuisio sit imperfecta, ideò ego summo, & diuido multum magistraliter, & summo sic. † Tot sunt
1 stipulationes quot sunt summæ, vel res in stipulatione specificatę, licèt sub vna verbi conceptione. hoc dicit prima pars. Item stipulatio sequens continens idem, quòd prima cum adiectione alterius rei, vel summæ, non nouat præcedentem, cùm duæ sint obligationes. hoc dicit secundò. Sed si plures summæ, vel res sub vno vniuersali, vel generali comprehendantur, censetur vna, plura corpora continens. hoc dicit complectendo totum textum. Diuide istam l. vsque ad §. si à fure, magistraliter in quatuor partes. In prima loquitur de stipulatione dinumeratiua plurium rerum, vel summarum. In secunda refert, ex qua illatione colligitur vtilitas, an vnica sit stipulatio, vel plures quo ad effectum nouationis. In tertia limitat primum dictum, vt procedat in stipulatione collectiua, vel generali, quæ vnitatem inducit, & istud declarat per plura exempla. In quarta loquitur de stipulatione collectiua rerum specificatarum, & sic in effectũ reddit ad primum casum. Secunda ibi, secundum quòd euenit. Tertia ibi, quamuis placuerit. Quarta, & vltima est ibi, at si quis illud, aut illud. ¶† An-
2 tequam veniam ad notabilia, Bartol. format duas oppositio. & soluit, ex cuius dictis habes duas notab. conclusio. Prima est, quòd quando plures res specificè enumerantur principaliter & de per se, tunc censentur plures stipulationes, vt hic, secus si respectiuè ad vnum effectum, tunc loco vnius habentur per tex. in l. si hæredi plures. ff. de cond. inst. adde, quod eadem doct. per illam. l. si hæredi. tradit etiam Bartol. in l. prima. in fin. ff. de infam. & idem Bartol. in l. vt vim. in quarta colum. ff. de iustit. iure, & idem Bartol. in l. si is, qui ducenta. §. vtrum. ff. de rebus dub. & est bona doctrina, & approbata, quamuis Raphael Cuman. reprehendat in dict. l. & hæredi, sed eã defendit Angel. de Aret. in §. penult. insti. de hæredi. instituend. vbi respondet fundamentis Rapha. ¶† Secunda not. conclusio Bartol. est, quòd
3 venditio rerum facta vno pretio est vna quantum ad resolutionem contractus, quæ respicit totum contractum, ita loquitur. l. si duos. ff. de contrahend. emptio. & l. cùm duo. ff. de in diem addic. cum declaratione l. cùm eiusdem, & l. si plura, & l. ediles. secunda. §. cum autem. ff. de ædilic. edict. sed quantum ad ea, quæ non respiciunt contractum, sed petitionem, videntur esse plures respectu emptoris, qui potest vnam quamque de per se petere, l. si vno. ff. de actionib. empti, secus respectu venditionis, qui ad pretium non posset agere pro parte singulorum seruorum. Sed aduerte, quia ista differentia Bartol. de directò confunditur per text. quem Bartol. met allegat in dicta l. & si vno. ff. de actionibus empti, qui dicit de singulis ex empto, & vendito agi potest, ergo sicut emptor potest agere ad singulos seruos ex empto, ita etiam venditor agere potest ad singulare pretium cuiuslibet serui, & sic mihi videtur, quòd ille text. de directò confundat differentiam Bartol. quamuis Aret. respondeat, quòd dum text. dicit ex vendito, illud verbum non significat actionem, sed qualitatem contractus, sed cum reuerentia est truffa. Sed pro ista differentia Bartol. considerabam posse adduci rationem, quare emptor possit petere quemlibet de seruis emptis de per se, venditor autem non ad pretium particulare agere potest, eo quia emptor nihil limitat, prout haberet necesse limitare venditor, si vellet petere pretium de per se, quia non potest solus istam limitationem facere, tamen huic differentiæ Bartol. obstat. d. l. & si vno. pro Bart. etiam in primo membro facit benè text. in l. si chorus. & ibi glo. ff. de leg. 3. quam allegat Bart. in 2. col. Successiuè adde in quantum Bart. concludit, quòd quando agitur ad resolutionem contractus, quia respicit contractum in totum, & ex parte vtriusque, quo ad hoc venditio censetur vna. Limita ex eo, ꝙ decidit Bart. in l. fin. §. prætereà. in 2. col. ad fin. C. de iure dotium, vbi decidit, ꝙ si aliquis emerit plures seruos vna emptione, sed diuersis pretijs, si in vna re reperiatur deceptus iuxta dimidiam pretij, nõ poterit intentare remedium. l. 2. C. de rescin. vendi. an sit verum, dicam ĩ. enumerando, an sit vna stipulatio,
4 an plures. ¶† Not. 1. ex text. regulam, ad quam tota die allegatur ista. l. ꝙ tot censentur stipulationes, quot sunt res, vel summæ in vna stipulatione specialiter designatæ, & sic pluralitas rerum specificè enumeratarum inducit pluralitatem stipulationum. facit text. in l. 1. §. sed si mihi Pamphilum. supra eod. & text. in l. quod dicitur. prima. & in l. vbi autem. §. penult. & in l. Titia. §. fin. & in l. plurib. in princip. s̃. eod. Aduerte, ꝙ illud, qđ dr̃ in hoc tex. & dictũ est statim, procedit impropriè, & sic non haberet locum in statutis, in quib. verba debent propriè intelligi, ita not. Aret. in d. l. 1. §. sed si mihi. per illum textum in versi. duæ quodammodo sunt stipulationes. cùm dictio quodammodo, denotet improprietatem, vt est gloss. in l. 1. in prin. ff. de rer. diuisio. glo. & Bart. in l. si me in vacuam. ff. de acquir. posses. adde, ꝙ Raph. Cuma. hic circa fin. dicit, quòd de proprio significatu vna est stipulatio, quando vnum est verbum principale, cùm vna sit oratio, & vna verborum concep. l. vnica. §. his ita. C. de caduc. tol. tamen ex mente contrahentium sunt plures stipulationes, ex quo plures res sunt copulatæ, & numeratæ gratia celeritatis. argu. l. si ita quis hæres. ff. de hæredib. instit. & argu. l. falsa. §. fi. ff. de condi. & demonstra. adde etiam Ioan. de Imol. hic circa principium, qui exponit text. in versi. tot esse stipulationes. exponit, idest censeri esse ex iuris intellectu, nam verè vna est stipulatio propter vnicum actum verbi, ego non violando text. dico, quod verè, & propriè sunt plures stipulationes, & sic haberet locum regula istius text. in statutis, quia tex. pluries dicit, tot sunt stipulationes, sed verbum est, importat veritatem, & ista differunt, quem esse talem, vel haberi pro tali. gloss. est ordin. in l. mercis appel. ff. de verbor. significat. Bar. in l. si maritus §. lege. ff. de adult. sic etiam dicit text. in l. 1. §. sed & si mihi. supra eod. tot sunt stipulationes quot corpora, ergo
5 verè, & propriè. ¶† Similiter dicit Bart. in l. Modestinus. circa fin. ff. de dona quod quando plures res denominantur in donatione. verè plures sunt donationes. pondera, quia Bart. dicit verè plures sunt donationes, nec obstat, quòd text. in illo. §. sed si mihi. vtatur dictione quodammodo, importante improprietatem, quia illud dicit propter stipulationem inutilem, quæ abusiuè dicitur stipulatio. l. 2. §. 1. ff. quemadmodum testam. aperiantur, & sic teneo, quòd verè, & propriè dicantur tot stipulationes, quot res. Amplia eod. modo, quod tot sunt sententiæ, quot capitula eius. gloss. in l. etiam. §. ex causa. in ver. audiendus. ff. de minorib. quæ ad hoc allegat istum text. facit tex. in l. quædam mulier. ff. famil. ercifcund. & text. melior de iure in l. quid tamen, in princip. ff. de arbitr. in verbo quasi plura sint compromissa, quem text. hic in fin. ad hoc allegat, qui idem tenet. idem etiam tenet not. Bartol. in l. Lucius. §. quæ habebat. ff. ad Trebel. per istam legem, & l. ædiles. la secunda. §. final. iuncta glo. in verb. vno pretio. ff. de ædil. edict. Hinc infertur, quòd si ex forma statuti, vt est in ciuitate Lucana, bannitus in centum potest impunè offendi, certè bannitus in quinquaginta ex vna causa, & ex alia in quinquaginta in eadem sententia, non poterit offendi, quia non est bannitus in centum, sed censentur diuersa capi. Item, quia in odiosis non fit cumulatio, glo. in l. vbi fideiussor, & ibi Bartol. ff. de solut. Bart. in l. si idem cum eod. vt dixi in princi. ff. de iurisdict. omnium iudicum. cum concordantijs traditis per dom. Alexand. hic, & ibi. Secundò amplia, quod similiter tot censentur esse libelli, quot sunt res in eo specificatæ, vel quot personæ conuentæ, vel quot sunt species criminum, ita per istam legem determinat Bal. in l. libellorum. §. sed si aliud. ff. de accusa. & idem Bald. in l. ordinarij. ad fi. C. de rei vend. cum concordantijs ibi traditis per d. Alexand. ꝙ intellige, & limita, quando pro omnib. reb. vna tantum daretur actio, quia tunc vnus tantum diceretur libellus secundum
6 Bal. in l. edita. in 13. & 14. q. s̃. de edendo. ¶† Nunquid autem regula huius text. procedat in iuramento, vt tot censeantur esse iuramenta quot sunt actus, vel res, vel articuli, est noua quæstio ad hanc. l. non tacta per aliquem hic, quam ponit Archid. 22. q. 4. in capit. inter cætera, vbi arguit primò, quòd sic, per regulam huius text. & l. quod dicitur. ĩ. eod. posteà dicit, quod in hoc casu non sunt audiendi Legistæ, qui dicunt tot esse iuramenta quot sunt actus iurantis, sicut tot sunt stipulationes quot res, vel articuli, quia secundum hoc in iurante plures essent simul actus iurandi, quod videtur impossibile. vnde cùm semel profert orationem iurandi, nõ potest dici nisi vnũ iuramentum, ita residet ibi Arch. quod not. valde pro limitatione huius legis. Confirmo vltra eum per text. reputatum singularem in capit. penul. de iureiurand. vbi est text. singularis, ꝙ non dicitur

dicitur iuratum,niſi vbi expreſsè, & ſpecificè iuratur, & ſic iumentum non poteſt extendi etiam de conſenſu partium per relationem ad aliud iuramentum, vt iuro per illud,quod aliàs iuraui,non valet. Confirmo ſecundò per text.in capit.procurator.iuncta gloſſ.ſolenni in verbo mandatum.de elect.in 6.dicit tex.in capit. procurator. quando quis conſtituit procuratorem in ciuitate Romana ad opponendum cōtra electum, debet dare ſpecialiter mandatum ad iurandum in animam domini, quærit ibi glo.an ſufficiet dare mandatum ad ea,quæ requirunt ſpeciale mandatum,& dicit, quòd non,ſed debet ſpe-
7 cificè dare mandatum in iuramento. ¶† Secundò limita iſtã regulam non procedere in contractu donationis quo ad inſinuationem, quia ſi plures res numerentur in donatione, ita ꝙ verè ſint plures donationes, vt hoc text. tamen ex quo vno tempore facta eſt, & vna præſtatio eſt facienda, cenſetur vna donatio quantum ad inſinuationem. tex.eſt not.in l.ſancimus. §.ſi quid autem.C.de donat.Idem Bartol.in l.Modeſtinus circa fin.ff.eod.facit text.not.in ſimili capitul. Apoſtolicæ. de donat.
8 ¶† Secundò not. in verſi. quamuis, ꝙ potentior eſt ſingularis enumeratio,quàm vniuerſalis, vel generalis, facit bene text.in in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff.ſi quis cau. Ex quo correlariè not.in text. ꝙ particularis enumeratio rerum inducit pluralitatem ſtipulationum,ſecus ſi vniuerſaliter,vel generaliter,quia non inducit pluralitatem ſtipulationum. ad idem text. in l. ſecūda.& in l.gregè.ff.de leg.2.adde, quòd per iſtã.l.& iura præal-
9 legata decidit not. Bald.in l.2. † quòd ſi Epiſcopus dicat abſoluo te ab omni excommunicatione,vnica eſt abſolutio,& ſententia,ſi autem dinumerat excommunicationes,tunc tot ſunt abſolutiones quot excommunicationes, licèt vnico vtatur verbo abſoluo. Secundò adde, quòd quãdo in compromiſſo plures res exprimuntur particulariter, tunc plura dicuntur compromiſſa, & diuerſæ ſententiæ poſſunt pronunciari,ſecus ſi in genere fiat compromiſſum,ita per iſtum textum determi-
10 nat Bartol.in l.de rebus.ff.de arbitr. ¶† Tertiò not.in verſicul. ſtipulationem, quòd ſtipulatio omnium legatorum eſt vna, quamuis plura ſint legata, ratio eſt ſecundum gloſſ. hic in verbo, vnam eſſe, propter vnam cauſam teſtamenti, ex quo debentur, & vnam conceptionem verborum. Iſta ratio confunditur per iſtum textum in princip. & l.Titia. §. fin .j.eod.& propterea ſubtilis Petr.de Bellaper.& Rayn. dicunt mirum videri, ꝙ vnica ſit ſtipulatio, cùm referatur ad legata, quæ ſunt plura, & diuerſa,& diſpoſitio referens intelligitur, ſecundum eam,ad quam fit relatio. l. aſſe toto. ff.de hæred. inſtit.& l.ſi ita ſcripſero.ff.de conditio.& demonſtra.& in ſpecie text. in l.pluribus.in princip.& in l. Titia.in princip. infra eod. vbi dicit pluribus enumeratis rebus ſi ſubijcitur generalis ſtipulatio, non dicitur vna,& tantò fortius,quia cōditiones, & modi, qui erãt in legatis, intelliguntur repetiti.l.prima.§. ſi quis ſub conditione.& § belliſſimè.ff.vt leg.nom.caue.huic difficultati conantur reſpondere Imol Cum.Angel.Lud. Roman.Are. & Alexand. hic.Sed ego clarius ex eorum mente reſpondeo,quòd in dict. l.pluribus plures res fuerunt ſpecialiter enumeratæ, & ſequuta ſtipulatio generalis cum dictione relatiua ad ea, quæ ſunt ſupraſcripta, tunc cenſentur plures ſtipulationes. eodem modo quando fuit facta enumeratio plurium ſpecierum propter ipſam ſtipulatio. fiendam.dict.l.pluribus.in princip. & l.Titia. in fin. ſed in text. noſtro nulla fuit enumeratio rerum prius legatarum, ſed generaliter legatarius ſtipulatus eſt ab hærede legata,tunc propter ſignum vniuerſale omnia,vnũ eſt legatum, &
11 non plura legata.¶† Vltimò pro complemento iſtius text.no. in litera duo, quæ ſunt literalia. Primò dum text. capit pecuniam,nummos,& denarios pro eo. tãquam ſynonyma, quamuis alibi Salicet.& Ludouic.in l.ſingularia.ff. cert.petat. dicant eſſe differen. quia pecunia eſt genus, & per pecuniam omnia intelliguntur,aliquando capitur ſtrictè,aliquando ſtictiſſimè.l. pecun.ff.de verbor. ſingnificat. ſed denarius, & nummus non poſſent ſic accipi,ego reprehendo in l.talis ſcriptura.ff.de lega. primo.& in l.certi condictio. §.ſi nummos. ff.ſi cert.peta. Pondera etiam dum text.dicit, nam per ſingulos denarios, & ſic in maſculino denar. habes alibi text. Iuriſconſul. in cùm quis decedẽs qui tex.eſt Scæuolæ.§.Titia honeſtiſſima.ff.de leg. tertio. vbi dicit text. Sceuolæ, quòd illa Titia legauit in teſtamento cuidam factori ſuo denaria decem millia, & ideo reperio, qđ Ang.Politianus emendat illum textum in lib. 7. epiſtolar.ſuar. & eſt in folio 7. emendat ſimpliciter, quòd text. debet dicere denarios,ſed ego credo,ꝙ tex.non debeat dicere, nec denaria, nec denarios, ſed debet ſtare litera decem millia denariorum, iſtud vult,& litera, & latinitas, & eſt regula, quam tradit Lauren. Valla in tertia elegantia ſuarum elegantiarum, & ita ſtat text.meus. Expeditis textualibus venio ad expeditionem glo. & capio glo.in verbo plura legata.aliæ ſunt planæ. Diuide eam magiſtraliter in quatuor partes. In prima glo. opponit contra text.& ſoluit.In ſecunda quærit,quæ vtilitas ſit,an vnum ſit legatum, an plura, & ponit vnam vtilitatem, quæ conuenit ſolum legatis,& non ſtipulationibus.In tertia quærit,quæ vtilitas ſit,an vna dicatur ſtipulatio, vel plures, & ponit vnam vtilitatem, quæ reſpicit ſolutionem contractus, & conuenit venditioni non autem ſtipulationi,de qua loquitur iſta.l. niſi quando ſtipulatio eſſet interpoſita ſuper tali contractu, quia regularetur ſecundum naturam ꝯctus.l.ſi ſtipulatus.ff.de vſur.In quarta,& vltima gloſſ. obſcurè loquens per viam oppoſitionis ponit aliam vtilitatem in modo agendi, quæ eſt multum notabilis, & eam commendat multum Bartol. & pro ea facit melius text.in l.naue.ff.de euict.& iſta vtilitas eſt communis ita ad contractus ſicut ad ſtipula.Secunda ibi, ſed quid prodeſt. Tertia ibi, item quo ad ſtipulationem. Quarta, & vltima eſt ibi,
12 item opponitur, legauit. ¶† In eadem gloſ.ad fin.pro clara intelligentia,quæ vtilitas ſit tam in cōtractibus, quàm in vltimis voluntatibus,an ſint plures,an vna, text. hic in verſic. ſecundũ quod euenit, ponit vnam vtilitatem reſpectu notariorũ, tres alias vtilitates addit glo.quarum prima procedit in legatis tantum, & non in contractibus, quo ad agnitionem. ſecunda reſpicit reſolutionem contractus venditionis,& ſic non conenit generaliter ſtipulationi,& vltimæ voluntati,vltimam ponit gl. quæ eſt communis ad contractus, & ad vltimas voluntates. Tres alias addidit Bartol.quæ ſunt communes, & ſic in effectu habes ſeptem vtilitates. Tu adde duas,quas ponit Bald. in l.fin. §.præterea.in ſecunda columna. ad fi. C.de iure dotium. nam ſtante ſtatuto,ꝙ de quolibet contractu,vel legato ſoluatur gabella,aliàs nihil valeat contractus,nec legatum,certè ſi ſint plures contractus,vel legata, & ſit ſoluta pro vno,vel duobus valebunt duo,alij erunt nulli vigore ſtatuti, ſed ſi eſſet vna ſtipulatio, vel vnus contractus, vel vnum legatum ſi ſoluatur gabella pro parte,tamen non valebunt alia, & longe not. eſt vtilitas, ſi quis emit plures res in vna emptione, licèt in diuerſis pretijs,ſi in vna rerum reperiatur læſio vltra dimidiam pretij, non poteſt intentare remedium. l. ſecundæ. C. de reſcinden. vendi. quia ꝙ deeſt iſti rei debet ſuppleri per alias. debuit allegare text.in l.cùm plures. ff.de euictionib. ſed dicit in contrariũ facere text.in l.ſi duorum.§.videamus.verſic.fin. ff. de actionibus empti, qui text. eſt multum ſolennis, & eum vidi in facto. Sed cum reuerentia Bald.ille text.non facit pro eo, quia in fin. decidit text.licèt ipſe ponderauerit in princ.C.de iure do.
13 ¶† Circa finem huius not.gloſſ.quærit Bartol. quid ſi in libello petij.50.tanquam mihi promiſſa, probaui de centũ, &c. quod non ſit condemnatio in centum, ſed ſit malè formatus libellus, &c. Adde, quòd Bald.Raphael Cuman. & Paul. de Caſtr. tenent, & melius,quod etiam de iuris ſubtilitate, & de rigore procedit iſte libellus abſque impropriatione, & iſta eſt vera, quia text. per quem ſe fundat gloſſ. loquitur de toto integrali diſſoluto, ſed quæſtio Bartol. loquitur de toto numerali in quo in maiori ſumma ineſt minor.l. 1. §. ſi ſtipulãti,vbi dixi.ſ. eod.& l. ſi vnus. §. ſi cum mihi decem. ff. de pact. Et vltra eos adde bonum text. in l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtipulante. in fin. infra eodem. vbi quia ſemper in ſummis id, quod minus eſt ſponderi videtur, & ſic minor videtur eſſe in promiſſione, ſed in toto integrali de quo loquitur gloſſ.eſt ſecus, nec obſtat, quod in contrarium adducit Angel. quòd diuerſitas quantitatum inducit diuerſitatem promiſſionũ. l. quinquaginta. ff. de probation.& quod not.Barto.in l.triticum.infra eodem.& clarius in l.cùm centum.ff.de adimen.lega.ergo cùm non ſit probata ſumma petita, ſed alia, debet libellans ſuccumbere, reſpondetur ex mente Imol.Raphael.& Ludoui.quòd hic pluralitas ſummarum non debet præſumi, ex quo probatio ſequens facit, quòd habuit reſpectum ad maiorem ſummam, argu.text.in l.ſed Iulia.§.proinde.ff.ad Macedon.in l.quædam. ff.de rebus dub. præſertim cùm in dubio debeat fieri interpretatio pro libellante. l.ſi quis intentione ambigua. ff. de iudic. Confirmo per id,quod dicit Bald. in l. edita. in vltima colum-
14 na.C.de edendo,ꝙ † pluralitas non præſumitur in his, quæ poſſunt eſſe vnum, & idem alleg.l.Sempronius Proculo.de leg.2. & l.eum qui.§.in popularibus.ff.de iureiurand. & dicit ita not. Iacob.Butr.in l.ſecunda. C.de errore aduocatorum.

SVMMARIVM.

1 *Nemo poteſt rem ſuam etiam à fure ſimpliciter ſtipulari.*

2 *Quis poteſt rem ſuam à fure ſibi furto ſubtractam altero de tribus modis ſtipulari.*

3 *Quis non poteſt ſtipulari rem ſuam,ſiue exprimat dari,ſiue ſimpliciter, cùm intelligatur dari.*

4 *Per stipulationem factam animo nouandi, vel simpliciter si res erat præsens, quasi per tacitam quandam oblationem purgatur mora præcedens furti data præsentia rei, ita quòd poterat accedere obligatio.*

5 *Per stipula. validam factam à fure non nouatur obligatio præcedens, nisi esset expressè actum.*

6 *Stipulatio nulla purgat moram præcedentem.*

7 *Per actum nullum non potest sequi actus validus.*

8 *Stipulatio conditionalis si deficiat conditio, & sic reddatur stipulat. funditus nulla, tamen purgat moram præcedentem.*

9 *Omnis actio degenerat contra furem.*

§. Si à fure.

Bartol. ponit duo summaria, vnum secundum glos. paruulam secundam. & Dyn. secundum intellectum ponit, quem sequitur, sed ego
1 summo aliter. † Non potest quis rem suam etiam à fure simpliciter stipulari, sed quicquid illum ex causa furtiua dare facere oporteret, quo casu per talem stipulationem mora furtis purgatur, ideo per interitum rei postea subsecutum liberatur, nisi alia mora intercesserit. hoc dicit perfectè totus text. Et est pulcher, & subtilis. §. secundum Bald. & Paul. de Castr. hic, & secundum Cum. est valde dubius, & intricatus. Diuiditur in quatuor partes principales. In prima ponitur thema, & quæst. In secunda ponitur ratio dubitandi. In tertia ponitur decisio cum distinctione. In quarta, & vltima deciditur aliud pulchrũ & not. dubium. Secunda ibi, mouet quæstionem. Tertia ibi, & constat. Quarta, & vltima est ibi, quòd si postea. ¶ In tex. ibi, hominem meum. ideo sic dicit text. quia aliquo casu potuisset mihi subtrahi seruus, qui non fuisset meus, sed mihi commodatus, vel depositus. ¶ In versic. quod si postea, præmitte, quòd
* iste versic. secundum gloss. *& communem sententiam* refertur ad versic. & constat, & sic ad casum, quando valet stipulatio, quo casu cùm per eam possit fieri nouatio, tũc bene purgatur mora præcedens, non autem refertur ad versic. immediatè præcedentem, ibi si verò, quando stipulatio non valet, quia per stipulationẽ, quę nõ valet, non vr̃ posse fieri nouatio. l. nouatio. ff. de nouationib. nec consequenter videtur purgata mora præce-
* dens, *iste est consensus communis omnium Doct.* Scrib. hic, sed Cum. singulariter intelligit istum textum, quòd referatur ad versic. præcedentem, & sic, quando stipulatio non valuit, quia tunc non purgat moram præcedentem. de veritate huius intellectus dicam infra latè. ¶ Circa intellectum versicul. & constat, vbi ponitur decisio quæsiti cum distinctione, quæ sit ratio differentiæ inter primum & secundum, habes hic per Barto. post
* Antiquos, cum quo *communiter alij transeunt*. ¶ † Tu autem pro
2 clara intelligentia tex. pondera diligenter istum text. quòd quis potest stipulari à fure rem suam sibi furto subtractam altero de tribus modis, quos tres modos, ponit ista litera expressè, aliquando stipulatur rem suam sibi dari expresso verbo dari, sed non facta aliqua mentione furti, nec causæ furtiuæ, & ista stipulatio nullius est momenti. text. est hic in versicul. si verò hominem, ratio, quia priuilegium est indultum condictioni furtiuæ inductæ à lege, vt degeneret contra furem ad dandum, vt dicit text. in §. sic itaque. institu. de actio. & in l. final. ff. vsufru. quemadmodum caueat. ergo cessat, quãdo stipulatio simpliciter interponitur ad dandum non expressa condictione furtiua, vt hic, & l. 1. §. fin. ff. de condi. triti. Aliquando quis stipulatur à fure, quod te mihi ex causa condictionis furtiuæ dare facere oportet, & ista talis valet, & tenet, text. est hic in versicul. constat, & bonus text. in l. eum qui. §. si iurauero. ff. de iureiur.
* & huius triplex assignatur ratio, vna secundum Bartol. *& communiter Doct.* quia illa verba dare facere oportet, intelliguntur secundum subiectam materiam. argu. l. si vno. in princip. ff. loca. & l. si stipulatus. ff. de vsur. alia ratio est secundum Paul. de Castr. & Aret. quia licèt sit appositum verbum dare, tamẽ quia retuli me ad causam furti, & adieci etiam verbum facere, ideo tunc valet stipulatio, secus quando stipulatus sum simpliciter dari, non referendo me ad furtum, tunc non potest fieri interpretatio, vt stipulatio valeat alij. & tertiò dicunt, quòd sicut odio furtis potest intentari condictio furtiua ad dandum rem suam contra furem. §. sic itaque. in versicul. planè, ita potest stipulari, quod te dare facere oportet ex causa condictionis furtiuæ, quia stipulatio sic interposita super condictione furtiua degenerat, vt possim stipulari mihi dari, & hoc tenent
* *Bartol. communiter alij*, & sic habes, quòd expressio causę furtiuæ facit stipulationem valere, quæ non valeret, vtrunque probatur in versic. & constat, licèt stipulatio simpliciter facta intelligatur facta ex causa præcedenti, ex qua poterat peti, vt est gloss. in l. triticum. in verb. cogitauit, & ibi Bald. infra eodem. illud procedit, quando stipulatio simplex contrauenit causæ, vel quando ad eam habetur respectus, quòd non est hic. aliquando, & tertiò quis stipulatur à fure simpliciter non apposito verbo dari, vel restitui, vel tradi, sed simpliciter non facta etiam mentione furti, & hic est punctus, & dicant alij quicquid velint, istum casum ponit iste text. in tribus locis clarè, & apertè, scilicet in princip. quando format quæstionem, si stipulatus sim hominem à fure, pondera, quòd dicit simpliciter stipulatus, & non dicit dari. Secundò in versicul. & mouet quæstionem, ibi stipulatus hominem plerunque meum videor, dicit stipulatus simpliciter. Tertio in versicul. non valet. vbi dicit, & non valet huiusmodi stipulatio. vbi quis rem suam stipulatur, & decidit expressè text. q̃ non valet ista stipulatio. ad idem est text. in l. nemo rem suam vtiliter. in princip. infra eod. Item in dubio stipulando simpliciter rem, videtur stipulari dari, non autem restitui, vel tradi, vt est glo. not. in §. primo. institu. de inuti. stipul. & gloss. in l. liberi. in gloss. 1. ff. de contrahen. empt. & glo. in l. si filius. §. primo. infra eodem. & gloss. in l. si ita distrahatur. §. primo. ff. de contrahen. emp. & ita etiam tenet in discursu Rapha. Cuman. hic super glo. secunda, qui dicit, q̃ stipulatio simplex intelligetur dari non tradi, allegat text. in l. vbi autem. §. fin. infra eodem. qui non multum facit, & ita etiam videtur tenere Bart. in l. si fundum certo die. infra eod. & idem Bartol. in l. cum mota. circa medium. C. de transact. Bald. Flor. Imol. domin. Alexand. & Are. in l. si a substituto. §. primo. ff. de legat. primo. licèt ad ista iura posses dicere, quòd procedunt, quando quis stipulatur rem, quæ non est sua, tunc bene potest intelligi, idest dari, & stipulatio valet, sed stipulando simpliciter rem suam, non intelligitur, idest dari. Et sic concludo, quod in isto text. expressè deciditur, quòd si quis stipulatur rem suam simpliciter à fure, quòd stipulatio non valet. Contrarium tenent Roman. & Alexand. hic, quod imò, quando quis simpliciter stipulartur rem suam à fure, quòd intelligatur restitui vel tradi, non dari, ad hoc, vt stipulatio in dubio valeat, & non pereat, & in dubio debet fieri interpretatio, vt stipulatio potius valeat quàm pereat, per regulam. l. quoties in stipulationibus. infra eodem. ergo quando stipulatur à fure simpliciter rem suam, debet intelligere, idest tradi. si intelligatur dari, nihil valeret, & ad istum text. & l. nemo rem suam, infra eod. vbi sunt text. clari ad oppositum, respondet Alexan. hic secundum Imol. & Paul. de Castr. in dicta. l. nemo rem suã, & Roman. in l. si rem meam. infra eodem. quod iste text. & l. nemo. debent intelligi, quando quis stipulatur rem suam, quæ erat penes ipsum stipulatorem, & sic sibi non poterat restitui, tunc bene intelligitur dari, frustra est ad istũ, & illum textum, & maxima violentia & diuinatio, quomodo enim quis stipularetur rem suam ab alio, quam ipse haberet, & possideret, tex. ergo iste loquitur in fure, apud quem erat res furto subtracta, & dominus stipulatur sibi rem dari, vnde intellectus est planus, quòd si q̃s stipulatur rem suam simpliciter, vel à fure, vel ab alio, quod intelligitur stipulatus dari, & non valet. Et per hunc text. datur limitatio ad l. quoties. infra eodem. & text. in capitul. Abbate Sancti Siluani. de verborum signification. & ita habes declaratum istum textum. & bene enucleatum.

¶ Amplia istum text. & prædicta, quæ loquuntur de fure, vt procedant in quolibet malæ fidei possessore rei alienæ, contra quem ita degenerant omnes actiones sicut contra furem. glo. est ordin. & valde not. in d. §. sic itaque. in gl. fi. insti. de actio. tamen Imol. hic dicit, quòd illa gloss. non allegat tex. loquentes, nisi de fure, & prædone, seu de violento inuasore, an hoc enim allegat illa gloss. text. in l. prima. in fin. ff. de tritic. vbi dicitur cõtra furem, & violentum inuasorem degenerare actiones. adde licèt Imol. non dicat, quod istud ante eum dicit Bartol. in l. si quis nec causam. §. primo. ff. si certum petatur. vbi dicit, quod contra furem, & prædonem omnes actiones degenerant, quod est tenendum menti secundum eum, sed pro certo Io. de Imol. non bene vidit text. quem alleg. gloss. quia gloss. alleg. alium textum bonum in §. si tamen. insti. de rerum diuision. in verbo à furibus, & quibusdam alijs possessoribus, & glossella ibi exponit in malæ fidei possessoribus, & ideo illam gloss. sequitur, & reputat singularem Roman. hic, & Angel.
3 de Aret. in illo §. sic itaque, & ibi aliquando dixi. ¶ † Secundò not. ex text. aliam regulam, quòd quis non potest stipulari rem suam, siue exprimat dari, siue simpliciter, cùm intelligitur dari, vt dixi in præcedenti nota. vt dicit text. in l. nemo rem suam vtiliter. infra eodem. & in d. §. sic itaque. quia talis stipulatio continet impossibile, & stipulatio impossibilis nihil valet. l. impossibilium. ff. de regul. iuris, quia quod meum est, non potest amplius meum fieri. l. tertia. §. ex plurimis. ff. de
4 acquirend. possess. l. sequitur. §. lana. ff. de vsucapionib. ¶ † Tertiò not. in versi. quòd si postea, quòd per stipulationem factam animo nouandi, vel simpliciter, si res erat præsens quasi per tacitam quandam oblationem purgatur mora præcedens furti data presentia rei, ita quòd poterat accedere obligatio.

text.

text. est in l. qui decem. §. idem responsum. ff. de solutionib. & sic si res tunc perijt, liberatur fur à condictione furtiua, & ab actione ex stipulatu. facit bon. text. in l. si Stichum. in princip. & in l. si rem aliquam. infra de nouat. quia in stipulatione facta animo nouandi non intelligitur repetita mora tanquam res odiosa, nec etiam pœna. l. si creditor. ff. de nouat. nec vsura. l.
5 nouatione. ff. eodem. ¶† Quartò not. ex eod. text. quòd per stipulationem validam factam à fure nō nouatur obligatio præcedens, nisi esset expressè actum, vt patet, quia in hoc text. adhuc potest agi cōdictione furtiua, tamen bene purgatur semper mora præcedens. Ex quo nota diligenter, quòd potest mora præcedens purgari, quamuis obligatio, quæ præcedit, non nouetur. text. est hic, & in l. qui decē. §. primo. & §. idem responsum. ff. de solut. qualiter istud procedat, dicetur infra in gloss. penult. magna. ¶ In gloss. in verbo hominem. dum allegat. l. fi. ff. pro socio. gloss. est corrupta, & debet allegare in titul. præcedente, scilicet mandati. l. fi. §. fi & ibi gloss. hoc bene not. dic, vt hic per Bar. ¶ In glo. in verbo, quòd si posteà, quæ refert istum casum ad versicul. & constat, & consequenter, quando stipulatio valet, & sic sentit, quod non potest referri ad versic. si verò hominem, quando stipulatio est nulla, quia per stipulationem nullam non potest videri purgata mora præcedens, licèt Scribentes teneant cum gloss. tamen Raph. Cuman. pro suo subtilissimo ingenio tenet, quòd imò isti text. referantur & ad versiculum præcedentem, quando quis stipulatur à fure, quo casu non valet stipulatio, tamen per talem stipulationem inualidam purgatur mora præcedēs, ad hoc ponderat bonum tex. in l. si Stichum. in princip. ff. de nouation. vbi secunda stipulatio continebat idem, quod prima, & consequenter erat nulla. l. qui bis. supra eod. tamen ibi est text. quòd secunda stipulatio purgat moram præcedentem, ergo est ibi casus ineuitabilis, ꝙ stipulatio inutilis purgat moram præcedentem. confirmat per text. in l. cùm notissimi. §. sed & si quis. C. de præscript. 30. anno. vbi stipulatio secūda continebat idem, quòd prima, & sic erat nulla. dict. l. qui bis, & tamen interrumpit præscriptionē, prout tenet gloss. in dicta l. qui bis idem. quam etiam ibi not. Rapha. dixi ibi opportunè, non reassumo hic. Breuiter tene intellectū
* *gloss. & communem*, & consequenter, quòd ista vltima pars text.
6 non referatur ad versiculum præcedentem, † & sic, quando stipulatio est nulla, & sic teneo, quòd stipulatio nulla non pur-
7 gat moram præcedentem, eo quia regulam habemus, † quod per actum nullum non potest sequi actus validus, vt in regula non præstat impedimentum. de regul. iur. in sexto. & in l. quoties. ff. qui satisdare cogan. Hinc est, quòd citatio, vel litis contesta. nulla non interrumpit præscrip. nota. in l. si pater. vbi Bal. C. ne de sta. defunct. probat text. in l. accusatirus. & ibi Bartol. ff. de adulter. facit text. in capitul. proposuisti. in verbo legitimè citatus. de foro competen. gloss. in l. si accusatoribus. in gloss. fi. C. de accusa. similiter per actum nullum non perpetuatur iurisdi. gl. in cap. cùm plures. in gloss. fin. de offic. delegat. in sexto. ergo eod. modo per stipula. nullam non debet purgare morā præcedentem. Tenendo istam partem respondet ad l. si Stichum. domin. Alexand. allegat per Raphael. Cuman. quod loquitur in stipulatione valida facta animo nouandi, iuxta titul. in quo est situata, cùm leges debeant intelligi secūdum tit. sub quo sunt situatæ, argumento l. Imperatores. ff. de in diem addict. sed eius solutio non tollit illum textum, nec inductionem Raphael. quia probat, quod imò ibi stipulatio erat nulla, quia continebat idem, quod prima, ad quòd fundamentum non respondet Alexand. Tu responde altero de duobus modis. Primò, quod ex quo ibi secunda stipulatio fuit interposita animo nouandi, quia est situata sub illo titul. ergo nouat. Secundò responde, quòd regula. l. qui bis idem, procedit, quando secunda stipulatio nullam vtilitatem continet, quia nihil interest stipulatoris cōtra. §. alteri. infra eo. & in l. stipulatio ista, quia est inuenta stipulatio, vt quilibet stipuletur, quod sua interest. Sed in casu. l. si Stichum. ibi, in secunda stipulatione, affert magnam vtilitatem, quia post primam stipulationem debitor fuerat in mora constitutus, cùm ergo secunda stipulatio idem continens purget moram, & per consequens contineat vtilitatem, ideo valet, & ideo apparet, quod ibi text. loquitur in stipulatione secunda valida, sed hic, quando quis stipulatur à fure rem suam, stipulatio non valet, merito non purgat tunc moram præcedentem. Non omitto, quòd pro opin. Rapha. Cuman. domin. Petr. de Bexut. dicit se allegare meliorem tex. in l. qui decem. §. cum mihi Stichum. ff. de solu.
8 † vbi stipulatio conditionalis si deficiat conditio, & sic reddatur stipulatio funditus nulla, tamen purgat moram præcedentem. Responde clarè. Primò, quod in illo text. non deficit conditio, imò adhuc pendebat, vt dicit ibi text. & in l. si rem aliquam. ff. de nouationib. Secundò, & melius responde, quod ibi illud est propter dilationem, quæ datur debitori, vsq; quo pendet conditio. l. pecuniam. ff. si cert. pet. quæ dilatio purgat moram præcedentē. l. Aemilius. ff. de minorib. in prin. l. mora. ff. de vsur. facit tex. in l. si rem aliquam. in versi. nisi. teneas ergo
* intellectum glo. & *communem*, quòd stipulatio secunda nulla, non purgat moram præcedentem. ¶ In glo. penult. Bart. cum Antiquis tenet secundum intellectum glo. & sic, quod ista stipulatio sit facta animo nouandi, & ꝙ nouauit condictionem furt. quæ amplius non potest competere contra furem. Et dum tex. dicit, quandiu viuit cōdici poterit, intelligitur de certi condictione generali, quæ licèt non possit competere ad restituendum, & sic ad factum, prout vult gloss. in l. certi condictio. in gloss. tertia. in fin. ff. si certum petatur, quam voluit allegare Bartol. tamen contra furem competit certi condictio,
9 † quia omnis actio degenerat contra furem, & quòd certi cōdictio generalis detur contra furem, est text. in l. si quis nec causam. in fin. vbi glo. & Bar. ff. si cert. pet. & text. in l. si concubinam. §. non solùm. ff. rer. amo. firmat Bar. in l. certi condictio. in trib. locis. in prin. & in 4. col. & in fi. sic intelligendo illum tex. in conditione furtiua. ff. si cer. pet. Verū, quia Bar. & Doct. non bene declarant intellectū istius text. & gl. quia s̄. in tex. in i. no. declaraui istum text. considerando tres casus vsque ad istum versic. final. vt clarè habeas mentem istius versic. fin. & glo. aduerte, ꝙ iste text. in ista vltima parte videtur sibi de directo cōtrarius: nam dicit tex. in fi. in ea conditione est, vt euanescat cōditio propter stipulationem, & sic text. videtur velle, quod stipulatio nouauit conditionem, ergo conditio cùm sit nouata per stipulationem, non potest amplius competere, & tamen tex. met. supra dicit de directò oppositū, dum dicit, quandiu viuit seruus condici poterit, ergo non fuit nouata conditio, istud est, quod affert difficultatem in hoc text. & glo. & Doct. non declarant. Secundò contra istum tex. fortiter vrget text. in l. parui. ff de condi. fur. vbi dicit text. ꝙ per stipulationē nouatur cōdictio furtiua, ergo siue seruus viuat, siue moriatur. propter ista duo contraria gl. ponit duos intellectus principales ad text. & secundum primum non fuit facta nouatio in hoc text. & consequenter text. loquitur de cōdictione furtiua, quæ cōpetit donec seruus est viuus. sed aduerte, quia per istum modum non euacuat text. in fin. vnde s̄m alium intellectum fuit facta nouatio cōdictionis furtiuę per stipulationem, & dum text. dicit condici poterit, non loquitur de cōdictione furtiua, quia est extincta, sed de certa cōdictione generali, quæ degenerat contra furem, quid tenendum? potest teneri, ꝙ hic non fuit facta nouatio, & sic donec seruus viuit, potest agi condictione furtiua contra furem, ita loquitur verbum condici possit. sed si mortuus fuerit, liberatur fur, quia per stipulationem fuit purgata mora precedens, & sic dum text. in fin. dicit, quòd euanescit condictio propter stipulationem, non intelligas, quòd euanescat vi nouationis, isto modo impossibile est intelligere text. quia si condictio euanesceret vi nouationis, certè si viueret teneretur, si verò esset mortuus, condictio furtiua euanesceret, vnde iste text. qui dicit, quòd euanescit conditio propter stipulationem, intelligitur, quia purgauit moram præcedentem, & condictio furtiua euanescit, & ad purgationem moræ non requiritur nouatio, prout est text. in l. qui decem. §. 1. & §. idem responsum. j. de solut. & iste est verus intellectus ad istum textum, quem credo bene fuisse enucleatum.

SVMMARIVM.

1 *Solentias intrinseca præsumitur, quando verbū aptum ad hoc ꝓfertur.*
2 *Si in scriptura reperiatur aliquem fideiussisse, præsumitur per solennem stipulationem, quæ in ea requiritur, etiam in casibus in quibus valet fideiussio sine stipulatione. num. 3.*
4 *Quando stipulatio fuit facta de præsenti, tempore perfecti instrumenti verè, vel præsumptiuè, tunc præsumitur in fideiussione, secus si notarius dicat in instrumento ex assertione partium fideiussionem factam de præterito.*
5 *Sola denominatio in fideiussorem non probat præcessisse stipulationem.*
6 *Tabellio potest scribere instrumentum publicum in facto proprio, in quo obligatur ipse, & rogari, vt ipsum scribat contra se de eo, quod obligatur alteri.*
7 *Verbum videri, licèt de sui natura importet fictionem, importet tamen aliquando solùm præsumptionem iuris.*
8 *Scriptura continens aliquod factum probat contra scribentem non solum ipsum factum, sed etiam solennitatem facti.*
9 *Quando in instrumento fideiussionis fit mentio de debito principali, præsumuntur omnia solenniter facta.*

10 *Volens probare contra tenorem instrumenti, non admittitur probatio, nisi per aliam scripturam, si verò contra solennitatem, aut præsumptionem instrumenti, possum probare per testes.*

11 *Solennitas intrinseca quæ dicatur.*

12 *Si reperitur scriptum in actis, testis iuratus parte præsente, talis scriptura probat iuramentum, & partis præsentiam.*

13 *Sicut non creditur notario rogato de instrumento interpositionis decreti in alienatione rei minoris, si dicat interpositum cum causæ cognitione, cùm illo tempore nō potuerit cognitio interponi, nec etiam crederetur iudici hoc asserenti.*

14 *Si notarius facit expressam mentionem de solennitate in actu requisita, probat talis scriptura, secus in genere*

15 *Solennitas an præsumatur.*

16 *Solennitas extrinseca præsumitur ex diuturnitate temporis, quamuis notarius nullam mentionem de ea faciat.*

17 *Ex diuturnitate temporis præsumitur auct. superioris requisita intercessisse.*

18 *Si fratres longo tempore possederunt bona paterna diuisim, licèt non appareat de aliqua diuisione inter eos facta, tamen ex diuturnitate temporis præsumitur.*

19 *Etiam tempus mille annorum non facit præsumi solennitatem mandati requisiti ad actum.*

20 *Beneficium solennitatis extrinsecæ tollitur per prauitatem negantis contractum.*

21 *In iudice faciente actum iudicialem, vel interponente decretum præsumitur solennitas extrinseca.*

22 *In libello non est necesse allegare solennitates extrinsecas.*

23 *Contra verè contumacem in eius odium præsumitur extrinseca solennitas intercessisse.*

24 *Solennitas intrinseca præsumitur in certis casibus.*

25 *Solennitas intrinseca non præsumitur, quando lex expressè vult, quòd ea probetur.*

26 *Præsumptio legis non est vera, & propria probatio, sed impropria.*

27 *Si lex requirit actum fieri cū certa solennitate in scrip. tunc non præsumitur.*

28 *Solennitas intrinseca præsumitur in extraiud. secus in iudicijs.*

29 *Quæ sit ratio differentiæ inter scripturam & testes, quare solennitas intrinseca non præsumatur per testes deponentes, secus in scriptura.*

30 *Solennitas extrinseca non præsumitur contra personas priuilegiatas.*

31 *Mulier renuncians Velleiano non præsumitur certiorata de Velleiano, nisi iuramentum intercessisset in renuntiationes.*

32 *In duobus casibus mulier renuncians Velleiano non tenetur.*

33 *Minor 25. ann. qui iurauit non venire contra contractum ratione minoris ætatis, vel aliàs, per hoc an sit exclusus, vt non possit petere restitutionem in integr.*

34 *Iuramentum repræsentat minorem esse 25. ann.*

35 *Omnia verba scripta in instrumento publico, præsumuntur scripta de voluntate partium.*

36 *An testes præsumantur rogati.*

37 *Si tabellio præsente, & patiente parte scripserit aliquem, talis præsumitur rogatus.*

38 *Dictio, &c. quid importet.*

39 *An notarius, qui confecit instrumentum, præsumatur fuisse rogatus.*

40 *Si notarius dicat, ego notarius scripsi, & non dicat rogatus, an præsumatur rogatus.*

41 *Idem importat, quòd notarius dicat testes adhibitos, vel vocatos, ac si diceret rogatos.*

42 *Eo ipso, quod testes se subscribant præsente testatore, vel partib. præsumuntur ex hoc rogati.*

43 *Testes, & notarij præsumuntur rogati à partibus, vel à parte, quæ facit fieri.*

44 *Si reperiatur in actis, quòd tali die fuit lis contestata. & non dicitur, an per negationem, vel per confessionē, an probetur per istam scripturam litis cotest.*

45 *Si in sententia dicatur sententialiter promulgata, nec dicitur lecta, nec iudice sedente pro tribunali, an valeat, & an omnia ista præsumantur.*

LEX XXX.

1 SCiendum. † Solēnitas intrinseca præsumitur, quando verbum aptum ad hoc profertur, & secundum Bald. ista. l.
2 est clauis in materia solēnitatis p̄sumendæ. ¶ † No. primò ex hoc text. quod si reperiatur in scriptura aliquem fideiussisse, præsumitur per solennem stipulationem, quæ requiritur in fideiussione. l. blanditus. C. de fideius. l. 5. §. satisacceptio. supra eod. vbi posui rationem huius, & fallentias, & sic ista solennitas intrinseca præsumitur interuenisse, licèt de ea nihil dicatur in instrumento. Et ex hoc habes correlariè not. quòd ad positionem verbi sequitur solennitas, quæ ex tali verbo resultat. concordantes alleg. gl. ¶ Contra istum tex. & istam regulam opponit Alber. de Ros hic, nam regulam habemus, quod facta in dubio non pręsumūtur, nisi probentur. l. in bello. §. factę. ff. de capt. sed stipulatio, & sic alij contractus sunt facti. l. consilio. in fin. ff. de cura. fur. quomodo ergo debet præsumi istud factum à iure si non probetur? respondet Alb. quod hic non præsumitur factum imo ius, quia stipulatio est ius. l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. sed errat, quia text. ibi bene dicit stipulatio tollitur per stipulationē, & quod in stipulationib. versatur ius, non autem dicit, quod stipulatio sit ius, quia omnes contractus sunt facti. d. l. consi. Item stipulatio postquam est in esse producta, bene habet effectum iuris, & propter hoc in stipulationibus dicitur ius versari, vt in §. pactus ne peteret, sed stipulatio, prout in esse deducitur, dicitur esse facti, & tale factum, quod pręcesserit interrogatio, & sequuta sit responsio, non debet præsumi à iure, nisi probetur, ergo militat argum. Respon. melius altero de duobus modis. Primò, quia regula, quæ habet, quòd facta non præsumuntur, nisi probentur. l. in bello. §. factæ, limitatur, nisi sint facta cōsueta fieri, quia illa bene præsumuntur, & ista est elegans limitatio, ita limitat Bal. in rubric. C. de fide instrum. in tertia colum. vbi ad hoc allegat text. quem reputat valde not. in l. fi. ad fin. C. de fideius. vbi expressè dicitur, quòd ea, quæ sunt solita fieri, pręsumuntur. Et ideo dicit ibi gloss. quòd notarius præsumitur rogatus de omnibus clausulis solitis apponi. eandem limitationem ponit idē Bald. in l. incendium. ad fin. C. si certum peta. Secundò respondeo, & ista est bona solu. q̄ illud, quod dicitur, quòd facta non præsumuntur, est verum, nisi in scriptura apponatur tale verbum, quod de necessitate includat illud factum, tunc lex bene præsumit. text. est hic, & in ll. allegatis in gloss. per quas limita
3 notabiliter illam l. in bello. §. factæ. ¶ † Amplia nunc regulam istius text. multum not. & singulariter, vt iste text. procedat etiam in casibus specialibus, in quibus valet fideiussio sine stipulatione, quos casus enumeraui in l. 5. §. satisacceptio. supra eodem. puta in dote. l. fin. C. ad Velleian. ita singulariter tenet Angel. hic in repe. in secunda colum. ad fin. motus, quia in dubio debet capi præsumptio, vt actus sit firmior, & magis in tuto. l. quoties. in stipulationibus. infra eod. & l. quoties idem sermo. ff. de regul. iur. quamuis ergo in istis casib. specialibus non requiratur in fideiussione stipulatio, tamen præsumetur stipulatio, si scriptura dicat fideiussisse, quia stipulatio reddit contractum firmiorem, vt dicit text. instit. eodem. in princip. idem tenet simpliciter Roman. hic, alij nihil dicunt. ¶ Not. & teneas cordi istam ampliationem, quia quilibet crederet contrarium, quia tunc cessat ratio istius text. quare enim si reperiatur in scriptura talem fideiussisse, quare intelligitur per stipulationē, quia istud est de necessitate, ergo si sumus in casu, in quo valeat sine stipulatione, videtur, quòd non sit præsumenda stipulatio. Angel. tamen vult, quòd sit præsumenda, quia res erit magis in tuto. Et licèt ipsi non dicant, confirmo istam ampliationem optima ratione, nam proculdubio solennitas intrinseca pręsumitur, & illa dicitur esse solennitas intrinseca non solùm, quam natura verborum de necessitate comprehdndit, vt hic in fideiussione, sed etiam illa, quam natura verborum est apta comprehendere, licèt de necessitate non comprehendat, istud patet in verbo promittere, quod non importat de necessitate stipulationem. l. sciendum. §. dictum. ff. de ædilic. edict. Et tamen si reperiatur in scriptura, intelligitur per stipulationem. tex. est in §. si scriptum. instit. de inutil. stipul. quare hoc? quia licèt non includat, tamen est aptum includere, ita declarat Bartol. hic in tertia oppositio. cum quo alij tenent: modo, quando reperitur aliquem in scriptura fideiussisse, & sumus in casibus specialibus, in quibus potest valere sine stipulatione, & tamen quia est aptum importare fideiussionem, si reperiatur sciptura, dicitur solennitas, & stipula-
4 tio præsumetur. ¶ † Limita, nunc istum textum, & similes singulariter, vt procedat iste text. quando stipulatio fuit facta de præsenti tempore confecti instrumenti verè, vel præsumptiuè, tunc procedit ista. l. secus si notarius in instrumento ex assertione partium dicat, fideiussionem factam de præterito, & sic non in sui pręsentia, tunc licèt notarius ex assertione partium scripserit fideiussionem factam, illud verbum fideiussionem non importabit, quòd sit facta per stipulationem, ita limitat text. singular. Bal. Nouellus in tracta. de dote. in sexta parte in 11. speciali, in 2. colum. vbi reputat istud esse valde notandū pro limitatione huius legis, licèt dicat multum obstare text. in l. ea, quæ. ff. de don. inter virum, & vxor. vbi licèt stipulatio non possit fieri inter absentes, tamen potest fieri per epistolam, & non respondet ad illum textum, nec limitationem suam probat lege, nec ratione. Sed pro ista limitatione poterat allegare bonum text. in l. prima. C. de contrahen. & commiten. stipu. in verb. si res inter præsentes gesta est, qui text. videtur ante eū ponere

ponere istam limitationem, licèt glo. ibi, quam Bart. multum no. dicat, ꝙ in dubio præsumitur inter partes præsentes. Videamus, an ista limitatio sit bona, quia est multum necessaria ad text. nostrum. Tu aduerte in primis, ꝙ ista limitatio non videtur congruere ad istum text. nec videtur posse loqui, quando notarius ex assertione partium scripsit, patet, quia text. dicit si quis scripserit se fideiussisse, & sic in isto text. non potest adaptari illa limitatio istorum Perusinorum, ꝙ cui non conueniunt verba, non conuenit dispositio. l. 4. §. toties, & ibi Bart. ff. de dam. infect. vnde si in terminis. l. nostrę notarius scriberet de præterito se fideiussisse, crederem, ꝙ procederet ista. l. & ꝙ præsumeretur mediante stipulatione, & istam volo, ꝙ notes pro secunda ampliatione huius text. Probo, quia istud verbum fideiussisse, etiam de præterito redactum in scriptura est aptum importare stipulationem de preterito, ergo cùm sit aptum importare, censebitur solennitas intrinseca, quæ præsumetur, vt est doctr. Bar. hic in 3. oppo. ergo sicut epistola importat stipulationem de præterito, vt est text. in l. ea, quæ. ff. de donatio. inter vir. & vxor. ad quem ipse non respondet, & pro hoc non obst. tex. quem ego allegabam, quia non procedit, quando scriptura faceret expressam relationem de præterito, vt probatur in d. l. ea quæ. Et non eundo per mendicata suffragia reperio, ꝙ ita expresè tenet Angel. hic in repet. in 1. col. vbi dicit de hoc esse text. in hac l. nam dicit Angel. quòd iste text. in verbo si qs ita scripserit se fideiussisse, potest intelligi, quod si quis scripsit in epistola, quam transmisit ad absentem, & ei præsentata fuit, cùm ad eius commodum pertineret, tunc secundum Angel. non est dubium, ꝙ licèt non contrahatur fideiussio per epistolam, sicut nec stipulatio, tamen retro contracta probatur per istum tex. & l. 1. C. de vsur. & l. epistola, & l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. & l. Lucius. ff. de fideiussor. ita sunt verba Angel. ita intelligentis istum text. & secundum istum intellectum res esset clara, & quòd epistola probet contra Scribentem, dixi l. admonendi. in repeti. & commento post Bartol. supra de iureiurand.

5 ¶† Secundo vltra Scribentes limita singulariter istum text. vt procedat, quando in scriptura continetur aliquem fideiussisse, tunc præsumitur bene præcedente stipulatione, quæ est necessaria ad fideiussorem, secus si in scriptura solùm cotineatur, ꝙ talis fuit nominatus in fideiussorem, sola denominatio in fideiussorem non probaret præcessisse stipulationem, ita probat mihi text. in l. cùm ostendimus. §. fi. ff. de fideius. tuto. arguendo à speciali, secundum intellectum Bart. in l. prima. supra eod. & secundum alios ibi. Ratio istius limitationis est, quia per hoc solùm, ꝙ quis fuerit nominatus fideiussor, istud solùm non cōprehendit stipulationem nedū de necessitate, sed nec etiam de aptitudine ad hoc constituta, & tūc cōsequenter non dicit

6 solennitas intrinseca. ¶† Secundò principaliter no. ex isto tex. aliam regulam ibi, ꝙ si quis scripserit se fideiussisse, nam ista verba possunt intelligi de scriptura publica notarij, item de scriptura priuata intelligendo primo modo, ꝙ loquatur de scriptura publica hic probatur, ꝙ tabellio potest scribere instrumentum publicum in facto proprio, in quo ipse obligatur, & rogari, vt ipsum scribat contra se de eo, quod obligatur alteri. ad hoc ponderat istum tex. Angel. in repe. hic in princip. idem not. Bartol. in impuberem. per illum text. ff. de fal. & in l. non putauit. §. si quis sua manu. ff. de contratabul. cum concodantijs hic traditis per Alexand. facit ratio, quia regulariter vnicuique Scribenti contra se adhibetur fides. l. de ætate. §. primo. in verbo contra se habebitur fides. ff. de interrog. act. Et si diceretur, quòd notarius debet esse rogatus ab vtraque parte. §. nos autem. in Authen. de tabell. collat. 4. vt debeat esse differentia inter notarium, & interrogantem notarium. capit. final. de insti. respondet Bartol. in l. secunda. in prima quæst. ff. de stipula. seruor. quòd notarius debet rogari, vt faciat instrumentum ab vtraque parte, est verum, quando sunt duæ partes, sed si est, nisi vna, sufficit rogari ab illa, sequitur dom. Abb. in capitul. primo. de fid. instrum. facit text. in l. final. in versi. in testationem redegisset. ff. pro derelicto. per quem text. not. Angel. ibi, quòd notarius rogatus de protestatione, quam facit solus protestās, potest facere instrumentum de protestatione. Sed quid si in-

a strumentum esset pro notario, a & contra eum, an tunc valeat in eius fauorem ponit, not. Bartol. in l. filius emancipatus. in verbo sequens quæstio. ff. de fals. & Bartol. in l. final. in vltim. colum. C. de conue. fisci debi. libr. 10. Si autem intelligitur iste text. de scriptura priuata, facit fidem contra scribentem, vt in l. publica. §. final. ff. deposit. l. scripturas. cum Authentica ibi. C. qui po. in pig. habe. ponit latè Bartol. in l. admonendi. vbi dixi. ff. de iureiurand. cum multis concordantijs, quas ibi dedi. facit bene text. in l. lecta. in princip. in verbo scripsi. ff. si certum petatur. potest etiam iste tex. intelligi, quando quis scrip. in epistola sua, vt dixi in præcedenti notab. Bartol. & infra in secunda columna. respondendo ad l. prima. C. de vsur. intelligit istum text. quando notarius scripsit de mandato ipsorum cōtrahentium, quod non videtur posse stare ad istum text. qui di-

7 cit, si quis scripserit se fideiussisse. ¶† Tertiò pondera b istum

b text. in verbo videri solenniter, pondera verbum videri, quòd licèt de sui natura importet fictionem. l. prima. §. deiecisse. ff. de vi, & vi arma. l. retro, & l. in omnibus. ff. de capti. Bartol. in si is, qui pro emptore. in quinta columna ff. de vsucapionib. tamen in hoc text. importat solum præsumptionem iuris secundum Raphael Cuman. & Aret. hic, & propterea Angel hic in repeti. in secunda columna exponit istum textum in verbo videri, idest præsumi, vel intelligi, vtilitas est, quia contra fictionem iuris, & de iure non admittitur probatio in contrarium, sed bene contra præsumptionem iuris, ita super isto verbo videri, dicit glo. in l. si duo. in gloss. fin. ff. de acquirend. hæred. & Bartol. hic in tertia columna. ad fin. & ista est doctrina, quam tradunt glo. in l. final. in princip. ff. quod metus causa, gloss. in capitul. is, qui fidem. de sponsa. alibi verbum videtur non denotat improprietatem, sed iuris ordinem, & intellectum, ita est text. in l. si quis filium. §. final. & ibi Bald. not. ad hoc. ff. de acquirend. hæredit. Alibi verbum videtur, non denotat fictionem, sed verborum debitam, & sanam interpretationem, ita not. Bald. in l. etiam. per illum textum. C. de iure dotium. Et propterea alibi dicit idem Bald. & bene in rubr. extra de præscriptionib. in secunda colum. quòd verbum videtur aliquando importat fictionem, aliquando præsumptionem, aliquando veritatem secundum subiectam materiam, secundum quam debemus verba intelligere. facit tex. in l. naturaliter. in princip. & ibi Aret. not. ff. de acquirend. possessio. & text. in l. qui ex liberis. §. hæc verba. ff. de vulgar. & in l. seruum filij. §. primo. vbi gloss. & Do-

8 ctor. ff. de legat. primo. ¶† Quarto, & vltimò c not. ex ista. l.

c aliam bonam regulam, quòd scriptura continens aliquod factum, probat contra scribentem non solùm ipsum factum, sed etiam solennitatem facti, licèt de ea non sit facta mentio in scriptura. Adde, quòd alibi dicit not. Bald. & sæpè allegatur in palatijs, & in consulendo in capitul. primo. §. si instrumentum. de notis feudorum, quòd pro instrumento publico duæ oriuntur præsumptiones, quod sit verum, & quòd sit solenne, imò secundum Bald. verius sunt probationes. Istud idem, quòd ex instrumento publico duæ oriantur præsumptiones, scilicet solennitatis, & veritatis, dicit etiam idem Bald. in l. prima. in vltima columna. in nona quæstion. C. de testib. ¶ Expeditis textualibus capio gloss. vnicam in verbo solenniter, quam diuide in sex partes principales. In prima declarat tex. allegando tres concordantias. In secunda timore contrarij limitat text. In tertia quærit, & respondet. In quarta colligit not. & contra illud opponit, & not. respondet. In quinta limitando istum textum respondet alteri quæstioni. In sexta, & vltima gloss. colligit ex text. aliud not. Secunda ibi, item intellige. Tertia ibi, item an admittatur. Quarta ibi, item no. quod præsumitur. Quinta ibi, item hæc lex locum habet. Sexta,

9 & vltima ibi, item not. argum. ¶† In ead. gloss. ibi. l. cùm de indebito. in fin intellige gloss. secundum Bartol. & Doctor. nisi in instrumento fideiussionis fiat mentio obligationis principalis iam contractæ, vel contrahendæ iuxta l. stipulatus sum à reo. §. adhiberi. Et istam gloss. dicit Bartol. esse tenendam menti. Adde, ꝙ istam gl. alibi reputat singularem Bal. in c. fi. 5. col. de cōfes. ꝙ qn̄ in instrō fideiussionis fit mentio de debito principali, præsumitur esse solenne. Et per istam glo. sic declaratam inferunt Imol. Angel. & Pau. de Castr. ꝙ si petatur executio instrumenti cōtra fideiussorem ſm formam statuti, non oportet in iudicio ostendere instrumentum, dummodo de eo fiat clara men-

ADDITIONES.

a Pro notario. An autem, & quando possit tabellio conficere instrumentum in-
inter coniunctas sibi personas, tractat Fely. in c. 1. in pen. col. de fid. instr. & an
pater filio, vel filius patri si scribant aliquid in testamento, puniantur de fal-
so, Bart. distinguit in l. si quis legatum. ff. de fal. de quo etiam fit mentio per
Alex. hic, dum ponit an filius pro patre, vel ēꝯ possit esse rogatus de instrō,
& an vnus pro altero testificetur, vide etiā per Fel. in c. super eo. el 2. de test.

b Pondera. Tertium no. de verbo videtur, Ias. & adde, ꝙ verbum vr̄, disponit in
responsione legis. Decius in c. 1. vlt. not. de iudic. Aliquid de verbo videtur,
tangit hic Aquen. in fin. Adde, ꝙ secundum propriam significa. importat fi-
ctionem. Alexand. in l. 4. §. ex contrario. col. 3. ff. de acquir. poss. PVRPV.

c Vltimò. Adde eundem Bald. in c. venerabilem. de elect. ꝙ instrumentum non
cantat ego non cantabo, & dicit idem in c. Rodulf. de rescrip. ꝙ si instrm̄ nō
loquitur, nec nos loquimur, intellige, scilicet quo ad tenorem instrument
vel quo ad deducta in contractu per partes, dicta verò alia hic allegata in-
telliguntur de solennitate intrinseca, quę præsumitur, iuxta istam. l. & de ve-
ritate, quę præsumitur de contentis in instrumento, nisi probetur oppo sitū
iuxta ea, quæ habentur per Barto. & Doctor. maxime per Ias. & glo. in ver sie-
per nunciationem. in rub. s. de oper. nou. nunc.

ra mentio in inſtrumento fideiuſſionis,& ita etiam tenet Bald.
in Auth. ſi quis in aliquo.in 2.col. C.de edend. Ang.in §.& hoc
inſuper.in Auth.vt ſponſa.lar.coll.9. Floria. in l.inde Neratius.
§.fin.per glo.ibi.ff.ad leg.Aquil. & in l.ab ea parte. ff. de proba.
10 ¶† In eadem gloſſ. item admittatur probatio in contrarium,
* *communis concluſio eſt*,ꝙ ſi volo probare contra tenorem inſtru-
menti,non admittitur probatio,niſi per aliam ſcripturam. l.ge
neraliter. C. de non numera. pecu. ſed ſi volo probare contra
ſolennitatem, aut præſumptionem inſtrumenti, poſſum pro-
bare per teſtes,ita no.gl. in l.iuris gentium. §. ꝙ ferè.ff.de pact.
& gl.in verbo approbetur.in l.cùm in reos.ff.de duob. reis. bo-
nus text.in l.quicunque,& ibi Bar. not.C. de apoc.publ. lib. 12.
not.idem Bar.in l.generaliter.in fin.per illum tex.C.de non nu.
pecu.& alia eſt glo.in l.1.C.de ꝯhen. & commit. ſtip. & ita te-
nent Bart.& omnes hic. Adde, ꝙ qñ ſolennitas præſumitur ad
actum,vt hic, de facili tollitur illa præſumptio per aliam præ-
ſumptionem,ita Innoc.in c.innotuit.de eo, qui fur.ord.ſuſ.arg.
c.quia veriſimile.de præſum.quod intellige,vt per Abb.in cap.
in præſentia.in 10.col.per illum text.de renuntia.& in c.ſicut.in
pen.col.de re iud.No.tamen ſtupendum dictum Spec.in tit.de
proba.§.fi.in verſi.vlt. not.vbi dicit, ꝙ ille, qui habet præſum-
ptionem iuris contra ſe, ſi vult probare ꝯrium,debet proba-
re per tres teſtes idoneos , aut per duos multum excellentes.
confirma, quia propter præſumptionem iuris contrariam
debet adduci probatio , quæ ſit fortior,& habeat maiores vi-
res, iuxta glo.in l. non eſt veriſimile. ff.ꝙ metus cauſa. gloſſ.&
11 Alexan.in l. tranſactionem.C. de tranſactio.¶† In ead glo.ibi,
emptio autem poteſt eſſe de facto. Circa iſtam quartam par-
tem glo.Bar.format quinque oppoſi.Adde in prima oppoſi.in
quantum declarat,ꝙ ſolennitas intrinſeca dicitur,quam natu-
tura verborum prolatorum comprehendit, vel eſt apta com-
prehendere, intellige ſanè in potẽtiori ſignificatu, iuxta.l. 1.§. q
in perpetuum.ff.ſi ager vect.vel emphy.peta.etiam abſque eo,
ꝙ perſona intrinſeca intelligatur,iſtis concurrentibus dr̃ ſolen-
* nitas intrinſeca.¶Contra iſtam doctr.*Bart.& communem* decla-
ratam vt ſ.fortiter opponitur, nam verbum conuenit,in potẽ-
tiori ſignificatu eſt aptum comprehendere ſtipulationem , q̃a
eſt generalius verbo promitto. l. conuentionum. ff.de pact.&
tñ ſi reperiatur in ſcriptura, nõ intelligitur per ſtipulationem.
l.lecta.in verſi.conuenit.ff.ſi cert.pet.iuncto verbo ſcripſi, huic
difficultati poſſet reſponderi ex verbis Bar. ad aliud propoſitũ
in d.l.lecta.in 3.col.vbi dicit,ꝙ verbum conuenit,eſt generale,
imò generaliſſimum ad omnem conuentionem factam ex-
preſsè.l.conuentionum. ff.de pact. ideo propter tantam gene-
ralitatem non præſumitur ſtipulatio , ſed verbum promitto
non eſt ita latum,de veritate doctrinæ Bart.ibi dixi.Et aduerte,
quia ſecundum doctr.Bar.hoc verbum conuenit,importat ſti-
pulationem,ſed communis opinio eſt ꝯ Bar.ſed iſta doctr.Bar.
licèt communiter approbetur,non tñ tranſit ſine ſcrupulo.Et
ideo Alber.ponit aliam doctrinam,& bonam,& dicit ſolenni-
tas intrinſeca eſt quid adhærẽs facto , vnde poſito facto poni-
tur ſolennitas, quæ ineſt de iure ipſi facto. extrinſeca verò
eſt quid facti ſeparati ab eo , cui adhibetur, vnde ex vno non
infertur ad aliud , & vno poſito non ponitur aliud , patet in l.
quæcunque.§.fin.ff.de public.Ego aliter diffinio, & dico, ꝙ ſo-
lennitas extrinſeca conſiſtit ex aliquo facto extrinſeco,vltra fa-
ctum ꝯhentium , & vltra formalitatem ꝯctus,& iſta,nõ p̃ſu-
mit̃, ſicut nõ præſumitur ꝑſona.l.ſi ita ſtipulatus fuero.§.Chri-
ſogonus. ĩ.eod. intrinſeca dicitur,cuius formalitas dependet à
ſolo facto contrahentium.¶Circa dicta Bart.in tertia,& quar-
ta oppoſi.adde,quòd eandem doctrinam tradit Bartol.in Au-
then.ſi quis in aliquo. circa fin. pen.quæſt.C.de edend.& in l.ſi
fortè.ff.de caſtren.pecul. & in dicta l.1. C. de fide inſtru. & iure
haſt.fiſc.lib 10.ſequuntur vbique Scribentes,& Angel.in l.Im-
12 peratores.ff.de priuileg.creditor.¶† Et inquantum Barto. [a] al-
a leg.gloſſ.not.in in d.l.1. C.de fide inſtru.& iure haſt.fiſc. Adde,
ꝙ illam gloſ.ſequitur , & dicit eſſe peregrinam. & not.dignam
Bald.in l.1.in princip. ff. de reb.eor. eam etiam dicit eſſe vnicã,
& ſingular.Bald.in capitul.ſicut.circa fin de re iudica. & in cap.
in præſentia.in vltim.colum.de renun. Eam reputat eſſe aureã
Angel.in l.ſicut.§.non videtur. ff.quibus modis pignus, vel hy-
pot.ſolu. Adde , quod per iſtam notab. doctrinam decidit pri-
mo Bartol. in Theopompus. ff. de dot.præla.poſt gloſſ.ordin.
ibi,quod ſi reperiatur ſcriptum in actis,teſtis iuratus parte præ-
ſente, talis ſcriptura probat , & iuramentum , & præſentiam
partis,ex quo poſſibile eſt vtrunque interueniſſe tempore quo
inſtrumentum cõficiebat̃, per gloſſ. in dicta l.prima. C. de fide
inſtrum. Idem not. Bartol.in l.iubemus per hanc.in verbo iu-
ratus deponat. C. de erog. mili.anno. libro 12. domin. Abb.in
capit. per inquiſitionem. de elect.per illum text. in verbo can-
cellarius iuratus. & idem etiam not. Bald.ibi in vltim. colum.

per illũ text.& in Authent. ſi quis in aliquo documento. C.de
eden.& in l.iuſiurand.C.de teſta.& in l.geſta.C.de re iudicat. &
in l.prima.in princip.ff.de ferijs,& Abb.in cap.tuis.ad fin. de te-
ſtib.imo fortius ex tali aſſertione notarij præſumitur tale iura-
mentum ſolenniter præſtitum,ſecundum Bald.in cap. primo.
in princip.in titul.quid ſit inueſti.& in prima conſti. ſtorum. in
princip.quicquid dicat gloſſ.in verbo præſtito, in capit. vt cir-
ca.de elect.in 6. ¶Limita, quando pars aduerſa non conſentit
tali aſſertioni notarij,& pars expreſsè contradixit, tunc non ſta
tur aſſertioni notarij,ſecundum Ioan.Andr. in addit. Specul.in
titul.de teſtib. §.ſequitur, verſi.quid ſi in actis ſcriptum eſt. do.
Anto.de Butr. in capitul.fraternitatis.in vlt. colum. & ibidem
Abb.in fin.de teſtib.dom.Alexan. in conſil.42.4. volum. quòd
incip. viſo proceſſu cauſæ vertentis. ad fin. ¶Secundò adde il-
lud,quod egregiè not.Gemin.in capit.2.per illum text. de reb.
eccleſ. non alien. in ſexto. quòd ſi in inſtrumento alienationis
rei eccleſiaſticæ notarius atteſtetur cauſam vtilitatis,vel neceſ-
ſitatis alienandi ſubeſſe,non adhibetur fides,niſi aliter probetur
ex verbis notarij,eo quia iſtud non poterat verificare tempore
13 confecti inſtrumenti . ¶† Tertiò adde , quod per iſtam do-
ctrin. Bartol. egregiè conſuluit Paul. de Caſtr. conſil.91. quod
incip. ſuper eo, quòd quæritur , vbi per iſtam doctr.conſuluit,
quòd non credatur notario rogato de inſtrumento interpoſi-
tionis decreti in aliena. rei minoris, ſi dicat interpoſitum cum
cauſę cognitione, cùm illo tẽpore non potuerit cognitio inter
poni, nec etiam crederetur iudici hoc aſſerenti , vnde notarius
debet facere duo inſtrumenta,vnũ de cognitione cauſæ, aliud
de interpoſitione decreti , vt hic per eum , quamuis iſtud viti-
mum,quod non crederetur iudici aſſerenti,reprehendit hic d.
Alexand. ¶Quartò adde,quòd per iſtam doctr.not.conſuluit
d.Alex. conſil. 17. 4. vol. quod incip. viſo inſtrumento loca.in
quarta colum. quòd ſi in inſtrumento dicatur habito ſæpè , &
ſæpius colloquio inter priorem , & fratres de deliberatione, &
concluſione , & quòd prior, fratres , & capitulum nemine di-
ſcrepante ex certa ſcientia alienarunt rem pro tanto pretio,
vel locarunt, quod talia verba non probant tractatum pręceſ-
ſiſſe,& ideo dicit Alexand.quod ſemper debet fieri inſtrumen
tum de tractatu de per ſe ab inſtrumento venditionis ſepara-
14 tum,& allegat Pau.de Caſtr.in præalleg conſil.91. ¶† Limita
* iſtam *doctr.Bar. & communem multum* ſingul.inquantum Bartol.
vult,quod ſi notarius facit mentionem de ſolennitate,quę po-
tuit interuenire tempore confecti inſtrumenti , quòd talis ſo-
lennitas præſumitur, per d.gl.in l.1. ¶Limita iſtam doctr.pro-
cedere , qñ notarius ſpecialiter, & expreſsè facit mentionem
b de [b] illa ſolennitate requiſita , ſecus autem ſi in genere atteſta-
retur omnes ſolẽnitates interueniſſe intrinſecas,& extrinſecas,
etiam de quibus opus eſt facere ſpecialem mentionem : nam
per iſta verba generalia non probantur ſolẽnitates interueniſ-
ſe , quæ poterant interuenire tempore confectionis inſtrumẽ-
ti,ita limitat ſolus Alber.hic in 4.col.in verſic. not. vnum.mo-
uetur,vt hic per eum,ideo neceſsè eſt notarium facere ſpecia-
lem mentionem de ſolennitate. vltra eum tu confirma per il-
lud,ꝙ in ſimili not. Bartol. & alij in l. Titiæ textores.in princip.
de legat. 1. per illum text. vbi not. quod paria ſunt obſcurè, &
gñaliter excipere,& nihil excipere,& ibi addidi multa bona.fa-
cit bona gloſſ.in capitu.paſtoralis.in verbo poteſtatis.de excep.
15 ¶† Iuxta prædictas oppoſitiones quærit Bartol. an ſolennitas
c præſumatur , [c] & facit duos articulos principales : primus eſt
in ſolennitate extrinſeca, in quo ex dictis Bartol fac.regulam,
& duas fallentias. Regula ſit, ſolennitas extrinſeca regulariter
non præſumitur.l.quæcunque.§ final.ff.de public. & gloſſ.ord.
* *& omnes* hic.facit regula.l.ſi ita ſtipulatus.§. Chriſogonus.infra
eod.adde,quod per illam regulam reprobatur gl. in l. actor. ff.
rem ratam habe. quæ tenet, quòd in dubio præſumitur decre-
tum iudicis interceſſiſſe , nam cùm iſta ſit ſolennitas extrin-
ſeca, non debet præſumi , & ita Bartol. ibi in vltim. columna.
reprehen-

ADDITIONES.

a ¶Et inquantum Bart. &c. Ad iſtam doctr. optimè faciunt, quæ habentur per Barthol. Cępol. in ſua cautel. 195. incip. notarius ſcripſit , vbi quærit , an credatur notario aſſerenti in inſtrumento fuiſſe renuntiatum Velleiano,&c. quòd mulier fuerit certiorata, &c. & poſt multa hincinde videtur conclu-dere , quod ita communiter tenetur, maximè quia ſufficit , quòd talis ſolen-nitas potuerit interuenire tempore confectionis inſtrumenti maximè per iſtam doctrinam Bartol.hic,& in d.l.prima.C.de fide inſtrum.& iur.haſt.fiſc. lib. 10. & aliorum, de quibus etiam per eum, licèt alleg.Fede. qui conſuluit contrarium conſil. 191. incip. quæritur , an domina Marga. & ideo aſſignat ibi cautelas ad cautius negotiandum in ſimilib.Io.Bap. Caſtil.
b Mentionem. Adde Fel.in c.quoniam contra falſam.col.21.de proba.
c Præſumatur. Quando ſolennitas extrinſeca præſumatur,Panor.in capi.non nulli.§.ſunt,de reſcrip.col.3. PVRPV.

reprehendit & bene,limitando, vt ibi per eum. ¶Secundò per
istam regulam reprobatur alia glo.in c.ea noscitur.de his, quæ
fiunt à præla.sine consen.capi.vbi.glo.per illum text.tenet, qui
fortiter vrget,quòd in gestis à prælato præsumitur interuenisse
consensus capituli, nam cū ista sit solennitas extrinseca, ergo
præsumi nō debet,secundum Canonistas in illo c. ea noscitur,
& illam gl. Canonistarum reprehendit Bald.in d.l.actor.in vlt.
col.Ang.in d.l.quicunque.§.fi.ff.de publiciana. nisi instrumentum notatarij faceret mentionem consensus capituli, quando
potuit interuenire tempore confectionis instrumenti, iuxta.d.
glo.in l.fi.C.de fid.instr. & iure has.fisca. ita concludunt d.Ant.
& alij Canonistę in d.c.ea noscitur.¶Istam regulam limitat pri
a mo [a] Bart. quando in instrumento fit mentio de solennitate
extrinseca, quæ potuit interuenire tempore confecti instrumenti, per glo.in d. l. 1.& dixi.s. proximè opportunè, & bene.
b Secundò limitat [b] Bart.quando ex solennitate extrinseca,quę
non potuit interuenire tempore confecti instrumenti, tamen
probatur inter ipsas partes, quæ potuerunt tali solennitati renuntiare,per l. optimam. C. de contrahend. & comit. stipula.
c Vltra eum tertiò [c] limita,quando defectus solennitatis extrinsecæ non fuit allegatus per partem aduersam, tunc præsumitur pro solēnitate extrinseca,dictum fuit Compost. Io.And.&
Imo. in c.cùm dilectus.de consuet. per text. secundum vnum
intellectū in d.c.ea noscitur.idem tenet Imo. in c.in præsentia.
vlt.col.de renū.& in c.sicut. de re iud.& in c.officij.in vlt.char.
16 de test.d.Math.in no.13.Lu.Ro.& Alex.hic.¶† Quartò lĩta, [d]
d & hic attende,& signa ſm Ang.Imo. Raph.& d.Alex.hic propter temporis diuturnitatem,propter q̃ pręsumitur solennitas
extrinseca præcessisse,per tex. quem Alex. reputat singu. in l. si
filius.C.de peti.hære.facit tex. in l.qui in aliena.in prin. in versi.
sed & si non adierit.vbi Ang.& Mod. ad hoc not. multa decidunt.ff.de acq.hęr.idem tenent Host. Io.And. & communiter
* Cano.in ca.Alb. de testi. & c.illud.de præsump. *& ista est communis opi.* vt attestatur d. Alex.hic. ¶Addo pro ista communi
conclusione tex. in cap. continebatur. in verbo, & non post
multum temporis.de his,quæ fi.à præla.sine consensu capituli.
idem tenet d.Abb.in c.peruenit.de emp.& ven. per gl.ibi,quā
ad hoc reputat semper tenendam menti.idem tenet d.Abb.in
d.c.ea noscitur.Io.de Imo.in l.1.§.fi.ff.de aqua plu.arcen.Flo.in
l.cùm in rem verso.ff.de vsur. Iste est pulcher, & quotidianus
passus, quem intendo plenè excutere, sed paucioribus verbis
e quàm sit possibile.¶Contrariam [e] opi.tenet expresè Abb.sibi
contrarius in c.Albe. in pen.col.de testi.vbi tenet, quod solennitas extrinseca non præsumatur, etiam si tempus longissimū
intercessit, nisi alia præsumptio concurrat per d.l. quæcunque.
§.fi.& no.in d.c.peruenit. Ad idem facit bonus text.in c.significauit.de censib.per quem not.ibidem d.Abb. in 2.not.quod in
censu etiam antiquo non præsumitur auctoritas. Episcopi, &
sic solennitas extrinseca,nisi probetur. ¶Confirmo istam partē
per ea,quę signāter decidit Bal.in l.2.C.de leg.hær.vbi no.decidit,quòd ex diuturnitate temporis non præsumitur,quòd donatio fuerit insinuata,vel debeat insinuari,si est vltra quingentos aureos.item non præsumitur, quòd interuenerit præsentia
duorum propinquorum,quæ requiritur ex forma statuti,cùm
sit solennitas extrinseca, quæ non præsumitur interuenisse in
contractu ex diuturnitate temporis, & ibi respondet ad l. si filius.& l. qui in aliena. quòd loquuntur in patre, & filio, qui fictione iuris præsumuntur vna,& eadem persona §.ei qui.insti.
de inuti.stipul.istam decisio.Bald. sequitur Ro.hic. eam sequitur Alexand.in consilio 174. volum. quod incipit viso instrumento locationis.in 3.col.& idem Alexan.in d.l.qui in aliena.
in prin.Bart.& Saly.in d.l.si filius. ¶Contrarium in hoc vltimo
tenent Bald.sibi contrarius,Ang.& Imo. in d.l. qui in aliena.in
princip. Ang.& Imo.hic, Alex.sibi contrarius in consi. 79.in 1.
vol.inci.circa primum quo quæritur.Barba.in repe.rubr.C.qui
admit.in 3. col. quid tenendum in tanta varietate? Teneo primam opi.quam soleo concludendo amplecti,quòd ex diuturnitate temporis solennitas extrinseca præsumatur, quamuis
notarius nullam de ea mentionem faciat. Pro ista opi. adde in
primis illud, quod consuluit Aret.in consi.36. quod inci.casus
talis præsupponitur in facto,quòd quidam Card. &c.in 2.col.
vbi consuluit,quòd in testamento conditio per quendā Card.
Senensem,quia erat de antiquo,præsumebatur licentia Papæ
17 præcessisse,per aliqua ex iurib. præalleg. ¶† Secundò adde, ꝙ
tenent Cano.in c.illud.de præsump.Car.Flo.& Mod.in c.requisisti.de test. quòd ex diuturnitate temporis præsumitur auctoritas superioris requisita intercessisse.ideo capitula longo tempore fundata præsument auctoritate Episcopi ędificata.¶Tertiò facit, quòd clericus,qui longo tempore possedit beneficiū
sciente,& patiente Episcopo, præsumitur ritè institutus in beneficio,nec tenetur ostendere titulum institutionis, ita Bald.in

l.siue possidetis. C.de proba.allegat Inn.& Io. And.in d.c.illud.
idē tenet Gem.in c.ordinarij.in 3.col.de offi. or.in 6.¶Quartò
facit, quòd si est concessa alicui immunitas longo tempore,
præsumitur,quòd in tali concess.interuenerit solennitas, & consensus ciuium per d.c.ea noscitur.ita Rom. in consi.152.quod
inci.pro decis.in 3.dub.¶Quintò facit,ꝙ quando clericus possedit duas Ecclesias longo tempore patiente superiore,præsumitur,quòd sit facta vnio, licèt aliter de ipsa vnione probari
non possit.Ita consuluit Petr.de Anch.in consi.162. quod inci.
in quæstione Ecclesiæ.ad fi.¶Sexto facit,quod ex longa patiētia diturni temporis pręsumitur dominum consensisse, quòd
emphyteuta alienet ius suum emphyteuticum. ita tenet do.
Alex.in consi.111.in 4.volum.inci.viso,& diligen. considerato
themate.in pen.col.¶Simliter, qui diu,seu longo tempore tenuit rem tanquam emphyteuta, & pro ea soluit debitum canonem,vel tenuit rem tanquam vassallus, & non habet inuestituram, certè ex diurnitate temporis præsumitur inuestitura
interuenisse.c.1.quali. olim feu. pot.alie.& est glo.in l.2.in glo.
magna.C.de iure emph.cum concor.quas ibi dedi.¶Septimo
facit,quòd solennitas contractus, & consensus cap. qui requiruntur in alienationib.rerum immobilium,pręsumuntur,licèt
inuestitura non dicat, quamuis transierit longum tempus, ita
consuluit d.Alex.in consil.70.1.volu. quod incipit circa primū
de quo quæritur.in 5.col.motus per text. in d.c.ea noscitur, &
in d.c.peruenit.cum glo. de emp.& vend.¶Octauò bene facit
* illud,quòd tenet gloss.sing.& *communiter approbata* in l.pe.supra
18.communi diui. quæ singulariter vult, † quòd si fratres longo
tempore possederunt bona paterna diuisim, licèt nō appareat
de aliqua diuisione inter eos facta,tamen ex diuturnitate temporis præsumitur. ¶Nono facit bene vltra prædictas decisio.
nam in agnitione bonorum possessionis de iure ftorum requirebatur decretum iudicis, & sic superioris auctoritas.text. est
in l.3.§.si causa cognita. ff.de bo. pos. & tamen ex diuturnitate
temporis præsumitur decretum iudicis. text. est in d. l. qui in
aliena. in prin. in versi.non audierit, & sic per ista teneo cum
communi opi. quod ex diuturnitate temporis præsumitur
f solennitas præcessisse. Limitat d. Alex. [f] quod etiam tempus
19 mille ann. non facit præsumi † solennitatem mandati requisiti ad actum.alleg. Bald. in l.2. C.si ex fal. instrumentis. Et istud
dictum vidi allegatum in multis consilijs aduocatorum ad me
delatis.Istud idem, quòd ex diuturnitate tēporis nō præsumatur solennitas mandati,tenet etiam Alex.in d.l. qui in aliena.in
prin.& in cōsi.1.in 4.vol.inci.ponderatis his de quib in themate fit mentio.in pen.col.vbi alleg.Bald. in l.1. C.de reb.alie. nō
alienan. & in l. ei à quo fundum. ff. de vsucapionib. sed adnerte,licèt nemo contradixerit,puto contrarium per text. cui
nunquam vidi bonum responsum,in d.l.si filius.C.de pet.hær.
vbi ad hoc vt filiusfa.possit adire hæreditatē sibi delatā, oportet,quòd præcedat mandatum patris l.si quis mihi bona §.iussum.ff.de acq.hær. & tamen ex diuturnitate temporis 10.ann.
præsumitur mandatum pręcessisse, & ita remanet perfectè, vt
puto,expedita ista.4.fal.¶Quintò vltra Alex.& Mod.principaliter limita prædictam regulam, ꝙ nonnunquam præsumēda
est sollennitas extrinseca ratione probitatis personæ egregiè
actum exercētis secūdum Abb.in c.nisi essent.in 1.no.de preb.
d per illum text.& vltra eum facit in simili bonus text. in l.si res
pupil.in versi. cùm fuisset celeberrimus. de admi. tut. ad idem
facit in simili text.not.in l.si à bonæ fidei.ff.de rei vendi.vbi per
illum

ADDITIONES.

a Limitat.1.De ista limitatione vide plenius quam per Alexan.& Lud. hic per Fely.in c.sicut.col.12.in fi.& prin.seq.versi.fallit primo.de re iud.
b Secundò limitat.Dic, ꝙ statur verbis enunciatiuis,qñ partes possunt disponere,vt d.l.optimam;tñ allegat,vt procedat vbi cōtigit posteà inter partes principaliter disputare de enunciato.nam de hoc est casus singu. in c. illud.de præsumpt.vbi Fely.& hoc modo declaratur tex.in §.hic verò.in Authentica,vt fratrum filij.
c Tertiò.Adde,quòd idem tenet Compo.in c.cùm dilectus.hic alleg.vbi etiam Imo.in 7.col.idem tenet Fely.in c.sicut.hic alleg.col.14.versi.fallit secundo.de offi.ordin.in antiquis. idem Fely. in c.1.col.2.de iudi.sequitur etiam Imo. in d.c.noscitur.col.5. licèt ibi dicat hoc esse parui effectus,ex quo non præsumitur quādo negatur, sed quando non negatur. PVRPV
d Quartò limit.Istam limitationem examinat Fely.in c.sicut.sup.alleg.col.14 circa fi.cum quatuor col.seq.cuius doct.fac.ad decla.Iaso.hic ferè per totum. & adde eundem Fely. in c.1. 3.not.de iudi.
* Et hanc.4.limit.sublimita,vt per Soci.consi.2.nu.8.lib.3.Dec.in Auth.si quis in aliquo.nu.24.C.de eden. BELLOT.
e Contrariam.Amplia hanc primam regulam,etiam si esset necessaria solennitas nedum vtilis.probat Deci.in c.1.3.not.de iudi.vbi limitat hanc regulam vbi de modico præiu.tracta. PVRPV.
f Alex.Adde,quòd hæc limit.non procedit in eo,qui pro alio soluisset,quia ex temporis diuturnitate præsumitur habuisse mandatum, & contra Alex.hic tenet Dec.in l.1.col.4.C.qui admit.vide Hippo.sing.323. BELLOT.

illum text. excusantur mille Castellani secundum Ang. ibi, &
20 Fel. in c. cùm contingat. in 4. col. de rescri. ¶† Sextò limita no.
istam regulam, quando pars, quę conuenitur ex contractu, ne-
gauit cõtractum esse factum, si posteà cõuincatur de veritate
contractus, in odium negantis præsumitur solennitas extrin-
seca, quę aliàs non pręsumeretur, per regulam Authenticæ, cõ-
tra, qui propriam. C. de non nu. pe. & ibi Sal. no. ita not. limitat
Bald. in c. 1. circa fin. qui testes sunt neces. ad probandum nou.
inuest. & est noua, & singularis limitatio secundum Aret. hic
in 19. col. qui simpliciter eã tenet, & aliud nõ addit. Tu adde,
quòd istud idem, & not. tenuit idem Bald. in l. fi. circa prin. C. de
fideius. vbi formaliter dicit, ꝙ negans si conuincatur non po-
test posteà de defectu solennitatis extrinsecæ opponere, quia
mendax solennitatis auxilium non implorat. istud idem, &
adhuc not. tenet Bald. in c. 1. §. item si vassal. in 2. col. de contro.
inue. vbi tenet, quod beneficium solennitatis extrinsecæ tolli-
tur per prauitatem negationis, limitando vt ibi per eum, ita
etiam tenet Alua. in d. ca. 1. qui testes sint neces. ad probandũ
21 inuest. ¶† Septimò limita p̃dictam regulam in iudice facien-
te actum iudicialem, vel interponentem decretum, vbi præsu-
mitur solennitas extrinseca, vt est tex. in l. ab ea parte. ff. de ꝓba.
& in l. 2. C. de offi. ciui. iud. & in cap. sicut, & in capit. cùm inter.
de re. iu. & text. in c. in pręsentia. de renun. ista limitatio egeret
lõga, & alta indagine. Ponit diffusè Alex. hic post Rom. ponũt
a *Canon. omnes in c. quoniam* contra falsam. de proba. d. Alex. & alij
in l. iustè possidet. ff. de acq. pos. cum infinitis hic alleg. per do.
Alex. examinat etiam latè Ang. de Aret. in l. fi. ff. quando appel.
22 sit. & in §. fi. instit. de fideius. ¶† Octauò limi. prædictam regu-
lam non procedere in solennitate extrinseca consueta cõmu-
niter, & vt plurimum interuenire. Ita limitat Aret. in c. 1. 4. col.
de iudi. per tex. in l. fi. ad fi. C. de fideius. quẽ text. ante eum alle-
a gauit Bal. in rub. C. de fid. instru. in 3. col. ¶ Ista limitatio [a] mihi
non placet per text. in d. l. quæcunque. §. fi. ff. de publ. vbi non
præsumitur auctoritas tutoris, quæ tamen vt plurimum con-
sueuit interponi in alienatione minorum. Item si esset vera, de
strueret totam istam materiam. ¶ Nonò limita prædictã regu
lam non procedere in libello, in quo non est necesse allegare
SI rem meam. Valet stipulatio rei propriæ stipulatione sub conditione facta. h. d. Not. 1. quod si stipulor rem meam sub conditione, valet stipulatio. Ratio est, quia tunc ad validitatem stipulationis inspicimus euentū conditionis, & non tempus contractus, quia eueniente conditione tunc cedit dies. l. cedere diem. ff. de verb. signi. ergo stipulatio facta de re propria purè nihil valet. l. nemo rem suam vtiliter. in prin. ĩ. eod. l. scire debemus. §. fi. supra eo. & gl. hic in fi. sic etiam non valet legatum de re propria legatarij. l. proprias. C. de leg. sic etiam non valet pignus in re propria l. neque pignus.
1 ff. de reg. iur. ¶† Limita, vt dixi, istam regulam procedere in re, quæ est propria stipulantis, & irreuocabiliter, secus si reuocabiliter, tunc potest stipulari, vt per stipulationem efficiatur sua, & irreuocabiliter, text. est in l. in bello. §. si quis seruū. ff. de pact. & in l. ex sextante. §. Latinus. ff. de excep. rei iud. facit l. non quocunque. in princi. ff. de leg. 1. & l. inter stipulantem. §. si rem. in
2 verbo non liberaretur. ĩ. eo. ¶† Secundo not. limita, qn̄ prima causa acquisitionis dominij est dubia, & secunda certa, vel qn̄ per secundam fit pinguior acquisitio, quàm ex prima, tunc res mea potest mihi acquiri ex noua stipulatione, ita no. tenēt Io. An. & Io. Mo. in c. cùm personæ. de priui. in 6. refert, & simpliciter sequitur Aret. in l. existimo. in prin. ĩ. eo. addo, quòd idē in terminis firmat Abb. in consi. 9. quod incip. visa in præsenti
3 causa. in 1. col. ¶† Tertiò limi. quando res est mea propria, & verè, & de iure communi, quia tunc non possum eam stipulari purè, secus si aliquo speciali fauore, puta vlti. volun. vel speciali priui. tunc possum stipulari, & eam mihi de nouo, & verè acqrere, s̄m Bar. & alios in l. 1. C. cōmu. de leg. & in l. 1. ad fi. s̃. de leg. 1. & in d. l. in bello. §. si quis seruū. in vlt. no. similiter in re, quæ est mea de iure speciali, bene potest pignus constitui. text. est in l. idemque. cum gl. & ibi ad hoc no. Bart. ff. qui pot. in pig. ha. ¶ Quartò limit. istam regulam procedere in stipulatione, quæ momento consumitur, illa si fiat de re propria nihil valet,
4 † secus autem si quis stipularetur rem propriā habere licere, quia cùm ista stipulatio habeat causam successiuam, ideo in ea singula momenta considerantur, & ideo secunda momenta considerantur ad hoc, vt stipulatio valeat. casus est in l. stipulatio ista §. quæsitū. ĩ. eo. & ibi Ang. ad hoc not. dicēs hunc ca-
5 sum esse hic addendum, ibi dicetur. ¶† Quintò limi. quando quis vellet stipulari æstimationem rei suæ, quia tunc bene potest l. nemo. in prin. ĩ. eo. gl. in §. est autem. insti. quib. mo. tol. ob. ¶ Expeditis textualib. capio gl. vnicā, quā diuide magistraliter in sex partes. In 1. supplendo ad text. s. dari, remouet contrariū de l. si rem tradi. s̃. eo. & §. sic itaque. inst. de act. In 2, ampliat istū text. vt procedat siue conditio sit extrinseca, puta si nauis ex Asia venerit, vel intrinseca, puta, si mea esse desierit. In 3. infert ex tex. & contra illationem opp. & sol. deinde contra illam solutionem opp. & non soluit. In 4. remo. et aliud tacitum contrarium. In 5. format q. & respondet. In 6. parte, & vlt. format aliud contrarium. Secunda ibi, puta si nauis. Tertia ibi, sic ergo inspicitur. Quarta ibi, an sit rei commercium. Quinta ibi, item quid ècontra. Sexta ibi, sed si purè rem meam. ¶ In 3. parte gl. dum opponit de l. vsusfructus. ff. de stip. ser. & non respondet
* *Bart. & communiter Doct.* respondent, quòd ibi erat defectus in persona stipulantis tantum, ideo inspicitur initium, & sic tempus stipulationis. l. si minor. ff. de ser. expor. & ante Barto. ita respondet gl. in l. existimo. in prin. in glo. 2. ĩ. eod. q̄ aūt in l. vsusfructus. sit defectus in persona stipu. prout etiam ibi decla. Bart. patet, nam persona serui stipulantis per se conderata est penitus inhabilis quo ad stipulandum sibi. l. quòd attinet. ff. de reg. iu. nec hæreditas iacens, quæ representat personam defuncti, vt l. hæreditas. ff. de acq. rer. do. ideo non censetur habilis, quo ad acquirendum vsumfr. defuncto, quia per eius mortem finitur. l. Titio cùm morietur. ff. de vsufru. & ideo text. in illa l. vsusfructus. in princi. dicit, quòd vsusfru. sine persona esse non potest, sed ibi non reperitur persona nec verè nec fictè, cui vsusfruct. acquiritur, nimirū si nō valet vsusfr. stipulatio. secus in casu l.
6 nostræ, & similium. ¶† In ea. gloss. in fi. reassumit Barto. quod tempus in stipulatione inspici debeat, distinguendo, vt hic per
* eum, *quem cæteri sequuntur*, & formaliter Ro. etiam simpliciter refert, nec aliquid addit. Sed opportet videre, quæ sit ratio diuer. inter casus hic traditos per Bar. quia scire est rem per causam cognoscere, quia quando est solus defectus in persona stipulantis, licèt fiat sub conditione nihil valet. d. l. vsusfructus. vel quando est defectus in re, & tamen, quando est defectus mixta considera. rei, & personæ, & tunc valet stipulatio. solus Io. Fab quē nemo hic alleg. voluit assignare rationem diuersi. in §. 1. insti. de inu. stip. sed non plenè explicat, quia in vlt. duob. casibus est defectus circa substantiam. In primo est defectus circa qualitatem, nam quando defectus est ex parte stipulantis tantum, vel rei deductæ in stipulationem, quia in his consistit effectus & substantia, iste defectus statim vitiat non attento futuro euen. quamuis stipulatio sit facta sub conditione, non sic est in tertio casu, quando est defectus mixta consideratione personæ & rei, quia secundum eum est defectus in qualitatibus, quæ non faciunt tantum defectum. l. posthumus. ff. de iniust. rup. nec plus dicit. tu dic, quòd stipulatio rei propriæ non est prohibita de se, quasi persona sit inhabilis, aut quia res non sit in commercio, sed eo quia stipulatio rei propriæ non continet aliquam vtili. istud solùm est impedimentum, quia mea non interest stipulari rem propriam, ideo cōsiderato tempore stipulationis ista qualitas impedit, ne stipulatio valeat, vnde si fiat sub conditione, & tempore aduenientis conditionis, illa qualitas deficiat, quia res desinit esse stipulatoris, valet stipulatio, quia cessat illa qualitas impeditiua, nec ibi interuenit aliqua legis prohibitio, sicut interuenit in l. vsusfructus, & in l. inter stipulantem. §. sacram. ĩ. eod.

LEX XXXII.

SI in nomine. Error in nomine proprio stipulationē non vitiat, quando constat de corpore, vel melius, & pinguius Error in nomine proprio eius, super quo interponitur stipulatio, stipulationem non vitiat, quando con
1 stat de corpore. h. d. ¶† Not. 1. quòd licèt stipulatio sit stricti
2 iuris, & de eius forma sit † verborum expressio. l. 1. in princip. s̃. eo. & in ea quicquid est omissum à verbis habetur pro omis-
3 so. l. quicquid astringendæ. ĩ. eod. † tamen per hoc error in nomine proprio rei stipulatæ non vitiat stipulationem, quando
4 constat de corpore. † Hinc infero, quòd multominus vitiat vlt. volun. cùm in ea plenior fiat interpretatio. l. in testamentis.
5 de regul. iur. capitul. cùm dilect. de dona. † Hinc est, quod error in nomine proprio hæredis instituti non vitiat institutionem, dummodo cōstaret de corpore l. si in nomine. C. de test. similiter ēt non vitiat legatum l. si quis in fundi vocabulo. ff.
6 de leg. 1. §. si quis in nomine. insti. de leg. † Similiter etiā error in nomine proprio non vitiat iudiciū, qn̄ constat de corpore, siue sit error in persona litigatorum siue in persona iudicis. tex. est not. in l. si in iudicis nomine, quæ est l. antepe. & ibi Bald. ad hoc no. ff. de iud. & tex. in l. idem Pompo. scribit si frumentum. §. fin.

7 §. fi. ff. de rei vend. ¶† Limita prædicta, niſi ſit error in nomine proprio diſponentis, vel ipſius loquen. quia iſte error arguit fatuitatē, & ſtultitiam, quia nemo ita fatuus eſt, qui ignoret nomen ſuum. l. fi. in verſi. ſupinus, imò magis ſtultus eſt C. de hære. inſti. & ibi Bald. in 1. no. & etiam in 1. opp. ad hoc not. 8 d. Alex. ibi, & hic. † Idem eſt in errore nominis filij ipſius diſponentis ſecundum Bald. in d. l. fi. in 2. col. & ibidem d. Alex. & hic Lud. & Alex. in l. ſi in nomine. C. de teſt. niſi talis filius patre abſente ruri eſſet natus, & nutritus. l. Titius. §. Lucius, & quod ibi not. Bal. & alij. ff. de lib. & poſth. facit tex. in c. cùm in tua. de his qui mat. acc. poſ. Adde vltra Scrib. idem eſſe ſi ſit error in nomine proprio patris ipſius diſponen. ita tenet Lud. Ro. in conſi, 179. ampliſſimè Docto. in 1. dub. adde etiā idem eſſe ſi ſit error 9 in nomine proprio vxoris ſuæ, † cùm vxor dicatur eſſe pars corporis ſui. vt eſt tex. 33. q. 2. in c. admonere. item vxor dicitur eſſe ſocia diuini, & humani iuris l. aduerſus. C. de cri. expi. hær. & in l. 1. ff. rer. amot.

SVMMARIVM.

1 *Debitor ſpeciei ad diem per eius interitum ante diem liberatur dato, quòd eſſet ante diem interpellatus.*

2 *Per interitum ſpeciei poſt diem non liberatur promiſſor.*

3 *Si res ad diem debita pereat ante diem, & ſic ante moram debitoris an ſicut liberatur ab ipſa ſpecie principaliter debita, liberetur ab eo, quod ſupereſt.*

4 *L. ſi ſeruus. §. boue ſurrepto, qualiter intelligatur.*

5 *Quando ſpecies debita non perijt naturaliter, ſed fuit occiſa, an debitor liberetur, & an habeat actionem legis Aquil. contra occiſorem, & an teneatur creditori cedere.*

6 *Quando ſeruus fuit occiſus à tertio in iniuriam alicuius, vel creditoris vel debitoris, tunc debitor habet actionem legis Aquil. contra occiſorem, & etiam liberatur.*

7 *Creditori ex cauſa onerosa tenetur debitor cedere actionem contra occiſorem.*

LEX XXXIII.

SI Stichus. Si ſpecies in diē debita moriatur ante diei euentum, debitor liberatur. h. d. Et cogita, quod dubium habet iſta lex, qa vbi Stichus fuiſſet purè debitus, & ante moram fuiſſet mortuus, fuiſſet liberatus debitor, quantò fortius debet liberari debitor, quando erat debitum in diem, & pe 1 rijt ante diem. ¶† No. 1. quòd debitor ſpeciei ad diem per eius interitum ante diem liberatur. ¶ Amplia ſecundum gl. iſtum tex. etiam ſi debitor fuiſſet interpellatus ante diem, quia cùm talis interpellatio ſit facta incongruo tempore. l. ſi ſoluturus. de ſol. per conſequens conſtituit debitorem in mora l. cùm filius. §. fi. ĵ. eo. nam, vt inquit Bal. not. hic, proteſtatio præueniēs 2 tempus proteſtandi nihil operatur. ¶† Secūdò not. ex tex. ibi, ante diem, à contrario ſenſu, quod per interitum ſpeciei poſt diem non liberatur promiſſor, ratio, quia diei lapſus interpellat pro homine, & conſtituit promiſſorē in mora. l. magnam. C. de contrahend. & commi. ſtip. dixi in l. ſi ex legati cauſa. §. eo. ſed odio moroſi fingitur ſpecies viuere, vt dixi in d. l. ſi ex legati 3 cauſa. §. eo. ¶† Iuxta iſtam gl. Bar. format duas q. Prima eſt, ſi res ad idem debita pereat ante diem, & conſequenter ante moram debitoris, an ſicut debitor liberatur ab ipſa ſpecie principaliter debita, vt hoc tex. ita etiam liberetur ab eo, quòd ſupereſt, & diſtinguit, vt hic per eum, cum quo tenent d. Alex. & latius Aret. in 1. & in vlt. col. & d. Pet. de Bexu. hic Tu aduerte inquantum Bar. facit differentiam inter ſpeciem mortuam, quæ erat in dominio petitoris, vbi totum, quòd ſupereſt, poteſt peti. l. ſolùm. §. metum. ff. de rei ven. & eam ſpeciem, quæ debebatur, & ſic peti poterat actione perſonali, dic, quòd ratio diuerſitatis eſt in promptu, quia dominium reſpicit ipſum totum, & quamlibet eius partem, quia verum eſt dicere, quòd ſum dominus bouis. l. ſic ſum dominus corij, & carnis, ſecus eſt in obligatione perſonali, quia illa reſpicit totum, ita quòd non ſingulas eius partes, quia ſi debetur bos, non ſequitur, quod debeatur corium, quod eſt ſeparatum à boue, & ſic non eſt bos, quia obligatio ad rem integralem non ſequitur partes rei, quę non deuenerunt in obligationem. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ĵ. eo. & l. qui res. §. aream. ff. de ſol. ¶ Secundò diligenter aduerte 4 dum Bart. alleg. l. ſi ſeruus. §. boue ſurrepto. ff. de condi. fur. † ꝙ loquatur in re mihi debita ex cauſa onerosa, quia imò ibi bos furto mihi ſurreptus erat meus non autem mihi debitus, vnde hoc ꝙ ſupereſt peti poteſt, per regulam d. l. ſolùm. §. meū. ff. de rei vendi. & ita dicit melius ipſe Bart. qui videtur aliqualiter contrarius in d. §. boue. vbi dicit, quòd quando vnum integrale poteſt à me peti tanquam meū, eo diſſoluto, poſſum petere quamlibet partem, ita dicit eſſe ibi text. Iuncta dict. l. ſolùm. §. meum, ſecus, qn̄ poſſum petere tanquam debitum actione perſonali, & licèt iſto caſu etiam competat actio perſonalis ad reſtituendum. l. actio furtiua. l. ſi pro fure. §. 1. ff. de condi. fur. tamen cum illa etiam concurrit rei ven. d. l. ſi pro fure. §. 1. ff. de condi. fur. quia nemo condicit rem ſuam, niſi à fure. l. fi. ff. vſuf. quemad. ca. Et propterea aduerte tu prouecte, quòd Bart. in hoc errat, & ſeipſum confundit, quia in ſeq. membro vult, ꝙ quando cum debito ex actione perſonali ex cauſa lucratiua poteſt concurrere rei ven. quia agens ſit dominus, tunc debetur, quod ſupereſt. gl. in d. l. mortuo. in prin ff. de leg. 2. ergo multò fortius, quando debetur ex cauſa onerosa cum qua concurrit rei ven. prout propriè loquitur. l. ſi ſeruus. §. boue, debet deberi totum, quod ſupereſt, & Scribentes non aduertunt, vnde concludo, quòd ſiue petam meum, ſiue debitum actione perſonali, cum qua concurrit rei ven. ſiue ſit ex cauſa lucrati. ſiue onerosa, ſemper totum, quod ſupereſt, debetur, ſi autem competeret actio perſonalis, nec cōcurrat cum ea rei ven. tunc bene dicendum eſt, quòd ſi competat ex cauſa onerosa, debeatur id, quòd ſupereſt, ſecus ſi ex cauſa lucra. quia iſto ſecundo caſu illud, quòd ſupereſt, non debetur. de primo eſt text. in l. tenetur. §. 1. ff. de act. emp. facit, quia debitor ex cauſa onerſa non debet lucrari, quod ſupereſt cum iactura creditoris l. reſcriptū. §. 1. ff. de diſt. pig. l. nam hoc. ff. de condi. indeb. & iſta eſt pura veritas in hac materia, quicquid teneant Raph. Cu. Pau. de Caſtr. & Lud. Rom. hic. ſeq. Cy. in l. non moriturum. C. de contrah. & commit. ſtip. vbi concludunt contra Bart. quòd in debito actione perſonali ſiue ſit ex cauſa lucra. vel onerosa per interitum ſpeciei ante moram ſemper, & indiſtinctè competit liberatio, nec diſtinguitur, vtrum debeatur ex cauſa lucra. aut onerosa per regulam l. ſi ex legati. §. eo. ſed illa. l. loquitur in ſpecie, qua perempta nihil ſupereſt, vt eſt in homine mortuo. item, quod d. l. ſi ſeruus. § boue, nihil faciat, patet ex alio, quia ibi condictio furtiua competit ad carnes & corium ex noua contrectatione carnis, & corij facta per furem poſt mortem, ita dicit ibi text. ſi corium, & caro contrectata, & c. ergo niſi fuiſſet noua contrectatio, videtur, quòd non competeret illa condictio furti. tertio ille. §. boue, quod nihil faciat ad quæſtio. Bart. oſtendo, quia format quæſtio. Bartol. ad terminos l. noſtræ, quando debitor non erat in mora, quia ſpecies perijt ante moram, ſed ibi text. loquitur in fure, qui ſemper dicitur in mora. l. inter ſtipulantem. §. penult. infra eodem. imò improbior eſt mora furis quàm alterius debitoris. l. meritò. ff. de vi, & vi ar. ergo illa lex malè allegatur. Tertio aduerte inquantum Bart. in vltim. membro concludit, quòd quando aliquid debetur actione perſonali tantum ex cauſa lucra. illud, quod ſupereſt, non debetur, ita reſtringit text. in l. mortuo. in princip. & ibi gloſſ. ff. de legat. ſecundo. Intellige iſtam concluſionem, quando perijt illud, quod erat principalius in re, vt ibi, & hic, ſecus ſi aliqua principal. pars remaneret, vt in domo deſtructa ſupereſt area, quia illa bene debetur. l. gregē. ff. de legat. primo. l. peculium. §. primo. & ibi Bartol. ff. de legat. ſecundo. & etiam tenet Bartol. in dict. l. mortuo. in princip. & ita habes expeditā, 5 & enucleatam primam quæſtion. Bartol. ¶† Secunda quæſtio Bartol. eſt, quando ſpecies debita non perijt naturaliter, ſed fuit occiſa, an debitor liberetur, & an habeat actionē legis Aquil. contra occiſorem, & an eam teneatur creditori cedere, diſtingue, vt hic plenè per Bartol. cuius dictis adde in primis inquantum concludit Bartol. quod ſi creditor occidit ſpeciem debitam, poſtquam debitor iam erat in mora, licèt debitor liberetur, tamen non habet actionem legis Aquiliæ contra creditorem, vtrumque ponit text. in dict. l. legis. in fin. ff. ad legem Aquil. & ibi Iuriſconſult. ponit rationem, quare debitor non habeat actionem legis Aquilię contra creditorem occiſorem, quia tunc creditor occidit in iniuriam ſuam tantum, & non alterius, poſtquam debitor erat in mora, rationem autem quare liberetur tunc debitor, qui erat moroſus, non aſſignat text. ſed tu dic rationem eſſe, quia ſi debitor erat in mora, & creditor occidit, certè delictum creditoris, quod eſt grauius, quia occidit ſine cauſa, cōpenſatur cum mora debitoris precedente, & facit eam ceſſare, quia ſola petitio creditoris purgat moram præcedentem l. ſcire debemus. §. final. vbi dixi. ſupra eodem. quanto fortius delictum in faciendo? Item inquantum Bart. ſubdit, quòd quando debitor non erat in mora, & creditor occidit ſpeciem debitam, quòd ſi erat promiſſa ſub conditione in diem incertam, debitor liberatur, & habet actionem legis Aquil. contra occiſorem per text. in l. legis. in princip. hic. aduerte, quia text. in d. l. legis. in princip. nihil dicit, quòd debitor liberetur, prout dicit in ſequent. caſu, & intelligendo, prout intelligit Bartol. illum textum, ſi ſpecies erat promiſſa ſub conditione, vel in diem incertam, ergo interim non

ſuberat

suberat debitum. l. cedere diem. ff. de verb. sig. ergo non cadit liberatio propriè, quia priuatio præsupponit habitum. l. decem. ſ. eo. l. manumissiones. ff. de iust. & iu. est bene verum, ꝙ ex quo creditor occidit speciem promissam sub conditione, vel in diē incertam, intelligendo prout facit Bar. ꝙ lex odio occisoris pręsumit, ꝙ conditio debeat deficere, sicut ex odio morosi capitur omnis sinistra interpretatio. l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interro. actio. facit. l. vir vxori. vbi Bar. ff. de vsuc. pro empt. & hoc modo non liberatur debitor, quia non erat obligatus, sed conditio deficit odio occisoris. Sed inquantum Bart. intelligit l. legis. loqui quando species erat promissa sub conditione, vel in diem incertam, iste intellectus videtur destruere illum tex. quia tex. ibi non dicit, ꝙ species ibi esset promissa sub cōditione, vel in diem incertam, sed simpliciter dicit tex. quando creditor occidit, est verum, ꝙ gl ibi ita restringit illum tex. vt intelligatur, quando species fuit promissa sub conditione, vel in diem, & illum intellectum glo. secutus est Bar. & glo. mota est ad ita tenēdum propter l. arbitrio. §. fi. ff. de dolo, sed cum reuerentia glo. non debebat se ita restringere propter contrarium. l. arbitrio. §. fi. quia loquitur, quando species fuit occisa per tertium, quia tunc non datur actio legis Aquil. aduersus occisorem. sed l. legis. loquitur, quando ipse creditor occidit, & tūc debitor habet

6 actionem legis Aquil. ¶ † Quartò adde inquantum concludit Bar. ꝙ quando seruus fuit occisus à tertio non in iniuriam alicuius, vel creditoris, vel debitoris, ꝙ tunc debitor habet actionem legis Aquil. contra occisorem, & etiam liberatur, vt hic, cum Bar. tenent Ang. & Raph. Cuma. per tex. in l. proinde, prima. in verbo vtilitas venit in hoc iudicium. ff. ad l. Aquil. quamuis glo. ibi, quam sequitur Imo. Alex. & Are. respondeat, ꝙ ille tex. loquitur, quando creditor occidit seruum post moram debitoris, ideo debitor non liberatur, sed habet actionem l. Aqui. pro Bart. etiam bene facit text. in l. huic scripturæ. in prin. ff. ad l. Aquil. nec potest dici, ꝙ ibi hæres, & sic debitor fuisset in mora, quia nondum erat adita hæreditas, & legata debentur post aditam, & sic ex illo quasi contractu. l. ex maleficijs. §. hæres. ff.

7 de act. & obli. §. hæres. insti. de oblig. quæ ex quasi ꝯtu. ¶ † Cōtra istam conclusionem Bar. fortiter stringit text. in l. arbitrio. §. fi. ff. de dolo. in decisione, & ratione decidendi. nam ibi tertius occidit seruum promissum, & tamen debitor non habet actionem l. Aquil. contra eum. & sic de directo cōtra Bar. hic, & tex. ibi assignat rationem, quare debitori non competat actio legis Aquil. contra tertium occidentem, eo quia fuit per hoc liberatus à creditore, & sic sua non interest, & ideo non habet actio. legis Aquil. & sic per illum tex. Imo. Are. & Alex. hic reprehendunt Bar. Sed aduerte, ꝙ Bar. in præcedēti membro respondet ad illum tex. ꝙ ibi tertius occidit in odium debitoris, nimirum si debitor nō habet actionem. l. Aquil. sed creditor habet actionem de dolo. & istam sol. ante Bar. ponit glo. in d. l. arbitrio. §. fi. in gl. 1. & si diceretur ista est diuinatio ad illum tex. qui non aperit, ꝙ tertius occidit seruum in odium creditoris, cùm de odio creditoris ibi verbum nullum. Tu defendendo conclusionem Bar. dic, ꝙ ista sol. non est diuinatio ad illum tex. imò est vera, & necessaria solu. & probo pulchra ratione, quia nisi ibi dolus fuisset commissus odio creditoris, certè ipsi creditori non competeret actio de dolo, quia ex dolo commisso contra vnā personam alia persona non agit, cuius contemplatione dolus nō est commissus. l. sed si ex dolo. §. fin. cum glo. ff. de dolo. l. Fulcinius. §. quòd si aduersus. ff. ex quib. cau. in pos. ea. l. in causæ. §. Pomponius. ff. de mino. Bar. in l. eum qui. §. iniuria. ff. de mino. licèt ad istud fundamētum conentur respondere Imo. & Are. hic, & non bene. Præterea, & secundo si in d. l. arbitrio. §. fina. seruus fuisset occisus per tertium, & non in iniuriam creditoris, certè actio de dolo potius, vel æquè bene competeret ipsi debitori, cuius erat seruus occisus, sicut competit creditori, & tamen text. ibi negat, & patet, quòd seruus erat occisus odio debitoris, & tamen actio datur creditori. Isto modo clarè defendo, & teneo conclusionem Barto. contra Imo. Alexan. & Aret. hic, & quòd in l. arbitrio. §. fin. seruus fuit occisus à tertio odio debitoris. est verum, quod Cuma. & Rom. aliter respondent ad illum text. quòd cùm ibi creditor habeat actionem de dolo contra occisorem, ideo debitor non habet actionem. l. Aquil. contra eum, quia non debet occisor bis teneri. l. Senatus. ff. de aocu. l. licèt. §. fin. ff. nau. cau. stab. sed aduerte, quòd text. ibi in ratione decidendi non assignat istam rationem, quòd ideo debitori non detur actio. l. Aquil. quia creditori datur actio de dolo contra occisorem, sed assignat aliam rationem, quam dixi, quia cùm liberetur, & sic sua non intersit, ideo non datur

8 sibi actio. l. Aquil. ¶ † Vltimò inquantum Barto. in fin. tenet, quòd creditori ex causa onerosa teneatur debitor cedere actionem cōtra occisorem, & quicquid habet penes se per l. in summa. §. si seruum. ff. de condictio. indeb. dic, quòd ille tex. non facit, quia loquitur de cōdictione ind. de cuius natura est, vt reus teneatur nisi inquantum est effectus locupletior. l. si non sortē. §. libertus. & l. indebiti. §. sed si nummi. ff. de condictio. indeb. nimirum si nihil remanet penes eum. pro Barto. melius facit. l. quòd sæpe. §. quòd si res. ff. de contrahen. empt. in l. lectos. ff. de peri. & commod. rei vendi. text. in l. eum qui. in prin. & l. si vendidero. in prin. ff. de pact.

SVMMARIVM.

1 *Non possum stipulari rem, cuius commercium non habeo, sed bene possum promittere.*

2 *Ad validitatem stipulationis semper magis attenditur persona stipulatoris, quàm promissoris, dummodo stipulator sit habilis persona ad acquirendum, licèt promissor sit inhabilis.*

3 *Qui non habet dominium, vel non habet in totum, non potest stipulari seruitutem actiuè ad fundum.*

4 *Quando commercium rei non est ex parte stipulatoris, semper valet stipulatio, vt æstimatio debeatur.*

5 *Valet argumentum de vltimis voluntatibus ad contractus, quando non datur ratio diuersitatis.*

6 *Iurisconsul. fuerunt pagani, & fuerunt per 300. ann. ante aduentum Christi.*

LEX XXXIIII.

MVltum interest. Si res non est in commercio stipulatoris, non valet stipulatio. secus si non est in commercio promissoris. hoc dicit. Et ista lex est not. & in sui materia non habet parem secundum Bald. hic, & secundum Bartol. Angel. Paul. de Castr. & alios debet poni exemplium in forense, qui ex forma statuti non potest acquirere immobilia, certè si stipulatur à ciue rem immobilem, nō valet stipulatio, secus èconrra, si ciuis stipulatur à forense, valet stipulatio, quia forensis potest implere stipulationem.

1 ¶ † Not. primò ex hoc text. differentiam, quòd non possum stipulari rem, cuius commercium non habeo, sed bene possum promittere. Ratio diuersita. est, quia quando stipulor à te dari rem, cuius non habeo commercium, stipulatio continet dominium mihi acquiri. l. vbi autem. §. fina. infra eod. si ergo non habeo commercium, stipulatio continet impossibile. sed quando stipulor per te dari, & tu non habes rei commercium, alius pro te dare potest, & sic tu per alium dare poteris, quia etiam inuito debitore alius pro alio soluere potest. l. soluendo. ff. de nego. gest. sed èconrra inuito creditore non potest alij solui. l. si Stichum. §. fina. ff. de donatio. nec potest stipulator alij cedere, ex quo ipse est penitus inhabilis. Amplia not. regulam istius text. quòd stipulatio rei, cuius stipulator commercium non habet, adeo est inutilis, quod etiam nō producit naturalem obligationem. l. prima. §. si id quòd dari. iuncta gl. 2. supra titu. 1. de actio. & obli. quem ad hoc ponderat Barto. in l. prima. in vlti. colum. ff. de noua. & ab eo didici,

2 quod valde not. ad ea, quæ infra statim dicam. ¶ † Secundò not. ex hoc text. bonam regulam, quòd ad validitatem stipulationis semper magis attenditur persona stipulatoris, quàm promissoris, dummodo stipulator sit habilis persona ad acquirendum, valet stipulatio, quamuis promissor sit inhabilis, & sic correlariè not. quòd in stipulationibus metimur ius ex persona stipulantis, & non promittentis. Simile dicimus in iudicijs, in quibus ex persona actoris metimur ius, & non ex persona rei, licet reus nullum ius habeat, ita dicit text. in l. prima. circa prin. ff. si pars hære. pet. Et ex hoc secundo correlariè no. quòd habilior debet esse agens quàm patiens, & quòd vitium inhærens stipulatori magis vitiat, quàm inhærens promissori. Confirmo dupliciter: primò, quia in stipulatione stipulator est dignior, quàm promissor, ideo stipulatio denominatur à stipulatore tanquam à digniore. ita dicit gloss. ordina. in l. pri-

3 ma. in princip. supra eodem. † Confirmo secundò per simile, nam ille, qui non habet dominium, vel non habet in totum, non potest stipulari seruitutem actiuè ad fundum, & tamen quis potest promittere seruitutem per fundum alienum in totum, vel pro parte. text. est in l. hæredes. §. an eadem. in ver. contra. ff. famil. ercisc. iuncta. l. proprium. ff. communia prædio. quòd sanè intellige quantum ad constituendum obligationem personalem, non quod seruitus personalis possit constitui in fundo alieno præcisè, & tamen seruitus valet. l. prima. vbi glo. & Bald. ff. communia prædio. Addc, quòd ex ista regula huius tex. infertur male dicere glo. in l. 3. §. sed quòd

meretrici.ff.de condi.ob turp.cauſam. vt dixi in l.generaliter.ſ. eo.quia turpitudo non eſt in meretrice ſtipulante, quamuis ſit in promittente,qui attendere non debet,vt hoc tex. & not.iſtã
4 regulam.¶† Tertiò no. tex hoc text. ꝙ quando commercium rei non eſt ex parte ſtipulatoris,tamen ſemper valet ſtipulatio, vt ſaltem æſtimatio debeatur. ſed in contrarium videtur facere tex.in l.is cui bonis.ſ.eo.vbi ille cui bonis eſt interdictũ,promittere non poteſt.ſed hic iſte promiſſor non habet commercium,quia eſt ſibi interdictum per iudicem,vel ſtatutum,vt ĩ. Bar.declarat,& tamen hic valet promiſſio,ibi nõ.Solutio.Bar. in l.j.in vlt.col.ff.de noua.format iſtud contrarium contra hãc legem,& reſpõdet licèt multum obſcurè, nam intelligit iſtam legem, ꝙ hic promiſſor non habeat commercium in re,quæ non eſt ſua,ſi autem res eſſet promiſſoris,ſed eius commerciũ non habeat,quia non habet adminiſtrationem, tunc procedit contrarium.Tu clarius reſponde,ꝙ ꝯrium loquitur,qñ lex prohibet quem obligari fauore ſui propter vitium animi,vel carẽtiam ſenſus, ſicut eſt prodigus,cui eſt bonis interdictum, ꝙ iſte promittendo non obligatur,& ita loquitur ꝯrium.ſecus ſi non habeat commercium ex lege communi,vel municip.ſed aliàs eſt habilis obligari, & iſte promittendo rem,cuius non habet commercium,tñ obligatur.¶ Expeditis textualib. venio ad expeditionem gl. & capio gl. in verbo promittat.cum qua ſimul lego gl.in verbo placet,quia iſtæ gl. videntur aliquantulum ꝯriæ.¶In gl.in verbo promittat. Iſta glo. vr̃ velle, ꝙ diſtinctio, q̃ fit in legatis,qñ legatarius non habet rei commercium,quæ ñ eſt in communi, ꝙ debeatur ſibi pretium vel æſtimatio, procedat etiam in ſtipulatione.& iſtud tenent Pet.& Dy.hic arguendo ab vltimis voluntatib.ad ꝯtus,† ꝙ arg.eſt validum, qñ nõ
5 datur ratio diuerſitatis.l.ſeruum filij.§. eum qui. chirographũ. & l.quæ de legato.ff.de leg.1.& l.ſi diuortio, vt dixi.ſ.eo.contra
* rium tenet Irnerius in glo.ſeq. & ſequuntur *Iac.de Are. & Bart. & omnes indifferenter,* quia fauorabilior fit in vlt.volun.interpretatio,quàm in contractibus.l.in teſtamentis ff.de reg.iu.c. cùm dilecti. de don. Item quia in ſtipulatore lex iſta non diſtinguit. facit melius,quia ſtipulatori poteſt imputari,quare ſcienter ſtipulatus ſit rem,cuius non habet commercium,ſecus in legatario,cui nihil poteſt imputari,cùm legata fiant ignoranti.l. cùm pater.§.ſurdo.ff.de leg.2.ſecundum Imo.& Lud.hic. Cõfirmo iſtam communem bona ratione, quia quando ſtipulator non habet commercium rei,non oritur ex ſtipulatione etiam naturalis obligatio,prout dixi.ſ.in 1.no.ſi non oritur ex ſtipulatione etiã naturalis,ergo apparet, ꝙ nullatenus debeatur æſtimatio. Item inquantum Bar.opponit contra gl.concludentem, quòd quando res legata non eſt in communi commercio alicuius, quòd non debetur etiam æſtimatio, & opponit de l.cætera. §. ſi duob.& de l.ſi inquilinos.in prin. de leg.1. & recitat tres ſolu. Adde vltra eum,ꝙ contra primã ſol.Dy. fortius obſt. tex.in l. apud Iul.§.fin.ſ.de leg.1.vbi hortus.Saluſtianus principis,& ſimiles ſunt res bene æſtimabiles, & tamen non valet legatum, nec debetur æſtimatio. Secundã ſol.Pet. bene impugnat Bart. Tu autem reprehende tertiam ſol.Bar.dum dicit,quod in contrarijs res erat in commercio,quia emendo domum dr̃ emere columnas,& emendo terrã,videtur emere ſeruos aſcriptitios, ergo erant in commercio emptoris ementis rem prin.Iſta ſol. nihil valet,quia ipſæ columnæ particulariter de per ſe nõ ſunt in commercio, ſed bene in conſequentiam, quando tota domus emitur,certè idem in iſtis ſacris, quamuis de per ſe vendi non poſſint, tamen tranſeunt cum vniuerſitate. l. in modicis. vbi Bar.ff.de contrahen.empt.l.quædam. ff.de acq.rer.dom.reſponde ergo planè,quòd glo.procedit, quando rei leg. non eſt commercium nec de per ſe ſeparatim,nec cum alia: ſi autem eſſet cum alia,valet tũc,vt debeat æſtimatio.d.l.cætera.§.duob.
6 & d.l.ſi quis inquilinos.† Inquantum Barto.reprehendit exempla glo. de Iudæo, & mancipio Chriſtiano, & de hæretico, licèt iſta exempla ſint in ſe vera,tamen Iuriſcon. qui fuerunt pagani,& fuerunt per 300. ann.ante aduentũ Chriſti,nec potuerint diuinare ad iſtas.ll.poſteà factas, licet Bar. nihil alleget, tamen pro hoc,ꝙ Iuriſcon. pagani fuerint ante aduentum Chriſti.habes glo.quæ expreſsè dicit in l.pridie.ff.de fer. & aliam gl. in l.Titia.§.fi.ff.de auro & arg.leg.Sed aduerte, quia imò multi Iuriſcon.fuerũt tempore Chriſti,& poſt,& vt de cæteris omittam, Vlpia.author huius legis fuit tempore Chriſti,probo per vnam aliam legem ipſius Vlpia.in l.quæ extrinſecus. ĩ. eo. vbi alleg.verſum Virgilij,& tamen conſtat Virgilium,qui fuit tempore Octauiani, diuinaſſe,ergo fuit tẽpore Chriſti,ergo fundamentum Bar.eſt falſum,eſt bene verum,quòd quamuis Vlpi. fuerit tempore Chriſti, nondum tamen erat condita illa l.Codicis.ne Iudæus Chriſtia.manci.quæ fuit per Imperatorem cõdita.Secundò aduertè, quòd Barto. ſeipſum confundit. nam Barto.reprehendit iſta exempla glo.quia iſti Iuriſcon. non potuerunt diuinare de legib. poſteà factis per Chriſtianos, & tamen ipſe exemplificat,quando interdictio fit per ſtatuta, quomodo ergo potuerunt etiam iſti Iuriſconſulti diuinare de ſtatutis poſteà condendis? & propterea conclu de melius, ꝙ iſta lex ponat regulam generalem, & cùm lex ſemper ſit in viridi obſeruantia per l. Arriani. C. de hære. ideo poteſt etiam loqui de legibus nouis,prout ponunt Docto.in l.is, qui.ff.de vulg.& pupil.& per iſta ſit expedita iſta lex.

SVMMARIVM.

1 *Impoſſibilitas de natura eſt duplex.*
2 *Sicut illud,quod eſt impoſſibile de natura,vel de iure non poteſt per modum conditionis in ſtipulationem deduci,ita non poteſt per viam diſpoſitionis.*
3 *Impoſſibilitas de iure, vel de natura,aut contra bonos mores æquiparantur.*
4 *Prohibito matrimonio cenſentur prohibita ſponſalia,per quæ ad ipſum deuenitur.*
5 *Clericus in minoribus conſtitutus contrahens ſponſalia de præſenti perdit beneficium,ſecus ſi ſponſalia de futuro.*
6 *Fortior eſt cauſa prohibitionis perpetua,quàm temporalis,tamen quando actus fit contra legem,ita redditur nullus, quando habet cauſam temporalem,ſicut quando habet perpetuam.*
7 *Non poteſt eſſe matrimonium cum ſorore adoptiua durante adoptione.*
8 *Etiam de iure canonico & ſponſus,& ſponſa de futuro cum iuramento non ſunt ad matrimonium cogendi,ſed monendi,& inducendi.*
9 *Pœnæ propter futurum matrimonium non poſſunt adijci patri, vel alteri aſcendenti, vel tranſuer. nam propter tales pœnas illaqueantur minores poſteà facti maiores, & nihil valent, quia matrimonia debent eſſe libera.*

LEX XXXV.

SI ſtipuler. Stipulatio continens impoſſibile de natura, vel de iure non valet.hoc dicit. & eſt commune ſummarium. vel aliter.Impoſſibile ſecundum naturam,vel ſecundũ iuris diſpoſitionem, vel ſecundum bonos mores non venit in
1 obligationem.hoc dicit totus iſte text. ¶ † Not. primo, quod impoſſibilitas de natura eſt duplex. Vna à principio, vt ſi ſtipuler hypocentaurum,vel montem aureum,vel vt digito cœlum tangas.inſtitu.de inuti. ſtipula.in princi. Alia eſt ex poſt facto, vt ſi ſtipuler hominem mortuum mihi dari, vt l.ſi homo mortuus.infra eod. niſi odio moroſi, vt dicit text. hic in verbo niſi, quia eius odio fingitur viuere. l. ſi ſeruum. §. fin. infra
2 eodem. ¶ † Secundò not. quòd ſicut illud, quod eſt impoſſibile de natura, vel de iure non poteſt per modum conditionis in ſtipulationem deduci.l.impoſſibilis & l.generaliter.cum l.ſequen.ſupra eod. ita non poteſt per viam diſpoſitionis in ſtipulationem deduci,vt hac lege.& in hoc differt iſta.l. à prædi-
3 ctis.ſecundum Barto.hic. ¶ † Tertiò not.in ver.item, quòd leges,quòd æquiparatur impoſſibilitas de natura,vel de iure,vel quòd ſit contra bonos mores. ea enim quæ lædunt exiſtimationem,& verecundiam noſtram, & generaliter, quæ ſunt contra bonos mores,ea dicimur non poſſe facere. ita dicit no. tex.
4 in l.filius.ff.de condit.inſtitutio. ¶ † Quartò not. in verbo nupturam. quòd prohibito matrimonio, dicentur etiam prohibita ſponſalia,per quæ ad illud peruenitur.facit text.in l.oratio. ff.de ſponſa.Limita niſi certum tempus prohibitionis eſſet à iure determinatum,vt in muliere, quæ mortuo marito non poteſt intra annum alteri nubere.l.2. C.de ſecun. nupt.tunc non intelliguntur prohibita ſponſalia medio illo tempo.l. ſi quis tutor.§.quamuis.ff.de ritu nupt.l.ſolet.§. qui virum. ff. de his, qui
5 no.infam. † Aduerte tamen, quòd ſi clericus in minorib. conſtitutus contrahat matrimonium per verba de præſenti,perdit ipſo iure beneficium eccleſiaſticum, quod habet,ſecus ſi contrahat ſponſalia de futuro, cùm multis modis poſſint diſſolui. de primo eſt text.in capit.1.cum ſimi. de cleri. coniug.& ibi Ioan.And.Abb.& alij Cano.firmant, ſecundum quod contrahendo ſponſalia non perdit beneficium, quod habet, & ita etiam tenet Abb. in conſilio 169. incip. in controuerſia orta inter ducem Burgundiæ. in 12. colum. Confirmo vltra Cano. quia quo ad impoſitionem pœnæ, quia eſt materia odioſa, & reſtringenda. l. cùm quidam. ff.de libe. & poſthum. pœna priuationis beneficij, quæ imponitur contrahenti matrimonia, non intelligitur impoſita contrahenti ſponſalia. gloſſ. habes
6 not. in clem.1.in verbo contrahere.de conſan.& affi.¶†Quintò not.in ver.quanquam.& ad hoc multum ſigna iſtum tex. ꝙ licèt

licèt fortior ſit cauſa prohibitionis perpetua, quàm tempora-
lis, & conſequenter fortius ſit impedimentum perpetuum, q̃
temporale iuxta gl.in l.niſi finita.ff.de tu.& ra.diſtr. tñ qñ actus
fit ꝯ legem, ita redditur nullus, qñ habet cauſam temporalem,
ſicut qñ perpetuam.l.non dubium. C. de leg. & ita ad hoc no.
iſtum tex.Bal.in d.l.non dubium.in 9.opp.dic vt ibi per eum,&
7 per gl.in cle. 1.in verbo inhibentes.de iu.pat.¶† Sextò no.ex eo.
verſi.ꝙ nõ poteſt eſſe matrimonium cum ſorore adoptiua du-
rante adoptione.facit tex.in §.inter eas.inſt.de nupt.ꝙ procedit
etiam de iu.can.c.1.de cog.leg.& ibi per gl.& Doct.& pondera
diligenter, ꝙ tex.hic aſſignat rationem, ad quam Doct.non ad-
uertunt, ꝙ ideo ſtipulatio ſuper tali matrimonio cum ſorore
adoptiua non valet, quia ſtatim ꝯ bonos mores. Pondera iſtã
rationem tex.quia ſtatim, &c. nam vult tex. ꝙ ſi eſſet actus ſui
natura habens tractum in futurum, ꝙ tunc bene valeret, puta
ſi inſtituo poſthumum mihi naſciturum ex ſorore adoptiua
valet, & tenet, quia adoptione ſoluta poſſum eam in vxorem
ducere, & inſtitutio reſpicit tempus futurum teſtatoris. l.in tẽ-
pus.de hær.inſti.& habes de hoc tex.no.in l.ſi quis poſthumos.
§.fi.ff.de lib.& poſth.niſi de præſenti turpis ſuſpicio oriatur, pu-
ta, inſtituo poſthumum naſciturum ex tali muliere, quę habet
maritum dato, ꝙ poſſet maritus mori, & poſſet eam capere.l.
ſuſpicatur.de adult.text.eſt in d.l.ſi quis poſthumos. §.j. ita de-
claro iſta iura, quicquid dicat. Alex.& Aret.¶ Expeditis textua-
lib.capio glo.in verbo ſororem, pro cuius expeditione, dicitur
in tex.ꝙ ſi quis ſtipuletur ſororem nupturam, ꝙ non valet,&c.
quæro quid ſi ſtipulatur aliam mulierem,&c. ¶ In gl. in verbo
ſororem, dic ꝙ imò valet ſtipulatio in vim ſponſaliorum. d.l.
2.ff.de ſpon.quo ad pœnam arrharũ perdẽdarum promiſſio-
ne non ſeruata.l.fi.C.de ſponſa.nõ vt agi poſſit ad intereſſe, vel
ad aliam pœnam conuentionalem.d.l. Titia. in prin.vbi Bart.
8 & Cyn.in l.j.C.de ſpon.Abb.& alij in c. gemma. de ſponſ. † nã
etiam de iu. can. ſponſus, & ſponſa de futuro etiam cum iura-
mento non ſunt poſteà ad matrimonium cogendi, ſed monẽ-
di tñ.ita dicit tex.no.in c.acquiſiuit.vbi gl. & Doct.de ſpon. gl.
ord.27.q.2.in c. raptor. & ibi Archi. Item filia maritata à parte
in pupillari ætate poſtea poteſt alij nubere, ſi nõ placet primus
vir.l.j.C.de ſpon.ſecundum Cy.& Bal.in l.ſi pater. C.e.de ſpon.
9 ¶† Item pœnæ propter futurum matrimonium non poſſunt
adijci patri, vel alteri aſcẽdenti, vel trãſuer. & propter tales pœ
nas illaqueant minores poſteà facti maiores, & nihil valent, q a
matrimonia debent eſſe libera per d.c.gemma.ita in ſpecie de-
terminat Cy.in l.fi.C.de ſpon.Ang.in l.ij.per gl.ibi.ff. in ius voc.
vt eant.Io.de Imo.in l.hæres meus.§.fi.per illum tex.ff.de cõdi.
& demon.Rom.in l.nolle.ff.de acq. hære.& not. iſta, quia ſæpe
interrogaberis à magnis nobilibus, & principibus.

S V M M A R I V M.

1 *Contractus, qui ſolo conſenſu celebrantur, valent non adhibita verborũ ſolennitate.*
2 *Contractus, qui ſolo conſenſu contrahuntur, poßunt contrahi etiam verbis ex interuallo inter interrogationem, & reſponſionem, licèt ſecus ſit in ſtipulatione.*
3 *Interuallum inter interrogationem viri, & reſponſionem mulieris non vitiat matrimonium, dummodo perſeuerent in conſenſu.*
4 *In contractibus innominatis interuallum vitiat contractũ innominatũ.*

§.Si in locando.

Contractus, qui conſenſu ce
lebrantur, valent non adhibi-
ta verborum ſolennitate.h.d.Et pręmitte ad euidentiam, quòd
iſte tex.videtur ſibi de directo ꝯtrius, quia primò dicit, ſi in locã
do, vendendo, &c. poſteà dicit ad interrogationem quis non
reſponderit, & immediatè ſubijcit, ſi conſentiat in id, ꝙ rñſum
eſt.Iſta vr̃ ꝯrietas, & ideo gl.j.vt ſaluet tex.à cõtrarietate, ponit
duos intellectus. Primus, ꝙ non reſpondit.ſ.incontinenti, ſed
poſtea ex interuallo eſt reſponſum.Secundò, & iſtud eſt magis
de mente tex. ꝙ non reſpondit.ſ. verbis, tñ reſpondit ſignis an-
1 nuendo capite, vel alijs ſignis, & ſufficit. ¶† Not.primò ſecun-
dum vnum intellectum gl.ꝙ in contractib. qui ſolo conſenſu
perficiunt, vt hic.& in l. conſenſu.& l. quæcunque gerimus.s̃.
tit.j.& inſti.de obli. quæ ex conſenſu contrahuntur. ſi ad inter-
rogationem reſpondeat ſignis abſque verbis, vt anuendo capi-
te, contrahitur obligatio efficax. & iſtum intellectum propriè
ponit iſte texr. in ratione decidendi ibi, non tam verbis, quàm
conſenſu. Ratio huius no.& text. eſt, quia conſenſus ſolus eſt
cauſa, & forma efficax.iurib.præall. ideo non eſt neceſſaria for
malitas verborũ, vt hoc tex.& l. item quia. ff.de pact. adde idẽ
eſſe in matrimonio, vt etiam in valentib. loqui ſufficit reſpon-
ſio per ſigna, vnde ſi maſculo expreſsè conſentiente, & dicente
accipio te in meam vxorẽ, ſi mulier annuat capite, eſt ꝯctum
matrimoniũ, vel ſi porrigat, & patiatur ſe ſubarrhari per im-
poſitionem annulli.gl.eſt no.in c.ſi inter virum.in glo. j.in fi.de
ſpon.quam gl.ad hoc ibi multum no.Abb.& reputat ſin.& di-
cit per eam fuiſſe bis iudicatum in contingentia facti, & quòd
ſi mulier non proferat illa verba, prout facit maritus, dummo
do aliter conſentiat ex ſolis ſignis, valet matrimonium, & ita li
mitatur multum, quod vult gl.& ibi.Can. in c. tuæ. de ſpon. ꝙ
in matrimonio in valentib. loqui de neceſſitate requiruntur
verba, prout etiam tenet gl.in l.cùm notiſſimi.in fi.C.de præſcr.
30. ann. nam ſufficiunt verba ex parte vnius, ex parte alterius
ſignum. Amplia iſtum tex.procedere etiam ſi partes agerent fa
cere ſtipulationem, quia intelligitur, vt poſſet valere, vt ſtipula
tio valeret, aliàs contractus celebraretur cõſenſu, niſi expreſsè
dicerent, ꝙ volunt aliter facere ſtipulationem ſecundum Bart.
hic,& in l.ſi quis ita.s̃.eo.& probatur in l.ſi ita ſtipulatus.§.Chry
ſog.j̃.eo. & in l. ſi ſtipuler. & l. ſeq.j̃. de nou.& in l.certi condi-
2 ctio.§. quoniam.ff.ſi cert.pet.¶† Secundò principaliter not. ex
iſto tex.ſecundum alium intellectum gl.j.2.& 3. ꝙ contractus,
qui ſolo conſenſu contrahuntur, poſſunt contrahi etiam ex in-
teruallo inter interrogationem, & reſponſionem, ſic vitiat con
tractus, qui conſenſu celebrantur, licèt vitiaret ſtipulationem.
l.j.§.j.vbi dixi.j̃.eo.Adde, ꝙ idem eſt in matrimonio, quia inter
3 uallum † inter interrogationem viri, & reſponſionem mulieris
non vitiat matrimonium, dummodo perſeuerent in conſen-
ſu, ſecundum Archid.27.q.2.in c.ſufficiat, ſequuntur Can. in c.
ſi inter virum.de ſponſ.vbi etiam ad hoc allegant iſtum tex.de
quo tamen vide tu omnino Abb.latius examinantem in c. di-
lectus. de ſpon. & in c. cùm inter canonicos. per illum text.de
4 elect.ponit Gem.in c.fin.de lit. conteſt.in 6. † Adde etiam ſecus
eſſe in contractib.innominatis, in quib. interuallum vitiat con-
tractum innominatum.l.ſi cùm fundum.cum glo.j. & ibi Bar.
ad hoc multum not.ff.de pact.& illam gl. ad hoc reputat ſing.
Pau.de Caſt.in l.ſi pecuniam.in prin.in 2.col.ff.de cond. ob cau
ſam. ſed allego conſociam, & clariorem in l.rogaſti. §.j.in glo.
parua in verbo placuerit.ff.de præſcri.verbis.

S V M M A R I V M.

1 *Stipulationi, in qua fuit dolus adhibitus, vel in ſe dolum habet, obijcitur doli exceptio.*
2 *L. noſtra de quo dolo loquatur.*
3 *Si præcedat tractatus inter partes, in quo concluſum ſit, quòd contractus debeat fieri certo modo, concluſa in illo tractatu non videntur repetita in contractu, vel in concluſione tractatus, licèt detur exceptio doli.*
4 *Dolus ex propoſito incidens in contractu ſtricti iuris, non reddit contractum ipſo iure nullum, ſed ſi agatur obſtat exceptio.*
5 *Dolus dicitur interuenire re ipſa, quando enormis læſio interuenit in contractu abſque voluntate, & propoſito ſtipulantis.*
6 *Exceptio doli quando naſcitur.*
7 *Stipulatio adiecta ſuper cõtractu bonæ fidei propter dolum redditur ipſo iure nulla, ſicut redderetur nullus contractus bonæ fidei.*
8 *Statutum faciens mentionem de dolo, non habet locum in dolo reipſa, quia non eſt propriè dolus.*
9 *Qualiter probetur dolus aduerſarij.*
10 *Qui tradidit ex promiſſione doloſa, an habeat condictionem, vel aliam actionem.*
11 *Quando ſtipulatio eſt interpoſita ſuper venditione facta minus dimidia iuſti pretij, ſi promiſſor ex ſtipulatione conueniatur, quæ habet dolum reipſa, ſibi competit remedium huius legis, & an competat remedium l.ij.C.de reſcin.vend.*
12 *Facilius tollitur priuilegium, quàm ius commune.*
13 *An in contractu trãſactionis habeat locũ remediũ.l.2. C.de reſcin.ven.*
14 *Tranſactio non reſcinditur prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum, niſi dolus interuenerit in occultando inſtrumenta.*
15 *Tranſactio & ſententia æquiparantur.*
16 *Statuta facientia mentionem de tranſactione non habent locum in arbitramento, quia non eſt propriè tranſactio.*
17 *Si in inſtrumento dicatur, vendidit pro tanto, & quod plus valet donauit, an per hoc perdat beneficium huius l.& l.ij.de reſcin.vend.*
18 *Remedium l.ij.C.de reſcin. vend.non habet locum niſi in contractib. bonæ fidei, vel habentibus naturam bonæ fidei.*
19 *Donatio hodiè an dicatur contractus bonæ fidei.*
20 *Non eſt differentia inter renunciationem ſpecialem, & donationem.*
21 *An quando dolus ineſt reipſa poſſit renunciari.*
22 *Renunciatio l.ij.C.de reſcin.ven.ad hoc, vt præiudicet, requiritur, ꝙ fiat in ſpecie.*
23 *Licet in ſpecie renunciet condictioni indebiti, nihilominus poteſt opponere exceptionem doli.*
24 *Dolus cadit in eo, qui ſcit contra ſe dolum committi, ideo ignorans non dicitur renunciare doli exceptioni.*

LEX XXXVI.

1 SI quis cùm aliter. †Contra ſtipulationem,
in qua fuit dolus adhibitus, vel in ſe dolum habet.
doli exceptio obijcitur.h.d. ſecundum Bart. vel ſic.
Dolus incidens ex propoſito, vel re ipſa ſtipulationem non vi-
tiat,ſed doli exceptionem parit,& eſt bona.l.quàm reputat ſin.
Bal.in c.1.in vlt.col.de plus pet. & de iſto dolo, qui re ipſa com
mittitur,melius habes hic,quàm alibi ſecundum Pau.de Caſt.
¶Diuiditur iſta. l.in duas partes prin. in prima loquitur de do-
lo verè interueniente ex propoſito ſtipulatoris. In ſecunda lo-
quitur de dolo re ipſa incidenti,qui nõ venit ex propoſito, ſed
cauſatiuè propter læſionẽ,q̃ ſequitur ex tali ꝯtu. Scd'a ibi, idẽ
2 eſt, & ſi nullus. † Et præmitte pro euidentia, ꝙ iſta. l. loquitur
de dolo ſtipulatoris. de dolo autem promiſſoris loquitur text.
in l.ſi id,quod aurum.§.eo.de dolo verò tertij loquitur text. in
l.eleganter.in prin.ff.de dolo.Item aduerte,ꝙ iſta.l. loquitur de
dolo incidente, vel ex propoſito, vel re ipſa. vbi autem dolus
daret cauſam contractui, puta aliquis non volebat vendere,
ego per dolum induxi eum,vt venderet, tũc diſtinguitur inter
ꝯtus bonæ fidei, & ꝯtus ſtricti iuris, quia quando dolus dat
cauſam ꝯtui, & ſic ſubſtantiæ ꝯtus bonæ fidei, eſt ipſo iure
nullus, ratio,quia nihil eſt magis ꝯrium bonæ fidei, quàm do-
lus & fraus, nimirum ſi ꝯtus bonæ fidei eſt ipſo iure nullus,
ita dicit Iuriſc.aſſignans iſtam rationem in l.3. §. fin.ff. pro ſoc.
facit.l.bona fides.ff.de act.emp.& l.ſi voluntate.C.de reſcin.vẽ
di.ꝯtus autem ſtricti iuris,cui dolus dedit cauſam,mero iure
valet,& tenet,ſed reſcinditur per actionem de dolo. l.dolo. C.
de inuti.ſtipu.l.& eleganter.in prin.vbi glo.& plenius Bart.ff.de
3 dolo.† Pondera in primis diligenter tex. ibi, cùm aliter conue-
niſſet obligari, & aliter per machinationem obligatus eſt, ꝙ ſi
præcedat tractatus inter partes,in quo concluſum ſit, ꝙ ꝯtus
debeat fieri certo modo,certè concluſa in illo tractatu non vi-
dentur repetita in ꝯtu,vel in cõcluſione tractatus, licèt detur
exceptio doli.Cõtra iſtum tex.fortiter facit regula, quæ habet,
ꝙ dicta in præfationib.intelliguntur repetita in concluſione ꝯ-
ctus.l.Titia.§.idem reſpondet. el 1.& ibi no.Bar.& Doct.& l.itẽ
quia.§.fi.vbi dixi.ff.de pact. ¶Circa iſtud contrarium multum
inſiſtunt Mod.præſertim Imo.Lud.& Are.hic, & varij varia di
cunt. In primis reſpondet Imo. ꝙ prædicta regula procedit,
quando præcedentia de proprio ſignificatu verborum poſſunt
intelligi repetita in ſequentib. prout eſt exemplum in d. l.item
quia. Secus eſt in caſu iſto,vbi dicta in præcedentib.de promit-
tendo fundum ſine vſufructu,non poſſunt de proprio ſignifi-
catu intelligi repetita hic,iuncta.l.ſi alij.ff. de vſufru.leg. vbi ap-
pellatione fundi de propria ſignificatione vocabuli venit vſuſ-
fru.Item ſecundũ eum ex caſu iſto, ex dictis in contractu prę-
ambulo potius detegitur error ſtipulatoris, & promiſſoris ali-
ter factum,quàm fieri deberet. & ſi dicatur,in caſu.l. noſtræ in-
teruenit error promiſſoris,ſuccedit maius contrarium,& ma-
ior difficultas, quia error ex parte promiſſoris vitiat ipſo iure
ſtipulationem.l.ita ſtipulatus.in prin.iuncta glo.2.ꝟ.eod. Cuius
contrarium dicit tex.hic.Alex.in pen.col.reſpondet,ꝙ propter
iſta contraria iſta.l. debet de neceſſitate intelligi, q̃n ſtipulatio
fuit interpoſita ex interuallo, aliàs non poſſent euadi iſta ꝯria,
quæ dicit non eſſe à Doct.declarata, & ſuper hoc laborat mul
tum, & ſi intelligamus iſtam. l. quando ex interuallo eſt facta
ſtipulatio,certè ſuccedit regula, ꝙ partes præſumunt receſſiſſe
à priori tractatu.l.cùm in plures.§.locator. ff. loca. l. per reten-
tionem.cum glo.ff.de vſu.Bar.in l. pacta nouiſſima. C.de pact.
vbi dixi,ſed iſta eſt diuinatio,& reſtrictio magna ad hanc legẽ,
ꝙ ſtipulatio hic fuit facta ex magno interuallo, & refragatur.
ver.idem eſt.quamuis Alex.& Rom.dicant, ꝙ mutet caſus in
ver.idem eſt.ſed iſta ſunt ſomnia.Ego vltra Scribentes clarè re
ſpondeo vtrique difficultati non diuinando.nec diminuendo
tex.ſed intelligẽdo planè prout iacet.Dico ergo,ꝙ regula,quę
habet,ꝙ dicta in præfationib. intelligunt repetita in ſequentib.
d.l.Titia.§.idem reſpondit. vbi Bar. Bald.& alij.& in d.l.itẽ quia.
vbi dixi,iſta regula procedit q̃n eſſemus in dubio, ſed iſte text.
loquitur,q̃n ſumus in caſu claro,quia dicta,& conuenta in præ
fationib. fuerunt omiſſa dolo,quia promiſſor fuit inductus do-
lo ſtipulatoris ad ipſa omittenda, & iſte eſt propriè caſus iſtius
text.qui clarè cantat,& iſto modo etiam clarè tollo ſecundam
difficultatem Alex. quia hic non interuenit aliquis error pro-
miſſoris, ſed machinatio, & dolus ſtipulatoris. iſte eſt propriè
caſus,& ſenſus iſtius.l. Aduerte tamen, ꝙ tractatus præceden-
tes,ſed non firmati inter partes non ſunt attendendi, quia licèt
inter contrahentes multa verba hincinde pręceſſerint,tamen ſi
tempore inſtrumenti illa verba non fuerint repetita,illud tan-
tum videtur fuiſſe actum,quod reperitur ſcriptum fuiſſe in in-
ſtrumento, & non plus. text. eſt in c.dudum.in verſi.eo tamen
tempore.de conuer.coniug.& ibi Abb.in vlt.no.ad hoc not.il-
lum tex.Item multa tractantur inter partes,quę poſtea non ve
niunt ad concluſionem nec effectum.l.ſi ex cauſa.§.nunc vide
dum.in fi.ff.de min.l.eleganter.in prin.cum gl.ff.de condi.inde.
c.dudum.de reb.eccl.non alie.in 6.ita dicit Bal.in l.multum in-
tereſt.in 2.col.C.ſi quis alteri,vel ſibi.& in l. cùm alleg.in 2.col.
C.de vſu.Imo.hic in antep.col.& ſeq.poſt Bal.& Ange.& ponit
4 aliquid Rom.& ſæpe cõſulendo iſta deduxi.¶†Secundò no.ex
hoc text.ꝙ dolus ex propoſito incidens in cõtractu ſtricti iuris
non reddit contractum ipſo iure nullum, ſed ſi agatur,obſtat
exceptio doli. Ratio fundamentalis eſt, quia ſi dolus dans cau
ſam contractui ſtricti iuris,& ſic ſubſtantiæ contractus non an-
nullat ipſo iure cõtractum ſtricti iuris.d.l.dolo. C.de inuti.ſtip.
& l.eleganter.in prin. ff.de dolo, quantominus dolus incidens
debet annullare,cùm dolus incidens non annullet contractum
5 bonæ fidei ipſo iure,vt dicam.ꝟ.in glo.2. ¶† Tertiò not. ibi,ſed
ipſa res in ſe dolum habet. ꝙ dolus dicitur interuenire re ipſa,
quando enormis læſio interuenit in contractu abſque volunta
te,& propoſito ſtipulantis,ad hoc allegatur iſte tex.nec alibi ita
6 clarè dicitur. ¶† Quartò no.ibi,cùm enim quis petat,quòd ex
ceptio doli aliquando naſcitur à principio ex dolo commiſſo
tempore contractus, vt in prin.huius. l. aliquando naſcitur ex
poſt facto ex dolo commiſſo tempore petitionis.l.ij.§.circa.&
§.generaliter. ff.de excep. doli. ¶Expeditis textualib. venio ad
glo.& capio glo.2.in verbo per machinationem,quam diuide
in tres partes. In prima ponit duo exempla ad text. In 2.ponit
aliud exemplum Hug. quod reprehendit. In 3. ponit intellectũ
quorundam,quem etiam reprobat.Secunda ibi,ſed Hug.dicit.
Tertia ibi,alij ẽt.¶In ea.ibi,vel non excipiendo. pro iſtis duob.
exemplis glo.adde tex.in l.ſi tibi liberum.ff.de actio. empt.& in
l.ſi binarum.ff.de ſer.vrb.præd. & in l. ſed & ſi me putem.§. cũ
7 inter.ff.de condi.inde.& tex.in l.3.cum glo.C.de dona.¶†In ea.
glo.ad fi.habes ex glo. quòd ſtipulatio adiecta ſuper contractũ
bonæ fidei propter dolum redditur ipſo iure nulla,ſicut redde-
retur nullus contractus bonæ fidei. l.iij.in fi. ff.pro ſoc.quando
ſtipulatio tunc aſſumat naturam contractus bonæ fidei ſuper
quo interponitur.l.ſi ſtipulatus.de vſur.l.j.§.ſi quis ſub conditio
ne.ff. vt leg.nom. ca. latè diſputaui ſuper rub. huius titu. & ad
hoc iſtam glo.reputat ſing.Bald.in d.l.dolo.C.de inuti.ſtip. Sed
tu aduerte,quòd idem Bal. de quo Scribentes non faciunt mẽ
tionem,in c. 1.in pen.col.de plus peti. tenet contrarium, & ſic
eſt ſibi contrarius,nam dicit,quòd dolus non reddit contractũ
ſtricti iuris ipſo iure nullum,etiam ſi veniat ad validandũ con
tractum bonæ fidei,& dicit iſtud dicere iſtam ſing.l. ſed voluit
allegare iſtam glo.ſecundum illam opin.aliorum,quam repre
hendit gl.hic,quã gl.ſequuntur Imo.& Rom.hic,& malè,quia
iſte tex. procedit non ſolùm ſi ſit interpoſita ſuper ꝯtu ſtricti
iuris,ſed etiam ſi ſit interpoſita ſuper contractu bonæ fidei, cũ
non loquatur de dolo dante cauſam contractui, ſed de dolo
incidenti, qui dolus non reddit etiam contractum bonæ fidei,
nullum.d.l.& eleganter.& l.ſi quis affirmauerit.ff.de dolo.& in
l.Iulia.§ ſi venditor. ff.de act. empt.& ita tenent ad hanc l.me-
lius Cuma.& Pau.de Caſt.& Alex.hic.¶Capio gl.in verbo do-
lum habet. quam diuiduo in quatuor partes. In prima decla-
rat text. In ſecunda ponit primum exemplum in iſta ſecunda
parte.l. in contractu ſtricti iuris. In tertia ponit aliud exemplũ
in ſtipulatione inter poſita ſuper contractu bonæ fidei. In 3. &
vlt.exemplificat text. de dolo incidenti. Secunda ibi, vel ſi ſine
cauſa.Tertia ibi, vel pro parte ſtipulatus ſum rem. Quarta ibi,
8 vel da exemplum. ¶ † In glo. ibi, qui propriè non poteſt dici
dolus.no.diligenter iſtam glo. quòd ſtatutum faciens mentio-
nem de dolo, non habet locum in dolo re ipſa, quia non eſt
propriè dolus,& verba ſtatutorum debent propriè intelligi.l.j.
§.ſi is,qui nauem.de exer.& l.non aliter. ff.de leg.3. nã dolus eſt
machinatio fraudulẽta ex animo proueniens.l.j.§.j. ff. de dolo.
9 ¶† Iuxta primam [a] partem gl.quærit Bar.qualiter probetur do
a lus aduerſarij,& allegat.l.dolus.C.de reſcin.vendi. & l.dolũ. C.
de do.Tu aduerte diligenter,ꝙ dolus nunq̃ operatur,niſi q̃n eſt
dolus,qui caperet ẽt conſtãtem,& prudentem virum, ſicut ẽt
requirit in metu,ꝙ metus ſit talis, qui caderet ẽt in cõſtantem
virum,tex. eſt ſolennis in c.cùm dilectus, ꝙ met. cau. & ibi ex-
preſſè

ADDITIO.

a Iuxta primam. Adde, quòd illud, quod dicitur dolum non præſumi. l. & ele-
ganter.in fin. ff.de dolo. l.dolum.cum ſimil.C.eod.titu.non procedit in qua-
tuor caſib.de quibus per Fely.in ca.plerunque.in prin.de reſcri.& ibidem de
coniecturis ad probandum dolum.

preſsè not.Inno.& d.Abb.in 5.not.& alij Can.Idem tenet Bald.
in cap.verum.de iureiuran.& idem Bal.in rub. C.de reſcinden.
vendi.vbi plus dicit allegando illum tex.& Inno.quòd ad hoc,
vt dolus operetur effectum,de quo hic,& ſparſim in legib. re-
quiritur in ſuperlatiuo,quòd ſit talis,qui caperet etiam pruden
tiſſimum virum.adde etiam quòd qui non facit id ad quod te
netur eſt in dolo.l.dolus.& ibi Barto.ad hoc no. ff.man. Barto.
in l.tutor qui repertorium.in 4.colum.per illum text.ff. de ad-
mini. tuto. Item ſciens factum & faciens contra ius præſumi-
tur in dolo.ita not. Barto.in l. propter veneni. §. neptis.per illũ
tex.ff.ad Syl. Item quis dicitur doloſè facere, quando ſcienter
facit rem ſibi prohibitam.ita no.Gem.in c.ſi compromiſſarius.
§.j.per illum text.de elec.in 6.Item in uiro literato faciente cõ
tra iuſtitiam præſumitur dolus.ita not. Bald. in c. in noſtra. per
illum tex.de procu. tamen circa modica non præſumitur do-
lus,ita not.do.Abb.in c.accedens.de cri.fal. per illum tex. & ibi
10 eſt glo.de hoc. facit tex.in l.ſi oleum.§.fi.ff.de dolo.¶ † Secun-
dò circa primam partem huius legis quærit Bart.iſte tex. vult,
ꝙ qui promiſit propter dolum incidentem aduerſarij habet
exceptionem doli ſi conueniatur, quid ergo ſi iam tradidit,an
habeat condictionem, vel aliam actionem, concludit, ꝙ ſic,
ibi enim competit actio de dolo per tex.in l.ſi id quod aurum.
§.eo.inducendo, vt hic per Bar.ſed illa.l. nihil facit duplici fun-
damento.Primò,quia illa.l.loquitur quando dolo promiſſoris
fuit ſtipulator deceptus,tunc bene competit actio de dolo,ſed
hic in 2. parte huius legis nõ fuit deceptus niſi re ipſa. præterea
in caſu.d.l.ſi id quod aurum.aliter non poterat prouideri ſtipu
latori,niſi per actionem de dolo,hic autem ſoluens antequam
ſolueret habebat exceptionem de dolo, ſi ſoluit ſibi imputet,
quia non repetit.l.qui exceptionem.in prin. ff.de condi. indeb.
Item, & tertio cùm hic promiſſor habeat exceptionem doli,
qua tueri ſe poterit, certè quælibet exceptio competens facit
ceſſare actionem de dolo.l j.§.ait prætor. ff.de dolo. ſi ergo iſte
habebat exceptionem de dolo,debebat facere ceſſare actionẽ
de dolo,niſi reſpondeas, quòd regula. §. ait prætor. eſt vera in
exceptione diuerſa ab actione doli, ſed hic exceptio doli non
eſt diuerſa ab actione doli.Item inquantum Barto. concludit
quòd ſaltem poterit condicere poſſeſſionẽ per l. qui exceptio-
nem.§.ſi pars.ff.de condi. indeb.& l.domos. cum trib. ll. ſeq.ff.
de leg.1.facit tex.in l.ſed ſi me putem.§.cùm iter.ff.de condi.in
debi.Ang.hic dicit, quòd etiam iſta iura non faciunt pro Bart.
quia in iſto tex.ſoluens erat tutus exceptione doli odioſa, ideo
non repetit per regulam d.l.qui exceptionem. §.fin. ſed in d.§.
ſi pars.& l.domos.competebat retẽtio propter expẽſas factas,
quæ retentio eſt fundata in ęquitate,ſed in l.noſtra exceptio do
li eſt odioſa.Sed aduerte,quia ad iſtud fundamentum Ang.re-
ſpondet ipſe Barto.in l.2.C.de reſcinden. vendi. quòd aliquan-
do exceptio doli competit ex dolo incidenti, & tunc exceptio
doli bene eſt odioſa. aliquãdo committitur dolus reipſa abſq,
propoſito ſtipulatoris,& tunc exceptio doli nòn eſt odioſa, vt
in 2.parte iſtius text. per tex.in l. qui ſe debere.vbi glo.Barto.&
Bald.ff.de condi.ob cau.Bar.in l.damus.in fin.& in l.in ſumma.
in prin. ff.de condi. indeb. tene opin. Barto. hic. & in d.l.ij.quia
imò fortius tenent Cuma.Imo.Pau.de Caſt.Lud.& Alex. hic,
quòd etiam in primo caſu huius.l.quãdo dolus incidit ex pro-
poſito & voluntate ſtipulatoris, adhuc promiſſor ſi ſoluit ha-
bet repetitionem,per regulam.l.ſi non ſortem.§.indebitum. ff.
de condi.indeb.vbi Iuriſcon.dat regulam, quòd quilibet tutus
exceptione perpetua ſi ſoluit repetit, ſed exceptio doli eſt per-
petua.l.purè. in prin.ff.de excep.do.Nec obſt.tex.in l. qui exce-
ptionem. in princi. quia loquitur in exceptione Macedoniani,
quæ datur filiofami.accipienti mutuum, & datur odio credi-
toris contra naturalem æquitatem, & illa bene eſt odioſa, &
ideo filiusfami.ſoluens non repetit.ita propriè loquitur.d. l.qui
exceptionem.ſed in caſu noſtro promiſſor ſoluens eſt tutus ex
ceptione doli inducta non contra æquitatem imò ſecundum
æquitatem.quid tenendum? *teneo opin.Barto.& communem* con-
tra Azo. Ange.& Are. hic, quia ſi aliter diceremus,ſequeretur
abſurdum, quòd condictio indebiti daretur contra accipien-
tem bona fide,& non contra doloſum, & ſic eſſet contra.l. qđ
ſeruus. ff. quòd vi aut clam & cum iſta exceptio doli conſer-
uet ius noſtrum contra accipiẽtes,videtur fundata ſuper æqui
tate,ideo debet cenſeri fauorabilis,ideo extendenda per d.l.qui
exceptionem,& non odioſa,vt aliquando dixi.in d.l. qui exce-
ptionem. ff.de condi. indebi. quicquid dicat Are. Poteſt etiam
vltra prædicta aliter reſponderi ad d.l.qui exceptionem. ff. de
condi.indeb.quòd loquatur in creditore,cui facta fuit ſolutio,
qui creditor tractabat de damno,nimirum ſi impeditur repe-
titio,hic autem tractat de lucro,nec eſt par ratio damni, & lu-
11 cri.l.fin.in fin.C.de codicil.¶ † In ea.glo.ibi, vel ſtipulatus ſum
rem,quam minus emi dimidia iuſti prætij.habes ex iſta glo. re

portare duo. Primò, quòd iſta lex in ſecunda parte poteſt
intelligi in ſtipulatione interpoſita ſuper contractu bonæ fidei
habente in ſe dolum re ipſa, ſed glo. ſecunda ſuperius tenet,
quòd iſta. l. in prima parte non poteſt intelligi in ſtipulatione
interpoſita ſuper contractu bonæ fidei. ratio diuerſitatis eſt,
quia prima pars huius legis loquitur, quando interuenit do-
lus ex propoſito ſtipulatoris, qui videtur annullare ipſo iure
contractum bonæ fidei, & tamen text. dicit, quòd valet me-
ro iure, licèt obſtet exceptio. dic vt dixi ſupra in ſecunda glo.
Secunda autem pars huius text. loquitur, quando nullus do-
lus ſtipulatoris ex eius propoſito interuenit, ſed res in ſe habet
dolum,quia promiſſor fuit deceptus vltra dimidiam,ideo po-
teſt tunc intelligi text. etiam ſi ſtipulatio ſit interpoſita ſuper
12 contractu bonæ fidei. ¶ † Secundò habes no.diligenter ex iſta
glo. quòd quando ſtipulatio interpoſita ſuper venditione fa-
cta minus dimidia iuſti pretij, ſi promiſſor ex ſtipulatione con-
ueniatur, quæ habet dolum re ipſa, ſibi competit remedium
huius. l. ergo videtur velle glo. quòd cùm habeat remedium
huius. l. quòd non haberet tunc remedium.l.2.C.de reſcinden.
vendi.& ita ſentit Barto. glo. velle, & clarius Lud. ſed Bald.hic
dicit contrarium, quòd hic eſt glo. ſingularis, quòd quando
cum contractu bonæ fidei permiſcetur contractus ſtricti iu-
ris, quòd tunc habet locum remedium. l. ij. C. de reſcinden.
vendi. Imol. hic. & ſub dubio fortè dicit, quòd glo. iſta voluit
excludere remedium. d.l.ij. licèt remedium iſtius. l. competat.
¶ Iuxta ergo iſtam partem glo. quærit Barto. ſi in contractu
emptionis, & venditionis interponatur ſtipulatio,prout com-
muniter fit in omnib. inſtrumentis, & emptio ſit circa dimi-
diam iuſti pretij, an vltra remedium.l.noſtræ,& ſic vltra exce-
ptionem doli etiam competat remedium.l. 2.C. de reſcinden.
vendi.Barto. concludit, quòd ſic etiam ſi ſtipulatio interueniſ-
ſet animo nouandi, *& ita communiter tenent alij*. Idem tenent
Barto.& Saly. in d.l.ij.C.de reſcinden.vendi.dom.Anto.in cap.
cùm cauſa.de empt.& vendi.& iſta eſt communis opin.ſecun-
dum d.Alex.idem tenet Pau.de Caſt.in l.ſi dari.ad fi. ſupra eo.
Adde pro iſta communi opin. bene facere in practica, quia ſi
iſto caſu non competat remedium. d. l.ij. cùm in inſtrumentis
venditionum & aliorum contractuum Notarij ſemper appo
nant ſtipulationem,vt dicit Bald.in l.ij.ff.de condi.ob cauſam.
certè nunquam haberet locum remedium. l.ij.& c. cùm cau-
ſa.quando eſſet factum inſtrumentum, quòd non eſt dicendũ
per l.nam ad ea. ff. de legib. ¶ Contra primum fundamentum
Barto.adducit Are.hic fortem text.in l.venditor.in fin.princip.
ff.commu.prædio.in verſi.per ſtipulationis, vel venditionis le-
gem obligantur. vbi ſtipulatio coæqueua continebat idem,
quod contractus, & tamen text.ille vult,quòd obligatio oria-
tur ex altera, cùm verba non reſpiciant actionem, ſed obliga-
tionem, ergo impoſſibile eſt, quòd in dubio interpoſita ſtipu-
latione oriatur obligatio ex contractu emptionis,quia ſic orire
tur obligatio ex vtroque,quod Iuriſcon.negat, tamen reſpon-
det ad illum text. quòd loquitur, quando expreſsè fuit actum,
quòd fieret nouatio, & neſciuit aliter euadere illum text. iſta
eſt diuinatio manifeſta ad illum text. & deſtructio. Tu adde,
quòd illum text. ante Are.alleg.Bald.hic,& de eo gloriatur,&
dicit, quòd nullus ante eum allegauit illum text. hic. ſed ad il-
lum text. tu no. reſponde, & verè, quòd alternatiua legis cir-
ca idem factum ſemper ponitur pro coniuncta, ne lex nos re-
linquat in incerto,& ignoremus,ꝙ remediũ ex alternatiua cõ-
petat.ita no.firmat Bar.in l.ſi is,qui ducenta.§.vtrũ.in 5.opp.vbi
oĩno videas.ff.de reb.dub.poſt Cy.in l.cũ quidã. C.de verb.ſig.
* ſequunt̃ *Canoniſtæ omnes*, præſertim d.Abb.in c.inter cæteras. de
reſcr.& pro iſta regula facit tex.in l.2.cũ glo.2.& ibi ad hoc no.
Bal.C.de obſequijs.ergo in illa.l. venditor.alternatiua, quæ ſtat
pro coniuncta,probat,ꝙ vtrunque remedium ꝯpetat.& ſtipu-
lationis & venditionis,ergo probat fundamentum Bar. & hoc
modo retorqueo illum tex. ꝯ Are.¶ Pro iſto primo fundamẽ-
to Bar.adde tu bonum tex.in l.ij.§.parui ff.de priui.cred.vbi ſti-
pulatio erat coæqueua, & non tollit non ſolùm actionem præ
cedentem,ſed nec priuilegium primæ actionis, tunc ſi ſtipula-
tio coæqueua non tollit priuilegium actionis præcedẽtis, ergo
multo minus nouabit ipſum ꝯctum,quia regulam habemus,
ꝙ facilius tollitur priuilegium,quàm ius commune.l. eius mi-
13 litis.§.ſi militia miſſus. de teſt.mil. ¶ † Circa ſecundum funda-
mentum Bar.adde,ꝙ Io.de Imo.hic,& in c.cùm dilecti.de em
ptio.& ven.impugnat iſtud fundamentum,quia.l.aliam. ff. de
noua. in qua ſe fundat Bart. loquitur in priuilegio prælationis,
prout etiam loquitur text. in d.l.ij. §.parui. ſed iſtud priuilegiũ
eſt proportionabile ſtipulationi,ſicut contractui, ꝙ ſtipulatio
præferatur alijs creditoribus: ſed in quæſtione noſtra, quando
nouatus eſt contractus bonæ fidei remanente ſtipulatione, &
ſic ꝯctu ſtricti iuris, vr̃ impoſſibile, ꝙ intelligatur repetitum

beneficium.l.ij. quia tale priuilegium non eſt proportionabile ſtipulationi, cùm ſit ſtricti iuris, in quo habet locum beneficiũ l.ij.C.de reſcinden.vendi. Sed ad hoc reſpondeo ex mente Barto. vt etiam dicit Aret. quia licèt contractus bonæ fidei ſit nouatus per ſtipulationem, tamen cùm ſtipulatio ſit ſtricti iuris, & ſubrogetur loco contractus bonæ fidei, aſſumit tamen naturam contractus bonæ fidei, ideo proportionatur remedium.l.ij.& dicit Aret. quòd iſtud dictum Barto. eſt ſingulare, nec alibi ponitur. Tu vltra Scribentes aduerte inquantum Barto. vult, quòd ſtipulatio interpoſita ſuper contractu emptionis, & venditionis, etiam ſi interponatur animo nouandi, aſſumit priuilegia contractus bonæ fidei. iurib. hic allegatis per Barto. & ita etiam tenet Ange.in l.emptor.in fin.prin.ff.de pact. Contrariũ tenet Bart. ſibi contrarius in l.qui bis idem.in 3.oppo. vbi ponderaui ſup.eod.& clarius Barto.in l.ſingularia.in 4.colum.in 6. ſpeciali Iacob.de Are.ff.ſi cert. pet. & iſtam contrarietatem nemo ponderauit nec hic, nec ibi. pro illa opin. Barto. facit bene text.in l.in bonæ fidei.ff. de eo, quod cert.lo. & ibi glo. fin. clarè firmat per illum text. & ibi Pau. de Caſt. ad hoc ponderat, ita etiam firmat Bald.in l.ſi eum.§.qui iniuriarum.in 2.colum.ff. ſi quis cau.& pondera, quòd tex.in d.l.in bonæ fidei. fortiter ſtringit ꝯ Bar. hic, quia ibi ſtipulatio interpoſita ſuper ꝯditione, & ſic ſuper ꝯctu bonæ fidei non aſſumit naturã bonæ fidei imò ſtat in ſua natura ſtricti iuris, tñ ad illũ tex. poſſes tu ꝓprecte rñdere, quòd Barto. hic loquitur, quando facta eſt emp. & vendi. deinde interponitur ſtipulatio, ibi autem non fuit facta venditio, ſed contractus conductionis fuit in ſtipulatione poſitus, quia aliquis ſtipulatus eſt ſe conducturum, & tunc non poteſt aſſumere naturam contractus bonæ fidei, quia ille de per ſe non præceſſit, quid tenendum? pro Barto. hic adde optimè facere id, quod no. tenet idem Barto.in l.videamus.la 2.§.ſi actionem.ad fin.ff.de vſu. ibi dicit Barto. quòd quando ſtipulatio interponitur ſuper contractu emptionis, vel venditionis, vel alio contractu bonæ fidei, quia ſuccedit in locum emptionis, & ſic eius naturam aſſumit, veniunt fructus à tempore moræ, quãuis in contractu ſtricti iuris non veniant niſi à tempore lit. conteſt. l.cùm fundus.in prin.ff.ſi cer. pet. & licet Bart. nihil alleget, tu allega text.optimum in l.j.§.belliſſimè. ff. vt leg. nomi.caue. qui text. non poſſet melius facere. breuiter veritas pendet ab his, quæ latè ſcripſi ſuper rubri. vbi diſputaui, an ſtipulatio interpoſita ſuper cõtractu bonæ fidei aſſumat eius naturam, vel

13 non, vide ibi. ¶ † Extra glo. [a] quærit Barto. an in contractu trã-

a ſactionis, ſi aliquis ſit deceptus vltra dimidiam iuſti pretij, habeat locum remedium.l.ij.C.de reſcin.vend.& cap.cùm cauſa. de empt.& vendi. ad reſcindendum talem tranſactionem, & concludit, quòd ſic, habito reſpectu ad tranſactionem dubij euentus litis. arg.l.quod debetur. ff. de peculio, & non ad æſtimationem rei, per glo.in l.Lucius.§. fin.ff. ad Treb. iſte eſt not. & quotidianus paſſus, ſed valde difficilis, & ambiguus, quem intendo bene excutere. referam ergo omnes, qui tenent opin. Barto. poſteà omiſſis leuibus adducam tex. pro Barto. qui videtur multum ſtringere, & quia veritas multum pendet ab illo text. inſiſtam ſuper eo, quia aliqui inducunt pro Barto.& aliqui adducunt contra Barto. & quia habui iſtam quæſtionem in facto ſæpe, volo eam ideo plenè examinare, & omnes nominabo, qui eam examinant. Idem quod Barto. tenent Ange. Ioan. de Imo.& Rom. hic. Barto. Rayn.& Imo.in d. l. Lucius.§. fina. ff.ad Treb. Bar.& Ang.in l.ij.C.de reſcin.vendi.d. Anto.de But. d.Card.& Imo.in d.cap.cum cauſa. Ioan.de Imo. in cap.quintauallis.in 16.char.de iureiur. Cald.conſi. 3.poſito ſub rubr. de tranſa.quod incip.poteſt veniri contra tranſactionem.idem tenet.d.Fabianus de Monte ſancti Sauini, qui eſt aduocatus conſiſtorialis in tractatu emptionis, & vendi.in 8. q.prin. in 4. col. vbi dicit bonum verbum, iſtam opin. Barto. *eſſe communem, & æquam.* eam etiam videtur tenere. d. Ioan. Bap. Cacialupus de S.Seuerino in tract.de tranſact.in 12.quæſt.prin.in 1.& 3.col. licèt poſtremo dicat recurrendum eſſe ad conſcientiam. allegat Pet.de Anch.ad hoc in conſi. 221.incip. inter varia conſilia. & ꝙ in trãſactione ſi fiat pro minori dimidia iuſti pretij, ꝙ habeat tunc locum doli exceptio, & ſic remedium huius legis, tenet Alex.in conſi.89.ſecundæ partis, quod incipit viſo puncto, & inſtrumentis.in vlt.col. ibi tamen nihil dicit de remedio. l. ij. & fecit, ne eſſet ſibi contrarius in his, quæ dicit in lectura. pro iſta ſententia Bar. facit bonus tex.in l.ſi ſuperſtite. C.de do. in verſi. fin. qui incipit ſanè ſi læſa immodicè es. vbi eſt text. ꝙ ſi tranſactio fuit inita bona fide inter patrem & filiam emancipatam, ſi filia fuit immodicè læſa, non habet actionem de dolo, quia famoſa eſt contra patrem, ſed habet actionem in factum ad reſcindendam tranſactionem, ergo ibi eſt tex. ꝙ propter immodicam læſionem tranſactio retractatur.& dicit Hiero. Tortus. ꝙ per illum tex. ita aliàs in contingentia facti conſuluit. pro iſta opin. Bar. reperio, ꝙ ante eum ille tex. allegatur contra Bar. per multos, & originaliter Floria.in d.l.ij.C.de reſcin.vend. vbi dicit eſſe tex. contra Bar. prout refert Imo.in d.l.Lucius.§.fin.& Are. hic.& ita etiam illum tex. contra Bar. allegat Alex. hic, quamuis aliter non inducat, nam ille text. ſaltem à contrario ſenſu vult, ꝙ tranſactio in modica læſione nõ poſſit reſcindi niſi probato dolo, ergo loquitur, quando dolus dedit cauſam tranſactioni.& de iſto non loquitur quæſtio noſtra, quia nos loquimur in 2.parte.l.quando non ex propoſito, ſed re ipſa. cùm ergo ille tex. vult, ꝙ requiritur dolus, ergo ceſſante dolo ex immodica læſione non reſcinditur tranſactio propter dolum aduerſarij, qui dedit occaſionem tranſactioni. Sed aduerte, quia ille text. non requirit probationem doli, nec quando dolus dedit cauſam tranſactioni, & qui alleg. illum tex. contra Bar. non bene viderunt illum tex. patet, quia loquitur primò de tranſactione facta bona fide, poſteà de dolo incidente ex enormi læſione, quam poſteà pater committit vtendo tranſactione, in qua filia eſt immodicè læſa, & ſic reuera ille tex. non loquitur quando dolus dedit cauſam contractui, ſed euenit ex incidenti re ipſa. Tu autem aduerte, quòd ille tex. poteſt fortiter retorqueri contra Bar. hoc modo, nam quando in tranſactione interuenit immodica læſio, vult ibi tex. ꝙ actio de dolo competat ad reſcindendum illam tranſactionem, & propter reuerentiam patris contra patrem competat actio in factum, tunc ſic ſi ad reſcindendam tranſactionem, in qua eſt immodica læſio, datur actio de dolo, ergo impoſſibile eſt, ꝙ competat remedium.d.l.ij. contra Bar. quia ſi competeret, ceſſaret actio de dolo, quæ nunquam competit, vbi aliud remedium locum habet.l.j.§.ait prætor.& §.ſi cum l.ſeq.ff.de dolo.& l.ij.C. eo. ſi ergo haberet locum remedium l.ij. ceſſaret actio de dolo. huic difficultati potes reſpondere ex mente Bar. qui videtur ſenſiſſe eam, ſi ſubtilius inſpiciatur Bar. nam dicit Bar. ꝙ in caſu iſtius.l. habet locum remedium iſtius. l. & tamen habet locum etiam remedium.d. l.ij. & ſi dicis ſi competit remediũ huius.l. & ſic exceptio doli, quomodo poteſt competere alia actio? reſponde, ꝙ remedium.l.ij. poteſt dupliciter intentari. primo per viã actionis. ſecundò per officium iudicis, ꝙ eſt mercenarium deſeruiens actioni, per conſequens eſt extraordinarium, ſed remedium extraordinarium nõ facit ceſſare actionem de dolo, quæ ſimiliter eſt extraordinaria. l. quemadmodum.§. Magiſtratibus.ff.ad l.Aqui.l.de pecoribus.eo.tit. C.ad l.Aquil. ita declarat Bar.in l.in prouinciali.§.j.ff.de ope.nou.nun. tamen re vera ille text. non ſtringit pro Bart. quia licèt non loquatur, quando dolus dedit cauſam tranſactioni, tamen loquitur quando dolus incidit ex propoſito, & voluntate, ſicut in prin. huius.l. quia et go ibi duo concurrebant, ſcilicet, immodica læſio, & dolus ex propoſito. propter iſta duo bene ibi reſcinditur tranſactio, ergo ſecus videretur, quando interuenit re ipſa ſolum, vt in 2.

b parte huius.l. ¶ Contrariam opin. [b] quòd imò d.l.2. & c. cùm cauſa. non habeat locum in tranſactione fauore litium minuendarum, & vt ſit litium finis, tenet Cuma. hic, poſt Bald. in d.l.2.& dicit, *quòd communis opin.* eſt contra Bart. ita etiam tenet Alex. hic, qui etiam dicit, quòd putat iſtam opin. eſſe tutiorem, & in puncto iuris veriorem. eam tenet Are. hic. qui ſimiliter dicit iſtam eſſe communẽ ꝯ Bar. quam tenuerunt Antiqui Doct.& ſubtiles Vltramontani. tenuit Spe.in tit.de emp.& vẽ. §.nunc

ADDITIONES.

a Extra gl. Adde Cor.lib. 1.conſi.176.& 199.lib.3.& conſi.161. Fab.de Monte tracta.emp.in 4.q.8.q.prin. Alex.lib.2.conſi.122.viſa facti.repe. lib. 6.conſi. 66.Cur.conſi.43.ſuper contumacia, quæ fuit in Francia. PVRPV.

b Contrariam opin. Pro negatiua contra Bart. addo tex. in l.j.C. de plus pe.& in l.j.C.de erro.cal. vbi habetur, quòd tranſa. non poteſt prætextu erroris reuocari, ſeu retractari, quia tranſact. cauſam habet, vt diſcedatur à lite, & ſatis lucratur, qui diſcedit à lite, vt per Pan.in c.1.de tranſact. vide eundem Iaſ.in d.l.j.C.de erro.cal.& Pan.in d.cap.j. vbi dicit per illum tex. quòd ſi poſt tranſact. appareant inſtrumenta, vel teſtes, ſiue præſcriptio, vel quicquid aliud de iure communi, vel ſpeciali competens non retractatur tranſactio.l.ſub prætextu.C.de tranſact.& d.c.1. etiam ſi appareat tranſigentem fuiſſe deceptũ, licèt grauis ſit deceptio, quia magnum commodum conſequitur, qui à lite recedit, vt eſt text. in l. Lucius.ff. ad Trebellia.& glo.& quòd dicit idem Pan. in c.cum cauſa.de emp.& vend. item pro iſta opin. facit, quia deceptus ex receptione pignorum ex cauſa tranſa. non petit reſtaurationem. text. eſt in l.à diuo Pio.§.ſi pignora, ibi velut, &c.ff.de re iud. item facit, quia in tranſactione non eſt locus pœnitentiæ.l.ſi pecuniam.in prin. ff.de condi.indeb.l. cùm cauſa te.& l.quamuis.C.de tranſact. Item facit, quia datum vel promiſſum ex cauſa tranſact. repeti, vel retractari non poteſt aliquo modo, quòd aliàs eſſet indebitum. tex.in l.nec intentio.C.de tranſa.l.j.& 2.C.de condi.indeb. vbi gl. quę dicit cauſam tranſact. ſufficere.ſ. vt à lite diſcedatur. eſt etiam text. & ſimilis gl. in l.eleganter.eo.tit. eſt etiam melior tex.in l.in ſumma, eo.ti.de condi.indeb. vbi etiam idem Iaſ.in 2.col. tenet iſtam partem. Et vltra alleg. hic, & ibi per eum, adde, quòd pro iſta opi. conſuluit Barb.conſi.41.in antep. col.in 1. parte inci. illud afferam in medium.

§.nunc videndùm restat.versi.quid de transactione.glo.ordi.in
c.cùm causa.præallegato.& ibi Inn.Ioan.And.Pet.de Anch. &
Abb.in 2. col. quamuis Alex. eum malè referat tenere contra-
rium, eam etiam tenet vbique Bald. in locis hic relatis per d.
Alex.Vltra Doct.relatos per dom.Alex.adde, ꝙ istam opi.con
tra Bar. tenet etiam idem Bal. quem non allegat Alex. in rubr.
extra de transact.in 3.col.Ang.in l.in summa.in prin. ff.de cōd.
inde.per illum tex.qui bene facit in verbo nulla res media fue-
rit.idem tenet do.Abb.consi.12. secundi vol. quod incipit,& si
copiosior.in j.col.in fi.d.Io.de Ana. in consi.35. incip. circa pri-
mum dubium.ita etiam latè consuluit Alex.in consi.42. quod
incipit super præmisso themate diligenti animaduersione præ
habita.in 3. colum.& etiam in 9.& seq. vbi dicit istam esse ma-
gis communem opin.contra Bar. Omissis leuib. pro ista opin.
stringit ineuitabiliter tex.in d.l.Lucius.§.fi.in ver. si non transa-
ctum esset.. ff. ad Treb. vbi impotentia rescindendi attribuitur
contractui transactionis,vnde stringe fortius illum tex.duplici-
ter inducendo,primò secundum Aret. ꝙ si ibi transactio non
posset rescindi inspecta veritate eius, quod debetur, vt dicit
Bart. qui sic restringit, & violat illum text.bene posset rescindi
habito respectu ad id,quod æstimaretur dubius euentus, certè
tunc impotentia rescindendi non causaretur ex transactione,
sed ex natura rei deductæ in transactionem . præterea text. ibi
simpliciter,& absolutè vult transactionem non posse rescindi
prætextu maximæ læsionis, ergo etiam considerando dubium
litis euentum, & ita per illum tex. qui ineuitabiliter stringit te-
neo contra Bar. licèt passus sit satis dubius. ¶Secundò pro ista
parte contra Barto. stringit text.in l. sub prætextu instrumenti.
14 C.de transa. † vbi transactio non rescinditur prætextu instru-
mentorum nouiter repertorum, nisi dolus interuenerit in oc-
cultando instrumenta,& tamen instrumenta ostendunt,quòd
dolus est in toto,& tamen propter transactionem non admitti
tur rescisio, quamuis instrumenta sunt probatio probata, &
non probanda,vt dicit Bald.in l.j.in ij.col.C.quando fis.vel pri-
ua.& in l.quoties.C.de vsu.& in Auth. qui semel C. quomodo
& quando iudex.& in l.Imperator.in 2.col.de sta hom. & in c.
15 consuluit.in 5.col.de offi.deleg.¶† Tertiò transactio, & senten
tia æquiparantur.l.ij.ff.de iureiuran.quia vtrunque est remediū
finiendarum litium.l.fratris. C. de transa. sed sententia non re-
tractatur, licèt lata ultra dimidium iusti valoris.l.sub specie.C.
de re iudi.l.ij. C.quando prouo. non est neces. ergo nec transa-
ctio.confirmo per tex.in l.vnica.C.de erro.calc.in ver.si res iudi
catæ non sunt,vel transactio non interuenit, &c. vbi æquipa-
rat tex.sententiam,& transactionem.Item iuramentū, & tran-
sactio æquiparantur.d.l. 2.ff. de iureiu. & tamen iuramentum
non retractatur,licèt,quis sit totaliter læsus.l.nam & postea.§.si
damnetur.& l.non erit.§.dato.ff.de iureiu.& l. ꝙ si deferente. ff.
de dolo.tamen ad primum de sententia potes clarè responde-
re, ꝙ in proposito est diuersa ratio inter sententiam, & transa-
ctionem, quia in sententia imputatur parti læsæ,quare non ap-
pellauit,ita text.in d.l.sub specie.assignat istam rationem, sed in
transa. esset destitutus omni remedio,nisi haberet remedium.
d.l.2.sed ista sol.non vadit ad secundum de iuramēto, vbi etiā
non cadit appellatio.vnde dic secundum Aret. ꝙ sententia per
dolum partis, & iuramentum nōn retractatur per.l. si prætor.
§.Marcellus.cum ibi no. ff.de iud. & tamen transactio propriè
sumpta bene retractatur,si est facta cum dolo. l. in summa. ff.
de condi.indeb.& s̃.dixi.¶Quartò tenendo opin.Bar.non pos-
set bene in practica probari per testes iste dubius euentus, de
quo loquitur Bar.quia oporteret tales testes esse valde peritos,
& deponere de iure,& sic deponerent de eo,quod sensu perci-
perent,& sic potius esset iudicare, quàm testificari, & sic eorū
dictum non valeret.l.testium.C.de testi.l. qui testamento. §. fi.
ff.de test.Bar.in l.sciendum,vbi dixi.s̃.eo.& sic ex istis teneo cō-
tra Bar. ꝙ remedium.l.2.non habeat locum in transa.vt aliquā
do sit litium finis.¶Successiuè inquantum Bar. subdit ꝙ laudū
arbitratoris debet reduci ad arbitrium boni viri si reperiatur
iniquum,&c.Idem tenet Bar.in l.societatem mecum.§.arbitro
rum.in pen.col.& ibidem Flo.ff.pro soc.Bar.in d.l. Lucius.§.fi.
& in d.l.ij.d.Ant. & Imo. in d.c. cum causa. Contrarium tenet
Bald.in d.l.ij.in 8.oppo. ꝙ imò inspiciatur solus valor rei,& non
dubius euentus litis,& ita dicit firmiter tenendum. idem tenet
ibi Saly.Cuma.& Rom.hic cum alijs concord.dom. Alex. eo
quia arbitramentum non est propriè transactio, sed largè, &
impropriè,vt declarat Barto. in l. quòd si Ephesi.§.j.ff.de eo, ꝙ
cert.lo.& in d.§.arbitrorum.in 2.colum.& in l.furti.§.qui iussu.
ff. de his, qui notan. infami. & Canonistæ habent de hoc glo.
incognitam Legistis in cap.quando.in glo.1. ff.de offic.delega.
16 quam Abb. ibi ad hoc not. † & dicit facere ad statuta facientia
mentionem de transact. non habere locum in arbitramento,
quod non est propriè transact. præterea coram arbitratore nō
est propriè lis. Item in transact. si sit enormiter læsus non sibi
succurritur nisi per l.ij.secus in arbitramento, quia potest peti
reductio ad arbitrium boni viri, conclude, quòd si teneamus
opin.Barto.in præcedenti articulo, idem posset teneri in arbi-
tramento secundum Alex. & Aret. quia sicut in transact. quæ
fit super lite,debet considerari litis euentus, ita in arbitramen-
to, quòd similiter fit ad diffiniendum litem,debet considerari
litis dubius euentus,quamuis non sit propriè transactio quan-
tum ad processum ordinarium, sed bene quantum ad litem
diffiniendam,vt declarat Barto.in d.§.arbitrorum.in 2.colum.
¶Adde tu vltra Scribentes,quòd Bald.de quo alij non faciunt
mentionem,in cap.quintauallis.in 15.colum. ff.de iureiuran.re
ferens Barto.hic,eum reprobat,eo quia reductio potest fieri ex
nouis probationib. quia obtinet vim appellationis à diffiniti-
ua, vnde sufficit probare iniustitiam erroris. Præterea,quando
pronunciatur super liquido laudo arbitratoris, non est transa-
ctio, sed potius quoddam pactum, ideo dicit Bald. quòd opi.
Barto.non tenet de iure nec de consuetudine, quia sufficit de-
ceptio ipsa,sed defende tu Barto.quia primum fundamentum
Bald.nihil facit contra Barto.dato quòd reductio possit fieri ex
nouis probationibus, istud non tollit,quin possit probari du-
bius euentus litis,vt dicit Bart. Similiter secundum fundamen
tum Bald. quando pronunciatur super liquido,laudum arbi-
tratoris non est transactio,istud nihil ad propositum,quia tunc
17 non est arbitramentum super lite,vt dicit Barto.¶† Secundò
quærit Barto.quid si in instrumento dicatur, vendo pro tanto,
& quòd plus valet dono,an per hoc perdat beneficium huius.
l.& d.l.ij.C.de rescinden.vendi? concludit,quòd non in ignoran
te.secus in sciente.idem tenet Barto. in d.l. ij. & ibidem Bald. in
2.quæstio.cum concord.dom.Alexan.dom.Abb. in cap. cùm
causa.de emptio.& vendit.Tu autem,quia Barto.multa incul-
cat,quæ non declarantur per alios,ex dictis Barto.collige quin
que principales conclusiones. Prima conclusio est, quòd si vē
ditor sciebat valorem rei, tunc per alia verba cessant remedia
huius.l.& d.l.2.adde rationem, quia volenti, & scienti non in-
fertur dolus,vel iniuria.l.cùm donationis. C.de transactio. & in
regula scienti.de regu. iur. in 6. Item venditor non potest con-
queri de eo,quod sciuit.l.venditor.C.de rescind.vend.& cela-
tum non videtur id,quod quis sciuit.l.quæritur. §.fin.ff.de ædil.
edict.l.ea quę commendandi.§.j.ff.de contrahen.emptio.cùm
certus certiorari non debeat. l. j. de actio. empti. ¶Secunda
conclusio est,quòd illa clausula, & quod plus valet, in igno-
rante refertur ad modicum,cum Barto.tenent Rapha.Cuma.
Alexan.& Aret hic, sed Ludo. Roma. tenet fortiter contrariū
ex quibusdam fundamentis, quæ ante eum fuerunt Imo. hic,
quod imò dicta clausula referatur etiam ad magnam quanti-
tatem etiam in ignorante, quia aliàs illa clausula nihil opera-
retur.l.si quando.ff.de leg.1.c.si Papa. de priui. in 6. quia etiam
sine illa clausula licitum est contrahentibus inuicem se deci-
pere,dummodo non lædant vltra dimidiam.l.item si pretio.§.
quemadmodum.ff.loca.l.in causæ.la 2.in §.penult. ff.de mino.
l.si voluntate.C.de rescinden.venditio. istud procedit etiam de
iure canoni. cap.pen. de emptio.& venditio.glo.ordin.16.quæ
stio.1.in cap.si cupis.& glo.& Docto.in cap. in ciuitate.de vsu.
Secundò & fortius ista clausula, quæ est apposita in fauorem
emptoris,esset sibi nociua, & retorqueretur in eius damnum
contra.l.legata inutiliter.ff.de lega.1.& l.legata inutiliter.de adi-
men.lega. quia si non esset apposita ista clausula,licet vendito-
ri decipere emptorem iuxta dimidiam,& si erit dicta clausula,
non licet se decipere nisi in modica quantitate. Item contra
Barto.videtur stringere text.in l.si quis donationis.ff.de contra-
hen. emptio. allegata per Barto. licèt ista fundamenta prima
fronte satis vrgere videantur,teneo conclusionem Barto.quòd
in ignorante illa clausula referatur ad modica, quia iuri, quod
quis ignorat,nunquam intelligitur in aliquo renuntiare. l. ma-
ter decedens.ff.de inoffic.testamen. post Barto. in l. sciendum.
s̃.eo.non obst.fundamēta,quia respondet Imo. ꝙ illa clausula
est apposita causa dubitationis tollendæ.l.qui mutuam.ff.man
da. vel secundò secundum Aret. illa clausula est vtilis in foro
conscientiæ, quia in foro conscientiæ apud confessorem te-
netur etiam si citra dimidiam lædat, secundum Anto. & alios
in cap.in ciuitate.de vsu.& dom.Anto.in cap.pen. de emptio.
& vendi. vbi allegant sanctum Thom. ita tenere secunda se-
cundæ,vbi loquitur de iustitia positiua, & habes glo. quam si-
gna in d.cap.si cupis.16.quæstio.1.licet contrahentib. se decipe-
re,nec est peccatū. vel aliter responde secundum Alex. quòd
illa clausula operatur, quia illud modicum donatum poterit
impedire remedium. d. l. ij. quia ad hoc, vt habeat locum di-
ctum remedium, requiritur quòd illud modicum sit vltra di-
18 midiam iusti pretij. ¶† Tertia conclusio Barto. est, si bene re-
spicis, ꝙ remedium. d.l.ij. non habet locum nisi in cōtractibus

bonæ fidei,vel habentibus naturam bonę fidei, & ſic nõ habet locum in contractibus ſtricti iuris,ita vult Bar.ſi bene inſpicias, & dicit Io.de Imo.hic,quòd *iſtud communiter tenetur*.facit,quod vult glo.no.& ordi.in l.ij.C.communia vtriuſque iudi.quæ be ne vult,quòd illa l.ij.loquens in contractu emptionis, & vendi tionis,etiam habeat locum in omnib. alijs contractib.bonæ fidei,& ſi hoc eſt verum,ſequitur ergo quòd.d.l.ij.non habet locum in tranſ.cùm ſit ſtricti iuris,cuius contrarium tenetur cõ muniter.& dixi in præcedenti articulo Bart.ſed ibidem dixi, ꝙ tranſactio iudicatur ſtricti iuris,vel bonæ fidei,ſecũdum quod eſt contractus ſuper quo interponitur,vt declarat Bar.& alij in l.de tutela.C.de in integ.reſti. mino. & an.l.2. habeat locum in contractib.ſtricti iuris,videas omnino Bal.in d.l.ij.in 3.q.tamen habet locum in contractu dotis,vt eſt glo.no.in l. ſi ex cauſa.§. in dotis.ff.de mino.licèt actio de dote non eſſet bonæ fidei,ſed
19 hodie ſic.§.fuerat. inſtit. de actio. ¶† Quarta concluſio eſt, ꝙ donatio ſecundum aliquos dicitur hodiè contractus bonæ fidei, quamuis non numeretur in §. actionum . inſtitu. de actio. Adde,quòd glo.magna ibi in prin.dicit contrarium,quòd om nes contractus,qui non enumerantur ibi,ſunt ſtricti iuris.idem tenet glo.in c.cùm venerabilis.de except. ſed donatio non numeratur ibi,ergo non eſt bonæ fidei. confirmo quòd vbi caſus ſunt enumerati à lege, ſicut eſt in d.§.actionum. nõ eſt licitum ex capite alium caſum addere.ita Bald.in l.vnica.§.j.in 2.col.ad fin.C.de cadu.tol.tamen ſi conſideras Barto.dicit ꝙ Bar.hodiè eſt bonæ fidei,quia habet priuilegium , vt pacto nudo producat actionem.l.ſi quis argentum.C.de dona. & diſputat Bar.in l.ſi.de condictio.indebi. & in l. iuriſgentium. in prin. ff.de pact.
20 ¶† Quinta & vltima not.concluſio eſt,quòd non eſt differentia inter renuntiationem ſpecialem, & donationem, quia tantundem important.& idem etiam dicit Bar.in ſeq.quæſtio.Ad do,quòd contrarium no.tenet idem Barto.in l.fin.§.idem quæ ſijt.ff.de condi.indebi.& nemo adhuc perpendit de iſta contra
21 rietate Bar.& ibi etiam ponderaui iſtam cõtrarietatem.¶†Vl-
a timò quærit Bart. a an remedio huius. l. & ſic exceptioni doli poſſit renuntiari , quando dolus ineſt reipſa. concludit , quòd ſic,dummodo exprimatur de hac.l.& ſic vult,quòd non ſufficeret renuntiatio generali s omnium priuilegiorum ſibi competentium,quia fortior ècontra ſpecialis, quam generalis renũ tiatio.l.ſed,& ſi quis.§.quæſitum.ff.ſi quis cau.& tex.in l.ſi quã do.§.& generaliter.C.de inoffi.teſtam.prout etiam in ſimili cõ
22 cludit Bald.quòd † ad hoc,vt renuntiatio.l.ij.præiudicet,requi ritur,quòd fiat in ſpecie,& non ſufficeret in genere. ita Bald. in d.l.ij.in 5.q.Imo.in cap.cùm cauſa.de empt.& venditio. Adde, quòd contrarium eius,quod tenet Bart. hic,conſuluit ipſemet Barto.ſibi contrarius in conſi. 90. quod incip. dilecto domino Franciſco.ad fin.in vlti.dubio.vbi tenet,quòd ſi quis renuntiaret in ſpecie exceptioni huius.l.vel doli exceptioni, non tamen excluderetur,quin poſſet opponere exceptionem doli.Mouetur, quia eſſet renuntiatio doli de futuro , qui remitti non poteſt.l.ſi vnus.§.illud.ff.de pact.& bene, vt hic per eum. Secundò mouetur,quia quo errore inducitur quis ad vendendum citra dimidiam iuſti pretij,eodem errore inducitur ad renuntiandũ exceptioni doli,quia credit ſibi non competere , ergo talis renuntiatio non ſibi præiudicat per l.doli mali. §.diuerſum.ff.de nouatio.confirmatur per id,quod decidit idem Barto. in l.fi.§.
23 idem quæſijt.per illum tex. ff.de condictio. indebi. † vbi tenet, quòd ſi in inſtrumento contineatur , quòd renunciauit conditioni indebiti,vt ſemper apponunt Notarij, quamuis in ſpecie renuntiet condict.inde.tamen iſta renuntiatio ſibi non præiudicat,quin competat exceptio doli, eo quia idem error , qui eſt in principali promiſſione,eſt etiam in renuntiatione , & cũ eo tenent Ang.& Pau.ibi.an verum dicat Bart. ibi dixi, ꝙ verũ eſt : nam text.in d.§. idem quæſijt. in quo ſe fundat Barto. nihil facit,quia ibi fuerunt verba generalia non deſcendentia ad aliquam ſpeciem,tamen ad iſtud fundamentum Bart. de d.l.doli mali.verſi.diuerſum.ff.de noua.reſpondet Aret.hic, quòd procedit , quando obligatio irritatur in fragilitate perſonæ contrahentis,puta mulieris, vel minoris , tunc eadem ratio eſt in eo, qui renuntiat, quæ eſt in eo,qui ſimpliciter contrahit.l.ſi iudex circunuento. de mino. quod ſecus eſt in caſu præcedenti. Addo vltra Aret.bene facere id,quòd tenet Abb.in cap.cum cauſa. ad fin. de emptio. & venditio. vbi tenet , quòd in minori ſi interuenirent verba ſpecifica , quia diceret ſe donare id , quod plus valet , in maiore & minore , quòd ita non valeret , quia præſumeretur deceptio. l. ſi quis cùm ſciret. ff. de vſucap. pro empto. Vltra Scribentes adde , quòd Bald.in cap. quintaualis.in 15. colum. de iureiuran. referens iſtam deciſ. Barto. eam
24 reprehendit, & tenet contrarium , eo † quia dolus cadit in eo, qui ſcit contra ſe dolum committi,ſecus in ignorante,qui non videtur renuntiare.d.l.fin.§. idem quæſijt. quia renuntiatio eſt quædam donatio, & nemo ignorans donat. l. nec ignorans. C.de dona. Tu tene Barto. quia loquitur non ſolùm, quando ſpecificè renuntiat, ſed etiam huic legi, & ſaltem in genere co gitat ſibi competere exceptionem doli.not. per Barto. in l.ſub prætextu .C.de tranſa.

ADDITIO.

a Vltimò quærit Bart. Aduerte, quòd iſta doctrina poteſt limitari procedere, quotieſcunque renuntiatio eſſet iurata maxime ſpecificatis aliquib.caſib.vt per Alex.poſt alios in l.qui Romæ.in §.duo fratres. infra.eo. vbi etiam vide Moder.& per Alex.& alios in l.ſed & ſi quis.in §.quæſitum.ff.ſi quis cau.ſetiã in materia caſuum fortuitorum.& ita conſuluit conſi.3.incip.viſo inſtrumento conceſſionis.colum.penulti.in prin.in 1.volumi,vbi plus dixit,quòd etiam procedit,ſi nullus ſit ſpecificatus caſus fortuitus,prout tenuit etiam Ioan. de Imo.in rep.c.cùm contingat. in 3. membro ſuæ diſtinctionis.de iureiu. quod tamen ſanè eſt intelligendum , vt non procedat in caſu multum incogitato, puta ſiccitatis,vel ſterilitatis inuiſæ.arg.l.fiſtulas.ff.de contrah.emp. & l. per ea,quæ dicit Fely.ſuper regula præal.in c. ſedes. col. 3.& plurib.ſeq.de reſcr. & ita propriè conſuluit Alex.in conſi.28.incip.viſis & accuratè ponderatis, col.4.circa fi.in 1.vol.& Fran.de Are.conſilio ſuo 34. & Alex. idem videtur tenuiſſe in dicto.§.duo fratres.ſed in d. conſi. dixit ita eſſe communem opi. Imò etiam valet pactum iuratum renuntiatiuum ſolennitatis iuris,vt conſuluit Alexan. in conſilio 32. incip. oportunè conſideratis.colum. penult. in 2. vol.& in terminis proprijs , quòd valeat generalis renuntiatio iurata exceptionis doli,condictionis indebiti , & cuiuslibet. ll. auxilij , conſuluit idem Alex.in conſi.11.colum.3.in eod.vol. idem Alexan. in conſi. ſuo 133. incip. domini Redemptoris. colum.2.in 5.volum.faciunt ea,quæ dicit Ant.in repe. rub.de iureiu.in 8.q.in 36.effectu iuramenti.licet prædicta non alleget,& ma gis in ſpecie in 38.

SVMMARIVM.

1 *Quando quantitas promittitur vt ſpecies certa, vel vt certum corpus, per eius interitum liberatur debitor.*

2 *Si teſtator legauit mille ducatos,quos poſuit penes talem mercatorem, & ſi hæres non dederit,legauit talem vineam , quæ fortè valebat duplum , euenit quòd hæres habuit mille ducatos à mercatore , & expendit , ſed vult dare alios mille eiuſdem ſtampæ , an hoc poſſit facere .*

3 *Si emo fundum iſtum pro mille ducatis,quos habeo in tali capſa,non eſt contractus emptionis,ſed innominatus , quia in emptione non requiritur ſpecies.*

4 *De quantitate ad quantitatem admittitur compenſatio , ſi debitum ſit liquidum.*

LEX XXXVII.

SI certos nummos. Si quãtitas certa debetur vt ſpecies , per eius interitum ante moram de-
1 bitor liberatur . hoc dicit . ¶† Not. quòd quando quantitas promittitur vt ſpecies certa , vel vt certum corpus, & ſic circunſcribitur loco , per eius interitum liberatur debitor,& ſic periculum eſt ipſius ſtipulatoris, eo quia talis quantitas cenſetur vt ſpecies.vt hic,& l.talis ſcriptura. verſi.item ſi legetur.& l.ſed & ſi certos.& l.ſi ſeruus.§.qui quinque.& l.planè. la j.§.ſed ſi non corpus.ff.de leg.2.Et tex.valde no.in l.j.§. ſi de-
2 cem,quæ in arca.ff.vt leg.no.¶†Adde primò,quòd mirabiliter decidit Bar.poſt Dyn.in l.talis ſcriptura.in fi.prin.per illum tex. ff.de leg.1. vbi dicit Barto.teſtator legauit mihi mille ducatos, quos poſuit penes talem mercatorem,& ſi hæres non dederit, legauit mihi talem vineam , quæ valebat forte duplum , euenit , quòd hæres habuit mille ducatos à mercatore , & expendit , ſed vult dare alios mille eiuſdem ſtampæ,quærit Barto.an poſſit?dicit Barto. quòd non. & pro illa deciſione eſt text. in l. ſed & ſi certos. in verſi.neque permutationem recipiunt. ff. de
3 leg.1.ibi iſtum paſſum examinaui, & tenui contrarium.¶† Secundò adde illud,quod tenet glo. not. in l. hæc venditio. §.j.in verſi.quanti. ff.de contrahen.empt.vbi eſt ſolennis glo.quòd ſi emo iſtum fundum pro mille ducatis,quos habeo in tali capſa,iſte non eſt contractus emptionis, ſed innominatus, quia in emptione non requiritur ſpecies , ſed illa quantitas, quæ eſt in arca,iudicatur vt ſpecies.tamen text.ibi mirabiliter dicit,quòd ſi ego do quantum pretium in arca habeo, quòd tunc eſt emptio,& per illum text. datur magna limitatio ad iſtum text. & ad ll.præallegatas,vt per Aret.hic in fin.¶ Tertiò adde id,quod
4 vult gl.ord.in l.ſi creditor.§.j.in verſi.vẽditori.ff.de pec. † quòd licet de quantitate ad quantitatem admittatur compenſatio,ſi debitum ſit liquidum.l.fi.C. de compen. tamen quando debetur vt ſpecies,non admittitur compenſatio ad quantitatem. l. ſi conſtat.C.de compen. tamen illam gl.reprehendunt Vltramontani,

mōntani, vt Bart.in l.cùm fundus.§.ſeruum tuum imprudens.
ff.ſi cert.pet.ſed vide ibi Alex.poſt Saly. & Ludo.ibi.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio iſta habere licere, ſimpliciter interpoſita inſpecto verborum rigore, omnes continet etiam extraneos, ſed ſecundum iuris interpretationem committitur ſolùm ex facto promiſſoris, & ſucceſſorum ſuorum.*

2 *Promiſſio habere licere idem importat, quod controuerſiam non mouere.*

3 *Promiſſio facti alieni non valet neque tenet. fallit tamen in aliquibus caſib. infra poſitis.*

4 *In ſtipulationib. prætorijs promittens factum alienum videtur promittere acturum, & curaturum.*

5 *De iure canonico promiſſio facti alieni valet, & etiam de iure ciuili, ſi interueniat iuramentum. nu.6.*

7 *In ſpiritualib. vt in matrimonio, & ſponſalibus promiſſio facti alieni valet, & tenet.*

8 *In ſtipulationib. indefinita æquipollet vniuerſali.*

9 *Qui promittit non facere, intelligitur promittere, quòd hæres non faciet.*

10 *Promiſſio facti alieni valet, quando eſt adiecta pœna, vel intereſſe, tamen excuſabitur à pœna, ſi habuit omnem curam, & diligentiam, vt faceret.*

11 *Stipulatio interpoſita ſuper aliquo contractu, intelligitur ſecundum naturam contractus.*

12 *Stipulatio habere licere, ex cuius facto committatur.*

13 *Intereſſe non poteſt excedere duplum.*

14 *Venditor promittens defendere emptorem de iure, & de facto, an teneatur armis defendere.*

LEX XXXVIII.

STipulatio iſta habere. Iſta l.ſecundum Bartol. eſt multum difficilis, & habet gloſſ. multum difficiles. & eſt iſta ſtipulatio habere licere miranda nouitas, & ſubtilis ſubtilitas, quis eam
1 ruminauit, vt inquit gloſſ. in l.3.ſ.eod? h.d. in effectu. † Stipulatio habere licere ſimpliciter interpoſita inſpecto verborum rigore omnes continet etiam extraneos, ſed ſecundum iuris interpretationem committitur ſolùm ex facto promiſſoris, & ſucceſſorum ſuorum. ſi autem promiſit de ſe, tenetur de facto hæredum. ſi verò promittit factum alienum, non tenetur, niſi apponat pœnam, vel intereſſe. hoc dicit, vſque ad §. ſi quis for-
2 tè. ¶ † Not. primò ex iſto prin. iuncto verſi. ſed quatenus, ꝙ promiſſio habere licere, idem importat, quod controuerſiam non
3 mouere. facit tex. in §. ſi quis fortè. cum ſeq. ſ. ea. l. ¶ † Secundò [a]
a not. ex hoc text. regulam, ad quam ſemper allegatur iſte text. ꝙ promiſſio facti alieni non valet neque tenet, & ſi dicas, quæ eſt ratio? Ratio iſtius regulæ eſt duplex. prima ſecundum d. Alex. hic, quia qui promittitit factum alienum, videtur promittere illud, quod inſpecta iuris diſpoſitione cenſetur ſibi impoſſibile, quia non eſt in poteſtate ſua cogere extraneum, quòd faciat. hinc eſt, ꝙ quis tenetur de facto illius, quem poteſt prohibere. l. fluminum. §. quamquam. ff. de dam. infec. licèt Alex. nō dicat, iſtam rationem ante eum ponit, & reprehendit Cuma. hic in 1. col. & bene, quia ſi eſſet verum, ꝙ promiſſio facti alieni nō valeret, quia cenſeretur continere impoſſibile, vt dicit Alex. certè ſi contineret pœnam, pœna, quæ eſt, nō valeret. l. ſi homo mortuus. ſ. eod. vera ratio eſt quare promiſſio facti alieni non valet neque tenet, quia tunc non geritur negotium inter ſtipulātem ſolùm, & promittentem, vt fieri debet, vt valeat ſtipulatio. ita dicit tex. in l. inter ſtipulantem. in princ. ſ. eo. iſtam rationem aſſignat, & bene Cu. hic. in 1. col. eam etiam tenent Ang. & Imol. in d. l. inter ſtipulantem. in prin. per illum tex. & ſic habes regulam, & rationem. Contra iſtam regulam, & text. fortiter opponit d. Pet. Bex. hic, ꝙ imò promiſſio ſimplicis facti alieni debeat valere, & tenere, & arguit ſic, quia cū verba ſtipulationis ſint dubia, debent ſemper ſic intelligi, & interpretari, ꝙ actus valeat. l. quoties in ſtipulationib. ſ. eo. c. Abbate ſancti. de verb. ſignif. Ergo iſta ſtipulatio debet intelligi, ꝙ promittit ſe facturum, & curaturum, ꝙ ille tertius dabit. iſto modo valebit. §. ſi quis alium. inſti. de inuti. ſtip. & l. quoties. ſ. eod. & ſuper hoc articulo relinquit cogitandum, nec aliquid reſpondet, & alij nihil ſcribunt. Confirmatur, quia licèt aliàs verba dubia ſtipulationis interpretentur contra ſtipulantem, qui potuit legem apertius dicere. l. veterib. ff. de pact. l. quicquid aſtringendæ. ſ. eo. iſtud eſt verum, quando ita interpretādo ſtipulatio poteſt valere, aliàs interpretari debet, prout valere poteſt. glo. in d. l. veteribus approbata. Confirmatur ſecundò, iſta argumentatio Bexu. per iſtum text. in princip. & in verſi. ſed quatenus. vbi ſtipulatio habere licere ſimpliciter concepta videtur eſſe nulla conſiderato rigore verborum, quia videtur continere etiam extraneos, ſed in verſi. ſed quatenus. interpretatur eo modo, quo valere poteſt, & ſic, vt comprehendat ſolùm promiſſorem, & eius hæredes, vides ergo, ꝙ Iuriſconſultus interpretatur ſtipulationem etiam contra ſignificationem verborum, vt valeat. quare ergo non interpretatur iſta verba me cūraturum, & facturū iſto modo valebit. tu reſponde in forma, quòd quando promitto, ꝙ Titius faciet, iſta verba non ſunt dubia, imò clara, & ſic non ſumus in caſu huius. l. vbi in prin. promittit ſimpliciter habere licere, quæ verba ſunt dubia, ſed qn̄ ꝓmitto, ꝙ Titius faciet, nō ſunt dubia iſta verba, ſed clara, & in claris non adaptantur illa verba me facturū, & curaturum, & ideo habentur pro omiſſis in ſtipulatione. ita dicit text. in §. ſi quis alium. inſti. de inuti. ſtip. vbi text. ponit iſtam reſponſionem, & ille tex. tollit iſtam difficultatem, & pro iſta ſolutione adde optimum tex. in l. tutores. §. curatores. & ibi Bar. not. ff. de admini. tut. vbi ſi teſtator habet filios pupillos, & in teſtamento dicit, relinquo tales curatores, an valebit? dicit tex. ꝙ non & illum tex. ad aliud propoſitum reputat ſing. Are. in l. à Titio. in vlti. col. ſ. eo. Ad iſtam regulam glo. in §. ſi qs alium. ponit quinque fallen. inſti. de inuti. ſtip. quæ an veræ ſint,
4 patebit ex. ſ. dicendis, quia referam illas, quæ bonæ ſunt. ¶ † Li-
b mita igitur primo [a] non procedere in ſtipulationibus prætorijs. puta ſi promitto Titium ratum habiturum, vel promitto aliquem ſiſtere in iudicio, tunc videor promittere acturum, & curaturum. l. quoties quis. ſ. eo. glo. in §. ſi quis alium. præalleg. Cy. in l. 1. in 7. q. C. de procu. ratio, quia prætor ex æquitate, quā habet ante ocolos. l. ꝙ ſi Epheſi. ff. de eo, ꝙ cer. loc. interpretatur de æquitate, ꝙ videatur promittere facturum, & curaturum,
5 vt valeat. † Adde, ꝙ ex eadem [c] æquitate promiſſio facti alieni
c de iure cano. indiſtinctè valet ſecundum Ant. in c. ex literis. 2. & in c. ſicut ex literis. de ſpon. qđ bene not. pro terris ſubiectis Eccleſiæ etiam in temporalib. quia in eis ſeruatur ius canonicum, vt habetur in c. cùm eſſes. de teſta. ¶ Secundò fallit, quando iſta ſtipulatio habere licere interponitur ſuper contractu, de cuius natura eſt, vt quis teneatur de euictione, & ſic de facto alterius, quia etiā ſine iſta ſtipulatione tenetut de facto alieno. l. emptorem. §. qui ante. ff. de act. empt. & l. inter ſtipulantem. in prin. ſecundum vnum intellectum gl. ſ. eo. ¶ Tertiò fallit, quando factum tertij tendit ad obſeruationem eius, ad qđ tertij tenentur, puta, ſi debitor in centum promittit, ꝙ Titius pro eo fideiubebit, tex. eſt ſingularis, in l. qui autem. §. ſed & ſi quis. ff. de conſtit. pec. quem ibi Bar. no. & ille tex. non eſt alibi ſecundum Bal. in rub. C. de conſti. pec. facit tex. in l. ſicut. ff. de fideiuſ. In contrariū tamen videtur vrgere tex. in l. eum qui. §. ſed ſi quis. ff. de conſti. pec. quia reſponde, ꝙ ille tex. intelligitur, quādo quis conſtituit alium ſoluturum non pro ſe, ſed pro alio, pro quo nō erat obligatus. ita declarat Ang. in d. l. inter ſtipulantem. in prin. ſ. eod. ¶ Quartò fallit, quādo quis promittit factum alienum, non vt perſonæ alienæ, ſed vt qualitates rei ſubiectæ, puta ſeruum nō eſſe fugitiuum. l. ſi ita quis. ff. de euic. Iſtas quatuor limitationes
6 ponunt Ang. Imol. Pau. de Caſtr. Lud. & Mod. hic. ¶ † Quintò
d fallit, [d] quando in promiſſione facti alieni interponitur iuramentum, tunc propter iuramentum valet, & tenet, eo quia operat̄, vt actus valeat omni meliori modo quo poteſt. l. cùm pater. §. filius matrē. ff. de leg. 2. Bar. in l. ſi quis pro eo. in octauo. membro. ff. de fideiuſ. ergo valebit, vt intelligatur promiſiſſe ſe facturum

ADDITIONES.

a Secundò. Secundum not. & regula quam tenuit Bart. in l. 4. §. Cato. 8. oppo. ſup. a eo. PVRPV.

b ¶ Limita igitur primò. Adde, quòd idem tenuit Bal. in c. ex reſcripto. de iureiu. vbi dicit, quòd promittens factum alienum in ſtipulationibus iudicialibus & prætorijs, fingitur promiſiſſe ſe facturum, & curaturum per no. in l. quoties quis. ſ. eo. & in l. eum pro quo. ſupra de in ius voc. & quid importent illa verba facturum, & curaturum, vide per Abb. Pan. poſt Ant. de But. & alios in c. gemma. de ſpon. col. 4. & in c. ex literis. eod. tit. per glo. in c. tibi. 63. diſtin. per Bar. & alios in l. illa ſtipulatio. ſ. eo. per Fed. de Sen. conſi. 122. inci. Marti. ſe promiſit facturum, & curaturum. quod etiam reperitur inter conſilia Bar. nu. 236. ſimiliter incip. Marti. promittit. per Fran. de Are. in conſil. 80. incip. in Chriſti nomine amen. in 6. col. in verſi. ad octauum igitur venio, & in conſi. 143. incip. ex facto proponitur.

c ¶ Adde, quòd ex eadem. Ad hoc vide glo. in c. quoties cordis oculus. 1. q. 7. ibi, & per te, vbi dicit regulam, ꝙ quis non poſſit promittere factum alienum, procedere de iur. ciuil. ſecus de iur. cano. interueniente maxime iuramento.

* Et dic, ꝙ d. glo. reprobatur per Abb. in c. vlt. col. 7. de confeſ. per Docto. in apoſti. l. ad Alex. conſi. 115. nu. 3. lib. 7.

d ¶ Quintò fallit. Adde, ꝙ idem ſenſit Abb. in c. ſignificātib. de offi. deleg. idem tenet gl. in c. cordis oculus. 1. q. 7. in ver. & per te, & gl. in c. vnico. in verſi. nihil. 30. q. 2. quas refert And. Sicu. in repet. rub. de iureiur. in 8. col. q. 8. in 24. priuilegio iuramenti, vbi dicit, ꝙ interpellatus apud Ariminum reſpondit pro iſta parte.

factur um & curaturum.ita limitant Raph.Lud.& Mod. per c. ex literis.el 2.& in c.ſicut ex literis.& vtrobiq; gl.& Doct. extra de ſponſ.cum concor.hic per Alex. & ita etiam Ang.de Are.in §.verſa vice.inſt.de inuti.ſtip. & de hoc eſt etiam glo.clara in c. ex reſcripto.in glo.fi.de iureiu.vbi Abb.not.per tex. & glo.in c. tibi dño.63.diſt.ita teneas,quamuis contrarium,& malè teneat Io.Fa.in d.§.ſi quis alium.vbi dicit clarum eſſe, ꝙ promiſſio facti alieni etiam iurata non tenet per l.non dubium. C.de leg.&

7 male.¶†Sextò iſta regula fallit in ſpiritualibus, vt in matrimonio,& in ſponſalib. vbi promiſſio facti alieni valet & tenet, ſecundũ Bal.in l.fi.in vlt.col.C.de ſpon.ſequitur ſimpliciter Alex. hic.nihil allegant.Ego allego de hoc hoc glo.ord. & expreſſam. 30.q.2.in c. vbi non eſt conſenſus. ¶Septimò vltra Scribentes fallit iſta regula,qñ quis locauit,vel commodauit,vel depoſuit ſeruum ſuum penes alium, & ab alio ſtipulatus eſt,ne ab alio efficiatur ſeruus,fur, vel fugitiuus, iſta promiſſio de facto alterius valet,& tenet,quia ex natura ꝯtuum prędictorum ſeruus cenſetur commiſſus cuſtodiæ eius,qui in commodatum accepit,vel in depoſitum.tex.eſt not.in l.non impoſſibile. ff.de pact. & ibi Bal.& clarius Pau.de Caſt.ad hoc not. illum text.& dicit Pau.ꝙ ad hoc text.eſt ſing.facit, quod dixi.ſ. in 2. limitatione. ¶Octauò, & vlti.fallit, qñ apponeretur pœna vel intereſſe, vt hoc tex.& ĵ.videbimus.Vltra prædicta ad hanc regulam vide, quæ ſcribit Abb.in conſ.43.qđ inci.vr̃ primò.Et ita habes iſtam

8 regulam bene expeditam cum octo fallentijs.¶†Tertiò not.ex tex. ibi,nec per quenquam omnino, vt ibi videatur promiſiſſe per omnes,ꝙ in ſtipulationib.verba indefinita ęquipollent vniuerſali, eo quia indefinitus ſermo indeterminatè ſe habet ex natura potentiæ, ſm Bal.hic. Contra iſtam regulam, & text.fortiter opponit Are.nam ꝙ indefinita æquipolleat vniuerſali, iſtud procedit non ex propria ſignificatione verborum,ſed ex interpretatione.l.ſi ſeruitus.ff.de ſer.vrb.præd. & ita declarat Bart.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur.in 4.q.principali.& idem Bart.in l.ſi plurib.in princ.ff.de leg.2. ſed in ſtipulationib. ſtrictè agitur, nec habet locum interpretatio,imò quicquid omittitur à verbis,habetur pro omiſſo. l. quicquid aſtringendæ.ĵ. eo. & ſuper hoc relinquit cogitandum. Tu reſponde, ꝙ in ſtipulatione illud non dr̃ omiſſum, qđ venit ſub indeterminata oratione, & ſic per interpretationem verborum prolatorum,cùm etiam in ſtipulationib.lex procedat per interpretationẽ verborum, text. eſt in l.1.§.ſi quis ita ſ.co.bene verum eſt, ꝙ in materia odioſa, qñ prolatio fit ab homine, tunc indefinita non æquipollet vniuerſali.ita no.Gemi.in c.quamuis.primo.in §.1. per illum tex.de pręben.in 6.Tu aduerte, ꝙ ꝯ iſtum text.fortius videtur ſtringere,nam tex.præſupponit,ꝙ ſtipulatio habere licere,ſimpliciter concepta contineat iſtas vniuerſalitates.ſ.per quenquã, & omnino,iſtud non vr̃ probabile,ꝙ ſermo indefinitus importet idẽ, qđ duę vniuerſalitates,imò nec ꝙ vna,vt declarat Bar.d.l.ſi plu

9 rib.ff.de leg.2.¶†Quartò not.in verſi.ᵃ ſed ſi ſe.& hic attende,ꝙ

a qui promittit non facere,intelligitur promittere,ꝙ etiam hæres non faciet,ratio, quia cenſetur eadem perſona cum defuncto, in Auth.de iureiur.à mori.præſti.in prin.colla.5.gl. in l.2. in glo. mag.circa medium.ff.de præt. ſtip. vnde ſicut obligatio actiua tranſit ad hæredem,licèt de eo non ſit facta mentio.l.veteris C. de contrahen.& commit.ſtip.l. ſi pactum. ff.de prob.dixi in l.2. §.ex his.ſ.e.ita & obligatio paſſiua tranſit ad hęredem promiſſoris,quamuis promiſſor de ſe ſolo promiſerit. imò fortius no. ex hoc tex.Bald.& Sal.in l.fi.C.de act.emp. ꝙ ſi aliquis promiſit de ſuo dato vel facto tantũ,tenebitur de facto hæredis, & ſucceſſorum ſuorum,quia illa taxatiua tantum,venit ad excludendum extraneos, non hæredes & ſucceſſores, & ad hoc dicunt iſtum tex.ſin.idem tenet Rom.hic, & idem tenet Pau.de Caſt. hic.idem etiam ad iſtum tex.tenet Bar. hic in verſi.reaſſume.& in ſummario iſtius text.vbi ſimiliter Alex. & alij ſummant, qñ promiſſio erat facta taxatiuè.licèt Alex.reſpondeat, qđ illa verba taxatiua ſunt Bar.& non partium, dic, ꝙ non videtur poſſe procedere propter fallentiam,quam ponit Bar.in illo verſic.reaſſume.facit text.not.in l.ſi neceſſarias.§. de vendendo. ff.de pig. actio.licèt Alexan.dicat,quòd illa taxatiua fuit appoſita per Iuriſconſultum, & non à partibus. Confirma optima ratione, quia taxatiua non excludit caſus ſimiles gloſſ. in l. ob æs. C. de prædijs mi.Tu allega text.meliorem de iure in l.1.ff. ſi men.fal. mo.dixe. vbi dicitur,prętor excipit dolum duntaxat per taxatiuam, nunquid intelligitur excipere latam culpam? dicit, qđ ſic,ergo non excludit hęredes,qui ſunt idem fictione iuris cum defuncto.Eſt verum,quòd iſte tex.non probat not. Bal.& Saly. quia reuera in hoc tex.non adeſt taxatiua tm̃,prout etiam dicit Bar.in l.ſi ſic.magna.ĵ.eo.contrarium tenet Bart. quòd ſi adeſſet dictio taxatiua,nõ teneretur promiſſor de facto hæredum, per tex.optimum in l.non ſolùm.2.in §.tale.ff.de libe.leg.ſi teſtator dicat,volo peti à Titio ſolo,poterit peti ab hærede.ita etiam te

net Bar.in l.qui in futurũ.§.1.ff.de pac.Alex.& Are.hic.¶†Quinto not.tex.in verſi.at ſi quis velit. ꝙ promiſſio facti alieni valet, 10
quando eſt adiecta pœna,vel intereſſe,vt hic, & §.quæſitum.ĵ. ea.l.ratio, quia videtur tunc promittere de ſe ex quo promittit

b pœnam,& conſequenter ceſſat ratio,quã aſſignaui.ſ.in 2.not.ᵇ Cadit ſolennis,& vtilis dubitatio, pone, quod quis promiſit factum alienum ſub pœna, deinde adhibuit omnem curam, & diligentiam,& ſic fecit quantum potuit, tamen ille tertius noluit facere,nunquid excuſabitur à pœna? eſt qõ, quã tangunt Canoniſtæ,& cõcludunt,ꝙ ſi promiſſor incidit in pęnã euadet pęnã adhibendo oẽm diligẽtiam ſibi poſſibilem,& ſi hoc eſſet verum,eſſet maxima limitatio ad iſtum tex. mouetur, eo quia difficultas excuſat à pœna.tex.eſt in l.ſi vehẽda.§.1.ff.ad l.Rhodiam de iac.in l.2.§.1.ff.ſi quis cau.ergo ſi iſte, qui promiſit factum alienum,adhibuit diligẽtiam omnem quam potuit, difficultas debuit excuſare eum à pœna. ita determinat Feder.de Sen.in conſi.122.qđ incip. Marti. promiſit ſe facturum, & reperio iſtud conſilium de verbo ad verbũ eſt inter conſilia Bar. & ſic neſcio,an ſit Bar.an Fed.in conſi.236.incip.ſimiliter Marti. promittit.ſed re vera credo, ꝙ fuerit Fede.& non Bar.quia non ita paucis abſoluiſſet,ita not.tenet do.Abb.in c. gemma.in pen. col.& ibidem do.Anto.de Butr. de ſponſalib. vbi quærit Abb. ego promiſi, ꝙ Titius accipiet Bertam in vxorem ſub pœna ducatorum mille,vel ꝙ Berta nuberet Titio, & promiſi ſub pęna mille ducatorum,ego promiſſor curaui quãtum potui,noluit Berta nubere Titio,tenet,ꝙ excuſor à pœna, & allegat Feder.de Sen.& licèt do.Abb.& Ant.non fuerint recordati, addo pro iſta concluſione glo.in c ſignificantibus.in glo.fin.ad fin. de offi.deleg.& ibi do.Abb.ad fi.not.illam glo.ad hoc. Tu aduerte licèt Canoniſtæ omnes ita teneant, & nemo diſcrepet, tamen contrarium poſſet optimè teneri,& credo, ꝙ ſit de iure verius, ꝙ qui promiſit factum alienum ſub pœna,quamuis adhibue

c rit omnem diligẽtiam, vt ille faceret, tamen non excuſaturᶜ à pœna,& reperio,quod ita tenet Aret. in l. ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti.in §.poſſum.ĵ.eo. vbi retorquet fundamentũ Canoniſtarum contra eos, & confundit eos proprio fundamento, eo quia licèt difficultas, poſt obligationem poſteà ſuperueniat, illa difficultas poſteà ſuperueniens bene excuſat à pœna.ita loquitur text. in l. ſi vehenda. & l.2.§.1.ff. ſi quis cau. quia partes veriſimiliter non potuerunt cogitare de illa difficultate.ſed difficultas,quæ inerat à princ.promiſſioni principali ſicut pœnali, illa non excuſat à pœna, quia imputãdum eſt promiſſori, quia princ.ſciebat,ꝙ per pœnã ſe obligabat ad impoſſibile de facto alieno.ita tenet no.Bar.qui ita limitat,& declarat in l. cõtinuus.

* §.illud.ĵ.eo.fatetur tamen Are. *quòd alia opin.eſt communis*, & ꝙ ſeruatur in practica.Ego pro iſta opin. contra communem allego bonum tex. & ſi caſus contingeret, conſulem contra Canoniſtas,in l.ſancimus.C.de fideiuſ. vbi promittens alium ſiſtere in iudicio, qui tenetur facere, & curare, quia eſt ſtipulatio prætoria.l.quoties.ĵ.eo.& dixi.ſ. ſi fecit quantum potuit, vt ille ſiſteret,& noluit ſiſtere,incidit in pœnam, & Bald.ibi no. quia iſta difficultas inerat à princ. tempore factæ promiſſionis, ergo non debet excuſari à pœna. Secundò mouetor per text.iſtum in ver.at ſi quis velit.vbi promiſſio facti alieni valet, & tenet, ſi promittatur pœna, certè iſta promiſſio pœnæ redderetur ſine effectu,& quodammodo eluſoria,nec credo, ꝙ fuerit de mẽte iſtius

ADDITIONES.

a ¶Quartò not.in verſi. Quòd ſi aliquis promiſit ſuo dato vel facto. quid ſi in vno inſtrumento venditionis reperitur, qualiter ipſe venditor dixit ſolùm ſe velle teneri ex ſuo facto,& dato tantum,quid ſi euincatur ex facto ſui auctoris. an tunc teneatur ipſe venditor de euictione? gl.eſt, ꝙ ſic in l.ſeruus.la 2. in gl.in verſi.intereſt.& ibi hoc not.Bart.& Bald.ff.de condi.fur.& aduerte,ꝙ Fran.Cre.ſuo conſi.31.incip. ſæpe iſtud contingit. refert ſolùm dictum Bart. in d.l.ſi ſeruus.pro ſingulari.& Lud. Rom.hic. dicit tamen videndum eſſe Bal. qui vacillando videtur inclinare in contrariam partem in c.1.qui ſucceſ.ten. col.10.in vſib.feud.ſed dicit,ꝙ dictum Bart. eſt commune. & ita dicit tenere Nouiores hoc.Alex.tenet hic in 3.col.verſ.ècontra & dicit videnda eſſe,quę notat Bal.in l.ſi ſeruum.in §.item ſi homo.ĵ.eo.Tu pro veritate huius dicti vide,quæ dixi in additionib.ad dictum ſingulare Franc.Crem.ſupra allegatum.

b ¶Secundo not. Adde, ꝙ iſtam opi.tenuit Alex. in l.qui autem.in apoſtil.ad Bar.ff.de conſti.pec.vbi mentionem facit de conſilijs Fede.de Sen. & Bar.hic allegatis,licèt non ponat numerum. adde etiam, ꝙ idem conſuluit Franc.de Are.conſi.80.incip.in Chriſti nomine amen.in 6.col. & in conſ.143.incip.ex facto proponitur,ꝙ Illuſtriſſimus.in 3.vel 4.col.

c ¶Non excuſatur. Adde,ꝙ cõtrarium tenet Viui.inter commu.opi. lib.14. ver. promittens,vbi etiam docet remedium, vt quis obligetur, & teneatur ad intereſſe, & ibi dicit ſe obtinuiſſe in quadam cauſa, in qua fuit iudicatum per Dec.conſi.313.323.401.contra Afflic.deciſ.295. de quo plura no.Cagnol.in l.impoſſibilium.nu.4.de reg.iur.vbi refert latam fuiſſe ſententiam in caſu, de quo ibi,& pro doctri. Iaſ.hic vide etiam Gabr.commu.opi.lib.3. titu.de pac. conclu.2. Rom.conſi.510.Rip.Reſponſ. 30.eundem Cagno.in l.ſemper. qui non prohibet.in ſi.ff.de reg.iur. vbi pulchrè in prac. MASVER.

iſtius tex.imò imputet ſibi promiſſor,qui promiſit factum im-
poſſibile,& adiecit pœnam , & ſic in puncto iuris teneo auda-
cter iſtam opi.contra Canoniſtas.eſt verum,ꝙ pro illa commu
ni opi.Canoniſtarum conſuluit ipſemet Arc. in conſi.114.inci.
ex facto proponitur.in 4. col. Ad iſtam quæſtionem , vt nihil
omittatur, vide ſimilem quæſtionem examinatam per Bal. &
alios in l.ſi pater.C.de codi.vbi aliquando dixi , vbi quærit not.
Bal.Ego vendidi domum, & dedi duos fideiuſſores,qui promi-
ſerunt de euict.iſti dixerunt, nolumus ſemper ſtare in iſta obli-
gatione.venditor dicit,ego promitto,ꝙ intra duos annos libe-
rabo vos ſub pœna mille.euenit, ꝙ &c. vt ibi per Bal.quem vi-
de.¶Capio gl.in verſi.non vr̃.quam diuide in tres partes.In pri-
ma remouet vnum contrarium.In ſecunda ampliat tex.In ter-
tia opponit fortiter contra tex.& de ſol.ſe remittit.Secunda eſt
ibi,item quod hic dicitur.Tertia & vlt.eſt ibi, ſed vr̃ interpreta-
ri lex.¶In ea.gl.in fi.iſtud eſt fortè, & difficilè contrarium de d.
l.inter ſtipulantem.in prin.vbi dicit tex.idem eſſe etiam in ſtipu
latione habere licere,&c.gl.ibi ponit tres ſol.Bar.ſequitur duas,
quæ diuinant manifeſtè, & reſtringunt illum tex.quamuis glo.
hic in ver efficiat.etiam hoc modo reſpõdeat.Tu autem omiſ-
ſis ſol.gl.Bar. & Docto.quia nihil penitus valent,reſponde clarè
ad illud difficilè contrarium ,ꝙ qui ſimpliciter promittit habe-
re licere,non intelligitur promittere ſimplex abnegatiuum.ſ.ꝙ
ipſe non faceret,ſed intelligitur facturum , & curaturum pro-
mittere,& non intelligas iſtud promittit facturum,& curaturũ
paſſim,& indiſtinctè,ſed intellige reſpectu perſonarum,quę in-
telligũtur in ipſa ſtipulatione,puta hæredum, & ſucceſſorum,
item perſonarum quas poteſt prohibere, & ſic non tenetur ad
ſolùm abnegatiuum,ſed etiam tenetur ſe curaturum, & factu-
rum,quia hoc modo valeret etiam reſpectu extraneorum, qđ
eſt de directò contra iſtum tex.& contra illum met in prin. ſed
tenetur facturum, & curaturum limitatiuè reſpectu dictarum
perſonarum,& hoc modo declarando tene intellectum Bar.&
gl.in l.inter ſtipulantem,& glo.hic , & hæc eſt veritas ad iſtum
tex.¶In gl.in verbo promittere, ad fi.dic,ꝙ in d.l.emp.§.fi.ideo
promiſſor , qui promiſit habere licere,tenetur de facto tertij
11 euincentis , eo † quia ſtipulatio interpoſita ſuper aliquo cõtra-
ctu intelligitur ſecundum naturam contractus , ſuper quo in-
terponitur.l.ſi ſtipulatus. de vſu.l. damni infecti quidam. ff. de
dam.infe. cùm ergo ſtipulatio ibi fuerit interpoſita ſuper ꝯctu
emptionis & venditionis, in quo interuenit euictio, ideo tene-
a tur ex facto tertij eminente. Et aduerte, ꝙ in d.l.emptorem.§.
qui autem. [a] habes text.ſingularem,ꝙ võditor,qui promiſit de
euictione taxatiuè pro facto ſuo,& hæredum ſuorum tantum,
non obſtante taxatiua tenetur, etiam ſi euincatur per tertium,
tamen tenetur ſolùm ad reſtitutionem pretij non ad intereſſe,
vel aliud damnum,& ita eſt tex.ſing.ibi,& glo.in l. non dubita-
tur.C.de euic.niſi expreſsè ſit dictum,ꝙ nec teneatur ad reſtitu
tionem pretij,valet talis conuentio glo.eſt in d.l. emptorem.§.
qui autem.in ver.ibidem.item id, qđ dictum eſt de pretio reſti-
tuendo procedit , qñ venditor ita dixit ſine expreſſione certæ
cauſæ,ſecus ſi eſſet expreſſa in ſpecie certa cauſa,propter quam
non vult teneri de euictione propter factum alterius,tunc non
tenetur de euictione etiam ad reſtitutionem pretij.text.eſt in l.
q libertatis.in prin.ff.de euic.no.Bal.in l.1.in vlt.col.C. de peric.
& commo.rei vendi.& reputat menti tenendum.item illud de
pretio fallit in iudicio diuiſorio ſi fratres, vel ſocij veniant ad di
uiſionem, & actum ſit neminem teneri ad euictionem, tunc ſi
euincatur pars vnius, alij non tenentur de euictione , ex quo
quilibet præſumitur ſuſcepiſſe defenſionem partis ſuæ. glo.eſt
fin.in l.ſi familiæ.& ibi Bar.& alij no.& ſequuntur. C.fam.erciſ.
in l.qui Romæ.§.duo fratres.in 11.q.j.eo.Bal.ſubtiliter in l.ſi fra
tres.C.com.vtriuſq; iudi. Item inquantum opponit Bart.de §.ſi
quis fortè.in verbo diſtractu.j.ea. l. & reſpondet tripliciter ſm
gl.in d.l.emptorem.§.qui autem.quia tres ſol.Bart. ſunt diuina-
tiuæ.Tu reſponde melius ſm Imo.ꝙ ille tex.loquitur de diſtra-
ctione,quæ ſit per ipſam promiſſionem habere licere,nam ta-
liter promittens intelligitur diſtrahere omne ius ſuum in ipſum
ſtipulatorem , & licèt Imo.non dicat , ante eum ita formaliter
reſpondet gl.in d.§.ſi quis fortè.in verſi.diſtractum. ¶Succeſſi-
12 uè inquantum diſtinguit Bar.† ex cuius facto ſtipulatio habere
licere cõmittatur,dic vt hic per eum,cum quo cæteri trãſeunt.
Inquantum in vltimo membro vult,ꝙ qui promittit ſimplici-
ter habere licere,teneatur pro facto ſuo , & hæredum. item &
aliorum,quos prohibere poteſt per l.fluminum.§.quanquam.
ff.de dam.infec.l.ſi fundus.& l.hæc diſtinctio. ff. loc.iſtud idem,
ꝙ promiſſor ſemper teneatur pro facto eorum,quos prohibe-
re potuit,repetit Bar.s̃.& j.adde text.valde ſin.in l.qui inſulam.
§.fi.ff.loc. vbi quidam conduxit villam alicuius, & promiſit,ꝙ
eam reſtitueret in eo gradu, prout accipiebat , propter qđ no-
lebat teneri de violentia,nec de vetuſtate, euenit caſus , ꝙ im-
miſſus eſt ignis,& cõbuſta eſt villa, quærit ibi Iuriſconſultus,an
teneatur de incendio,dicit videri dicendum ꝙ non,tamen po-
ſteà decidit ꝙ ſic, ſi committitur per eum quem prohibere po
tuit,puta ſeruum,vel alium.adde etiam,ꝙ in corporalib.in qui
bus patientia habet̃ pro traditione.l.quoties. ff.de ſerui. tenetur
quis ad patientiam non ſolùm pro facto ſuo , ſed pro familia,
& pro his quos poteſt prohibere.tex.habes not. in l.is cuius.ff.ſi
ſerui.ven.quem no.Bal.in Auth.ei qui.in 11.col. C.de bo.aucto.
iudi.poſ. ¶Capio glo.in ver.quanti,quam diuide in tres partes
principa.In prima aſſignat rationem ad tex. In ſecunda oppo-
nit,& ſol.In tertia remouet aliud contrarium. Secunda ibi,ſed
opponitur.Tertia ibi,pœnalis enim ſtipulatio.¶In ſecunda par
te glo.quia non reſpondet ad contrarium , Bart.reſpondet,ꝙ l.
13 vnica.C.de ſent.quæ pro eo,ꝙ intereſt. quæ vult , † ꝙ intereſſe
non poſſit excedere duplum, procedit in ſtipulatione interpo-
ſita ſuper contractu continente certum, hæc autem continet
incertum,ſi tu diceres contra Bart. ꝙ imò etiam hæc continet
certum,quando promitto tertium facturũ vel daturum, qua-
tenus promittit daturum,continet certum.§.ſi quis alium inſt.
de inuti.ſtip.ergo ſol.Bar.non bona. reſponde defendendo Bar.
ꝙ Bar.loquitur ad terminos.l.noſtræ.quæ loquitur,quando ſo-
lùm promiſit tertium habere licere , & conſequenter promiſit
alium non facturum, ergo promiſit incertum , quia facta ſunt
incerta.l.2.§.ex his.vbi dixi.s̃.eo. Tu autem potes vltra Bar.ali-
ter reſpondere ad l.vnicam ſecundum Imol.Cu.& Alex. ꝙ lo-
quatur de intereſſe ſingulari proueniente à lege,illud nõ poteſt
excedere duplum intereſſe communis , ſecus in pœna,de qua
nos loquimur.§.alteri.in gl.j.eod.vbi Bart.¶Glo.magnam Bart.
reſeruat expediendam in §.ſeq.egoque ſimiliter faciam ſequen
14 do ordinem Bar.¶†Extra gl.quærit Bar.[b] an venditor promit-
b tens defendere emptorem contra omnem perſonam de iure,
& de facto,teneatur armis defendere, ſi per tertium vi expella-
tur.concludit diſtinguendo , vt hic per eum. cum Barto.tenet
* Ang.*& communiter* Moder.hic. Bal.in l.non ſolùm.§. ſi ſtatus.ff.
de procu.vbi dicit,ꝙ iſta quæſtio fuit multum ventilata in cau
ſa emptionis lacus Peruſini.idem tenent do.Abb. Imo.& Petr.
de Anch.in c.fin.de emp.& vend.do.Abb.in c.petitio. circa fin.
de iureiur.Ang.de Are.in §.actionum.inſti. de actio.in materia
emptionis,& ven.in verſi.quæro quid importent illa verba. do.
Alex.in conſi.127.5.vol.quod incip. viſo inſtrumento locatio-
nis.Tu autem vltra Scribentes adde 1.not. Ange.in l. ſi filio.§.ſi
vir.in quinquennio.ff.ſolu.mat.vbi not. determinat , ꝙ Floren-
tini,quibus fuerunt vendita certa loca, & modicum poſt abla-
ta per Piſanos , contra venditorem de iure nullum poſſunt ha-
bere regreſſum,per l.fi.C.de act.emp. eo quia venditor venden
do transfert omnem caſum fortuitum,& violentum in ipſum
emptorem.ratio,quia ſicut in eum transfert plenum ius,quod
habet,ita etiam transfert plenum periculum.Secundò adde,ꝙ
ſi commune vendit communantias,& promittit defendere ab
omni homine de iure & de facto,intelligitur,ꝙ defendet de iu-
re,& de facto ab his quos poteſt,non autem ab his,quos de fa-
cto prohibere non poteſt.ita Barto. decidit in d.l. fluminum.§.
quamquam.per illum text.quem dicit ad hoc ita ſing. allegari.
Tertiò aduerte,quia Bar.ſeipſum confundit, & doctri.ſua poſt
Antiquos implicat contradictionem. Nam primò vult in pri-
mo membro, quãdo venditor promiſit defendere emptorem
de iure, ꝙ ſi poſteà euincatur res in iudicio non de iure , ſed de
facto per iniquitatem iudicis , quòd emptor teneatur. poſteà
vult in quarto membro , quòd cùm expelli aliquẽ per vim ſit
caſus fortuitus,non veniunt caſus fortuiti , ſed iniuſtitia iudicis
dicitur caſus fortuitus. l. ſi per imprudentiam.& ibi Barto.ff.de
euic.& in l.exceptione. ff. de fideiuſ.ergo etiam illa non debet
venire in generali promiſſione, & ita dicit Bald.qui ponit con-
tradictio.Bar.in l.fi.C.de act.emp.& ibidẽ Sal. & Pau. de Caſtr.
& d.Alex.Beſu.& Are.hic.iſta eſt veritas. Quartò adde inquan-
tum Bar.tenet in tertio memb.quòd quando violentia infertur
armis emptori, quòd venditor, qui promiſit defendere de iure
& de facto,non tamen tenetur defendere manu armata , quia
talis defenſio cum armis non venit de natura contractus. d.l.fi.
C.

ADDITIONES.

a ¶Et aduerte,quòd in d.l.emptorem.§.qui.Autem, adde pro iſto dicto , ꝙ ille
qui promiſit de euictione taxatiuè pro ſuo facto, & hæredum ſuorum tantũ,
ꝙ non obſtante taxatiua tenetur etiam ſi res euincatur per tertium extra-
neum,licèt ſolùm ad reſtitutionem pretij. conſuluit Alex. conſi. ſuo 138.in-
cip.ſi vendo.

b ¶Extra glo.quærit Bar.De iſta materia qualiter diuerſis modis quis obligetur
vel de facto,vel de iure ad defendendum, vel non vexandum, vide Fely. in c.
cauſam quæ.col.antep.& præcedent.in verbo non obſtante. de reſcrip. vide
etiam conſilia Fran.de Are.duo vltima in volumine , quæ facta fuerunt pro
defenſione Florentinorum,quando fuerunt interdicti à Sixto ſummo Ponti-
fice,in quib.videtur dixiſſe quædam, quæ contrariantur his , quæ dicit hic.

C.de act.emp.Istam conclusionem limitat no. Pet.de Anch.in consi.87.incip. omisso primo dubio. circa med. vt procedat in priuato venditore, ille non tenetur armata manu, secus est in principe, vel alio superiore, illi debent armis defendere per c.1. de off.deleg.in 6.& no.in c. pro illorum.de præben.quam deci. refert,& sequitur Io.de Ana.in c.olim.circa fi.de accu. Dic melius, ꝙ qn̄ promissio principis de defendendo non fieret ex natura contractus particularis, tunc bene teneretur defendere cū armis, secus si talem promissionem faceret, qn̄ vendit rem particularem, quia tunc ex natura contractus nō teneretur etiam princeps defendere armis, ita no.deter. Bart.in proœ.ffo rum.in pen.col.sequitur Alex.hic in fin. Quintò adde inquantum Bar. circa fi.vult.ꝙ qn̄ venditor fuit expulsus de facto manu armata per tertium, si tertius fecit propter odium venditoris, venditor tunc tenetur ex natura ꝯtus, etiam si non esset dictum, quia tunc dr̄ procedere culpa venditoris.l. si merces.§.vis maior.alleg.per Bar.ff.loc.& l.pen.in prin.ff.sol.mat.intellige verum, qn̄ talis inimicitia est suborta ante venditionem factam, secus si esset suborta post, quia venditor non tenetur de aliquo casu superueniēte post venditionem celebratam.dicit tex. in l.Lucius. in prin.ff.de euic.& l.damni infec.stipulatio.§.empt. ff.de dam. infec.& in l.1.C.de peri.& cō.rei ven.vbi bon.tex.ita cōcludunt Bal.Alb.Sal. & Pau.de Cast.in d.l.fi.C.de act. emp. Ro.& Alex. hic, quamuis Aret.super hoc dubitans relinquat cogitandum, sed non est cogitandum, quia res est clara, quia venditor non tenetur de aliquo casu, quando non habet causam retro.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio habere licere committitur, si contra fiat ratione dominij, vel alterius cuiuscunque iuris, sed non committitur pro re aliena, nisi promissoris posteà efficiatur, vel pœna stipulationi sit adiecta.*

2 *Paria sunt promittere rem habere licere, & promittere controuersiam non mouere.*

3 *Si aliquis promittit alicui non mouere controuersiam de domo, vel fundo, intelligitur promisisse non mouere controuersiam de vsufructu, vel vsu, vel alio iure, & etiam de nuda possessione.*

4 *Si quis promittat rem alienam habere licere, & tempore promissionis nullum ius habeat, quamuis stipulatio sit pura, tamen inspicitur, quòd in futurum possit acquirere.*

5 *Quando promissor promittendo non liberatur, considerato præsenti statu implere non potest, tunc si superueniat posteà ius, cuius ratione incipit obligari, & non venit obligatio iuris de futuro, quamuis de eo non sit facta mentio aliqua, tunc augmentato iure auctoris firmatur ius detentatoris.*

6 *Si per promissorem rei alienæ, vel eius successoris moueatur.q. quæ moueri non poterat, quia erat res aliena, committitur ista stipulatio habere licere.*

7 *Re mea apud alium existente si ei promisi controuersiam non mouere, vel quòd rem habere liceat, non censetur per hoc translatum dominiū in stipulatorem.*

8 *An stipulatio habere licere, vel controuersiam nō mouere committatur, etiam si moueatur.q.de facto per eum, qui ius non habet.*

9 *Qui promittit habere licere rem simpliciter, vel ex causa donationis, videtur promittere liberam etiam à seruitutibus realibus.*

10 *Euicta seruitute prædiali non potest emptor agere de euictione ad duplū.*

11 *Stipulatio habere licere, quando committatur.*

§.Si quis fortè.

Bar.summat hoc modo. Hęc stipulatio ꝯtinet non fieri, quominus habere liceat occasione dominij, vel alterius iuris habiti, vel habendi.h.d.cum.§.seq. Sed eius summarium est defectiuum,& non complectitur totum tex. ideo ego summo istum tex.& complectar totum tex.
1 † Stipulatio habere licere cōmittitur, si contra fiat ratione dn̄ij, vel alterius cuiuscunq; iuris, sed non committitur pro re aliena, nisi posteà promissoris efficiatur, vel pœna stipulationi sit adiecta.h.d.totus tex. vsq; ad §.sicut autem.
2 ¶ † No.primò ex isto tex.iuncto principio huius.l.ꝙ paria sunt promittere rem habere licere, & promittere cōtrouersiam non mouere, dr̄ autem moueri ꝯtrouersia siue de iure siue de facto, siue in iudicio vel extra, gl. est ord.in l.Lucius. §.tres hæredes.& ibi Bar.ff.ad Treb.gl. in l.clā possidere. in prin. in gl.2.ff.de acq.pos.facit tex.in c.1. & ibi ad hoc no. d. Abb.de alie.iud.mut.causa fa. similiter excipiendo, vel contradicendo dr̄ quis mouere controuersiam.gl.est in l.nō solùm.§. si status. ff.de procu.gl.in c.1.§.item sacramenta. in gl.mag.in ver.ꝯtib. circa med.de pace iur.fir.Bart.in l.amplius non peti. in 2.col.rē rat.hab.& in l.diuus. per illum tex.ff.de pet.her. Bal.in l.causas. C.de transa.& in l.cū posteà per illum tex.C.de pac.
3 ¶ † Secundò not.ex tex.retenta dicta æquiparatione, ꝙ hic est casus rotundus s̄m Ang.& Mod. ꝙ si aliquis promittit alicui non mouere controuersiam de domo vel fundo, intelligitur promisisse non mouere controuersiam de vsufr.vel vsu vel alio iure, imò singprobat iste tex.in ver.sed de possessione nuda, ꝙ etiam vr̄ promissum non mouere controuersiam de nuda pos.aliàs si de nuda pos.moueretur controuersia, committeretur stipulatio, & pœna.licèt Alex.super hoc multum, & diu dubitet, licèt non dicat nec ipse nec Scribentes declarent: puto, ꝙ ratio istius sit clara, quia qui promittit habere licere, vel controuersiam non mouere, vr̄ promittere ius stipulatoris aliquo modo non diminuere, ita expresè dicit tex.hic in ver. non licèt habere ei, cui aliquid diminuitur ex iure, qđ habuit,& in simili tex. in l.etiā.ff.de sol.& per consequens vr̄ promittere etiam quo ad pos.eo quia possessio est ius, tex.est in l.peregre.in prin.& in l.possessio quoque. in prin.ff.de acq.pos.& text.in l.homo liber.§.fin.ff. de acq. rer.do.firmat ordinariè Bart.in l.1.in prin.in 2.col. vbi dixi.ff.de acquir.pos.præterea maximum est commodum pos.& incōmodum maximum ea priuari.§.commodum.insti. de interdi. beati enim possidentes.ita inquit gl.in c.1.§.si tres.de pac.tenenda, in vsib.feud.licèt reuera aliud sit res, aliud possessio, vt dicit tex.in l.si quo.§.fi.ff.vti pos.& sic no.magnum effec.promissionis habere licere, vel controuersiam non mouere. Adde secus esse in debitore obligato ratione euictionis, quia si nuda possessio euincatur ab emptore, non potest agere quasi re euicta, sed bene quasi re non tradita, & sic non poterit agere ad duplā propter euictionem.l.datio.in prin.& ibi glo.& Bart.ff.de act.emp. Bal.in l.1.circa fi.in pen.q. C.de pericu. & cōmo.rei vendi.sicut etiam videmus aliam differētiam, quia pro iure seruitutis realis committitur ista stipulatio habere licere, vt hoc tex.cum gl.
* secundum communem sententiam, & j.dicam statim, & tn̄ secus est in stipulatione dupli ex causa euictionis ratione rei ven.l.ꝙ ad seruitutes.ff.de euic. hic alleg.in gl. ita clarè teneas, quamuis super prædictis Alex.bis relinquat cogitandum, nam prædicta declaret.
4 ¶ † Tertiò no. ex versi.quæsitum.ꝙ si quis permittat rem
a alienam [a] habere licere, & tempore promissionis nullum ius habeat, quamuis stipulatio sit pura, tn̄ inspicitur, ꝙ in futurum possit acquirere, ratio s̄m Ang. Pau.de Cast.& Lud. Rom.hic, quia ista stipulatio habet causam successiuam, ideo futurum tp̄s inspicitur, secus si habet causam momentaneam.l. nemo rem suam vtiliter.j.eo.l.si rem meam.cum gl.vbi dixi. s̄. eo.vel melius dic, s̄m Cu. ꝙ illa iura loquuntur, qn̄ defectus erat de præsenti ex parte stipulātis, hic autem ex parte promissoris, per regulam.l.multum interest.s̄.eo.
5 ¶ † Quartò no.ex co.tex.ꝙ qn̄ promissor promittendo non liberatur considerato præsenti statu, quia implere nō potest, tunc si superueniat posteà ius, cuius ratione incipit obligari, & venit obligatio iuris de futuro, quāuis de eo non sit facta mentio aliqua, tunc augmentato iure auctoris, firmatur ius detentatoris, facit text.in l.si à Titio.ff.de rei ven.& in l.apud Celsum.§.si à Titio. ff.de excep.do. aliàs si promissio de præsenti non valeret, non venirent futura.l.si quis ita. ff.de auro & arg. lega.nisi tractaretur de modico præiudicio, vt in pignore.l.fi.vbi gl.C.quæ res pig obl.quia veniunt etiam futura.
6 ¶ † Quintò no.ibi, cum neq; per eum neq; per successorem, à contrario sensu, ꝙ si per promissorem rei alienæ, vel eius successorem moueatur quæstio, quæ moueri nōn poterat, qa erat res aliena, cōmittitur ita stipulatio habere licere, & sic fortiter facit pro opi.Pet.quam.j̄ referam. ꝯrium probat istemet tex.in isto ver.quæsitum.in prin. vbi si quis promittit habere licere rē alienam, in qua promissor ius non habet, non cōmittitur stipulatio, quia non potest mouere nisi de facto,& sic iste tex.probat pro & contra, de veritate tn̄ statim dicetur in glo.mag. in prin. quam capio in ver.successores.positam in prin.huius.l. quæ expeditur per Bar.& Doct.hic, quia melius hic cōgruit, quia opi. gl.tendunt ꝯ ver.quęsitum.¶ Diuide istam gl.in sex partes prin. format.n.quinq; princ.oppo.quas per ordinem clarè, & magistraliter explicat Bar.In secunda item repilogat primam oppo. & r̄ndet,& sic sexta pars debet iungi cum prima parte. Secunda ibi, item vr̄ hæc stipulatio. Tertia ibi,& est eius promissionis sensus. Quarta ibi, sed vbi rem alienam. Quinta ibi, item si rem meam. Sexta ibi, item cùm hæc stipulatio. ¶ In ea.gl.ibi, nec.n. per pactum desijt esse dn̄s, vt C.de transa.l.siue apud.
7 ¶ † No.diligenter ex hac glo.ꝙ re mea apud alium existente si ei promisi controuersiam non mouere, vel ꝙ rem habere liceat, non censetur per hoc translatum esse dn̄ium in stipulatorem, per tex.in l.siue apud, & melius in l. si pro fundo. C.de transac.& ad hoc istam gl.no. Ang.Imo.& Lud. & sic habes diligenter no. ex hac gl.regulam, quam no.& signa, ꝙ dimissio rei existentis apud aduersarium, quę fit ex huiusmodi stipulationibus, non est titulus habilis

ADDITIO.

a ¶ Rem alienam. Adde Ias.in l.3.C. de pac. PVRPV.

habilis ad translationem dominij, quia si esset habilis titulus, dimissio ita operaretur translationem dominij, sicut traditio, qñ est cum tit.§.interdum.insti.de rer.diui.l.qua ratione.§.interdū. ff.de acq.rer.dom.& l.quędam mulier.ff.de rei ven.& sic ex ista gl.& prædictis no.fin.pro Principib. & Regib.facientib.adinuicem pacem, & promittentib. in capitulis non mouere controuersiam de castellis, terris, & locis per eos possessis, quia per hoc non videntur transferre dominium castrorum, terrarum, & locorum de vno in alium, etiam si promittens Rex haberet dominium, ita vult gl.hic. Sed tu aduerte vltra Scrib. quia ista gl. in hoc vr̃ seipsam confundere, quia gl.istud dicit per tex. in l.siue apud acta.C.de transa.& Doct.præalleg.addunt.l. si pro fundo.Iste duæ.ll.loquuntur in transac.& tñ gl.in seq.parte vult, ꝙ non sit bona arg.de transac.ad istam stipulationem habere licere, & controuersiam non mouere, & dat tres instantias, & Bart. addit duas; ergo glo.male se fundat, nisi dicas, ꝙ quantum ad istos terminos vtrobique sit eadem ratio, quia dimissio rei propriæ siue fiat per stipulationem habere licere, & controuersiam non mouere, siue fiat per transactionem, neutro casu fit animo transferendi dñium, sed vt stipulatori liceat rem apud se dimissam habere, ergo stipulatio non debet operari vltra eorum voluntatem.l.non omnis.in prin. ff.si cer.pet.l.obligationū
8 substantia.in prin.ff.de act.& oblig. ¶ † Circa istam gl.pro eius intellectu præsertim in prima, & vlti.parte reassumo in dubiū articulum disputabilem valde, an stipulatio habere licere, vel cōtrouersiam non mouere, committatur ẽt si moueatur quęstio de facto per eum, qui ius nō habet. In gl.sunt duæ opi. vna in prin.gl.alia in fi.quę est ꝯria.subtilis Pet.tenet, ꝙ imò per cōtrauentionem facti, & per molestiam de facto cōmittatur stipulatio, & similis, quia diabolicū esset dicere, ꝙ per contrauentionem facti, in qua magis delinquitur, cùm nullum habet ius contraueniens, quàm in ꝯuentione iuris, in qua minus delinquitur, non cōmitteretur stipulatio, sed si habet ius committatur. istam sequitur Ray.& Lud.Rom.in §. si quis dolum.j.ea.l. pro ista opi.fortiter stringit tex.in ver.quæsitum.in fi.ibi, cùm neque per eum, vel successorem quicquā factum sit, nam vult text. à ꝯrio sensu de necessitate, ꝙ si promissor, vel eius successores in re aliena, quæ remansisset aliena, ꝯuenissent de facto, ꝙ committeretur ista stipulatio habere licere, licèt Imo. & Mode.rñdeant intelligendo illum tex. quicquā factum sit.i.de iure fieri potuit, vt dicit gl.hic, inferius statim examinabo. Ego autem induco istum tex.in fi. hoc modo, si quis promittit rem alienam habere licere, non potest cōmitti stipulatio, nisi efficiatur promissoris, & ad istum tex.rñdet Pet.de Bellap.vno modo, vt hic per Bar.alio modo rñdet Besu. sed ego clarius, & breuius dicā. si queratur, qñ stipulatio habere licere interponitur super re aliena, committatur, & text.decidit hoc modo, nam si loquimur respectu promissoris, & successorum suorū, certè si res efficiatur promissoris, & ꝯtraueniat, committitur stipulatio: aut durat aliena, & tunc aut loquimur respectu extranei, cuius est res, & si ipse ꝯueniat, non committitur, nisi sit promissa pœna: aut loquimur respectu ꝓmissoris, & successorum, quia res durat aliena, quia promissor nisi de facto potest ꝯuenire, stipulatio tunc certè de facto committeretur sicut in seruo, qui promittit, vel cui promittitur, quia non potest ꝯuenire de iure nō conueniendo de facto, tunc dicit litera, quia successores nihil faciunt, ideo non committitur stipulatio, sed si aliquid facerēt,
* committeretur.¶Secūdò *pro ista communi sententia Bar.*& Doct. alleg.§.hi qui.j.ead.l.dum dicit, non.n.factum, sed ius in hac stipulatione vertitur.ad illum tex.vltra solutiones, quæ ibi dãtur, Rom.in §.si quis dolum.j.ead.l.dicit se dare nouum, & verum intellectum ad illum text.dum dicit in ista stipulatione versari ius, & non factum.non voluit dicere, ꝙ non cōmittatur per ꝯuentionem de facto, sed de iure. sed voluit dicere, ꝙ qñ seruus promittit habere licere, vel ei promittitur, quia ista promissio intelligitur, ꝙ ille habebit iuridicam possessionem, & istud non cadit in seruo nec actiuè, nec passiuè, qa habetur pro mortuo in ijs, quæ sunt iuris.l.qđ attinet.j.de reg.iur.& ideo debet intelligi de implemento facti, non autem iuris.iste est intellectus, & verus sensus illius text. Quid tenendum? licèt in practica esset durum recedere à communi, tñ in puncto iuris, & disputando potest teneri opi.Pet.pro qua in primis stringo tex. in isto versi. quæsitum.in fin.dum dicit, cū neq; per eum neq; per successorē suum quicquam factum sit.nam habeo, ꝙ qñ lex vel statutum in sensu directò nihil operatur, tunc ne decisio sit vana, necessariò debet sumi argumentum a contrario sensu etiam ad correctionem iuris communis, ita probatur in l. nulla nisi emersis. iuncta Auth diaconissam.vbi gl.C.de Epis.& cler. & deci.Cyn. & Bal.in l.conuenticulam.C.de Epis.& cle.Imo.in l.si cum dotem.in prin.ff.sol.mat.& in l.1.in prin.vbi dixi.s̃.de offi.eius cui.
a Secundo pro ista opin.[a] Pet.cōtra communem arguo sic.nam stipulatio habere licere, tantum importat quantum stipulatio cōtrouersiam non mouere.tex.est hic.& in prin. huius.l.in ver. sed quatenus.sed habeo, quòd controuersia dr̃ moueri, siue de iure siue de facto contrafiat.l.Lucius.§.tres.vbi glo.& Bart.ff.ad Treb.dixi.s̃.in prin.non ergo simpliciter debet committi stipulatio habere licere, siue contrafiat de iure siue de facto. Tertiò pro ista parte subtilis Pet. contra communem addit aliud, qđ tenent Cano.d.Ant.in c.2.in 4.col.de resti.spol. & ibidem Abb. Pan.propè fi.vbi tenent, ꝙ si aliquis iurauit non molestare, nec inquietare suum spoliatorem beneficij, intelligitur, nec de iure nec de facto.alleg.dominos de Rota ita tenere decis. 393. aliàs. 318.quod Abb.ibi reputat no.& sic disputando ista opi.Pet. esset valde defensabilis. Tenendo tamen communem sententiā potes rñdere, & bene ad istum versi. quæsitum.in fi. dum dicit, cùm neq; ꝑ eum, neq; per successorē suum quicquam factum sit, ꝙ non sit denotatiuum facti, quia isto modo exponeretur cum pro qñ, sed ista expositio stare non potest, quia isto modo non esset differentia inter promissionem rei proprię, & rei alienæ, quia etiam primò casu, qñ promittit rem propriam si mihi contrafacit, non committitur stipulatio necessaria, ergo est denotatiuum iuris, & vult dicere si nihil factum.i. de iure fieri potuit.ad aliud contrar.de ver.sed quatenus, potest negari assumtum, & teneri glo.§.tres hæredes. Ad tertium.i.ad decisionem Cano.potes dicere, ꝙ illa decisio procedit propter iuramentū.
b Et isto modo limita[b] conclusio.communem, ꝙ stipulatio habere licere, vel controuersiam non mouere, non committitur per contrauentionem de facto, limitatur sing.nisi in promissione interuenisset iuramentum, tunc committitur etiam si ꝯuenitur de facto. Confirmo ratione, & l.nam iuramentum affirmatiuum, siue negatiuè interpositum debet seruari per omnē modum.l.cùm pater.§.filius matrem.ff.de leg.2.Secundò adduco tex.in l.si quis maior.in versi, vel non implendo promissa.C. de transac.vbi in transactione iurata pars, quæ non implet promissa, & sic cōtrauenit de facto, incidit in periurium, & in alias pęnas.de quib.ibi, no. istam limitationem ad cōem decisionē, quam non reperio ab aliquo tactam.¶Capio gl.in ver.controuersiam.quā hic non expedio, quia reseruo expediendā fm ordinem Bar.
9 ¶ † In gl.in ver.ex iure, quod habuit.habes colligere duas conclusiones, vnam tacitam aliam expressam.Prima conclus.tacita est, ꝙ qui promittit habere licere rē simpliciter, vel ex causa donationis, vr̃ promittere liberam etiam à seruitutib. realib.& consequenter habes, ꝙ iste text.in verb. vel de aliquo alio iure, intelligitur. s. seruitutis realis.cùm gloss.tenet expressè
* *Bar. & omnes alij.* solus Cu. pro suo subtilissimo ingenio reprobat istam cōem conclus.gl.& Docto. per tex.opti.in l. Meuius. §.fundo.ff.de leg.2.vbi testator legans rem puta fundum, vr̃ legare, vt eum liceat habere, & tñ hæres non tenetur tradere liberum à seruitutib.realib.& gl.ibi, & Bar.assignant rationem, quia seruitutes sunt extra rem, & non in re.ad idem text.in l.cùm filius.§.dñs.ff.de leg.2.ergo eod.modo in promissore, qui promittit rem habere licere, non tenebitur pro seruitutib. realib. stringe fortius vltra eum ista iura, quia si in legatis, & vltimis volun. in quib.fit latior interpretatio.l.in testamentis.de reg.iur.c.cùm dilecti. de donati.hæres non tenetur pro seruitutib.realib.ergo minus debet teneri promissor in stipulatione, quæ est strictè interpretanda, & ideo intelligit Cu.& pro certo egregiè istū tex.in verbo aliquo alio iure.s.ꝙ respiciat dominium ipsius rei, vt est superficies, ius emphy.quę ius dominij non tangunt, sed per seruitutes ius dominij non diminuitur, licèt libertas rerum tollatur.istam declara.ante eum voluit gl.in d.l.ꝙ ad seruitutes.quæ allegat d.l.Mæuius.§ fundo. Alex.volens defensare communē sententiam, non scit aliter respondere ad §.fundo.nisi, ꝙ loquatur in re debita titu.lucratiuo, secus si tit.oneroso, & ita in effectu respondet Besu.hic, sed ista responsio nihil valet ad istum tex.quia iste text.loquitur in stipulatione habere licere interposita ex causa lucratiua, prout intelligit Bar.hic, & in prin.l.& cōmuniter loquuntur omnes.ll.istius tit. & tamen stipulatio committitur ratione seruitutis realis secundum communem intel. Quid tenendum? ego teneo communem opi.glo.Bar.& Scribentium, & communem intellectū ad istum tex.non per mendicata suffragia, sed realiter & clarè, vnde considera, quòd licèt aliud

ADDITIONES.

a ¶Secundò pro ista opin.&c. Adde, quòd istam opin. Pet.tenuit Abb.Pan.in consi.alleg.j.proxi.addi.nisi respondeas, quòd in stipulatione, de qua loquitur ibi Pan.erant verba tam de iure, quam de facto, & sic non erat stipulatio simplex, præterea erant alia verba multum importantia, & erat appositum iuramentum.

b ¶Et isto modo limita.&c.Tu adde pro ista limitatione consi. Abb. Pan.44.2. col.ver.4.magnum argumentum, ꝙ inci.quidam do.Ant.

aliud ſit res, aliud poſ. vt dicit tex. in l. ſi duo. §. fi. ff. vti poſ. tamen qui promittit habere licere rem, tenetur etiã ratione ſolius poſſeſſionis, tex. eſt hic in verbo de poſſeſſione nuda. ita in propoſito, licèt aliud ſit res, aliud ſeruitutes reales, prout dicit glo. in d. l. Mæuius. §. fundo. & conſequenter pro eis hæres non teneatur, vt hic eſt tex. & in d. l. cũ filius. §. dominus. tñ ſecus eſt in ſtipulatione habere licere, vt quando aliquid diminuitur de plenitudine rei, quam habet penes ſe ſtipulator, tunc nõ dicitur libere habere rem, ita dicit tex. hic in ver. habere. n. non licèt ei, cui aliquid minuitur ex iure, ꝙ habuit. vnde pro ſeruitute reali ſtipulatio iſta committitur. Secundò pondera iſtum text. qui dicit, vel de aliquo alio iure, pondera, ꝙ non dicit ſimpliciter de alio iure, quia dictio alia, ſimpliciter prolata, eſt repetitiua ſimiliũ. gl. in l. niſi fugitiui, cum vulg. C. de ſer. fugiti. nam ſi ſimpliciter dixiſſet alio iure, intelligitur de ſimilib. præcedentibus, & conſequenter de tangentibus dominium, ſed text. dicit aliquo alio, quæ dictio alio, facit, qđ etiam referatur ad diſſimilia, per gl. fin. in clem. 1. in verbo aut earum. de foro compet. Abb. in c. ſuper eo. in 2. no. de eo, qui cog. cõſang. vxo. ſuę Bal. in l. 1. in pen. col. C. de inoffi. do. & in c. 1. §. cũ autem. in vlti. col. de contro. inue. cùm ergo tex. noſter dicat non ſimpliciter de aliquo iure, ſed dicit de aliquo alio iure, debet intelligi, ergo non ſolùm ratione dominij, ſed & ratione ſeruitutum realium, & ita intelligo iſtũ
10 tex. qui eſt nitidus, & verus intellectus ad iſtum tex. † Secunda conclu. expreſſa glo. eſt, ꝙ euicta ſeruitute prædiali, non poteſt emptor agere de euictione ad duplã. adde, quòd fortius tenet Cu. hic, ꝙ imò vendens non tenetur tradere rem liberam à ſeruitute reali, & conſequenter emptor nullatenus poteſt agere de euictione ratione iuris, per tex. qui videtur ita cantare per d. l. ꝙ ad ſeruitutes. ff. de euic. & per text. in l. cùm venderes. ff. de contrahen. empt. intelligit tamen iſtam ſuam concluſ. quando venditor ignorabat talem ſeruitutem deberi à re vendita, aliàs ſi ſciuiſſet, quia tunc bene tenetur, per l. 1. §. 1. ff. de act. emp. contrarium prout etiam paucis tenet Alex. hic, ꝙ imò euicta ſeruitute reali, poteſt emptor agere de euictione quanto minoris fuiſſet empturus, ſi ſciuiſſet rem debere ſeruitutem, & hoc ſiue vendens fuerit ſciens, ſiue ignorans. ita tenet glo. ord. in d. l. cùm venderes. ff. de contrahen. empt. quæ alleg. ad hoc duos bonos text. Primò text. clarum in l. quoties. ff. de ædil. edi. & in l. venditione. ff. de act. empt. & quamuis Raph. reſpondeat, ꝙ in illis ll. venditor erat ſciens, vel in dolo, iſtud eſt diuinare ad illa iura. ad idem text. in l. 1. §. cauſa. ff. de ædi. edic. & in l. 1. §. 1. circa fin. ff. de act. empt. & ita tenendo reſpondi ad l. quod ad ſeruitutes. & l. cùm venderes. prout reſpondet gl. hic, & ibi, ꝙ euicta ſeruitute reali non poteſt agere de euictione, verum eſt ad duplam ex ſtipulatione, prout loquitur tit. ſub quo eſt poſita. l. ꝙ ad ſeruitutes. & titulus eſt optimus interpres nigri. l. Imperator. ff. de in diem addic. ſed bene poteſt agere de euictione quãto minoris fuiſſet empturus, prout dicunt tex. præalleg. ¶ Capio gl. in verbo quare. quam gl. diuido in tres partes, prout tria format contraria. Secunda ibi, item contra. j. eod. Tertia ibi, item contra. s. Quantum ad ſecundum contrarium gl. dic melius quàm Bar. vt s. in prin. huius l. dixi. Quærit Bar. quando hæc ſtipulatio habere licere committatur, & diſtinguit, vt hic per eum, cũ quo tranſit Imo. hic, & Rom. in §. ſi quis dolum. j. ea. l. Sed tu aduerte circa differentiam quam fecit Bar. inter contractum emptionis, & alios contractus, an iſta ſtipulatio habere licere, interponatur ſuper contractu emptionis, & an ſuper alio. iſta differentia non eſt bona nam contractus emptionis & venditio. eſt frequens, & fauorabilis. l. iuſto. in princ. ff. de vſucap. item eſt bonæ fidei. §. actionum. inſti. de act. qui non debet eſſe deterioris conditionis, quam cæteri contractus. Alex. in iſto artic. quem dicit eſſe periculoſum, ponit longam, & faſtidioſam diſtinctionem, ea reiecta mihi placet iſta concluſio, ꝙ ſtipulat. habere licere, ſiue interponatur ſuper contractu emptionis, ſiue ſuper alio contractu, non committatur, niſi lata ſententia. d. l. habere licere. ff. de euict. & glo. in verbo controuerſia. hic in prima ſolutione, & ita tenent Caſtr. & Beſu. hic, quia non poteſt reddi bona ratio inter contractum emptionis & venditionis, & alios contractus. pro iſta ſententia ponderat Raph. Cu. hic iſtum text. in duobus locis, ſed ego latius inducam. Primò tex. in verbo controuerſiam fecerit. nam verbum fecerit, rem perfectam ſignificat, quia eſt futurum ſubiunctiui, ꝙ formatur à præterito perfecto indicatiui, ideò rem perfectam cum effectu ſignificat. l. 1. §. fi. ff. ꝙ quiſque iur. & ibi Bar. ita ſummat illum tex. & ibi multas concordantes allegaui, non repeto hic. Secundò pondera iſtum tex. in verb. minuitur, nam ante latam ſententiam ius rei non minuitur. Tertiò ſecundum eum hic indicat propria ſignificatio verborum habere licere. nam dato, ꝙ quis moueat litẽ, antequam feratur ſententia, dicitur habere rem; ergo iſte text. concordabit cum illa. l. habere licere. de euic. & iſto modo omnia redduntur plana, & iſti tex. reducuntur ad concordiam, tamen vt veritas melius eluceſcat, contra iſtam opi. Rapha. pondero tibi duos fortes tex. Primò text. in prin. huius. l. in verſi. ſed quatenus. in verbo controuerſiam faciat. vbi eſt verbum præſentis temporis, & ſic non dicit fecerit. Item eſt dictio controuerſia, quæ intelligitur etiam ante lit. conteſt. l. amplius non peti. & ibi Bar. in 2. col. j. rem rat. hab. ergo longè ante ſententiam. tamen ſuſtinendo opin. Raph. quæ mihi placet, poſſes dupliciter reſpondere. Primò, ꝙ ille tex. declaretur per iſtum inductũ, vt ſupra induxi. ſed iſta eſſet ſolutio mendicata, dic ergo ſecundo, & melius, ꝙ etiã verbum præſens rem perfectam, & conſumatam ſignificat. tex. eſt ad literam in c. his. de verbo. ſignifi. Secundò contra Raph. pondera tex. in l. habere. ff. de verb. ſign. in verbo interpellatione, vbi dicitur, ꝙ habere dicitur duobus modis. Primò ratione dominij. Secundò, quando ſine interpellatione tenet rem, quam emit. pondera text. in verbo ſine interpellatione, ergo ſi interpellaretur, nemo diceretur habere, ſed interpellatio non importat ſententiam latam, ſed ante ſententiam. l. ſi ex legati cauſa. s. eod. niſi diceres, ꝙ ibi non debet ſumi argu. à contrario ſenſu, quia reſultaret abſonus intellectus per iſtum tex. ſupra dupliciter inductum. teneo ergo, ꝙ non committitur ſtipulatio niſi poſt latam ſententiam: & ſi diceres tu, ꝙ iſta opi. Cuma. non poteſt procedere vllo modo, quia ſi requireretur ſententia ad hoc, vt iſta ſtipulatio committatur, certè non eſſet differentia, an quis promittat rem propriam habere licere, an alienam, & tamen text. vult eſſe differentiam, an quis rem promittat propriam an alienam, quia etiam promiſſa re aliena lata ſententia pro promiſſore cõmittitur ſtipulatio, ita tenet gl. magna in verbo ſucceſſores. in quarta parte, & ibi clarè Bar. iſtud arg. eſt ſubtiliter coloratũ, tamen defendendo Raph. dic, ꝙ lata ſententia non dicitur res aliena, ſed promiſſoris iuris præſumptione, cùm præſumatur pro ſententia. l. Herennius. §. Caia. ff. de euic. c. in præſentia. de renun. præſertim cum ipſe promiſſor non poſſit dicere ſententiam pro ſe latam eſſe iuſtam, per tex. in l. ſi ſeruus. §. 1. ff. de leg. 1. tamẽ cogita bene ſuper iſto fundamento, quia fortiſſimè ſtringit. ¶ Extra gl. oppo Bar. de l. Lucius. s. de euic. & de l. 1. s. de peri. & cõ. rei vend. reſponde, vt hic per eum. tu potes aliter reſpondere, vt dixi in text. in 4. not. quia hic promittens non liberatur promittendo, quia res erat aliena, & ideo ſpectatur tempus futurum.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio habere licere tranſit ad ſucceſſores actiuè, & paſſiuè.*
2 *Imperſonalitas ex parte ſtipulatoris non vitiat ſtipulationem, quia ſemper videtur ſibi ſtipulari.*

§. Sicut autem. Hęc ſtipulatio committitur ꝯ promiſſorem, & ſtipulatorẽ,
1 & eius ſucceſſorem. h. d. ſm Bar. & alios. † Ego ſummo aliter, & no. Stipulatio habere licere tranſit ad ſucceſſo. actiuè, & paſſiuè, & quo ad tertium non ſucceſſorem non committitur, & poteſt imperſonaliter concipi ex parte ſtipulatoris. h. d. totus tex. & habet tres partes, quæ patent in tex. Secunda ibi, cæterũ
2 ſi alij. Tertia ibi, & nihil intererit. ¶ † Not. in fin. quòd imperſonalitas ex parte ſtipulatoris non vitiat ſtipulationem, quia ſemper videtur ſibi ſtipulari, vt hic, & §. ſi quis ita. & ibi Bart. infra eod. vbi dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Talia ſunt prædicata, qualia ſubiecta demonſtrant, & è contra, vt numero 2.*
3 *Stipulatio, quæ proprie non poteſt intelligi, trahitur ad improprium.*
4 *Quæ differentia ſit inter ſtipulationem habere licere, & inter ſtipulatio. ire agere licere.*
5 *Verba, quæ non poſſunt intelligi de iure, intelliguntur de facto.*
6 *Verba accipienda ſunt ſecundum ſubiectam materiam.*
7 *Verba relata ad perſonam debent intelligi ſecundum qualitatẽ perſonæ ad quam referuntur.*
8 *Si teſtator in teſtamento legat vxori ſuæ lectum ſuum, an veniat culcitra de ſerico, qua teſtator vtebatur dieb. feſtiuis.*
9 *Hæc verba, tibi & poſteris, non comprehendunt deſcendentes à fœminis, niſi conceſſio fieret à fœmina regia.*
10 *Etiam in ſtatutis recedimus à proprio ſignificatu verborum, & capimus verba improprijſſimè propter qualitatem perſonarum, ad quas referuntur.*
11 *Quando ſeruus ſtipulatur ſibi ire agere licere, ad hoc, vt iſta ſtipulatio committatur, debet ipſe ſeruus impediri, nec impedimentum domini faceret iſtam ſtipulationem committi, quamuis poſteà conſideretur intereſſe domini.*

§. Hi

§. Hi, qui ſunt. Hæc ſtipulatio refetur ad ius ſi poteſt, aliàs ex ęquitate refertur
ad factum.h.d.Diuiditur in quatuor partes. In prima loquitur,
qn̄ ſeruus ſtipulatur licere domino.In ſecunda qn̄ ſibi, quid iu-
ris ſit.In tertia interſerit caſum pertinentem ad materiam. In
quarta decidit caſum de æquitate.Secũda ibi,ſed ſi ſeruus.Ter-
tia ibi,cùm verò. Quarta ibi, ſed mihi vr̃ licèt iuris verba, &c.
1 ¶†No.1.ex iſto tex.ſm Bart.ꝙ talis ſunt prędicata qualia ſubie-
cta demonſtrant.ad hoc ſæpè allegamus iſtum text. Adde tex.
in l.3.in prin.& ibi Bar.ad hoc not.ff.de fund.inſtr.l.quoties.in fi.
2 C.famil.erciſc.ſic èecontra † talia ſunt ſubiecta qualia prædicata
permittunt,ita eſt gl.in c.inter dilectos.§.cæterum. in gl. parua.
in verbo nequiuiſſe.de fid.inſtr.& gl.in c.dudum. in gl.fi.de de-
cim.facit tex.in l.fi.§.1.& ibi Iac. de Are.ad hoc no.ff.de triti.vi-
3 no & oleo leg.¶† Secũdò no. [a] ex hoc tex.ſm Bar.ꝙ ſtipulatio,
a quæ propriè non poteſt intelligi,trahitur ad improprium,& ge
neraliter verba,quæ non poſſunt propriè intelligi,trahuntur ad
improprium.l.Scęuola.ff.ad Treb.l.inſulã.ff.de præſcr.ver.l.ſed
& ſi poſſeſſor.§.item ſi iurauero.ff.de iureiu.facit gl.repu.ſing.in
4 l.& puto.in prin.ff.fam.erciſ.¶†Tertiò no.in ver.cùm vero, dif-
ferentiam inter ſtipulationem habere licere rẽ, quæ regulariter
importat ius,& ſtipulationem ire agere licere,quæ importat fa
5 ctum.rationem differentiæ ponit.j̃.Bar.vbi dicetur.¶ † Quartò
not.ex text.regulam,ꝙ verba,quę non poſſunt intelligi de iure,
intelliguntur de facto.facit l.quidam cùm.j̃.e.l.mulier.in fi.ff.de
6 condi.inſti.¶ † Quintò not.aliam regulam,ꝙ verba accipienda
ſunt ſm ſubiectam materiam,vt hic,& l.quib.dieb.§.dominus.
ff.de cond.& dem.& l.ſi is,cui nummos.§.Flauius. ff.de ſol.& l.
nec ſeruos.ff.de pecu.adde,ꝙ egregiè dicit Bald. in l.data opera.
in 12.col.C.qui accuſ.non poſ.allegan. Ariſto.in prima Ethico.
Quòd tunc perfectè enunciamus,cum ſm ſubiectam materiã
7 loquimur. ¶ † Sextò no.aliam regulam, [b] quam vtiliter expe-
b diam, ꝙ verba relata ad perſonam,debent intelligi ſm qualita-
tem perſonæ,ad quam referunt, vt hic, & §.hæc quoq; ſtipula-
tio.& ibi Rom.ad hoc no.j̃.eo.& l.plenum.§. æquitij de vſu &
hab.& c.ſolitæ.de maio.& obed.& c.ſi de beneficio.de præben.
in 6.facit tex.in l.pater Seuerinam.§.conditionum verba .ff.de
condi.& demonſt.Ad iſtam regulam adde primò facere illud,
quod not.decidit Bar.in l.ſi non ſortem.§.libertus. in antep.col.
ff.de condict.inde.& ſequitur Bald.in l.liberti.libertæq;.in 6.col.
C.de ope.lib.vbi decidit Bal.pone,ꝙ Rex faciat fieri præconiũ,
ꝙ quilibet debeat comparere cum armis, ad faciendam mon-
ſtram,& vtor verbis Bal. intelligitur ſm qualitatem perſonarũ,
quia ſi miles debet compare armatus vt miles, ſi pedita vt pe-
dita,ſi baliſtarius debet cum baliſta comparere,ſimiliter ſtipen-
darij,qui promittunt ſeruire Regi,intelligitur, ꝙ habeãt equos
8 aptos ad bellum.ita decidit Bal.in l.qui ſibi.§.1. ff. de ſolu. † Se-
cundò ad iſtam regulam adde,ꝙ ſi teſtator in teſtamento lega-
uit vxori ſuæ lectum ſuum, nunquid veniat culcitra de ſerico,
qua vtebatur teſtator dieb.feſtiuis.decidit Bal. ꝙ non,quia cul-
citra de ſerico non cõuenit mulieri viduæ.ita Bal.in l.1.vlti.col.
C.de leg.& in d.§.equitij,per illum tex.Similiter ſi teſtator man
dauit veſtiri viduam,intelligitur veſtib.nigris.ita Bal.in l.1.in vlt.
col.C.de verbo.ſigni. & legato lecto vxori, non intelligitur le-
gata culcitra ſerica,vt omnes tenent.ſed Bart.tenent contrariũ
in d.l.librorum.ff.de leg.3.vbi Bar.melius, quàm alibi examinat
iſtum paſſum,an legato lecto intelligatur legata culcitra de ſe-
rico, ſed tñ ſi maritus legauerit veſtes, intelligetur legaſſe illas
de ſerico.tex.eſt in l.fin.§.1. ff.de aur. & arg.leg. Tertiò ad iſtam
regulam adde, ꝙ ſi Rex Anglorum ſimpliciter faciat mentio-
nem de iure,intelligitur de iure ſuo Anglicano; non autem de
iure cõmuni,vt verba intelligantur ſm perſonã,ita decidit no.
Bal.in c.cùm veniſſent.in 2.col.de eo,qui mit.in poſ.cau.rei ſer.
quod not.perpetuò ad limitationem.§. ſed quoties.inſt.de iur.
nat.gen.Similiter ſi Papa cõcedat alicui,ꝙ poſſit teſtari ſm ius,
intelligtur ſm cano.non ciuile.ita Bald.in l.ſi qn̄ ad fi.prin.C.de
9 inof.teſta.¶ † Quartò ad iſtã reg.adde,ꝙ licèt verbũ tibi, & po-
ſteris,non comprehendat deſcendentes à fœminis,tex.eſt in l.1.
in fi.ff.de iu.immu.Bar.& Mod.in l.quia tale.ff.ſol.mat.eſt verũ
niſi conceſſio fieret à fœmina regia; tunc propter qualitatem
perſonæ fœmininæ cenſetur ita intellexiſſe de fœminis ſicut
c de maſculis. ita determ. Anchar. [c] in conſi.339.qđ incipit pro
maiori intelligentia dicendorum. in 10. col. nec reperio vſque
ad hæc tempora hanc deciſio.reprobatam.teneo contrarium,
& in contrarium allego tex.in c.1.in princ.de feud.fœmi.vbi ſi
feudum ſit fœmininum, tamen adhuc deficientibus maſculis
non ſuccedunt fœminæ,& probat tex.ratione.¶Quintò adde,
ꝙ etiam priuilegia quamuis ſint ſtricti iuris, tamẽ ſemper ſunt
interpretanda ſecundum qualitatem perſonæ, cui concedun-
tur,ita tenent Inno. Abb.& reliqui in c.paſto.de dona. nos Le-
giſtæ habemus de hoc gl.no.& ibi Bar.no.in l. ſi quãdo.in prin.
C.de inoffi.teſta.no. Bal.in l.ex militari.in prin. ff.de teſta.milit.
vbi per hoc egregiè decidit,ꝙ ſi Papa concedit Epiſcopo priui
legium, ꝙ poſſit celebrare etiam tempore interdicti,intelligi-
10 tur,ꝙ etiam poſſit celebrare in pontificalibus.¶†Sextò adde,ꝙ
etiam in ſtatutis recedimus à proprio ſignificatu verborum,&
capimus verba improprijſſimè propter qualitatem perſonarũ,
ad quas referuntur,ita videtur eſſe de mente Bart. in l.1. ff. ad l.
Falc.& ibi Alex.in 4.col.an iſtud ſit verum,non pono nunc pro
conſtanti ad determinationem eorum, quæ dicit Bart.in l.non
11 dubium.C.de legi.¶†Septimò,& vltimò no.ꝙ quando ſeruus
ſtipulatur ſibi ire agere licere,ad hoc, vt iſta ſtipulatio commit
tatur,debet ipſe ſeruus impediri, nec impedimentum domini
faceret iſtam ſtipulationem committi, quamuis poſtea conſi-
deretur intereſſe domini, vt declarat glo.in § ſed cùm factum.
inſti.de ſtipu.ſeru.& no.declarat Imo.in l.quod dicitur.in 4.col.
j̃.eo.¶Extra gl.quę nihil habent,Bar.opponit de l.ſi à patre,vel
domino.§.ſed & à filio.ff.de peti.hæred.& reſponde, vt hic per
eum.Sed aduerte,quia verba Bar. ſunt obſcura & corrupta,&
reperio,ꝙ vno modo intelliguntur per Moder.Imo. Rapha.&
Alex.Ego autem credo,ꝙ Bar.non habuerit illum ſenſum, ſed
alium quem ſtatim dicam.Dico ergo, ꝙ iſta verba Bart.intelli-
guntur per Imo.Rapha.Cu. & Alex.ꝙ aut filiusfa.promittit al-
teri habere licere rem, & iſta promiſſio intelligitur de iure, &
ſic ſolùm per controuerſiam iuris committitur iſta ſtipulatio.
Si autem promittatur ipſi filiofa.habere licere, iſta verba intel-
liguntur de facto tantum,eo quia filiusfa.iſto iure Digeſtorum
non poterat habere proprium, ratio diuer.eſt, quia de iure Di-
geſtorum,ſicut filiusfa. obligatur ex omni contractu de mun-
do præterquam ex mutuo & voto, ita ex omni contractu po-
teſt conueniri in iudicio.l.filiusfam.ff.de act. & oblig. & in hoc
differt à ſeruo,qui nullo modo poteſt eſſe in iudicio, nec con-
ueniendo, nec quando conueniretur.l. quod attinet.ff.de regu.
iur.ſed filiusfam.non poteſt agere in iudicio regulariter, niſi in
ſex caſib.l.filiusfam.prima.ff.de act.& oblig.vult ergo Bar. ꝙ in
primo caſu, quando filiusfa. promittit alteri habere licere.quã-
uis ipſe non poſſit de iure euincere, quia non poteſt agere, ta-
men bene poteſt conueniri, prout loquitur tex. in d.l.ſi à patre,
vel domino.§.ſed & à filio.Iſtam doctri.Bart.ita declaratam re-
prehendunt præfati Moder. quia in filiofam.promittente alteri
habere licere,licèt verum ſit, ꝙ poſſit conueniri in iudicio.d.§.
ſed & à filio. tamen per hoc non ſequitur, ꝙ ipſe poſſit actiuè
mouere quæſtionem de iure, ex quo de iſto iure nihil poſſidet
filiusfam.ſicut & ſeruus.item nec poterat agere.d. l. filiusfamil.
prima.Præterea ſecundum Raph.iſta doctr. Bart.eſt de directo
contra iſtum tex.in fi.qui loquitur in filiofam. tam promitten-
te quàm ſtipulante,ibi retinenda,& auferẽda poſſeſſio.retinen-
da quando conuenitur, auferenda, quando agit. † Tu autem
12 conſidera, ꝙ Bart.voluit dicere totum èecontra, ꝙ quando fi-
liusfam.promittit alteri habere licere,intelligatur de facto tan-
tum.patet,quia tunc de iure euincere non poteſt. vt dicit Bart.
quare non poteſt euincere, quia regulariter non poteſt agere
contra alium in iudicio de iure, vt dictum eſt, ergo neceſſariò
iſta promiſſio intelligitur de facto, ſed quando promittitur ipſi
filiofam.habere licere,tunc ſtipulatio bene committitur de iu-
re,ex quo de iure Digeſtorum poterat in iudicio conueniri.d.
l.ſi à patre,vel domino.§.ſed & à filio.& ſic poterat ſibi moue-
ri quæſtio de iure,ſecus in ſeruo.intelligendo Barto.hoc modo
dic,ꝙ iſte tex.loquitur,quando filiusfam.promittebat alteri ha
bere licere,tunc bene ſtipulatio continet factum, & non ius,vt
ſupra dictum eſt.quia cùm filiusfam.iſto iure agere non pote-
rat in iudicio.d.l. filiusfa. prima ergo non poterat mouere con-
trouerſiam niſi de facto,& iſta eſt melior intelligentia ad verba
Bart.tamen etiam huic intelligentię videtur obſtare iſte text.in

fin.i n

ADDITIONES.

a ¶Secundò not.Adde,quæ dicit Alex.in l.ſi tibi.in 4.no.ff.ſi cer.pet.& ibi.Soc.
etiam in 3.no.vbi alleg.Bar.in l.cotem ferro.§. qui maximos.ff.de pub.& alia
de quib.ibidem per eum.adde etiam bonum text. in l.ſi vno.ff.loca.& l.inſu-
lam.de præſcr.verb.quas alleg.Alex.vbi ſup.& hic.idem Iaſ.in l.licèt.circa fi.
3.col.C. de iure delibe.

b ¶Sextò no.ad regulam. Adde, ꝙ ad iſtam regulam quamplures etiam accu-
mulantur deciſiones in c.cauſam quæ.col.11.& ſeq.verſi.5. declaratio de re-
ſcrip.& adde aliam quam poſuit Lud.Rom.conſ.170.inci.ſciebant.in fine.

* Et vide Bar.in l.ex militari.nu.3.ff.de teſt.milit.Rolan. conſi.76.num.21.lib.3.
facitque illud,ꝙ vnum, & idem verbum diuerſam interpretationem accipit
per variationem qualitatis perſonæ cui adijcitur. l. pater Seuerinam.§.con-
ditionum verba.ff.de condi.& demon. l.2. & ibi etiam Accu.in verbo manu-
mitti.ff de officio proconſ.vt in pulchro caſu not. Rom.conſi.516.num.7.vbi
ponit exempla. BELLAC.

c ¶Anch.Adde,ꝙ pro Anch. videtur caſus in c.1.de natu.ſucceſſ.feud.idem Iaſ.
in l.ſed ſi hac.l.§.liberos.ſupra de in ius vocan. Gur.tracta. feud.tertia parte.
col.2. BELLOT.

ſin.in verbo, de poſſeſſione retinenda, aut non auferenda.qui videtur loqui vtroq; caſu ſiue filiusfa.promiſerit,quo caſu agit de non auferendo alij,ſiue ſibi ſit promiſſum, quo caſu agit de retinenda.Sed ad iſtum tex.quem originaliter ponderat Raph. reſpondeo,ꝙ vtraq; dictio intelligatur in paſſiua ſignificatione, ideo bene ponitur alternatiua, ſiue ergo agatur de retinenda poſſeſſione per filiumfa.aut de non auferenda per aliũ, & ſic in paſſiua ſignificatione.Vltimò pro complemento iſtius.§.oppono contra iſtum tex.fortiter,qui vult,ꝙ qñ ſeruus ſtipulatur habere licere domino ſuo, valet & tenet ſtipulatio, & acquiritur domino, & hoc eſt indubitatum, ſi autem ſeruus ſtipulatur ſibimet habere licere,iſta ſtipulatio, quia continet ius,de rigore iuris non valet,ſed de æquitate ſuſtinetur;contra,ꝙ imò etiam in iſto ſecundo caſu ſtipulatio valeat de rigore iuris,oſtenditur clarè.nam qñ ſeruus ſtipulatur ſibi habere licere,propria natura iſtorum verborum eſt, ꝙ referatur ad ius, ergo debet acquiri domino,& valebit ſtipulatio, & verba ſtabunt in propria ſignificatione,quia non eſt differentia,an ſeruus ſtipuletur domino an ſibi, & an ſimpliciter,quia ſemper valet.l.1.in princ.& l.ſiue. de ſtip.ſer.& §.ſiue autem.inſti.eo. reſponde, ꝙ illa loquuntur, quando ſeruus ſtipulatur ius, vel dari, tunc non eſt differentia quomodo ſtipuletur,& ſemper acquiritur dño, ſecus quando ſeruus ſtipulatur aliquid,ꝙ poteſt trahi ad ius,& ad merum factum,vt eſt in iſta ſtipulatione habere licere,tunc ſi expreſsè ſtipulatur domino,illi acquirit,vt in prin.huius tex.ſi ſtipulatur ſibi,tunc de iuris rigore non valet, ſed de æquitate ſuſtinetur, vt in fi.huius tex.ratio eſt,quia qñ ſeruus ſtipulatur ſibi,ideo acquiritur domino,quia tunc nihil eſt,qđ poſſit acquiri ſibi, quia pro nihilo reputatur.d.l.qđ attinet. ff.de reg.iur. & tunc non eſt differentia, qño verba concipiantur, ſed quãdo ſtipulatur ſibimet habere licere,quia iſta ſtipulatio poteſt continere factum,& cõſequenter aliquid,qđ poteſt ſibi acquiri.§.ſed cùm factum.inſti. de ſtip.ſer.lex voluit,ꝙ acquiratur ipſi ſeruo, prout poteſt,& ſic de æquitate valeat,ſecus qñ ſtipulatur ius, quod non poteſt, & ſic ſeruo,lex tunc voluit ei acquiri, ſed fecit interpretationem, ꝙ intelligatur ſtipulatus domino,& mero iure valeat, & ita remanet expeditus vtiliter,& ſubtiliter,vt puto,iſte.§.

SVMMARIVM.

1 *Verbum habere,habet ſignificationem dominij, poſ. & nudæ detentationis.*
2 *Stipulatio poſſidere licere,eſt vtilis.*
3 *Verbum poſſidere, intelligitur ciuiliter.*
4 *Teſtes, qui deponunt Titium tenere, & poſſidere probant poſ.prout eſt facti, & ſic detentationem.*
5 *Si teſtis deponat,quòd vidit Titium tenere, & poſſidere, & poſteà interrogatus,quid ſit poſ.reſpondit, quod neſcit,tamen probat.*
6 *Sicut plures non poſſunt detinere inſolidum,ita nec poſſidere.*
7 *Verba camerarij, ſeu cancellarij ſcribentis reformationem, debent intelligi ſecundum communnm vſum loquendi non habito reſpectu ad ius commune.*
8 *In omni materia etiam pœnali, & odioſa ſemper debet attendi communis vſus loquendi.*
9 *Verba diuinæ ſcripturæ intelliguntur ſecundum vſum loquendi.*
10 *Conſtitutiones Principum debent intelligi ſecundum vulg. modum loquendi.*
11 *Statuta ſunt interpretanda ſecundum communem vſum loquendi.*

1 §.Hæc quoque ſtipulatio. †Verbum
poſſidere, intelligitur ciuiliter, niſi conditio perſonæ faciat intelligi de nuda detentione facti. Item verbum habere,habet ſignificationem dominij,& poſſeſſionis,& nudæ detẽtionis.h.d. totus iſte.§.vſque.ad §.ſi quis ita.Diuiditur in tres partes. In prima loquitur de ſtipulatione poſſidere licere. In ſecunda de ſtipulatione tenere licere. In tertia declarat ꝙ tupliciter accipiatur verbum habere. Secunda ibi,plane ſi. Tertia & vlti. eſt ibi
2 habere dupliciter accipitur. ¶†No.primò ex tex.ibi,vtilis eſt,ꝙ
ſtipulatio poſſidere licere, vtilis eſt,& licèt tex.non declaret in quo ſit vtilis,prætermittit tanꝗ manifeſtum,quia in primis magnum eſt commodum poſſidentis.§.commodum. inſti.de interd.beati enim poſſidentes,vt dixi in princ. legis. Item ſi rem tuam iniuſtè,aut violenter poſſideo,& à te ſtipuler poſſidere licere,iſta ſtipulatio efficit,vt iuſtè incipiam poſſidere,quia tunc bene iuſtè muto poſſeſſionem adminiculo extrinſecus adue-
3 niente.l.non ſolùm.§.quod vulgo.ff.de vſuc.¶ † Secundò not.
ꝙ verbum, poſſidere, intelligitur ciuiliter, & ſic de poſſeſſione iuris,tenere intelligit de facto,habere eſt indifferẽs ad vtrunq;,
4 vt hoc text. & ideo in libellis ponitur habet, tenet, & poſſidet.
a ¶†In glo.in verb.ſtipuletur. [a] not.glo.ad quatuor.primò,ꝙ teſtes, qui deponunt Titium tenere & poſſidere,probant poſſeſſionem,prout eſt facti, & ſic detentionem, & ex qua detentione,vt dicit Bar.præſumitur poſſeſſio iuridica,& ſic dicitur ſufficienter probatum per teſtes de naturali,& ciuili poſſeſſione, & ad hoc Alex.addit multas cõcordantias, quas per te videas, & ſic habes diligenter notare,ꝙ ſufficit teſtẽ deponere de actu, quẽ percipit ſenſu corporeo, ſi ex illo actu reſultat ius de quo quæritur ex iuris præſumpt. Adde,ꝙ per iſtam gl.dicit Bal.in l. 1.ff.de his, qui ſunt ſui vel alien.iur.ꝙ in teſte magis conſideratur quædam groſſa diſcretio,quàm totius rei completa diffini-
5 tio.¶†Secundò diligenter no.ex hac egregia gl.ꝙ ſi teſtis deponat,ꝙ vidit Titium tenere,& poſſidere,poſteà interrogatus, qđ ſit poſſeſſio,reſpondit ꝙ neſcit,tamen probat, quia intelligitur, ꝙ neſcit.ſ.diffinire,prout faciunt periti,vel neſcit aliter,quam.ſ. dixerit,& iſtam glo.ſequitur no. Bar.in l. de ætate.in 2.q.prin.ad fi.ff.de mino.& idem Bar.in l.1. in 3 col.& ibidem Bal. & alij.ff.
6 ſi cer.pet.quam valde teneas cordi.¶†Tertiò collige ex hac gl.
ſecundum Bar.concordiam ad teſtes,quorum aliqui dicunt, ꝙ Titius poſſidet iſtam rem,alij dicunt, ꝙ Sempronius eam poſſidet.nam concordantur intelligendo quemlibet de facto detinere,vt hac glo. Tu aduerte licèt Scrib. nihil pœnitus dicant,ꝙ Bar.videtur in hoc malè dicere, nam videtur velle, qđ eſt impoſſibile plures poſſidere eandem rẽ inſolidum, prout eſt text. in l.3.§.ex contrario.ff. de acquir. poſ.& text. ad literam in c.licèt cauſam.in verſi.cùm duo.de prob. tamen plures bene poſſunt de facto detinere eandem rem inſolidum, iſtud vltimũ eſt falſum,& contra tex.in d.§.ex contrario.& ibi Bart.ad fin.in vlti.q.expreſsè not.& dicit, quòd etiam nuda, & aſinina tenuta nudæ detentionis non poteſt eſſe apud plures inſolidum, & ſi diceres,nam Bar.hic non dicit inſolidum,ſed ſimpliciter, dico, quòd nec hoc modo Bart.poteſt defendi, quia non eſſet differentia inter poſſeſſionem iuris, & tenutam facti, quia ſicut plures poſſunt ſimul de facto tenere, ita etiam plures poſſunt ſimul poſſidere,vt faciũt plures fratres, & propterea Bar. melius conſiderans in d.§.ex contrario.ad fin. in vlt.q. quærit,nunquid quemadmodum plures non poſſunt inſolidum poſſidere, an poſſint tenere inſolidum, & reſpondet, quòd ſi loquimur de detentatione aſinina, & tunc non poſſunt ſimul plures tenere,
7 & dic,vt ibi per eum.¶†Quartò, & vltimò [b] per iſtam gl.dicit
b Bart.quòd verba camerarij, ſeu cancellarij ſcribentis reformationem,debent intelligi ſecundum communem vſum loquendi,non habito reſpectu ad ius commune.adde vulgatam.l.Labeo.vbi Bar.no.ff.de ſup.leg.& text. in c.quamuis.in verbo vſus obtinet,& ibi d.Ant.& Abb.ad hoc not.de verbo.ſig.& tex.in c. quanquam.in verbo, ſecundum vocabula, quæ vſus obtinuit.
8 2.q.7.† & adde etiam, quòd in omni materia etiam pœnali,& odioſa ſemper debet attendi communis vſus loquendi, ſecundum Abb.in c.per tuas.in 2.col.de proba.& in c.1.in vlt.col.de
9 iſto dixi poſt Bar.in rub.ff.de oper. no.nun. † Item etiam verba diuinæ ſcripturæ intelliguntur ſecundum communem vſum loquendi,tex.eſt in c.maiores.ad fin.principij, vbi Abb. ad hoc
10 no.de baptiſ.† Item conſtitutiones Principum debent intelligi ſecundum vulgarem modum loquendi.c.1. & ibi Abb.ad hoc
11 not.de torneamentis.† ſimiliter ſtatuta interpretanda ſunt ſecundum communem vſum loquendi ſecundum Bar.in l.omnes populi.in 6.q.prin.ff.de iuſti.& iur.& in d.l.Labeo.& in rub. ff.de ope.no.nun. vbi optimè dixi.

ADDITIONES.

a ¶Stipuletur. Limita tamen, vt ex detentatione præſumatur poſ. Iaſ.in §.ſic itaque.5.col. de actio. PVRPV.
b ¶Quartò,& vltimò. Adde, quòd idem Iaſ. plenius loquitur in rub.ff.de ope. nou.nun.de qua vide etiam per Bar.in conſi.30.colum.7. circa med.& incip. ſcribitur præclarè.& plenius per eundem in conſi.58.in ver.verba dicunt,& in conſi.35.in ea.parte.per Fely.in proœ. Decr.in 2.col. & vlt.quaſi vſque ad fi.proœ.aliquid per eundem in c.per tuas.col.3. verſi.1.conclu.de proba.hic alleg.& in col.2.in fi.vltra locos ſuperius alleg. ꝙ etiam in ſtatutis ſtrictis,& pœnalib.communis vſus loquendi præfertur propriæ ſignificationi, ſeu naturæ vocabuli.aliquid etiam per eundem Fely.in c.ſuper his.8. col.de accuſ. vbi dixit not.quod communis vſus loquen. excuſat probationes de neceſſitate non concludentes.
* Et dic,quod communis vſus loquendi etiam in materia ſtricta præualet proprietati verborum.l.Labeo.ff.de ſuppellec.leg. Dec.conſi.146.col.2.circa fi. Aym.conſi.166.nu.10.& plura not.Nat.conſi.291.qui communis vſus loquẽdi non attenditur,quando verba prolata ſunt literaliter, ſed tantum quando vulgariter,teſte Rol.conſi.83. nu.21.lib.3. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio interpoſita ſuper iure,vel actu merè perſonali, ſiue ſit interpoſita perſonaliter, ſiue imperſonaliter, nunquam tranſit ad hæredem ſtipulatoris.*
2 *Imperſonalitas ex parte ſtipulatoris non vitiat ſtipulationem.*

Quando

3 *Quando aliquis eſt ſtipulatus vſumfruct. ſibi hæredique ſuo, alius eſt vſusfructus in perſona ſtipulatoris, alius in perſona hæredis.*
4 *An, & quando imperſonalitas vitiet ſtipulationem.*
5 *Paria ſunt ſtipulari vſumfructum, vel vti frui.*
6 *An ſtipulatio vti frui licere, contineat ius vel factum.*

§.Si quis ita. Stipulatio interpoſita ſuper iure mere perſonali non tranſit ad hæredem ſtipulatoris, niſi de eo ſit facta mentio, & tunc in perſona hæredis creatur nouum ius. hoc dicit in effectu, & eſt tex. ſingu. ſecundum Cum. & Pau. de Caſt. hic præſertim in vltimo dicto. Diuiditur in quatuor partes princi. In prima loquitur, quando quis ſtipulatur perſonaliter ſibi vti frui licere. In ſecũda, quando imperſonaliter ſtipulatur. In tertia, quando ſtipulatur ſibi, & hæredi ſuo. In quarta probat proximè dictum per ſimile. Secunda ibi, ſed ſi non addiderit. Tertia ibi, ſed ſi quis vti frui.
1 Quarta ibi, nam & ſi ire agere, &c. ¶† Not. 1. ex hoc tex. ꝙ ſtipulatio interpoſita ſuper iure vel actu merè perſonali, ſiue ſit interpoſita perſonaliter ſiue imperſonaliter, nunquam tranſit ad hæredem ſtipulatoris, nam ſtipulatio vti frui continet vſumfru. qui eſt perſonalis, quia non poteſt eſſe niſi cum perſona, & cum perſona finitur. §. finitur. inſtitu. de vſufru. l. corruptionem. C. de vſufru. ideo non tranſit ad hæredem ſtipulatoris actiuè, tamen paſſiuè ex parte promiſſoris bene continet perſonam hæredum promittentis, quia vſusfr. ex parte ſtipulatoris eſt perſonalis, ex parte promittentis eſt in rem, & ſic durat contra hæredes eius, qui debent pati vti frui. l. 5. §. reo. ff. de vſufru. l. vti frui. ff. ſi vſusfru. pet. & d. §. finitur. ita declarat Barto. in
2 l. 4. §. Cato. in pen. quæſt. ad fi. ſ. eo. ¶† Secundò no. in verſ. ſed & ſi non ſibi, ꝙ imperſonalitas ex parte ſtipulatoris non vitiat ſtipulationem, quia ſemper ſtipulator vult ſibi acquiri. facit tex. in §. ſicut autem. in fin. & ibi Imol. & Mod. ad hoc no. ſ. ea. l. Similiter ſi ſum ſtipulatus hoc modo, promittis mihi recipiẽti pro eo quem declarabo, poſteà nemine declarato potero ego agere, quia cenſetur ſtipulatus ſibi, & hæredi, text. eſt no. in l. 4. C. de contrahen. & commit. ſtipu. per quam ita decidit Bal.
3 in l. 1. in fin. princip. ff. de pact. ¶† Tertiò not. ex text. ibi, licèt diuerſi ſint fructus. ꝙ quando aliquis ſtipulatus eſt vſumfru. ſibi hæredique ſuo, alius eſt vſusfru. in perſona ſtipulatoris, alius eſt in perſona hæredis, vnde in perſona hæredis erit opus noua conteſtatione, & cautione, vt ĩ. per Barto. vbi dicetur, & ſic no. Barto. ĩ ꝙ vbi quis ſtipulatur ius perſonale non tranſitorium ad hæredes, ſi non fiat mentio, non eſt tranſmiſſio nec operatur, & ideo ſi fiat promiſſio de non offendendo, alia eſt promiſſio in hærede, alia, &c. vt per Barto. in d. §. Cato. ¶ Glo. in verſi. non ſibi addiderit. diuiditur in duas partes. In prima colligit vnum ex tex. In ſecunda oppo. & non ſolu. Secunda ibi, ſed argumentum contra. ¶ In glo. 1. declarat Barto. cum quo cæ-
4 teri † tenent, an & quando imperſonalitas vitiet ſtipula. & concludit, ꝙ ex parte ſtipulatoris nunquam vitiat, ex parte verò promiſſoris ſi imperſonalitas ſit in verbo obligatiuo, vitiat, ſecus ſi in verbo executiuo, & ſi diceretur, quæ poteſt eſſe ratio diuerſitatis inter ſtipulatorem, & promiſſorem, quare in primo caſu imperſonalitas nunquam vitiat, dic rationem eſſe, qa lex, & natura ſemper præſumit, ꝙ ſtipulator velit ſibi acquiri, & propter præſumptionem iuris valet ſtipulatio in perſona ſtipulatoris. l. ſi defunctus. C. arbit. tutel. ſed ex parte promiſſoris eſt totum oppoſitum, quia non eſt præſumptio, ꝙ quis velit ſe obligare. l. cùm de indebito. § fin. ff. de proba. nam imputandum eſt ſtipulatori, quare non fecerit promiſſorem declarare illam imperſonalitatem. l. veteribus. ff. de pact. Sed aduerte, quia Barto. prima fronte videtur aliqualiter contrarius, quia primò vult, ꝙ verbum ſatisfiet, ſit obligatiuum, poſteà vult, ꝙ ſit executiuum. Salua Bart. quia quando verbum ſatisfieri profertur de per ſe tantum, tunc eſt obligatiuum, ita loquitur Authen. ſi quando. ſed quando præcedit verbum obligatiuum, tunc eſt executiuum, vt in exemplo Barto. Adde etiã ad hãc doctri. text. not. in l. dedi. in princip. in verbo ne ad iudicem eatur. ff. de condi. ob cauſam. vbi etiã imperſonalitas in contractibus innominatis vitiat, quando eſt in verbo executiuo. ſed ad-
* uerte licèt Barto. *& communiter Scribentes* ita teneant poſt Cyn. & Antiquos in d. Authen. ſi quando. tamen do. Chriſtoph. Caſtil. ſubtilitatum princeps tenuit nouam opin. quam ſibi aſcribit Rapha. Cuma. hic eius diſcipulus, ꝙ imò ſicut imperſonalitas ex parte ſtipulatoris nunquam vitiat ſtipulationem, ita etiam ſit ex parte promiſſoris, & conſequenter ꝙ imperſonalitas in verbo obligatiuo nunquam vitiat ſtipulationem, ſi dico, promittis centum, reſpondeas promittuntur, vel ſatisfiet, imperſonaliter, iſta ſunt verba obligatiua etiam ex parte promiſſoris, & nunquam vitiant ſtipulationem. probat ſic, clarum eſt, quòd in ſtipulatione requiritur pro ſubſtantia, ꝙ præcedat interrogatio, & ſequatur reſponſio, aliter non valeret. l. 1. ſ. eod. rationem vidimus in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. poſt Barto. ſ. eo. tunc ſic, pone, quòd interrogo te, promittis mihi centum, & tu reſpondeas promittuntur, iſta imperſonalitas non vitiat ſtipulationem, quia reſponſio ambigua declaratur ſecundum interrogationem præcedentem. text. eſt in §. præterea. inſti. de inutil. ſtipul. & ibi text. aſſignat rationem, quia dummodo interrogatio ſit clara, ſemper reſponſio, licèt ſit ambigua, tamen erit clara, quia declarabitur ſecundum interrogationem præcedentem. ad idem text. in l. ſi defenſor. §. qui interrogatus. ff. de interrog. act. confirmo, nã idẽ videmus in reſcriptis Papæ, vel principis, ꝙ reſponſio ambigua intelligitur, & declarat̃ per ſupplicationem præcedentem, text. eſt not. qui tota die allegatur ad hoc in cap. inter dilect. in §. cæterum. de fide inſtru. facit tex. in l. 1. C. de diuerſi. reſcrip. & per hoc apparet non obſtare text. in Authen. ſi quando. quæ ſola eſt fundamentum Bart. & Doct. quia loquitur in conſtituto, quod fit pacto nudo non præcedente interrogatione. §. de conſtituta. inſtitu. de act. meritò ibi imperſonalitas in verbo obligatiuo bene vitiat, quia ibi non præcedit interrogatio, quę habet declarare promiſſionem precedentem, & ſi diceretur, prout dicebat Cum. hic, quòd tex. in d. Auth. ſi quando. vltra conſtitutum text. ſubdit verbum ſpoponderit, quod videtur intelligendum de ſtipulatione, quòd de conſtituto iam prædixerat, dic, quòd imò verbum ſpopondit, intelligitur pacto nudo. text. eſt in l. vnica, & ibi glo. C. de ſuffrag. firmat Rom. & Alex. in l. lecta. ff. ſi certum petatur. nec potes dicere, quòd text. ſit ſuperfluus, quia poteſt eſſe pactum nudum quod non erit conſtitutum, vt dixi in §. de conſtituta. Quid tenendum? iſta opin. Chriſtoph. diſputando, & legendo poſſet optimè defenſari, ego tamen teneo communem ſententiam non per fundamentum Barto. aut Docto. ſed teneo alia fortiori ratione. nam regulam habemus, quòd diuerſitas inter interrogationem, & reſponſionem ſemper vitiat ſtipulationem, etiam ſi reſponſio ſit vtilior. text. eſt in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ſ. eod. latè Barto. in l. 1. §. fi. ſ. eo. pone, ego interrogo te, promittis mihi centum ſub conditione, vel hinc ad annum, tu dicis promitto purè, non valet iſta ſtipulatio, & tamen reſponſio eſt vtilior, quia eſt diuerſitas inter interrogationem, & reſponſionem, & vbi eſt diuerſitas vel inæqualitas in rebus ſemper vitiat, ſed quando in interrogatione ſtipulatio fuit imperſonaliter facta, vt ſi dico promittis centum, reſpondes promittuntur, iſta eſt diuerſitas, quæ debet vitiare ſtipulationem, quia eſt diuerſitas in perſona quæ vitiat, cùm diuerſitas in qualitate vitiet, quanto magis diuerſitas in perſona, & pro hoc clare reſpondeo ad text. in §. præterea. inſtit. de inutil. ſtipu. quia ille tex. expreſsè ad literam loquitur, quando ſtipulatio fuit pura, & ſimplex valet, & intelligitur ſecundum interrogationem præcedentem: exemplum, promittis centum, tu reſpondes promitto, ſed in caſu noſtro reſponſio non eſt ſimplex, imò multum diuerſificat ab interrogatione, & iſta vitiat, & ꝙ. §. præterea. loquatur, quando promiſſio eſt ſimplex, probat ibi text. ¶ Gl. in verbo fructus, quam diuide in duas partes, prout duos ponit intellectus ad text. Secunda ibi, vel dic, vt alij dicunt. ¶ In glo. in verbo fructus, quæ ponit duas expoſitiones ad tex. ſuper prima Barto. ponit effectum, quia erit opus noua conſtitutione vſusfru. in perſona hæredum. Adde, ꝙ ex hoc ſequuntur correlariè alij effectus, quia in perſona hæredum requireretur alia cautio de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, iuxta. l. 1. ff. vſufru. quemadmodum ca. & ita in ſpecie tenet Bald. in l. vnica. §. excepto. C. de cad. tol. alius eſt effectus. l. repeti poteſt. ff. qb. mod. vſusfr. amitta. ſed non in perſona hæredum, ex quo eſt nouus vſusfr. ita Bal. in l. antiquitas. ad fi. C. de vſu & hab. ¶ Circa ſecundam expoſitionem glo. Bart. intelligit eam procedere, quando quis primò ſtipulatus eſt vſumfructum de per ſe, poſteà eſt ſtipulatus ſibi, & hæredibus vti frui licere, tunc non intelligitur ſtipulatus hæredibus vſumfru. & ſic obligationem perſonalem, ſed ſolùm perceptionem, & ſic cauſam, & obligationem ad fructus. ita Ang. hic, quia aliud eſt vſusfru. aliud perceptio fructuũ. l. fundi Trebatiani. in fi. ff. de vſufr. leg. quia illud ſm continet ſolùm factum, & non ius vſusfr. & conſequenter non poſſum agere contra te, vt conſtituas vſumfructum, ſed ſolùm vt patiaris vti, & ex hoc ſequitur, ꝙ ſi alius tertius impediret me, non haberem confeſſoriam contra eum. l. vti frui. in prin. ff. ſi vſusfru. peti. cùm ergo habeas ſolùm obligationem ad fructus, non competit mihi confeſſoria. Iſtam opin. repræ-
5 hendunt Imo. Rom. & Alex. † & bene, quia paria ſunt ſtipulari vſumfructum vel vti frui licere. text. eſt hic in princip. iuncta. ver. ſed ſi. facit text. in l. ſi quis ita. ff. de vſufru. Item ex quo ſtipulatio continet, ꝙ mihi liceat vti frui, ergo ego percipiam fructus à me, & non ab alio, & ſic dicetur vſusfru. Nec obſt. l. fundi Trebatiani. nam Bal. tenet cõ. Bar. hic, quia differentia Bar. nul-

6 lam habet rationem.¶† Quærit Barto. an ſtipulatio vti frui licere, contineat ius vel factum, & ſic committatur per contrauentionem iuris vel facti, concludit, ꝙ committatur per controuerſiam facti, niſi in ſtipulatione ſit adiectum ius. cum eo trãſeunt Cum. & Ang hic, & Ang. in §. ſi quis dolum. ĩ. ea. l. ſed Bar. malè dicit, & eum repræhendit Imo. hic, quia qui ſtipulatur vti frui, ſtipulatur vſumfr. vt ibi per eos, bene verum eſt, ꝙ etiam continet factum propter patientiam. gl. & Bar. in l. 1. §. 1. vbi dixi. ſ. eo. ideo committitur etiam per impedimentum facti. l. ex conducto, & l. ſi fundus. ſ. loc. alleg. per Bart. ¶In glo. in verbo probamus. Bar. intelligit gl. procedere, quando ſeruitus itineris, vel actus iam eſſet conſtituta, nam ſeruitus itineris, vel actus realis bene tranſit ad hæredes, & in infinitum, licèt de eis nõ ſit facta mentio, ſecus in ſtipulatione agere licere, de quo loquitur tex. quæ continet merũ factum, & ideo ſicut non tranſit ad dominum. §. ſed cùm factum. inſti. de ſtipu. ſeru. ita nec etiam tranſit ad hæredes ſtipulatoris. l. apud Iul. §. ſi quis alicui. ff. de leg. 2. & l. 1. ff. de ſerui. leg. tu ſtringe iſta duo iura Bart. fortius, quia ſi in vltima voluntate, in qua fit larga interpretatio. c. dilecti. de don. l. in teſtamentis. de regu. iur. non tranſit ad hæredes legatarij, ergo multo minus in contractibus, qui ſunt ſtricti iuris, niſi de eis ſit facta mentio. & cum Bart. tenent Cum. & Alex. hic, & Cy. in l. veteres. ad fin. C. de contrahen. & commit. ſtip. Imo. & Cum. in l. ſic. magna. ĩ. eo. Pau. de Caſt. in l. 2. §. item ſi in facto. ſ. e. Alex. in §. Cato. in 13. col. ita teneas quamuis Bar. in d. §. Cato. in 6. queſt. teneat, & malè, ꝙ in d. l. 1. §. fi. ea. fuerit ſtipulatio ſeruitutis itineris & actus, ideo tranſit ad hæredes. l. hæredes. §. an ea ff. fam. ercil. ſed iſte text. loquitur in ſtipulatione ire. agere licere, quæ continet merum factum. Bar. malè loquitur, quia tex. in l. 2. §. fin. loquitur etiam de ſtipulatione ire agere licere, vt hic, & ibi fuit facta mentio hæredum, meritò tranſit ad hæredes.

S V M M A R I V M.

1 *Stipulatio doli ſimpliciter interpoſita, etiam dolum hæredis compræhendit non extranei, niſi pœna fuerit appoſita.*
2 *An ſtipulatio pœnalis ſuper dolo malo ſimpliciter interpoſita comprehendat factum alienum extranei.*

1 **§. Si quis dolum.** † Stipulatio doli ſimpliciter interpoſita etiam dolũ hæredis compræhendit non extranei, niſi pœna fuerit appoſi-
* ta. hoc dicit ſecundum Bar. *& communiter alios*, vel ſic. Stipulatio dolum malum abeſſe, committitur ex facto promiſſoris, & eius hæredum, ſed non ex facto tertij, quem promiſſor obligare non poteſt niſi apponatur pœna. hoc dicit. & pone exemplum per tex. in l. ita demum. ff. de arbi. In tex. ibi, ſi verò de plu
2 rium dic ſcilicet extraneorum vltra perſonas hæredum. † quærit Bart. an ſtipulatio pœnalis ſuper dolo malo ſimpliciter interpoſita compræhendat factum alienum extranei, concludit, ꝙ non, niſi de extraneo fiat expreſſa mentio, & cum Bart. tenet Ange. hic, & dicit Imol. ꝙ fortè in practica ſeruaretur dictum Barto. Breuiter tene contrarium per text. multum clarum in l. nouiſſima in ver. penul. ff. iudi. ſolu. vbi non poſſet eſſe clarior text. ſi quis ſtipulatur dolum malum abfuturum adijciendo pœnam, intelligitur de facto etiam extraneorum, quamuis Bart. ibi deſtruat illum text. ꝙ ibi fuit facta mentio hæredum, ſed fruſtra eſt. ad idem eſt text. clarior hic, licèt Barto ſimiliter ſubaudiat factam expreſſam mentionem extraneorum, & fruſtra eſt, item ſi extranei non intelligerentur, fruſtra apponeretur pœna, quia ipſi tenentur ſine pœna, vt hic in text. & ita contra Bar. tenet gl. in l. emptorum. §. qui autem. in verbo per omnes. ſ. de act. emp. Imo. Pau. & Rom. hic. Cum. & Ale. ſ. ea. l. in prin.

S V M M A R I V M.

1 *Stipulator poteſt adijcere perſonam hæredis, & patris adoptiui.*
2 *Filius adoptiuus an poſſit obligare patrem ad futurum, & ad præſens.*

1 **§. Suæ perſonæ.** † Stipulator poteſt adijcere perſonam hæredis, & patris adoptiui. hoc dicit, intellige iſtum text. prout etiam intelligit Cum. in ſtipulatione de ſe perſonali, puta vſusfru. vel quando continet merum factum iuxta. §. ſi quis ita. & §. hi, qui. in verſi. cùm verò. ſ. eod. aliàs etiam ſi non adijceretur perſona hæredum, vel patris arrogatoris, comprehenderentur, cùm heredes vniuerſales ſemper compræhendantur. §. ſicut autem. ſ. ead. l. ideo glo. 1. continuans iſtum. §. ad præcedentem malè intelligit loqui in ſtipulatione dolum malum abeſſe, cùm hoc non ſit factum perſonale. ¶ Glo. in verbo hæredis. diuido in tres partes. In prima remouet contrarium. In ſecunda declarat text. & remouet aliud contrarium. In tertia tacitè quærit, an pater arrogator poſſit conueniri ex perſona filij arrogati. Secunda ibi,
2 ſic, & patris. Tertia ibi, imò etiam & conuentionis. ¶† Iſta glo. in princip. & in fin. videtur prima frontè contraria ſecundum Rapha. Cuma. nam in princip. vult, ꝙ filius adoptiuus poſſit obligare patrem futurum ſed non præſentem, poſteà in fi. vult totum contrarium, ꝙ pater arrogator futurus non tenetur ad debita filij ſed bene pater, qui iam arrogauerat, & ſic pater præſens, ſed concorda iſtam glo. nam in princip. loquitur, quando filius adiecit expreſſæ obligationi perſonam futuri patris arrogatoris, quod poteſt facere ſecundum glo. poſteà in fin. loquitur glo. quando quis ſimpliciter contraxit cum extraneo non facta aliqua mentione patris arrogatoris, an poſteà arrogans teneatur ex illis contractibus ante arrogationem celebratis, & licèt in hoc vltim. teneat, ꝙ non, malè loquitur, cùm iſto iure pater arrogator eſſet ſucceſſor vniuerſalis, quia in eum vniuerſaliter tranſibant bona arrogati. l. ſi paterfamil. in princi. de adop. & inſti. de acquiſ. per arro. in princip. vnde in ſucceſſorem vniuerſalem obligationes actiuę, & paſſiuę inſolidum tranſeunt. l. tam ex contractib. ff. de iud. l. ſed & ſi quis ſtipuletur. aliàs eſt. l. adhuc. §. operas. ff. de vſufru. vnde ſi adijciat perſonam futuri arrogatoris licèt ſimpliciter, certè, qui poſtea arrogat, tenetur per factum ſuum per arrogationem, quia omnes actiones in eum tranſeunt. l. onera. ff. de adop. ita intelligitur. l. in arrogationem. ff. de pact. alleg. in glo. ſed ſi filius iam arrogatus contrahat, non poteſt obligare patrem niſi in eo, quod ſibi eſt conceſſum in peculio. glo. vulgar. in §. fin. inſtitu. de acquiſ. per arroga. & filiusfamil. non poteſt obligare patrem, niſi de peculio toto tit. ff. de pact.

S V M M A R I V M.

1 *Debitor in diem certam poteſt ante illam ſoluere etiam inuito creditore.*
2 *Dictio ſi, & dictio cum, faciunt conditionem.*
3 *Quando tempus certum eſt adiectum fauore creditoris, non poteſt deuitor ante illud ſoluere.*
4 *Decimæ debent dari ſacerdotibus de grano triturato, & debent portari vſque ad domum ſacerdotis.*

§. Inter certam. Debitum in diem certum poteſt ſolui ante diem, ſecus in
* die incerta. hoc dicit, ſecundum Bar. *& communiter. vel ſic.* Diem
1 certam licitum eſt præuenire, ſecus in incerta. hoc dicit. ¶† No. primo, quòd debitor in diem certam poteſt ante illam diem ſoluere, adde text. in l. ꝙ quis. ſ. titu. 1. de actio. & oblig. & l. ꝙ in diem. ff. de ſol. intellige iſtam regulam etiam inuito creditore,
a ſecundum [a] quòd declarat Barto. hic in fine, vbi dicetur, ratio huius regulæ ponitur in text. ibi, totum enim medium, nam cùm tale tempus præſumatur appoſitum fauore debitoris. l. eum, qui calendis. §. fina. infra eodem. ergo poteſt fauori ſuo renunciare, & ante ſoluere per regulam. l. ſi quis in conſcriben. C. de pac. & c. ſi diligen. de foro competen. adde pro ampliatione, quòd mortuo marito eius hæredes ſi volunt poſſunt incontinenti reddere dotem mulieri conſiſtentem in rebus mobilibus, & non expectare annum, iuxta. l. vnicam. §. exactio. C. de rei vxo. act. & per conſequens interim non tenentur alimentare vxorem, eo quia tale tempus anni fuit principaliter indultum hæredibus miſerationis gratia, ergo poſſunt ei renunciare. ita not. tenet Bald. in Auth. ei qui iurat. C. de bon. aucto. iud. poſ. in 16. colum. in ver. quæro mulier miſſa eſt in poſſeſ. in fin. Cum. in d. l. diuortio. in prin. ff. ſolu matrimo & ibi Alexand. in 11. colum, imò fortius, & ſingularius tenet Bal. in præalle. Auth. ei, qui iurat. ꝙ non ſolùm hæredes mariti poſſunt incontinenti reſtituere talem dotem, & euitabunt alimenta præſtari vxori, imò ſi incontinenti reſtituunt, poſſunt retinere interuſurium medij temporis, quod percepiſſent ex tali dote per. l. ſi conſtante. § quoties. ff. ſolu. matrimo. quod vltimum commendat, &
2 reputat mirabile Alex. & ſequitur in d. l. diuortio. in prin. ¶† Secundo not. ex tex. ibi, ſi aliquid factum ſit, vel cum aliquid, & c. ꝙ non differt dictio ſi, & dictio cum, cum vtraq; faciat conditionem. l. quodcunque. §. non ſolum. vbi Barto. ĩ. eo. & ad hoc etiam ponderat iſtum text. Barto. in l. ita ſtipulatus. in 2. q. prin. ĩ. eo. dum tractat de die incerta. Ratio iſtius ſecundæ deciſ. tex. eſt, quia ante purificatam cõdit, vel diem incertã non eſt certa obligatio,

A D D I T I O.

a ¶Secundum. Adde Bar. in l. ſtipulationes non diuiduntur. §. fi. ff. de verb. oblig. PVRPV.

obligatio nec actio.l.cedere diem.ff.de verb.sign.§.ex conditionali.instit.de verb.obl.ideo ante soluendo non facit, ꝙ promisit, vt dicit litera, quia soluit vt se liberet ab illa obligatione, quæ nondum erat, pendente tamen tempore est oritura obligatio.d.l.cedere diem.licèt ante diem agens possit repelli. l.1.in fi. ff.quando dies vsuf. leg.ced.ideo potest debitor interim soluere,quia soluendo liberatur ab obligatione jam nata. ¶Gl.in ver.inter certam.quam diuide in tres partes.In prima remouet contrarium. In secunda aliud. In tertia addit simile. Secunda ibi,bene dico statim.Tertia,& vlt.ibi, sicut accidit in primitijs
3 agrorum.¶In ea gl.ibi,nisi gratia stipulatoris fiat.no.ex gl. † regulam,ꝙ quando tempus certum est adiectum fauore creditoris,non potest debitor ante illud tempus soluere.facit text.in l.qui Romæ.in prin.& ibi Bar.& alij.ĵ.e.& tex.in l. in fideicom. §.cùm Pollidius. s. de vsur.hinc est, ꝙ qui promittit ad incertam diem rem quæ corrumpitur, non potest inuito creditore soluere,secundum Bal.in l.si plures.ad fin.C.de fid.instru.& in l.
4 in annalib.C.de leg.¶†In fi.gl.dic melius, ꝙ decimæ debēt dari sacerdotib.de grano triturato, & debent portari vsque ad domum sacerdotis.tex.est.16 quæst.1.in c.reuertimini, & ibi gl.in verb.in horrea,& tex.ea.causa.q.8.c.decimas,& ibi,gl. in verb. in horreum. ¶Glo. in versi. dari potest. quam diuide in tres.In prima remouet contrarium.In secunda alleg.duas concordantes, tamen secunda facit ad oppositum. In tertia format tria contraria,quib.non respondet.Secunda ibi, & facit. Tertia ibi, sed argumentum contra.¶In ead.glo.ibi,& facit. C.de fideic.l. post mortem.dic imò illa.l.facit contra secundum responsum huius.l.quia ibi erat debitum in diem incertam, & sic conditionale,& tamen hæres potest soluere.Barto. respondet,vt hic per eum dic clarius, ꝙ ibi restitutio non præiudicat nisi ipsi hęredi,cuius fauori est adiectum,ideo potest illi fauori renunciare.adde ad hoc tex.valde solennem in l. patrem. ff. de his,quæ in fraud.quam reputat sing.Bald.in rub.C. eo.in vlt. col.vbi est text.sing.mater instituit maritum hæredem,& grauauit vt elapsis.10.annis restitueret istam hæreditatē filio. restituit statim, quia molestabatur à creditoribus,non dicitur fecisse in fraudē, & ad illum tex.adde,quæ dixi in 1.not.huius tex.adde etiam.l. vxorem.§. Scæuola.cum glo.ff.de leg.3.

SVMMARIVM.

1 *Alteri stipulari nemo potest, quod ꝓcedit etiam in fisco, & in muliere, quæ non potest stipulari filio, & in consanguineo, & in vicino honesto, & in libero.*
2 *Per consuetudinem potest induci, quòd quis possit alteri stipulari, & ꝙ alteri per alterum recta via quæratur.*
3 *Alteri per alterum potest stipulari fauore dotis, item in feudis frater stipulando acquirit fratri absenti.*
4 *Vbi in stipulatione facta alteri propositum est iuramentum, valet.*
5 *De iure canonico omni casu potest alteri per alterum stipulari.*
6 *Pijs locis, & pauperib. potest quilibet stipulari etiam verbis directis, & etiam ipsis absentibus.*
7 *Seruus, & filiusfam. possunt stipulari domino, & patri.*
8 *Deficiente ratione debet deficere legis dispositio.*
9 *Quando, quis vult alteri stipulari, & sua non interest, debet adijcere pœnam in stipulatione, licèt non valeat principalis, valebit accessorium.*
10 *Vbi in stipulatione est apposita pœna, non inspicitur an intersit.*
11 *Licèt quis non possit directò immediatè stipulari tertio, tamen per indirectum si stipuletur nomine alterius, ideo bene valet, & tenet.*
12 *Ad hoc vt ratione interesse possit quis alteri stipulari, requiritur, quòd sit pecuniarium, & sic non sufficeret interesse, ꝙ alter esset sibi naturaliter obligatus.*
13 *Quando stipulatio facta alteri interponitur super eo, quod erat ipsius stipulantis, vel sibi debitum, valet stipulatio.*
14 *Licèt per actum ciuilem, puta per stipulationem alteri quæri non possit, tamen per actum naturalem numerationis alteri per alterum benè quæritur actio sine cessione.*
15 *Alteri potest acquiri per stipulationem qualitas ad actionem, quæ omnino competebat.*
16 *Stipulatio facta alteri non est contra legem, sed præter legem.*
17 *Negatiua præposita verbo, potest, priuat potentiam, & inducit necessitatem præcisam.*
18 *Pœna adiecta pacto nudo, aut stipulationi alteri facta, an & quando possit exigi.*
19 *Ratio quare vsura non debetur in pecunia num. nisi interueniat stipulatio, in alijs rebus mutuabilibus debetur solo pacto nudo.*
20 *Ex stipulatione alteri facta an oriatur naturalis obligatio stipulanti.*
21 *Stipulatio alteri facta si à prin. non interfuit stipulantis, sed ex post facto, an conualescat.*
22 *Pœna excedens legitimum modum vsurarum adiecta a consueto fœnerari, censetur adiecta in fraudem vsurarum de iure ciuili.*
23 *Pœna an possit excedere quadruplum.*

a **§. Alteri.** Iste.[a] §.secundum Alex. est solennis, & habet materiam quotidianam,& vtilem.Bart. & Doct.summant sic.Non potest quis alteri stipulari nisi filius vel seruus,sed metu pœnæ ei stipulationi paretur.hoc dicit,secundum Bar.& *communiter Doc.*ego summo aliter.Non potest quis alteri stipulari, nisi sit in eius potestate, vel nisi pœna sit
1 adiecta.hoc dicit, & melius. ¶† Not.1.ex isto text. regulam,ad quam semper allegatur,ꝙ alteri stipulari nemo potest,& consequenter non valere stipulationem alteri factam. concordantes sunt in gl.1.quibus adde l.solutum.§. per liberam. ff. de pig. act.& l.certi condictio.§.quoniam.ff.si cert.peta. amplia istam regulam,vt procedat etiam in fisco,& consequenter in repub. quibus per liberam,& priuatam personam etiam sibi subiectā non potest stipulari vel pacisci.tex.est in l.1.in prin.ff.de iur.fis. & ibi Bar.in 1.col.multum no.illum text. & dicit, ꝙ est quotidianum. adde Barto. idem tenentem in l. arbiter intra certam diem.per illum tex. ff.de arb. vbi ampliat etiam si sibi esset subditus,puta Potestas non posset stipulari, & quando non haberem nec legem nec Barto.confirmo viua ratione,quia in fisco nihil magis speciale est,quàm in priuato,nisi aliqua.l.illud speciale inducatur.tex.est in l.item veniunt.§.in priuatorum,& ibi gl.ff.de peti.hæred.gl.in l.1.C.de peti.hære.ergo fiscus.& repub. stant sub regulis communibus priuatorum, & sic stant sub regula huius tex.adde tamen secus esse in dote, cui in hoc magis fauetur,quàm fisco,vt statim dicam.Secundo amplia istam regulam,ꝙ & mulier non potest stipulari filio.text.est in l. debitor.in fi.ff.ad Treb.firmat latè Bar.in l.ꝙ dicitur.in vlt.col.& ibi latius Mod.ĵ.eo.Bar.in l.pactum,& in l.pater.per illum text.C. de pac.conuentis.Bart.in §. si stipuler.in s.fal. ĵ.ea.l. Tertiò per hoc infero aliam ampliationem, ꝙ multominus alij consanguinei vel cognati possunt stipulari alteri consanguineo, vt est gl.in verb.interest.in l.fideiussor.ff.de pact.& bonus tex.in l.3.§. sed & si fortè.ff.iud.solui.Quartò ex hoc infero,ꝙ etiam vicini honesti,& probi non possunt alteri stipulari,ita tenet d. Abb.in c.past.§.1.in vlt.col.de offic.ordi. Quintò amplia, ꝙ etiam libertus non potest stipulari patrono suo,quamuis ab eo consequutus sit maximum prēmium libertatis.tex.est in l.si ita stipu
2 latus.§.Chrisogonus.ĵ.eod. ¶† Limita not.[b] istam regulam,ꝙ
b per consuetudinem potest induci,ꝙ quis possit alteri stipulari, tex.est in l.certi condictio. §. si nummos. in verbo cùm quotidie,& ibi Rom.& alij Moder. ad hoc not.ff.si cert.peta. Addo meliorem tex.in l.si quis donaturus.in fi.ff.de vsufr.quem text. ad hoc allegauit Bal.in rep.l.de q̄b.in 21.col. ff.de legi.& Rom. in d.§.si nummos.Item consuetudo potest facere, ꝙ alteri per alterum recta via quæratur,secundum Bal.in l.non aliter. ff.de adop.per tex.in d.l.certi condictio.§.si nummos,& text. in l.cū patrem. C. de iure dot. sic etiam lex municipalis vel statutaria potest statuere,ꝙ alter alteri possit stipulari, & ꝙ non requiratur aliqua cessio.ita tenet Bal.in c.quæ in ecclesiarum, in 7.col.
3 de consti.¶† Secundo prædicta regula fallit in dote,cui in hoc magis fauetur,quàm fisco, quia alteri per alterum potest stipulari fauore dotis.tex.est in l.Caius. ff.solut. matrimo. & in l.pactum.C.de pac.conuen.& ita etiam tenet Bal. Nouel. in tract. suo.de dote in 6.parte prin.in 22. priuileg. & seq. ¶Tertiò præ
c dicta regula fallit[c] in feudis, in quibus frater stipulando acquirit fratri absenti secundū Bal. & Sal.in l.fi.C.res inter alios acta. facit tex.in c.1.de fra.de nou.benef.inuest.& in c.1.in fi. de duobus fratrib.à cap.inuesti.& tex.in c.1.§.cum verò Corradus. de his qui feu.dar.possef.& in cap.2.de feud.Mar.& in cap.1. §.fin. de succe.feud.tamen ad illa iura posset responderi,quòd in illis iuribus illud fuerit ex propria conuentione omnium ipsorum fratrum,non autem ex acquisitione alterius fratris tantum. Ita respondet Pau.de Cast.in consi.174.quod incip.quòd istud feudum.dom.Alex.in consi. 10. 3. volum. quod incipit ponderatis his,quæ in themate continentur.Et vltra prædicta, quòd in feudis frater possit stipulari fratribus absentib. addo Bal. in c.1. in vlt.

ADDITIONES.

a ¶Iste.Amplia istum.§.1.& si in aliquo interesset.secundò idem in socio.Ias.in l.stipulationes non diuiduntur.col.3.inf.eo.sed id de socio limita nisi ratificetur,per id quod vult ibi Aquen.2.col.

b ¶Limita not.Ad hoc vide Alex.consi.suo 27.1.& 2.col.in 3.vol. vbi idem dicit posse fieri per statutum,vt est in ista ciuit. Papię,& in simili vide Fr. Are. consi.suo.49.col.46.inci.memoriæ recolendæ Dux Med. tertius Philip.Maria Vicecomes.

c ¶Tertiò prædicta regula fallit. Ibi tene contrarium.tu adde, ꝙ Fran. de Cur. magnus practi.tenuit istam limitationem in consi.suo.49.sup.alleg.col.22.& 23. vbi dicit,ꝙ videtur verior,& communior sententia,ꝙ in feudis possit aliquis pro se,fratrib.& agnatis feudalem concessionem accipere.

in vlt.colum.si vassal.feud.priua.cui appli.deb. Addo, etiam ꝙ idem not.tenet Bald.in l.1.in vlti.colu. C.quando licc. ab emp. disce. post Dyn. in consi. 15. quod incipit, quidam confessus fuit se habere feudum. vbi not. quærit, aliquis confessus est se tenere in feudum quoddam castrum à quoddam milite, & confessionem recipit pro se, & fratribus suis, quærit an ex illa confessione acquiratur consortib.& an possint ex ea agere, finaliter concludit, quod sic,& in hoc vltim.tenet Ioan. And.in addi.Spec.in tit.de confes.§.nunc videndum.ver. quid si confiteor.Ang.in l.certum.§.si quis absente.ff.de confes. Tene contrarium,ꝙ imò in feudis non possit stipulari pro fratre , ita tenet Bal.in l.si mihi & Titio.in 2.col.ĩ.co.& ibidem dicit Bar.ꝙ in iuribus feudorum præalleg.omnes fratres erant præsentes, nec vnus est stipulatus pro absentib. Ista opi. mihi plus placet, eo quia causæ feudales , quæ non reperiuntur decisæ per iura feudalia,debent decidi ſm ius commune.c.1. vbi gl.& Bald.de succes.fratr. vel gradi.succes.in feu.glo.no.in c. 1. de feud.cog. quam Bal.ibi in 2.col.no.multum,& dicit esse not. dignam.Itē ad hoc vt possit recedi à iure communi in iure feudo. requiritur,ꝙ in feudis contrarium sit expresè decisum.ita dicit Bald. in l.2.C.de suis & legi.& in l.cùm oportet.in fin.prin.C.de bon. quæ lib.ergo cùm in feudis non reperiatur decisum ꝯ regu-
4 lam huius.§.ideo stabimus regulæ huius tex.¶† Quarto no. li-
a mita, a vbi in stipulatione facta alteri propositum est iuramentum valet.gl.est.1.q.7.in c.quoties cordis oculus.probatur duplici rōne.Prima,quia iuramentum vr̄ esse præstitum Deo. c.debitores.de iureiuran.& Deus supplet præsentiam absentis. l.properandum.§.sinautem reus in verbo Dei præsentia. C.de iud.c.2.de arbi.in 6. Secunda ratio, quia vbicunq; iurm̄ potest seruari sine interitu salutis æternæ, semper iurans cogitur illud seruare.cap.si vero. cum vulg. de iureiur. & ita expresè firmat Bar.in l.si quis pro eo.in prin.in 6.memb.ff.de fideiuss.vbi alleg. alias duas rationes.Prima,quia sicut stipulatio facta alteri ꝯualidatur per pœ̄nā,vt hic in fi.ita & per iuramentum.Scd̄o,quia ex stipulatione facta alteri nascitur obligatio naturalis , prout tenet gl.hic in verbo interest.ergo illa naturalis potest iurō firmari,idem tenet Ant.& Imo.in c.cùm contingat. in 11. chart. de iureiur.Alex.hic,cum concord. per eum adductis , & vltra eum idem tenet Bal.in l.nam & posteà.§.iusiurandum.ff.de iureiur.ita teneas.quamuis ꝯrium,& leuiter teneat idem Bald. in d.c.cùm contingat. in 5.conclu.Io.Fab.in §.si quis alij.in 5.col. insti de inutil.stip. Rom.in cons.411.inci.præsens instr̄m.in vlt.
5 col.¶† Quinto limita b de iure cano. vbi omni casu alteri per
b alterum potest stipulari.gl.in d.1.q. 7. c. quoties cordis oculus. quam alleg. Bal.in l.illud.C.de sacrosc.eccl.& in l.certi cōdictio. §.si nummos.ff.si cer.pet.& in l.gn̄aliter.in 10.q.C.de non num. pecu.& in l.pactum.in 9.q. C.de colla. & in Auth. sacra pube. ad fi.C.si aduer.vend.Ant.in c.si cautio.de fid.instr.Io.de Imol. in §.si stipuler.in 3. col.ĩ.ea.l.breuiter tene ꝯrium,ꝙ imò ista regula procedit etiam de iure can.quia non debet induci discordia inter ius canonicum & ius ciuile, nisi expresè caueatur.ca. 1.& 2.de oper.nou.c.cum expediat.de elect.in 6.secundò,quia etiam de iure cano.non auditur nisi ille,cuius interest. ca. cum inter.R.de elect.2.q.6.c.non solent.tertio, & fortius qa speciale est in c.quanquam.de vsur.in 6.ergo regulariter de iure cano. alteri stipulari quis non potest,imò fortius in d.ca. quanquam. quamuis sit materia fauorabilis restitutionis vsurarum,requiritur tn̄ notarius, & sic persona publica , quæ stipulatur pro absentibus,ergo apparet,ꝙ priuatus stipulari non posset, & ad gl. præalleg.rn̄de,ꝙ loquuntur qn̄ verba obligatiua sunt collata in personam stipulatoris,& executiua in personam tertij, quo casu de iure ciuili valet stipulatio,vt dicam in 2.opposi. Bar.& dicit Abb.in d.c.si cautio. in 4. col. se saluare nouissimè illam gl. Istam opi.ꝙ regula huius tex.procedat etiam de iure cano. tenent Imo.Rom.& Alex.hic.Ioan. Fab. in dicto.§.alteri.Abb.in proœ.Greg. in octaua col.post Ant.ibid. Abb. in d.c.si cautio. in 3.col.& seq.& in c.constitutis.de procu.& in d.c.fi. in 7.col. de confes.Rom.in l.penul.ff.si quis cau.& in repe.Auth. similiter.C.ad l.fal.in 5.speciali.piæ causæ inter ꝯctus, & præalleg.ꝯs.
c 441.ꝙ in ci.præsens instr̄m.in vlt.col.¶Sexto limita, c ꝙ pijs lo-
6 cis,† & pauperibus potest quilibet stipulari etiam verbis directis,& etiam ipsis absentibus,ſm Bal.in l.illud.in 1.col. C.de sacrosc.eccl.vbi dicit de hoc esse glo.ord. quæ alibi non reperitur in c. quoties cordis,& sic vides,ꝙ Bal.restrinxit illam glo. vt loquatur in pauperib.& pijs locis, ita ēt tenet Ange. de Are. in §. cùm autem.insti.de adop.& in d.§.alteri.Confirmo, quia si fauore dotis potest quis alteri stipulari,vt dixi.s.in 2.limitati. fortius poterit stipulari pauperibus,& pijs locis,quia dos regulariter non est pia causa ſm Bar.in l.cùm is. §.si mulier. vbi dixi.ff. de condi.indeb.& sic habes 6.limitationes ad regulam tex. nostri.Tres alias limitationes ponit Barto. in 5.primis opp. vbi dicam. quasdam alias limitationes ponit gl.ord. & magna in §.si quis alij.insti.de inutil.stipu.& quasdam alias Bart.in §. si stipu-
d ler,vbi dicetur. d ¶† Secundò no. exceptionem ibi, preterquā
7 ꝙ seruus,& filiusfam. possunt stipulari domino, & patri. ratio, quia censentur eadem persona,vt hic in gl.2. & sic non dicuntur alteri stipulari,nam vox filij vox patris,dixit text.in §. ei,qui. & in §.post mortem.instit.de inutil. stip. & in l.si seruus.vbi gl.
8 ff.de dam.inf.¶† Tertiò no.ibi,inuentæ enim sunt.rationem regulę,ex qua habes,quod deficiente ratione debet deficere legis dispositio.l.adigere.§.quamuis.ff.de iur.patro.l.cùm tale. §. falsam causam legato.vbi gl.& Bar.ff.de condi. & demonstra,ca. cum cessante.de appel. & istud procedit non solùm in causa efficienti,sed etiam in causa fi.vt est hic.nam ad hunc fi.inuentæ sunt stipulationes,vt quis stipuletur,ꝙ sua interest , cessante
9 isto fin.quod non intersit,stipulatio non valet.¶† Quartò no. e
e in vers.planè,consilium legis,quando quis vult alteri stipulari, & sua non interest,debet adijcere pœnam in stipulatione,tunc licèt non valeat principalis,valebit accessorium, quia accessorium non potest conualidare principale. l. ꝙ per manus. ff. de iur.codicil.l.ex pupillari.ff.de vulg.& pupil.l. nuda. C de contrahen.& commit.stipu.& sic metu pœnæ stipulationi parebitur,ratio autem diuersitatis est , quia in principali stipulatione est defectus , eo quia quis stipulatur alteri, cuius non interest, sed in pœnali non est iste defectus , cùm pœnam stipuletur sibi,& sic principale habetur loco conditionis. ita Bald. in l.non dubium,in 14.oppo.C.de leg.aliter dicit Bar. in l. ita stipulatus. in 12.opp. primæ partis. ĩ.co.vbi dicit rationem diuersitatis esse , quia in pœnali non attenditur interesse sicut in principali
10 consideratur.¶† Quintò not.ibi,pœnam enim,ꝙ vbi in stipulatione est apposita pœna , non inspicitur an intersit , & sic in pœnis , quæ debentur ratione contemptus, non consideratur interesse,sed exigitur etiam si nihil interest , concordat l. fin. ff. de præto.stipu.& l.cum pœna. ff. de arbit. de quo plene ponit Bar.& alij post eum in l. 2.§.fin.s.eod. vbi dixi, & posui aliquas
11 no.limi.ad hoc.¶† Ante glo.Bar.format quinque opp. quibus respondet vt hic per eum.Circa secundam oppo.Bart.de l.huiusmodi.in prin.cum gl.ff.de leg. 1. vbi licèt quis non possit directò , & immediatè stipulari Titio tertio , tamen per indirectum si stipuletur nomine alterius bene valet, & tenet, & licèt Ang.in d.l.huiusmodi.dicat illam glo. esse ad hoc singularem, habes quamplures alias concordantes.glo.not.in d.§. alteri. & glo.in d.l.penul.ff.de nego.gest. & glo. in d. l. quæcunque gerimus.ff.de act.& obl.Bar.hic intelligit eas esse veras, & procedere, quando verba obligatiua conferuntur in personam stipulantis, licèt nomine rei,tunc bene valet , ratio, quia tunc stipulatio recipit fundamentum,& radicem in persona stipulatoris, ergo debet valere per regulam d.l.quæcunque, & sic vult Bart. ꝙ si dicerem promittis Titio vel nomine Titij, 100.non valeret ita etiam tenet Barto.in §.si stipuler.ver. sextus modus.ĩ.co.vbi dicit, ꝙ ista stipulatio ꝓmittis mihi dare 100. nomine Titij, sine dubio valet in procuratore vel neg.gest. & sic videtur velle Bar.ꝙ in alio extraneo secus esset,nec aliter declarat idem tenet Imo. hic post Petr.& Rayn. de Forl. ꝙ si aliquis stipuletur dare

ADDITIONES.

a ¶Quarto no.limit.Adde,ꝙ istam eandem limitatio.tenuit Fel. post alios per eum relatos in c.cautio.col 9.ver.& re vera.de fide instru.& in proœ. Greg. col.3.& seq.ad hoc faciunt quæ dicit idem Ias.ĩ.eo.in §.si stipuler.in vlt.verbis.Et dic,ꝙ limitatur etiam iste §.quando quis asseruisset soluere in veritate,vt per Dec.in l.2.C.de eden. BELLOT.

b ¶Quinto limita. Breuiter tene contrarium. Adde , ꝙ istam limitatio.etiam reprobat Fely.in proœ.Greg.col.5.& 6.vbi post d. Anto. & Doct. aliosq; de quib.ibi per eum,dat duo remedia,scilicet iuramenti, & denūciationis euāgelicæ,quibus omissa via ordinaria prouideri potest,quando stipulatio est alteri facta;& respondet ad c.quamquam. de vsu.lib.6.vbi dicit esse casum pro ista parte attento,ꝙ ibi est necessarius tabellio tanquā persona publica,quæ non est prohibita stipulari,& dicit se ita tenere, quicquid aliàs scripserit in c.si caut. de fid.instit.col.9.& 10.maximè dum induxit dictum c. quamquam. ibi erat speciale,quia imò est ius commune,vt supra dictum est.

¶Adde Fel.in c.si cautio.de fid.instru.in arti.de com. parte absente. PVRPV.

c ¶Sextò limita.Adde,ꝙ istam limitationem etiam tenuit Fel.in cap. si cautio. col.9.circa prin,de fide instrument.

d ¶Dicetur.Septimò limita in alio actu, qui non potest acquiri absenti : nam si alius pro eo acceptat,& ratihabitio sequatur,agitur.Dec, in c. at si clerici. in prin.col.11.versi.2.conclu.de iudi.

e ¶Quartò not.Aduerte,ꝙ quando quis nō potest stipulari alteri,quia sua non interest,debet adijcere pœnam,procedit,quando talis stipulatio est præter legem , & sic quando lex non assistit. secus si esset contra legem , quia tunc etiam tenet stipulatio pœnæ.l.si homo mortuus. ĩ.eo.l.quod de bonis.§. 1.ff. ad l.falc.& no.in l.pacta. C.de pact. & gloss.vbiq; vltra alios tenuit Cardin. Zab.in consi.suo 85.incip.do. Nico.Marchio Asten. col. 2. vbi etiam allegat glo.hic.

dare alij tertio, nihil valeret stipulatio, vt hic, sed si stipularetur sibi dari nomine alterius, tunc bene valet, per gl. præallegatas, etiam nullo præcedente mandato, & si postea ille tertius habebit ratum, tenebor sibi cedere actionem neg. gest. per tex. in d. l. pen. ff. de neg. gest. & l. idemq; §. si cui. ff. mand. bene facit bonus tex. in l. si negotia. ff. de neg. gest. vbi si emo aliquam rem nomine Titij non præcedente mādato valet, & si habet ratum, teneor sibi cedere, ergo idem, quādo stipulor nomine alterius, sed Cum. hic simpliciter dicit, ꝙ gl. & Doct. nesciuerunt intelligere d. l. huiusmodi. in prin. quæ debet intelligi, quando fuit expresse adiecta pœna, nec plus dicit, & est. ĵ. adde pro prædictis gl. declaratis. vt s. bene facere illud, ꝙ no. tenet Bar. l. si mihi, & Titio. in 2. col. ĵ. eo. vbi concludit, ꝙ si feudum conceditur tibi & fratri tuo absenti, quo ad fratrem nihil valet, quia ei stipulari non potuisti, nisi feudum sit concessum tibi recipienti pro te, & etiam nomine, & vice fratris tui absentis, vt ibi per eum. ita etiam tenet Bal. in c. 1. in pen. col. si vassal. feu. pri. cui defera. & idem Bal. in l. certi condi. §. quoniam. in 2. col. in fin. ff. si cert. pet. vbi dicit, ꝙ quando promittis mihi recipienti pro tali tertio, tūc indistinctè valet stipulatio, quia collata est in me actio, & obligatio. d. l. huiusmodi. cum gl. & dicit, ꝙ ista verba ponit gl. no. in § si quis insulam. ĵ. ea. l. Idem Bal. in proœmio Decretalium in 5. col. quærit, quare l. ciuilis permittat indirectam stipulationem, vt promittis mihi recipienti pro Titio iuxta d. gl. in d. l. huiusmodi, & tamē non permittit verba directa, vt promittis Titio centum, & respondet, quia multa possunt fieri per circuitum firmando melius pedes, quæ non possent fieri per directum, vt patet in ascensione montis, sic in stipulatione oportet, ꝙ firmetur aliquo tramite. Et ex istis habes septimam limitationem ad regulam huius tex. vltra eas quas. s. dedi in text. licèt tu posses dicere, ꝙ ista non sit propriè limitatio, quia quando verba obligatiua sunt collata in persona stipulatoris, tunc nō dicitur alteri stipulari, sed sibi, licèt omnes gl. & omnes Scribentes ita teneant, nec reperiam istum passum bene discussum, * *ista communis opi.* apud me est multum dubia, quia ratio assignata in hoc tex. ibi, inuentæ enim sunt, militat indifferenter vtroq; casu, siue quis immediatè stipuletur tertio, siue sibi nomine tertij, ex quo sua non interest neutro casu deberet valere, nisi diceres prout statim dicebam, ꝙ quando verba obligatiua sunt collata in personam stipulatoris, tunc non dr̄ alteri stipulari, sed sibi Scđo istud esset imponere legem verbis, & non reb. ꝯ l. 2. in fin. C. communia de leg. & fortius ꝯ communem stringit, quia sequeretur, ꝙ quilibet extraneus posset alteri stipulari, q̄n sua non interest stipulando sibi nomine alterius, & isto modo regula huius text. parum, & nihil seruiret nisi de vento, & ꝙ q̄libet extraneus possit alteri stipulari nomine illius dato, ꝙ sua non interesset, nec haberet mandatum, patet, quia ratihabitio sequens trahitur retro, & æquiparatur mandato. l. fi. in fin. C. ad Maced. c. penu. de sent. excom. in 6. & in regula rati. de reg. iur. in 6. nam sicut procurator habens mandatum potest alteri stipulari, vt ĵ. dicam, ita quilibet extraneus. Item ratum habēs dr̄ facti auctor. ita dicit egregius tex. in l. supra iter. §. Cassius. in fi. ff. de aqua plu. arcen. & ibi Bal. ad hoc no. & dicit, ꝙ non reperitur in plurib. locis. item ratificatio sequens fingit ratifica. fuisse præsentem tempore actus ratificati. ita dicit tex. in l. cùm decem. §. 1. in verbo. si tunc præsenti, & ibi Bal. ad hoc no. ff. de sol. & huic difficultati non video, quomodo congruè rnderi possit. reperio, ꝙ Fulg. in alio proposito in l. idem in duob. §. 1. in fi. ff. de pact. dicit, ꝙ non omnis, qui mihi paciscitur vel stipulatur, facit negotium meum gerens, nec vt negotium gest. ita huic difficultati respondet Io. Fa. in 1. col. in fi. in d. §. si quis alij. vbi ponit aliam sol. quæ nihil est. sed ista non tollunt difficultatem. tu ergo sustinendo communem doctri. glo. & Docto. responde no. & in specie, ꝙ si extraneus carens mandato stipuletur directo tertio nihil valet, hoc est indubitatum, vt hoc text. & omnes firmat. sinautem talis extraneus stipulatur sibi dari nomine tertij, & tunc bene valet, vt dictum est, eo, quia illud, ꝙ expresse gestum est meo nomine, possum ratificare, aliàs non, vt per Bar. in l. si vxor. §. si quis vxorem. ff. de adult. & in l. penul. ff. rem rat. hab. Et dum dicebat, ꝙ ratihabitio trahitur retro, & mandato æquiparatur, dic ꝙ procedit, quando actus à prin. de se est validus, vt in casu nostro, quando extraneus sibi stipulatur dari sed nomine Titij, tunc ratihabitio trahitur, & valet. secus si actus à prin. sit inualidus, vt quando extraneus directo stipulatur dari tertio, tunc non trahitur retro, quia non potest ratificari, secundum Barto. in l. obseruare. in vlt. not. & ibidem Bald. ff. de offic. proconsul. & leg. glo. in l. Iulianus, & ibi Ange. not. ff. qui satis. cogan. & ad hoc adde bene facere text. in l. si tibi. §. si pactus. ff. de pact. sed aduerte, quia contra istam communem sententiam glo. & Docto. allego tibi fortem tex. in l. si ita stipulatus fuero te sisti. in §. possum. ĵ. eod. vbi est text.

expressus, ꝙ si stipulor mihi dari vel solui nomine Titij, ita demum valet ista stipulatio, si mea interest, aliàs non. ergo non est differentia an stipuler immediatè Titio, an mihi nomine Titij, sed solùm est differētia, an intersit mea, & tunc valet, alias non valet si mea non interest, & ita, vt puto hēs præfectè examinatum istum passum, nec alibi ita bene discussum. ¶ † In ter- 12
tia oppo. Barto. not. quod ad hoc, vt ratione interesse possit quis alteri stipulari, vt hic, & in §. si stipuler. & in §. si insulam. ĵ. ea. l. requiritur, quòd tale interesse sit pecuniarium, & sic non sufficeret interesse, quòd ille tertius esset sibi naturaliter obligatus, sic non sufficit interesse affectionis vel affinitatis, vt est glo. in l. fideiussoris. ff. de pact. adde Barto. hic, quòd interesse remunerationis non est potens, vt possit quis illi stipulari. habes in terminis glo. in l. si tibi. §. si pactus. ff. de pact. & tex. in l. quod dictum, & ibi Bald. in lect. antiqua. Ang. & Fulg. ad hoc not. ff. de pac. & dicit ibi Ang. quòd istud melius probatur in illa. l. quàm alibi. est bene verum, quòd interesse affectionis facit, vt alicui competat actio, quæ aliàs non competeret. tex. est no. & ibi habes exemplum in l. idem que. §. fi. cum l. sequen. & in l. cùm seruus. ff. mand. & quòd requiratur interesse pecuniarium, vt quis possit alteri stipulari, & non sufficiat interesse affectionis, tenet etiam Barto. in l. vnica. in 8. colum. C. de sen. quæ pro eo. in l. ꝙ dicitur. ĵ. eo. & est bonus text. melior de iure in l. 3. §. sed & si forte. ff. iud. solu. gloss. in §. alteri. instit. de inutil. stipu. confirmatur optimè, quia mater non potest stipulari filio, nec libertus patrono suo, prout dixi in text. in 1. no. & tamen in eis cadit maxima affectio, ergo solùm interesse affectionis non est potens, vt quis possit alteri stipulari. ita tenent omnes Scriben. quamuis alibi glo. in l. si vnus. §. 1. in vers. videmus, & ibi Ang. & Pau. & expressius Alexan. ff. de pac. teneat, quòd imo sufficiat interesse resultans ratione amicitiæ, vt quis possit alteri stipulari, & malè, vt patet ex prædictis. contra istam communem doctri. Bar. & omnium fortiter obst. nam procurator potest stipulari domino. l. possessio que. §. & si possessio. ff. de acquir. pos. glo. in l. quæcunque. s. tit. 1. & glo. in d. §. alteri. institu. de inutil. stipu. & tamen procuratoris nihil omnino interest, quando stipulatur domino. ita dicit text. in l. penul. ff. si quis cau. nec in procuratorem potest cadere aliud interesse, quàm affectionis. ca. Romana. in princip. de test. in 6. ergo est falsa conclu. glo. Bart. & omnium, posset dici, quod imò procuratoris pecuniariter posset interesse ratione officij, quod assumpsit de administrando omnia negotia constituentis, si fortè negligeret stipulari domino, vbi posset, teneret ei ad interesse. itē procurator dēt verba obligatoria, & executiua conferre in personam ipsius ad vtilitatem tamen domini, vt est glo. in d. l. quæcunque. ideo valet stipulatio, de quo tamen dicetur. ĵ. in §. si stipuler. & in l. si insu-
13 lam. ĵ. ea. l. ¶ † In quarta oppo. Barto. habes octauam limit. ad regulam huius text. quando stipulatio facta alteri interponitur super eo, quod erat ipsius stipulantis vel sibi debitum, valet stipulatio, quia ille tertius videtur procurator stipulantis, & sic ab eo posset repeti solutum. alleg. Bald. in l. donationes. §. penul. s. de dona. & l. si cùm Cornelius. ff. de solu. ita tenet Barto. hic, & in l. 1. ad fin. prin. ff. de pact. Adde, quòd singularius tenet idem Barto. ĵ. in 2. colum. quòd etiam si illa res esset tantum debita naturaliter stipulanti, adhuc posset eam stipulari alteri, & sic vult Barto. ĵ. singu. quòd si aliqua res deberetur mihi pacto nudo, & consequenter naturaliter tantum, & stipularer à te dari tertio, quod valeret ista stipulatio, & possem ab illo tertio repetere, quod singu. not. quia cæteri non aduertunt. contra istam limit. Barto. habes fortem text. in l. si genero. C. de iure dot. vbi aliquis dat rem suam in dotem genero, & stipulatur sol. matr. dari tertio, dicit ibi not. text. quod illa stipulatio nihil valet, & tamen stipulabatur super re, quæ erat propria ipsius stipulantis. & propterea Barto. melius considerans in §. si stipuler. in 5. & 9. fallen. ĵ. ea. l. dicit se semper de hoc dubitasse, reseruo ibi latius examinandum post Bart. prout ibi plenius attingit idem Barto. ¶ In quinta oppo. Barto. habes duas alias limit. ad re-
14 gulam huius text. limitatio est, † quod licèt per actum ciuilem pura per stipulationem alteri quæri non possit, tamen per actum naturalem numerationis alteri per alterum bene quæritur actio sine cessione. text. est, qui ponit hanc differentiam, in l. ea, quæ ciuiliter. ff. de acquiren. rerum dom. alleg per Barto. ad idem text. in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si certum petatur, & in l. traditio. §. fin. ff. de acquir. rer. dom. & in l. 1. C. per quas perso. nob. acquir. & in l. 1. C. de acquir. pos. quia in tali actu naturali numerationis consideratur merum iulgentium, fm ꝙ alteri, quæri potest. ita dicit text. in d. l. ea, quæ ciuiliter. imo fortius tenet singu. Barto. in d. l. certi condictio. §. si nummos. in tertia combinatione, quòd si stipulatio fieret alteri super tali numeratione facta nomine alieno, quòd sicut per numerationem alteri per alterum acquiritur, ita per stipu-

ſtionem ſuper tali numeratione acceſſoriè interpoſita, alteri per alterum quæritur actio ſine ceſſione, & ſic duæ oriuntur actiones.l.2. C. per quas perſonas nob. acquit.vbi ſicut per numerationem factam alteri, illi tertio quæritur actio, ita etiam quæritur hypotheca, quæ eſt illi acceſſoria. ſed in hoc vltimo
* *communiter reprobatur* Bart. & ibid. dixi, quia quando intercedit numeratio & ſtipulatio, ſtipulatio non cenſetur acceſſoria, ſed æquè principalis.ita tex.in l.ſi Stichum dari ſtipulatus fuero.§. fin.cum.l.ſequen.ff.de noua.ideo d.l.2. loquens de hypotheca, quæ eſt acceſſoria, nihil probat de ſtipulatione, quæ eſt æquè
15 principalis.¶† Decimo limita ᵃ ſecundum Bal.per l. 3. in prin.
a ff.quod vi aut clam.nam licèt quis non poſſit alteri ſtipulari, vt ei acquiratur actio, tamen bene poteſt ei acquiri alia qualitas ad ipſam actionem, quæ omnino competebat, ita dicit egregius tex.in l.prohibere.in prin.quæ eſt l.3. ff.quod vi, aut clam. alleg.per Bar.Adde tu vltra Bar.alium tex.magis no.in l. ſi quis ſolutioni.§.fi.ff.de vſur.ad idem tex. in l. ſi cum exceptione.§. in hac.in fi.ff.de eo, ꝙ met.cauſa.Vltra tex.prælleg.confirmo iſtam limi.bona ratione, facilius enim inducitur qualitas, quã ſubſtantia.ita dicit glo.valde ſolennis in l.Titiæ textores.in gl.fi. circa fin.ff.de leg.1.vbi loquendo ſoleo no. multum illam glo. Iſta decima limitatio eſt vera, tamen potius vadit ad aliam regulam, quòd alteri per alterum non quæritur.l.ſolutum. §. per liberam.ff.de pigno.act.& l.1.C.per quas perſo.nob.acq.quàm directò vadat ad regulam, quòd alteri ſtipulari nemo poteſt, & ita habes 10. limitationes ad regulam huius tex.plures ponit Bar.vt dixi in §.ſi ſtipuler.ſ.ea.l.poſt glo.in §. ſi quis alij. inſti.de inutil.ſtipu.¶Expeditis 5.oppo.Barto.perfectè vt arbitror, venio nunc ad apparatum glo.& capio glo.in verbo conueniet, quam diuide in duas partes, prout duo format contraria, & reſpondet. Secunda eſt ibi, ſed & ſi pęna.¶In gl.in verbo conueniet.ibi, nam ibi eſt contra legem.habes ex iſta 1.parte gl. duas
16 conclu.† Prima eſt, quòd ſtipulatio facta alteri non eſt cõtra legem, ſed præter legem, eò quia lex non reſiſtit, licèt ratio ipſius legis non aſſiſtat, & conſequenter lex non vetat actum fieri, ſed bene ratio deficit.ita etiam dicit glo. in l. cùm principalis.ff.de reg.iur.& gl.in l.non dubium.in verbo ob id, & ibi Bar. ad fin.C.de legi.cum iſta doctri.glo. omnes indifferenter tran-
17 ſeunt.Contra iſtam doct. duo fortiter vrgent.† nam negatiua præpoſita verbo poteſt, priuat potentiam, & conſequenter denotat actum eſſe impoſſibilem fieri, & ſic inducit neceſſitatem præciſam.gl.eſt ordin.in cap.1.de reg.iur.in 6.Barto.in l.Gallus. in prin.ff.de lib.& poſthu.cum multis concordan.quas ibi dedi.ſi ergo præponendo negatiuam verbo poteſt, importat ac ſi dicerem, impoſſibile eſt alteri ſtipulari, ſi impoſſibile eſt, ergo lex reſiſtit, ad iſtum obiectum reſpondet mirabiliter Barto.& pro certo multum cecidit ab excelentia ſua, reſpondet Barto. in l.cùm lex.in 3.col.ff.de fideiuſſo.aduertendum eſſe, quòd in iſto text.lex prohibet per verbum præſentis temporis, alteri ſtipulari nemo poteſt, non autem prohibet in futurum, quia qñ lex prohibet de præſenti, & etiam de futuro fieri, tunc bene dicitur reſiſtere, & actus in contrariũ factus nihil valet.ſed quando lex prohibet per verbum præſentis temporis, tunc non dicitur reſiſtere, truſtra eſt, quia tex.in l.nemo poteſt. ff. de lega. 1. vtitur verbo præſentis temporis, & tamen propter negatiuam præpoſitam verbo poteſt, denotat actum eſſe impoſſibilem.ita per illum tex.dicit idem Bar.in l.Gallus.prælleg.Aliam ſol.per verba multum longa tradit Saly.in l.pacta quę contra in 2.col. C.de pact.ſed nec illa tollit in aliquo iſtam difficultatem, ideo eam non refero, quid dicendum? ad iſtud contrarium ego rñdeo iſto modo in forma, & dico, ꝙ negatiua ᵇ præpoſita ver-
b bo poteſt, priuat potentiam, & conſequenter denotat actum eſſe impoſſibilem, iuxta gl.in d.c.1.de reg.iur.eſt verum, qñ illa negatiua ſimpliciter præponitur, ſecus eſt, qñ lex præmittens negatiuam verbo, poteſt, vltra procedit prouidendo, quia ex quo vltra procedit prouidendo de remedio, declarat, ꝙ non vult actum oĩno eſſe impoſſibilẽ.ita text.loquitur hic, vbi tex. ſimpliciter non dicit alteri ſtipulari nemo poteſt, ſed procedit vltra prouidendo, planè ſi ſtipulari pœnam conueniat.ita in ſimili dicit alibi Bar.ꝙ quando lex non ſimpliciter prohibet, ſed vltra procedit diſponendo, nunquam ille actus dicitur contra legem.ita Bar.ſed ad aliud propoſitum in l. non dubium. in 4. & 5 col.C.de legi.allegando.l.1.§.biduum.ff.quando appel.ſit. & iſtam ſol.teneo, quæ caret ſcrupulo contradictionis.Secundò contra iſtam communem doctri. fortiter vrget text. in l. ſi genero.in verbo prohibente iure.C.de iur.dot.vbi text. ad literam dicit, ꝙ ius prohibet alteri ſtipulari, ergo ibi eſt tex.planus, ꝙ ius prohibet alteri ſtipulari, ſed ad illum text. potes reſpondere, licèt vrgeat, ꝙ lex tantum prohibet, ne ex ſtipulatione alteri facta, illi tertio acquiratur actio, ſed non prohibet ne alteri fiat ſtipulatio, & conſequenter prohibet effectum actus, non autem prout declarat Barto.in l.cùm lex.in penul. colum.ff.de
18 fideiuſſo.¶† Secunda conclu.glo.eſt, ꝙ in caſu l. ꝙ de bonis.§. 1.ff.ad l.Fal.lex reſiſtit, & conſequenter ibi eſt contra legem.in hoc gl.malè loquitur, quia imò illud, quod poteſt detrahi per Falc.eſt debitum naturaliter legatarijs, quando teſtator prohibuit detrahi Falcidiam, ſecundum gl.& Doct.vbi dixi, in l.cùm quis.C.de iur. & fac.igno.& in l.1.C.de condi.indebi. ergo non eſt verum, ꝙ lex reſiſtat, quia lege reſiſtente non orietur actio. l.ſi non ſortem.in prin.ff.de condi.indeb.Dic ergo melius, ꝙ in l.ꝙ de bonis.§.1.licèt ſit præter legem, tamen quia eſt ratione publicæ vtilitatis, non poteſt pœna adijci, vt declarat Imol. in l.1.in prin.ff.ad l.Fal.¶In fin.glo.Barto.& Rapha.Cum. tenent cum glo.in pœna, ſed in vſura diſtinguunt, ita etiam tenet glo. in §.alteri.inſti.de inutil.ſtipul.ſed Bal.Ange.Imol. & alij Mod. quantum ad l.ſeruus ea l.alleg.in glo.dicunt ideo ibi eſſe, quia ibi pœna tendit in damnum ſeu in præiudicium tertij, ideo requiritur, quòd interſit, alias ſecus.l. in pignoribus. C. de vſuris. Sed aduerte inquantum Barto.facit differentiam, ꝙ ſi vſura ſit in pecunia numerata, ibi de neceſſitate requiratur ſtipulatio.l. quamuis.C.de vſuris.ſecus fit in alijs rebus mutuabilib. vt frumenti, & cæteris, quæ pondere, & menſura venduntur, in iſtis vſura pacto nudo debetur, vt dicit text.in l.frumenti.C.de vſuris. operæpretium eſt intelligere, quæ ſit ratio diuerſitatis, quia ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere, vt inquit Philoſophus, dic rationem eſſe in pecunia mutuata, quia æſtimatio pecunię ſemper, & vbique certa eſt, niſi varietur per principem.l.nummis. ff. de in lit.iur. ideo ſi mutuo tibi centũ ducatos, vt reddas centum & viginti, clarum eſt, quòd illa viginti debent reddi
19 plus debito, & † conſequenter eſt contra naturam mutui, in quo non poteſt contrahi in plus obligatio, quàm numeretur.l. rogaſti.§.ſi tibi.ſi certum petatur.l. ſi tibi decem, ff. de pact. & ideo, quia certum eſt committi vſuram, ideo requiritur ſtipulatio, vt debeatur.d.l.quamuis.C.de vſuris, non ſic eſt in frumẽto, vino & oleo mutuatis, quia ſi mutuo 40. ſaccos frumenti, vt reddas 50. æſtimatio valoris frumenti non eſt certa, & eadẽ ex tempore, imò variatur ex tempore, & poſſet tantum variari in valore, ꝙ tempore reſtitutionis minus eſſet reſtituere 50. ſaccos frumenti, quàm tempore mutui 40. ſaccos frumenti, quia ergo illa acceſſio pluris non eſt certitudinariè vſura, ideo pacto nudo debetur.iſtam rationem aſſignat ad literam text. in l.oleo.in verbo incerti pretij rationem. ff. de vſuris, & text. in cap.nauiganti.in 2. & 3. reſponſo. de vſuris, & iſtam rationem in effectu voluit Fulgo. licèt prædictos text. non ponderauerit nec allegauerit in l.ſingularia.in 1.glo.ff.ſi certum petatur, & ibidem Pau.de Caſt.& idem Rapha.Fulgo. in l. rogaſti.
20 in d.§.ſi tibi.ſi certum petatur. ¶† In glo. in verbo intereſt.in 1. parte habes, quòd ex ſtipulatione facta alteri oritur naturalis obligatio ipſi ſtipulanti, & ad hoc frequenter allegatur iſta glo.
* quam tenent *Barto. & communiter Scribentes.* hic. & Barto. in l. cùm lex.& in l.ſi quis pro eo.in 6.membro.ff.de fideiuſſo.& iſta eſt communis ſententia, eo quia ſtipulatio habet conſenſum duorum, ergo debet oriri naturalis obligatio. l.in his.§. Imperator.& l.Stichum.§.naturalis.ff.de ſolu.quia lex non reſiſtit ſtipulationi alteri factæ, licèt non aſſiſtat, prout tenet glo. ſup.in verbo conueniet, vbi dixi, ergo remanet in meris terminis iuriſgentium, ergo debet oriri naturalis.l.cùm amplius.§.is natura debet.ff.de reg.iur.facit text.in l.1.in fin.& ibi Barto. no. ff.de noua. licèt iſta ſit communis ſententia, quòd ex ſtipulatione facta alteri, ipſi ſtipulanti oriatur naturalis obligatio. contrarium tenent Rayn.de For.Ange. Rapha. Cuma. Pau. de Caſt. & Alexan.hic.dom.Chriſtoph.de Caſt.& Fulg.in l.1. ff.de pac. pro iſta parte contra communem ſtringit text. in l. 1. §. quòd ſeruus meus.in verbo nullius momenti. ff.de ſtipu. ſeruo.ergo non oritur etiam naturalis, per quem text. Ange. tenet contra communem.ad idem text. in §. ſi quis alij. in verbo nihil agit. inſtitu.de inutil.ſtipu.& text.in l.1.§.1.in verbo nihil agit. ff. de ſtipul. ſeruo, & text. in l.certi condictio. §. quoniam. in verbo nulla eſt ſtipulatio, & ibi Bal.ad hoc not.ff.ſi cert.pet. & text.in l.ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. in verbo nullam obligationem,

ADDITIONES.

a ¶Decimo limita.Adde aliam limi.ꝙ alter alteri ſtipulari poteſt & acquirere, quando ille cui acquirit, & ſtipulatur eſt præſens, ſecundum gl.ord.& approbatam in l.3.in verbo abſentes C.de inutil.ſtipu.Rom.& Alex.in l.certi condictio.§.quoniam.ff.ſi cert.pet.Fran.de Are.in conſ.49.col.9.poſt prin.

b ¶Negatiua. Adde, ꝙ negatiua præpoſita ſigno vniuerſali, facit æquipollere ſuo contradictorio, teſte Bar.in l.ſi neceſſarias.§.ſi annua.nu.3.ff.de pigni.act. quæ negatiua potentius negat, quàm affirmatiua affirmet, vt not.Dec. conſ. 364.col.fin.circa med.

nem,& ibi Ang.ad hoc no.ĩ.eo.Confirmo præalleg. text.quia
negatiua,qua vtruntur dicti text.debet ex omnib. partibus ve-
rificari,nam quando oratio negatiua ſumitur ex vniuerſo vel
ex indefinito,ſi aliqua pars eſſet falſa,tota redderetur falſa. di-
cit tex.in l.ſi is qui ducenta.§.vtrum.ff.de rebus dub. cùm ergo
illa iura loquantur negatiuè,ſi verum eſſet, ꝙ oriretur natura-
lis,malè loquerentur,ſed ad omnia iſta iura potes rñdere vno
verbo ſecundum Alex. ꝙ loquantur, quando verba obligati-
ua,& executiua conferuntur in perſonam tertij, tunc ſtipula-
tio eſt prorſus inutilis, & non producit etiam naturalem, vt
eſt glo.in §.ſi quis inſulam,& ibi Ang.no.ĩ.eod. ſed nos loqui-
mur, quando verba obligatoria collata ſunt in perſonam ſti-
pulatoris,vt promittis mihi, ꝙ dabis Titio, & ſic oritur mihi
naturalis ad dandum illi tertio. Sed tu aduertas, quia contra
communem opi.fortius poteſt deduci tex.in l.certi condictio.
§.quoniam.in verbo nulla eſt ſtipulatio. Ille text. poteſt induci
dupliciter.Primò in illa vniuerſali negatiua nulla, quæ eſſet fal
ſa ſi orietur naturalis.Secundò,& fortius, quia ſi ibi oriretur na
turalis obligatio ex illa ſtipulatione facta alteri, certè cùm ibi
interuenerit noua perſona,induceretur nouatio, quamuis ſo-
la naturalis oriatur, quæ eſt potens ad nouandum.l.1.in fin.ff.
de noua.& tamen text. ibi dicit contrarium, ꝙ non inducitur
nouatio,ergo non eſt nata naturalis obligatio, quæ eſt potens
ad nouandum.Contra communem opin.Rapha. Cuma. ad-
ducit aliud fundamentum,in quo non facit magnum capita-
le,quia ſi diceremus,ꝙ ex ſtipulatione facta alteri, ipſi ſtipulan
ti acquireretur naturalis,certè iſta naturalis remaneret ſine ali-
quo effectu,& per conſequens nulla.l.qui bis idem.ſ.eod.nam
ars,& natura nihil fruſtra operantur.l.hæc ſtipulatio.§.diuus.ff.
vt leg.nom.caue.l.non cogendum.§.Sabinus.ff.de procu.& ꝙ
iſta naturalis remaneret, ſine effectu probatur aſſumptum. nã
iſta naturalis non eſt potens ad retinendum, nec ad compen-
ſandum per illud,quod dicit Barto.met,quia effectus huius na
turalis obligationis reſpicit ipſum tertium, ergo in ipſo ſtipu-
lante naturalis non haberet aliquem effectum. Huic funda-
mento reſpondeo dupliciter negando aſſumptum. Primo ſe-
cundum dom. Petr. de Bexu.imò iſta naturalis eſt potens ad
retinendum, quia ſi iſta res perueniret ad manus ſtipulatoris,
poſſet eam retinere,vt eam daret tertio, & credo, ꝙ dicat ve-
rum, ſed vltra eum dico, ꝙ Rapha. non bene probat aſſum-
ptum, dum dicit iſta naturalis non eſt potens ad retinendum
nec ad compenſandum,ergo nullum habet effectum, dico ꝙ
Rapha.non bene probat aſſumptum, quia etiam iſti duo effe-
ctus ceſſarent,ꝙ eſt falſum,quia eius argumentum non eſt bo-
num,quia habet alium effectum,quia iſta naturalis poſſet cedi
illi tertio,quia clarum eſt,ꝙ ſola naturalis poteſt alteri cedi,l.ſi
eius.ff.ad Trebel. Contra communem conclu. etiam videtur
ſtringere tex.in l.eum qui.§.item ſi mihi.ff.de conſti. pecu. vbi
dicit tex.ꝙ ex conſtituto facto alteri nulla oritur actio de con
ſtituto,ergo probat,ꝙ ex pacto facto alteri non oritur natura-
lis obligatio,quia ſi oriretur naturalis ſola, poſſet agi de conſti-
tuto,quæ oritur ex pacto nudo.§.de conſtituta.inſtit.de act.l.1.
§.debitum.ff.de conſti.pecu.ergo cùm tex.ibi neget ex cõſtitu-
to facto alteri oriri actionem, ergo negat oriri obligationem
naturalem,quia naturalis eſt potens,vt oriatur actio de conſti-
tuta.reſponde ad illum tex.tenendo communem ſententiam,
ꝙ ex pacto nudo oritur actio de conſtituta, quando quis agit
acquirere ſibi conſtitutum. ita loquuntur iura præallega. pro-
pter æquitatem prætoris imitantis iuſgentium, & attendentis
conſenſum partium,qui ſtatuit ex pacto nudo oriri conſtitu-
tum,quæ æquitas ceſſat,quando quis conſtituit alteri tertio, &
ſua nihil penitus intereſt,ita propriè loquitur tex.in d.l.eum q.
§.item ſi mihi. & iſto modo habes defenſatam communem
ſententiam glo.Bar.& Scribentium.¶In ſecunda parte glo.dic
melius,vt per Barto.hic,& in l.ita ſtipulatus.in 6.oppo.2. partis
infra eo.& pro eius ſolutione, ꝙ in hoc text. pœna committa-
tur non ex mora,vt vult glo.ſed ex defectu conditionis, ſi non
dederis illi tertio,quia ex defectu conditionis committitur,be-
ne facit tex.in l.qui res.§.qui ſtipulatur. ff. de ſolu. vbi propriè
tex.declarat pœnam committi ex defectu conditionis, & per
21 conſequens interpellatio extraiudicialis ſufficit.† Quærit Bart.
ſi tempore ſtipulationis alteri factæ non intererat ſtipulantis,
ſed ex poſt facto ſuperuenit intereſſe,puta, quia ego ſtipulator
poſteà fui hæres illius tertii, an reconualeſcat ſtipulatio, vt ex
ea poſſim effectualiter agere?eſt ſubtilis, & diſputabilis paſſus,
& diſputando poteſt vtraque pars optimè defendi. Partem af-
firmatiuam,quòd ſtipulatio alteri facta reconualeſcat per ſu-
peruenientiam intereſſe,tenent Barto.Imol.Roma.& Alexan.
22 hic, *& iſta eſt communis opinio*,quam tenent Gul. de Cun. Barto.
Alb.de Roſa.Bal.Ang.Saly.Pau.de Caſt.Mar.Laud. & d.Alex.
in l.1.in prin.ff.de pact.Cy.& Sal.in l. pacto ſucceſſorum. C.de
pact.Bal.in l.1.in 1.col.C.per quas perſo. nob.acqui. & in l.certi
condictio.§.quoniam.ff.ſi cer.pet.& in l.quoties.1. per illũ text.
cum gl.ff.de ſeru.ri.generali.Imo.in l.exiſtimo. per illum tex.ĩ.
eo.pro iſta communi ſententia Bart.hic adducit vnam rationẽ
& duas ll.ratio,quia iſta ꝯuentio à prin. nõ fuit nulla,plus non
dicit Bar.tu confirma iſtam rationem Bar.ſtipulatio facta alte-
ri habuit à prin.primordium veritatis, & validitatis, prout in
ſimili dicit text.in l.cum filius.§.hæres.ff.de leg.2.& in l. 1. in fi.
C.de impo.luc.deſcrip.lib.10. patet, quia ex ipſa ſtipulatione à
prin.oritur obligatio naturalis ſtipulanti,vt tenet gl.præcedens,
vbi ita firmaui,ergo ex ſuperuenienti intereſſe debet reconua-
lidari ſtipulatio.ita voluit arguere Bart.tamen iſta cõſequentia
neceſſariò non infertur,vt ſtatim dicam. Secundo pro iſta par-
te alleg.Barto. l.ſi remunerandi.§.ſi tibi, & ibi gl. in verbo non
intererat.in 2.intellectu.ff.mand.qui tex.ſtringit iuncta.l.ſi pro-
curatorem.§.mandati.eo.tit.quam ibi alleg.gl. vbi actio man-
dati competit mandanti ex ſuperuenientia intereſſe, quamuis
à prin.non interuenerit. ad illum tex.reſpõde omiſſis leuib.ſol.
Mod.quod in d.§.ſi tibi mandauero. mandatario competebat
actio contra mandantem, ideo vt contractus non claudicet,
tolleratur,vt ſimiliter oriatur actio mandati ex ſuperuenientia
intereſſe,vt contractus non claudicet.eſt propriè text. in d. §.ſi
tibi.quæ ratio ceſſat in §.noſtro,& iſta ſolutio mihi placet reie
ctis ſolu.Fulgo.¶Tertiò pro iſta parte Bar.allegat tex. in §.quę-
ſitũ.ĩ ea. l. vbi ex ſuperuenientia dominij in re aliena,reconua-
lidatur ſtipulatio habere licere.Sed ad illum tex. reſponde du-
pliciter, ꝙ ille tex.cum reuerentia Bart.nihil facit, quia loquitur
in ſtipulatione habere licere habente cauſam ſucceſſiuam in
futurum, & propter hoc partes habuerunt reſpectum ad in-
tereſſe de futuro, nimirum ſi ibi ſtipulatio reconualeſcit,ſecus
eſt in propoſito noſtro.Secundò,quòd nihil facit,patet,quia lo
quitur,quando erat defectus ex parte promiſſoris, qui promi-
ſerat rem alienam habere licere, ſed quæſtio noſtra eſt, quan-
do eſt defectus ex parte ſtipulatoris,qui ſtipulatus eſt alteri, q
defectus ex parte ſtipulatoris magis nocet ſtipulationi quàm
defectus promiſſoris.tex.eſt in l. multum intereſt. ſ. eod. ergo
Barto.malè arguit de illo text.quia arguit de minori ad maius.
licèt ergo ibi reconualidetur per ſuperueniẽtiam intereſſe, vbi
eſt minor defectus, non ſequitur, quòd idem ſit in propoſito
noſtro.Quartò vltra Barto.pro iſta parte videtur ſtringere tex.
in l.exiſtimo.in prin.in ver.item viam,& ibi Imo. ad hoc not.ĩ.
eo.& illum tex.ante eum pro iſta communi ſententia allegant
Gul.de Cun.& Alb.in d.l.1.in prin.ff.de pact. vbi ſi ſtipulor ſer-
uitutem viæ ad fundum, in quo non habeo ius nec dominiũ
tempore ſtipulationis,& per conſequens ſtipulatio non valet,
tamen ſi poſtea ſuperueniat intereſſe, reconualeſcit ſtipulatio
illius ſeruitutis,ergo ex ſuperuenientia iuris vel intereſſe recon
ualeſcit ſtipulatio,& de illo tex.facit Imo.magnum feſtum, &
Fulg.in d.l.1.ff.de pact.Sed ad illum text. tu reſponde duplici-
ter,quòd nihil facit in propoſito. Primò, quia loquitur in ſtipu
latione habente cauſam ſucceſſiuam, ſcilicet in ſtipulatione
ſeruitutis viæ,ideo propter durationem ſucceſſiuam reconua
lidatur ſtipulatio ex ſuperueniente intereſſe.Secũdò, & clarius
reſponde,ꝙ ille text. loquitur expreſsè in ſtipulatione cõditio-
nali, quando quis eſt ſtipulatus ſeruitutem viæ ſub conditione
ſi acquiſiuerit fundum,ita clarè loquitur ibi tex.vnde põdera,
ꝙ ille tex.retorquetur ad oppoſitum. nam iſto modo vult, ꝙ
quando ſtipulatio fuiſſet pura,quia funditus fuiſſet nulla,non
reconualidaretur ex ſuperuenienti dominio.Io.de Imol.ibi de
hoc perpendens,tenet,quòd imò ille text.poſſit intelligi etiam
de ſtipulatione purè facta, ſed errat propter dictionem, item
viam,quæ non habet orationem perfectam, ergo repetit qua-
litates præcedentes,ſecundum Bar.in l.in repetendis.ff.de leg.3.
ergo clarè loquitur in ſtipulatione conditionali. Quintò pro
iſta communi ſententia facit text. in l. quamuis.§.ſi mulieri.in
fi.ff.ad Velleia.& in l.Stichum.§.aliqñ.ff.de ſol.vbi ſi mulier ſuc
cedat debitori pro quo fideiuſſit, recõualidatur efficaciter ſua
obligatio fideiuſſoria.ſed rñde,quòd obligatio,erat à prin.vali-
da,& cõpetebat obligatio & actio,licèt obſtaret exceptio Vel-
leiani,quæ bene tollitur per ſucceſſionem: ſed nos loquimur,
qñ ex ſtipulatione alteri facta à prin.nõ oriebatur actio, & ob-
ligatio.¶Contrariam opi.ꝙ ex ſuperuenientia intereſſe nõ re-
conualideť ſtipulatio alteri facta,tenuit originaliter Chriſto.de
Caſtil.in l.ſi ita ſtipulatus fuero.§.poſſum.p illũ tex.ĩ.eod.q̃ re-
fert Imo.hic,& Ang.Are.in §.alteri.circa prin.inſti.de inutil.ſti-
pu.quã opi.ſibi impudenter aſcribunt eius diſcipuli Raph. Cu.
hic,& Fulg.in l.1.ff.de pact.pro iſta parte allegant.in primis tex.
in §.ſi quis alij.in verbo (nihil agit.) inſti.de inutil. ſtip. & in l.1.
§.1.in verbo (nihil agit.)& in §.ꝙ ſeruus.in verbo (nullius mo-
menti.)ff.de ſtip.ſer.quæ iura malè dicerent,ſi ex ſuperuenienti
intereſſe poſſet recõualidari ſtipulatio alteri facta,nã deberent

posset defendi,quasi iudex videatur expressisse, ꝙ inerat, quia
sententia est in dominum executioni demandata l. Plautius.
cum sim.ff.de procu.Adde,ꝙ in simili not.Bal.& alij in l.si cui
legetur.§.fin. per illum text. ff.de leg.1. ꝙ in libello potest con-
cludi tertiæ personæ quo ad verbum executium, sed non quo
ad verbum condemnationis,imò fortius tenet Bart. in d.l.1.in
vlt.col. C.de sen.quæ pro eo, ꝙ interest, ꝙ verba executiua in
sentia debent de necessitate referri ad dominum, non ad pro-
curatorē, nisi haberet ad hoc speciale mādatum.d.l. vero pro
curatori,& sic ex dictis Bartol.habes duas limi.ad d.l.1.¶Vltra
Bar,limita tertiò singulariter d.l.1. non procedere,vbi causa es-
set commissa summariè,de plano,& sine figura iudicij, vt to-
ta die & Papa,& Principes committunt, potest tunc ferri sen-
tentia condemnatoria verbis directis cōtra dominum, quam-
uis litigauerit per procuratorem, ratio quia dispositio d. l.1.est
solennitas iuris ciuilis,& iuris gentium, ergo non debet atten-
di,quando in causa potest summariè,de plano, sine strepitu,&
figura iudicij procedi,vbi attendimus ius gentum, & non ciui
le,ita sing. limitat Bart. in extraua. ad reprimen. in verbo figu-
ra,circa fin.& reperio,ꝙ illam decisionē sequitur Raph.Cum.
in l.furioso.ff.de re iudi. sequitur etiam simpliciter Lud. Rom.
hic,& crederem, ꝙ in practica obseruaretur sicut Euangeliū,
licèt non reperiam aliquem contradicentem, credo, ꝙ illa li-
mitatio Bart.non sit vera,per fundamentum cui non cadit re-
spon.nam ego habeo, qđ in constituto attenditur merum ius
gentium,& non ciuile dicit text.in l.1.in princ. ff.de const.pec.
hinc est, qđ licèt de iure ciuili per liberam personam alteri ac-
quiri non possit,tamen in constituto,in quo solùm attenditur
ius gentium, bene per liberam personam acquiri alteri potest.
l.& licèt.ff.de consti.pec.& tamen ego habeo,qđ in constituto
quamuis attendatur merum ius gentium,& non ciuile,tamen
in stipulatione, & sic in contractu stricti iuris omnia verba de-
bent conferri in personam procuratoris, & si conferantur in
personam domini,non valet constitutum.l.cum,qui.§.Iul.3.ff.
de consti.pec.ergo vbi attenditur ius gentium, & nō ciuile de-
bent verba conferri in personam procuratoris, qui contrahit,
ergo etiam verba sententiæ debent conferri in personam pro-
curatoris,& per istud fundamentum, qđ multùm me stringit,
13 teneo contra Bart.¶†In ea.gl.in fin.quia glo.se remittendo di-
cit in certis casibus quæri actionem domino per procuratorē,
quærit Bart. an ex stipulatione valida facta alteri quæratur illi
tertio vtilis sine cessione,& enumerat nouem fallentias,in qui-
a bus illi tertio acquiritur vtilis actio sine cessione.¶Adde circa[a]
tertiam fallentiam de notario, & iudice tria sunt breuiter vi-
14 denda.† Primò,an notarius possit alteri stipulari nedum in iu-
* dicio, sed etiam extra iudicium,*communis conclusio*,& obseruan-
ti est,qđ sic,prout tenet glos.in d.§.si quis alij. & in l. nec ei.§.1.
& ibi Bart.ff.de adop.latè Bar. in l.2.ff.rem pupil.sal.for.Bald.in
l.si absenti.C.si cert.pet.& in l. non omnis.ad fin. prin. ff.si cert.
pet. eo quia notarius est seruus publicus. l.non. n. ff. de adop.l.
Caius.in vers.qđ si seruus publicus. vbi bonus text.de hoc.ff.de
vsucap. & c. quanquam. de vsur. in 6. & non potest omnibus
stipulari. Limita istam communem conclu. procedere in no-
tario exercente actum notariatus,puta, quia sit rogatus à par-
tibus.§.nos autem.& ibi glo.in Auth.de tabe.secus si citra actū
notariatus alteri stipulatur non interueniente rogatu partium,
tunc vt priuata persona alteri stipulari non potest. ita not. te-
nent Ang.in cons.73.Bald.in l. certi condictio.§. quoniam.ff.si
cert.pet.& in l.1.in 6.colu.C.per quas person.nob.acq.Ang.de
Aret. in §.1.instit. de iure person. de quo tamen,an verum sit,
vide late And.de Iser.in c.1.in §.item sacram. in 7.colu. & seq.
15 de pace iur.firman. ¶†Secundò videndum est,an per stipula-
b tionem notarij [b] queratur vtilis actio absenti sine cessione in
* omnib.stipulationib.etiam extraiudicialib. *communis conclu. ob-
seruanda est*, qđ sic,prout firmat Bartol.in l.2.ff.rem pup.sal.for.
& in l. nec ei.§.1.ff.de adop.cum concord.traditis per Alexan.
hic,& vltra eum dicit Abb.in prooem.Greg.in 7.col.qđ ista est
communis opin.pro quo adde tu glo.in §.sinautem. vers.si ve
rò aliquis.in verbo exponere.instit.de satisd. & text. in l. Caius,
in vers.qđ si seruus.in verbo ipso iure.ff.de vsu.& ita tene,quā-
uis Bald. in l.1.in 5. colum. C. per quas person.nob. acquir. latè
teneat,ꝙ imò requiratur cessio,& male.alibi idem Bald.in c.1.
in vlt. colu.de fid. instrum.dicit, ꝙ notarius tanquam publica
persona acquirit vtilem actionem sine cessione, si talis stipula-
tio interueniat in executione suæ scripturæ,& non alienę quia
pars eius est.d.l.non.n. aliter. vbi Cyn. ff.de adop. Si tamen sti-
pularetur tertio verbis directis, promitto illi tertio, non esset
bona forma, & non valeret stipulatio.l.huiusmodi.cum glos.
ff. de lega. 1. & hoc modo secundum eum intelligis radicem
16 plurium legum.ita ibi formaliter dicit Barto.¶† Tertiò est vi-
c dendum de iudice, vel alio officiali,[c] an possit stipulari, Barto.
concludit,ꝙ sic,post gl.in §.si quis. instit.de inut.stip. adde text.
in Auth.libellum,& ibi Bart.ad hoc no.C.de lit. contest.bonus
text.in l.eum pro quo. ff. de in ius vocan. facit c.ad reprimen-
dum. vbi Abb. ad hoc not.de offi.ordi. & sic stabit conclusio,
ꝙ iudex, vel alius officialis, qui habent personam publicam,
possunt alij stipulari. ¶Amplia istam conclu.ꝙ iudex ordina-
rius potest stipulari alteri etiam non sibi subdito, secundum
Abb.in c.pastoralis.§.1.in vlt. col.de offi. ordi. Secundò singu-
lariter amplia,etiam si esset iudex incompetens, adhuc posset
alteri stipulari secundum Angel.in l. emancipati.ff.de adop.&
ante eum not.tenuit Bald. in l. 1. in vers. sed quid de iudice. C.
per quas person. nob. acquir. & in d. l.certi condictio. §. quo-
niam.ff.si cert.pet.In contrarium facit, ꝙ not.Bald.& Alex.in
l.2.§.1.per illum text.ff.qui satisd.cog. vbi not. ꝙ satisda.præsti-
ta iudici incompetenti de parendo mandatis,vel de soluendo
iudicatum,est nulla, ꝙ est not.dignum secundum Bald. ibi. Tu
dic,ꝙ Ang.in d.l.emancipati loquitur in his, quæ sunt volun-
tariæ iurisdic.in his,quæ sunt contentiosæ iurisdic. secus,prout
loquitur Ang. & Alex. & sic habes duas ampliationes cum li-
mitatione. ¶Limita istam conclu. procedere, quando iudex
stipulatur circa ea, quæ versantur in iudicio, & per actum
iudiciarium. secus si extra, & non in his, quæ sunt iurisdic.vo-
luntariæ,quia iudex tanquam priuatus alteri stipulari non po-
test,secundum do. Ant.Butr. ita limitantem no. in proœ. Gre-
go.in 12.col.& in c.cùm à nobis.in 4.col.de testib.& in cap.du
dum.in 3.col.de conuer.coniug.Bald.in c.1.in 2.col.de eo. qui
17 mit.in poss.¶†Secundo fallit in officialib.fisci,qui non possunt
fisco stipulari.l.1.in princ.& ibi Bart.in vlt.colu. ad hoc multū
not.ff.de iure fisci.Bart.in l.arbiter intra certum diem.per illum
text. ff. de arb.vbi tenet, ꝙ Potestas ciuitatis non potest stipu-
18 lari fisco, quia est sibi subditus. † Quid autem in arbitro, an
possit alteri stipulari, habes glo. in cap.dilecti. de arb. quam ibi
19 Abb.in 6.col.reputat sing.dic, vt ibi per eum. ¶† Aduocatus
autem non potest clientulo suo stipulari glo. in l.vniuersos.ad
20 fin.C.de decurio.lib.10.& ibi Bald.in specie ita not.¶† Quarta
fallentia Bart. est in iudicialibus, in quibus quæritur alteri vtilis
sine cessione.l.in causæ.§.fin.& ibi gl.& Bart.ff.de procura.Ad-
de,ꝙ per istam fallentiam decidit alibi Bart.in l.possessio quo-
que.§.& si possessio.ff.de acq. poss. ꝙ si in stipulatione alteri fa-
cta adesset clausula guarentigiæ, tunc alteri quæreretur vtilis
actio sine cessione, eo quia notarius ex potestate sibi attributa
facit præceptum ei concessum, ꝙ habet vim actus iudicialis,
meritò quæritur vtilis sine cessione. vde ibi per Moder. qui se-
21 quuntur dictum Bart.¶†Secundò per istam fallentiam sequi-
tur, ꝙ si in stipulatione alteri facta interponitur iuramentum,
propter iuramentum quæreretur illi tertio vtilis actio sine ces-
sione, quia iuramentum habet vim iudicij.l. qui iurasse. §. fin.
de iureiur.de quo vltimo dicam statim. ĩ. ¶Expeditis omnib.
dictis Bart.in quinta fallentia Bartol. facit tres casus. aliquando
quis stipulatur rem meam,aliquando ex re mea aliquando &
tertiò propter rem meam, ¶Ex dictis Bartol. habes quatuor
con-

ADDITIONES.

a ¶Adde circa.An,& quando notarius,vel magistratus possint stipulari pro ab sente,vide per Abb. in cap.dudum.de conuers. coniun.in cap.1.de deci.& in quib.casib.alter alteri possit stipulari,& quid de iure cano. & quid de seruo, monacho,procuratore,notario,iudicib.inferiorib.arbitro,presby.parochia li,eundem Abb.in proœ.Greg.col.17.& 18.& ibi etiam Fel.

b ¶Notarij.Adde Soc.cons.226.visa narratione.in fin.

* Et dic,quòd hanc Ias.concl.sequitur Dec.in l.quo tutela.§.fin.de reg.iur.cōs. 226.colum.3.in c.at si clerici.colum. 11.circa fin.de iud.Anchar. cons.124. Guid.Pap.quæst.221.Neuiz.cons.35.num.22.consil.59.nu.31.& magis com munem dicit Alex.consil.31.colum.pen.lib.6.vbi Doct.in apostil. disputando declarant opin.Antiq.& Mod.de quib.etiam hodie.Anno.1573. quo hæc raptim scribimus, duo in iure nostro Principes adhuc in humanis.D.Osasc. Decis.33.D.Rol.cons.19.lib.1.& nuper defunctus.D.Aym cons.19.Cagnol. in l.inuito.num.12.de reg.iur.plenè differunt,declaran. hoc procedere secu ta ratificatione. MASVER.

c ¶Officiali.Adde Panor.post Inno.in c.dudum.de conuer.coniug. & in cap.ad reprimendum.de off.ord.

22 conclu. † Prima conclusio est, quando quis stipulatur mihi
dari rem meam,quæ durat mea,acquiritur mihi, vtilis sine ces
sione per l.pen.C.ad exhib. & illud tenet Bart. pro indubitato.
adde in contrarium text. in l.3.in princ. in verbo restitui. C.de
inut.stip.vbi quis non potest stipulari alteri restitui, nisi intersit
ipsius stipulantis,ergo non est vera conclu.Bar.ꝙ quando quis
stipulatur rem meam mihi restitui, ꝙ acquiratur mihi vtilis,
nisi defendendo Bart.diceres, ꝙ verbum restitui, non impor-
tat de necessitate dominium,si quis deposuisset, vel commo-
dasset rem alienam,deberet sibi restitui, & tamen non impor-
23 tat dominium.¶†Secunda conclu.Bart. [a] est, quando aliquis
a stipulatur mihi ex re mea, puta fructus vel pretium, acquirit
mihi vtilem sine cessio.idem tenet Bart in d.l.ꝙ procurator ex
re.per illum text.ff.de procu.& in d.l.Iulia.§. si procurator. per
illum text.ff.de acti.empt. sed istud reprehendit dom. Alexan.
quia imò pretium rei meæ venditæ, nō dicitur esse ex re mea.
ita formaliter dicit text. in l. venditor ex hæreditate.ff.de hære.
vel acti. vendi. & ideo non est verum, ꝙ quæratur tunc vtilis
sine cessione nisi in subsidium,prout tenet glo.in d.§. si procu-
rator.in glo.1.ad fin.alij non tangunt, sed tu salua Bart.ꝙ pre-
tium verè non est ex re mea,nec procedit ex re mea.d.l.vendi-
tor ex hæreditate. tamen prætium est loco rei meæ venditæ,
vnde sicut tertius stipulando super re mea acquirit mihi vti-
lem sine cessione, idem est, quando stipulatur super pretio rei
meæ venditæ, cùm illud pretium sit loco rei meæ. ita dicit ip-
semet Bart.in specie in d.l. quòd procurator ex re.ff.de procu.
24 ¶†Tertia conclu.est, ꝙ si aliquis stipulatur mihi aliquid extra
rem meam,licèt occasione rei meę,non acquiritur mihi actio
sine cessione, vt si stipulatur vsuram in vsura, quæ est extra rē.
l.vsura.ff.de verb.sign.sic etiam in pignore.l. solutum. §.per li-
beram.ff.de pign.actio. Limitat Barto.quando ex stipulatione,
vel alio contractu principali quæritur domino,tunc etiā quæ-
ritur accessorium,ꝙ esset propter rem,& sic hypotheca,prout
est hodie text. in l.2. C. per quas person. nobis acquiri. de quo
text.vide,ꝙ tradit Bart.in l.certi condictio.§.si nummos.in ter-
tia combinatione.& ibi dixi.ff.si cert.pet. Barto.& alij in l. si ita
25 stipulatus.6.§.Chrysogonus.j. eod. ¶† Quartò not. subtilem
differentiam Bart. ꝙ ex pacto. l. commissoriæ non acquiritur
per procuratorem, vel alium vtilis actio domino sine cessio-
ne, eo quia talis conuentio non est ex re domini, sed magis in
pœnam non soluentis,sicut in vsura, sic intelligit text. in l.1.C.
per quas person. nobis acquir. secus est in pacto addictionis in
diem,quia illud est circa pretium rei meæ, vbi bene acquiritur
actio personalis domino sine cessione, & sic Bart. vult paria es-
se,vel ꝙ stipulatio tertij sit circa rem meam,vel circa pretium
rei meæ,cùm prætium sit loco rei meæ,vt dixi supra in 2 con-
clu.¶Limita illud, ꝙ dicit Bartol.de pacto legis commissoriæ
verum esse, ꝙ per procuratorem simplicem, vel alium non
quæritur vtilis sine cessione.d.l.1.C.per quas person.nob.acqui
ri.secus,quando tale pactum fieret per creditorem, qui habet
ius reale in re pignorata.l.si tibi.§ de pignore. ff.de pact.& in re
pignorata representat personam debitoris. l. cùm notissimi. §.
sed cùm illud.C.de præscrip.30. anno. & vendit inuito debito-
re, tunc bene quæritur vtilis sine cessione ipsi debitori.text. est
sing.qui loquitur in his terminis,in l. si cùm venderet.ff.de pig.
act.ponunt Angel.& Pau.in l.epistola §.1.ff.de pact.declaro,&
b induco illum text.in voce.¶In octaua fallentia, [b] vbi Bart. re-
quirit duas causas, vt in dote,quis possit mulieri stipulari,dic,
ꝙ imò solus fauor dotis sufficit. d. l. Caius. in verbo maximè.
ff.sol.matr.ratio,quia etiam si nulla esset facta stipulatio,acqui-
reretur mulieri.l. vnica. §.accedit. C.de rei vxo.act. secundum
Pau.de Cast.& Alex.hic,& Alex.in d.l.Caius.in primo not.per
illum text. vbi similiter reprehendit Barto. hic in hac fallentia.
26 ¶†In nona fallentia habes duas conclu.Prima est,ꝙ si super re
mea,quę durat mea,stipulatus sum tertio,acquiritur tertio vti
lis sine cessione,per tex.in l. Publia.in princ.vbi Bart.etiam idē
not.ff.deposi.idem etiam tenet Bart.in l.certi condictio.§.quo-
niam.in 2.oppo.& in §.si nummos. in 1.oppo. ff. si cert. pet. *&
ista est communis opin.*secundum Alex.Amplia,vt procedat non
solum in re,quæ de præsenti est mea,sed etiam in re,quæ futu-
ra est mea ratione vtilis dominij, possum eam alteri stipulari,
ita singulariter tenet Bartol.in l. ꝙ dicitur.2.in fin. j.eod.per di-
ctam.l.Publia.sequitur Abb.in c.in præsentia. in 9. col.de pro-
ba.& latius Alex.hic, sed aduerte contra istam primam concl.
tenet Bald.in l.cùm partem.C.de iure dot.quia sequeretur, ꝙ si
ex deposito transferretur dominium in depositarium, prout
contingit, quando est factum in genere, & non in specie.l.die
sponsaliorum.§.fin.& l.Lucius.1.ff.de post.& in l.in naue Sau-
pheli.ff.loc.isto casu non haberet locum.d.l.Publia.ꝙ esset ab-
surdum,cùm loquatur in deposito generaliter facto. vnde di-
citur,ꝙ ibi est speciale in contractu depositi propter exuberan
tiam fidei, quæ requiritur in contractu bonæ fidei.l bona fi-
des.ff.deposi.& l. bonam fidem. C.de act. & oblig. sicut etiam
est speciale in donatione.l.quoties. C.de dona. quæ sub modo.
secundum Bart.& alios hic, secus esset in stipulatione, quæ est
stricti iuris.sequitur Rom.hic in vlt.char.ↄ Bar.tñ illa l.Publia.
loquitur in specie deposita, in qua non poterat esse deposi-
tum,& transferri dñium in depositarium, vt per Alex.Tu aūt
aduerte vltra Scribentes,ꝙ tex.in d.l. Publia.in prin.in quo so-
lutio Bart.& Doct.se fundat, nihil probat, qa licèt ille tex.de-
cidat res depositas debere reddi filio,& non marito,prout ma-
ter deponens ordinauerat,& hoc pp exuberantiam bon fidei,
quæ in ↄ̃ctu bonæ fidei desideratur, tñ non dicit text.ꝙ illi filio
quæratur aliqua actio,licèt gl. ibi subaudiat. patet per text.in l.
bona fides.ff.deposi.vbi vult,ꝙ possit reddi ei,cui non compe-
tat actio.Confirmo per id,ꝙ decidunt Pet.& Cyn.in l.ad pro-
bationem. ad finem. C.de proba. vbi quærunt, pone deposui
pecuniam penes te, & stipulor reddi cuicunq; portanti literas
manu mea scriptas, certè poterit reddere illi portāti literas de-
positarius, & tñ illi non quæritur actio ↄ depositarium, & sic
non est bona ↄña,deciditur in illo text. ꝙ depositū debeat red-
di filio,ergo quæritur actio, q̃uis de hoc dubitet Pau. de Cast.
27 in d.l.Publia.¶†Secunda conclusio Bar.est,ꝙ qñ stipulor alte
ri super re,quę est mea,sed non durat mea,illi tertio non quę-
ritur actio per l.pactū.C.de pact. cōuentis.adde tex. in l.si gene
ro.C.de iure dot.Bart.in l.d.certi cōdictio. §.qm̃. in 2.opp.& in
§.si nummos.in 2.opp. & Bar.in d.l.Publia. vide tñ,ꝙ no.tenet
Bar.in l. si mercedē.§.si habitatorib. in fi.ff.de act.emp.vide tñ,
ꝙ tenet not.Bart.nam vr̃ malè dicere per ea, quæ ibi tenet. nā
licèt ibi venditor stipularetur super re sua, ex quo non durabat
sua,non poterat stipulari.Item dicit Bart.ꝙ secunda conclusio
fallit fauore exercendi liberalitatem per text. in l.quoties. C.de
don. quæ sub modo. intellige verum,qñ donans stipulatur il-
lud idem, ꝙ donauerat restitui alteri, illi alteri queritur vtilis
actio sine cessione.d.l.quoties.C.de don. quæ sub modo. secus
si stipularetur aliud q̃ rem donatam, tunc illi tertio non acqui-
ritur aliqua actio.text.est in l.cùm res.C.de don.hic allegata in
glo.similiter fauore liberationis pōt quis à donatario alteri sti-
pulari.l.qui Romæ.§.Flauius. vbi Bar.& Scribentes.j.eod.Am-
plia singulariter.d.l.quoties,ꝙ si dono, vel vēdo aliq̃ rem hoc
pacto ne alienes,& si alienaueris,ꝙ pertineat ad alium,certè te
alienante,illi tertio acquiritur vtilis actio.ita sing. tenet Cy.in l.
fi.in fi. C. de re.alie. non alie. q̃uis de hoc vltimo dubitet Alex.
hic.Item inquantum Bart. dicit,ꝙ fallit secundò propter singu
laria præcepta pecunię,dic,ꝙ ista non est bona fallentia,qa ibi
non quæritur actio ex stipulatione alteri facta, quia est nulla,
prout dicit text.in d.§.quoniam, sed bene quæritur ex numera
tione,& sic per actum naturalem.l.ea, quę ciuiliter. ff. de acq.
rer.dom.& l.1.C.per quas person.nob.acq. & ponit Bart.j. Ex
omnib.dictis Bart.habes.9.fallentias,in quib.ex stipulatione fa-
28 cta alteri quæritur illi tertio vtilis actio sine cessione. ¶† Adde
c vltra Bart. decimam fallen. qñ procurator stipulatur pro do-
mino aliquod ius personale,quod ibi quærere non potest,tunc
absq; cessione quærit domino directam actionē. glo.est sing.in
l.quidam ita.§.1.ff.ad Treb.& ibi Bart.in fi.dicit illam gl.esse ad
hoc diligenter notandam.idem tenet Bart.in l. possessio quoq;
§.fi.ff.de acq.poss. & per illum text. in d.l.quidam ita. §.1.cùm
gl.alibi dicit Bart.in l.qui bona.§.si alieno.in 2. colu.ff.de damn.
infect.ꝙ in his,quæ sunt personalia, & non possunt ex persona
procuratoris trāsire in dominum,procurator representat per-
29 sonam domini sicut nuncius.¶†Vndecima [d] fallen.est, quan-
d do statutum diceret, ꝙ ex stipulatione alteri facta agi possit,
30 tunc non requireretur cessio, † quia dictio ex, significat cau-
sam immediatā.l.1.§.ex incendio.ff.de incen.ruina, nau fra.ita
in

ADDITIONES.

a ¶Secunda conclu. Bart. &c. De ista materia, an & quando quis possit alteri stipulari,& an saltem vt negotiorum gestor quis possit obligationem alterius capere, vide Abb.in c.constitutus.de procura.

b ¶In octaua fal.Aduerte,quòd regula, quæ habet,non acquiri actionem ex stipulatione, vel pacto alteri factis recta via,sed mediante cessione ipsius, qui contraxit, vt l.possessio quoque.ff. de acq.poss.cum sim. concor.ibi traditis, potest etiam limitari,vt procedat, quando tractatur de acquirenda actione, sed vbi tractaretur de acquir.excep.puta transactionis, vel pacti, tunc absq; aliqua cessione acquiritur alteri per alterum.l. rescriptum. §. fin. cùm.l.seq. & ibi hoc not.etiam Bart.ff.de pact.& l.hæredi.§.nos autem.eod.tit.& ita tenuit Alex. in cons.suo.40. incip.domini Redemptoris nostri inuocato suffragio,circa primum videtur prima consideratione dicendum.col. 2.vers. præsuppono.in 5.vol.vbi etiam allegat not.per Bart.hic.

c ¶Adde vltra Bar.Ad hoc vide Abb.Pan.& Fel.in proœ.Græ.s.allegato.

d ¶Vndecima. Adde Ang.in cons.suo 75.incip. quòd dicta actio.in prima parte.Alex.cons.27.1.& 2.col.in 3.vol.vbi loquitur in specie de statuto Papien. & in simili Fran.Curt.consil.suo.49.colu.46.inc.memorię colendæ,&c.

31 in specie decidit Bald.in l.1.in fin.C.de test.manu.¶† Duode-
a cimò a fallit in iuro delato à parte patri ẽt extraiudicium, qa
per procuratorem quærltur dño actio vtilis ex iuro sine cessio
ne, text. est in l.nam postea.§.iusiur.ff.de iureiur. & ibi Barto.&
clarius Rom. & alij ad hoc not. facit, qa tale iurm habet vim
litis contestatæ.l.nam posteà.§.si is,q.præalleg.& l.sed & si resti
tuatur.§.ex quib.autem causis.ff.de iudic.Item iurm tale habet
vim iudicij l.q iurasse. §.fin.ff. de iureiur.sed in iudicialib.alteri
per alterum quæritur actio sine cessione.l.in causæ.§.si.vbi glo.
& Bart.ff.de procu.dixi.s.in 4. fallen.Bart. & ita etiã tenet Lud.
Rom.& d.Alex.in d.l.possessio quoque.§.& si possessio.Rom.
in cons.86.ꝙ incip.in causa nobilis viri Salòmonis. in 1.dubio.
d.Alex.in l.fin.§.si.per illum text.ff.de iureiur.& ita tene.quamuis de hoc dubitet Rom.in pen. col.nullam de Bart. & prædictis faciens mentionem.

ADDITIO.

a ¶Duodecimo,&c. Ad hoc faciunt, quæ dicit idem Auctor supra in §.alteri. col.2.vers.quarto notabiliter limita,& quæ ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio de sistendo alium in iudicio, vel de loco sacro ædificando, valet, & tenet.*
2 *Si aliquis stipulatur aliquid fieri, quod non respicit interesse pecuniarium stipulantis, sed interesse publicum religionis, valet, & tenet.*
3 *Bona est arg. de stipula. & sic de contractu stricti iuris negatiuè, ad alios contractus bonæ fidei.*
4 *Arg. de minus fauorabili ad magis fauorabile negatiuè, an sit bonum.*

§.Si quis ita.

Stipulatio de sistendo alium in iudicio, vel de loco sacro ædificando
1 valet,& tenet.h.d.vsque ad fi.¶† Not. primò ex hoc text.ꝙ stipulatio de ædificando locum sacrum, vel religiosum, valet &
tenet, sic stipulatio respiciens augmentum diuini cultus, vel ali
2 quid diuinum, est efficax.¶†Ex hoc not.secundò correlariè, ꝙ
si aliquis stipulatur aliquid fieri, ꝙ non respicit interesse pecuniarium stipulantis, sed interesse publicum religionis, valet,&
tenet, cùm interesse religionis respiciens Deum, sit præferendũ
cuicunque interesse pecuniario. l. sancimus. C.de sacro san. Eccles.c.cùm infirmitas.de pœn.& remis.12.q.1.c. præcipimus.in
3 prin.& c.Matheus.in fi.de simonia. ¶† Tertiò mirabiliter not.
ex hoc text.in fin.ꝙ bona est argumentatio de stipulatione, &
sic de ꝯctu stricti iuris negatiuè ad alios contractus bonæ fidei
hoc modo, non potest in stipulatione deduci, ergo nec locari,
ergo nec in alium contractũ, qui sit bonæ fidei,& sic Iuriscon.
videtur arguere de minus fauorabili ad magis fauorabile negatiuè, quæ argumentatio non est bona, bene ècontra esset bona, à ꝯctib. bonæ fidei negatiuè ad contractum stricti iuris, si
non potest deduci in ꝯctu bonæ fidei, ergo multominus in ꝯctu stricti iuris, quæ argumentatio erit bona, qa fiet de magis
fauorabili ad minus fauorabile, & ideo Iurisconsultus debebat probare conclusionem fauore religionis, & non fundamento ex locato, ꝙ etiam non probat. ¶In glo. in verbo possumus. glo.reprehendit argumentationem Iurisconsul. ꝙ non
sit bona argumentatio de stipulatione ad alios ꝯctus, pater,
quia non possum stipulari rem sacram. l. inter stipulantem. §.
sacram.j. eod. & tñ possum eam emere.l.& liberi hominis, &
loci.s.de ꝯhen. emp. quia in emptione non venit translatio dominij.Bart. & Doct.defendunt text. ꝙ qñ in stipulatione vertitur factum, vt est ædificare, tunc bona est argumentatio de stipulatione ad alios ꝯctus.ita loquitur hic, secus, qñ vertitur datio, tunc non est bona argumentatio ab obligatione dãdi, quæ
est stricti iuris ad obligationem faciendi, quæ est bonæ fid.quia
non possum stipulari rem sacram mihi dari, & tñ per alios cõtractus possum acquirere obligationem, vt not.in l.& liberi.ff.
4 de contrahen.emp.& in l.liber homo.prima.j.eod.¶† Vltimò
circa difficultatem, q̃ moui ad text.in vltimo not.ꝙ argumentatio Iurisconsulti non sit bona de minus fauorabili ad magis
fauorabile negatiuè, responde, ꝙ Iurisconsultus nõ arguit simpliciter negatiuè à stipulatione ad locationem, sed vult dicere
text. si non posset quis stipulari ædem sacram ab alio fieri, eo
quia nullum interesse pecuniarium seu æstimabile prætendat,
iuxta.l.fideiussoris. cum glo.ff.de pact. & nihil sibi dari, vel aliquid fieri, certè non potest ex locato agi propter cessationem
interesse, si alteri quis locasset Ecclesiam ædificandam, ita vult
arguere Iurisconsul.hic.

SVMMARIVM.

1 *Ex stipulatione domini, vel patris collata in seruum, vel filium acquiritur domino, vel patri.*
2 *Filiusfam. stipulando patri, acquirit patri.*
3 *In aduentitijs iura ꝯforum sunt immutata, vt filius non acquirat totum patri, sed solùm vsumfructum.*

LEX XXXIX.

Dominus seruo.

a †Ex stipulatione domini colla
1 ta in seruum, vel patris in filium quæritur domino
2 vel patri. † & filiusfam. stipulando patri acquirit pa
tri.h.d.cum.l.seq.¶Capio glo.in vers.secundum ꝙ.quę diuiditur in duas partes, prout duos intellectus ponit ad text. Secunda ibi, vel ita.¶Istam glo. dupliciter intelligit text.sed secundus
intellectus procedit tantum considerato iure nouo. C. secun-
3 dum ꝙ † in aduentitijs iura ꝯforum sunt immutata, vt filius
non acquirat totũ patri, sed solùm vsumfructum.l.cùm oportet.in prin.allegat in gl.inst.per quas person. nobis acq.in princ.

ADDITIO.

a ¶Dominus seruo. De intellectu huius legis vide Signo.de Homo. consil.154. & cons.160.

SVMMARIVM.

1 *Vbi tempus mensis simpliciter sine aliqua determinatione apponitur, intelligitur de proximè futuro.*
2 *Dilatio est coarctanda, & non amplianda.*
3 *Si promitto alicui dare in tribus terminis, & non dico in quibus, qualiter sunt intelligendi isti tres termini.*
4 *In dubio, quando verba stipulationis sunt dubia, debet fieri interpretatio contra stipulatorem, quando ita interpretando valeret stipulatio, secus alias.*
5 *Si promitto dare alicui, vel soluere in diebus illis, valet stipulatio, & intelligitur intra duos dies.*

LEX XXXXI.

Eum, qui calendis.

Qui stipulatur simpliciter dari calendis, intelligitur de proximis, nisi
1 aliud expressè, vel tacitè sit actum.h.d. ¶† Not.ex
a hoc text. a ibi, primas calendas Ianuarias spectandas, ꝙ vbi tẽpus mensis simpliciter, & sine aliqua determinatione apponi-
2 tur, intelligitur de proximè futuro, ratio est, † quia dilatio debet coarctari,& non ampliari.l.2.C.de temp.appel.ad istũ tex.
3 adde in simili text.not.in c.non põt.§.1.de præb.in 6.¶† Pro intelligentia tex.formo not.quæstionem. Promitto tibi dare centum in trib.terminis, nec dico in quib.quomodo debeant intelligi isti tres termini. Bart.singulariter in l.3.ad fin. princ.ff.de annu.leg.determinat, ꝙ debet intelligi in trib.annis, mouetur per
illum text.in vers. sed si ita.illam decisio. sequuntur Lud. & d.
Alex.in l.qui bona.§.fin.ff de damn.infect.& do.Alex.hic.ꝯrũ
determinat ipsemet Lud.Rom.hic, ꝙ imò debeat intelligi solùm de trib. diebus, veluti de tribus terminis magis proximis
per istum text. & ad text.in quo se fundat Bart.in d.l.3, vers.sed si ita.

ADDITIO.

a ¶Not.ex hoc tex.ibi.Ad istam regulam, seu not.adde bon.text. in l. boues.§. hoc sermone dum nupta erit, primæ nuptię significantur.ff.de verbor.sign. vbi probatur, quòd actus seu verba debent intelligi per prius nõ autem per posterius, vt hic, & l.qui liberis. §.hæc verba.supra de vulg.& pupil.facit.l. hoc legatum,& quod ibi not.Bart.de leg.3.vbi dicit Bart. quòd ex illa.l.colligitur illud Philosophi, ꝙ vbi aliquid dicitur de duob. de vno per prius de alio per posterius, intelligendum est de eo, quod est per prius. idem potest colligi in l.legatis.de leg.2.facit etiam l.1.& quæ ibi no.s.de auct.tut.con.cor.etiam.l.matrimonij.sup.qui, & à quib. & l.dotis promissio.de iure dot. ff.& l.cùm pater.§.hæreditatem.j.de leg.2.c. mandato nostro.de præb. in 6. alias concor.vide etiam per gloss.in vers.primis in c.non potest.hic alleg. de hac regula facit mentionem Bal.in tit.1.C.de suis,& legi.vbi dicit, quòd verba per prius intelliguntur ex propria significatione, & ibidem Pau.de Cast. refert,& firmat eius dictum, facit, quod not.Bald.in l.pen. §.vxor. sol.matr. in d.l.cùm pater.§.pater certam, & Lud.Rom.in cons.155. dicentes pœnam appositam in compromisso non censeri repetitam in eius renouatione, ex quo actus debent per prius intelligi.contra regulam istam facit. l.placet infra.de liber,& posthum. cum sim.quam vide, & quæ ibi dixit Alex. in princ. & idem Alex.in consil. suo.270.incip. viso processu.in 2.vol. vbi concludit, quòd si relinquo alimenta vxori meæ, intelligitur etiam de secunda vxore. item si lego aliquid viduæ, intelligitur etiam de secunda viduitate, vt dicit Anto.de Butr.in consil.suo.30.incip. casus, quidam Titius sed responde, vt per Fel.in cap.secundo, aliàs fin.de treuga. & pace.vbi nouo stylo commentatur istam regulam, addendo multas decisiones, & ibi ponit septem fallen. Alexan.facit bonam distinctionem in cons. suo.70. incip. viso, colum.1.in 2. vol.ad quam regulam vide etiam, quæ ipse dicit in consil.suo.16.in 4. vol.& in l.diuortio.in §.ob donationes, quem legit cùm §.seq. qui incipit, quod in anno.in 2.colum.ff.sol.mat.vbi hic idem Auctor examinat prædictam regulam, ad quam vide pulchram decisionem, quam ipse ponit in rep. l. quoniam.char.11.col.1.vers. quid autem si aliquis. ff.de fiu. quã decisionem prius posuit Fran.Cre.not.146.incip.decidi semel. vbi vide, quæ dixi. istam regulam aliàs plenissimè examinaui in rep.d.c.non potest.de præb.in 6.quam feci, dum publicè legerem illud.

ſi ita.rñde, ꝙ verũ eſt, ꝙ ille text.nullatenus probat opi.Bart.nã
ibi teſtator legauit. 10.trima die,illa dictio trima, non intelligi-
tur pro trib.terminis,ſed bene dicit text.ꝙ eſt perinde,acſi adie
ciſſet omnia verba annua bima trima die, ibi ergo eſt text. ꝙ
ſiue omnia iſta tria ponantur annua bima trima, quo caſu in-
telligitur 1.2. & 3.anno, ſiue apponatur iſtud ſolùm de per ſe
trima die, ſimiliter intelligitur pro trib. annis, ſed hoc modo
non faceret ad propoſitum noſtrum, ꝙ promiſſio facta in ter-
minis trib.intelligatur in trib.annis,non bene probatur, & eſſet
contra iſtum text. mihi placet opinio quam ponit Cum. in d.
l.3.ff.de annu.leg. ꝙ æquius ſit remittere arbitrio iudicis, quo-
modo illi termini non aliter ſpecificati intelligi debeant, pro-
bat optimè per illum text. in d.l. 3.in verſ. ſed *ſi fuerit adiectum*,
vbi dicitur, ꝙ quandoque termini adiecti relinquuntur arbi-
trio iudicis illis aliter non declaratis,iudex ergo habebit decla-
rare iſtos terminos,conſiderata qualitate perſonarum,& quan
titate, vel re, quæ promittitur, facit regula.l.1,in fin.ff.de iure
delib. quando tempus non reperitur declaratum à iure, ſta-
mus declarationi iudicis,iſta opinio mihi placet, teneant Bart.
& alij quicquid velint,quia non fundantur lege,ſed in practica
magna eſſet auctoritas Bart.¶Capio gl.in verbo calendas,quã
diuide in tres partes. In prima remonet contrarium. In ſecun-
da opponit,& notab.ſoluit.In tertia format quæſt. Secũda ibi,
4 ſed cõtra. Tertia ibi,item,quid ſi in dieb.¶†In eadem gl.ibi,vt
ergo valeat,dicitur,vt de primis.no. diligenter iſtam gl.ex qua
habes peregrinam limitationem ad regulam.l.ſtipulatio iſta.§.
alteri,verſ.in ſtipulationibus.ſ.eod.& l. veteribus. ff.de pact. ꝙ
in dubio,quando verba ſtipulationis ſunt dubia, debet fieri in-
terpretatio contra ſtipulatorem,iſta regula procedit, quando
interpretando ſtipulatio valeret, aliàs ſi non valeret,debet fie-
ri interpretatio contra promiſſorem,vt actus valeat,& ita no-
5 taui ibi iſtam gl.in d.§.alteri,verſ.in ſtipulationib.vbi dixi.¶†In
ead.glo.ibi, item quid ſi in dieb.Bart.concludit, ꝙ ſi promitto
tibi dare, vel ſoluere centum in dieb.illis,valet ſtipulatio,& in-
telligitur intra duos dies, per d.l. inter illam.§.fin. allegatam in
glo.& l.libertas.1.§.fin.ff.de manu.teſt.reputat Pau.de Caſt.mi
randum, quia ſecundum vulgarem communem, iſta verba
habent tractum in infinitum.q.d.nunquam tibi ſoluam. Imo.
& Rom.hic putant ſtipulationem non valere, & text. in illa.l.
inter illam. §.fi. loquitur in alijs terminis quã Bart. quãdo quis
promiſit in dieb.ſimpliciter,ego puto deciſionem Bart.eſſe ve
ram,& quando non eſſet.l.probatur ratione,quia quando pro
mitto in dieb.illis, iſta pluralis locutio in dieb. illis, non poteſt
verificari in vno die, ſed ſaltem duos requirit. l.vbi numerus.
ff. de teſti.c. pluralis. de reg.iur. in 6. ergo duorum numero eſt
contenta,& iſtud eſt,ꝙ propriè vult text.in d.l.illam. §.fin.& in
dubio debet fieri interpretatio,vt ſtipulatio valeat, vt tenet gl.
hic in parte præcedenti.

S V M M A R I V M.

1 *Vbi nulla dies in ſtipulatione apponitur, ſtipulatio cenſetur eſſe pura, & ex ea de præſenti agi poteſt.*
2 *Ratione loci adiecti ſtipulatio pura re ipſa intelligitur habere in ſe tacitè diem,quo poſſit commodè ad illum locum peruenire.*
3 *Stipulatio, quæ habet locum, habet & tempus,primum expreſsè ex partium conuentione,ſecundum tacitè naturali conuentione,& ex legis diſpoſitione.*
4 *In dubio dies cenſetur appoſita fauore promiſſoris, & non ſtipulatoris.*
5 *Debitor poteſt renuntiare diei appoſitæ in eius fauorem,& ſoluere ante diem.*
6 *Quælibet promiſſio pura habet miſerationis gratia aliquod tempus in executione ad ſoluendum.*
7 *Interpellatio hominis non conſtituit debitorem in mora ad vnguem, ſed debet continere aliquod ſpatium moderati temporis.*

§.Quoties. Si nulla dies in ſtipulatione apponitur,
præſenti die debetur. h. d. ſm Bartol.&
alios.Iſtud ſummarium Bart.& Doct.eſt valde diminutum,&
imperfectum, & ideo ego ſummo ſic, & complectar totum
tex.nihil omittendo.Vbi in ſtipulatione tempus non adicijtur,
obligatio cenſetur pura, niſi locus adictus de neceſſitate tp̃s
tacitum contineat.h.d. primò. Item dies adiecta facit, vt ante
eius aduentum non debeatur efficaciter,& præſumitur appo-
ſita fauore promiſſoris.h.d.ſecundò.Et ꝙ dictum eſt in calen-
dis, habet locũ in idibus,& nonis.h.d.totus tex.& ſic habet tres
partes, vt patet ex ſummario. Secunda ibi,verum.Tertia ibi,
1 idem in idib.¶† Not. primò ex hoc text. ꝙ vbi dies non appo-
nitur in ſtipulatione, ſtipulatio cenſetur eſſe pura, & ex ea de
præſenti poteſt agi.facit.l. ſi cùm præfinitione.in prin. ff.quan-
do dies leg.ced.& in §.omni.inſt.eo.de verb.oblig.limita iſtam
regulam,& tex.quando ita intelligendo,ſtipulatio,vel contra-
ctus eſſet ſine vtilitate,vt ſi mutuo tibi pecuniã, & tu promit-
tis ſimpliciter reſtituere,non intelligitur,ꝙ velis de præſenti re-
ſtituere, quia iſto modo mutuum eſſet ſine vtilitate ſecundũ
2 Bart.in l.ſi pœnam.in fin.ſ.eod.¶†Secundò not.ex text.in verſ.
niſi locus, ꝙ ratione loci adiecti ſtipulatio pura re ipſa intel-
ligitur habere in ſe tacitè diem,quo poſſit commode ad illum
locum perueniri,adde text.in l.interdum,& l.continuus §.cùm
ita.ſ.eod.& text.in l.3.§.ſi quis itaque ſtipuletur.el.2.ff. de eo,ꝙ
3 cert.& tex.in §.loca.inſti.eod.¶†Et ſic correlariè noto tertiò ex
hoc text.ꝙ ſtipulatio,quæ habet locũ, habet & tempus,primũ
expreſsè ex partium conuentione, ſecundum tacitè naturali
conuentione,& ex legis diſpoſitione. ¶Quartò not.in verſ.ex
quo apparet, ꝙ in dubio dies cenſetur appoſita fauore pro-
miſſoris,non ſtipulatoris.Ex quo infertur correlariè, ꝙ debitor
4 †poteſt illi renuntiare, & ante tempus ſoluere, & præuenire.l.
ſtipulatio iſta §.inter certam.vbi dixi.ſ.eod.¶Gl.in verbo præ-
ſenti.diuide in duas partes. In prima opponit contra text.& de
ſolutione ſe remittit.In ſecunda allegat duas concordantes ad
5 text.Secunda ibi,& facit.¶†In eadem glo.in fin. dic melius, vt
per Bart.hic,& latius,& plenius per eundem Bart.in l.ita ſtipu-
latus,magna.in 1.quæſt. ſ.eod. & per Bart. in l. ꝙ dicimus.ſ.de
6 ſolut.Adde dictis Bar.hic, † ꝙ quælibet promiſſio pura habet
miſerationis gratia aliquod tempus in executione ad ſoluen-
dum, & vbi non repetitur taxatum à iure, eſt taxandum à iu-
7 dice, iſtud eſt adeo verum, † ꝙ interpellatio hominis non cõ
ſtituit debitorem in mora ad vnguem, ſed debet continere ali-
quod ſpatium moderati temporis.gl.no. in l.Aemilius.in prin.
ff.de minorib. quæ gloſ. non eſt ad hoc alibi in iure ſecundum
Bald. in cap.1.in 2. colu. de noua forma fide.& eſt bonus text.
in l.ſi quis filium.§.fin.ff.de colla.bonorum.dom.Alex. in l.1.§.
item ſi ita.ff.ad leg.falc.

S V M M A R I V M.

1 *Expectandum eſt totum tempus ſtipulationi inſertum,eo quia cenſetur appoſitum cauſa differendæ ſolutionis.*
2 *Debitum quo tempore debeat ſolui.*

L E X XXXXII.

QVi hoc anno. Quando vna præſta-
tio eſt facienda, peti-
tur in fin.temporis.h.d.ſecundum Bart.& Doct vel
ſic. Quando vni præſtationi tempus inſeritur,non
1 poteſt agi niſi toto illo tempore elapſo.h.d.iſte text.¶†Not.ex
2 hoc text.regulam, [a] ꝙ expectandum eſt totum tempus ſtipu
lationi inſertum,eo quia cenſetur appoſitum cauſa differendæ
ſolutionis,& ſic in fauorem debitoris, ergo interpretatur pro-
ut ei fauorabilius eſt,& conſequenter in eo vltimum momen
tum temporis ſpectatur.adde text.in l.cùm ſtipulatus ſim mi-
hi à Proculo.in princ.ſ.eod.& text.in §.omnis.in verſ. *id autem,*
quod in diem inſt.eod.& text.not.in l.eum,qui certarum.in prin.
in verbo *quandiu, vel exiguum tempus nundinarum ſpatio ſupereſſet.*
ſ.eod.eſt & alia ratio, quia additio iſtius temporis aliàs eſſet ſu
perflua,& nihil operaretur contra regulam. l.ſi quãdo in prin.
cum ſim.ff.de lega.1.Amplia iſtam regulam,vt procedat non
ſolùm in ſtipulatione, vel in contractibus, ſed etiam in om-
ni alia materia ſemper eſt expectandum totum tempus.text.
eſt not.in cap.commiſſa.in princ.de elect. in 6. ¶Capio gloſ.1.
in verſ. hoc anno. quam diuide in duas partes principales. In
prima per viam diſtinctionis remouet duo contraria. In ſecun
da allegat duas concordantes ad text. Secunda ibi, & facit ſu-
2 pra tit.primo.l.quod quis.¶†Bart plenè diſtinguit, quando de-
bitum in tempore debeat ſolui faciendo quatuor caſus princi
pales,aliquando tempus apponitur cauſa demonſtrandi, ali-
quando cauſa limitandi,aliquando cauſa differendi, aliquan-
do, & quartò cauſa multiplicandi obligationem.Io.de Imol.
dicit,quod iſta doctr.Bart.eſt diminuta, & quòd ei debet addi
quintus caſus, quando tempus adijcitur cauſa alleuiandæ ſeu
moderandæ obligationis,& tunc dicit,quòd ſolutio debet fie-
ri in fin. talis termini per l. ſi cùm præfinitione. & l. nec ſemel.
§.1.in verſ.niſi fortè.ff.quando dies leg.ced.Tu autẽ ſalua Bart.
& dic, quòd imò Bart. poſuit iſtum caſum, & eſt propriè ca-
ſus.l. lecta. vbi illud vltimum tempus, quod 300.ſoluerentur
quo-

A D D I T I O.

a ¶Not.ex hoc tex.regulam.Ad iſtud no.vide eundem Auctorem in l.eum, qui
ita.§.qui ita ſtipul.ſ.eod.

quolibet mense, fuit appositum ad moderandum, & alleuiandum obligationem præcedentem, secundum quam tota summa erat soluenda in proximis calendis, ecce, quòd ibi est propriè text. quando tempus apponitur ad moderandum seu ad alleuiandum, & ibi deciditur, quòd debet attendi finis cuiuslibet mensis, & ideo Bartol. ponit illum casum sub quarto membro allegando. l. lecta. Circa istam doctrinam Bartol. adde in secundo membro, quando tempus apponitur causa limitandæ, seu finiendæ obligationis, quòd statim debetur non expectato illo tempore, iuribus per eum allegatis. adde rationem esse, quia si expectaremus finem illius temporis, cùm obligatio sua sit quoad viueret, & sic vsque quo moreretur, non posset tunc agere, nec haberet commodum aliquòd, ideo dicitur in iuribus allegatis per Bartol. quòd statim debeatur non expectato illo tempore. Circa tertium membrum Bartol. quando tempus est adiectum causa differendæ solutionis, & vnica præstatio fieri debet, & Bartol. facit differentiam, vtrum tempus sit adiectum per accusatiuum, an per ablatiuum, ita etiam tenet Raynu. Cyn. & Bald. in l. si in annos. ff. de conditio. & demonstratio. & Petr. & Bald. in l. si cui legetur. in principio. ff. de legat. primo. breuiter ista differentia non est bona, & etiam reprehendit idem Bald. in l. prima. C. quando dies legat. ced. per text. in l. nec semel. §. nouissimè. ff. quando dies legat. ced. vbi patet in text. non esse differentiam, an tempus apponatur in accusatiuo, an in ablatiuo, & sic an legetur in singulos annos, an in singulis annis, & licèt ille text. loquatur in tempore adiecto causa multiplicandæ obligationis, tamen idem videtur in tempore adiecto causa differendæ obligationis. istam differentiam etiam reprehendunt Imol. Ludouic. & Alexand. hic, & Benedict. de Plumbin. in dicta l. si ita fuerit libertas. in princip. ff. de manumis. testam. quia in hoc non posset assignari vrgens ratio diuersitatis inter accusatiuum, & ablatiuum, & in contrarium est text. in dicta. l. si ita fuerit libertas. in principio, & in fin. text. in l. prima. §. quòd dicimus. & §. si intra. ff. de successor. edict. & Bart. met in dicta. l. si cui legetur. non tenet istam differentiam, an in accusatiuo an in ablatiuo. Nec obstat. text. in l. non putabam. ff. de conditio. & demonstratio. allegatus per Bartol. quia ibi non est propter accusatiuum ad sextumdecimum annum, sed est propter verbum peruenisset, quod verbum peruenisset, propter illam præpositionem per, tempus perfectum significat. l. vrbana. primo. §. pernoctare. ff. de verborum. significa. gloss. in l. qui procuratorem dat. in verbo peragere. ff. de procuratorib. ita ad illum textum dicit ipsemet Bartol. in dict. l. si cui legetur. in principio, sed ista consideratio Bartol. licèt in se sit vera, non placet mihi ad illam. l. non putabam. propter. l. sequen. incip. si in annos, vbi non est aliquod verbum significans perfectionem, & tamen expectatur finis temporis, ideo tene, quòd quando vnica præstatio est facienda, & tempus adijcitur gratia differendæ solutionis, siue apponatur p accusatiuũ, siue per ablatiuũ, semper inspicitur finis tpis, vt hoc tex. & l. ex his. C. qñ dies leg. ced. & ratio est, qa cùm tale tps sit appositum causa differendæ solutionis, & sic in fauorem debitoris, seu in accusatiuo, seu in ablatiuo, semper inspicitur finis temporis, solùm esset respondendum ad text. in l. si ita fuerit libertas. vbi in tempore apposito in ablatiuo inspicitur principium temporis, respondet Bartol. met in dicta. l. si cui quòd illud ibi est fauore libertatis, & ita ante eum respondet gloss. in l. libertas. ad tempus. eodem titul. de manumis. testam. & in dicta. l. si ita fuerit libertas. tamen ista solu. mihi non satisfacit, quia text. ibi non se fundat in fauore libertatis, sed in natura verborum, considerando naturam verborum in singulis casibus. ¶In quarto membro Bartol. quando tempus est appositum causa multiplicandæ obligationis siue in vltimis voluntatibus siue in contractibus, inspicitur initium anni. Bartol. limitat duobus modis, vt hic per eum. Adde circa secundam limitationem, quando debentur fructus annui, quòd non sunt soluendi in principio cuiuslibet anni, sed tempore quo fructus recoliguntur per text. in l. Firmio. §. pater. ff. quando dies legat. ced. alleg. per Bartol. ap̃ lia not. istam fallentiam, & consequenter text. in dicta. l. Firmio. §. pater, quòd si obligationi annonæ fructuum adijceretur obligatio quantitatis annuæ, quæ statim posset solui, puta quia testator in testamento legat vxori suæ in singulos annos decem staria frumenti ex tali fundo, & decem florenos annuos, quid erit in hoc casu? an sub simplicibus contineatur casus mixtus, & sic illa quantitas debebit solui in principio termini, prout solueretur, si simpliciter fuisset de per se legata? certè isto casu debebit solui tempore recolligendorum fructuum, ex quo simul testator legauit, & vtrobique attenderetur tempus recolligendorum fructuum, non autem attenderetur quantitas, ita singulariter decidit Bartol. quem videas omnino in l. si legatarius. §. primo. ff. de legat. tertio. per illum textum, qui bene probat. Tertio limita, nisi per ipsum agentem veniret aliquid implendum, quòd requirit actum successiuè, vt est præstatio patientiæ, tunc non potest agi nisi prius illud impleatur per agentem, & consequenter nisi præstetur patientia vsque ad finem anni, per regulam. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actionib. empti. ita singulariter limitat Bartol. in l. si communis seruus Meuij, & castrensis. §. final. in vltim. colum. ſ. de stipu. seruo. refert, & simpliciter sequitur Cuma. & ita etiam simpliciter sequitur do. Alexan.

SVMMARIVM.

1 *Si arbitrator non arbitratur, vel quia stat per stipulatorem, vel quia non vult, aut non potest arbitrari, ab eius persona non receditur, & stipulatio etiam pœnalis non committitur.*

2 *Stipulatio, & eius substantia potest conferri in arbitrium tertij, idem etiam in omni contractu.*

3 *Si per stipulatorem mora sit commissa, per quam arbitrator assumptus sit impeditus arbitrari, stipulatio principalis de restituendo equum locatum, vel de destruendo domum, non dicitur esse commissa, quid autem ècontra. nu. 4.*

5 *Si stat per stipulatorem morosum, & non per promissorem, qui non erat in aliqua mora, nõ committitur stipulatio principalis, nec etiam pœnalis contra promissorem.*

6 *Si promissor moram fecerit, quominus arbitrator arbitraretur, tunc committitur stipulatio contra ipsum promissorem, & si pœna fuisset promissa, tenetur ad pœnam.*

7 *A persona arbitratoris electi per partes posteà non arbitrantis, non receditur, vt eatur ad arbitrium boni viri, & sic iudicis, quæ tamen regula limitatur septem modis vsque ad nu. 13.*

14 *Licèt arbitrator fuerit in mora arbitrandi, tamen videtur, quòd per hoc non expiret potestas arbitrandi, imò durat.*

15 *Si primo steterit per moram stipulatoris, ne arbiter arbitretur, tamen poterit adhuc posteà arbiter arbitrari.*

16 *Si arbitrator sit malè arbitratus potest, peti reductio ad arbitrium boni viri, etiam in contractibus stricti iuris.*

17 *Verba arbitrio Titij, per ablatiuum prolata in contractibus faciunt conditionem, & quid in vltimis voluntatibus. nu. 18.*

19 *Si quis vendat fundum pro centum, pacto, quòd si apparuerit fundum non esse liberum, sed si emphyteuticum, fiat diminutio pretij arbitrio Titij, Titio mortuo, vel non arbitrante recurritur ad iudicem, qui diminuat illud pretium.*

20 *Regula huius text. quæ vult, quòd à persona arbitrato. non recedatur, procedit, quando promissor non fuit in mora.*

21 *In laudo arbitratoris requiritur præsentia partis, vel citatio. limita tamen, vt infra nu. 22.*

23 *Quando certum est absenti non competere aliquam defensionem, an requiratur citatio.*

24 *Quanto tempore durat potestas arbitrandi.*

25 *Si partes non notificarunt arbitratori, & elapsus est terminus arbitrandi, an per hoc videantur recessisse ab eius arbitrio.*

26 *An arbitrator exbannitus possit arbitrari, vel etiam si sit excommunicatus.*

27 *Excommunicatus potest matrimonium contrahere.*

28 *An si aliquis ex compromittentibus moriatur, extinguatur compromissum.*

29 *Si aliquis ex compromittentibus est bannitus, & bona sunt publicata, an finiatur potestas arbitrandi.*

30 *Si factum sit compromissum in Titium, vt arbitretur de consilio Sempronij, an illo nolente dare consilium, vel mortuo, recedatur ab eius persona, & an arbitrator poterit solus expedire.*

LEX XXXXIII.

SI quis arbitratu. Ista. l. secundũ Paul. de Castr. est vna de famosioribus legib. huius titu. propter eius materiam, quę est quotidiana, & practicabilis, & ideo bene attendenda, vt l. legaui. ff. de lib. leg. Arbitratore non iudicante, non valet stipulatio, & ab eius persona non receditur. hoc dicit secundum Bart. vel aliter summa sic.

1 † Si arbitrator non arbitratur, quia stat per stipulatorem, vel quia non vult, aut non potest arbitrari, ab eius persona non receditur, & stipulatio etiam pœnalis non committitur. hoc dicit totus iste text. cum l. seq. ¶Diuiditur cum l. seq. in tres

partes.

partes. In prima loquitur de mora ſtipulatoris, quando ſtetit per ſtipulatorem. In ſecunda de mora arbitratoris, & ſic quando ſtetit per arbitratorem. In tertia, quando per caſum contingentem in perſona arbitratoris, quia mortuus eſt antequam arbitraret, vel aliud impedimentum ſuperuenit, & non potuit arbitrari. Secunda ibi, quid ergo ſi ipſe. Tertia eſt in l. ſeq. Et ideo pondera pro intellectu literæ, quod iſte tex. ſolùm loquitur de mora ſtipulatoris, & de mora arbitratoris, quare non poſuit tex. de mora promiſſoris, & ſic videtur text. prima fronte defectiuus. quare autem text. nihil ponat de mora promiſſoris, non reperio ab aliquo in ſpecie declaratum. dicam ſtatim. j. in 2. not. licèt Bart. j. in 2. q. velit text. etiam aliquid tantim. gere de mora promiſſoris à contrario ſenſu, vt dicam. j. in 3. not. Alia etiam eſt difficultas maxima in text. quia tex. decidit, quòd ſi ſtipulator moram fecerit, & non reus promiſſor, quòd reus non teneatur, vana pro certo videretur fuiſſe dubitatio, & deciſio huius text. ſi. n. promiſſor non fuit in aliqua mora, ſed ſolùm ſtipulator, quare debet teneri reus, qui in nulla mora fuit, quod tamen principaliter decidit text. iſtud videtur eſſe ſine vlla dubitatione. iſtam difficultatem ſtatim enucleabo. j.

2 in 4. not. ¶† Not. in primis ex primis verbis literæ ibi, ſi quis arbitratu Lucij Titij, quòd ſtipulatio, & eius ſubſtantia poteſt conferri in arbitrium tertij, idem eſt in omni contractu. l. fi. C. de contrahend. emp. l. ſi in lege. & l. ſi merces. in princip. ff. loc. & l. ſi ita. ff. pro ſoc. Nunquid autem ſtipulatio, vel alius contractus poſſit conferri in liberam voluntatem tertij, dubium facit, quia licèt captatoria voluntas, quæ confertur in voluntatem tertij, reprobetur in vltimis voluntatib. l. captatorias. ff. de hære. inſti. l. 1. ff. de leg. 2. & l. captatorias. C. de teſt. mil. tamen nõ reperitur prohibita in contractib. imò nos habemus, quòd etiã matrimonium poteſt pendere ex voluntate alterius tertij, vt puta, capio te in vxorem, ſi placuerit patruo meo, text. eſt ad literam in capitul. ſuper eo. & ibi dom. Abb. ad hoc multum no. & rõnem aſſignat. de condi. apppoſi. & tex. in c. ſeq. quod inc. per tuas. eo. tit. de hoc, quia non eſt materia huius legi, ſponunt Scribẽtes pſertim Mod. Cum. Pau. de Caſ. & alij in l. cẽteſimis. §. fi. j. eo. Pau. de Caſt. in l. ſtipulatio non valet. ſ. eo. vbi dicit, ꝙ non reperit ab alio tactum. Idem Pau. de Caſt. in l. 1. ff. de lega. ſecundo.

3 ¶† Secundò not. text. ibi, deinde ipſe ſtipulator morã fecerit, & hic attende, quia declaro nucleum iſtius tex. quòd ſi per ſtipulatorem mora ſit commiſſa, per quem arbitrator aſſumptus ſit impeditus arbitrari, quod ſtipulatio principalis de reſtituendo equum locatum, vel de deſtruendo domum non dicitur eſſe commiſſa, & ſic promiſſor non tenetur, vt in litera, & interim ſi res reſtituenda periret, non periret periculo promiſſoris, ſed ſtipulatoris moroſi. l. ſi ex legati cauſa. ſ. eo. & l. ꝙ te. ff. ſi cert. pet. Ratio fundamentalis eſt, quia iſte contractus ſtipulatoris eſt conditionalis, initus ſub conditione, ſi Titius arbitrabitur. l. fi. C. de contrahend. emp. & l. ſi merces. in prin. ff. loc. ideo eo nõ arbitrante ꝯtractus non eſt perfectus, & ſic ſtipulatio principalis non eſt commiſſa, per conſequens reus promiſſor non tenetur, ſtipulatio tamen pœnalis tunc bene committitur propter moram ſtipulatoris, licèt text. non decidat. l. diem proferre. § ſi quis litigatorum. & §. ſeq. ff. de arbi. & compromiſſum ac poteſtas arbitrãdi ſoluitur. l. ſi duo. §. 1. ff. de arbi.

4 † Quid autem econtra ex parte promiſſoris, ſi per eum mora committatur, per quã arbitrator aſſumptus impediatur arbitrari, quid iuris ſit? iſtum caſum videtur omittere text. qui loquitur ſolùm de mora ſtipulatoris, & de mora arbitratoris, dic ex mente Bart. hic in ſecunda quæſtione, quòd ſi pœna fuit promiſſa, committitur ſtipulatio pœnalis, ſicut etiam fuit dictum ex parte ſtipulatoris. ſi verò non eſt ſubiecta ſtipulatio pœnalis, & tunc ex parte promiſſoris moroſi ſtipulatio principalis de reſtituendo equo locato, & de deſtruendo domum eſt commiſſa, & eſt ratio fundamentalis, quia cùm iſta ſtipulatio ſit inita ſub conditione, ſi Titius arbitrabitur, vt dictum eſt, certè ſi ſtat per promiſſorem ipſum, cui veniebat implenda iſta ſtipulatio, ne arbitretur, certè conditio habetur pro impleta. l. in executione. §. fi. j. eod. & l. iure ciuili. ff. de condi. & dem. & ſic ipſa ſtipulatio de reſtituendo equum locatum, vel de deſtruendo domum hr̃ pro pura, & ſic reus, cùm per eum ſteterit, quòd Titius non arbitretur, tenetur virtute ſtipulationis principalis, quæ cenſetur purificata ex parte ipſius promiſſoris, ſed ex parte ſtipulatoris iſta ceſſant, vt patet ad ſenſum, quia ipſe ſtipulator nihil tenetur reſtituere, & nihil deſtruere. hinc eſt, quod ex parte promiſſoris moroſi, cùm ſtipulatio habeatur pro purificata, vt dictum eſt, certè ſi ſuper ea aliquid erat declarandum per arbitratorem, tunc ab eius perſona bene receditur, & habetur regreſſus ad arbitrium boni viri, & ſic iudicis ſecundum Bartol. infra in ſecunda quæſtione, vbi ponderat ad hoc iſtum textum in verbo *promiſſor quaſi moram fecerit* à contrario ſenſu, ſecus ſi ex parte ſtipulatoris mora ſit commiſſa, tunc non receditur à perſona debentis arbitrari, vt hoc text. & conſequenter reus promiſſor non tenetur ex tali ſtipulatione. iſto modo

5 habes bene enucleatum intellectum iſtius text. ¶† Tertiò pondera text. ibi, promiſſor quaſi moram fecerit non tenetur, quòd ſi ſtat per ſtipulatorem moroſum, & non per promiſſorem, qui non erat in aliqua mora, & cui nihil poterat imputari, non committitur ſtipulatio principalis, nec ẽt pœnalis contra ipſum promiſſorem, & ſi dicatur, quòd iſte text. videatur in hoc penitus indubitabilis, dic, quod triplex potuit eſſe ratio dubitandi. Prima, quia contractus ſtipulationis in ſui conceptione videbatur fuiſſe purus, videlicet per moram ſtipulatoris ſtipulator incideret in pœnam, ſi eſt promiſſa, certè videbatur, quòd promiſſor teneretur ad obſeruationem ſtipulationis, & iſtud eſt, quod propriè vult dicere text. in illis verbis, promiſſor quaſi moram fecerit, non tenetur, contrarium tamen eſt verum, quia ſtipulatio habet conditionem, ſi Titius arbitratus fuerit, vt dixi in præcedenti. Secunda notabilior eſt ratio dubitandi, quia videbatur, quòd mora ſtipulatoris non excuſaret promiſſorem ab obſeruantia ſuæ promiſſionis, prout tenet gloſſ. in l. ſecunda. in glo. finali. ff. ſi quis in ius voca. non ierit, quæ gloſſ. mouetur per text. in l. prima. §. primo. ff. de eo per quem factum erit. tamen illa gloſſ. reprehenditur per Bartol. & alios ibi. argu. l. arbiter ſi calendis. ff. de arbit. reprehenditur per Ludo. Rom. hic in 10. col. per iſtum tex. qui bene facit contra illam gloſſ. Tertia ſubtilior poterat eſſe dubitatio, nunquid poſtquam ſtipulator ſemel fuit in mora, ſtipulatio principalis per hoc ſit in totum ſublata, adeo ꝙ ipſe promiſſor non poſſit amplius in mora conſtitui, & ſic amplius teneri, quia imò litigatore exiſtente in mora, immediatè committitur pęna, & ſic ſoluitur compromiſſum. l. diem proferre. §. ſi quis litigatorum, & l. ſi duo. §. ſemel. ff. de de arbitr. an verò ſtipulatio principalis remaneat firma, & denuo reus poſſit in mora conſtitui, prout expreſsè tenet gl. & Cy. hic, & c. iſte tex. videtur no. dicere, quòd promiſſor non poſſit amplius in mora conſtitui, nec amplius teneri, & hoc modo text. habet maximam dubitationem, &

6 de hoc vltimo dicam ſuper illa gl. 2. ¶† Quartò not. ex eiſdem verbis à ꝯrio ſenſu, ſecundum Bart. in 2. q. ꝙ ſi promiſſor moram fecerit, quominus arbiter arbitretur, tunc committitur ſtipulatio ꝯ ipſum promiſſorem, & ſi pœna fuiſſet promiſſa, tenetur ad penã. d. l. diem proferre. §. ſi quis litigatorum. & tunc receditur à perſona arbitratoris, & recurritur ad bonum virum, & ſic ad iudicem, quia cùm ſtipulatio ſit conditionalis. l. final. C. de contrahend. emptio. & l. ſi per promiſſorem. conditio habetur pro impleta, & ſtipulatio habetur pro purificata, ideo propter hoc receditur à perſona arbitratoris, vt declaraui ſupra in ſecundo not. vtrunque tamen remedium copulatiuè, ſcilicet ſtipulationis principalis, & pęnalis ſimul concurrere non poteſt, quia ſtipulator altero debet eſſe contentus, per regulam. l. apud Celſum. §. Labeo. ff. de excep. dol.

7 & l. reſcriptum. §. ſi pacto ſubiecta ſit pęna. ff. de pact. ¶† Quinto not. ex text. ibi, à perſona nõ eſſet recedendum. regulã ad ꝗ allegatur frequenter iſta. l. ꝙ à perſona arbitratoris electi per partes poſteà non arbitrantis, nõ receditur, vt eatur ad arbitriũ boni viri, & ſic iudicis, conſequenter extinguitur compromiſſum, & ſtipulatio annullatur, vt hic, & l. fin. C. de contrahen. emp. & l. ſi merces. in princip. ff. loca. cum alijs concordantib. alleg. in glo. mag. in princip. & ſic poteſtas arbitrandi non tranſit etiam ad hæredem arbitratoris, quia à perſona non receditur. facit. l. cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo. ibi (quoniam mortuus.) infra eodem. not. Bartol. in l. ſi ſtipulatus fuerim illud. in principio. infra eodem. ¶ Limita iſtam regulam, vt procedat, quando ſtetit per ipſum arbitratorem, qui noluit, aut non potuit arbitrari; vel ſtetit per ſtipulatorem, tunc dicta regula non procedit, ſecus ſi ſteterit per promiſſorem, tunc receditur à perſona arbitratoris ſecundum Bartol. hic in 2. q. per iſtum text. à cõtrario ſenſu, ibi latius reſeruo examinandũ.

8 ¶† Secundò limita [a] iſtã regulã, vt procedat, qñ ſubſtantialia
a ꝯctus remittuntur in arbitriũ tertij, puta res, vel pretium in contractu

ADDITIO.

a ¶Secundò limita. Faciunt pro iſta limitatione boni text. in l. ſi in empt. in princip. & l. domum. in princip. & l. ſuæ rei, cum l. ſequen. ff. de contrahend. empt. in quibus probatur, quòd eo non arbitrante, in quẽ contractus ſubſtantia non fuit collata, ſed quædam qualitas, ſeu aliquod accidens, contractus firmus manet.

* contractu emptionis, secus si aliquod accidentale: glo. *est communiter approbata* in l. in vendentis. in gl. mag. C. de contrahend. emp. tamen, quia aliqualiter videretur refragari iste text. vbi arbitrium erat super restitutione equi locati, & consequenter super accidentib. reseruo examinandum post Bart. hic in 2. col.
9 vbi latius ponam. ¶† Tertiò limita, quando arbitrium est necessarium pro obligatione formanda, secus vbi pro formata exequenda, quo casu desinens arbitrari non resoluit actum, nec impedit recedi à persona. l. cùm stipulatus sim mihi à Proculo. in prin. vbi Bal. not. illum text. ſ. eo. pro limitatione huius legis, istud examinat Bart. & Doct. ſ. in 2. col. vbi reseruo exa-
10 minandum. ¶† Quartò limita fauore dotis, vbi arbitratore non arbitrante recurritur ad arbitrium boni viri. l. 3. C. de dot. promiss. l. cùm post. § gener. ff. de iure do. gl. in l. fi. in glo. 3. & ibi Bal. C. de contrahend. emp. Lud. Ro. hic per Bar. in l. 1. in 3. col. ff. sol. mat. vbi dicit idem esse in causa alimentorum, & simili causa pia. Ita etiam tenet Bald. in l. fin. in versi. pone declaratio dotis. C. de sen. quę sine cert. quanti. vbi istud tenet alia ratione, quia si declaratio dotis est commissa alicui, qui non est arbitratus, iudex debet arbitrari, quia res non est integra, ex quo est contractum matrimonium, vel saltem sponsalia propter illā dotem, vnde sicut mandatum non finitur morte, quando res non est integra. l. mandatum. C. mandati, ita nec ista potestas arbitrandi, tamen aduerte, quòd iura præalleg. in d. l. 3. C. de do. promiss. & in d. l. cùm post. §. gener. nullatenus probant istā limitationem esse veram, quia loquuntur, quando arbitrium erat collatum in personam debentis soluere dotem, & non in personam tertij, quo casu, quando pars, cui committitur arbitrium, non vult arbitrari, bene tunc receditur ab eius persona in omnib. contractibus. l. hæc venditio. ff. de contrahend. emp. de quo ponit gl. mag. in fi. & ibi Bart. & omnes Doct. declarant,
11 & ita etim tenuit Alex. hic super. d. gl. mag. ¶† Quintò fallit prædicta regula in arbitrio alicui competenti iure proprio, puta si aliqua villa promisit se purgare riuos meos ad arbitrium meum, & ego alteri vendidissem, tale arbitrium transit in emptorem, & sic receditur à persona, ita tenēt Iac. de Aren.
* Bal. *& alij communiter* in l. si sic. ff. de leg. 1. quamuis do. Alex. ibi
12 post Imo. videatur contradicere. ¶† Sextò not. limita, & hic attende, prædictam regulam non procedere, quando res non esset integra, puta, locaui tibi domum pro pretio declarando per Titium, tu inhabitasti domum, & Titius non vult, vel non potest arbitrari, tunc recurritur ad arbitrium boni viri, ne tu dicaris pro nihilo domum habitasse, & ego perdam pretium locationis domus, & sic locupleteris cum aliena iactura secundū Pau. de Castr. in l. si in l. & in l. si merces. in prin. ff. loc. quamuis Bart. in d. l. si merces. mouens istam. q. nō decidat, sed relinquat cogitādum, quicquid etiam teneat Alex. hic in 3. col. qui tenet, quòd imò aget actione ex contractu, vt remoueatur dicta iniquitas, quod pro certo non videtur posse procedere in istis terminis, quia actio ex contractu non sufficeret, eo quia pro pretio taxando necessarium videtur arbitrium boni viri, & ita etiam, quòd quando res non est integra, recedatur à persona, tenuit Bald. in d. l. fi. C. de sen. quæ sine cer. quanti. quem retuli.
13 s. in 4. limita. ¶† Septimò limita, quando, promitto omne, & totum illud, quod Caius tibi debet, & quantum debeat, stetur arbitrio Titij, tunc Titio non declarante, non irritatur contractus, vt recedatur à persona, eo quia quantum debeat Caius, potest aliter declarare ex obligatione prima. l. fi. §. vlt. ff. de accepti. Item, quia hic nō est commissa declaratio eius, quod est substantiale contractus, sed quædam qualitas, seu quoddam accidens cōtractus, ergo receditur à persona secundum doct. Bart. & ita consuluit Rom. in consi. 402. inci. in casu propositę consultationis videtur prima fronte dicēdum. quasdam alias limitationes ad hanc regulam videbimus. ſ. per discursum ma
14 teriæ. ¶ Vlt. not. in versi. quid ergo. quòd † licèt arbitrator fuerit in mora arbitrandi, tamen videtur, quòd per hoc non expiret potestas arbitrandi, imò durat, patet, quia in l. seq. dicitur, quòd si omnino non arbitretur, tunc stipulatio irritatur, ergo in casu præcedenti, quando solum fuit in mora nō arbitrandi, videtur, quòd non annulletur stipulatio, tamen Bartol. ſ. in 4. questio. tenet, quòd per lapsum anni tollatur potestas arbitrandi, quòd an sit verum, ibi latè dicetur. ¶Gl. 1. dupliciter exemplificat istum text. obscurè dicentem, quòd stipulatus est sibi restitui, & non dicit quid, not. ex primo exemplo gl. quòd vbi præcedit ꝯctus locationis iam firmatus, & postea assumitur arbitriū tertij, iuxta præcedentē obligationē super qualitate restitutionis, quòd eo non arbitrāte super isto accidentali, per hoc non receditur à persona, sed irritatur stipulatio, & sic videtur esse hic text. secundum istud exemplum gl. contra Bart. in 1. q. vbi tenet, quod quando committitur aliquid arbitrio tertij super contractu iam firmato, tunc receditur a persona arbitratoris non arbitrantis, & recurritur ad iudicem, an bene dicat, rē
15 seruo dicendum super illa. 1. q. Bart. ¶† Vltra gl. & Scribentes potes pinguius exemplificare istum tex. in verbo restitui. q; stipulatus sum restitui mihi aliquam hꝛ̄ditatem forte opulentā, arbitratu Lucij Titij, q̄ præcēdebam restitui iure fideicōmissi, vel posses exemplificare, qn̄ res mea, puta possessio est penes aliū, quam intendo vendicare ratione dn̄ij, vel quasi, possem istam stipulari mihi restitui arbitratu Lucij Titij, &c. ¶Glo. in verbo non tenetur. quam diuide in duas partes principales. In prima remouet vnum contrarium. In secunda pro distinctione se remittit. Secunda ibi, & distingue. ¶In ea. gl. ibi, nisi fuerit in posteriori mora. habes ex gl. limitationē ad hunc text. & sic vult gl. quòd si primò stetit per moram stipulatoris, ne arbiter arbitretur, quòd tamen adhuc posteà posset arbiter arbitrari, ita no. vult ista gl. aliàs. n. non posset posterior mora committi per promissorem, vt dicit gl. ergo apparet, quòd adhuc durat potestas arbitrandi, sed ista gl. malè dicit, & reprehenditur per Imo. Raph. Cu. & Lud. quia vno litigatore existente in mora, immediatè committitur pœna, si est promissa, & resoluitur compromissum. l. diem. §. si quis litigatorū. & l. si duo. §. semel. ff. de arb. ergo cùm per primam moram stipulatoris soluatur compromissum, ergo compromissor non potest amplius in mora constitui, & hoc voluit iste text. in verbo promissor, qui vult, quòd est quo stipulator fuit in mora, promissor amplius non teneatur. Raph. Cu. reprobat istam gl. alio fundamēto, quia si stetit stipulatio per stipulatorem, perinde est ac si contra eum fuisset arbitratum, nec tunc admittitur purgatio moræ, quia conditio contra eum habetur pro impleta. allegat gl. in l. quib. dieb. in prin. gl. fi. ff. de condi. & demon. quam reprobat, sed ab isto obiecto posset defendi gl. quia hæc conditio nō potest haberi pro impleta contra stipulatorem, cùm ipse nihil habeat impleri, vt dixi in 2. not. & sic arbitramentum non potest nisi obesse promissori, non autem stipulatori. Aduerte tamen, quòd licèt promissor propter moram stipulatoris, vel arbitratoris liberetur à stipulatione de restituendo equum, vel à stipulatione pœnali interposita, eo quia tunc illa expirat propter moram stipulatoris, & consequenter stipulatio irritatur, tamen semper durat actio personalis ex primo contractu, puta actio ex locato ad restituendum equum. l. si stipulatus. ad finem. ff. de vsur. secundum Rapha. Cu. & Alex. & ita sanè intelligas istum tex. ne decipiaris. Capio nunc gl. in verbo, recedendum. quàm diuide in quinque partes. In prima allegat quinque leges concordantes ad regulam tex. nostri, posteà format quatuor oppositiones contra tex. Secunda ibi, sed contra. s. pro soc. Tertia ibi, item contra. C. communia de leg. Quarta ibi, item contra. s. de ope. lib. Quinta & vltima est ibi, item con
16 tra. s. de contrahend. emp. ¶† In ea gl. ibi. sed contra. ff. pro soc. l. si societatem. sol. vt vbi, dic melius, vt in alia. l. seq. quæ incipit in proposita. illo titu. quæ bene distinguit, & rationem diuersitatis assignat Bart. vt hic per eum. Sed aduerte inquantum Bar. vult istam doctrinam procedere etiā in contractib. stricti iuris, quòd si arbitrator sit malè arbitratus, petatur reductio ad arbitrium boni viri, etiam in contractib. stricti iuris, per text. in l. si libertus ita iurauerit. ff. de ope. lib. Rapha. Cum. hic reprobat, quia in contractib bonæ fidei ius dictat omnia venire, quę etiam non sunt dicta, nec cogitata. l. fi. ff. de cond. ob turp. caus. & l. secunda. ff. de condi. sine caus. & illa æquitas est, quæ parit officium iudicis. l. quòd si Ephesi. ff. de eo, quod cert. loc. & l. quæro in princip. ff. loc. & illud officium iudicis est, per quod petitur reductio ad arbitrium boni viri, sed in contractibus stricti iuris est secus, quia in illis si arbitrator assumptus iniquè arbitretur, non habet locum reductio ad arbitrium boni viri, sed promittenti succurritur exceptione. l. si quis cùm aliter. supra eodem. Breuiter tenet Bartol. quòd etiam in contractib. stricti iuris habet locum reductio ad arbitrium boni viri, prout tenet gloss. ord. in l. in proposita. ff. pro soc. mouetur per tex. in d. l. si libertus. allegata per Bartol. sed est melior text. in illa. l. in proposita. & miror, quòd gloss. ibi non aduertat, dum dicit text. eo magis, quòd iudicium pro soc. bonæ fidei est, & sic vult, quòd idem esset si esset stricti iuris, quia comparatiuum præsupponit positiuum. l. vbi autem non apparet. in principio. infra eodem. & ita illum textum ad hoc ponderat Bald. qui nihil ignorauit, in dicta l. societatem. §. arbitrorum. in prima columna. ff. pro socio. Sed aduerte, quia idem Bald. in dicto §. arbitrorum. in tertia columna. in versic. quo iure facit differentiam inter contractus bonæ fidei, & contractus stricti iuris, & vult, quòd in contractibus stricti iuris reductio ad arbitrium boni viri fiat per officium iudicis. per dictam. l. si libertus ita iurauerit. sed in contractibus bonæ fidei per actionem ex eodem contractu per text. in l. vnde si Neruæ. in verbo (corrigi potest per iudiciū bonæ fidei.) ff. pro

ſoc.ergo per actionem,& cum Bar.tenet d.Ant.in c.quintaualis,de iurciu. ibidem Pan.in 8.col. ad fi.& ſeq. Tu autem vltra Bart.aſſigna planiorem rationẽ diuerſitatis,quare habeat locũ reductio ad arbitrium boni viri, quando iniquè arbitratus eſt, ſecus quando nullo modo,quia quando iniquè arbitratur, eſt deceptio,& læſio re ipſa, ideo venit corrigenda per arbitratorem,quia prauitas,& iniquitas arbitratoris eſt,quæ parit reductionem ad arbitrium boni viri,quæ ratio ceſſat,quando nihil arbitratur, præterea grauius eſt delictum , quòd committitur per arbitratorem faciendo. i.iniquè arbitrando,quàm quando omittit arbitrari,per regulã.l.ſi mora.ff.ſol.mat. & l.lege Corn. ff.ad Sillan.facit.l.qui autẽ.in princ.ff.de his, quę in fraud.cred. ¶In ea.gl.ibi,ſed ibi ſpeciale in legato ne pereat.Iſtam ſolu.ſequuntur Bar.*& communiter alij*,declarando eam,vt hic per Bar. ſubtilis Rapha.Cum.dicit , quòd text in illa.l.fi. §.ſed & ſi quis. C.de contrahend.emp.allegatus pro contrario in gl.nihil facit contra iſtum text.eo quia ibi legatũ nõ erat conditionale arbitrio tertij,ſed ſolùm electio illius ſerui erat data liberæ voluntati tertij ,vnde per hoc,quòd non eligat,non recurritur ad bonum virum,vt probať in l.cùm quidam. ſecunda.de leg.2.ſed illo tertio non eligente.ĩ. annum electio vadit ad legatarium, qui debet elligere mediocrem, ſicut ſi mediocris eſſet legatus. l.legato generaliter.ff.de leg.1.Tu dic,quòd ille tex.facit in oppoſitum,eo quia ibi receditur à perſona illius tertij, ergo contra regulam huius tex. item ibi legatarius in quem transfertur electio, debet eligere vt bonus vir,ergo eo iniquè eligente,debet recurri ad arbitrium boni viri.i.iudicis.Tu autem auderte, quòd in d.l.fi.§.ſed & ſi quis, ſubſtantia legati non erat collata in arbitrium tertij.ſ.an ſeruus legatus deberetur,vel non, & ſic an legatum valeat,vel non valeat,quamuis Bar.ĩ. in diſtinctione quam ponit,dicat,quòd in illo.§.ſed & ſi quis. ſubſtantia legati erat collata in arbitriũ tertij.ſ.an ſeruus deberetur neç ne , quia ibi ſubſtantia legati non erat collata in arbitrium tertij , ſed ſolùm erat remiſſa electio vnius de ſeruis, & ſic iſtud eſt accidentale , ergo non vr̃ ſpeciale in vltimis voluntatib. quia etiam in contractib.quando aliquid accidentale remittitur ad arbitrium tertij,recedimus à perſona arbitratoris,vt eſt gl.in l. in vendentis.in gl.mag.C.de contrahen.emp.& gl. in l.in perſo
17 nam.in verb.generaliter. ff. de reg. iu. ¶† Succeſſiuè inquantũ Bart.in ſol.ſua vult,quòd illa verba,arbitrio Titij; per ablatiuũ prolata,in contractib. faciunt conditionem.l.fi. C.de contrah. emp.l.ſi merces.in prin.ff.loca.ideo eo nõ arbitrante,& ſic deficiente conditione contractus eſt nullus, ſed in vltimis voluntatib. talia verba non faciunt conditionem. l.1. 2. reſponſo. ff. de leg. 2. & in hoc eſt fauor vltimæ voluntatis, ideo eo non arbitrante,receditur à perſona, cum Bart.tenent alij Scribentes. in contrarium allegat Rapha. Cu.fortem text.in l.cùm talè.§.ſi arbitratu.aliàs inci.§. reſcriptum eſt. ff.de cond. & dem. vbi ablatiuum arbitrio Titij,in vltimis voluntatib.facit conditionem,& Titio non arbitrante, non recurritur ad arbitrium boni viri,tamen ibi, quia illa conditio importata per ablatiuũ erat turpis, reijcitur.Idem Rapha.Cu.in d.l.1.ff.de leg.2.reprehendit Bart. quòd imò in vltimis voluntatib. illi ablatiui arbitrio tertij,faciunt conditionem,& arguit ſic, certè cùm iſte ſit ablatiuus abſolutus, nos habemus regulã, ꝙ ablatiui abſoluti ẽt in vltimis voluntatib. faciunt conditionem. l. à teſtatore. ff. de cond.& demon.Tu defende doct.Bart.& ad tex.in d.l.cùm tale.§.ſi arbitratu, reſponde clarè,quòd doct. Bart.& communis procedit,quando ablatiuus arbitrio Titij,profertur ſimpliciter,ſed ibi profertur cum conditione,ſi arbitrio Titij Seia nupſerit,nam ibi conditio expreſſa reddit totam orationem conditionalem. Non obſtat ſecundum, dum dicit Rapha. quòd ille ablatiuus arbitrio, eſt abſolutus, ergo facit conditionem etiam in vltimus voluntatib.dic,quòd iſtud eſt contra text.d.l. 1.in 2.parte. ff. de leg. 2. allegatum per Bart. in verbo arbitrio tutorum.vbi text.dicit expreſsè non facere conditionem , vbi conditio neque ineſt legato, neque mora , ergo falſum eſt , quòd ablatiuus arbitrio, faciat conditionem , nec eſt verum , quòd hic ſint ablatiui abſoluti , qui reſoluuntur in conditionem , iſtud non procedit in propoſito noſtro , vbi eſt ſolùm vnus ablatiuus,nec adeſt participium,prout in d.l.à teſtatore ,
18 ſed ſubintelligii ur dictio pro. ¶† Succeſſiuè inquantum Bart. tenet,quòd in vltimis voluntatib. ſi apponeretur arbitrium cõditionale,lego Titio mille,ſi Titius arbitratus fuerit, eo non arbitrante ideo valeret legatum,ſicut ſi cõditio deficeret,iurib. per eum allegatis. ¶Adde tu rationem eſſe, quia conditiones debent impleri in forma ſpecifica.l. qui hæredi.& l. Meuius.in princip.ff. de conditio.& demonſt.nam conditio debet conſtare ex omnibus ſuis partibus,cùm denotet formam,ita egregiè dicit Bartol. in l. pro hæreditarijs.in prima columna.in fin. C. de hæredib.actio.ideo tunc non receditur à perſona,ſi ille nolit arbitrari,quia ſic non impleretur conditio in forma ſpecifica, & ſi opponeres contra iſtam rationem de l. hæc venditio.in princip.ff.de contrahend.emp.quam allegat gloſſ.in vltimo contrario, vbi erat conditio expreſſa, & tamen receditur à perſona,& conditio nõ impletur in forma ſpecifica, reſpondeo, quòd ibi ſeruus erat venditus ſub conditione, ſi rationes computaſſet domini arbitrio,ſi ergo ſtet per dominum,ne rationes calculentur,conditio habetur pro impleta,prout declarat Bart.ĩ. in iſto contrario, & imputet ſibi dominus,ſi conditio implenda non completur in forma ſpecifica, quia ſtat per eum, quòd conditio non impleatur. ¶Contra iſtam doctrinã Bartol.pondera facere text.in d.l.fi. §.ſed & ſi quis.C.communia de lega. vbi erat legatus ſeruus,quem tertius elegerit, clarum eſt,quòd relatiuum quem,iunctum verbo futuri temporis,facit conditionem.l Stichum,qui meus erit.ff.de leg.1.ergo legatum erat factum ſub cõditione,ſi Titius arbitratus fuerit, & tamen ibi in vltimis voluntatib. receditur à perſona, vt dictum eſt illo non arbitrante, ergo ibi eſt text. contra Bartol. licèt alleget pro ſe,niſi dicas,quòd Bartol. loquitur in conditione expreſsè facta per dictionem ſi, ſi illa deficit,bene corruit legatum,per rationem proximè adductam,ſed ablatiuum iunctum verbo futuri temporis non facit conditionem expreſſam,ſed tacitam, tamen regulam habemus, quòd par eſt virtus taciti,& expreſſi.l.cùm quid.ff.ſi cer.pet.¶In ea gl.in fi.quia ſolutio gl.eſt contra.d.l.hæc venditio.in princip.quæ ponit etiã caſum,quando non fuit arbitratus , ideo reſponde melius , vt per Bart.hic , cuius ſolutio bene probatur in d.l.hæc venditio , in fi.princip.in verbo. (impleta conditio emptionis eſt,) quicquid dicat Raphael.Cuman.hic,qui tenet,ꝙ quando conditio collata eſt in vnum ex contrahentibus,ſi ſtat per eum , conditio non habetur pro impleta,per text.in l.cùm ab eo.ff.de contrahend.emp.quæ loquitur , quando conditio conſiſtit in mero facto,dependente à mera poteſtate promiſſoris, tunc ſi nõ vult implere,non habetur pro impleta, vt habetur in gloſſ. ſecus in illa conditione, arbitratu Titij, quæ importat ius , vt habetur in l. illa verba arbitratu. ff.de verb. ſign. Item in d.l. hæc venditio. ſolus dominus non habebat implere conditionem computandi rationes, quia imò ſeruus erat ille , qui habebat
19 computare rationes arbitrio domini. ¶† Extra gloſſ. Bartol. format.9.q. primo format.q. quam dicit habuiſſe de facto de vendente fundum pro centum,pacto appoſito,quòd ſi apparuerit fundum nõ eſſe liberum , ſed emphyteuticum , fiat diminutio pretij arbitrio Titij , quòd Titio mortuo , vel non arbitrante, recurratur ad iudicem, qui diminuat illud pretium,per tex.in l.domum,& in l.ſuæ rei. cum.l.ſequent.& tex. in l.ſi emptione. in princip. ff. de contrahen. emptio. cum iſta deciſio.Bartol.tenent Angel.Raphael.Cuman. & domin.Petr. de Bexut. hic, idem tenet Bartol.in l.ſocietatem.§.arbitrorum. in prima columna. ad finem. ff. pro ſocio. Bald. & Salicet. in l. fina.in quarta oppoſitio.C.de contrahend.emptio. Bald.in capitul.quintauallis.in ſeptima columna.de iureiurand. Paul. de Caſtr.in l.ſi merces.in principio.& in l.ſi in lege.in princip.ff.locat.Floria.in dict.§.arbitrorum.in tertia columna. & dicit Pau.
* de Caſtr. hic bonum verbum , quòd *iſta eſt communis opin.* Doctor. & ſic à communi opin. non eſt in conſulendo, aut in iudicando recedendum,& iſtam teneo.Et ſi tu diceres,prout dicunt Angel. Imol. Ludouic.& dom.Alexand.hic, quòd iura allegata per Bartol. nihil probant , quia loquuntur, quando non erat commiſſum arbitrium alicuius tertij , & ſic, quando lex dat tale arbitrium iudici , reſponde not. quòd imò illa iura bene probant deciſionem Bartol. eo quia quando arbitrator electus nihil arbitratur , deficit conditio , & eſt perinde , ac ſi nunquam fuiſſet electus.l.final.C.de contrahend. emptio.ergo ſumus in caſu.ll.allegatarum per Barrtol.& ſi tu replices, prout dicunt Imol. Raphael Cuman. & Ludouic. Roman. quod magna eſt differentia inter iſtos caſus , eo quia quando partes elegerunt arbitratorem , videntur ſe ad illum aſtringere , ergo non debent poſſe recedere , & ſic recurrere ad arbitrium boni viri , quia eligendo arbitratorem videntur receſſiſſe à promiſſione legali. l. final. C. de dot.promiſ. quod ſecus eſt,quando à princip. nullum arbitratorem elegerunt , vt loquuntur.ll.allegatæ per Bart.reſponde, quòd illud, quod dicitur,quod partes eligendo arbitratorem videntur ſe ad illum aſtringere, verum eſt ſi arbitretur,iſta enim eſt conditio,vt dicit tex.in l.ſi merces. in princip. ff. locat. vnde paria ſunt à principio ,non fuiſſe electum arbitratorem,& electũ,& non arbitretur,iuxta glo.in l.2. §.fin.ff.de condi.ob turp.cauſam, ergo ſumus in ll.allegatis per Barto.ita ſubtiliter,& pulchrè defendo opin.Bar.iſtam deciſio. Bart.reprehendunt Io.de Imol.Lud.Rom. & d.Alex.hic, moti per iſtum tex. ſ.in primum intellectum gl.1.vbi contractus firmatus præceſſerat, & tñ ſi locator poſteà ſtipulatur rem locatam

tam

tam sibi restitui arbitrio Titij, quamuis contractus firmatus præcederet, non tamen potest recedi à persona, & recurri ad iudicem. Ego contra Bar. respõdeo tripliciter tenẽdo decisionem Bartol. quam puto veram, quòd iste text. in verbo restitui, non loquitur de equo locato, vt dicit gl. sed intelligitur vel de restitutione hæreditatis, vel de restitutione alterius rei propriæ, puta domus, prout dixi in illa gloss. prima, & isto modo nihil facit contra Bartol. quia non loquitur, quando cõtus iam firmatus non præcesserat. Secundò respond. ꝙ tenendo secundum exemplum glo. primæ, restitui, idest destrui domum, nihil faceret iste text. contra Bartol. Tertiò adhuc fortius dico, quòd etiam tenendo primum exemplum gloss. adhuc fortius contra Bartol. nam Bartol. loquitur, quando contractus iam erat perfectus, & non agebatur de alio contractu accessorio perficiendo, sed solùm de diminutione pretij, si apparet rem venditam non esse liberam, sed emphyteuticam, tunc bene recurritur ad arbitrium iudicis super illo incidenti de diminutione pretij, vt contractus iam perfectus executionem sortiatur, ita loquitur propriè Barto. hic in primo exemplo gloss. de equo locato, licèt locatio iam esset perfecta, agebatur de perficiendo alio contractu stipulationis accessorio, super restitutione talis equi, & iste contractus stipulationis de restituendo equo prius locato, non erat perfectus, sed veniebat perficiendus arbitrio Titij, ergo eo non arbitrante non receditur à persona quo ad perficiendam stipulationem, ergo vide quomodo defendo Bartol. ¶Secundo contra Bartol. allegant text. in l. si ita coita. ff. pro soc. vbi si coita sit societas ex his partib. quas Titius arbitrabitur, illo non arbitrante contractus irritatur, & non receditur à persona, & tamen valet societas nulla facta mentione partium, quia intelligitur de partib. equalibus. l. si non fuerint. in princip. ff. pro soc. & dicit Paul. de Cast. quòd illa lex facit eum verè dubitare contra Bar. & cõem opi. & pro solut. relinquit cogitandum. Tu responde, ꝙ nihil facit contra Barto. quia non loquitur in contractu iam perfecto, eo quia. d. l. si non fuerint. in princip. loquitur in societate simpliciter contracta, nulla facta mentione partium, intelligitur de æqualibus partib. secus, quando super assignatione partium societatis electus est arbitrator, tunc non intelligitur de partibus æqualibus, sed inæqualibus, secundum illius arbitrium, & tunc intelligitur actum, quòd illo non assignante partes nulla sit societas, & dicit text. in dict. l. si ita coita. ergo ante declarationem illius tertij ille contractus societatis nõ erat perfectus, ergo ille text. nihil facit contra Bart. & est ipsa veritas. Adde vltra Scribentes, quòd Bald. in addi. Spec. in titul. de arbitrio. in 1. col. ad fi. ver. allegat Bart. in hac l. si quis arbitratu, refert istam decis. Bar. & dicit in ea dicendum, vt not. in l. in vendentis. C. de contrahen. emptio. & in l. si in persona. in §. generaliter. ff. de regul. iur. & quòd nõ obstant iura allegata per Bar. quia in illis legibus fuit contractum simpliciter, & non per viam compromissi, vt in 2. q. Bart. Tu autem dic, ꝙ iura allegata per Bar. optimè probant eius dicisionem, inducendo illa, prout superius dixi. ¶Vltra prædicta contra aliam decisionem Bartol. quando vendo tibi fundum pro cẽtum, cum hoc, quòd accedat vnus de bobus meis, arbitrio Titij, ipso non arbitrante super boue, recurritur ad iudicem, vt arbitretur, per l. si in emptione. in princip. ff. de contrahen. emptio. Alexand. ponderat in contrarium facere decisionem Ang. hic volentis, ꝙ si vendo fundũ pro centum, & pro eo pluri, quod arbitrabitur Titius, eo pluri non arbitrante non receditur à persona per text. in l. hæc venditio. §. fi. ff. de contrahen. empt. sequuntur Imol. Lud. & Alex. hic, quãuis aliter in hoc dicant Bal. & Sal. in d. l. fi. in 4. oppo. C. de contrahen. emp. quamuis aliter Paul. de Castr. & d. Alexan. teneãt. Tu aduerte defendendo illam aliam decisi. Bart. ꝙ text. in l. hæc venditio. §. fin. ff. de contrah. emp. nihil facit, quia nullã mentionem facit text. de commissione facta in arbitrium tertij, sed vult, ꝙ si res determinato pretio vendatur, quòd valet venditio etiam non arbitrante arbitratore. ¶Secundò etiam data decisione Barto. pro vera, dico, quòd non aduersatur Bar. quia in q. Ang. in augmento illius pluris pretij erat omnimoda incertitudo, sed in q. Bart. debeba incertum ẽ de certis, ideo Titio non declarante, recurritur ad iudicem, qui declaret, ex quo saltem vnus de pluribus de præsenti debebatur. Tu autem vltra Scribentes bene considera. Bar. format istam. 2. deci. per tex. in l. si in emptio. in princip. ff. de contrahend. empt. illa. l. nihil penitus facit, quia nihil dicit de arbitrio boni viri, sed bene dicit, quòd si in venditione fundi debet accedere vnus seruus, & sit discordia inter emptorem, & venditorem, quia emptor dicit se sensisse de vno, venditor de alio, dicit text. quòd valet venditio, & is seruus debet accedere, de quo venditor intellexerit, ita ibi dicit text. ratio illius text. est, quia in dubio interpretatio debet fieri cõtra emptorẽ, qui debuit legem apertius dicere per l. stipulatio ista. §. alteri. versic. in stipulationibus. infra eodem. & l. veteribus. ff. de pact. ita dicunt gloss. & Bartol. in dict. l. si in emptione, ergo secundum illum text. in quæst. Bart. Titio non arbitrante debebitur ille bos, quem venditor declarabit, cuius declarationi est stãdum per illum textum, qui de arbitrio boni viri nil dicit. ¶Successiuè ex omnibus supra traditis Bartol. recolligit doctrinam, an à persona arbitratoris recedatur, vt hic per eum, veritas pendet à dictis supra. ¶Circa tamen primum membrum, inquantum vult, quòd in l. fin. §. sed & si quis. C. communia de leg. substantia legati erat commissa in arbitrum tertij, & non conditionaliter, vtrunque videtur malè dictum ad illum textum. primò, quia ibi non erat commissa substantia legati, scilicet an legatum valeat, an non, & an seruus debeatur, vel non, sed erat commissa sola electio vnius ex seruis, item in illo text. videtur esse conditio, cùm dicat text. quem Titius elegerit, relatiuum quem, iunctum verbo futuri temporis facit conditionem. l. Stichum, qui meus erit. in princip. ff. de lega. primo. de vtroque dic, vt supra in specie tetigi, & ita perfectè habes expeditam primã quæstio. Bart.

20 ¶† Secundò quærit Bartol. quia text. videtur solùm loqui de mora stipulatoris, quid si per promissorem steterit, quominus arbitrator arbitretur, decidit, quòd si pœna est promissa, illa committitur. l. diem. §. si quis. ff. de arbitr. si autem non fuit adiecta pœna, receditur à persona arbitratoris, & recurritur ad arbitrium boni viri, vt hoc text. quasi promissor moram fecerit à contrario sensu, & sic in tantum tenebitur promissor quantum arbitrabitur bonus vir, not. istam decision. Bartol. quæ limitat regulam huius text. quæ vult, quòd à persona arbitratoris non recedatur, vt procedat, quando promissor non fuit in mora, secus si fuit in mora, quia receditur à persona, & * recurritur ad iudicem, *cum Bart. tenent alij, ratio* diuersitatis est, quia cùm stipulatio principis de restituendo equo locato, vel destruendo domum, secundum exempla glo. primæ, censeatur inita sub conditione, si Titius arbitrator arbitrabitur. l. fin. C. de contrahen. emptio. & l. si merces. in princip. ff. loca. ergo cùm stet per ipsum promissorem, ne impleatur conditio, habetur pro impleta. l. in executione. §. fin. infra eodem. & l. hæc venditio. ff. de contrahen. emptio. quæ iura ita voluit allegare Barto. hic, ergo stipulatio de restituendo equo, vel de destruendo domum, habetur pro purificata, & actio competit stipulatori, ergo operabitur officium iudicis, vt declarat Bartol. supra in secunda, & tertia opposit. sed istud cessat ex parte stipulatoris morosi, cùm ipse nihil debeat, & sic stipulatio principalis non potest dici commissa, & per consequens non potest dici firmatus contractus stipulationis principalis, quia nihil tenetur adimplere, per consequens non competit officium iudicis: sed aduerte, quia non videtur, quòd non sit opus recurri ad arbitrium boni viri, cùm habeatur perinde ac si Titius fuisset arbitratus, ex quo stetit per promissorem, ne arbitraretur, & consequenter cùm stipulatio censeatur purificata, ergo stipulator aget ex stipulatione absque aliqua reductione ad arbitrium boni viri, ita tenet Cum. in l. in executione. §. fi. infra eod. Tu dic, ꝙ licèt stipulatio habeatur pro impleta, ac si Titius fuisset arbitratus, tamen, quia incertum est, quomodo Titius fuisset arbitraturus equum locatum debere restitui, & in quanta summa, &c. ideo propter illud incertum declarandum, est necesse adire iudicem, qui declaret. l. continuus. §. cum ita. ĩ eo. l. cùm pater. §. cùm filius. ff. de leg. 2. §. curare. insti. de actio. quia actio ex stipulatione principali non declarata, non sufficeret,

21 & ita declarat Bart. & benè. ¶† Tertio quærit Bartol. de ardua, & valde dubitabili quæst. quæ sæpessimè in facto contingit, an in laudo arbitratoris requiratur partis præsentia, vel citatio, ad hoc, vt valeat. Bartol. hic per octo fundamenta laté concludit requiri citationem, aliàs laudum arbitratoris esset nullum, & ita dicit se consuluisse, & cum Bartol. simpliciter tenet solus Angel. hic, & videtur etiam sequi Imol. licèt postea se remittat, idem consuluit Bartol. in consilio suo. 106. quod incip. Talionus de Spoleto vendidit cuidam, &c. sed in libris impressis incipit aliter, sed malè, vbi ponit formaliter de verbo ad verbum omnia, quæ ponit hic, & sic Bartol. de verbo ad verbum formaliter inseruit illud consilium suũ, idem tenet Bartol. in l. Theopompus. in penult. quæst. ff. de dot. præleg. & in l. prima. in vltim. colum. ff. de leg. 2. & in l. alio. in quinta colum. in versic. quæro, an hæres sit requirendus. ff. de alimen. & cib. legat. Idem etiam tenet Bald. hic, qui multum variauit per tex. bonum in l. necessè. ff. de in diem addic. Idem tenet laté Bal. in l. nec quicquã. §. vbi decretum. in 7. & 8. col. ff. de offic. procon. & leg. & in Auth. ei qui. in 2. col. C. de bo. auth. iud. pos. & idem Bald. in c. 1. circa. fin. de inuesti. in mar. fac. vbi Bald. allegat dictum Innoc. relatum per Io. And. in c. ex rõne. de appel. in nouel. vbi dicit Inno. ꝙ non solum in iudicio, sed

etiam extra, debet citari is,cuius intereſt, ſubdit per hoc not. Bal.quòd cùm quidam arbitrator laudaſſet ex abrupto, parte non requiſita, quòd in contradictorio iudicio fuit pronuntiatum laudum eſſe nullum. Iſtam opin. Bart.tenuit conſulendo Ioan. de Ana. in conſil. 83. quod incipit viſis his, quæ in facto narrantur iudicio meo,&c. vbi dicit,quòd iſta opin.Bartol.eſt maiorib.auctoritatib.& validiorib.rationib.vallata, & in iudicando,& conſulendo eſt tutior,dicit etiam d.Pet.de Bexu.hic, quòd *iſta eſt communis opin.*[a] eſt bonum verbum, quia conſulendo, & iudicando non eſt à communi ſententia recedendum, vt per Bart. & alios in l.fi.C.ſi contra ius, vel vti. publi. Canoniſtæ in c. ne innitaris. de conſti. Iſta quæſtio, vt dixi,eſt valde dubia,& propterea alibi Bal.in conſ.8.tertię partis,quod incip.punctus quæſtionis talis eſt, quædam domina, &c.examinat bene iſtam. q. referendo opiniones hincinde, nec eam decidit, ſed dicit, quòd eſt magna quæſtio. ſimiliter Lud. Ro. in conſi.72. inci.circa primum, quod quæritur an hæc approbatoria,&c.dicit ſe ſemp dubitaſſe in iſto articulo,neque tunc velle decidere, qa eſt valde dubius. ¶Vltra octo fundamēta, quę Bar.adducit pro iſta parte,ꝙ in laudo arbitratoris ferendo, requiratur citatio partium, aliàs laudum non valeat, vltra illa octo fundamenta adde bene facere tex.in l.1.§.cùm dicitur.ff. ſi cui pluſquam per l. Fal.vbi eſt text. quòd arbitrator electus ad eſtimandas facultates teſtatoris, debet vocare partes quarum intereſt,& ſubdit textus,quòd talis æſtimatio non præiudicat cæteris,qui non ſunt citati, & iſtum text. allegat ad hoc ipſemet Bart.in l.alio.in 5.col.ff.de ali.& cib.lega. ad idem facit text. in l.1.§.mulieri.el 2.& §.denunciari.ff.de ven.inſpi.vbi etiā in extraiudicialib.debēt partes quarum intereſt citari.ad idem tex.in c.licèt Epiſcopus. de præb.in 6. vbi ſimiliter Papa decidit etiam in extraiudicialib.poſſeſſorem citandum, & aſſignat rationem, quia pars poſſet lædi. Ad idem videtur multum ſtringere text. in cle. ſæpe.de verb. ſign. vbi etiam in caſibus in quib.proceditur omni iuris omiſſa ſolennitate, tamen requiritur citatio in caſu ferendæ ſententiæ, niſi reſpondeas ad illum text.quòd ibi procedebatur iudicialiter etiā in iudicio,licèt iudiciorum ordine omiſſo,ſed in q.noſtra proceditur per arbitratorem omnino extraiudicialiter.Ad idem etiam pro hac parte facit, quòd licèt Princeps ſit ſolutus legibus.l. digna vox.C. de legib. l. Princeps.ff. de leg. ideo coram Principe, vel Papa non eſt neceſſarius ordo iudiciarius, vt per Innoc. & alios in cap.primo.de lit.conteſt. tamen non poteſt ferre ſententiam, niſi partib.citatis,text.eſt in capit.1.de cauſa poſ. & proprieta. & tex.in c.inter quatuor.de maio.& obe.tex.in c.nos in quemquam.2.q.1.& text.in cle.paſto.de re iudi.& apud Legiſtas tex. in l.fi. vbi gl.& Bal.C.de lega.ſi ergo iſti ſummi Principes, qui ſunt ſoluti legibus, non poſſunt ferre ſententiam, niſi citatis partib. ergo multominus arbitrator iſte aſſumptus à partibus.

b ¶Contrariam opi.[b] contra Bart. quòd imò arbitrator poſſit proferre laudum ſeu ſententiam etiam non citatis partib. tenuit in primis.d.Fran.de Alberg.de Arct.diſcipulus Bart.in repet.huius l.quem referunt Canoniſtę,& Legiſtę in locis.ſ.allegandis,tenuit Guil. de Cun.in l. Epiſcopale.in vlt.q.& ibi Ray. C.de Epiſ.audi.& ibi etiam tenuit Bald. ſibi contrarius. ita etiā tenet Bal.in l.2. in 1.col.C.de ædi.act.& in l.1.ad fi.C.de arbi.& in repe.l.1.in 5.q.prin.ff.de l.2. iſtam opi.contra Bart. tenent indifferenter Canoniſtæ in c. quintauallis. de iureiuran. Hoſtien. latè.d.Ant.Io.de Imo.& d.Abb.in 24.col.& ſequen. & ibidem Bald.ſibi contrarius in 4. colum.& duabus ſeq. ita etiam tenet Card.Flor.in cap. expoſita.de arb. & latè idem Card. in conſil. 140.quod incip.factū tale eſt, magiſter Bartho.ita etiam tenet Lud.Roman. conſi. 61. quòd incip. licèt mihi magna ſemper fuerit dubitatio. eandem opin.contra Bart.tenet multum latè Rapha. Cum. in conſi.7. quòd incip. viſo compromiſſo Io. & fratris.ita etiam tenet.d.Alex.vbi dicit Bart.erraſſe hic,in conſi. 130.in 1.vol.quod incipit,difficultas huius negotij,& ita contra Bart.*etiam communiter Mod.*tenent. Pro iſta parte contra Bar. ſtringit tertium fundamentum illius aduocati, quem refert Bart. cui Bart. non reſpondet, arbitramentum eſt implementum conditionis.l.fi.C.de contrahend.emp.l.ſi merces. in prin. ff.loc.ergo non requirit partis pręſentiam.l.2.cum gl.ff.de cōd. & dem. Secundò arbitrator poteſt ferre laudum etiam die feriata in honorem Dei.l.fi.in verbo tranſactiones, & ibi Bald.in 5.no.poſt.Iac.Bu.ad hoc no.C.de ferijs.Bart.in l.ſi de meis.aliàs incip.idem Pompo.ſcribit.§.fi.ff. de arb.Spe.in tit.de ferijs,ſed citatio talis die feriata fieri non poteſt. l.fi.C.de fer.ergo apparet,quòd non eſt neceſſaria citatio partium,quia ſi eſſet neceſſaria,non poſſet fieri in die feriata, in qua poteſt ferri laudum. tamen ad hoc poſſes reſpondere,quòd d.l.final. loquitur de citatione iuriſdictionali,quæ,non poteſt fieri die feriata in honorem Dei, non autem de monitione extraiudiciali, quam facit arbitrator,vt declarat Bart.in l.cùm filius.§.fi.infra eod. Tertiò pro iſta parte bene facit, quia arbitrator inter abſentes poteſt voluntatem ſuam per epiſtolam declarare, ergo non requiritur pręſentia partium.l.1.in fine,cum l.ſeq.ff.ſi mēſor fal.mod. l.ſi pater.§. ſi Sticho.ff. de fideicom.liber.l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum.ff.de acq.hære.Quartò facit text.in l.cùm pater.§.heręditatem.ff.de leg.2.& in l.ex facto.§.ſi quis rogatus. ff.ad Treb. vbi arbitrator deportatus in inſulam non poterat veriſimiliter habere præſentiam partium propter diſtantiam inſulæ, & tamen valet arbitramentum latum, ergo non eſt verum, ꝙ requiratur præſentia,& citatio partium, ergo iſta opinio ſecunda contra Bart. videtur tenenda cum grano ſalis,& ita conſulerem, & iudicarem, dummodo arbitrator partes audierit in diſcuſſione negotij, iuxta.l.ſi de meis. aliàs inc. idē Pompo. §.recepiſſe, in verbo diſcuti litem. ff. de arbi. tunc alia citatio non requiritur in prolatione laudi, idem tenet Bal.in l. fin. in 3.q. circa fin. C.de contrahen.emp.& idem Bald.in conſi.64.3. partis inci.nunquid arbitrator poſſit arbitramentari parte non requiſita,ita etiā tenet Sal.in d.§.arbitratorū. Cu.Pau.de Caſt. Lud.Ro.& d. Alex.hic.Io.de Imo. in l.duo ex trib. ff.de re iudi. do.Lanfranc.de Oriano in tract.de arbitris.10.q.& non credo, quòd Bartol. negaſſet iſtam opin.cum limitatione quam dedi, quia rationes Bart.ſi bene ponderentur tendunt ad hoc, nam quòd requiratur citatio tempore ferendæ ſententiæ, quando in meritis cauſæ præceſſit cognitio, non eſt niſi propter rigorem iudiciarium obſeruandum, ſed coram arbitro nō conſideratur ille rigor,ſed æquitas,iuxta gl.in l.ſed, & ſi ſeruum.§.ſi quis iudex. ff.de arbi. & in Auth.vt differ.iudi.in princ.tenendo iſtam partem cum modificatione prædicta, non obſtant allegata per Bartol. non obſtat in primis iſte text. vbi ſtipulator moram fecit, quominus ipſe arbitrator arbitraretur, quia reſpondet Ludouic.Roman.Rapha.Cuman.& domi.Alexand. hic,& do.Anto.de But.in d.cap.quintauallis,quòd hic ſtipulator fuit in mora veniendi ad informandum arbitratorem de meritis cauſæ, ideo arbitrator tanquam non bene informatus de meritis cauſæ per l. final. C. ſi per vim vel alio modo, &c. ex literis. de in integr. reſtitutio. noluit parte abſente arbitrari tanquam bonus vir, ſed quia iſtud videtur eſſe quædam diuinatio ad iſtum text. prout dicebat ſupra Bartol. ego probo, & confirmo iſtam ſolu. melius, quòd iſte text. non loquitur de mora, quæ cauſetur per citationem, ſed de mora, id eſt de dilatione in non veniendo ad informandum arbitratorem, quòd iſtud ſit verum, probo ex eodem text. qui poſteà loquitur, quando arbitrator fuit in mora, & tamen non poteſt dici in mora per citationem.l.ſed interpellatur. ff.de arbi. ſed dicitur in dilatione ſeu negligentia arbitrandi. non obſtat text. in l. quòd ſi nolit.§. ſi quid ita. ff. de edili.edict.in quo text. Bartol. facit magnum fundamentum, quia reſpondetur dupliciter. Primò, quòd ibi requiritur præſentia partis, vt fiat reſtitutio rei venditæ, & ſic ibi abſentia impedit redhibere, non autem placitum declarare, & ita vult text. ibi, aut non fuit præſens cui redderetur. Scdò ille tex. loquitur eo caſu, quo ex primæ voluntatis pœnitentia alteri poſſet inferri præiudicium, tunc requiritur illius notificatio, ſicut in ſimili, quando quis reuocat procuratorem ſuum, quia debet certificare aduerſarium, ne aliquod damnum patiatur. l. vnica C. de ſatiſda.c.mandato de procu.ſecundum Bald.in capitul.ſi autē inter pares.in 2.col. de l.Corra. in vſib. feu.non obſtat text. in l. legatum. ff.de vſufructu. legat. quia reſpondet, quòd ille text. loquitur in iudice ordinario,cui mandat tale arbitrium,& ille debet ſequi naturam iuriſdictionis ordinariæ, quæ eſt in citando partes.l.de vno quoque.ff.de re iudi.l.diuus.ff.de adop. & iſto modo loquitur text. in l. tertia. §. ſed ſi non conſtat. ff. vbi pu-

ADDITIONES.

a ¶Communis opin. Adde, quòd contrarium conſuluit Roman. conſil.61.de quo plura not.Alexand.conſil.130.libr.1. 134.ante fin. libr. ſecundo.Goza. conſil. 100.num.16.& dic, crebriorem eſſe Doctor. ſententiam in eiuſmodi laudi prolatione,nec præſentiam,nec partis citationē requiri, domundo arbitrator ipſe in negotij diſcuſſione vtraſque partes audierit, ex not. etiam per Bartol.in l.Theopompus.ff.d.dote prælega.Qua in re, inter ſententiam arbitri, & arbitratoris, an in eius prolatione requiratur citatio, diſtinguit Roman.conſil.72.numer.4.mihi tamen placet contraria ſententia,quòd citetur pars,niſi ex forma compromiſſi aliter legatur,& ita ſepius obſeruatum vidimus. MASVER.

b ¶Contrariam opinio. Vide Alexand.conſil. 130.incip. difficultas. in primo volum.

† Sed contrariam veriorem dicit Viui.inter commu. opi.libr.1.verſic.arbitri ſententia,& eam ſequitur Hipp.ſing.173.niſi in compromiſſo dictum fuerit quòd poſſit ferri ſententia partibus abſentibus non citatis,de quo plura no. Ro.ſing.273 Boer.q.283. MASVER.

vbi pupil. educ. deb. & ad hoc habes tex. no. in l. solent. ff. de alim. & cib. leg. Non obstat text. in l. hac ædictali. §. his. C. de secun. nup. quia loquitur in arbitratorib. electis ad instructionem, & informationem iudicis, nam eis vt testibus bene defertur iuramentum, vt ibi dicit text. sed posteà in relatione eorum testes non sunt hortandi, & ideo ille text. nihil facit contra Bartol. Ad alia fundamenta Bartol. dic, quòd loquuntur de discussione ad merita causæ, & examinatione rei restituendæ, & ipse stipulator fuit in mora veniendi ad istam discussionem faciendam, non autem loquuntur de citatione tempore laudi ferendi, vt dixi, & ita concludo, & teneo contra Bar-
22 tol. ¶† Retenta tamen opin. Bartol. cuius auctoritas est suprema in actu practico, quòd in sententetia arbitratoris requiratur citatio, aut præsentia partium, aliàs nihil valeat, limi-
a ta istam [a] opinion. Bartol. aliquibus notabilibus modis. Primò limita, quando dictum esset in compromisso, quòd possit ferre sententiam partibus absentibus, & non citatis, quia tunc non est dubiũ, quin possit ferre sentẽtiam. l. diem proferre. §. si quis. cum §. sequen. & ibi gloss. ff. de arbit. hoc esset indubitatum propter expressam concordiam partium. l. 1. §. & post
* operis. ff. de ope. no. l. si conuenerit. ff. de re iudi. *& ita communiter seruatur* in practica, secundum Ioan. And. Imol. & Ludo. Rom. & latius per Alex. hic. ¶ Secũdò limita, q̃n compromissum fieret de eo, ꝙ arbitrator põt absque informatione partiũ formare, puta vtrum res tantum valeat, vel quantum in dotem dare conueniat, vel similia, in istis valet laudum arbitratoris sine præsentia partium, ita tenet Bald. in præallega. consil.
d. Alex. & d. Pet. de Bexu. hic. & illam ego quoque teneo, eo qa
ista stipulatio cùm volam, non reperitur à iure prohibita, quia
ll. ad hoc alleg. per gl. nihil faciunt, vt s̄. induxi, ergo censetur esse
permissa. l. nec non. §. quod eis. ff. ex qui. cau. ma. l. mutus. §. cùm
* quæritur. ff. de procu. Item ratio *communis glo. & Docto.* quam sta
tim ponam, quare promissio cùm volueris, valet & tenet, est,
11 † quia dictio, cùm, principaliter denotat tempus, secundariò cō
ditionem, & sic non facit conditionem expressam, sed tacitam
& velatam, ideo valet, ista ratio pariter militat, qn̄ promitto
cùm volam, & ista pars est tenenda, vt stipulatio potius valeat,
quàm pereat, per reg. l. quoties in stipulationib. cum simil. j̄. eo.
& c. Abbate. de verb. signif. ¶In secunda parte gl. ibi, sed quæ est
differentia inter primum, & f̄m responsum huius. §. melius di-
xisset gl. quæ est ratio differentiæ, quia dr̄ia patet in text. & licèt
gl. videatur ponere duas rationes per diuersa verba, tn̄ quia re-
incidunt in idem, sunt vna, vt etiam dixi s̄. & dum glos. in 1. ra-
tione dicit, respondeo, quia in primo causa differendi, vult di-
cere. i. causa dandi dilationem ad liberandum voluntatē, non
autem, ꝙ conferatur in liberam voluntatem, & dum subijcit,
a significat præteritionem, vult dicere [a]. i. perfectionem actus, cū
formetur à præterito, & sic non potest variare. Breuiter vera ra-
tio diuersitatis inter primum, & secundum casum est ex mēte
huius gl. & clarius Doct. quare valeat stipulatio cùm volueris,
& nō si volueris, quia dictio, cum, principaliter, & expressè de-
notat tempus, sed tacitè, & secundario denotat conditionem,
sed ècontra dictio si, principaliter, & expressè denotat condi-
tionem, & secundario tempus, vt est tex. de vtroq; in l. Titio. in
prin. ff. qn̄ dies lega. ced. modo, quando dico cùm volueris, non
confertur in conditionem expressam voluntatis promissoris,
sed in tacitam, & secundariam, ideo valet, sed qn̄ dico si volue-
ris, exprimitur conditio principaliter, & expressè, & multa ex-
pressa nocent, quæ non expressa non nocent. l. nonnunquam. ff.
de condi. & demon. & l. si quis Sempronium. ff. de hæredi. insti.
¶In ead. glo. ibi, Idem in fideicommisso similib. verbis relicto.
istud, ꝙ dicit gl. est verum, quia differentia est inter hæc verba,
cùm hæres voluerit, & si hæres voluerit, primum valet, secun-
dum non, vt est tex. in l. fideicommissa. §. sic fideic. in versi. hoc
autem. & in §. quanquam. allegato in glo. de leg. 3. & quantum
ad hoc gl. bene æquiparat stipulationem fideicommissis, & sic
vltimis volunt. sed aduerte, quia tex. in d. §. sic fideicommissum.
in ver. hoc autem legatum. ponit in alio differentiam inter vl-
timas volunta. & contractus, quia si sit relictum fideicom. cùm
hæres voluerit, si hęres decedat antequam eius volūtatem de-
claret, tn̄ debetur legatum ab eius hęredib. quia fauore vltimæ
voluntatis censetur relictum post mortem hæredis, vt ibi. & l.
vxorem. §. pen. ff. de lega. 3. secus est in contractib. text. est hic. &
ita etiam declarat Bart. in vlt. oppo. est & alia differentia in hac
materia, quia non potest legari sub conditione, si tertius volue-
rit, secus in stipulationib. & contractib. vt dixi in text. in vlt. not.
in tertia limitatione. est & alia tertia differentia, quia in vltimis
volunta. distinguitur an dicatur si hæres voluerit, & non valet
legatum, seu fideicommissum sic relictum, secus si dicatur si
hæres arbitratus fuerit, vel per similia verba, quæ importent ar-
bitriū boni viri. tex. in d. l. fideicommissa. §. quāquam. in l. si sic. in
prin. de leg. 1. & ibi Bar. declarat, quæ sint illa verba, quæ impor-
b tent arbitrium boni viri, [b] sed in contractibus si dicta verba re-
ferantur ad alterum contrahentium circa substantialia contra-
ctus, non est differentia, quia idem importat verbum arbitrari,
& verbum volueris, & nullo casu contractus valet. l. quod sæ-
pè. §. 1. & ibi no. s̄. de contrah. emptio. sed circa accidentalia be-
ne est differentia. l. hęc venditio. in prin. s̄. de contrah. empt. se-
cundum Bar. hic in 4. q. qui reliquit cogitandum de ratione di-
uersitatis. Bal. & Ang. hic conati sunt reddere rationem diuersi-
tatis, & eos latius refert Imo. & reprobat rationem Bal. sed quia
nihil boni dicunt, ideo non refero. ¶Ego assigno planam ratio-
nem diuersitatis, & miror, ꝙ Bart. relinquat super eo cogitan-
dum. nam accidentalia contractus dicuntur esse illa, sine quib.
contractus potest subsistere, vt declarat glo. magistra. in l. pacta
conuenta. in princ. s̄. de contrah. emptio. ideo illa possunt con-
ferri in arbitrium alterius contrahentium, & sic tanquam boni
viri, & non in liberam voluntatem. ita propriè loquitur text. in
c d. l. hæc venditio. [c] in princ. vbi illud accidentale reddendæ ra-
tionis à seruo, qui venditur, potest conferri in arbitrium domi-
ni, qui vendit, sed non in liberam voluntatem. facit bene text. in
§. pen. insti. de emptio. & vendi. secus est in substantialibus, sine
quibus non potest contractus subsistere, vt est in emptione res,
& pretium, ista duo sunt de substantia contractus, quia sine eis
contractus non potest stare. §. pretium. & §. item pretium. insti.
de emptio. & vendi. & illud, quod est substantiale, non potest
conferri etiam in arbitrium alterius contrahentium. ita propriè
loquitur text. in d. l. quod sæpè. §. 1. & ista est fundamentalis ra-
12 tio. ¶Extra glo. Bart. format. q. difficilem, † si iudex dicat, pono
te ad confinia donec, vel quoad voluero, vel volā, an per mor-
tem iudicis sint finita confinia, concludit, ꝙ sic, cum duplici li-
mitatione, motus, quia talia verba sonant, vt eatenus durent
confinia, quatenus durat voluntas iudicis defuncti, ergo cessan
te voluntate cessant confinia, sed voluntas cessat per mortē. l. 4.
13 ff. loca. ergo, & c. & in hoc cum Bar. concordant alij. ¶† Limita
primò Bar. nisi iudex retulisset se ad dignitatem, puta, pono te,
quoad Potestati placuerit, vt hic per eum, & in hoc Bart. bene
dicit. ¶Secundò limitat, quando iudex diceret, pono te ad con
finia ad voluntatem meam, vel ad meum beneplacitum, tunc
ille non esset confinatus, nisi iudex declarauerit se velle eum es-
se confinatum, quia illa verba, ad meam voluntatem, faciunt
actum conditionalem, ac si dixisset, si voluero, secundum quin
tam lec. gl. in l. post dotem ff. de solut. mat. ergo non dicetur esse
confinatus, nisi prius iudex declaret voluntem suam, & cùm
Bar. transit solus Ang. hic, & contra Bar. tenet Imo. Cuma. & do.
Alex. hic. contra eum facit secundum Cuma. & Imo. quia quā-
do iudex ponit ad confinia ad voluntatem suam, debet intel-
ligi confinatio esse pura, sed resoluenda sub conditione. l. 2.
cum glo. no. ff. de in diem addi. Secundò contra Bart. stringit, ꝙ
ipsemet Bar. tenet in l. eum qui ita. §. qui ita. per illum tex. in fin.
j̄. eod. vbi tenet, quòd dictio apposita ad casum successiuum,
intelligitur apposita ad resoluendum, & non ad disponēdum,
sed in quæstio. nostra stare ad confinia, continet actum succes-
siuum, & sic non obst. d. l. post dotem. secundum quintam lect.
quia ibi dictio ad, non refertur ad actum successiuum, sed ad
actum momentaneum dotem dari. Ego autem teneo contra
Bar. quia quando iudex dicit, pono te ad confinia ad meam vo
luntatem, vel ad meum beneplacitum, certè positio cōfinium
est pura, sed bene eius duratio respicit voluntatem, & benepla-
citum iudicis confinantis. facit, quod vult glo. in c. si delegatus.
in versic. morte. de offic. delega. in sextò. aliàs sequeretur absur-
dus, & contrarius sensus, scilicet, pono te ad confinia de præsen
ti, si voluero de futuro, quod nō videtur bene stare, quia sic de-
buisset dicere, ponam in futurum te ad confinia si voluero.
14 ¶† Secundò quærit Bar. in secundo membro, si iudex in senten
tia dicat, pono te ad confinia donec, vel quoad reuocauero, an
tunc extinguantur confinia per mortem iudicis, sicut in mem
bro præcedenti, an verò requiratur expressa reuocatio? iste est
pulcher articulus, quem intendo latè executere, in quo Barto.
assumendo longiorem interpretationem contra propriam si-
gnificationem verborum, tenet, quòd tunc per mortem iudi-
cis finiantur confinia per l. vxorem. §. pen. de leg. 3. per quam te-
net Bar. ꝙ iudex intelligitur ponere ad cōfinia, donec ipse vixe-
d rit, nisi reuocet, æquiparando sententiam vltimæ voluntati. [d]
l. non est mirum. s̄. de pign. act. & l. si ita fuerit liberatus. in fin. s̄.
de

A D D I T I O N E S.

a ¶Dicere. Adde tu, quòd glo. dicit perfectionem, vnde declaratio superflua.
b ¶Boni viri. Adde, quæ sunt illa verba, quæ important arbitrium boni viri, latè
per Alex. de Imo. in consi. 41. quasi per totum, & in consi. 221. in 2. vol. & in
consi. 1. col. 3. & seq. 4. vol.
c ¶L. hæc venditio. Adde, quòd ista consideratio ad illum text. fuit Domi.
Bartho. Soc. in l. si quis arbitratu. colum. 8. versi. secundum correlarium. iuxta
fi. s̄. eodem.
d ¶Sententiam vltimæ voluntati. Adde de hoc, quando sententia æquiparetur
vltimæ voluntati, & vide per Barto. in l. prima. C. de re iudicata. & per Alex.
latè in l. impossibilis. ad finem. supra eodem titulo, & ibi, quando non repe-
ritur diuersitas inter cōtractus, & vltimas voluntates, bene sententia æquipa-
ratur vltimæ volunta. ita alleg. text. in l. 3. §. idem respondit. supra de pact.
ponit etiam Felyn. in rubrica extra de iudic. colum. fin. & vide Alex. in consi.
46. in 1. vol. vbi à verbis sententiæ, & eius proprio significatu non receditur
sicut in contractib.

de manu.teſt.Idem ſimpliciter tenet Bal.in d.l.poſt dotem.col. pen.& ibi Ang.contra Bar.tenet Ang.Imo.Comen.& do.Alex. hic.Bal.in d.l.fi.in 6.q.& ibi Saly.in 10.q. C.de contrah.emptio. Bal.in §.hæc autem tria.ſ.in prooem.fforum. dicit do. Alex.hic
* in vltimis verbis bonum verbum in practica, ꝙ in hoc *communis opi.*eſt contra Bar.& ſecundum do.Alex. contra Bar.ſtringit, quia conceſſio precarij intelligitur facta donec per dominum reuocetur.l.1.in princ.ſ.de preca.& tamen per mortem concedentis non inducitur reuocatio.l.quæſitum.§.1.& l.cùm precario.§.1.ſupra de preca. ſed aduerte, quia ante eum etiam hoc argumentum adducit Bar.hic,& reſpondet, ꝙ illa iura loquuntur in contractibus. nos loquimur in ſententia, quæ æquiparatur vltimæ voluntati,& non in contractibus, vt dixi.Item contra Bar.facit, quia licèt per mortem extinguatur voluntas.l.4.ſ. loca.& c.ſi gratioſæ.de reſcrip.in 6.tamen non inducitur reuocatio,quia aliud eſt reuocare, quod requirit contrariam voluntatem primæ,aliud eſt voluntatem ceſſare,vnde ſi aliquis delegauerit cauſam,donec duxerit reuocandam, eo mortuo non intelligitur reuocatam.tex.eſt no.in c.ſi delegatus. de off.deleg. in 6.ita in ſpecie tenet ipſemet Bar.in l.moræ.in vlt.col.ff.de iur. om.iud.tamen caue,quia Bart.hic bene reſpondet ad d.c.ſi delegatus.ꝙ ibi eſt,quia illa eſt benignior interpretatio, vt delegatio duret, & non extinguatur morte delegantis, vt etiam in caſu,quem ibi ponit gl.in ver. morte. ſed in caſu noſtro eſt ècontra, quia benignior interpretatio eſt, ꝙ confinia extinguantur morte.ego etiam teneo ꝯ Bar.& vltra Scribentes,ꝙ per mortẽ non inducatur reuocatio,niſi aliter expreſsè reuocetur,adduco tex.in l.4.in prin.ff.de ma.vin. ¶Secundò ad idem moueor per doctrin.Gem.& aliorum in d.c.delegatus. in pen.col.vbi dicit, ꝙ quando clauſula ſonat in actum poſitiuum nouæ voluntatis,& reuocatiuum primæ,ſicut hic,vbi iudex dixit, pono te ad confinia,donec reuocauero, & tunc non extinguitur per mortem ſuperuenientem, quia mors non inducit reuocationem, nec poſitionem nouæ voluntatis, vt ibi.aliquando clauſula ſonat in actum perſeuerantiæ primæ voluntatis, vt quando dicitur, donec vel quoad voluero, & tunc illa poſt mortem non durat, imò extinguitur per mortem.d.l.4.ſ.loca. & d. c. ſi gratioſæ.de reſcrip. in 6. ¶ Tertiò multum me mouet, quia cùm ſententia ſit ſtricti iuris,in dubio debet ſtari proprio verborum ſententiæ ſignificatui,vt no.in l.Iul.verum debitorem.ff.de condictio.indebit.& l.1.& 2.C.ſi plu.vna ſent.nam verba ſententiæ ſunt ſtrictè intelligenda ad intellectum, quẽ ſtrictè habere poſſunt,nec debent habere intellectum, quem ex lata ſignificatione vocabuli habere poſſunt.ita not.dom. Abb.in c.dilecto.in 2. no per illum tex.de verb.ſigni. ſed in propoſito noſtro illa verba donec reuocauero, de propria ſignificatione requirunt nouam voluntatem contrariam primæ, & reuocatoriam primæ, vt ingenuè fatetur ipſemet Bart.ergo non ſufficit primam voluntatem ceſſare per mortem.bene verum eſt, ꝙ verba ſenten-
a tiæ debent impropriari,[a] quando aliàs valere non poſſet ſententia.glo.eſt ſing.in l.& puto.ſ. famil.erciſc. quam glo.dicit ad ad hoc ſing.Bal.in l.cùm virum.in vltim.col. C. de fideicom.& in c.fi. in vltim.col.de tranſla.præla.& in c. contingit.de dolo & contu.& in c.cùm ſuper.in penul.col.de iudi. ſed in caſu noſtro quomodocunque intelligantur verba ſententiæ, valet & tenet, nec de eius inualidate vnquam hic tractatur,& ſi diceres,quòd huic fundamento poteſt optimè rèſponderi ex mente, & verbis Bart.met hic,quòd iſta benignior interpretatio,quam tenet Bar.debet ſumi in pœnis,contra proprium ſignificatum verborum,ad hoc,vt pœnæ moliantur,per l. ſi præſes.& in l.interpretatione.ff.de pœn.dico,ꝙ hoc,ꝙ dicit Bart.poſſet procedere in dubijs, vt loquuntur iura per eum allegata, nos autem ſumus in caſu claro, vbi verba ſententiæ ſunt clara, pono te ad confinia,donec reuocauero, quia per mortem non inducitur reuocatio,ſed ceſſatio voluntatis, vt ſ.dixi.vnde in claris non eſt locus coniecturis.l.continuus.§.cùm quis.in fin.ĵ.eo. Item quando agitur de delictis puniendis, vt in caſu præſenti, licèt materia videatur eſſe pœnalis,tamen non eſt odioſa, imò fauorabilis.& extendenda non reſtringenda,vt facit Bar.quia publicè intereſt,ꝙ delicta puniantur.l.ita vulneratus.ff.ad l. Aquil. ſecundum Bart.no.in l.quemadmodum.circa medium.C.de agri.& cenſib.lib.11.& in l.2.§.exercitum.ſ.de infam. Bald.in l. non ſine.circa finẽ C.de bon.quæ libe. Pau. de Caſtr.in l.bona fides.ff. depoſiti.Ioan.de Anan.in cap.1. de maleficis.hinc eſt eſt, quòd ſtatuta in ſe fauorabilia delinquentibus,ſunt odioſa legi, & naturæ, & ſacris moribus, & non poſſunt à principe confirmari. ita egregiè Bald.in c.ad noſtram.de proba.Tenendo iſtam partem contra Bart.non obſt. text. in quo principaliter ſe fundat Bar.ſup.in d.l.vxorem.§. pen. æquiparando ſententiam vltimæ voluntati,vt facit Bar.quia dico,quòd ille tex.non facit in propoſito, quia ibi non ſunt verba,donec reuocauero, vt eſt quæſtio Bart.ſed ſunt verba cùm hæres volet, ſed ſic eſt, quòd talia verba donec reuocauero,etiam in vltimis voluntatib. non apponuntur, vt dicit Bart. & ita etiam dicit Imo. in vlti.col.& ſic corruit fundamentum Bar.ex iſtis concludo, quòd aliud eſt in iſto membro, quando iudex ponit ad confinia,donec reuocauero,quòd tunc per ſolam mortem iudicis non reuocatur poſitio confinium,& aliud ſit in primo membro Bar. quando iudex dicit,quoad volã, vel quoad voluero.quamuis Bar.hic teneat contrarium,& malè,& ſit idem in iſto membro, quod in præcedẽ.& ita vt puto habes bene diſcuſſum hunc articulum.
15 ¶ † Succeſſiuè quærit Barto. quid ſi iudex non eſt mortuus, & eius officium eſt finitum, & tenet, quòd idem ſit quoad reuocandum confinia,ſicut ſi eſſet mortuus, vt hic per eum, cum quo alij tranſeunt.Adde inquantum Bart.adducit ſimile,quòd ſi aliquid conferatur in arbitrium hæredis, intelligitur inquantum duret hæres,& ceſſat,ſi deſinit eſſe hæres per l.Lucius.la 1. ff.de fideicom.libe.dic melius,quòd illud ibi eſt, nõ ex eo, quia deſierit eſſe hæres, ſed quia non habebat iuſtam cauſam contradicendi,aliàs non poſſet contradicere,dato, quòd hæres deſierit.l.cùm proponas.& ibi glo.& Saly.C.de fideicom.lib.Imo. & dom.Alex.hic.Secundò dum Bart.tenet, quòd in l.cùm pater.§.hæreditatem. ff.de lega.2. & in l.ex facto.§.ſi quis rogatus. el 2.ff.ad Trebel. teſtator expreſsè contulit electionem in tempus mortis hæredis, & ſic intelligitur de morte naturali, ideo poteſt eligere etiam poſt deportationem, in hoc male dicit, & eum reprobant Rom. & Alex.hic, quia in d. iuribus actus eligendi non fuit collatus poſt mortem hæredis,ſed reſtitutio ſic, quo caſu grauatus poſt mortem poteſt etiam poſt mortem reſtituere.l.poſt mortem. C.de fideicom. ¶Poſtremò dum Bart. dicit,quòd in contrarium facit, quod tenet Inno.in c.licèt vndique.de offic.deleg.adde,quòd illud dictum in ſpecie refert,& reprehendit idem Bart.in l.more. in vlti.colum. in pen.quæſt.ſ.
16 de iuriſdi.omn.iudi.& ibi dixi poſt eum.¶†Succeſſiuè in quęſt. ſequen.tenet Bart.quòd per excommunicationem iudicis non reuocantur confinia,ſicut nec per deportationem, æquiparando excommunicatum deportato. ſecundum glo. in §. minor. inſti.de cap.dimi.Aduerte,quòd illam glo.reprobat do. Abb.in c.paſtoralis.§.1.in pen.colum.ad fin.de appel.eo,quia deportatus perdit ciuitatem, & ea, quæ ſunt iuris ciuilis.l.quidam.ff.de pen.ſecus in excommunicato. & vltra eum deportatus perdit familiam & patriam.ſecus in excommunicato. Item deportato non interdicitur eccleſiaſtica ſepultura, quando moritur, excommunicato ſic.ſecundum Angel.multum latè diſputantem veritatem.d.glo.in quæſt.per eum diſputata incip. duo inuicem litigantes.in 1.col.& in 6.ſeq.ſubiungit fortius Bar.quòd durante excommunicatione poterit iudex licèt excommunicatus confinia reuocare,quia non eſt actus iudiciarius, patet,
b quia morte finitur,ſed eum reprehendit[b] Bald.& bene in l.fin. in 6.quæſt.in fin.C.de contrah.emptio.& ſequitur do.Alex.hic, quia iſta reuocatio confinium non conſiſtit ſolùm in facto, ſed etiam in iuriſdictione, quæ apud excommunicatum non eſt, quo ad exercitium.c.ad probandum.de re iudi.nec obſt. ꝙ per mortem intelligatur facta reuocatio, quia hoc eſt falſum,& in
* hoc *communis opin.eſt* contra Bar. vt dixi.ſ.in ſecundo articulo.
17 ¶ † Vltimò tenet Bart.ſub dubio fortè, quòd iudex, qui poſuit aliquem ſimpliciter ad confinia,nõ poſſit illa reuocare, ex quo in ſententia non reſeruauit ſibi expreſsè poteſtatem reuocandi,per text.no.in l.relegati.in fin.ĵ.de pœn.vbi eſt tex.& ibi not. Bart.ꝙ exuli vel bannito ſolus iudex,& non alius poteſt dare licentiam reuertendi.adde tex.in l.ſeruo.ad fi.in verſic.vel impunitati.C.ad l.Iul.de vi. per quem not.ibi egregiè Bald. quòd ſimiliter nullus iudex, niſi princeps,poteſt facere gratiam ad pœnam,licèt dicat, quòd Barones ſeruant contrarium ſecundum Cyn. Item cancellationem condemnationis non poteſt alius Poteſtas, vel iudex facere, quàm princeps. ſecundum Bald. in conſi.302. 1.volum. quod incip.coniungamus ſtatutum cum decreto.& per iſta cum laude Dei,&c.

ADDITIONES.

a ¶Verba ſententiæ debent impropriari.Adde Lud.de Rom. in conſi.126. inci. conſiderato.& in conſi.328.inci.conſiderato.& latè Fely.in c.auditis.in prin. de præſcrip.

b ¶Sed eum reprehendit.Adde,quòd opin.Bar.ſequitur etiam Fel. in c. ad probandum.col.fin.extra de re iudi.

SVMMARIVM.

1 *Dies præcedentis obligationis intelligitur in ſtipulatione nouata repetitus.*

2 *Terminus ad aliud ſe referens intelligitur planè ſe referre, & omnia includere,quæ includuntur in termino,ad quem ſit relatio.*

LEX

LEX XLVII.

1 QVi sic stipulatur. † Dies praecedentis obligationis intelligitur in stipulatione nouata repetitus. ¶Glo.& Doct.intelligunt istum tex. quando secunda stipulatio fuit interposita animo nouandi primam. aliàs ex quo non continet plus quàm prima, esset superflua, & tantum ex prima posset agi.l.qui bis idem, & l.si dari.in fin.s̄.eo.ne ergo stipulatio reddatur inutilis,intelligitur,ꝙ sit facta animo nouandi primam,ita intelligunt gl. & omnes istum tex. *Iste communis intellectus* mihi nullatenus placet. Primò, quia diuinat ad hunc tex.nam dicere,ꝙ ista secunda stipulatio fuerit facta animo nouandi primam,est manifesta diuinatio: Secundò,& fortius ista etiam secunda stipulatio continet quantum prima,& nō plus, & non interuenit persona noua, ergo etiam de iure Digestorū non intelligitur esse facta nouatio,vt magistraliter declarat Bar. in l.pen.ff.de praet.stip.ideo intelligo istum text. planè sine diuinatione,ꝙ secunda stipulatio fuit facta sub commemoratione primae,referendo se ad substantiam primae obligationis, vt expresse cantat tex. & isto casu secunda stipulatio nouat primā, & agitur solùm ex secunda facta per commemorationem primae,arg.l.non ad ea.ff.de condi. & dem. ita latè tenet do. Alex. in l.qui bis idem.s̄.eo.secutus Pet.de Bellaper.in l.qui vsumfru. s̄.eod.& licèt ego in d.l.qui bis idem.in 6.limita. tenuerim contrarium sequendo Ang.in d.l.qui vsumfru.eo quia l.non ad ea. in qua se fundat do.Alex.& Petr.de Bellaper. qui solùm se fundant in vltimis volun. quae dependent à sola voluntate defuncti,& non in stipulatione,vel contractib.vt tenet Bart.in l.iurisgentium.§.adeo. ff. de pac. tamen hoc etiam potest teneri per istum tex.vbi videtur casus nihil subaudiendo, & erit singularis,& peregrinus. ¶Secundò aduerte, ꝙ licèt in hoc text.in secunda stipulatione non fuerit expressa certa quātitas,sed facta relatio ad id,ꝙ debebatur ex prima, tamen benè fuit expresse facta commemoratio diei,vel temporis,ibi, ꝙ te mihi illis calend.pondera illis calend.ita intelligit tex.Bart.in l.si Stichum.§. 1.in fin. ff.de noua. & sequuntur simpliciter Cuma. & Pau. de Cast.hic,sed Alex.in l.si diuortio.in 3.col.s̄.eod. intelligit istum text.ꝙ in secunda stipulatione non fuit expressa nec quantitas, nec etiam dies, sed facta fuit obligatio ad substantiam primae obligationis,ideo dies appositus in prima obligatione intelligitur in secunda repetitus,& istud sibi dicit plus placere,quàm illud,ꝙ formaliter tenet Bar. in d.l. si Stichum.§.1.in fin.quem.s̄. retuli. ¶Tertio aduerte,quia si illud, qđ prius debebatur,fuisset debitum ex alio contractu,vel ex vlt. volun.& sic non ex stipulatione,sicut nec dicitur in litera, quamuis posteà in stipulatione seq.non fuisset animus nouandi, procederet iste tex.& stipulatio esset efficax.§.1.insti.quib.mod.tol.obli.& ita tenent Imo.
2 & Cuma.hic.¶†No.ex hoc tex. ꝙ terminus ad alium se referēs intelligitur plenè se referre,& omnia includere, quae includuntur in termino,ad quem fit relatio. adde, ꝙ tanta est obligatio, & talis in termino referente, quanta est in termino ad quem fit relatio.tex.est in l.si prior.& ibi Bal.& Ang no.ff.solu.mat.adde
a etiam, ꝙ ea, quae sunt [a] in termino,ad quem fit relatio, intelliguntur specificata in termino referente secundum Bald. in l. si defensor.§.qui interrogatus.ff.de inte.act. per illum tex.in versi. nisi fortè.¶Glo.fi.in fi.opp.de l.1.in fi.ff.ad muni.vbi verba priuilegij legalis,vel statuarij debent intelligi,vt aliquid addant iuri communi,aliàs essent superflua,& nihil operarentur.sed hic secunda stipulatio nihil continens plusquam prima videtur superflua,& nihil valere,& sic contra text.& licèt gl.non respondeat,respon.ꝙ hic secunda stipulatio non est inutilis, ex quo nouat primam, & tollit, & ex nunc incipit noua obligatio, & sic praescriptio.de quo vltimo, an interesse praescriptionis sit considerabile in stipulatione, vt faciat eam valere, disputaui latè in l.qui bis idem. s̄.eodem.

ADDITIO.

a ¶Quod ea quae sunt.Adde,quòd de hoc est text.& ibi Bart. & Docto.in l.si ita scripsero.s̄.de condi.& dem.& intellige etiam cum suis qualitatib. vt ibi, & per Barto.in l.sanctio leg.infra de pœn. & l. à filio.§.pater.s̄.de alimen.& cib. leg.& ponit Soc.in consi.suo 188.col.3.ver.ex quib.videtur inferri.& in cōs. 291.col.3.circa prin.& in consi.227.col.41.versi. sed pro certo.in 2.vol.

SVMMARIVM.

1 *Dictio magis,potest stare exclusiuè.*
2 *Verbum cùm petiero,quomodo intelligendum.*
3 *Haec verba cùm petiero,non reddunt stipulationem conditionalem, quod amplia, vt nu.4.*
5 *Verba apposita ad celeritatem executionis, non inducunt suspensionem, nec conditionem.*
6 *Dictio cum,adiecta obligationi non facit conditionem, quando conceptio verborum sapit de praesenti executionem.*
7 *Facultas denunciandi debitori, quòd soluat, transit ad haeredem stipulatoris.*
8 *Conditio,quae non est, non potest deficere.*
9 *Si stipulor decem si petiero,per dictionem si, stipulatio est conditionalis.*
10 *Si per dictionem si,exprimatur, quòd tacitè inerat, & quod de voluntate testatoris potuisset importare conditionem, tamen non facit conditionem.*
11 *Haec conditio si petiero, committitur per litis contest.*
12 *An facultas implendae conditionis transeat ad haeredes, & numer.13. & 14.*
15 *Quando conditio habet praecedentem dispositionem, transit ad haeredem.*

LEX XLVIII.

SI decem cùm petiero. Ista lex non est alibi secundum Dyn.Rayn. & Imol.hic, & est subtilis, & pulchra secundum Ange. Stipulatio cùm petiero non est conditionalis, sed admonitoria, ideo tran-
1 sit ad haeredem,hoc dicit. ¶ † In text.ibi magis. Ista dictio ma-
a gis.stat electiuè, & non comparatiuè, quia quando ponitur [a] inter extrema contraria,semper stat electiuè. secus quando ponitur inter extrema inaequalia, tunc propriè stat comparatiuè, quia comparatiuum nihil aliud est, quàm excessus positiui, vt declarat Bal. in l.transactione finita. C. de transactio. & idem
2 Bald.in l.iubere cauere.supra de iurisdi omn.iudic.¶ † Not.primò,ꝙ verbū petiero, quia refertur ad personā eius,cui acquiritur obligatio, & sic ad habentem petere, ideo intelligitur de quadam admonitione extraiudiciali,vt hic, & l.Titia haeredis. ff.de condi. & demonstr. si autem verbum petiero, refertur ad personam eius, qui passiuè erat futurus obligatus ad pœnam, vel interesse, tunc intelligitur per litis contesta. l. amplius non peti.& ibi Barto.in secunda oppo.ff.rem rat.hab.tenet Bart.hic, & in d.l. Titia haeredis. per illum text. sequuntur Angel.Imol. *& omnes Modern.* Adde, quòd Bald. in Auth. habita.in vlti.col. C.ne filius pro patre, dicit aliter, ꝙ aut verbum petere, profertur respectu obligationis, & tunc habet locum ista.l. aut respectu iudicij, & tunc habet locum d.l. amplius non peti. alibi tamen Bal. in l. ab eo. 2.colum.C. quomodo & quando iudex. tenet, quòd verbum petere, positum super praeparatorijs, vel super admonitorijs non requirit litis contesta. ideo si in instrumento promittis mihi centum, vbicūque fuerit petitum,non requirit litis contesta. vt hic, aliàs secus. d. l. amplius non peti. Alibi tenet Bal.in l.fi.col.fi.C.de bon.aucto. iud.pos. ꝙ vbi verbum petere,ordinatur ad interlocutoriam,intelligitur per libellum,vbi verò ad diffinitiuam,requiritur lit.contest.d.l.amplius non peti.dicit idem Bal.in l.1.circa prin.C.de lit.conte.ꝙ si statu
b tum dicat,ꝙ possit peti [b] instrumentum cassari,nisi fuerit petitum insinuari intra tempus semestre,ꝙ non requireretur lit.cōtesta.sed sola stipulatio sufficeret,quod no. & ibi ponitur,an sit necessaria citatio aduersarij. Alibi Bald.in l.fin.C.de tempo.appel.not.per illum tex.cum glo. ꝙ si statutum dicat,instrumentum insinuari posse,nisi sit petita cassatio,quòd non dicitur petita,nisi interuenerit partium citatio, quod tene menti. Alibi Salyc.in l.si quis maior. C. de transactio. reprehendit istam sol. Barto. quia semper videtur referri ad actorem, & sic ad creditorem, & ideo distinguit, quòd aut verbum petere, profertur negatiuè, & tunc procedat dict. l. amplius. aut affirmatiuè,& tunc habet locum ista.l. cùm distinctione,vt ibi per eum, vel

ADDITIONES.

a ¶Quia quando ponitur. Adde latè eundem Iaso. in dict. l. iubere cauere. colum.6.versic.ex secunda parte,& adde,quòd aliquando est comparatiuum, aliquando aduerbium comparandi. vide in l. 1. supra communi diuidun. & differentiam inter comparatiuum,& aduerbium comparandi,vide per tex.in l.si seruus.§.fi.s̄.de leg.1.

b ¶Possit peti. Adde, quòd verbum petierit, appositum in statuto, debet intelligi, & ad finem perduxerit.l. qui cùm maior. §. accusasse.& ibi Barto. supra de bonis libert. not. idem Barto.in l.si libertus. & in l.eum. supra de iur. patro.& Alexand. de Imol. in consilio 58. colum.fin. in fin. 4. volum. & ibi concord. vnde si statutum puniret petentem, si facta fuisset petitio, & habita sententia,à qua fuisset appellatum appellatione pendente pœna statutaria, vel legalis non fuisset commissa, quia petitio non dicitur ad finem deducta.d.§.accusasse.& tenet Bal.in l.alia.C.de his quib. vt indig. & sequitur Alex.in d.consi. qđ nota.

vel vt etiam dicit Alex. Salyc.non bene intellexit Bart.qui be-
3 ne loquitur,si bene intelligatur.¶ † Secundò not.quòd ista ver-
ba cùm petiero, non reddunt stipulationem conditionalem,
ratio est, quia etiam si non fuissent apposita, sed promissa de-
cem dari mihi simpliciter, intelligitur cùm petiero, nec ante-
quam petam teneris soluere,quod patet,quia si ante tenereris,
esses semper in mora, & tamen non es in mora nisi petam, &
te interpellem.l.si ex legati causa.supra eod.& l.mora. in princ.
ff.de vsu.vnde expressio eius,quod tacitè inerat,nihil operatur,
& non inducit conditionem.l.3.ff.de leg.1.ista ergo verba cùm
petiero important admonitionem quandam, quia videtur sti-
pulator de præsenti admonere promissorem, vt cum interpel-
4 labitur,sine mora & sine dilatione soluat,vt dr in litera.¶†Am-
plia istum text. & dic idem esse si stipulator dixisset promittis
mihi decem arbitratu meo, vel promittis mihi tale opus face-
re arbitratu meo, secundum Bart.in l.cùm stipulatus sim mihi
à Proculo. in princip.per illum text. infra eo. ¶ Secundò am-
plia istum text. vt procedat si stipulator dicit decem, quæ pe-
tiero, quia est idem, ac si diceret cùm petiero.l. si ita quis pro-
miserit, in princip.§.eod.secundum Bart.& alios hic, & Bart.in
5 l.Titia hæredis.ff.de condi.& demonstr.¶ † Tertiò not.ex text.
ibi,quo celerius reddantur, quòd verba apposita ad celeritatẽ
executionis,non inducunt suspensionem nec cõditionem,hoc
apertè dicit text. & facit ratio, quia inducta ad vnum effectum
non debet operari alium. l.legata inutiliter.in princi.ff.de lega.
1.& l.legata inutiliter.ff.de adimen.leg. & cap. ad nostram. de
appella.Item consensus præstitus ad vnum effectum, non de-
bet operari contra alium,secundum Bald.in cap.1.colum.pen.
6 an agnatis,vel filius.in feud.¶ † No.quartò, quòd dictio, cum,
adiecta obligationi non facit conditionem,quando conceptio
verborum sapit de præsenti executionem,vt hic,& in d.l.Titia
hæredis. ita per istum text. dicit Barto. in l. quodcunque.§.non
7 solùm.supra eodem.¶ † Quintò no.quòd facultas denuncian-
di debitori, quòd soluat transit ad hæredem stipulatoris, quia
stipulatio cùm petiero,importat admonitionem, & non con-
ditionem,ergo probat iste tex.à contrario sensu, quòd facultas
conditionis implendæ non transit ad hæredes.de quo latius in-
8 fra extra glo.& ibi oportunè dicetur. ¶ † Sextò not. ex tex.ibi,
non videtur defecisse conditio,quod conditio,quæ non est, nõ
potest deficere,ita arguit tex. quia extinctio non potest esse nisi
præsupposito esse. l. Titio vsusfruct.ff.de conditio.& demonst.
item non potest esse priuatio, nisi præcedat habitus. l. decem.
infra eodem.l.remittit.in fin.§. de iureiurand. & cap. ad dissol-
uendum.de despon.impub.&ita expedita sunt textualia.¶Ca-
pio gl.primam,quam diuide in duas partes. ¶In prima remo-
uet tacitum contrarium. In secunda respondet tacito quæsito.
Secunda ibi,secus si sic dixisset. In prima parte habes,quòd sti-
pulatio cùm petiero,quo ad verba est conditionalis. ratio quia
dictio cùm,adiecta verbo futuri temporis facit conditionem.
l.si Titio.in princip.ff.quando dies leg.ced. vidimus in l. cente-
simis.§.fin.supra eodem. sed quo ad mentem contrahentium
non facit conditionem,ratio, quia ista conditio, quæ exprimi-
tur,tacitè inerat,ergo intelligitur exprimi, vt tacitè inerat, ergo
nihil debet operari, ergo non debet operari conditionem, per
9 text.in l.3.de leg.1.& l.non rectè.C.de fideiuss.¶†In secunda par
te,& sic ad fin. gloss.habes conclusionem, & limitationem ad
hunc text.quòd si stipulor decem,si petiero,per dictionem si,ꝙ
tunc stipulatio erit conditionalis,eo quia de natura dictionis si,
est facere principaliter conditionem expressam. d. l. si Titio.in
princip.ff.quando dies leg.ced. & sic si stipulor si moreretur an-
tequam peteret, & sic antequam impleret conditionem, certè
ius implendi talem conditionem non transmitteretur ad hære-
des,vt hoc tex.à contrario sensu.pro ista conclusione alleg.glo.
l.si Titius.§.eod.quæ non videtur bene facere, melius facit text.
in l.centesimis.§. fin.supra eod. & l. si ita legatum. §.illi si volet.
de leg.1.& stringe illa duo iura, quia facilius est velle, quàm pe-
tere,vnde dicendo si voluero, facit conditionem, vt d.iurib.er-
go fortius dicendo si petiero. cùm ista conclusio. gloss. tenent
* *Bar.& omnes hic*, & Bar.in l.1.in 4.colum.& in l. Titia hæredis.ff.
de condi.& demonstr. licèt glo. & omnes ita teneant, facilè es-
set tenere contrarium, prout etiam sensit dom. Petr. de Bexu.
hic.Moueor primò,nam ratio quare in isto tex. illa verba cùm
petiero,non reddunt stipulationem cõditionalem est, quia ex-
primitur illud, quod tacitè inerat, quia debitor non ante tene-
tur soluere, nec dicitur esse in mora, quàm ab eo petatur, vt
dixi in text.& in specie dicunt Cuma. & Paul.de Castr. hic. sed
ista ratio militat,etiam si stipulor decem,si petiero,quia illa ver
ba si petiero,tacitè insunt, quia ita demum teneris soluere si pe
tiero,vel si interpellauero.l.si ex legati causa. supra eodem, & l.
mora.in princip.ff. de vsu.ergo debet esse eadem iuris censura,
cùm sit eadem ratio,vulgata.l.illud.ff.ad l. Aquil. & l. à Titio.§.
eod.& si diceres, quòd quando dicitur si petiero, quòd aliter
exprimatur, quàm tacitè insit, sicut quando testator dicit lego
Titio si velit.d.l.si ita legatum.§.illi si volet.ff.de lega.1. quia di-
co, quòd illud ibi ideo est, quia legatum acquiritur ignoranti.
l.cùm pater.§.surdo.de lega.secundo. ergo quando testator le-
gat, si velit legatum, non potest tunc acquiri ignoranti, sed
requiritur,quòd declaret se velle,ergo aliter exprimitur, quàm
tacitè insit,meritò facit conditionem, vt declarat glo. in l.si qui
ita sint instituti.ff.de condi.instit.Barto.in dict.§.illi si volet.hinc
est,quòd secus est in institutione, vbi hæreditas non acquiritur
ignoranti,sed opus est, quòd adeat,si aliquis instituatur hæres si
velit,illa verba si velit,nihil important, text.not.in l.verba hæc.
ff.de condi.instit.ergo in proposito stipulando decem, si petie-
ro exprimo, quòd tacitè inerat, prout inerat, ergo stipulatio
10 non debet esse conditionalis. † Secundò ad idem facit text.in
l.3.ff.de leg.1.vbi per dictionem si, exprimitur,quod tacitè in-
erat, & quòd de voluntate testatoris potuisset importare con-
ditionem.l.in conditionibus.§.primo.de conditio.& demonstr.
& tamen non facit conditionem,eo quia per dictionem si, ex-
primitur,quod tacitè inerat, ergo ita dicamus in proposito, ꝙ
stipulando decem,si petiero,verbum si petiero,tacitè inest, quia
debitor debet soluere si petatur, & non aliter. ergo ista expres-
sio per dictionem si, non debet facere conditionem. ¶Tertiò
confirmo per illud,quod tenet *Bar. & omnes sequuntur* in l.qui-
cunque. §. non solùm. supra eodem. in primo mẽb. cum con-
cord.quas ibi dedi, vbi Barto. & omnes tenent, quòd quando
istæ dictiones adijciuntur,quæ tacitè insunt de necessitate, tũc
non est differentia inter si, & cùm,quia neutra eorum facit cõ-
ditionem,cùm exprimatur illud, quod tacitè inest,per d.l.3.su-
pra de lega.primo. ¶Quartò facit,quod tenet Barto.in l.huius-
modi,in princip.supra de lega.1.vbi tenet, quòd quando lega-
tum fuit relictum per dictionem si, & testator per eam expri-
mit illud,quod tacitè inerat, certè tale legatum non dicitur es-
se conditionale per l.quibus diebus.§. Termilius.supra de con-
ditio.& demonstr. ¶Quintò facit, quia ista verba si petiero,ita
sunt apta admonere debitorem, vt paratus sit soluere si petie-
ro,sicut si dixissem cum petiero,vt hic in text.Credo, quòd ita
possit teneri in puncto iuris contra glo. & omnes Docto. Tu-
11 tius tamen est non recedere à glo.& Docto. ¶†Secundò prin-
cipaliter dum ista gl.alleg.l.si Titius. supra eodem.videtur velle
secundum Bart.quòd ista conditio si petiero,committatur per
litem contesta.& non ante.sed Bart. tenet, quòd imò commit-
tatur per solam admonitionem per hunc text. cùm verbum
petere,referatur ad actorem,& sic ad creditorem,vt dixi in tex.
in primo not.imò secundum Barto.sufficit, quòd ista admoni-
tio fiat extra iudicium.l.si ex legati causa.vbi latè dixi.supra eo-
dem, adde quòd imò loco petitionis sufficiunt illa verba indi-
geo pecunia,quam mihi debes,secundum Barto.in l.1.in prin-
cipio.vbi latè dixi.supra de operis noui nunciat. in versic. tertio
quæro.dicit Barto.& Moder.in l. si quis mihi bona. §. sed quid
si mandauit.ff.de acquiren.hæredit.per illum text.in versi si pa-
ter.cum multis concord. ibi tradi solitis, & ita remanet perfe-
12 ctè expedita hæc glo. ¶ † Inquantum Bart.tangit, an facultas
implendæ conditionis transeat ad hæredes, dic vt per eum hic,
& in l.cui fundus. supra de conditio. & demonstratio. vbi dicit
se pluries consuluisse. Ista videtur periculosa materia secun-
dum eum ibi,tu aduerte,quòd Barto.alleg. multos text.qui vi-
dentur adinuicem contrariari. Docto.hic pauca scribunt, ideo
tu dic clarius, aut loquimur in vltim. voluntatibus, & ius im-
plendi conditionem non transit ad hæredes.l.à testatore. supra
de condi.& demon.l.si.supra de condi.insti.sicut nec dispositio-
nes conditionales in vltimis voluntatib. transmittuntur ad hæ-
redes.l.vnica.§.sinautem aliquid sub conditione. C.de cad.tol.
fallit, quando ille, cui debebat impleri conditio,fuit in mora,
quia dominus implendi obtulit pretium in eius vita, & per al-
terum remansit,nam tũc potest in persona hæredum implere.
l.cui fundus.in fi.ff.de cond.& dem.sm Cyn.in l.si plures.in 3.q.
C.de condi.inser.Ang. Imo.& Pau.hic. Aut loquimur in con-
tractib.inter viuos,& sic est conditio casualis,vel mixta,ius im-
plendi conditionem actiuè vel passiuè transit in hæredes, sicut
conditionales contractus ad hæredes transmittuntur.§. ex con
ditionali, vbi glo.insti.de verb.oblig.ratio est,quia talis conditio
non impletur per hæredem, sed à fortuna & casu, ideo quan-
docunque à fortuna vel à casu impleatur, sufficit: hinc est, ꝙ
talis conditio casualis vel mixta trahitur retro,quia nõ est quid
imputetur contrahenti, quare eam non impleuerit, quia non
dependebat ab eo, sed à fortuna.l. potior. & l. qui balneum.ff.
qui pot.in pig.hab.Bart.& alij in l.si filiusfam.in princ.infra eod.
secus est in conditione potestatiua, cuius implementum pen-
debat à potestate contrahentium, vel alterius eorum, vt hoc
tex.à contrario sensu, & l.qui Romæ.§. Augerius.§.co. & dicit
Bal.

Bal.hic, ꝙ ratio eſt ſecundum eum vltra alios, quia cōditio poteſtatiua ex quo poteſt, debet impleri verè, & formaliter, ſed
a ſi tranſmitteretur ad hæredes, eſſet impletio ficta [a] contra l.qui hæredi.in princip.& l.Meuius.ſ.de condi. & demon.vbi conditio ſi dederit Titio, non impletur dando hæredi Titij. Adde, ꝙ illum text.in d.§. Augerius. ad hoc reputat ſing. Bal.in c.ſignificauit.in 3.colum.de reſcrip.& dicit multum ſing.eſſe etiam ad hoc illum tex.Bald.in c.ad noſtram.ſecundò.in 4.colum.de iureiuran.ſed caue, quia ibi Augerius fuit promiſſor de ſoluendo quicquid conſtitiſſet patrem debere, vnde ex eius perſona non eſt implenda conditio, quia ipſe Augerius, nec eius hæredes habent aliquid adimplere, & ideo tex. ille non videtur bene allegari per Bar.hic, & ibi, quòd facultas adimplendi conditionem non tranſit ad hæredes, & implere illam conditionem, & facere, quòd conſtet quid, & quantum deberet pater Augerij, iſtud ſpectabat ad Publium creditorem, & eius hæredes, quamuis in illo tex.de hæredibus Publij creditoris verbum nullum, imò magis preſupponitur Publium ibi viuere, & ita reprehēdit Bal. ibi, ſuper quo inſiſtit Imo. & latius do. Alex.ibi in 1. colum.ſed non videtur bene ſatisfacere huic difficul.¶ Amplia iſtam concluſionem procedere etiam ſi conditio procedat ex diſpoſitione.l.quia etiam tunc ius implendi talem conditionem legalem non tranſit ad hæredes, ita propriè loquitur text. in l. 3. in princip.ſ.de colla.bono. & ibi Barto. qui reputat menti tenendum, quamuis contrarium teneat Cuma.hic, quem reprobat
13 dom. Alex.& bene. ¶ † Limita, quando talis conditio limitat præcedentem diſpoſitionem puram, & idem venit in conditione, quod in diſpoſitione, tunc bene tranſit ad hæredem.l.diē proferre.§.1.ſ.de arbit.vbi procedit diſpoſitio pura, ſcilicet ſententia arbitri, & ſi ei non pareatur, promiſſa eſt pœna, tunc ius implendi talem conditionem bene tranſit ad hæredem. ad idē allegat Bar.d.l.qui Romæ.§.Flauius.vbi hæres donatarij manumittendo ſeruum donatum ex cauſa manumiſſionis euadit pœnam, quia ibi præcedebat diſpoſitio pura de manumittendo ſeruum donatum, tamen ibi in contractu donationis, & in appoſitione conditionis fuit expreſſa mentio de hærede, & ſucceſſoribus donatarij, ideo tex.ille non videtur bene probare, & ſi dicas, quæ eſt ratio huius limitationis, quando conditio incipit à præcedenti diſpoſitione pura, ꝙ facultas implendi talem conditionem tranſit ad hæredes, dic rationem eſſe, quia illud, quod tunc eſt in cōditione, prius erat in obligatione pura, ideo tunc conditio regulatur ſecundum naturam conditionis puræ, quæ eſt tranſitoria ad hæredes.l.ſi pactum.ff.de proba.& l.veteris.C.de contrahend. & committen.ſtipul. nam ſicut tranſit ad hæredes conditio pura, ita etiam tranſit conditionalis acceſſoria, quia acceſſorium regulatur ſecundum naturam principalis.l.cùm principalis.ȷ.de reg.iur. ideo ſecus eſt ea ratione ceſſante, quando incipit à conditione, quę non habet preambulum,
14 ſecundum quod reguletur, vt per Bar.in tertio memb.¶ † Secundò fallit, quando ex implemento conditionis aliquid eſt peruenturum in futurū ad eum, qui eſt futurus obligatus, tunc ius implendi talem conditionē tranſit ad hæredes tam implentis, quàm eius cui debet impleri.l.2. cum gloſſ. C. de pact.inter empto. & vendi.& l.ſi prædio. in prin.ſ. de in diem addi.vt hic latius per Bart.& alios præſertim Imol. idem tenet Bart.in l.cui fundus.in fi.ff.de condi.& demon.Idem Bart.in l. à teſtatore.in 2.colum.eodem titu.vbi per illum text.iſtud limitat dupliciter. ¶ Primò, vt hic procedat in contractibus. d.l.2. ſecus ſi in vltimis voluntatibus, vt ibi.¶ Secundò limitat, quando ille, cui impletur in futurum, aliquid ꝯſequitur ex cauſa oneroſa, puta ex contractu emptionis, vel venditionis.ita loquitur.d.l.2. ſecus ſi conſequeretur ex cauſa lucratiua. d.l. à teſtatore. vbi hæres habebat conſequi centum. Rapha. Cuma.hic dicit, ꝙ iſta limitatio Bar.videtur eſſe ſine ratione.dom. Pet.de Bexu.dicit, quòd videtur eſſe periculoſa. Tu dic rationem huius fallentiæ, quia perceptio commodi & emolumenti inducit, vt facilius ius implendi conditionem tranſeat ad hæredem, eo quia tunc partes cenſentur contemplari commodum, quod pars conſequitur ex implemento conditionis, & non perſonam, quæ debet implere, vel cui debet impleri.nimirum ſi tunc facultas implendi conditionem tranſit ad hęredes.d.l.2.ſed quando ex implemēto conditionis aliquid non eſt acquirendum illi, cui debet impleri, tunc partes ſolùm dicuntur contemplari perſonam, quæ debet adimplere, & voluerunt per eius perſonam adimpleri, nimirum ſi tunc non tranſit ad hæredes. ſed aduerte, quia vnū eſt, quod videtur vrgere contra Bart.nam in d.l. 2. emptor cui debebat ſolui pretium propter retrouenditionem fundi, non dicitur propter hoc aliquid conſequi, nec commodum percipere, cùm ipſe prius tale pretium exburſaſſet, & retrouenditio debebat fieri pro eodem pretio, & ſic eſt potius ſibi damnum, & incommodum cùm retrouendat contra ſuam voluntatē. §.præterea.inſti.de act.& in l.fi.ff.de vſu, & habi. iſtud obiectum formaui contra iſtum intellectum Barto. ad d.l. 2. vt melius, conſideres, qualis ſit mens, & qualis intentio Bart. ad illam.l.2. Ego pro iſta limitatione Bart.alleg. tibi alium tex.meliorem in
b l.epiſtola.§.1.& ibi Bal.ad hoc not.ſ.de pac. [b] ¶ † Vltimò dum
15 Bart.dicit, quòd quando conditio habet præcedentem diſpoſitionem, tunc tranſit ad hæredem, vt in primo membro Bart. procedit quando illud idem venit in conditione, quod erat in præcedenti diſpoſitione, & ponit Bart. exemplum, promitto centum purè, & ſi non dedero, promitto ducentum nomine pœnæ, ſecus quando aliud veniret in diſpoſitione pura, & aliud in conditione, ſic intelligit. dicta l. ſecunda. C. de pactis inter empt. & vendito. vbi primus contractus purus erat de venditione, & aliud continetur in conditione, iſta reſtrictio Bar.videtur mihi eſſe multum periculoſa, & in cōtrarium videtur facere tex.in d.l.diem proferre.§.1.allegatus per Bart.in primo membro, vbi prætendebat ſententiam arbitri puram, ſed quòd contineret dari centum, vel ſimile eſt ſomniare, & reſtringere illum tex. quia poterat continere aliud, quàm quantitatem, puta ſpeciem vel factum. Secundò, & fortius contra Bar.videtur ſtringere tex.in d.l.qui Romæ.§. Flauius.quem Bar. allegat pro ſe in primo membro, vbi manumiſſio ſerui donati erat in diſpoſitione, & pœna in conditione, & ſic erat quid diuerſum, & tamen ibi facultas implendi conditionem tranſit ad hæredem ſecundum ipſummet Bar. qui quaſi videtur ſeipſum confundere per tex.quos ipſemet alleg.iſtud dixi, vt diligentius attendatis, quæ ſit mens Bar.& ſi poſſit ab his impugnationibus defendi.Et per iſta cum laude Dei ſit impoſitus finis huic ſolenni.l.ſi decem cum petiero.

ADDITIONES.

a ¶ Impletio ficta.Adde ſatis in propoſito, quòd quando implementum conditionis fictum habet eundem effectum, quod verum, tunc etiam fictè impletur conditio.ita Alex.in conſi.2.colum.9.verſic. non obſtat decimum argumentum. 2. volum. & quando ius implendi conditionem tranſeat ad hæredem, vide aliquid per Bart.in conſi.34.incip. teſtator poſt inſtitutionem.

b ¶ Supra de pact.Adde, & vide per eundem Iaſ.latiſſimè ibi.

SVMMARIVM.

1 *Mora filij principalis debitoris nocet patri ad perpetuandam obligationem, vt perempta ſpecie promiſſa poſt moram, adhuc teneatur pater pro filio de peculio.*

2 *Perempta ſpecie debita poſt moram debitoris, debitor non liberatur.*

3 *Verbum ſpoponderit, etiam non redactum in ſcriptura publica inſtrumenti, tamen importat ſtipulationem.*

4 *Pater non tenetur ex obligatione filij, niſi de peculio.*

5 *Pater ex contractibus filij tenetur de peculio acceſſoriè ad ſimilitudinem fideiuſſoris.*

6 *Mora patris acceſſoriè obligati, non perpetuat obligationem, quo ad filium principalem debitorem, quia perempta ſpecie eſt liberatus, ſed bene perpetuat, quo ad ipſum patrem acceſſoriè obligatum.*

7 *Fideiuſſor poteſt interpellari, & ſic in mora conſtitui, antequam principalis interpelletur.*

8 *Pater in quibus æquiparetur fideiuſſori.*

9 *Stante ſtatuto, quòd inſtrumenta confeſſionata habeant executionem paratam contra debitores ſicut ſententiæ, inſtrumentum in quo filius eſt obligatus non habebit executionem paratam contra patrem de peculio, ex quo pater non eſt nominatus in inſtrumento.*

10 *Stante ſtatuto, quòd inſtrumenta publ.mandentur executioni ſicut ſententiæ, tacita ſtipulatio, quæ non erat expreſſa in inſtrumento dotali, ſed tacitè ſubintelligitur per legem, bene trahetur ad talem executionem.*

11 *Stante ſtatuto, quòd inſtrumenta guarentigiæ mandentur executioni ſicut ſententiæ, non ſolùm mandatur executioni inſtrumentum in his, ſuper quibus fuit directè confectum, ſed etiam in his, quæ indirectè probantur in inſtrumento.*

12 *Fideiuſſor non poteſt conueniri ante principalem debitorem, pater tamē poteſt conueniri filio non excuſſo.*

13 *Si ſtante ſtatuto, quòd pater teneatur ſoluere condemnationem pro filio vſque ad eius legitimam, filius abſens fuit condemnatus de delicto propter contumaciam, quæ ex forma ſtatuti facit contumacem haberi pro confeſſo, & conuicto, an ſufficiat, vt executio talis ſententiæ poſſit fieri contra patrem, & nu.14.*

15 *Condemnatio de delicto facta per ſpontaneam confeſſionem filij, præiudicat patri non citato, & nu.16.*

17 *Statur dicto vnius ſolius teſtis, quando deponit de facto proprio, de eo quòd ipſe teſtis fecit, & ſufficit vnus ſolus teſtis concurrentibus alijs indicijs.*

18 *Quando filius eſt contumax, & ex forma ſtatuti contumax habetur*

pro confeſſo, & conuicto, tunc talis ficta confeſſio, & ſententia non præiudicat patri.

LEX XLIX.

CVm filiusfam.Stichum.
Summa, vt hic per Bar.& Doct.vel pingurus & ſic.
Mora filij nocet patri de peculio obligato, quo ad
perpetuandum obligationem ne per interitum ſpeciei extin-
guatur, ſed ècontra mora patris, quia acceſſoriè tenetur, non
perpetuat obligationem quo ad principalem, ſed ſolùm quo
ad ſe, vt vtili actione ex æquitate teneatur: ſimiliter mora rei
principalis nocet fideiuſſori, ſed non ècontra.h.d.& eſt ſolenne
principium ſecundum Ang.¶Diuiditur in tres.In prima poni-
tur vnum dictum. In ſecunda ponitur aliud. In tertia ponitur
extenſio vtriuſque dicti. Secunda ibi,at ſi pater. Tertia,& vlti-
1 ma ibi,quæ omnia.¶ † No.primò ex hoc tex.ꝙ mora filij prin-
cipalis debitoris nocet patri, quo ad perpetuandum obligatio-
nem, vt perempta ſpecie promiſſa poſt moram adhuc tenea-
tur pater pro filio de peculio, & ex hoc correlariè nota, ꝙ pa-
ter concedendo peculium filio,intelligitur ſibi concedere libe-
ram adminiſtrationem peculij,quę comprehendit,vt etiam ex
mora filij pater teneatur, & ſic ex lata culpa, quæ æquiparatur
dolo.l.quod Nerua.ſ̃.depo.& æſtimatur dolus præſumptus,vt
ibidẽ notatur.Ex quo habes elicere no. limitationem ad regu-
lam quæ habet,ꝙ in generali conceſſione adminiſtrationis etiã
cum libera ſemper intelligitur excluſus dolus, vt dolus malus
abſit.l.creditor.§.Lucius.& ibi Bar.ad hoc no.ſ̃.man.quem tex.
ad hoc dicit eſſet ſing.Bald.in c.pen.de poſtula.præla.nec eſt ad
hoc melior text.in iure ſ͠m eundem Bald. in c.cum in Iurepe-
a ritus. in col. 7. de offic.deleg. nam procedit[a] illa regula in do-
lo vero,non autem in mora,& ſic in lata culpa, quæ dicitur do
2 lus pręſumptus,vt eſt tex.hic.¶†No.ſecundò ex tex.ibi, manet
filius ex ſtipulatu, quòd perempta ſpecie debita poſt moram
debitoris,ipſe debitor non liberatur, vt hic,& l.ſi ex legari.ſ̃.eo.
& l.quod te.ſ̃.ſi cert.pet.ratio, quia mora debitoris perpetuat
obligationem, & facit eum perpetuò teneri.l. ſi ſeruum.§.ſe-
quitur.& §.ſeq.& l.nemo.§.1.j̃.eo.& l.ſi quis ſolutioni. §.1.ſ̃. de
vſu.ratio rationis eſt, quia odio moroſi fingitur res perempta
3 extare,& adhuc viuere.d.l.ſi ſeruum.§.fi.j̃.eod. ¶†Tertiò pon-
b dero iſtum tex.in verb.ſpoponderit[b], iuncto tex.j̃.ibi,ex ſtipu-
latu,hic eſſe tex.ꝙ verbum ſpoſponderit, etiam non redactum
in ſcriptura publica inſtrumenti, tamen importat ſtipulationẽ,
& tamen habemus,quòd verbum promitto, & ſimilia,ita de-
mum important ſtipulationem,ſi reperiantur in inſtrumento
publico,& non ſufficeret priuata ſcriptura.§. ſi ſcriptum.inſtit.
de inuti.ſtipu.glo.& Doct.in l.ſciendum.ſ̃.eo.ſed aduerte, quòd
Ludo.Rom.in l.lecta.in 6.col.ſ̃.ſi cer.pet. & ibidem dom.Alex.
tenent contrarium,licèt non faciant mentionem de hoc text.ꝙ
verbum ſpoſponderit, non intelligitur per ſtipulationem, ſed
pacto nudo.alleg.glo.de hoc in l.1.in glo. ſecunda. C. de ſuffra.
& licèt ipſi non dicant,ante eos tenet Ang.in l.cùm ad præſens.
ſ̃.ſi cer.pet.per illum tex.in verſi.ſpondes. hic habes tex.in oppo
ſitum nondum ab alio ponderatum,niſi diceres, ꝙ iſtud ſit hic
propter naturam huius tituli loquentem regulariter de ſtipu-
latione, cum.ll. ſint intelligendæ ſecundum naturam tituli.l.
4 Imperator.ſupra de in diem addic.¶ † Quartò not.quòd pater
non tenetur ex obligatione filij,niſi de peculio, & ſic quatenus
eſt peculium conceſſum à patre filio, & ſic ſi peculium non
eſſet conceſſum filio, pater non teneretur in aliquo, vt C.ne fi-
lius ꝓ patre,& in rubro,& nigro. & in hoc differt à fideiuſſore,
qui tenetur inſolidum,an autem hoc procedat etiam in pecu
lio aduentitio,habes gloſſ. in l.& ſi condemnatus. ff. de noxa.&
glo.mag.in l.pater qui caſtrenſe.in princi.j̃. de caſtr.pe. per Bar.
& Docto. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ſ̃. de damn. infect.
5 ¶ † Quintò not.ex tex. illud ad quod tota die allegatur iſta.l.ſe-
cundum Bart.quòd pater ex contractibus filij tenetur de pecu-
lio acceſſoriè ad ſimilitudinem fideiuſſoris, ita quòd filius ha-
betur vt principalis, & pater vt fideiuſſor legalis, & ſic mora
filij vt principalis, nocet patri vt acceſſorio, & ſic vt fideiuſſori.
& in hoc & pater,& fideiuſſor æquiparant̃.de quo dicetur ple-
6 nius in glo.¶†Sextò not.in verſi.filius, quòd mora patris acceſ-
ſoriè obligati non perpetuat obligationem quo ad filium prin-
cipalem debitorem,qui perempta ſpecie eſt liberatus,ſed bene
perpetuat, quo ad ipſum patrem acceſſoriè obligatum, & ſic
eſt hic mirabile in hoc tex.ſecundum Bal. quòd durat acceſſo-
rium extincto funditus principali, ſed dic verum quantum ad
directam actionem, quia ſublata principali acceſſoria,directa
neceſſariò tollitur de rigore, vt etiam declarat glo. hic in verſi.
ſed vtilis actio,ſed vtilis datur ex æquitate,vt dicit tex.quia con
uenit æquitati, quòd pater, qui fuit in mora, & ſic in culpa,ſit
liberatus, & ſic habes ex hoc text.notare, quòd acceſſoria obli-
gatio bene ſtat ſine principa.vtiliter,ſed non directò.tex.eſt hic
7 cum concord.alleg.in glo. ¶† Septimò not.ex iſto tex. in fin.
quòd fideiuſſor poteſt interpellari, & ſic in mora conſtitui,an-
tequam principalis interpelletur, vt hic, & l.mora. in fin.ff.de
vſu.nam mora non poteſt conſtitui ſine interpellatione. l. ſi ex
legati cauſa.ſupra eod.& d.l.mora in princip.& l.fideiuſſor ob-
ligari.§.fin.infra de fideiuſ.hoc clarè procedit iure iſto Digeſto-
rum,& etiam iure Codicis, quo iure fideiuſſor poterat conue-
niri ante principalem.l.iure noſtro.C.de fideiuſ.ſed cum hodie
hoc ſit immutatum per Authen. præſente. C. de fideiuſ. certè
hodiè fideiuſſor non poſſet interpellari, & ſic in mora conſti-
tui,antequam interpelletur principalis, qui vbi non cadit peti-
tio,ibi non cadit mora.l.nuda.C.de contrahen. & committen.
ſtipu.non enim dicitur in mora is,à quo pecunia propter exce-
ptionem peti non poteſt.text.in l.lecta. circa fi. ſupra ſi certum
peta.& ita etiam tenent Angel.& Imol.hic,& ſic iſte tex.in hoc
hodie non procederet. Intellige verum in fideiuſſore propriè,
ſecus eſt in patre,qui cenſetur fideiuſſor filij, quia ille etiam ho-
die poteſt conueniri ante filium, vt ſignanter tenet Bart.hic in
ſecunda oppo.vbi dicetur.vnde cùm pater etiam hodie de pe-
culio poſſit ante filium conueniri, & ſic ante eum in mora con
ſtitui,in eo adhuc hodie procedit text.iſte. ¶Expeditis text.ca-
pio glo.in verſic.ſed vtilis actio.quam diuido in duas partes. In
prima aſſignat rationem ad tex.In ſecunda oppo. & de ſolutio
ne remittit, videtur ergo in ſecunda parte gl. ꝙ contra patrem
moroſum non debet dari actio vtilis, ſed actio de dolo, vt l.ſi
fideiuſſor.ſupra de dolo.reſponde, quòd hic obligatio erat pu-
ra, & ſic pater tanquam fideiuſſor fuit in mora conſtitutus, &
poſt eius moram ſpecies fuit perempta, ideo tenetur actione
vtili.Ibi verò obligatio erat in diem, & ſic non poterat fideiuſ-
ſor ante diem in mora conſtitui, & ſic occaſione moræ non
potuit dari actio vtilis contra eum,vt loquitur iſte tex.ſed quia
promiſſor occidit ſeruum promiſſum, ideo contra eum datur
actio de dolo.ita propriè loquitur contrarium. ¶Capio glo.in
verſic.quæ omnia.quam diuide in tres partes. In prima allegat
concord.ad text. In ſecunda colligit ex text. not. In tertia per
viam fallentiæ remouet duo contraria. Secunda ibi,item not.
patrem.Tertia ibi, ſed fallit.¶In eadem gloſſ.ibi,ſed fallit ſupra
de minorib.l.denique.§.ſed an hoc. dic melius, quòd ibi loqui-
tur quo ad beneficium reſtitutionis in integrum, in quo pater
non æquiparatur fideiuſſori, quia reſtituto filio non prodeſt re-
ſtitutio patri ſi conueniatur de peculio, ſed reſtituto principali
bene prodeſt quandoque fideiuſſori, vt l. 1. & 2. C. de fideiuſ.
minorib.ratio diuer.eſt,vt not.per gloſſ.in d.§. ſed an hoc, quia
fideiuſſor ſoluens habet regreſſum contra principalem, pater
autem ſoluens pro filio non habet regreſſum cõtra filium. ¶In
ead.glo.ibi.& ſ̃.de his qui no.infa.l.ſeruus. Iſta oppo.venit hoc
modo,quia ſicut ibi ſeruus,qui commiſit delictum,& eius do-
minus non iudicatur vt principalis & fideiuſſor, ita nec hic fi-
lius, & pater debent iudicari vt principalis & fideiuſſor, quia
ſeruus,& filius æquiparantur quo ad dominium,& partem.l.ſti
pulatio iſta.§.hi qui.& §.alteri.ſ̃.eo. reſponde ſecundum glo.ibi
dupliciter,& latius Bal.& Ang.ꝙ ibi dominus in actione noxali
non iudicatur acceſſorius ſicut pater in peculiari, vel ibi acceſ-
ſoria domini erat efficax,& non principalis ſerui, & ſic ibi prin-
cipalis erat naturalis tamẽ inefficax, ſed acceſſoria domini erat
efficax, & ſic quamuis ad vnum perueniant,non tamen extin-
guitur.text.clarus in l.hęres à debitore.§. ꝙ ſi hic ſeruus. ff.de fi-
8 deiuſ.¶ † Pro clara intelligentia glo. & tex. quęro in quib.pater
æquiparetur fideiuſſori,& in quib.differat. Bart. ponit quinque
differentias,& duas cõuenientias. Prima differẽtia eſt in modo
conſtituendi.Secunda in modo conueniendi. Tertia in modo
exequendi.

ADDITIONES.

a ¶Nam procedit. Adde, quòd hanc limitatio. ad illam reg.ante Iaſ. hic ſenſit Imol.in cap.Quintaual.de iureiurand.char.penult.in verſi. ſed hinc occurrit dubium,an ſufficiat lata culpa, vbi quòd licèt arbitrator non obſtante latiſſima poteſtate non poſſit doloſè arbitrari ad præiudicium partium,poterit tamen,quando interuenit lata culpa,& refert, & ſequitur Alex.de Imo.in conſilio 65.colum.fin.in princip. in 1.volum. circa quod aduerte, quia vt dicit Bald.in l.idem Pompo.ſcribit ſi de meis. §. recepiſſe.ſupra de arbi. & in l.iubemus.in fi.princip. C. ad Treb. laudum ita poteſt reduci ad arbitrium boni viri probata lata culpa arbitratoris, ſicut probato dolo. & refert Alexand.in conſi.131.col.pen.& in ver.imò dicunt Docto.in 2.vol. quod no.

b ¶Spoponderit.Verbum hoc an importet ſtipulationem,vide etiam per Alex. de Imol.in conſilio 16. in princip. in ſecundo volum. & quòd verbum ſpopondit,importet ſtipulationem,habes etiam text.in l.ſciendum.§.edictum.ſ̃. de ædil. edic.

exequendi. Quarta in modo recuperandi. Quinta in beneficio restitutionis in integ. ¶Circa primam differentiam Bar. in modo constituendi, pater obligatur de peculio ex edicto prætoris, & sic ex iuris dispo. & ideo dicitur legalis fideiussor, sed fideiussor obligatur ex suo contractu, scilicet ex stipulatione, quia fideiussor non potest obligari, nisi mediante stipulatione. l.5. §. fa
9 tisacceptio. vbi dixi. s̃. eod. & l. blanditus. C. de fideiuss. † Ex hoc sequitur magna vtilitas in practica, secundum Moder. s. Socin. Senen. hic stante statuto, ꝙ instrumenta confessionata habeant executionem paratam contra debitores sicut sententiæ, certè tale instrumentum, in quo filius est obligatus, non habebit executionem paratam contra patrē de peculio, ex quo pater non est nominatus in instrumento facto per filium super peculio profectitio, & ita dicunt se iam vidisse consultum in facti contingentia. per not. dictum Ang. in simili in l. reos. §. cùm in tabulis. aliàs est cùm tabulis. j̃. de duob. reb. ꝙ dictum non facit ad propositum. secus in fideiussore, qui est nominatus in instrumento, & sic contra eum bene potest peti executio instrumenti, & respondent ad l. & si condemnatus. s̃. de noxa. ꝙ procedit de iure communi. secus in d. statuto ita exorbitanti, quod est strictè intelligendum. vnde non debet extendi ad patrem tacitè subintellectum, & tacitè obligatum de peculio per legem, faciunt secundum eos no. per Bal. in l. ad probationem. la 1. C. de proba. vbi dicit Bal. ille, qui non est nominatus in instrumento, non iuuatur, & istud est secundum Bald. quod sæpe dicunt aduocati, instrumentū non loquitur de te. Iste est nouus, & pulcher passus. adde ad illud vltimum, quod dicit idem Bald. in c. venerabilem. in 6. col. de elec. quod non cantat instrumentum, nec ego cantabo, more Venetorum, & Bal. in c. Rodulfus. in 3. colum. de rescrip. alibi Bald. & Ange. in l. si bene. s̃. de iniust. rup. vbi not. per illum tex. ꝙ non potest vti beneficio scripturæ, qui non est nominatus in ea, & ideo secundum eos ista practica vtuntur aduocati contra petentes executionem instrumentorum, nam dicunt, tu non es in instrumento descriptus, vnde instrm te non iuuat, ita dicemus in proposito ꝫ patrem non descriptum in instrumento guarentigiato facto cōtra eius filium, non recolo legisse alibi in terminis tactum, sed tu caue, quia in contrarium videntur tria fortiter facere. in primis illud, quod videtur singulariter tenere Bar. in l. 1. in prin. s̃. de his, quæ in test.
10 delen. vr̄ vbi tenere, † ꝙ stante statuto, ꝙ instrumenta publica mandentur executioni sicut sententiæ, certè tacita stipulatio, quæ non erat expressa in instrumento dotali, sed tacitè subintelligitur per legem, scilicet per l. vnicam, in prin. C. de rei vxo.
a act. bene habebit talem executionem [a] per bono. tex. in l. si duo patroni. §. Marcellus. ad fin. ff. de iureiuran. & licèt Barto. ibi non clarè firmet, tamen istud firmant Bald. & latius Ioan. de Imol. ibi. idem tenet Barto. in d. l. ad probationem. prima. C. de proba. vbi dicit, quòd ita iam consuluit, & fuit primum consilium, quod vnquam dederit ex commissione iudicis de causa dubi-
* tantis, *& istud communiter tenetur* secundum do. Alex. in l. iurisgen. §. quod ferè. ad fi. ff. de pac. cum multis alijs ibi per eum alleg. & vltra eum idem tenet Angel. de Aret. in §. fuerat. in 2. col. insti. de actio. & not. Are. in l. si in testamento. per illum tex. ff. de vulga. & pupil. ergo idem dicendum in proposito, quòd licèt obligatio patris de peculio, quando concessit peculium filio, licèt non esset expressa in instrumento, in quo filius est obligatus, quia tamen tacitè inducitur per legem ex edicto prætorio, vt hic dicit Barto. pro illo instrumentum habebit executionem
b paratam. Secundò facit, [b] quod multum not. tenent do. Anto. de But. & dom. Abb. in c. cum olim. in vlti. not. per illum tex. de
11 censi. † ꝙ stante dicto statuto, ꝙ instrumenta guarentigię mandentur executioni, sicut sententiæ, non solùm mandabitur executioni instrumentum in his, super quibus fuit directè confectum, sed etiam in his, quæ indirectè probantur in instrumen-
c to, quod valde not. ad multa. Tertiò facit, [c] quod not. & fortius tenet Pau. de Cast. in l. postulante. in princip. per illum tex. ff. ad Treb. quòd si statutum dicat, ꝙ instrumentum mandetur executioni contra debitorem in eo descriptum, certè habebit locū etiam contra hæredem debitoris, licèt instrumentū de hærede nullam faciat mentionem, & quamuis statutum dicat contra debitorem in eo descriptum, & descriptum intelligatur illud, quod oculis corporeis potest videri. l. 1. in princ. ff. de his, quæ in testa. delen. eo quia hæres tacitè subintelligitur per d. l. postulante. in princ. & illam decisionem sequitur do. Alex. in consi. 18. 5. vol. quod incip. attentis narratis in themate. in vlti. col. de quo latius per eundem do. Alex. in d. l. postulante. in princ. & per ista videretur in contingentia facti posse consuli contrarium, ta-
12 men, vt dixi passus est nouus. ¶ † Secunda differentia, quia fideiussor non potest conueniri ante principalem debitorem. Auth. præsente. C. de fideiuss. tamen pater de peculio potest conueniri, filio non excusso. l. 3. §. sed vtrum. ff. de mino. cum Bart.

* *tenent omnes hic*, & Bal. in l. 1. col. 2. C. ne filius pro patre. Saly. in l. si filiusfam. C. eo. ne fil. pro patre. limitat Bar. quando pater conuenitur de peculio, secus quando conuenitur insolidum, puta pro officijs publicis, in quibus pater tāquam fideiussor tenetur pro filio. l. 2. j̃. ad muni. & l. filiusfa. j̃. de admi. rer. ad ciuit. pertin. & tamen pater non tenetur, nisi filio prius excusso. l. 1. in fin. vbi glo. C. de decur. lib. 10. nisi pater expressè iussisset filium obligari, quia tunc tenetur vt principalis, non vt fideiussor. l. 1. §. 1. versic. quid ergo. ff. quod iussu. & l. 3. §. sed vtrum. versi. proinde. ff. de mino. ideo tunc non habebit beneficium excussionis. ita Barto. post Iaco. de Are. in l. si seruum. §. an filiusfam. j̃ eo. & in l. libertus. §. filium. ff. ad muni. & ita tenent Rom. & Alexan. hic. ¶Ex his collige vltra Bart. aliam sextā differentiam, quia pater etiam hodie potest interpellari, & sic in mora constitui ante filium, secus in fideiussore, vt dixi in tex. in vlt. not. ¶Septima differentia, quia si principalis impetrat ius iniquum, nocet fideiussori. l. 3. § si is pro quo. supra, quòd quisque iur. secus in filio, qui non nocet patri. d. l. 3. §. si filius. quicquid ad illa iura dicāt Ang. & Imo. hic, quos etiam reprobat Alex. hic. Caue, quia tex. in d. §. si filius. non loquitur de filio impetrante ius iniquum, vt etiam ibi æquiuocarunt Barto. & alij, & malè, sed loquitur in filio statuente ius iniquū, quia erat in magistratu, vt ibi tenui. ¶Octaua differentia, quia pater tenetur vsque ad vires peculij, & non vltra, vt hic, & l. si filius. ff. de pecu. sed fideiussor tenetur insolidum. ¶Nona differentia, quia mortuo filio durat actio de peculio per annum contra patrem, & sic extincta principali obligatione filij, post eius mortem, tamen durat obligatio paterna de peculio per annum, toto tit. s̃. quando act. de pecu. est annal. fideiussor autem perpetuò etiam post mortem principalis, &c.
13 ¶ † Extra glo. Bart. solenniter examinat. q. statuti disponentis, quòd pater teneatur soluere condemnationem pro filio vsque ad eius legitimam, filius absens fuit condemnatus de delicto propter contumaciam, quæ forma statuti facit contumacem haberi pro confesso, & conuicto, an sufficiat, vt executio talis sententiæ possit fieri contra patrem, & refert, cùm ista quæstio accidisset de facto, eam disputasse Perusij, & ita disputat Bart. in sua disputatione secunda inci. Perusinæ ciuitatis statuto, &c. & ibi latius, quàm hic. primo adducit. 11. fundamenta pro parte affirmatiua, quòd pater teneatur, deinde adducit alia. 11. fundamenta pro parte negatiua, tamen formaliter determinat, vt hic Barto. ergo hic, & ibi considerando verba statutorum facit duos casus principales, aut statutum loquitur simpliciter, aut conditionaliter. Assumo primum casum, quando statutum loquitur simpliciter, quòd pater in casu maleficiorum teneatur soluere condemnationem factam de filio vsque ad legitimam, tunc sufficit filium per contumaciam, & sic per fictam confessionem fuisse condemnatum, quia tunc statutum facit patrem esse tanquam fideiussorem de iudicato soluendo, quia talis fideiussor similiter tenetur soluere condemnationem, & sic iudicatum pro principali, sed sic est, quòd fideiussor iudicatum solui tenetur, etiam si sententia sit lata contra contumacem principalem. lege cum quærebatur. & l. iudicatum solui stipulatio expeditam. infra iudicatum solui. ergo idem in patre, hoc est potissimum, & reale fundamentum Bartol. sed aduerte, quia huic fundamento videtur posse responderi ex dictis Bald. in lege filiusfamilias. supra de his, qui sunt sui,

ADDITIONES.

a ¶Executionem. Adde Moder. Perus. in tracta. da dote, patre si. q. 14. & in parte sexta. in secundo priuilegio, colum. 3. & eundem Ias. in §. fuerat. colum. 13. institu. de actio. & ad hanc rationem sustinendo opinio Socin. & Senen. dicas, quòd ideo est, ꝙ talis ficta stipulatio habebit talem executionem fauore dotis, vt sensit Franc. de Albe. in ejus consi. relato à Perusi. in dicto tract. & parte vlt. q. 14. & sentiunt præfati Mod. in locis. s̃. allegatis.

b ¶Secundò facit. Adde, quòd licèt istud dictum sit no. tamen non videtur facere in proposito si bene consideretur, quia quòd pater teneatur de peculio, non probatur indirectè ex instrumento, licèt teneatur ex contractu, filij quatenus est in peculio, vnde tale statutum de vna persona ad aliam trahi non debet, & de qua non loquitur tanquam odiosum. arg. l. si verò. §. de viro. sup. sol. mat. & l. si vnus. §. ante omnia. s̃. de pact.

c ¶Tertiò facit. Vide Socin. consi. 120. colum. pen. duplicato in consi. 231. & in consi. 211. colum. 2. versic. quibus præmissis. & ex ibi dictis in d. consi. 120. & 231. colum. penul. habebis solutionem ad hanc rationem tertiam, & si essem iudex, & casus occurreret, non recederē ab opinione præceptoris, in quam videtur inclinare Ias. potes aliter respondere, quòd ideo hæres debitoris poterit capi, quia semper representat personam defuncti, non sic in patre, qui semper non obligatur pro filio, prout in simili in ficta confessione dicit hic Cuma.

† De quo principali arti. de statuto, quòd capi possit debitor, an etiam eius hæres, vide Alex. consi. 188. libr. 2. consi. 18. colum. fin. libr. 5. consi. 96. libr. 4. Nat. consi. 29. nu. 10. & cōsi. 430. Boer. quęst. 10. par. 1. & fac. quæ de execu. sententiæ scribit Rol. consi. 20. lib. 1. MASVER.

ſui vel alieni iuris.quòd verum ſit aſſumptum Bar. quòd pater cenſeatur fideiuſſor iudicatum ſolui,quando ſponte ſe obligauit pro filio,ſed in caſu noſtro non ſponte,ſed ex neceſſitate ſtatuti pater eſt obligatus, vnde in odioſis, & correctorijs non debet fieri extenſio, etiam ex identitate rationis, ſecundum gl.& Docto.in Auth.quas actiones. C. de ſacroſan.ecc'e.tu defende fundamentum Bar.quod eſt optimum. & aduerte,quia quando pater ſponte ſe obligaret ad ſoluendum condemnationem pro filio,tunc eſſet verè, & propriè fideiuſſor iudicatum ſolui, ſed nos loquimur, quando ſtatutum facit patrem in condemnationibus filij eſſe tanquam fideiuſſorem iudicatum ſolui,tūc vigore interpretationis ponunt omnia,quæ ſtatuuntur in fideiuſſore ſpontaneo iudi.ſolu.habere locum in patre,qui per ſtatutum conſtituitur tāquam fideiuſſor iudi.ſolui. [a] per reg.l.1.§.
a lex fal.& ibi Bar.& alij.ff.ad l.Falc.cum Bar.tenent Ang. Cu.do.
* Alex. *& communiter alij*, Bald.in l.1.in 6.q.C.ne filius pro patre. cum multis concor.hic traditis per Alexan. & vltra eum adde Bal.in l.fi.§.cùm antiquitas.in pen.colu. C. de vſur. rei iudi.contra Barto.tenet Ioan.de Imol.hic motus,quia hoc ſtatutum eſt exorbitans,& iniquum,& odioſum, ergo reducendū eſt quantum fieri poteſt ad terminos iuris communis.vt ſic quantominus fieri poteſt alterum lædat.argu.gloſſ.in l.ſi ſerui veſtri. C.de noxa.& cap.cùm dilectus.de conſu. cum de iure communi pater non teneatur pro cōdemnatione facta contra filium ex delicto,ſi filius ob contumaciam fuit cōdemnatus,vt fatetur Bar. hic in pluribus locis, & eſt de hoc glo.ſing.in §.fin.inſti.de noxalib.quam glo.Bar.ſ.ante fin.alleg.& illam glo.not. Bart.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff.de dam.infect. & in l.pen. C.qui bo. ced.poſ.& illam glo.ad hoc dicit eſſe ordinariam Bald.in l.1.in fin.C.ne fil.pro pat.& iſta reductio fieri debet,ne pater indebitè damnum condemnationis patiatur, quando facta eſt ex ſola contumacia filij.iuxta glo.in l.fin.§.in computatione. C.de iure deliberandi.vbi eſt glo.ordina.quod l. & ſtatutum debent ſemper reſtringi, ne quis indebitè damnum patiatur,cum concor. quas ibi dedi.Huic fundamento reſpondet dom.Alex.ꝙ etiam interpretando ſecundum ius commune pater ex forma ſtatuti debet teneri ob contumaciam filij,ſicut facit fideiuſſor de iudicato ſoluendo,per fundamentum Bar.ſupra relatum. tu potes aliter reſpondere,ꝙ fundamentum Imo. procedit, quando verba ſtatuti non eſſent clara, ſed hic videntur eſſe clara, cùm expreſsè dicant patrem teneri ſoluere condemnationem filij, & ſi intelligas probationem factam per veras probationes,non per ſolam contumaciam filij,dico etiam, ꝙ in fideiuſſore de iudicato ſoluendo, qui tenetur ſoluere condemnationem principalis,deberet fieri eadem reſtrictio, quando eſſet iudicatū per veras probationes,non ſolùm per ſolam contumaciam, quod eſſet contra iura ſupra proximè alleg.per Bar. ſicut ergo non fit talis reſtrictio in fideiuſſore de iudicato ſoluendo, ergo etiam non debet fieri in patre, qui vigore ſtatuti tenetur ſoluere condemnationem,& ſic iudicatum contra filium. contra Bar. Moder.Sen adducunt rationem quam dicunt eſſe vrgentem, quia etiam vbi lex ponderat ſolam condemnationem,vt in emptore, qui habet regreſſum contra venditorem, ſecuta ſententia euictionis,& ſic condemnatione,& non ante.l.3.C.euict. & l.at qui natura.§.cùm me abſente. ff. de nego. geſt. tamen non habet locum ſi ſententia euictionis fuerit lata contra contumacem.l.ſi ideo.ff.de euict.& l.1. C. de pericu.& commo.rei ven. Tu aduerte,ꝙ Barto.met allegat iſta iura.ſ. in quarto membro ſecundi caſus princip.Et ex doctrin. Barto.patet reſponſum ad iſta iura: nos enim loquimur,quando ſtatutum ſimpliciter diſponit, ꝙ pater teneatur ſoluere condemnationem factam de filio,& ſic ſtatutum facit patrem fideiuſſorem de iudicato ſoluendo,ſecus in ſecundo membro, quando ſtatutum coarctat patrem conditionaliter, ſi filius maleficium commiſerit, quia tunc ceſſat ratio prædicta, quia ſtatutum conditionaliter loquens non videtur facere patrem fideiuſſorem de iudicato ſoluendo, vt vult Barto. & tunc procedunt iura prealleg. quæ ad hoc ponderat Bar.in d.quarto membro princip. & ſic venditor non tenetur ſoluere ſimpliciter condemnationem, ſed ſi emptor condemnetur, tenetur venditor de euictione ad duplum,
14 toto tit.ff.& C.de euict.& ita habes defenſatum Bart.¶ † Aſſumo ſecundum caſum Bar.quando ſtatutum loquitur cōditionaliter,ſi filius maleficium commiſerit,cogatur pater condem nationem ſoluere.in quo Bar.concludit, ꝙ ſi filius fuerit condemnatus per ſolam cōtumaciam, vt eſt propriè caſus noſter, tunc pater non tenetur vigore ſtatuti ſoluere condemnationē. ita firmat Bar.ſ.in quarto caſu prin.vbi dicetur, qui eſt propriè caſus noſter.licèt pro clariori intelligētia etiam alios tres caſus attingat.¶Ex dictis Bar.collige tres princi.concluſiones. Prima concluſio eſt, ꝙ quando contra filium comparentem conſtat de maleficio per veras probationes, tunc pater tenetur vigore ſtatuti ſoluere condemnationem, etiam ſi in illo iudicio citatus non fuerit, nec tunc eius citatio de neceſſitate requiritur, cùm iſta condemnatio reſpiciat publicam vtilitatem, ſeu publicam burſam, quo caſu probationes, & ſententia lata contra principalem, faciunt fidem & executionem contra eum, ad quem peruenit ex conſequentia,vt l.1.C. vbi cauſæ fiſca. cum alijs iuribus alleg.per Bar.nam.in d.l.1.ſententia lata contra homicidas habet effectum confiſcandorum bonorum contra hæreds,& licèt ibi heredes conuenirentur ex delicto proprio negligentiæ commiſſæ in non vindicando necem defuncti, & in nō faciendo condemnari occiſores,de qua negligentia conſtat ex eo,ꝙ alius vindicauit necem,vt etiam dicit Imo.hic, tamen de illa negligentia conueniuntur hæredes abſque alio nouo proceſſu,eo ipſo,ꝙ producitur ſententia principalis delicti lata cōtra occiſores,ad quam ipſi hæredes non fuerunt citati,tamē eis etiam præiudicat propter publicam vtili. vt etiam intelligit gl. in l.in cognitione.ff.ad Silla.& ita etiam declarat do. Alex.hic,
* *& in hoc magis communis opin.*eſt cum Bart.ſm do.Alex.hic cum multis cōcor.de quib.per eum.Adde,ꝙ ita etiam tenet d.Alex. in conſi.84.3.vol.quod incipit cauſa,quæ vertitur inter agentes
15 pro camera.in 2.& 3.col.¶†Secunda concluſio Bar.eſt,ꝙ condemnatio de delicto facta per ſpontaneam confeſſionem filij, præiudicat patri non citato, vt contra patrem poſſit fieri executio virtute ſtatuti ſuperius relati, vt in iuribus hic allegatis per
* Bar.cum Bar.tranſeunt Ang. *& communiter alij*, ſed tu aduerte, prout etiam dicunt Mod.Sen.ſ.Socin. hic ꝯ Bar.fortiter retorquetur tex.quem Bar.pro ſe alleg.in d.l.quæro.§.fi ff.de ædi.edi. vbi expreſsè dicit text.in fi. ꝙ confeſſioni ſerui de furto ſtatur ꝯ dominum,ſi alia indicia non deficiunt,ergo vult tex.ꝙ ſola ſpōtanea confeſſio de delicto non debeat ſufficere contra dominum, vel patrem, niſi etiam alia indicia concurrant, & ꝙ d.l. quæro.§ fi.procedat præcedentibus indicijs, & non aliter,tenet etiam gl.in l.quicunq;.in gl.pe.C.de ſer.fugi.& glo. in l.ſeruos.ſ. de teſtib.quamuis gl.ſub dubio fortè teneat contrariū, & malè in l.interrogari. C.de qō.vbi tenet, ꝙ ſeruo deponenti de facto proprio debet credi,etiam non præcedentib.indicijs,per l.cùm probatio.ſ.de proba.& malè dicit.Sed poſſes ſaluare Bar.dupliciter.primò, ꝙ nec Bar.neget, quinetiam eſſent indicia contra filium,prout clarius dixi in membro præcedenti.Item dictum Bar.debet intelligi ſecundum.l.quam alleg.prout dicit Bar.in l. non ſolùm.§.ſi liberationis verba.ff.de lib.leg. & in l.cùm quidā. ff.de his quib.vt indi.Salyc.in l.ſi ex cautione.in io.colum.C.de non num.pecu.Io. And.in c.cùm nuncius. de teſti.ergo dictum Bar.hic debet intelligi, quando vltra ſpontaneam cōfeſſionem filij etiam concurrunt alia indicia,ſecundum quod dicit dicta l. quæro.§.fi.quam Bar.alle.Bar.etiam alleg.l.ſecurus.ſ. de iureiu. ſed ad iſta iura poſſet reſponderi, quòd in eis ex voluntate domini ſeruus habebat liberam adminiſtrationē peculij,per conſequens in peculio poterat præiudicare domino, quod non eſt
16 hic.¶ † Vltra Scribentes tu pondera diligenter Bart.qui in hac ſua doctri.æquiparat veram probationem,& ſpontaneam confeſſionem ipſius filij,cùm deponat de facto ſuo, vtraque enim æque præiudicat patri, vt de vigore ſtatuti poſſit fieri executio contra patrem, ſiue delictum filij probetur per veras probationes, ſiue per ſpontaneam confeſſionem ipſius filij, cùm vt dixi deponat de facto ſuo, & ſic pondera bene facere pro eo,quod ſing.tenet Pau.de Caſt.in l. quicunque.ad fin.C.de ſer.
17 fug.vbi fortius tenet,† ꝙ ſtatur dicto vnius ſolius teſtis, quando deponit de facto proprio,de eo,quod ipſe teſtis fecit,& ſufficit vnus ſolus teſtis concurrentibus alijs indicijs, per d.l.quæro. §. fin. vbi creditur vni ſeruo de facto proprio, ergo fortius debet credi libero homini, & ſi dicatur, ꝙ ſeruo creditur cum tortura, ſed liber homo non debet torqueri, reſpondet Paul. de Caſtr. quòd illud ibi contingit propter vtilitatem perſonæ ſeruilis,cui non debet credi ſine tortura, ſed tātum valet libera depoſitio hominis liberi,quantum extorta per torturam à ſeruo.& dicit Pau. de Caſtr. quòd ſemper ita fuit ſibi viſum, licèt non reperiatur ab alio tactum. Et ita ſecundum eum limita regu.vtriuſque iuris,quæ habet, quòd in omni negotio ad minus duo teſtes requiruntur.l.vbi numerus.ſ.de teſt.c.in omni negotio.eod.titu.de teſtibus,& in Euangelio dicitur in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, vt ibi, & c.cum à nobis.& c.licèt vniuerſis.de teſti.& in c.cùm eſſes.& c.ſeq. extra de teſti. & non ſufficit vnus teſtis quantuncunque illuſtris, & magna præfulgeat dignitate. dicit tex.in l.iuſiurandi.C. de teſtibus. Nam iſta iura limitantur, vt procedant, qn̄ teſtes deponunt de facto alieno

ADDITIO.

a ¶Solui.Vide omnia prædicta per Soc.hic in 3.col.ver. inquantum Bart.quem Author vidit, licèt non referat.

alieno, de quo habent notitiam per sensum corporeum,sed si
testis deponat de facto proprio ipsius testis, tunc sufficit vnus
solus testis concurrentib.alijs indicijs. not. quia est summè vti-
lis decisio ad practicam si vera est, & bene facit theorica Bart.
ponderata,vt superius induxi.& in l.si debitorem.ad fi.infra de
a noua.Adde, quod idem tenet Pau. de Cast. in l. seruos. [a] C. de
test. & in consi. 339. quod incipit visa petitione prædicta.in 1.
colum.ad fi.& in consi.358.incip.visis actis, & actitatis. ad finē.
& licèt Pau.de Cast.dicat,quod non repetit ab alio tactum, ad
de,quòd ante eum idem tenet Sal. in l. si quis decurio.in 4.op-
posi. C. de falsis. Adde etiam bene facere illud,quod signanter
no.idem Pau.de Cast.in l.ij.§.j.ff.si ex noxa. causa aga. per glo.
ibi in versic.vel iudicio, vbi tenet singu. quòd aliàs inhabilis ad
testificandum,puta infamis vel vilis persona, si deponit de eo,
b quod ipse fecit,est idoneus testis. [b] adde etiam facere,quod te-
net Barto.in extrauagan.ad reprimen.in versi. per nuncium.ad
fin.vbi tenet,quòd debet credi soli nuncio,seu seruitori aliquid
referēti,sicut etiam interrogatur seruus de facto suo proprio.
istam deci.Pau.de Cast.reprobat dom. Alexan. licet de prædi-
ctis non faciat mentionem in d.l.ij.§.fin.ff.si ex noxa.causa aga.
sed alleg.contra Pau.de Cast.quasdam authoritates Doct. quæ
non satis apertè contradicunt Pau. de Cast. Ego tenui semper
contra Pau.de Cast. per text. in cap. cùm à nobis. de test. & ibi
glo.in versi.vnius.declarat,vbi non creditur iudici de eo, quod
ipse fecit quantæcunque sit authoritatis, & assignat rationem
ibi text.quia vtrunque ius disponit, quòd dicto vnius non cre-
datur,etiam quando testis deponit eo eo,quod ipse fecit.secun
do quia etiam Cardinali Legato non creditur de ijs, quæ ipse
gessit, nisi alijs indicijs comprobetur, & tunc concurrentibus
alijs iudicijs specialiter statuitur in Cardi. secundum Spe. in tit.
de test.§.j.in versi.quid si aduocatus.dom.Anto.de But. in cap.
quòd super his.de fid.instrum.Ioan.And. & alij in cap. consti-
tutus.de app.Pet.de Anch.in cle.literis.de proba. Are.in d.cap.
c cum à nobis. Tertiò, quia speciale est in Papa, [c] quòd ei soli
credatur,quando deponit de eo,quòd ipse Papa facit.clem. 1.
de proba.& d.cap.cùm à nobis. in fin. Quartò facit vniuersalis
negatiua,quam ponit text.in cap.licèt vniuersis.in fin. de testa.
vbi dicit text.quia nulla est causa,quę vnius testimonio quam-
uis legitimo terminetur, quæ vniuersalis negatiua esset falsa,si
plenè crederetur vni testi deponenti de facto suo concurren-
tibus alijs indicijs.l.si is,qui ducenta.§. vtrum. de reb. dub.& te-
nendo istam partem non obst.doctri.Barto.in qua Barto.vult,
quòd æquè præiudicet patri spontanea confessio filij, quia est
de facto proprio,sicut præiudicat vera probatio, quia respon-
deo not.in theorica Barto.duo concurrunt,scilicet,quod filius
confitetur de facto proprio.secundò & fortius,quia confitetur
cōtra seipsum,scilicet se deliquisse,quo casu.l.præsumit,quòd
confiteatur veritatem, nimirum si tūc præiudicat patri.& hoc
expressius, quàm hic dicit ipse Bart.met in præalleg. disputat.
sua 3.quæ incipit Perusinæ ciuita.in vlt.colum. & ista duo etiā
concurrunt in d.l.quæro.§. fin. vbi seruus non solùm confite-
tur de facto suo proprio,sed etiam confitetur contra seipsum,
scilicet,quòd furtum fecerit,& sic delictum cōmiserit,& tunc
bene præiudicat domino,si alia indicia concurrant, prout ibi
est tex.secus autem esset,si testis simplicìter deponeret de facto
suo proprio, & sic teneo contra Pau. de Cast. & Saly. Cogita
bene super isto articulo,quia si casus contingeret,esset quæstio
18 pro amico.¶ Tertia,& vltima conclu.Barto.est, † quòd quan
do filius est contumax, & ex forma statuti contumax habetur
pro confesso,& conuicto,tunc talis ficta confessio,& sententia
non præiudicat patri.& iste est propriè casus quæstionis forma
tæ.mouetur Barto.per duas not. rationes. prima est, quia talis
ficta confessio personam non egreditur,nec alij præiudicat. l.
eum qui delatorem. ff. de iur. fisc. secunda, quia vbicunque
sententia lata contra vnum præiudicat alteri, fallit nisi sit lata
d contra contumacem. [d] l.qui repudiantis.in fi.& l. Papinianus.
§.meminisse.de inoffic.testam.cum alijs alleg. per Bart.& cum
* Barto. *transeunt communiter alij.* adde quòd idem tenet Bar. vbi
etiam sic consuluit in consi. 116. quod incip. statuto Perusinæ
ciuitatis cauetur.Bald.& Saly.in l.j.C.ne fil.pro pa.Adde inquā
tum Barto.alleg.d.l.eius,qui delatorem,vbi etiam Bart. ad hoc
not.illum text.dicit Cuma.hic in fin. quòd illa.l. potius probat
contrarium contra Bart.quia ibi ex contumacia,seu ficta con-
fessione defuncti ante sententiam hæredi non nocet, sed bene
noceret si moreretur post sententiam,& conclusio Bart.loqui-
tur, quando propter contumaciam, & sic fictam confessionē
lata est sententia condemnatoria. secundò dicit Cuma. quòd
illa.l.loquitur in hærede,qui omni tempore repræsentat perso-
nam defuncti,igitur secus in patre.subdit tamen Cuma. quòd
ipse tenet conclusionem Barto.per d.l.Papi.§.meminisse. cum
alijs.ll.allegatis per Barto.sed aduerte,quia Cuma.errat circa.d.
l.eius,qui delatorem.& dicit de directo contra verba illius tex.
in ver.verum oportet prius de crimine constare,& posteà pro-
nunciare, & sic contra hæredem corruptoris requiritur vera
probatio,& non sufficit ficta confessio.secundò,& clarius ad li
teram dicit ibi text.in versi. planè. vbi dicit text. planè etiam si
de retractanda causa agitur, quæ semel iudicata est per delato
ris corruptelam, tamen mortuus corruptor non efficiet quin
de nouo causa tractetur,quia non tam de pœna,quam de reui
sione pœnæ agitur.pondera,quia tex. dicit causa semel iudica-
ta est.ergo ibi erat ficta confessio,& etiam lata sententia, & ta-
men non egreditur personam,& sic non præiudicat hæredi,vn
de credo quòd Cuma. tunc non bene inspexisset illum text. ad
aliud dum dicit,quòd ille tex. loquitur in hærede, qui omnino
repræsentat personam defuncti, secus in patre, aduerte, quia
hoc etiam de directo facit contra ipsum Cuma.quia si ibi ficta
confessio corruptoris non nocet eius hæredi, qui repræsentat
personam defuncti,ergo minus debet nocere patri, qui non fa
cit talem repræsentationem, & sic teneas conclusio nem Bart.
& per ista cum laude, &c.

ADDITIONES.

a ¶Seruos. Adde, quod est in l.iusiu.in fin.& ideo hic Author non vidit Pau.in
fonte.& consi. Pau.allegatum hic nu.338.adde,ꝙ est nu.110.in j. parte.cōsi.
nouorum secundum impressionē Papi.in 2.col.in prin. & aliud non reperio,
sed qñ vni sol. credatur,vide Fely.in c.veniens.el j.in gl.fi.extra de testa. & in
c.licet vniuersis.in fi.eo.tit.in c.cùm in iure.col.3.de offi. deleg.in c.de quar
ta.col.7.versi.& ideo de præscr.& in c.sicut.de sen. excom. & vltra dicta per
ipsum vide Alex.de Imo.in consi.28.col.3.circa prin.in 1.vol.vbi ꝙ dicto no.
viri credi debet.& do.Maria.Soc.in consi.15. col.4. vbi multa ad propositū,
& de Cardinali,qñ stetur eius dicto vltra prædicta adde Lap.alle.23.& Abb.
in consi.18.in 2.vol.& ibi an in præiudicium alterius.& quando asserit se Le-
gatum.& in consi.68.eo. tit. & ibi quid si asserit se maiorem commissionem
habere.& vide eundem Ias.in d.l.ij.§.si.ff.si ex noxa. causa aga. qui etiam te-
net contra Pau.de Cast.
b †Idoneus testis.Adde quę scribit idem Ias.in l.j.§.si absens.nu.9.ff.si ex noxa.
causa aga.in l.necis.col.j.de acq.hære.consi.178.nu.7.Rip. respons.76. nu.6.
&.14.Deci.consi.56. col. 2. consi. 65. pulchrè, & in terminis huius. q. idem
Aym. consi.73. nu. 30. vbi damnat contrarietatem Pau. & aliorum Doct.in
hoc artic. Quam doctè suo more resoluit.
c ¶Papa.Soli creditur de his,quæ ipse Papa fecit.Quādo credatur Papę asserē
ti super facto alieno, adde Are.in consi.23.col.3.& seq.& in consi.165.
d ¶Contra contumacem.Adde tu qñ sententia lata cōtra contumacem noceat,
& præiudicet tertio per Fel.in c.cū Ber.col.8.ver.datur ēt.de re iudi. & aliqā
per Abb.in consi.66.in 2.vol.& per Alex.de Imo.in consi.84.col.2.3.vol.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio non faciendi committitur,si contrafiat per principalem,secus si per fideiussorem.*
2 *Licèt aliàs factum possit per alium explicari,quando sunt eiusdem peritiæ,hoc tantum procedit in facto affirmatiuo,secus in negatiuo.*
3 *Qualiter in obligationibus faciendi possit accedere fideiussor, & an teneatur ex sua mora,an verò ex mora principalis.*
4 *An dilatio annalis concessa ex priuilegio cruce signatis,prosit eorum fideiussoribus.*

§.Si stipulatus.
Iste.§. est difficilis secundum
Barto.j.& Bald.& est sing.secū
1 dùm do. Pet. de Bexu.† Obligatio non faciendi committitur
si contrafiat per principalem,secus si per fideiussorem. h. d. se-
cundum Bar.& alios, vel sic. Stipulatio nō faciendi committi-
tur ex contrafactione principalis,tam contra eum,quàm con
tra fideiussorem,sed ex contrafactione fideiussoris contra neu
trum committitur.h.d.Ratio huius tex.est de mente glo.secun
dæ,quia fideiussor promisit idem factum,ꝙ promisit principa-
lis,scilicet, ꝙ principalis non faceret, & sic non promisit de fa-
cto suo proprio, & sic factum fideiussoris non est in obligatio-
ne,quia fideiussor non promisit ipse non impedire.si ergo fide-
iussor contrafaciat,nō venit contra promissionem suam, quia
de facto suo non promisit.nec etiam reus principalis promisit,
quòd fideiussor non impediret,sed ipse principalis, vt hic, & l.
iam tamen.§. in hac stipulatione. infra iudi. sol.& sic non obst.
ista.l.in prin.de qua etiam glo.opponit, & soluit. vbi mora, &
sic non factum ipsius fideiussoris nocet ipsi fideiussori, quia ibi
loquitur in obligatione dandi,in qua idem est ex parte fideius-
soris,quod est ex parte rei principalis, si ergo fideiussor contra-
faciat,contrafacit in eo,quod per ipsum fideiussorem deductū
est in obligatione,sed hic factum fideiussoris non est in obliga-
tione deductum, ergo non obligatur aliquis si ipse fideiussor
2 contrafaciat. ¶ † No.ex isto tex.subtiliter secundum Bald. ꝙ li-
cèt aliàs factum possit per alium explicari,quando sunt eiusdē
peritiæ.l.nemo est,qui nesciat.j. de duob.reis.& l. inter artifices.
ff.de solu.illud procedit in facto affirmatiuo, sed in facto nega
tiuo

tiuo hoc non cadit,& in hoc ſtat ſubtilitas huius.§. quam nul-
lus ponit ſm eum.¶Expeditis tex.capio gl.in verſi.neuter, quã
diuide in 4.partes,prout quatuor format oppo.quas expedias,
vt hic per Bar.Secunda ibi,ſed hoc eſt contra.Tertia ibi,ſed op
po.Quarta,& vltima eſt ibi, ſed tunc opponitur. † Iuxta iſtam
3 gl.quærit Bar. qualiter in obligationibus faciendi poſſit accede
re fideiuſſor , & an teneatur ex mora principalis , vt hic habes
per eum,& in l.ſi quis pro eo.in prin.infra de fideiuſ. & in l.cen-
tum Capuæ.colum.3.ſupra,de eo quod certo loco. dic clarius
colligendo dicta glo. Bart & aliorum , quòd in obligatione fa-
ciendi quatuor modis validis poteſt intercedere fideiuſſor.Pri
mò ſimpliciter fideiubendo , quia tunc videtur promittere in
caſum quo valeat.l. vbi autem non apparet. §. qui verò à Ti-
tio.ĩ.eo.facit reg.l.quoties in ſtipulationibus.ĩ.eo. Adde, quòd
fortius procederet fideiuſſio , quando fideiuberet ſimpliciter,
& cum iuramento,quia ſi valet, quando ſimpliciter dicit fide-
iubeo,ergo fortius, quando cum iuramento,quia iuramẽtum
habet vim clauſulæ , vt actus valeat omni modo , quo valere
poteſt.l.cùm pater.§.filius matrem. vbi Bart.de leg.2. cum ſuis
concordan.facit bene,quod tenet Barto.in l.ſi quis pro eo.in 8.
membro.ĩ.de fideiu.item facit,quod tenui in l.ſtipulatio iſta.in
prin.in 1.not. ſupra eo.vbi tenui, quòd factum alienum poteſt
cum iuramento promitti.¶Secundò,quòd promittat indem-
nitatem iuxta.l.quæro.in fi.prin. in ver.indemnem me præſta-
bis.ſ.loc facit.l.ſtipulatus es opus.ĩ.de fideiuſ. glo.in d.l. ſi quis
pro eo. in glo. 1. in fi. & iſto caſu fideiuſſor ex ſua perſona non
poteſt in mora conſtitui , cùm teneatur ad intereſſe , quòd eſt
poſt moram principalis in obligatione.l.ſtipulationes non diui
duntur.verſi.Celſus.ĩ.eo.& ſic non tenetur niſi in ſubſidium.in
tellige verum,quando factum erat in obligatione principali,ſe
cus ſi rem dari, quia tũc obligatio fideiuſſoris de indemnitate,
vel de intereſſe non valet,quia tunc non ſuccedit obligatio ad
intereſſe.glo.eſt no.in l.ſi ita fideiuſſorem accepero,in glo. pen.
& ibi Bart. declarat. ĩ.de fideiu. & hoc etiam voluit iſta glo.in
fin.quam d.Alex.ad hoc reputat tenendam menti. Aduerte ta
men, quòd fideiuſſor indemnitatis non eſt propriè fideiuſſor,
vt etiam dicit Bal.hic,ſed promiſſor,vt l. & eleganter.§. ſeruus
pactionis.ſ.de dolo. & talis fideiuſſor indemnitatis , licet in in-
ſtrumento expreſsè renunciauerit beneficio de fideiuſſoribus,
tamen nunquam poteſt conueniri,niſi excuſſo principali,quia
nunquam tenetur niſi in ſubſidium, & hoc inducit natura ob-
ligationis magis,quàm beneficium de fideiuſſoribus.ita no.te-
net Barto.in l.j.C.de conue.fiſ.debi. lib.10. Bald.in l.j. C. de re-
uo.his,quæ in frau cred. in l.ſi ſtipulatus. ĩ.eo. Saly. in l.j.in vlt.
colum.C.ꝙ cum eo.& in l.ij.C.ſi ma.indem. prom. & in l.j. C.
de fideiuſ.tut. & ſuper hoc vide omnino do. Alex. multis mõ-
dis limitantem in conſi.22.quarti vol. ꝙ inci.in cauſa executio
nis motæ contra Bartholomeum . ¶Tertiò , ꝙ promittat ſe
facturum & curaturum , nam licet tunc videatur promittere
diuerſum à facto principali, tamen quia tendit ad finem expli-
candi factum principale,iuris interpretatione videtur idem cõ
tinere , ꝙ promiſſio principalis. Quartò , quando eſt eiuſdem
peritiæ,vel factum eſt explicabile per alium,l.nemo eſt,qui ne-
ſciat.infra de duob.reis,& l.inter artifices.infra de ſolu. quo ca-
ſu tenebitur ex ſua mora, quia cenſetur de facto ſuo promitte-
re ſecundum Bar. & Ang. quamuis Imo. & Cuma teneant in
hoc contrarium per tex.in l.iam tamen.§.in hac, iuncto. verſi.
nunc videamus.ĩ.iudi.ſol.ſed potes dicere,ꝙ iſte text. loquitur
in ſtipulatione prætoria,& prætor in ſuis ſtipulationib.conſide
rauit intereſſe.l.ſi.ff.de præto.ſtip.¶† Vltimo,quærit Bar.an dila
4 tio annalis cõceſſa ex priuilegio cruce ſignatis[a] proſit eorum
a fideiuſſoribus , dic vt per eum,cum quo cæteri tranſeunt cum
concordan.traditis per Alex.

ADDITIO.

a ¶Cruce ſignatis. Adde de hoc plenè per Ang.Are.in rub.de excep.col.7.

SVMMARIVM.

1 *Hæres per ignorantiam veniens contra contractum celebratum à defun-*
cto,incidit in pœnam appoſitam in contractu.
2 *Pupillus hæres promiſſoris impediens ſtipulatorem, non incidit in pœnã*
defuncto promiſſam.
3 *Si hæres agit, & petit contra illum, qui fuit ſtipulatus à defuncto am-*
plius non peti ſub pœna,incurrit pœnam etiam ſi fuit ignorans,nec tũc
iuuatur beneficio reſti.in integ.
4 *Quando ſtipulatio , vel alius contractus incipit à defuncto , & minor*
ſuccedit maiori cum quo nihil eſt geſtum,non conſideratur perſona mi
noris ſed maioris, à quo initium habuit , & ideo minori non competit
reſtitu.in integ.& num.6.
5 *Si pupillus fuit in mora ſoluendi ſpeciem promiſſam intra tempus ſtatũ*
tum à defuncto,ſi ſpecies perijt ,non competit reſti.aduerſus illam per-
petuationem inductam ex mora.
7 *Hæres emphyteutæ,qui per ignorantiam facti non ſoluit canonem debi-*
tum,& per triennium ceſſauit à ſolutione,non cadit à iure ſuo.
8 *Quæ dicatur contumacia procuratoris,& quæ domini.*

§. In hac ſtipulatione.

Stipulatio de
non faciendo
interpoſita à defuncto committitur,ſi contrafiat per hęredem
etiam ignorantem,niſi ſit pupillus . hoc dicit. & eſt text. mul-
tum ſingu.& not.ſecundum Cuma. hic. ¶In text. ibi , & ideo
non facit , quòd fieri ex ſtipulatu oportet , nam eo ipſo , quòd
eſt hæres,ex ſtipulatione facta per defunctum , tenebatur pati
ſtipulatorem ire agere licere,ſi ergo hæres eum impediat, ergo
non facit, quòd ex ſtipulatione fieri oportet. ita vult dicere li-
1 tera. ¶ † Not. primò, quòd hæres per ignorantiam veniens cõ
tra contractum celebratum à defuncto, incidit in pœnam ap-
poſitam in contractu ,& ſic pœna conuentionalis , quæ com-
mittitur per non factum, committitur etiam per hæredẽ igno
rantem, & ſic hæres ignorans contrafaciens ſtipulationi negati
uæ,purificat conditionem,quæ eſt,ſi contra factum fuerit,pro
mittis pœnam, ex quo correlariè habes , quòd in contractibus
non eſt neceſſe impleri conditionem ex propoſito,licèt ſit po-
teſtatiua,ſecus eſt in vltimis volun.l.2.ſupra de condi. & dem.
2 ¶ † Secundò not. in ver. non videtur, quòd pupil. hæres pro-
miſſoris impediens ſtipulatorem, non incidit in pœnam à de-
functo promiſſam,& ſic habes correlariè , quòd ſi pupil. con-
traueniat,non purificat conditionem pœnalem appoſitam in
ſtipulatione , quia factum pupilli iuris interpreta. habetur pro
non facto,ne ſibi noceatur, quamuis pupil.ſolus ſine tutore in
ſui fauorem poſſit conditionem implere , & ſic eam purifica-
re.text.eſt not.in l.conditionib.pupil.in prin.ſupra de condi. &
demon.Limita iſtum text.non procedere in pupillo proximo
pubertati , & ſic doli capace, quia ſi habeat ſcientiam promiſ-
ſionis factæ à defuncto,poteſt dici eſſe in dolo, & ſic tũc ex ſua
prohibitione committitur ſtipulatio.l.j §.hoc edicto. ff. ne vis
fiat ei.l.impuberem.in prin.vbi glo.ff.de fal.& l.3.§.fi. ff.de trib.
ſecundum Iacob.de Are.Cuma.& do.Alex.hic.ſecus, quando
pupil. ignoret, quia tunc ageretur propter dolum pupilli com
miſſum circa contractum , ergo tunc non obligaretur ſine tu-
tore.l. obligari.in prin. cum vulg. ff.de autho. tuto. ſecundum
Imo. hic. ¶In glo. in ver. abſit. quæritur,quomodo hæres ab-
ſens,& ignorans potuit prohibere ſtipulatorem. gl. reſpondet,
quòd hæres fuit abſens tempore interpoſitæ ſtipulationis à de
functo,erat tamen pręſens,quando prohibuit ſtipulatorem,vt
dicit glo.in ver.vel ſi erat abſens tempore prohibitionis,intelli-
gitur iſte text. ſecundum Barto. & Docto. quòd colonus , vel
procurator iſtius hæredis abſentis prohibuit , ideo hæres tene-
tur.quia curare debuit,ne ſtipulator prohiberetur per eos,quos
prohibere potuit ipſe hæres , vt ĩ. l.proxima. & l. fluminum.§.
quanquam.ff.de damn.infect & l. ſi fundus.verſi.pen.ff.loca.&
ſic pondera, quòd tunc per factum procuratoris non habentis
ad hoc mandatum ſpeciale dominus incidit in pœnam , aliàs
regulariter eſſet ſecus.l.ſi procurator.in prin.vbi dixi. ff.de con
di.indeb.& in clem. non poteſt. de procurat.ratio eſt, quia te-
netur ex vi ſtipulationis curare,ideo tenetur etiam ex facto eo
rum,quos potuit prohibere,vt eſt gl.in l. ſtipulatio iſta.in prin.
in ver.efficiat.ſupra eo.¶Capio glo.in ver.& ignorat.ibi, ſed re-
ſtituitur.iſta glo.eſt valde ſing.ſecundum Bald.hic,quam intel-
lige ſecundum Barto.& alios,quando hæres poſſidebat,& pro
hibuit volentem ire agere in fundum à ſe poſſeſſum , & ſic fe-
cit ſe defendendo,tunc eſt iuſta cauſa concedendi reſtitutionẽ
in integ.l.nec non §.exemplo.ſ.ex quib. cau.maio. ſecus ſi non
poſſideret,& facit impedimentum, & ſic contrauenit agendo.
d.l.qui in alterius.ſecundo reſponſo.ff.de reg.iur.quia prius de-
buit ſe informare,vt ibi.facit text.in cap.ad falſariorum. de cri.
fal.adde bene facere,quòd canonici eligentes indignum priuã
tur iure eligendi , quia cùm ipſi agant , præſumuntur, ſcienter
feciſſe,& habuiſſe notitiam de vitijs electi,ſecundum Barto. in
l.ſi patronus.ff.de confir.tuto.per illum text. & l. qui cum alio.
ff.de regu.iur.facit,quod habetur in cap.innotuit.de elect.& in
3 cap.quamuis. de regu. iur. ¶ † Ex iſta doctrina Barto. & Doct.
poteſt inferri ad materiam.l.amplius non peti.ĩ. rem rat. habe.
quòd ſi hæres agit,& petit contra illum,qui fuit ſtipulatus à de
functo amplius non peti ſub pœna, quòd incurrit in pœnam,
etiam ſi fuit ignorans, nec tunc iuuatur beneficio reſtitutionis
in integrum prætextu talis ignorantiæ, cùm debuerit prius in-
ueſtigare antequam ageret,& ſic antequam peteret,quòd not.
ad illum text.prædicta etiam not.ad limitationem iurium,quę
dicunt conſenſum , & non ignorantiam volumus obligari.di-
cit tex.

cit text.in l.generali.C.de tabula.lib.10.text.in l.ex maleficijs.§. si quis absentis.ver.longè minus.sup. de act. & oblig.& in l. fin. ff.de decre.ab ordi.fac.dixi post Barto.in l.j.§. nunciatio.sup. de ope.no.nun.cùm ibi text.dicat,quòd nunciatio noui operis ligat & absentes,& ignorantes,quomodo procedat,ibi declarani post Barto.limita istam glo.notabiliter,quòd tunc datur restitutio in integ.ipsi hæredi ratione ignorantiæ,quando non cōpeteret aliud remedium iuxta.l. in causæ. la 2. in prin.supra de mino. secus si aliud remedium competeret, puta purgationis moræ,secundum Barto.in l.si insulam.in 6.quæst.ĵ. eod.vbi di-
4 cit se ita limitare istam glo.¶† Capio glo.in ver.stetisse.Not.bene istam glo.iunctis dictis hic per Barto.quòd quando stipulatio, vel alius contractus incœpit à defuncto, & minor succedit maiori, cum quo nihil est gestum, non consideratur persona minoris sed maioris, à quo initium habuit, ideo minori non competit restitutio in integ. aduersus aliquid non factū, licèt propter hoc dicat minor se læsum, quia verba edicti loquuntur de gestis cum minorib.ex quib. minores dicuntur decepti,vel læsi.Ex ista gl.infertur notabiliter, quòd priuilegiatus succedens non priuilegiato,tunc vtitur priuilegio, quando cū eo aliquid fuit gestum, & sic quando conuenitur propter factum suum, secus si propter non factum, quia nihil sit actum cum priuilegiato,& tunc non vtitur priuilegio suo.secundum glo.in l.si cùm militarib.C.de restit.mil.quod no.ad ea,quæ traduntur per Barto. & alios post Cyn. in Auth. quas actiones. C.
5 de sacrosanct.Eccl.¶ † Item ex hac gl.sequitur,quòd pupil.fuit in mora soluendi speciem promissam intra tempus statutum à defuncto,si species perit,non competit restitutio in integ. aduersus illam perpetuationem inductam ex mora,ex quo cum eo nihil est gestum.secus si mora fuit causata per interpellationem factam minori,vel eius tutori, vel curatori, ex quo tunc cum eo aliquid est gestum.pro ista doctr. gl.adde bonum text. in l.Æmilius.sup.de mino.in versi.quod pater eius non ipsa cōtraxerat.& ibi Barto.ad hoc not.illum text.idem tenet Barto.in l.ad diem.ĵ.eo.glo.Bar.& Doct.in l.ij.C.si aduer.ven.pig.¶Sed aduerte,contra istam communem doctrinam glo. & Doctorum videtur stringere text.in l.etiam ei.s̃.de mino.vbi cum existente in vtero nihil fuit gestum,& causa habuit originem à defuncto, & tamen sibi subuenitur per beneficium restitutionis in integrum,& attende,quòd in d.l.etiam ei.est mirabile,quòd quando quis est in vero,non potest eius nomine agi, & tamen currit præscriptio,& sic est mirabile, quòd præscribatur, & tamen contra neminem præscribatur,secundum Bald. in c. 1.in 2.col.de præscri.& non reperitur alibi ille tex. secundum eum, tamen hoc,quòd ibi contra nullum præscribat,reprobat Bart. in d.l.etiam ei.alibi idem Bal.in rub.extra de in integ. resti.circa fin.dicit,quòd in d.l.etiam ei.est tex.qui non est alibi in iure, ꝙ etiam dum quis est in vtero,nascitur ei in integ. restit. licèt iste non sit minor,nec maior,nec absens,nec presens,nec ad illum tex.est bona solutio,quam ibi tradit Bar.qui dicit, ꝙ satis videtur gestum cum eo,ex quo videtur alienasse, & sic transtulisse dominium in vsucapientem,eo ipso,ꝙ patitur cōtra se præscribi.l.alienationis verbo.ĵ.de verb.signi.nam pro certo istud nullo modo potest dici ad illum text.in existente in vtero,cū præscriptio fuerit completa antequam nasceretur, & sic antequā ei quæreretur ius dominij.& in hoc stat ratio illius.l.secundum Iac.de Are.& Bald.ibi in fi. præterea si ibi illa videretur esse alienatio facta per minorem patientem vsucapi, vt ibi dicit Barr. certè vsucapio ipso iure non curreret,sicut nec ipso iure valet alienatio.l.bonæ fidei.s̃.de acqu.rer.dom.minus periculosa est alia solutio,quam ibi etiam dat Bar.quòd illa.l.loquitur in præscriptione legali,quando tempus est à l.indultum.nam aduersus eam lex facilius concedit restitutionem in integ. licèt cum minore nihil sit gestum, quia mitius agitur cùm l. quam cum homine.l.Celsus.ff.de arbit.secus esset in præscriptione conuentionali causata propter conuentionem partium. ¶Secundò contra istam communem conclusionem glo. & Docto.facit, quia ea attenta sequeretur,ꝙ in casu istius.l.vbi stipulatio incepit à defuncto,quamuis non possit committi ex facto pupilli hæredis,quando ipse minor prohibuit stipulatorem, tamen deberet committi, quando nō ꝑcurauit ne stipulator per suos ꝓhiberetur,secundum.l.seq. cùm tunc nihil sit gestum cum pupillo,quod videretur esse contra istum tex.in fin.qui aliàs mul-
6 tum restringeretur. ¶† Retenta tamen conclusione glo. *nostræ*
* *communiter approbatæ*, eam notabiliter limita,vt procedat in restitutione priuilegiata competente priuilegio personę,vt quia sit minor,vel miles,quia pro eo,quòd habuit initium in persona defuncti, non competit restitutio in integrum ex priuilegio minoris ætatis,nisi aliquid sit gestum cum minore.ita procedit glo.nostra.si autem vult restitui ex clausula generali,si qua mihi iusta causa esse videbitur, propter iustam causam ignorantiæ,& ista restitutio non cōtinet priuilegium minoritatis, quia indistinctè potest quis restitui, siue sit maior siue sit minor, & ista competit etiam si nihil sit gestum cum minore,secundum Barto.multum notabiliter hic, qui dicit hoc esse verissimum, & not. *& sequuntur communiter Doct.* hic. Istud exclamat vsque ad cœlum Ioan.de Imo. hic, & dicit, quòd istud dictum nunquam exeat mentem tuam, quia deberet scribi literis aureis, quia pro certo est ita sing.dictum sicut dici posset, ideo est perpetuò valde notandum,ita formaliter dicit Imo. & ex hoc prout etiam dicit dom.Alex.habetur valde singularis limitatio ad d.l.2.C.si aduer.ven.pig.& l.apud Iul.in prin.supra quib.ex cau. in pos.ea.quòd respectu minoris ætatis non possit subueniri hęredi minori per restitutionem in integ. in casu dictarum. ll. tamen ex clausula generali propter præsumptam ignorantiam poterit concedi restitutio ex clausula generali. idem tenet Bar. in d.l.ij.ad fin.& ibi Saly.& Pau.de Cast. C.si aduer. ven.pigno. Bart.in d.l.Aemilius. sup. de mino. ¶Sed aduerte, licet omnes indifferenter ita teneant, & ita sit tenendum, tamen mihi non quiescit animus,quia isto modo omnia ista iura essent imposita verbis,& non reb. dicere, quòd non competit restitutio minori vt minori, sed ex clausula generali, quid enim refert, an vno,vel alio modo habeat beneficium restitutionis in integrū? ¶Secundò,& fortius facit,nam non minori æquitate subuenit prætor minorib.ratione minoris ætatis,imò maiori, quàm subueniat maiorib.ex clausula generali,si qua mihi iusta cā, &c.& tamen subuenitur maiori ex capite iustæ ignorātiæ per d. clausulam generalem,licèt cum ipso maiore nihil sit gestum,ergo multo magis deberet subueniri ad eum restituendum ex priuilegio minoris ætatis,quamuis cum eo nihil sit gestum. ¶Tertiò confirmo optimè per illud, quod vult glo. valde not. in l. necnon.§. quòd eis.in ver. non prohibeant. supra ex quib. cau. maio. quæ dicit bonum esse argu. non subuenitur minori ratione minoris ætatis, ergo nec maiori ratione ignorātiæ, vel alterius impedimenti. idem tenet Bald. in l. in contractibus. in prin.in 3.not.C.de non nume.pecu.vbi not.per illum tex.quòd magis est priuilegiata minor ætas in restitutione in integrum, quàm sit restitutio, quæ conceditur maiorib. ratione absentiæ. Idem latè tenet Are.in consi.104. quod incip. breuitas in consulendo bene necessaria est.in 3.colum. & seq. & in consi. 161. quod inci.in præsenti consultatione videndum est.in 3. colum. & in l.cùm quidam.in prin.& in l. Pantonius. colum.fin. supra de acquiren.hæredi.quamuis contrarium teneat gl.in d.l.cùm quidam.in prin.in ver.aberat.quæ in duob. locis dicit, quòd in restitutione magis succurritur maioribus,quàm minoribus.& Barto.in l.si qua mihi.in prin.supra ex quib.cau. maio.not. per illum text.quòd magis subuenitur absenti,quàm minori,& ad hoc addo bene facere,quod notat egregiè gl.in l. 3.§. sed vtrū. in versi.& non puto.ff.de mino.quæ dicit, quòd plus est absentia,quàm minor ætas. idem tenet Saly.in l.j. C.de testam.milit.
* tamen præcedens *opi.magis communiter tenetur*,sed tenēdo communem limitationem ad glo.in d.l.nec non.§. quod eis. posset responderi concordando istas glo. prout facit dom. Alex. hic ad fin.quòd glo.in d.l.nec non §. quòd eis. procedit, vbi persona minoris habetur in consideratione, vt quia aliquid gestum est cum minore, secus vbi non habetur in consideratione, vt quia nihil gestum sit cum minore, & obligatio sumpsit originem ex persona defuncti,tunc procedit glo.contraria,vt habetur in d.l.ij.iunctis ibi not.per Barto.C.si aduer. ven.pign. & dictum est sup.non recedas à communib.doctrinis Barto.& Scri-
7 bentium hic. ¶ † Suprascripta faciunt ad quæstio.an hæres emphyteutæ, qui per ignorantiam facti non soluit canonem debitum,& per triennium cessauit à solutione, an cadat à iure suo, iuxta.l.ij.C.de iur.emphy.& c.potuit.de loc.ista gl.faceret,quòd sic, ex quo iste contractus habuit originem ex persona defuncti,& nihil gestum est cum hærede,quo casu etiam si hæres esset minor,non deberet ei subueniri per restitutionem in integrum,vt dictum est sup. & ita tenet Cyn.post Pet.de Bellaper.
* in l.2.in 12.q. C.de iur. emphy. *breuiter communis opi.* est in contrarium, ꝙ hæres emphy. etiam maior habeat restitutionem in integ.ex clausula generali, propter iustam ignorātiam facti, cùm in ius alterius successerit.l.qui in alterius. ĵ.de regu. iur. & l.fin.in fin.sup.pro suo. sicut etiam ipsi defuncto competeret restitutio in integ. ex clausula generali si iustam ignorantiam facti prætenderet, per no.limitationem Barto.& aliorum supra
* proximè traditam,& ita tenet glo. *& communiter Doct.* in d. l. 2. C.de iur.emphy.vbi Sal.dicit, quòd ita se habet cōmunis opin. idem tenent Barto.& communiter Doct.hic,cum multis concor.traditis per dom.Alex.dixi in d.l.2.in glo. fin.in 87. colum.
8 cum seq. ¶† Vlt. ex prædictis dicit Barto.cognosci, quæ dicatur contumacia procuratoris, & quæ domini. nam ex contumacia procuratoris non videtur, quod possit mulctari dominus.l.

nus.l.neque infantes.vbi Bart.no.§.de fideic. liber.& l. vnica.§.ſi procurator.ſupra ſi quis ius dicen. non obtem.ſecundũ tamen ꝙ ibi latius declarant Bar. & Doct.& in l.q̃uis. ſupra de dam.in fec.dic vt hic per Bar.cum quo alij transeunt,& per Bar.in d.§. ſi procurator. & in l.4.in prin.§.de reg.iu.& dum Bar.vltimò al legat tex.in d.l.cùm à matrib.C.qui pe.tut.& in c. ſignificante. de pigno.adde alium bonum tex.in l.præſes. vbi Bart.notabiliter.C.de appellatio.

SVMMARIVM.

1 *Interpellatio debet fieri congruo tempore, aliàs non conſtituit debitorem in mora.*

2 *Interpellatio, & denunciatio cum ſint actus extraindiciales,poſſunt fieri die feriata.*

3 *Licèt ante diem non poſſit debitor per interpellationem in mora conſtitui,tamen ratione doli commiſſi,vel culpæ,poteſt ante tempus in mora conſtitui.*

§.Si promiſſor.

Interpellatio facta ante diem non conſtituit promiſſorem in mora, vt de interitu ſpeciei teneatur. h. d. caſus eſt clarus.

1 ¶† No.quia interpellatio debet fieri congruo tẽpore,aliàs non conſtituit debitorem in mora arguendo de tempore ad locũ, quod argu.tenet.l.fi.§.de condi.triti. & l. vinum.vbi Bart. & alij no.§.ſi cer. pet. & licita eſt argumentatio de diſtantia temporis ad diſtantiam loci.c.1.de plus pe.ſecundum Gemin.in c.1.in 3. colũ. de confeſ. in 6. ſic ergo interpellatio debet fieri congruo loco.l.ſi ſoluturus.§.de ſol.no.gl.in l.mora.in prin.ſupra de vſu. ¶Illud quòd dixi de interpellatione facta ante diem,limita dupliciter.Primò ſecundum Bar.& Doct.hic,quando interpellatio fieret ante diem,vt ſolueret poſt diem,tunc bene valet, quia ſufficit cõferri in tempus licitum. l.in temporis.ſupra de hær. inſti.ſed in hoc text.fuit interpellatus ante diem, vt ſolueret ante diem,ideo non valet.adde Bar.in l.non ſolùm. §. morte.ſup. de ope.no.nun.in vlt.char.in ver.nũc videamus de tempore cõgruo.in fi.Iſtud quod dicit Bar. eſt ſuperuacuum, & fruſtratorium ſecundum Cuma.quia omnino dies, & tempus interpellat,& conſtituit in mora.l.magnam.C.de contrah. & commit. ſtip.& ſic dies venturus ſine alia interpellatione præcedẽti omnino conſtituet in mora.Sed tu ſalua Bar.quando medio tempore ſpecies debita periret,tunc vtilis eſſet illa interpellatio, vt ſoluat quis tempore congruo,quia conſtituit debitorẽ in mora, & ſic facit eum teneri de interitu ſpeciei, ſed aduerte licèt *Bar.& omnes teneant*, ego valde dubito, & puto poſſe teneri cõtrarium per illud,quod nõt.tenet idem Bar.in l.j.§.nunciatio.in vlt.char.ſupra de oper.no.nun.in illa q.an citatio facta die feriata,vt compareat die non feriata,& ſic iuridica,valeat. dicit no. Bar.quando actus,qui fit,eſt purus,licèt eius effectus ſuſpendatur,tunc tempus præſens inſpicitur.l. cedere diem. §.de verbo. ſigni.& actus non valet,ſecus quando actus ſuſpẽditur,& eius effectus,tunc vtrunque valet per tex. no.in l. ſi eum ſeruum.in fi.cum l.ſeq.ff.de dona.inter vir.& vxo. ſed hic interpellatio eſt actus purus de præſenti,licèt eius effectus ſuſpendatur,ergo ille actus interpellationis non debet valere,quia non debuit creditor præuenire in interpellando.item iſte tex.dicit ſi promiſſor ante diem interpellatus ſit,& ſic loquitur ſimpliciter,& indefinitè, & non dicit, vt dicit Barto. quòd fuerit interpellatus ante diem,vt ſolueret ante diem, quia hoc modo intelligendo tex. haberet paruam dubitationem,vnde debet text.generaliter intelligi,& in caſu magis dubio.l.quod Labeo.ſupra de carb.edi. & l.ancillæ.cum glo.C.de fur.cogita,quia ita poſſet teneri,licèt nemo tangat.

2 ¶ † Subdit Bar.quod interpellatio & proteſtatio cùm ſint actus extraiudiciales,poſſunt fieri die feriata per l.dies feſtos.C.de fer.pondera quòd illa.l.dies feſtos.allegata per Bar. loquitur in die feriata in honorem Dei, ergo vult ſignanter Barto.quòd interpellatio,& proteſtatio poſſunt fieri die feriata etiam in honorem Dei, quod valde ſigna. confirmo optimè, quia nunciatio noui operis, quæ eſt interpellatio extraiudicialis, poteſt fieri diebus feriatis etiam in honorem Dei, ita tenet Hoſtien.in ſum.ſua in titu.de ope.nou.nun.in §. cui fit.circa. 2. colum. quem refert, & ſimpliciter ſequitur dom. Alexan.in l. de pupillo.§.nunciationem.in 2.colum.ſupra de ope. no. nun. Idem tenet Cuma.in l.j.§.nunciatio. eod.titu. ſimiliter intima-

a tio poteſt fieri etiam die feriata, [a] ſecundum Bald. in l. in con-

3 tractibus.§.fin. C. de non nu. pecu. ¶ † Secundò limita,quòd licèt ante diem non poſſit debitor per interpellationem in mora conſtitui, vt hic,& dixi ſupra, tamen ratione doli commiſſi vel culpæ, poteſt ante tempus in mora conſtitui, puta ſi rem debitam occideret ante lapſum diei, vel conditionis euentum conſtitueretur in mora.vt not.in l.eum qui ita.§.fin. per glo. & Doct.infra eod.Pau.de Caſt.hic.facit.l.ſi ſeruum. in princip. & §.j.& ſequen. infra eod. ¶Ad ſecundum, quod dixi de loco,ꝙ interpellatio debet fieri in loco congruo,limitat ſimiliter Bart. quando conferretur in locum licitum, quia paria ſunt fieri loco congruo & licito , vel conferri in locum congruum. d.l.in tempus.ff.de hære.inſtitu.& l.fin.cum glo.ſupra de offic.præfe. vrbis.ideo ſi debes ſoluere. Florentiæ, poſſum proteſtari Peruſij,vel te Peruſij interpellare,quòd ſoluas Florentiæ.ſecundum Cyn.in l.in minorum.C.in quib.cau.in integ.reſtitu.non eſt neceſſ.adde Barto.idem tenentem in d.l. non ſolùm. §. morte.in vlt. char. in verſi. videamus de loco congruo. ¶Subdit Barto. quòd quando creditor eſt eiuſdem fori,non habet neceſſe proteſtari debitori,quòd ſoluat Florentiæ in tali hoſpitio,& ſic non habet neceſſe exprimere locum loci, cũ debitor teneatur tunc quærere creditorem in loco ſuæ habitationis. ſecus ſi eſſent di-

b uerſi fori, [b] tunc debet inſeri in proteſtatione locus loci ciuitatis.l.item illa.in prin.& ibi eſt glo.valde no.ſupra.de conſti.pec. & argum.l.aut qui aliter. §.j. ff. quod vi aut clam. de quo vide plenius Barto. in d.l. item illa. in prin. Cano.in cap.ſignificante. per illum text.de pign. Ang.Imo. & d.Alex. hic cum concord. hic traditis per d.Alex. & ita habes vtiliter expeditum iſtum. §. ſi.& ſic remanet expedita iſta.l.

ADDITIONES.

a ¶Intimatio poteſt fieri etiam die feriata.Adde, quòd etiam die feriata in honorem Dei poteſt quis capi,& duci ad iudicem,vt per Bar.in l. ait prætor. §. ſi debitorem.ver. vlterius.ſupra quæ in frau.credi.& de materia, quando proteſtatio,& interpellatio poſſit fieri die feriata,vide per Fel.in c.cum. M.Ferrarien.extra de conſti.col.35 verſi.2.concluſio.

¶Alex.conſi.78.colum.4.nu.16.& ſeq.lib.5.Nat. conſi. 172.col. pen. vbi loquitur de proteſtatione,intimatione,nunciatione,appellatione, & interpellatione, & habetur in lib.3.ciuil.Ducal.Decre.patriæ noſtræ Subalpinæ.c.7. tit.de ferijs. MASVER.

b ¶Diuerſi fori. Adde, quòd etiam ſi fuiſſent eiuſdem fori , ſed creditor mutauit,tunc debitor non tenetur quærere creditorem,vt per Alex. hic in fi. poſt Bal.& per eundem Alex.in conſi.92.col.4.verſi.alia autem.in 1.vol.Et de materia vide aliquid per eundem Alex.in conſi.172.col.pen.in 2.vol.

* Fac.quæ ſcribit Abb.in c.ſignificãte.nu.9.extra de pig.Rip.Reſpon.55.& dic, quòd quando debitor , & creditor ſunt diuerſi fori, non tenetur debitor ire domum creditoris,ſi res pro qua ſolutio facienda eſt, non ſit de foro creditoris,teſte Rol.conſi.87.nu.14.lib.1.Bar.in l.item illa.ff.de conſtit. pec. & dixit Iaſ.conſi.8.col.2.ver.& quamuis. lib.1. quòd vbicunque ſoluendum eſt aliqd pro aliqua re,ſi creditor eſt illius fori in quo res ſita eſt,tenetur debitor licet alterius fori accedere domum creditoris , & ei ſoluere ſecundum communẽ ibi relatam. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Non ſufficit abſtinere à malo,niſi fiat,quod bonum eſt.*

2 *Hæc ſtipulatio negatiua,per te non fieri,intelligitur etiam affirmatiuè, quòd debeas curare,vt mihi ire agere liceat.*

3 *Vaſallus,qui iurat,quòd nullum damnum domino faciet, intelligitur iurare,quòd nec ipſe faciet,& quòd alios facientes prohibebit.*

4 *Si creditor quitauit debitorem de pecunia ſibi debita, & promiſit amplius non petere ſub pœna,ſi eius procurator generalis petat,an committatur pœna contra creditorem.*

LEX L.

IN illa ſtipulatione

Per te nõ fieri.

1 ¶ † Non ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat, quod bonum eſt.hoc dicit ſecundum Barto. Ange. Imo. & Raph.Cuma.hic. Adde,quòd iſtud expreſsè dicit tex. 22.q. vlt. in c.de forma.& tex.in clem.fi.poſt prin.de pœnis.& tex.in c.1. de forma fid.gl.in l.iuſtitia. in ver.cuique.§. de iuſtitia & iure.& glo.in §.iuris præcepta.in ver.ſuum.inſtit.de iuſti. & iur.vel ſic, & proprius ad literam. Promittens per ſe non fieri,tenetur etiã curare ne alius quem prohibere poteſt faciat . Item paria ſunt, ad aliquem non perueniſſe, vel per ipſum factum eſſe, quominus perueniat.hoc dicit vſque ad fi.l. & eſt valde no. principiũ

2 pro.leg.quæ quotidiè conficiuntur ſecundum Bal.hic.¶† Not. quòd hæc ſtipulatio negatiua per te non fieri,intelligitur etiam affirmatiuè, quòd debeas cauere, vt mihi ire agere liceat, ita propriè cantat litera,intellige prohibendo eos, quos potes prohibere,puta filios,ſeruos,colonos , procuratores, & ſimiles, & non alios.l.ſi fundus.ſup.locati.& l.fluminum.§.quanquam.de dam.infect.glo.in l.inter ſtipulantem.in princi.§.eod.& ſic promittens non facere , videtur etiam ſe curaturum promittere, ne alius faciat.adde text.not.in l.facere non oportet.inf. de verbo. ſignifi.qui dicit , quòd iſta promiſſio negatiua , facere non oportere,habet hanc ſignificationem,vt abſtineat ab eo facto, quod

quod contrà conuentionem fieret, & curare ne fiat. Item per
istam.l.dicit glo.not.22.q.vlt.in d.cap. de forma.in glo. in versi.
cons.quòd in omnib.promissionib.negatiuis, vt cùm dico pro
mitto, quòd non faciam, non solùm teneor non facere, sed
3 etiam curare debeo, vt non fiat. ¶† Et ideo vasallus, qui iurat,
quòd nullum damnũ domino facie,tintelligitur iurare, quòd
nec ipse faciet, & quòd alios facientes prohibebit, sicut si quis
promitteret, quòd syluam non cædet nec vret, tenetur etiam
custodire ne alij vrant, vel cædant, vt l.in l.locationis.§.loca. ita
dicit glo.not.in d.c. de forma. ¶Intellige istum text. procedere
propter stipulationem præcedentem, propter quam expressè,
vel tacitè obligatus est curare, quòd alius non impediat, aliàs
cessante stipulatione, vel alio contractu secus esset, nam tunc
requiritur, quòd quis habeat facultatem prohibendi eo tem-
pore, quo aliquid illicitum fit.l.3.& l.in delictis.in prin.§.de no-
xa.secundum Bar.Ang.Imo.& Rapha.Cuma.hic.¶Item aliàs
secundum Bald.non teneretur quis de violentia suorum scu-
tiferorum.c.cùm ad sedem.de restitu. spolia.tu autem de hoc
vlt.dic, vt per Bar.in l.ne quid.§.de incen.rui.nau.& in l.j.§.fami
liæ.& in §.fin.§.de publ.per Bald.in l.apud antiquos.ad fin.C.de
fur.& in l.j.in princip.ff.ne quis eum qui.ponunt Cano.Host.d.
Anto.& d.Abb.in c.1.de restitu.spol.per illum text.in ver.ab Ec
clesiæ hominibus irrationabiliter expulsum, &c. est etiam bo-
nus text.in l.si seruus seruum.§.Proculus.& ibi Bart.& Flo.sup.
ad l.Aquil.& tex.in l.cuicunque.§.sed & cum fullo. §.de instit.
Ludo. Roma.in consi. 11. quod incip. in proposita quæstione
breuiter videtur dicendum, quòd statutum. & in consi.15. ꝙ
incip. plura sunt, quæ quæruntur. adde etiam prædictis, quòd
emphyteuta non tenetur de culpa suorum rusticorum.l.si vē-
dita insula.§.de peri.& commo.rei ven.quæ.l. est ad hoc valde
not.secundum Bald.in rub. extra de pact. in 4.colum. intellige
sanè, quando emphy. aliter non promisisset per eum non fieri
per istum tex.& prædicta.¶In glo.fin.in fin. dum opponit de l.
qui autem. in prin. ff.de his, quæ in frau. & non respondet, re-
sponde clarius, quàm Bar. qui ponit duas solutiones, quòd ibi
debitor tenetur solùm ad non alienandum, & sic ad non dimi-
nuendum in fraudem creditorum, hic autem ex forma pro-
4 missionis tenetur etiam ad acquirendum.¶ † Extra glo.quærit
Barto. ad intel.huius.l. Creditor quitauit debitorem, seu fecit
quitationem de pecunia sibi debita, & promisit amplius non
petere sub pœna, an si procurator eius generalis petet, com-
mittetur pœna contra creditorem, ponit duas opiniones, dicēs
vltimam plus sibi placere, & cum Bar. simpliciter relato transit
Cuma.simpliciter hic. Aduerte, quia secundum primam opi-
nionem Barto. creditor incidit in pœnam duplici ratione. pri-
ma, quia debuit curare, ne peteretur à procuratore suo, quem
prohibere potuit, vnde si hoc non fecit, incidit in pœnam, vt
hac.l.& l.præcedenti.§.in hac.glo.in l.inter stipulantem.in prin
cip.ȷ̃.eod.Secunda ratio, quia creditor dicitur in culpa, ex quo
non vetuit procuratorem petere à tali debitore sic liberato, vt
est text.no.in l.si fideiussor.§.j.§.mand.istam opinionem tenent
Pau.de Cast.& d.Alexan.hic, & Lud.Rom. & dom. Alex.in l.
3.§.si procurator.§.quod quisque iur.Secun.est opinio de dire-
cto contraria primæ, quam Barto. tenet, quòd dominus non
incidit in pęnam, ex quo prohibet procuratorem re ipsa ne pe
tat in iudicio, faciendo ne instrumentum ad ipsum procurato-
rem perueniat.per d.l.amplius non peti.ff.rem ra.hab.q̃ nihil fa
cit, voluit allegare text. in l. Paulus respondit non tantum ver-
bis.ȷ̃.rem ra. hab. ergo non incidit in pœnam, quando pœna
committitur per petitionem in iudicio, secus si per actum fa-
cti extraiudicialem, vt hac.l.& §.l.proxi. §.in hac. Istam opi.te-
net Ioan.de Imo.tanquam benigniorem, ne in dubio quis inci
dat in pœnam.argu.regula.in pœnis.de regu.iur.in 6.& l.inter-
pretatione.& l.si præsens.ff.de pœnis. Aduerte, quòd illa verba
Barto.quòd dominus dicitur re ipsa prohibere, faciendo ne in
strumentum ad ipsum procuratorem perueniat, non explanat
Barto. de quo instrumento loquatur, dupliciter intelliguntur,
primò secundum Ioan.de Imo.hic, instrumentum, scilicet pro
curatoris specialis, & sic faciēdo, quòd procurator non habeat
speciale mandatum ad petendum tale debitum. secundò, &
melius intelliguntur verba Barto. secundum Cuma. & d. Pet.
de Bexu.hic faciendo ne instrumentum, scilicet de debito prin
cipali, & sic de causa principali ad ipsum procuratorem per-
ueniat, & sic ex quo non tradidit ipsi procuratori instrumen-
tum, per quod possit probari debitum, satis intelligitur prohi-
bere procuratorem ne à debitore petat, quia aliàs frustratoria
esset petitio, & molestatio procuratoris, post quam non habet
instrumenta spectantia ad causam, & probantia debitum, &
a ista secunda est propriè intentio Barto.¶Ego [a] vltra Scrib.sum
in noua opinione, quòd ista quæstio Barto.& Doct.sit vana, &
parum, imò nihil habeat dubitationis, & sic nouiter teneo, ꝙ
siue sit procurator generalis siue etiam specialis, quòd petendo,
à tali debitore nunquam faciat creditorem incidere in pœnā
& sic contra Bar.& omnes indifferenter moueor, quia ex quo
debitor habet quitationem sibi factam à creditore cum pa-
cto de non petendo amplius sub pœna, certè per talem quita-
tionem potuit repellere procuratorem, & generalem, & spe-
cialem à petendo, & sic potuit impedire per istam exceptionē
peremptoriam liquidam ne lis contestaretur, & sic omisit, &
non repulit ipsum procuratorem, vt facere debuit.l. procura-
tor cùm peteret.ȷ̃.rem ra.hab.in ver. exceptionibus procurato
ris excludi posset, quam Barto.alleg.sup.vnde aduerte, quòd li-
cet creditor fuerit in culpa in non certiorando procuratorem
de quitatione, & pacto de non petendo, & in prohibendo ne
peteret, tamen etiam ipse debitor.similiter fuit in culpa in non
opponendo procuratori de quitatione, ergo culpa domini
debet compensari cum culpa debitoris, præsertim cùm vtrius-
que culpa sit commissa in committendo.l.si ambo. in prin.su-
pra de compensa.& l.viro atque vxore.supra solu.matri. & tā
to magis ex quo creditor tractat de damno, ne incidat in pœ-
nam promissam, secus ex parte debitoris, & tanto fortius cre-
do, quòd hoc procedat, si debitor conuentus à procuratore
etiam speciali, non opponit exceptionem quitationis, & pa-
cti de non petendo sub pœna, & hoc malitiose omisit, vt credi
tor incidat in pœnam, dum malitijs hominum sit obuiādum.
l.in fundo.supra de rei ven.c.quanto.de diuor.cap. significantē.
qui matri.accu.pos.& c.plerunque.de rescr.Prædicta intelligo,
nisi dominus post quitationem factam debitori, & pactum
de non petendo, postea constitueret procuratorem specialem
ad petendum ab isto debitore quitato, tunc dominus dicere-
tur esse in dolo.l.dolus.supra mand.nam dicitur dolosè facere,
qui scienter facit rem sibi prohibitam. vt not. Comen.in cap.si
compromissarius.§.j.per illum text.de elect.in 6.& tunc dolus
creditoris præponderaret culpæ debitoris non opponentis, seu
non repellentis talem procuratorem. l.item si obstetrix.§. fin.
supra ad l.Aquil.& est glo.not.in l.cùm par delictum. ȷ̃.de reg.
iu.quæ notabiliter dicit, quòd sicut dolus præponderat culpæ,
similiter lata culpa præponderat leui.¶Item dum Bar. circa fi.
singulariter dicit, quòd dominus dicitur prohibere re ipsa pro
curatorem generalem ne petat, ex quo non dat sibi instrumen
ta facientia ad causam, & probantia debitum, quod petitur, li-
cèt omnes sic transeant cum Bar. si hoc esset verum, esset bene
singulare, & notatu dignum, sed mihi non videtur verum, eo
quia promissio de non petendo sub pœna committitur per
litis contestationem.d.l.amplius non peti.ff.rem ra.hab.fuit di-
ctum in l.si decem cùm petiero.sup.eod. Sed ad contestationē
litis non expediunt, nec requiruntur instrumenta debiti princi-
palis, quæ posteà sufficit in processu producere ante conclusio
nem in causa.l.peremptorias. C.sentē.rescin.non pos.& c.licèt
causam.de proba.Item si verum esset fundamentum Barto. ꝙ
dominus dicatur re ipsa prohibere procuratorem, ex quo non
dat sibi instrumenta debiti, & hoc ne incidat in pœnam, certè
idem in procuratore speciali, quia ex quo dominus non dat
sibi instrumenta fatientia ad causam, dicitur prohibere, ergo
etiàm tunc dominus non incideret in pœnam, cuius contra-
rium vult Bar.supra.

ADDITIO.

a ¶Ego vltra Scribentes. Aduerte, quia hic illa pœna apposita in stipulatione
negatiua, quæ est in gratiam debitoris, conuerteretur in suam pernitiem, aut
nihil operaretur.

SVMMARIVM.

1 *Debitor speciei liberatur, si ante moram illa res desinat esse in cōmercio.*
2 *Sicut debitor speciei perempta specie ante moram liberatur, ita etiam si*
seruus promissus ante moram manumitteretur, & sic eximatur à com
mercio nostro.

LEX LI.

1 IS, qui alienum. † Debitor speciei
liberat̃, si ante mo
ram illa res desinat esse in commercio. h. d. vel sic
proprius ad tex. Si seruus promissus manumittatur
sine culpa promissoris, liberatur promissor.h.d.& licet gl. 1. di-
cat istum tex.ideo dicere de seruo alieno, quia seruus proprius
promissoris vix posset manumitti sine aliqua culpa promisso-
ris, dic ꝙ imò sunt plures casus, in quib.serui possunt ad liberta
tem peruenire sine culpa domini.l.j.& per totũ.C.quib.ex cau.
ser.pro præmio lib.accip. & l.si quis in graui.§. si ex stipulatu.§.
ad Sylla.

ad Sylla.¶† Not.ex hoc tex. ꝙ ſicut debitor ſpeciei perempta ſpecie ante moram liberatur.l. ſi ex legati cauſa.ſ.eo.§.ſi ſeruũ. per tota.ñ.j.eo.quia impoſſibilis eſt præſtatio, vnde impoſſibilium nulla eſt obligatio, vt in regula impoſſibilium.j̃.de regu. iu.& l.impoſſibilis.ſ.eo. ita etiam ſi ſeruus ante moram manumitteretur, & ſic eximatur à commercio noſtro, promiſſor liberatur, quia etiam tunc impoſſibilis eſt præſtatio, nam manumiſſio ſimilis eſt morti.ita dicit in propoſito noſtro text. in l. ſi mihi alienum.ff.de ſol.& ſic iſto caſu æquiparatur impoſſibilitas naturæ, & impoſſibilitas iuris, de quo per glo.magiſtram in l.j.vbi Bar.ſ.de cõdi.inſti.aliam rationem aſſignat tex.in l.ſtatuliberum medio.§.illud.ff.de ſtatulib.quia promiſſor tenetur ad illud, quod poteſt per pecuniam redimi, libertas autem per pecuniam redimi, nec reparari poteſt.ita dicit ibi tex.

SVMMARIVM.

1 *In conuentionalibus ſtipulationibus interpretatio fit ſecundum mentẽ contrahentium.& nu.2.*

3 *In contractibus mens, & voluntas contrahentium magis debet attendi quàm verborum conceptio.*

LEX LII.

1 IN conuentionalibus. †In ſtipulationibus conuentionalibus verba dubia interpretantur ſecundum mentem contrahentium, in prætorijs at interpretatio ſecundum mentem prætoris.h.d. ſm Bar. & alios. Iſtud ſummarium eſt verum in ſe per text. in l.in prætorijs, quæ eſt.l.antepe.j̃.de præto.ſtipu. ſed non bene congruit verbis literæ noſtræ. vt ſtatim dicam. vnde ſumma aliter breuius, & proprius ad tex.Stipulationes conuentionales contrahentes formant, prætorias autem ipſe prætor.h.d.Iſtud ſummarium plus placet, quàm præcedens, quia tex. dicit formam contrahentes dant.& ſic loquitur text. de formatione, & non de interpretatione verbi dubij, & ſubaudi, vt facit Bart.inquantum tex.dicit formam dant, ſubaudi ideo eorum mens in ambiguo ſermone ſeruatur.Iſtud eſt verum in ſe.l.eum, qui calendis.in prin.ſ.eo.& l.ſemper in ſtipulationib.j̃.de reg.iu. ſed non bene congruit verbis tex. & dicũtur ſtipulationes prætoriæ omnes, quæ ab inuitis extorquentur, ſeu quæ ex neceſſitate interponunt ſecundum Dyn.Bar.& alios hic.Iſta.l. legitur altero de duob.modis.¶Vno modo in ſtipulatione iam interpoſita, & contracta, & iſtum intel.ponit gl.mag.in 2.ſolutione, & poteſt poni exemplum ſecundum Pau.de Caſt. in ſtipulatione damni infecti, ſi promiſiſti emendare omne damnum, ꝙ mihi contingeret ex ruina domus tuæ, intelligitur de damno contingente vitio operis, vel ædificij, quia de illis tantum edictum prætoris mandat caueri.l.fluminum.§.vitium. & §.ſeq.ſ. de dam.infect.nec debet tunc inſpici generalitas, ſeu vniuerſalitas verborum, quia fuerit dictum omne damnum, quia illa generalitas intelligitur, & reſtringitur ſecundum edictum prætoris, ſed in ſtipulatione conuentionali iam formata à partib. verba ambigua debent interpretari ſecundum mentem partium cõiecturatam, quæ ex multis percipitur, vt no.glo.in l.ſemper in ſtipulationib.j̃.de reg.iu.& dicam ſtatim.j̃.proxi. ¶Secundò modo legitur in ſtipulatione interponenda, ſeu formanda, vt intelligit glo.magna.in 3.ſolutione, & iſte intellectus eſt planior. nam ſi inter partes eſt dubium de modo interponendi ſtipulationem prætoriam, tunc venit interponenda ſecundum verba, & mentem edicti prætoris, cui nihil poteſt addi nec minui niſi per prętorem viuentem.l.j.§.fin.j̃.de præto.ſtip. vt hic per glo. & melius Pau.de Caſt.quia formis legalib.nihil licet addere, vel diminuere.l.cùm hi.§.ſi prætor.ſ.de tranſa.l.ius ciuile.ſ.de iuſt.& iu. & c.Piſanis.de reſti.ſpol.& ideo ſecundum Bald. quando contractus fiunt certa forma data à lege, vel à ſtatuto, ſicut eſt in aliquib.ciuitatib.in venditionib. communantiarum, illius formis nihil poteſt addi, vel minui, ſed in ſtipulationib. & conuẽtionalib. & voluntarijs formandis, partes debent inter ſe concordare de modo, & forma.facit.l. de dic. in prin.ff. qui ſatiſda. cog.quando autem ex conſenſu vtriuſque partis aliquid additur, vel detrahitur ſtipulationi prætoriæ, an efficiatur conuentionalis, an duret adhuc prætoria, dic vt per Bart.hic plenius, ꝗ

2 glo. *cum quo alij communiter tranſeunt.* ¶† No. eſt iſto tex.ſm intel.Bar.& communem, ꝙ in ſtipulationib. conuentionalib.fit

3 interpretatio ſm mentem ↄ̃hentium. ¶† Adde regulam generalem, ꝙ in ↄ̃ctib. mens & voluntas [a] ↄ̃hentium magis debet

a attendi. quàm verborum conceptio, ita dicit formaliter text. no.in l.fi.C.quæ res pig.obli.poſ.& in l.cõuentionalib.j̃.de verb. ſig.& in l.ſed Celſus.§.j.ſ. de contrahen.empt.& in l.ita ſtipulatus.verſi.Sabinus.in verb.ex ſententia ↄ̃hentium.vbi gl.j̃. eo.d. Alex.in conſi.125.quinti vol.quod incip. attentis verbis inueſtituræ.in fi.alibi dixit gl.valde no.in l.ſi in venditione.in gl.fi.ſ.cõmu.prædio.cauſam verborum & mentem ↄ̃hentium inſpiciẽdam non tm̃ ſignificationem verborum, quam gl. Bal.& Pau. de Caſt. ibi reputant valde tenendam menti. alibi multũ egregiè no.Bal.in l.etiam.in primo no.per illum tex.C.de iu. do.ſenſum in ↄ̃ctib.magis eſſe ſpectandum, quàm verba, vt ibi & l.3. §.conditio. ſ. de adimen. leg.nam habito ſenſu habemus finẽ, ſiue finalem intentionem, & habito fine non curamus de modo ſiue qualitate verborum.& hoc eſt verum, vbi de conſenſu conſtat, ſiue per legis interpretationem, ſiue per naturalem rationem, vel per æquitatis ſuggeſtionem, vel per aliqua indicia, dum tamen iſte ſenſus poſſit aliquo modo ex verbis concipi.l. Gallus.§.j.ff.de lib.& poſth.l.ſi alij.vbi notatur.ff.de vſu & vſuf. leg.facit tex.in c.intelligentia.de verb.ſigni.& 1.q.1.c. Marchio. ita ibi pulchrè Bal.Item vbicunque de volũtate ↄ̃hentium apparet, quamuis verba ſint ambigua, ſemper intentio præferenda eſt, cùm nunquam verborum ſeries potentior ſenſu exiſtat. l.3.ad fi.C.de lib.præte. ſecundum Ang. in conſi.2. quod incip. certum eſt.in pen.col.

ADDITIO.

a ¶Mens, & voluntas. De quo vide, quæ ſcribit Nat. conſi.34.col.j. conſi.164. col.fi.in fi.Dec.conſi.492.nu.6.Boer.q.183.col.3.par.j.Rolan.conſi.21.num. 16.lib.2.& ꝙ in contract.magis attendatur mens, quàm verba, not. Ale.cõſi. 34.nu.3.lib.2. vbi num.8.ꝙ etiam in ſtipu. & contrac. ſtricti iuris attenditur mens.per quam extenduntur, & declaratur verba, in dubio tñ melius eſt verbis contrahen. deſeruire.l.j.§.ſi is, qui nauem.ff.de exercit. verborum.n.certitudo declarat certitudinem intellectus, teſte Aym.conſi.47.nu.2.à quib.verbis, & denominatione contrahentium alijs coniecturis in contrarium non apparen.non eſſe receden. ſcribit Rol.conſi.96.nu.15.lib.2. licèt cauſam verborum & mentem magis, quàm verba inſpicien. dixerit Dec. conſi.70.col.2. ex gl. in l.in venditione.ad fi.ff.cõia præd.etiam ſi verba repugnarent. l.ſi tibi.ff.ſi cert.pet.Qua in materia, & de verbis contract. quomodo attendi, & intelligi debeant, plura ponit Neuiz.conſi.92.vbi nu.31. ꝙ verba inſtrumenti reduci debent ad naturam contractus, & ſubiectam materiam, & ibi declarat Reg.Iaſ.hic, & quando contrahendi forma, & natura contract.potius attendatur, quàm verba.d.conſi.1.nu.12.vſque ad 53. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio vacuam poſſeſ.tradi, continet cauſam bonorum.*

2 *Poßeßio dicitur vacua, quæ à nemine neque animo neque corpore poßidetur.*

3 *Ad tranſlationem dominij non requiritur, quòd tradatur poſſeſ. vacua.*

1 §.Si quis. †Stipulatio vacuam poſſeſſionem tradi,

2 continet cauſam bonorum.h.d.¶†In tex. ibi, vacuam poſſeſſionem.adde, ꝙ dicitur poſſeſſio vacua, quæ à nemine neque animo neque corpore poſſidetur. ſecundum gl.in l.fi.in ver.vacuam.C.vnde vi.vbi etiam glo.ſubdit, ꝙ non eſt differentia inter vacuam, & vacantem, & glo.in l. improba. in ver.in vacuam.C.de acqui.poſ.& glo.in l.non id circo. C.de fid.inſtru. vnde non dicitur vacua poſſeſſio, ſi alius poſſidet naturaliter, vel ciuiliter, ſed bene dicitur vacua, ſi alius habeat ſolam detentionem ſimplicem, vt colonus, vel inquilinus, dum tamen ius detentoris non ſit potentius iure illius, cui poſſeſſio vacua tradi debet, vt eſt tex.iuncta gl.in l.2.§.j.ſ.de actio. emp. bene autem dicitur vacua, licèt ſit obnoxia ſeruituti reali.l.Meuius.§.fundo.ſ. de lega. 2. ſed non diceretur tunc eſſe libera. l.ſi pro fundo.C.de tranſac.& iſta bene nota, quia quotidie dicitur in inſtrumentis, promiſit tradere poſſeſſionem vacuam, liberam, & expeditam, nam licèt videantur prima fronte eſſe verba ſuperflua, tamen non ſunt, & quid vnumquodque importet, patet ex prædictis, ſm Ang.Imo.& do.Alex.hic, & Bart.in l. 2.§.j.& in l.3.§.j.ſ.de actio.empt.& notab. Bar.in d.l. Meuius.§. fundo ad fi. cum concord.hic traditis per d.Alex.¶Adde etiã ꝙ poſſeſſio interdum dicitur plena, vt eſt illa, quæ poſſidetur. interdum ſemiplena, vt eſt illa in qua aliquis eſt cauſa legatorum, vel rei ſeruandæ. interdum vacua, & hoc contingit trib. modis propter abſentiam, vel propter negligentiam, vel quia ſine ſucceſſore quis decedat.ita declarat gl. magiſtralis in §. qđ autem.in ver.loci vacantis.inſti.de vſucapio.quæ gl. non eſt alibi in iure ſecundum Ang.in l.ſi me in vacuam.ſ.de acq.poſſeſ.

a Aduerte etiam,[a] ꝙ ad tranſlationem dominij non requiritur, quòd

ADDITIO.

a ¶Aduerte etiam. Adde, ꝙ iſta eſt vna addi.Alex.ad Bar.in l.2.§. vacua poſſeſſio.in prin.ſupra de actio.empt.vbi vide.

3 † quòd tradatur poſſeſſio vacua.glo.eſt in l.cùm res,& ibi Bar.
& Bal.C.de proba.per tex.in l.ſi fundum. ſ̃.de fun.do. hinc eſt,
quòd licet obligatus ad dandum teneatur transferre dominiũ,
quia dare eſt dominium transferre.l.vbi autem non apparet.§.
fin.ȷ̃.eo.& § ſic itaque.inſti.de actio. non tamen tenetur trade-
re poſſeſſionem vacuam,niſi expreſſum ſit.gl. in l. ſi ſtipulatus.
in prin.in ver. ſtipulatus. ſupra de vſur. eo quia dominium po-
teſt transferri, licèt non tradatur poſſeſſio vacua, vt etiam ibi
declarat Barto.tamen ſecus eſt in vſucapione, quæ non poteſt
procedere,niſi habeatur poſſeſſio vacua,ſecundum Barto. in l.
Celſus.in 2.colum.poſt glo.ibi,ſupra de vſucap.Cyn.in l.tradi-
tionibus.ad fin.C.de pactis.¶In text.ibi,ſed cauſam bonorum.
iſta verba intelliguntur quinque modis, trib. per glo. & duob.
alijs per Mod. vt ſtatim dicam in glo. ¶Capio glo. 1. in verſi.
non nudum. Iſta glo. eſt facta principaliter timore contrarij. l.
ſi rem tradi.ſ̃.eod.quæ videtur directò contradicere huic. §. &
propter hoc contrarium glo.ponit duos intellectus, ſeu duas
lecturas ad iſtum text.Secunda ibi, vel ſecundum Azo. prima
lectura eſt,ꝙ text.intelligit cauſam bonorum,ideſt intereſſe,ꝙ
cauſam,ideſt,vtilitatem continet,quia ſi non tradatur, vel ma
le tradatur,venit intereſſe, & ſic non continet proprietatem, &
hoc modo ceſſat contrarium.d.l.ſi rem tradi. contra iſtum in-
tellectum glo.opponit,ſi ſtipulatio vacuam poſſeſſionem tra-
di continet intereſſe, ergo etiam cõtineret fructus, qui poſſunt
peti vt intereſſe, & tamen iſtud eſt falſum, quia iſta ſtipulatio
vacuam poſſeſſionem tradi,non continet fructus, vt l. 3.§.j. ff.
de actio.empt.glo.fatetur contrarium, quòd non continet fru
ctus principaliter niſi à tempore moræ, vel litis conteſtatæ.in
hoc vlt.dic melius,vt per Barto.in l.ſi filiusfami.§. j. ȷ̃.eo. & per
Imo.hic,deinde gl.hic contra hoc opponit,& ſoluit,vnde ſub-
diuide primam partem principalem in tres particulas. In pri-
ma timore contrarij.d.l.ſi rem tradi.ponit primum intellectũ,
quòd illa verba cauſam bonorum intelligantur,ideſt,intereſſe,
& iſtum intellectum poſteà perficit glo.ȷ̃.dum dicit,item non
proprietatem. In ſecunda contra iſtum intellectum glo.tacitè
opponit, ſecundum quod ſtatim formaui oppoſitionem, &
ſoluit fatendo contrarium. In tertia contra ſolutionem oppo-
nit,& ſoluit.Secunda ibi,fructus autem. Tertia ibi, ſed contra
inf. eo.tit. ¶In ſecunda parte principali gl.ponit duos intellect.
Azo.quòd verbum cauſam bonorum intelligatur,ideſt domi
nij.iſtum intellect.tenent glo. Bart. *& communiter Doct.* pro iſto
intellectu videretur facere text. in d.l. ſi ſtipulatus, in prin.ſ̃.de
vſur.ibi,effectum per traditionem dominij transferendi conti-
net,ſed ille tex. loquitur, quando eſt verbum dari vltra verbũ
tradi,vt ibi per gl.& gl. hic, ſed verbum dari importat transla-
tionem dominij,vt dixi.in tex.tenendo iſtum intellectũ ad cõ-
trarium.d.l.ſi rem tradi.gl.dupliciter reſpondet. Primò, ꝙ hic
p̃cedebat ↄ̃ctus, de cuius natura venit translatio dominij,vt in
venditione ſi vendens eſt dominus.l.ex empto.in prin.ſ̃.de act.
empt. ideo tunc in illa ſtipulatione vacuam poſſeſſionem tra-
di, venit translatio dominij. ita loquitur iſte tex. aliàs procedit
ↄ̃rium.Iſtam ſolutionẽ tenent Bar. *& communiter alij*, & dicunt
Imo.& d.Alexan.ꝙ iſta eſt vera ſolutio.ſm iſtam ſolutionem,
no.ꝙ vbi ſignanter quis tenetur ex natura contractus per eum
celebrati transferre dominium, vt eſt venditor, certè promit-
tendo ſimpliciter vacuam poſſeſſionem tradere, videtur pro-
miſiſſe etiam translationem dominij, licèt verba non videan-
tur hoc importare. ¶Sed aduerte,illa communis ſolutio ni-
mium diuinat,& reſtringit vtrunque tex. cùm vterque tex.ſim
pliciter loquatur, & vtrobique ponuntur duæ regulæ genera-
les,quæ iſto modo intelligendo nimium reſtringerentur. Item
ambæ iſtæ.ll.ſunt ſub eo.tit. ita ꝙ materia tituli non poteſt in-
ducere,ꝙ magis in vna præcedat cauſa habilis ad translationẽ
dominij,quã in alia,& ſic illa cõmunis ſolutio videtur deſtrue
re vtrunque tex. ¶Secunda ſolutio gl. eſt, vt fiat differentia,an
quis promittat fundum tradi,& tunc procedit ↄ̃rium. aut pro
mittat vacuam poſſeſſionem tradi, & tũc procedit iſta lex. iſta
ſol.magis ſe accommodat ad verba vtriuſque tex.ſine alia ſub
auditione, vel impropriatione. ſed iſta differentia eſt falſa & ↄ̃
tex.in l.ratio.§.j.ſ̃.de actio.emp.vbi,qui ſtipulatur fundum tra-
di ſimpliciter,videtur ſtipulari vacuam poſſeſſionem tradi, &
ſic iſte ſecundus intellectus Azo.approbatus per gl.Bar. *& com
muniter* non vr̃ bene poſſe ſtare. ¶Tertiò modo intelligitur iſte
tex.per gl.fi.hic,ſm Rom.de qua lectura Bar. non facit mentio
nem,videlicet cauſam bonorum.i. vt in eadẽ cauſa bona præ-
ſtentur,in qua tunc erant cùm ſtipulabatur. iſte intellectus etiã
non vr̃ bonus, quia ſentit fructus venire à tempore ſtipulatio-
nis,ↄ̃ l.cùm fundus.in prin.ſ̃. ſi cer.pet. ¶Quarto modo expo-
nit d.Chriſto.de Caſtil.cauſam bonorum.i. ꝙ ſtipulatus ſit po-
tior in lite,& poſſeſſione,vt l.emptorem.§.j.ſ̃.de act. empt.ſed
certè iſtud eſſet effectus bonorum,& non cauſa.¶Quintò mo
do ex ponit Cuma.hic,vt tex. velit dicere cauſam bonorũ.i.vt
res ſit in bonis ſtipulantis,nã in bonis dr̃ quid eſſe,qñ habet re-
tentionem,& actionem ſi à poſſeſſione cadat.l.rem in bonis.ſ̃.
de acq.re.dom.vnde ſi promiſiſti tradere vacuam poſſeſſionẽ,
non liberaris ſi tradas,ita vt ſi ab ea cadam non poſſum recupe
rare,vnde ſi violentam poſſeſſionem tradis nõ liberaris. d.l.em
ptorem.§.j.ſ̃.de actio.emp. quæ.l. ſm eum declarat iſtum text.
& ſequitur d.Pet.de Bexu.pro iſto intellectu adde tex.in l. ſi rẽ
meam.ȷ̃.de ſol.ſed iſte intellectus non tollit difficile ↄ̃rium de
d.l.ſi rem tradi.quare hoc idem non veniat ibi,ſicut hic.& pro
pterea cùm melius non occurrat,non recedas à cõi intellectu
Azo.approbato per gl. Bar. & alios, ꝙ ſtipulatio vacuã poſſeſ-
ſionem tradi,habet annexam cauſam bonorum.i. dñij,præce-
dente cauſa habili ad translationem dñij,vt hic,& d.l.ſi ſtipula
tus.in prin.ff.de vſur.aliàs ſecus.d.l.ſi rem tradi. ſ̃.eo. ita neceſſe
eſt ſubaudire,vt iſta iura concordentur.l.vnica.C.de inoffi. do.
& c.cùm expediat. de elec. in 6. non omitto etiam pro primo
intellectu gl.ꝙ iſta verba cauſam bonorum,accipiantur pro in
tereſſe,& vtilitate,allego tibi ad hoc tex.forma.in l.j.§. ante adi
tam.ver.hæc actio.& ver.præterea.ſ̃.ſi quis teſt. lib.eſſe iuſ. fue.

SVMMARIVM.

1 *Vtilius eſt capitula contractus ſpecificare, quàm ſub generali clauſula concludere.*
2 *Generalis confirmatio non porrigitur ad id, quod eſt ſpecialiter caſſatum.*

LEX. LIII.

1 STipulationes. † Vtilius eſt capitu-
la ↄ̃ctus ſpecificare,
quàm ſub generali clauſula concludere.h.d.Allega
tur iſta.l. ſm Bar. & alios, ꝙ clauſula generalis non
refertur ad ſpecificata.ad idẽ tex. in l.doli clauſula. vbi plenius
Bar.& alij.ȷ̃.eo.& tex.in l.cohæredi.§.qui patrem.ff.de vulga.&
pupil.& in l.ſanctio legum.ff.de pœnis.& in l.alimenta.§. baſili
cæ.& l.Stichus nutricis.ff.de alim.& cib.lega.& in l. vxorem.§.
a fœliciſſimo.ff.de leg.3.Adde [a] ad iſtam reg.ꝙ generalis confir-
2 matio non porrigitur ad id, quod eſt ſpecialiter caſſatum. † gl.
eſt valde no.in l.ſi quis priore.in gl.fi.& ibi Barto.ff.ad Treb.&
iſta gl.eſt ad hoc ſing.ſm Bal. in c.ſi proponente. de reſcri. ¶In
gl.prima ibi,vt eſſe.i.comedere, & bibere, fortè promittendo,
ꝙ animal venditum bene edat,& bibat,deinde ſubdit gl.ad qd
teneatur ſcriptor, qui promiſit librũ ſcribere, quia debet ſcri-
bere ſuo atramento,& calamo, quia debet habere inſtrumen-
ta ad opus ſcribendi neceſſaria. l.ij.§. ſi conſeruatis.ff.ad l.Rho.
de iactu.gl.in l.quoniam liberi. in verſi.ſumptus.C.de teſt.Bald.
in l.j.C.de verb.ſig.nec debet de noctè ſcribere, quia melius eſt
ſcribere de die, quia opera diurna melior eſt.l.j.ff.de ope.lib.&
l.ij.§.j.de verb.ſig. nec debet ſcribere per diſcipulum, quia me-
lius fiet per magiſtrum,vt etiam dicit glo. & ibi Bar. in l.j.C.de
mancip.& co. patrimo.lib.11. & quia non eſt diſcipulus ſupra
magiſtrum.Matth.10.Euangelio, & text.6.q.1.in c. ſacerdotes.
& c.oues.& dum gl.ſubdit, ꝙ debet ſcribere ſine titulis,intelli-
ge,ideſt,imbreuiaturis,non autem intelligas ſine rubricis, quia
ſcriptor, qui promiſit ſcribere librum, tenetur etiam ſcribere
rub.vt eſt glo.in prooe.Sexti.in verſi.titulis.quam glo. dicit eſſe
ſing.dom.Abb. in prooemio Grego. in 10. colum. in prædictis
tamen attendi debet conſuetudo.l.excepto.C.loca.gl.in l. ſem-
per in ſtipulationib.ff.de regu.iu.glo.in l.4.§. in commiſſoria. ff.
de l.commiſ.

ADDITIO.

a ¶Adde.Vide tu in propoſito Inno.in c.ex literis.de iure patr. quem refert, & ſequitur Lud.ſing.56.ꝙ in generali conceſſione non veniunt ſpecialia.

SVMMARIVM.

1 *De eodem genere ad idem genus fit compenſatio.*
2 *Stipulatio vnius operis eſt indiuidua numero.*
3 *In promiſſione operis, & ſic facti ſuccedit obligatio ad intereſſe.*

LEX LIIII.

IN ſtipulationibus. Stipulatio ſpecierum
inter dominos ſerui ſtipulantis, vel hæredes ſtipula
toris diuiditur per quotas, ſed ſtipulatio generum
diuiditur numero: ſimiliter ſtipulatio plurium operarum diui
ditur numero, ſed vna opera ſui natura indiuidua eſt.h.d. tota
iſta.l. ¶Not.1. ꝙ differentia eſt inter obligationem ſpecierum,
quæ

C.de edic.diui Adri.toll.ſimiliter in ꝯctib.ſuperflua eſt illa clauſula,caſſantes,& irritantes omnem alium ꝯctum præcedentē, q̄a hoc tacitè intelligitur,q̃uis non ſit expreſſum. c. 1. de tranſact.& ibi Bal.ad hoc not.& reputat ſing. ¶Sed aduerte,q̄a alibi dicit egregius text.in l.pediculis.§.Labeo.ff.de auro, & arg. leg. ꝙ non mutat ſubſtantiam rei multiplicatio verborum nō neceſſaria.alibi dicit text. ꝙ ea, quæ dubitationis tollendæ cauſa in ꝯctib.inſeruntur,ius cōe non lædunt. ita dicit text. in l.qui mutuum.in prin.s̄.mand.& in l.quæ dubitationis. j̄.de reg.iur. alibi dicunt multum ſignanter Hoſt. Io. And.& d.Ant.de Butr. in c.nimis iniqua.circa fin.de exceſ.præla. ꝙ in literis, in inſtrumentis, & in priuilegijs non poſſunt vnq̄ nimis ſpecificari ſpecificanda, ad malignorum ſophiſticam interpretationem tollendam ꝙ bene no.¶In gl.prima ibi,quem ſolum, dic melius, idem eſſe etiam ſi credebat alios futuros hr̄des, adhuc iſte tex. procedit,eo q̄a adhuc militat ratio huius tex.q̃ aſſignaui in primo not. q̄a Titius non potuit obligari niſi pro illa parte, pro qua erit hr̄s,q̄a pro alijs cenſetur extraneus,& ita ꝯ gl.etiam tenet Imo.Cum.& d.Alex.hic. tu adde, ꝙ ꝯ glo.fortius ſtringit, q̄a ſi promiſſor credebat Titium ſolùm nominatum ſibi futurum hr̄dē, vt dicit gl. tunc non eſſet dubium, ꝙ non appoſuit nec nominauit perſonam Titij,vt alios hr̄des excluderet,& q̄a vellet alios hr̄des eſſe liberatos, ſed q̄a putat illum ſolum futurum hr̄dē.d.l.tale pactum.§.fin. s̄.de pact. & ſic tunc non procedit iſte text.in verſ.q̃uis.nec poſſet procedere obiectio ibi formata in text.¶Capio gl.in verſ.inutile.q̃ diuide in duas.In prima opponit, & dupliciter ſoluit. In ſecunda idem facit. Secunda eſt ibi,Item contra.j̄.eod. l.continuus.§.fin. ¶In ead.gl. ibi,ſolutio ibi erat.iſtam ſolutionem ſequitur Ang. ſed nihil valet, & reprobatur per Imo. & Alex. & bene per iſtum text. in verſ. & q̃uis. Item, quia promiſſor non poteſt etiam expreſsè vni hr̄dum prouidere,& alios inſolidum obligare, q̄a pro partibus pro quib.non ſunt hr̄des,cenſentur extranei,ergo expreſſa nominatio nihil facit, vt latè dixi in text. in primo not. ¶In
* ead.gl.ibi,Item hic ad obligandum.iſta ſecunda ſolutio *eſt vera,& communis*,q̃ declara melius q̃ glo. nam ibi loquitur in pacto de non petendo ab vno ex hr̄dib.ꝙ principaliter tendit ad liberationem illius pro ea portione, pro qua eſt hr̄s, & illud ſibi prodeſt,& parit exceptionem, ſed iſte tex.loquitur in pacto obligatorio, ꝙ principaliter tendit ad obligandum iſtum Titium inſolidum,pro parte poſtea inſtitutum hæredē,ſed promiſſor non poteſt eum obligare,niſi pro ea parte, pro qua eſt hæres,q̄a pro alijs partib.eſt extraneus, & extraneum obligare non poteſt.d.§.ſi quis alium. inſtit. de inutil.ſtip.& declaraui in tex.quę ratio ceſſat in pacto liberatorio vnius ex hr̄dib.de quo loquitur ꝯrium, & ſic in conuentione obligatoria adiectio vnius hr̄dum nihil operatur, & nihil valet, imò reiecta nominatione illius perſonæ, & omnes hæredes pro rata hr̄ditaria tenentur,vt hic,ſed in conuentione liberatoria,& ſic in pacto de non petendo adiectio vnius hęredum valet,& illi ſoli prodeſt, vt ibi, quia pactum liberatorium non reſpicit ſubſtantiam obligationis, ſed ſolùm eximit perſonam ab obligatione; vel ab obligationis executione, ꝙ fieri poteſt.l. idem in duobus.§.1.s̄. de pactis,ſecundum Bald.in d.l.auus.in lect. antiqua,eod.tit.de pact. Nec huic ſolutioni obſt. iſte text. in verſ. & quamuis,qui innuit,ꝙ in iſto text. videtur actum,ne ab alijs hæredib. quàm à Titio peteretur, & tamen ſubijcit text. ꝙ inutile eſt tale pactum de non petendo ab alijs hæredib. & ſic vult, ꝙ tale tacitum pactum liberatorium eſt inutile,& ſic vult, ꝙ tacita liberatio aliorum hæredum non valeat, ꝙ videtur eſſe contra d.l. auus,& contra iſtam communem ſolutionem, quia aduerte, ꝙ in iſto text. pactum principaliter tendebat ad obligandum ſolum Titium nominatim, & licèt ex hoc reſultaret tacitum pactum,ꝙ ab alijs hæredib.non petatur,quia qui vnum includit, videtur cæteros excludere, vt dixi in text. vnde aduerte ſi non valet expreſſum,ꝙ Titius ſolus inſolidum obligetur, non valet etiam tacitum, ꝙ in conſequentiam reſultat. l. 3.§.fin.ff. de ſer.ruſti.prædi. & l. ſi in diem.§. 1.s̄. de cond. & demon.quia ſi non valet, ꝙ principaliter agebatur in expreſſo, non debet etiam valere id,ꝙ tacitè in conſequentiam venit, & ſic in hoc text.illud tacitum pactum intelligitur factum ob cauſam, ſi Titius erit obligatus in totum,vt declarat Bart. in l.continuus. §.fin.in vlt.col.j̄.eod.ſed in d.l.auus. pactum liberatorium fuit principaliter,& expreſsè validum, & ita etiam declarant Ang. & Mod.& clarius cæteris Pau. de Caſt.hic, & iſtam ſolutionē tene reiecta alia ſolutione, quam Bart. hic per verba obſcura ponit,dum dicit,ꝙ ibi ex poſtfacto, hic verò in ipſa obligatione cùm conciperetur, & ſic ibi pactum fuit appoſitum ex interuallo,ꝙ non caret diuinatione ad d.l.auus. Item iſta ſol.Bart.
* prout etiam dicit d. Petr. de Bexu. videtur eſſe *contra communem regulam*,quæ habet,ꝙ pacta incontinenti appoſita,quia inſunt, fortius debent operari,quàm quando apponuntur ex interuallo.l.lecta.verſ.dicebam.s̄.ſi cert.pet.¶In ead.glo.ibi,ſolutio,ibi ſtipulator.iſta ſol.eſt contra.d.l.continuus.§.fin. primo reſpon-
5 ſio,vnde teneas ſecundam ſolutionem glo.† quia obligatio facti indiuidui poteſt conferri in perſonam vnius hæredis, quia illa non diuiditur per l.12.tab.quia in indiuiduis quilibet hæredum repreſentat defunctum inſolidum. l. 2. §.ex his, & l.4.§. Cato.s̄.eod.ideo promiſſor vnum hæredem poteſt inſolidum obligare,intellige in obligatione facti affirmatiui, ſecus in obligatione facti negatiui,per te,& hæredem tuum nō fieri, quia cùm in ea veniat intereſſe ſi contra fiat, hæredes tenentur omnes ad non factum.l.Iul.in princ. j̄. eod.quia intereſſe, ꝙ in ea venit,eſt dubium inter hæredes ſtipulatoris.l.ſtipulationes non diuid.verſ.Celſus.j̄.eod.de quo tamen dic,vt plenius per Bart. & omnes in d.l.continuus.§.fin.j̄.eod.

S V M M A R I V M.

1 *Filio adiecto ad ſolutionem, etiam poſt emancipationem poteſt ſolui, ſecus ſi fuerit adiectus ad obligationem.*

2 *Quando quis ſtipulatur alternatiuè dari ſibi, aut filio, vel dari ſibi, aut extraneo, tunc filius, vel extraneus dicitur adiectus ſolutioni, & non obligationi, amplia tamen, & limita, vt infra numero.* 3. 4. 5. 6.7.

8 *Facultas ſoluendi adiecto non tollitur per emancipationem.*

9 *Quando pater ſtipulatur ſoli filio, tunc filius cenſetur adiectus ad obligationem, & conſequenter ei ſolui non poteſt, niſi contractus eſſet geſtus cum filio, vel cum ſeruo, vel cum monacho, quia tunc eis poteſt ſolui, vt num.* 10.& 11. *idem etiam ſi contractus ſit factus cum procuratore, vt num.* 12.

13 *Procurator conſtitutus ad contrahendum, cenſetur habere mandatum ad ſolutionem recipiendam, & ſic procurator conſtitutus ad vendendum, poteſt pretium recipere.*

14 *Si extraneus adiectus ſolutioni mutet conditionem ſuam, non poteſt ei ſolui.*

1 §.Qui ſibi,aut filio. Filio adiecto ad ſolutionem, ēt poſt emācipationem poteſt ſolui, ſecus ſi fuerit adiectus ad obligationem.hoc dicit.Diuiditur in quinque partes. In prima ponitur vna deciſio.In ſecunda ponitur eius extenſio. In tertia ponitur
3 illatio ex extenſione. In quarta reſpondet tacitæ obiectioni.In quinta,& vlt.ponit aliam deciſionem.Secunda ibi,neque.n.intereſt. Tertia ibi, quare vel manenti. Quarta ibi, nec ad rem. Quinta,& vlt.ibi, quòd ſoli filio. ¶In text.ibi,nec ad rem pertinet,ideo non obſtat prædictis, & ſic reſpondetur obiectioni, quæ poſſet fieri contra determinationem præcedentem, quia ſi ſtipulor dari filio meo non appoſita perſona mea, non poteſt ei ſolui, vt in verſ. fin. ergo multominus ſi appono perſonam meam,ſtipulando dari mihi aut filio,reſpondet Iuriſcon. eſſe contrarium,nam qn̄ appono perſonam meam,volo mihi acquirere obligationem per memet,& non mediante perſona filij, ideo tunc adijciendo perſonam filij, videor ſolùm adiecisse ad ſolutionem recipiendam; ideo poterit debitor ſibi ſoluere, ſed quando ſolùm apponitur perſona filij in ſtipulatione, tunc apponitur ad obligationem acquirendam non autem ad ſolutionem recipiendam, ideo tunc filio non poteſt ſolui,quamuis ſit perſona coniuncta,vt hic in verſ.fin.& dum text.ibi dicit obligationi magis, &c. dictio magis,ſtat electiuè
2 non comparatiuè. ¶† Not. primò ex iſto text. quòd quando quis ſtipulatur alternatiuè dari ſibi, aut filio, vel dari ſibi, aut extraneo, tunc filius, vel extraneus dicitur adiectus ſolutioni, & non obligationi, & ſic debitor poteſt efficaciter ſoluere tali adiecto,vt hic,& l.ſed & ſi filiofam.§.1.s̄.de conſt.pec.rationem aſſignat tex.ibi, [quia adiuncta ſua perſona ſtipulator efficit,vt non contrahendæ obligationis, ſed ſolutionis cauſa perſona filij, vel extranei adiecta intelligatur.] Sed punctus eſt videre,quæ ſit ratio rationis reſponde, quia quando pater ſtipulatur ſibi aut filio, certè obligatio acquiritur, & fundatur ex perſona patris ſtipulantis,& acquiritur ipſi patri, vnde poſteà dicendo aut filio, perſona filij non poteſt intelligi adiecta obligationi,quia iam obligatio erat quæſita patri ex perſona ipſius patris. vnde ſi iterum acquireretur ſibi ex perſona filij, eſſet fruſtratorium.argum. l. qui bis idem. s̄. eod. vnde ne perſona filij videatur fruſtratoriè adiecta, intelligitur adiecta ad ſolutionem recipiendam, vt ei ſolui poſſit, ſimiliter quando quis ſtipulatur dari ſibi,aut extraneo,perſona extranei dicitur adiecta ſolum ſolutioni, quia ſi intelligeretur adiecta obligationi,fruſtra eſſet, & nihil valeret, ex quo per talem ſtipulationem non poteſt acquiri obligatio ipſi extraneo, nec perſonæ extranei ſtipulari. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ſupra eod. ne ergo

adiectio

adiectio extranei reddatur frustratoria & inutilis, censetur ex-
traneus adiectus solutioni recipiendæ, sed qn̄ pater stipulatur
dari soli filio, tunc nulla obligatio est quæsita nec fundata in p-
sona patris, vnde pater intelligitur tunc stipulari filio, vt me-
diante organo, & persona filij acquiratur obligatio patri, & tūc
filius censetur adiectus obligationi, & non solutioni, vt.j.hoc.
§.in vers.fin. Et si diceres, qn̄ pater stipulatur sibi aut filio, quare
non dicimus ècōtra, ꝙ filius censeatur adiectus obligationi,
& pater solutioni? rn̄de, quia verisimilius est, ꝙ pater voluerit
sibi ex persona sua quærere obligationem, & nō ex persona fi-
lij, quia licèt obligatio possit quæri patri ex persona filij, qn̄ pa
ter stipulatur, tn̄ cùm possit immediatè quæri patri ex stipula-
tione patris, frustratorium esset, ꝙ sibi quæreretur per filiū, qa
istud esset per quendam circuitum, qui est euitandus, qn̄ pōt.
l.dn̄s testō.ff.de cond.indeb.& cle.auditor.de rescrip. & sic ha-
bes rationem fundamentalem ad text. ¶Amplia istum tex.du
3 pliciter, deinde limita quinque modis. ¶†Primò amplia, vt pro
cedat, siue adiectus apponatur per alternatiuam aut, vt hic, si-
ue per aliam similem, puta vel seu, & alia similia ſm Bart. in l.
1.§.si fructuarius.per illum text.j.de stip.ser. Bart.Ang.Imo.&
Pau.de Cast.hic. ¶Secundo amplia istum text. vt procedat si-
ue præponatur persona stipulatoris, & posteà sequatur perso-
na adiecti, puta, mihi aut Titio promittis, siue ècōtra præpo-
natur persona adiecti ipsi stipulatori, puta, Titio aut mihi pro-
mittis, tn̄ isto secundo casu illi adiecto potest quæri actio, &
obligatio, vt in dote, & tunc ille tertius primò nominatus vide
tur adiectus obligationi, aliàs si non potest sibi quęri obligatio,
tunc illi adiecto poterit solui.l.Caius.s̃.sol.matr. & l. 1.§.pen.j.
de stip.ser.ſm Bart.& Pau.de Cast.hic, & facit, ꝙ statim dicā.
j.in 3.limitatione, & seq. ¶Limita istum text.non procedere,
qn̄ stipulator adiungit sibi alium per coniunctionem copula-
tiuam, vt puta, promittis mihi, & Titio, tunc, quia copula, &,
copulat ęque principaliter.l.1.cùm sim.s̃.de pec.leg.ille tertius
censetur principaliter adiectus ad obligationem, & non ad so-
lutionem, & quia illi tertio stipulari nō potuit.l.stipulatio ista.
§.alteri.s̃.eod.ideo quo ad partem illius nihil valet obligatio, &
habetur perinde ac si non esset adiectus, & solùm valet obliga
tio pro parte dimidia stipulatoris, quæ sibi stipulanti acquirit.
l.si mihi, & Titio.j.eod.& s̃.hac.l.in prin. & l.stipulatio ista.§.al-
teri.vers.eum, qui.s̃.eod.ſm Bart.Imo. Raph.Cum. & Pau.de
4 Cast.hic. ¶†Secundò limita istum text.procedere, qn̄ quis sti-
pulatur sibi aut alteri, & sic, qn̄ vnus tertius adijcitur stipulatio
ni, secus quando duo, vel plures [a] adijcerentur alternatiuè, pu-
ta, aliquis stipulatur sibi, & alijs duob. vel plurib. alternatiuè,
isto casu stiputatio non valet ratione incertitudinis, & sic nul-
li eorum potest solui.l.item si seruus.§. sed & si cùm duos.& l.
sed si ita stipuletur, & l.sed si sibi.j. de stip. seruo. secundū Bart.
sed aduerte, quia ista iura procedunt attento iure ff.orum, ho-
die autem per iura.C. videretur, ꝙ illa alternatiua posita inter
illas personas coniunctas resoluatur in coniunctam, & in co-
pulatiuam, per text.in l.cùm quidam.C.de verb.sign. & conse-
quenter vtrique eorum obligatio acquiratur, qn̄ adiecti sunt
tales, quib. per stipulatorem potest quæri obligatio, puta, quan
do seruus communis plurium dominorum, qui poterat cuili-
bet pariter acquirere, si stipulatur sibi aut primo aut secundo
dn̄is, vtrique acquiritur obligatio, ſm Ang. & Cum. hic. idem
tenet Bart.in d.l.item si seruus.§. sed & si cùm duos ad fin. vbi
tenet, ꝙ illæ.ll. sunt hodie correctæ per d.l.cùm quidā. ita etiā
tenet.Bart.in d.l.Caius.in vlt.opp.s̃.sol.matr.& in d.l.cùm qui-
* dam.circa fin.& ibi Bal. *& alij omnes* idem tenent, & idem Bal.
5 in c.inter cæteras colu.2.de rescrip. ¶†Tertiò limita, qn̄ pater
dat dotem pro filia in potestate, & stipulatur dotem reddi sibi
aut filiæ, tunc intelligitur stipulatus ſm ordinem iuris. s. reddi
sibi in vita eius, & filiæ hæredi post mortem patris, vel si aliter
efficiatur sui iuris, & tunc filia videtur adiecta obligationi.text.
est valde not.& sing.in l.vxorem.§.testamento.el.2.cum glo.in
verbo recuperauerit, & ibi expresse not. Bart.s̃.de leg.3.& hoc
est pp ius consolidationis, ꝙ filia potest habere in dote ratio-
ne communionis.l.2.in prin.& §. ꝙ si in patris.s̃.sol. matr.item
propter necessitatem quam habet pater in filia dotanda. l. ob-
ligamur.§.leg.s̃.de act.& oblig.& l.fin.C. de dot. promis. & ita
etiam tenent Ang.Imo.Pau.de Cast.& do.Alex.hic.Bart. & alij
6 in l.post dotem.in 3.lectura, & in l.Caius.s̃.sol.matr. ¶†Quar-
tò limita, quando extraneus daret dotem pro muliere, & stipu
laretur eam reddi sibi, aut mulieri dotatæ, nā fauore dotis ex-
traneus potest stipulari mulieri, & illi acquirere obligationem,
tunc mulier censetur adiecta ab obligationem, & extraneus
stipulans ad solutionem, & sic mulier sol.matr.potest indistin-
ctè agere ad dotem.text.est sing.in d.l.Caius.s̃.sol.matr.præser-
tim in ratione sui ibi, ne commodo dotis defraudetur, quem
text.ita intelligit, & declarat Bart.in d.l. Caius. vers.ad secundū
not.& illum casum reputant ad hoc sing. Pau. de Cast. & do.
7 Alex.hic. ¶†Quintò limita, quando pater aliquid stipulatur si-
bi in vita sua, aut filio post mortem, nam tunc filius censetur
adiectus ad obligationem.text.est in l.pater cùm filiæ.supra de
pact.dota.Ang.& Ioann.de Imo.hic, per quem text. dicit Bart.
in l.licèt Imperator.in vlt.col.s̃.de leg.1.ꝙ valet concessio em-
phyteusis facta hoc modo, concedo tibi emphy.in vita tua, &
8 post mortem tuam filijs tuis. ¶†Secundo not. ex text. ibi, vel
emancipato filio, ꝙ facultas soluendi adiecto non tollitur per
emancipationem, & sic per capitis diminutionem, & conse-
quenter per mutationem status, & sic licèt adiectus ad solutio
nem recipiendam mutet statum, & conditionem suam, non
* per hoc extinguitur mandatum, ratio est secundum Bartol. *&
communiter Doct.* quia hæc mutatio fit in melius, an istud sit ve-
rum, & quomodo procedat, reseruo plenè examinandum in
9 glo.2. ¶†Tertiò, & vlt.not.in vers. ꝙ si soli, ꝙ quando pater sti-
pulatur soli filio, tunc filius censetur adiectus ad obligationē,
& consequenter ei solui non potest, & sic apposito ad obliga-
tionem solui non potest, & si tu subtilis diceres, si apponitur
obligationi, & in consequentiam videtur apponi solutioni.l.
indebitam.s̃.de cond.indeb. quia si est adiectus obligationi, ꝙ
est fortius, per consequens debet censeri adiectus solutioni, ꝙ
est minus, cur ergo hæc tam varie? responde fundamentaliter,
ꝙ quando pater stipulatur filio, obligatio, quæ est iuris, incon-
tinenti, & directò acquiritur patri, vt nec momento resideat
penes filium.l. placet.s̃.de acq. hære. & licèt obligatio transeat
de persona filij ad personam patris, vt ibi, tamen nulla obliga-
tio etiam momentanea remanet penes filium, ideo filio solui
non potest vigore alicuius suæ obligationis, nec etiam ei solui
potest tanquam receptori, quia non est adiectus ad solutio-
nem, vt dicit text.sed quando filius est adiectus solutioni, reci-
pere solutionem, est facti, & factum stat in persona filij. §. sed
cùm factum.inst.de stip.ser.& ea, quæ sunt facti, non acquirun
tur per filium patri.l.qui hæredi.in princ.s̃.de cond.& demon.
Hinc est, ꝙ electio, quæ facti est, non transit ad patrem, vel do-
minum, nec acquiritur per filium patri, aut seruum domino.
text.est not.in l.fin.in prin & ibi Bart.& Ang.j.eod. sed obliga-
tio, quæ iuris est, bene acquiritur per filium patri. l. dominus
seruo.s̃.eod.& ita habes rationem fundamenralem huius vers.
10 fin. ¶†Limita not.nisi contractus esset gestus cum filio, vel ser
uo, ita ꝙ ex persona filij acquiratur nobis obligatio absque fa-
cto nostro, tunc etiam filio potest solui. de hoc habemus quā-
plures textus, text.in l.ꝙ seruus.s̃.depo. text.in l. ꝙ seruus. & in
l.si quis seruo.j.de sol.& text.in l.si vnus.in prin. in vers.sic.n.s̃.
de pact.secundum Bart.& alios hic, & Bart.in l.filius paciscen-
do.C.de pact. Solus Cum.hic in fin.pro suo subtili, & eleganti
ingenio, de quo do.Alex. nec hic nec alibi vnquam fecit men-
* tionem, dicit se semper dubitasse de ista sententia Bart. & *com-
muni*, & se tenere contrarium, & fortè non malè, ꝙ nunquam
possit solui filio, vel seruo, etiam si quæratur obligatio ex con-
tractu facto per ipsum filium, vel seruum, eo quia leges alle-
gatæ per Bart. & Doct.loquuntur de contractib. qui celebran-
tur rei interuentu, vnde est æquum, vt quemadmodum filius,
vel seruus ipsi tradiderunt, ita etiam eisdem debeat fieri tradi-
tio, & vltra Cum. adde bene facere solennem, & philosophi-
cum text.in l. bona fides.s̃. depo. & isto etiam modo intelligit
text.in d.l. si vnus.in princ. dum dicit de pecunia credita, dicit
Cum. intelligitur.i. mutuata, sed vbi filius, vel seruus faceret
contractum verbis, & sic stipulationem, quo casu nihil tradit,
dicit se tenere, ꝙ isto casu non possit ei solui per text.in l.si cū
decem.§.transgrediamur.s̃.sol.matr.tamen ille text.parum fa-
cit, magis faceret text.noster in isto vers.ꝙ si soli. vbi quādo ob
ligatio quæritur filio, qa quæritur per stipulationem, non po-
test ei solui. ¶Tenendo tn̄ cōem limitationem Bar. & Scriben.
ꝙ qn̄ contractus est gestus cum filio vel seruo, ita ꝙ obligatio
quæritur absq; facto nr̄o, &c. eam amplia trib. notabilibus mo
dis, & sic expediam oīa dicta Bart. & q̄ vltra eum occurrent.
11 ¶†Amplia primo ſm Bart.idem esse in monacho, quia qn̄ ex
facto, vel ex contractu monachi quęritur obligatio Abbati si-
ne facto Abbatis, tunc potest ipsi monacho solui, & idem te-
nent Bald.& alij indifferenter, & idem Barto.in dicta.l.quòd ser
uus.per illum text.s̃.depo.& in d.l.si vnus.ad fin.prin.s̃.de pact.
12 ¶†Secundò amplia secundum Barto.idem esse in procurato-
re, quia

ADDITIO.

a ¶Quando duo, vel plures. Adde, quòd imò duo dicuntur plures.ll. vbi nu-
merus.s̃.de test. licet tres dicantur multi.l.licèt Imperator. s̃.de leg. 1.& l.1.
§.potuisse.vers.hoc rescriptū.s̃.ad Sylla. & inst. de lib.§.multis.adde, ꝙ duo
dicuntur etiam multi.§. fin. inst. de iur. person.licèt duo, vel tres multitudi-
nem non faciant vt in Auth.de Refer.sacri pala. in princ. Et de hoc per Alex
& Doct.in d.l.licèt Imperator.

re,quia qñ ex contractu, vel ex facto procuratoris acquiritur dño,potest solui procuratori.d.l.ꝙ seruus. ff. de sol. & sequuntur Mod.in l.filius paciscendo, vbi aliqñ dixi. C.de pact.Hinc infertur,& bene,ꝙ procuratori constituto ad ꝯhendum, potest solui vigore illius mandati.qui.n.mandat, ꝙ contrahat,videtur etiam mandare,ꝙ solutionem recipiat.d.l.ꝙ seruus.ſ.de sol.& ideo,qui habet mandatum ad vendendum,censetur habere mandatum ad recipiendam solutionem pretij, ita tenet Bart.in l.filiæ.ſ.de sol.ꝙ alibi reputat valde not. Pau.in l. ꝙ seruus.ſ.depos. ¶Aduerte tñ, ꝙ si talis procu. vellet agere ex suo contractu,vt sibi soluatur,habet necesse cauere de rato, ꝙ pro certo vr esse mirabile, cùm agat suo nomine proprio, & sibi est acquisita actio directo,licèt eam teneatur cedere dño.text. est de hoc valde sing.in l.nõ solùm.§.sed interdum. ſ.de proc. ꝙ etiam reputat mirabile d.Alex.hic,& ante eum,licèt ipse nõ dicat,illum text.ad hoc repetat mirabilem Pau, in l. ꝙ seruus, ſ.depo. ¶Secundo aduerte pro ampliatione istius concl.Bart, ꝙ cum illi, qui contraxit procuratorio nomine,sit quæsita directa actio, potest ei solui, etiam si dñs expresè prohibeat, ne ei soluatur, casus est de hoc valde not.in l.fin. in prin.& ibi Io. de Imo.ſ.de sol.idem tenet Aret.in l.non solùm.in 2.col.ſ.sol. matr.Confirmo vltra eos, qa etiam adiecto potest solui inuito stipulatore,& eo prohibente, quia hanc facultatem soluendi adiecto habet debitor ex forma contractus q̃ stipulator immutare nõ potest.text.not.de hoc in l. aliud.quæ est l.antepen. ſ.de sol.Pau.de Cast.hic.Bar. in l.hoc iure.§.si quis dederit.ſ.de don. idem Bart. in l. si cùm fundum.ſ.de pact. nisi per lit.contest.facta à principali creditore tollatur facultas soluendi adiecto.text.est in l.si quis stipulatus fuerit. 10.in mese.vers.fin.ſ.de solu.& ibi Bart.valde exclamat illum text.& dicit se nescire alibi,& ꝙ non sciret sibi dare legem concordantem, dico ergo, ꝙ adiecto solutioni potest solui inuito stipulatore, & eo prohibente.Et per hoc infero malè dixisse glo. in l. stipulatus sum mihi aut Titio.ſ.de sol.vbi quærit glo.quare hæredi adiecti sol ui non potest,vt in l.præcedenti,quæ in c. cùm quis.in eod.titu. vbi dixi,dicunt aliqui, quia adiectus æquiparatur mandatario, sed mandatum morte finitur: istam rationem propriè tenet Bart.in d.l.cùm quis.ſ.eod.vbi Ang.& Imo. Sed gl. in d.l.si stipulatus sum mihi aut Titio. dicit, ꝙ ista ratio est falsa, quia si adiectus censeretur habere mandatum, illud mandatum non posset reuocari, & tñ dicit gl.potest reuocari per d.l.si quis stipulatus fuerit 10.in mele. & istam reprobatione sequitur Bart. sibi contrarius in d.l.si quis stipulatus. ſ.de sol.& Alex.in l.cùm quis.ſ.eod.& ibi ego etiam sic transiui. credo eos errare, quia vt dixi,adiecto potest solui etiam inuito stipulatore, & eo expresè prohibente, quia hanc facultatem soluendi adiecto habet debitor ex natura contractus, ergo stipulator immutare non potest.casus est in d.l.aliud.ff.de sol.ergo non est verum,ꝙ possit reuocare, saluo nisi creditor principalis prius litem contesteretur,& tunc loquitur d.l.si quis stipulatus fuerit 10.in mele, quæ decipit glo.& Bart.& ista adde ijs, quæ dixi in l. cùm quis. ſ.eod.¶Tertio vltra Bart.amplia idem esse etiam in negotiorũ gestore, cui etiam potest solui ex contractu celebrato cum ipso gestore.text.est not.in l.filiæ.ſ.de sol. quem text. Bart.ibi reputat sing.& dicit se nescire alibi.Tu adde alium text.in l.si vrbana.ſ.de cond. indeb. & ibi Pau. de Cast. qui fuit bonus iurista, ad hoc not. & dicit se admirari, ꝙ Bart. in d.l.filiæ.dicat se nescire alibi,cùm de hoc etiam sit casus in d.l.vrbana, qui etiã plus probat, vt ibi per eum. ¶Suprascripta omnia limita procedere in vera solutione,secus est in ficta,puta per nouationẽ, vel per delegationem, quæ per suprascriptos fieri nõn potest. l.fugitiuus.in fi.ſ.de sol.l.si vnus. in prin. in vers.sic n.ſ.de pact, & text.valde not.in l.non ideo.ff.de noua.Bal.in l. cùm filius.in fin.per illum text.ſ.si cert.pet. Confirmo, quia sic etiam est in adiecto,cui posset verè solui,sed non posset nouare.l.cui rectè, ſ.de noua. intellige nisi talis ficta nouatio redundaret in vtilitatem domini,vel abbatis.l.fin.in fin.princ.ſ.de dona. secundum glo.in d.l.non ideo.& do.Alex.hic in fi.& hoc modo habes ple-
13 nè,& o dinariè examinatam istam materiam. ¶† Sed vt nihil omittatur inquantum tenui supra, ꝙ procurator constitutus ad contrahendum censetur habere mandatum ad solutionẽ recipiendam,& sic procu.constitutus ad venden.potest pretiũ recipere.In contrarium videtur facere text.in l.1.§.non autem. in vers.igitur proposito.ſ.de exer. ibi,[vel si ad locandum.]per quem tex.no. ibi Ang.de directo cõtrarium,ꝙ qui habet mandat.ad locandum,non videtur habere manda.ad exigen.mercedem,& sic habens mandatum ad vendendum, non potest per hoc pretium recipere. ita ibi, Ang. idem per illum text. tenet Lud.in sing.23.vbi corruptè alleg.Gul.de Cun. in d.vers.igitur proposito,ad hoc notare illum text.& malè alleg.quia Gul.nihil dicit de hoc, & non facit mentio. de Ang. qui illud not.ex hoc text.mirandum est de Ang.& Lud.ꝙ non fuerint memores,ꝙ contrarium expresè teneat Bart.in d.l.filiæ.ſ.de sol.& ibi sequitur Pau.de Cast.& Pau.in d.l.ꝙ seruus.ſ.depo. Ego idem teneo duplici fundamento. Primò,quia procu.censetur habere mandatum ad ea,quæ sunt accessoria, vel quæ sunt sequela mandati. l. cuicunque. §. si ei quem ad vendendum.ff.de instit. act.& in §.seq.ibi,[eius enim rei sequela est,]& ibi gl.in vers.sequela.not.ex illo text.ꝙ cui aliquid conceditur,vel committitur,& ea,quæ ex eo sequuntur,committi intelliguntur, ergo si mandaui procuratori,ꝙ venderet talem rem,in consequentiã intelligor mandasse,ꝙ recipiat pretium illius vendi. Secundo, & fortius moueor, nam procu.habens simplex mandatum de vendẽdo,potest ꝙ est fortius habere fidem de pretio,& transferre dominium. text.est in l.1.§.1.ſ.de exce.rei vend.& ita firmant Bart. *& alij omnes in l.* à diuo Pio.§. sed si emptor.ſ.de re
* iud.si ergo potest habere fidem de pretio,ꝙ est plus,fortius poterit pretium recipere, & tenendo istam partem non obst.tex. in d.l.1.§.non autem.vers. igitur in proposito, ibi, [vel si ad locandum,]quia ille text.nihil penitus facit,quia ibi exercitor expresè prohibuit magistrum nauis exigere, vel recipere mercedem:nam dicit ibi ad literam text. ꝙ si eum præposuit naui ad hoc solum, vt vecturas exigeret, non vt locet, non tenebitur exercitor,si magister nauis locauerit, vel si ad locandum tantum non ad exigendum,idem erit dicendum, text.ergo ibi loquitur in casu claro, quando expresè prohibuit exigere, & si dicis, isto modo ille text. erit de indubitabili contra l. ancillæ. cum gl.C.de fur.responde,ꝙ text.ibi non dubitat principaliter de hoc,sed ponit regulam gñalem,ꝙ qñ præposito nauis est limitata potentia,illam debet obseruare,alias exercitor non obligatur,& hoc in specie declarat per dicta duo exempla. ita teneo in hoc passu quem reputo nouum,quia non est ab aliquo
14 expressus.¶† In glo.in vers.vel emancipato,ibi,aliud in extraneo,habes,ꝙ si extraneus adiectus solutioni recipiendæ mutet conditionem suam,ꝙ ei non potest solui.d.l.cùm quis.in prin. ff.de sol.facit l.eus,qui in prouincia.in princ. ſ.si cert. pet.secus est in filio,quia licèt mutet conditionem, tamen ei potest solui,vt hoc text.& cum ista gl.tenet expresè Bald.hic. Tu aduerte,ꝙ ita etiam tenent Bart.in l.si quis seruo.ſ.de sol. & do.Alex. hic,vt statim.ſ.referam, sed ꝙ ista differentia non sit vera,& ꝙ aliud non sit in extraneo aliud in filio,tenent Ang.& Ioann.de Imo.hic, qui reprehendunt gl. Et contra istam differentiam gl. facit ratio quam assignat text.in d.l.cùm quis.in prin.quia stipulatio intelligitur stante adiecto in ea conditione,in qua erat tpe conceptæ obligationis,ista ratio militat in vtroque. Item,quia in ꝯrium vr facere text.in l. Stichum.§.vsumfr. ſ. de sol. quem text. gl.alleg. pro concor. qui loqtur in extraneo adiecto solutioni,& tñ si capite minuatur, & sic mutet cõditionem, ei põt solui,sed ad illum text.dic, vt statim dicã in limitatione,ꝙ po-
* nam per illum text.*vnde communiter respondent* Doct.ꝙ in d.l. cũ quis.mutauit statum in deterius,iõ finitur mandatum, & adiectio,sed hic mutauit statum in melius, qa per emancipationẽ est factus sui iuris,iõ non finitur facultas ei soluendi.ita rñdent Bart.& cõiter Doct.hic,& in d.l.cùm qs.in prin. ¶Contra istam cõem solutionem duo fortiter vrgent.Primò ſm Petr.de Bellaper.hic,& in d.l.cùm quis.subtiliter est aduertendũ, ꝙ in d.l. cùm qs.in prin.cõsideratur mutatio status in deterius respectu creditoris,non aũt respectu ipsius adiecti, & tunc adiecto nõ põt solui,vt in eo,q se dat in adoptionem, respectu adoptati non fit mutatio in deterius,cùm in adoptando sp quærat an ei vtilis sit adoptio.l.nec ei. ſ.de adop. modo in isto text. quantũ ad patrem creditorem filius per emancipationem mutat statum in deterius,& non in melius,nã si mãsisset in potestate patris,pater potuisset sibi ius dicere propria auctoritate.l.serui,& filij.ſ.de furt. & sic si debitor soluisset pecuniam adiecto, pater potuisset eam propria auct.accipere,qñ esset emancipatus,pater habebit necesse litigare cum filio,& petere pecuniam, ergo licèt respectu filij, qñ emancipatur,dicatur filius mutare conditionem in melius, tñ respectu patris creditoris mutat in deterius.Adde,ꝙ licèt Petr.de Bellaper.non dicat,ante eum hoc fuit fundũ pceptoris sui Cum.in d.l.cũ qs.in prin.ſ.de solu. Et aduerte,ꝙ ẽt Bart.met,& Doct.in d.l.cùm qs.in prin. considerãt meliorẽ rõnẽ status respectu creditoris,& nõ respectu adiecti,& ppea tenent,ꝙ si adiectus efficeretur religiosus,ꝙ ei non posset solui,quis quo ad se efficiatur melioris conditionis, vnde per emancipationẽ filij conditio pris efficitur deterior, per rõnẽ q̃ dixi,& quia amplius patri nõ acquiritur per filiũ emancipatum, vt antea acquirebatur.l. cùm oportet. §.cùm aũt. C. de bon. q̃ lib.Vnde alio modo rñdet ad ꝯriũ d. Petr.ꝙ in hoc text.filius mutauit statũ de voluntate pris, q eũ emancipauit, vñ põt ei emancip.solui,sed in d.l.cùm qs.in prin.adiectus mutauit statum præter voluntatem creditoris, dando se in adoptionem

tionem alterius, vnde puto secus esse in hoc text. si filius esset effectus sui iuris, aliter q̃ per emãcipationem, vel aliter q̃ facto patris, vt in tit. inst. quib. mod. ius pat. pot. sol. sed tu caue, qa qñ dñs manumittit seruum adiectum solutioni, seruus mutat statum de voluntate dñi, & eius facto, & tñ seruo manumisso, & sic effecto libero non potest solui, vt statim dicam in seq. difficultate. ¶Secundo ꝯ communem solutionem adhuc fortius vrget, qa imò videtur, ꝙ qñ adiectus mutat statũ suum in melius, ꝙ adhuc ei solui non possit, patet, quia si seruus adiectus solutioni efficiatur liber, & sic mutat statum in melius, & tñ tunc ei solui non potest. l. si quis seruo, & ibi Bart. & Ang. j. de sol. l. si is, qui rem. 2. §. Iul. j. de fur. §. rectè vers. & huic simile. instit. man. Bart. in l. eius, qui in prouin. in 1. opp. 2. partis. s̃. si cert. pet. Bar. in l. mandatum. in pen. col. C. mand. firmat d. Alex. hic, & ita tenendo non obst. iste text. vbi pp emancipationem filij adiecti non reuocatur mandatum, nec facultas ei soluendi, rñdet Bart. in d. l. si quis seruo, & sequitur do. Alex. hic, ꝙ aliud est in filio, in quo pp coniunctionem personæ inter patrem, & filium non præsumitur reuocatum mandatum, aliud in liberto, & sic vides quomodo in effectu tenent sol. glo. hic, ꝙ aliud in filio aliud in extraneo, puta in liberto. vel aliter rñdet Ang. Imo. & Pau. de Cast. in d. l. si quis seruo, ꝙ per manumissionem dñs perdit fiduciam, q̃ prius habebat in seruo, cũ soleant manumissi ceruices erigere ꝯ priores dominos. l. si manumissus. C. de lib. & eo. lib. non sic perdit fiduciam filij pater per emancipationem. ista sol. mihi non placet, & videtur ꝯ omnem rationem, qa imò dñs deberet habere maiorem fiduciam de liberto, pp maximum beneficium libertatis in eum collatæ, q̃ prius habebat, dum eum in seruitutem retinebat. ¶Vltimò inquantum dictum est s̃. sequendo Cum. ꝙ qñ adiectus mutat statum suum in deterius, ꝙ ei non potest solui, qa intelligitur eius mandatum tacitè reuocatum d. l. cùm quis. in princ. ¶Li-
a mita singulariter, [a] nisi vnum esset promissum principali, & aliud adiecto, tunc per mutationem status adiecti in peius non reuocatur mandatum, ne debitori auferatur facultas soluendi aliam rem. text. not. in l. Stichum aut Pamphilum. §. vsumfructum. ff. de sol. inducendo, vt ibi subtiliter per Bart. Ang. & Imo. & est mirabilis limitatio ad d. l. cùm quis. fm Ang. in d. §. vsumfru. & do. Alex. hic. sequitur Lud. Rom. in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. pet. ¶Glo. fin. in verbo solutionis. diuiditur in duas. In prima alleg. tres concor. ad text. & ista est clara. In 2. opp. de l. Caius. s̃. sol. matr. & soluit, ꝙ ibi nepti quæritur actio, ideo nimirum si ei põt solui, sed certè mirum est in vtroq;, vnde aduerte, ꝙ d. l. Caius. obst. in duob. ꝯ istum text. Primò, quia ibi adiecto ad obligationem quærendam potest solui, cuius ꝯriũ dicitur hic in vers. fin. Secundo ibi adijcitur per alternatiuam aut, quo casu debet censeri adiectus solutioni, vt hoc text. in prin. & tali adiecto nihil quęritur, licèt ei possit solui, vt s̃. l. proxima, & l. verò procuratori. ff. de sol. & tñ ibi dicitur, ꝙ censetur adiectus obligationi, & ꝙ obligatio ei acquiritur. Ad primum rñde, ꝙ qñ quis adijcitur ad obligationem acquirẽdam ipsi stipulatori, vt hic in filio, tunc ei solui non potest, ita loquitur iste text. in vers. fin. eo quia talis obligatio etiam momento non remanet penes filium. l. placet. s̃. de acq. hær. aliqñ qs adijcitur ad obligationem acquirendam ipsi adiecto, & non stipulatori, & tunc tali adiecto bene põt solui, ita procedit ꝯriũ. Ad fm rñdet Bart. fm Dyn. ꝙ ibi in stipulatione præcedebat persona adiecti, cui poterat effectualiter quæri obligatio, & actio, vt in muliere in dote, deinde per alternatiuam sequebatur persona stipulatoris, & tunc persona adiecti, quæ in ordine stipulandi fuit proposita, & cui põt effectualiter quæri actio, censetur adiecta solulioni, ita procedit ꝯriũ, prout secũdo modo obst. & l. 1. §. pen. j. de stip. ser. aliàs istis duob. cessantib. secus esset, ita procedit iste text. in prin. sed ista solutio Bart. mihi nullatenus placet, quia text. d. l. Caius. ad fin. in ratione decidendi non se fundat, qa auunculus prius nominauerit neptẽ, & illa fuit potius contingentia facti, vnde tenet expresè Pau. de Cast. hic, ꝙ d. l. Caius. procedat indistinctè siue persona stipulatoris sequat̃ adiectum, siue præcedat, vnde text. ibi in fin. se fundat fauore nuptiarum, & sic dotis, maximè concurrente affectione personarum. ita ibi cantat ille text. Item ex alio Cum. reprehendit solutionem Bart. qa sequeretur, ꝙ si pater stipularetur filio aut sibi, & sic prius poneret personam filij adiecti, ꝙ tunc persona filij cneseretur adiecta obligationi, & persona patris solutioni, contra d. l. Stichum. § quæsitum. ff. de sol. sed salua reuerentia Cum. non intellexit mentem Bart. qa Bart. loquitur, qñ persona adiecti, quæ præcedit, est talis, cui põt effectualiter quæri obligatio, & actio, & tunc loquitur d. l. Caius. sed filio in potestate q̃uis præponatur in stipulatione non põt efficaciter quæri obligatio, cùm nec momento remaneat penes filium, sed statim patri acquiratur. d. l. placet. vnde reiecta solutione Bart. respονde, ꝙ in d. l. Caius. fauore dotis ex æqtate, & ex stipulatione extranei q̃ritur mulieri obligatio, & actio, & ex cadẽ equitate mulier censetur adiecta obligationi, & stipulator cẽsetur actiectus soloni, secundum Bart. & alios ibi, & ad hoc ille text. est sing. secundum Pau. de Cast. & d. Alex. hic. dixi etiam in tex. in quarta limitatione primi not. & isto modo etiam potest sustineri solutio glo. hic, quæ est bona, & ita cum laude Dei. &c.

ADDITIO.

a ¶Limita singulariter. Adde, quòd istam limit. etiam tradit do. Alex. in d. l. cũ quis. in addi. & hic in 1. col. de verbo ad verbum, & vide alias limitationes, & ampliationes per Alex. in l. rogasti. §. fin. vbi Ias. in 2. not. ff. si cert. pet.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio sui natura est perpetua, & non finitur ipso iure, etiam ex partium conuentione, sed ope exceptionis, & num. 2. Limita tamen, vt num. 3. 4. & 5.*

6 *Pactum appositum incontinenti non operatur ipso iure.*

7 *Quando tempus est appositum causa finiendæ, vel limitandæ obligationis, transacto illo tempore amplius in effectu peti non potest, quia obstat exceptio, nisi promissor ante fuerit in mora.*

8 *Legatum certæ quantitatis factum alicui donec viuat, intelligitur annuum.*

9 *An & quando tempus censeatur adiectum causa limitandæ, & sic finiendæ obligationis, & quando solum causa differendæ.*

10 *Istæ dictiones quoad, quousque, donec, & similes adiectæ obligationi annuæ, quid importent.*

11 *Si dicam, promittis mihi dare 10. quoad viuam, an intelligatur de 10. tantum præstandis, an verò 10. annua per singulos annos præstanda donec uiuam.*

12 *Quando exceptio, quæ inest obligationi, sit necesse, quòd apponatur à parte, an sufficiat in obligationibus per aduocatos deduci. & nu. 13. 14. 15. & 16.*

§. Qui ita stipulatur.

El. 1. Iste. §. est subtilis fm Bart. & pul-
1 cher fm Ang. & habet pulcherrimam materiã. ¶† Obligatio sui natura est perpetua, & non finitur ipso iure ẽt ex partium cõuentione, sed ope exceptio. ꝙ trib. probatur exẽplis. h. d. fm Bart. & Imo. istud summarium Bart. non vr̃ esse gñaliter verũ, qa tertium exemplum huius text. non loquitur de obligatione, sed de iure merę realis seruitutis. salua Bart. ꝙ ibi ẽt est obligatio personalis ad patientiam, qa non sufficit constituere seruitutem, sed constituens est ẽt obligatus præstare patentiam, vt est gl. not. in l. plurib. §. & si placeat. j. eo. gl. in l. corruptionẽ. C. de vsufr. & ista obligatio habet cãm successiuam, & de istã obligatione loquitur iste text. in tertio exemplo, & ita ẽt in discursu dicit Bart. j. in 1. colu. ante fin. & iõ non est necessarium summarium Pau. de Cast. & do. Alex. dum summant text. de obligatione personali, & ẽt de iure reali, posses ẽt sic summare. Si promitto quantitatem, vel seruitutem constitui quoad viues, vel vsq; ad tales calen. potes petere post, sed obst. exceptio. h. d. ¶In text. ibi, q ita stipulatur 10. quoad viuam. iste text. põt dupliciter intelligi. Primò, ꝙ det 10. quolibet anno, vel mense, & sic 10. annua, ita intelligit gl. 1. Secundò modo, ꝙ det 10. tm̃ semel, qs sit verior intellectus, dicam in gl. 1. & etiã in 2. q. Bart.
2 ¶† Not. 1. ex toto isto. §. ꝙ contrahentes non possunt facere, ꝙ obligatio, vel seruitus realis ipso iure finiantur tpe, sed tñ paratur exceptio, concor. l. obligationum ferè. §. placet. s̃. tit. 1. sic etiam non põt testator facere, vt l. nemo põt. ad fin. de leg. 1. & sic obligato de sui natura perpetua non potest limitari ad tempus, vt post tp̃s ipso iure deficiat. rationem assignat text. in d. §. placet. quia certi modi sunt constituti ad tollendas obligationes, vt patet in tit. inst. quib. mod. tol. oblig. inter quos modos
a non est tp̃s, [a] sed tunc posset instari, quare etiã tp̃s non est modus tollendæ obligationis. rñdet subtiliter Bart. in l. seruitutes, quæ est l. 4. in antep. col. s̃. de ser. & in d. l. nemo põt. in secunda parte, & aliqualiter Imo. hic, ꝙ obligationes personales sunt infixæ ossib. nostris, adeo, ꝙ à nobis separari non possunt. l. quis ergo casus. s̃. de pec. & imprimuntur sicut character quidã in anima. fm glo. not. in l. 3. in prin. s̃. pro soc. sicut ergo in charactere corporali, qui cùm ferro ignito infertur in corpus alicuius, non potest imprimens facere, ꝙ talis impressio finiatur certo tpe, puta hinc ad Pascha, qa de necessitate naturæ erit perpetua, ita obligationes, quæ imprimuntur in animam nr̃am, licèt sint inuisibiles, non pñt imprimi ad tp̃s, vt ipso iure tpe finiantur. Hinc est, ꝙ dominium licèt sit res incorporalis, tamen non est character infixus ossib. nostris, ideo potest ad tempus transferri, & tempore finiri, & à nobis separari. text. est in l. fin. C. de leg. sicut in exemplo materiali, si in digito immitteres annulum,

ADDITIO.

a ¶Tempus quare non tollat obligationem. Adde, quòd ita etiam respondet Aret. in l. continuus. §. fin. in 1. col. j. eod.

annulum, quia oſſib.non inhæret, potes pro tempore portare,
& pro tempore remouere transferendo ad alium,& ſi dicis ſer
uitutes reales non ſunt affixæ oſſib.noſtris, ſed prædijs inhæret,
& tñ non poſſunt finiri tpe ipſo iure,vt hoc text.in 3.exemplo.
& d.l.4.ff.de ſer.reſponde, vt dixi ſupra, ꝙ in ſeruitute reali eſt
etiam obligatio perſonalis ad patientiam ,& illa non poteſt ip
ſo iure tpe tolli,& de iſtis vide latius Bart.& Ang. in d.l.4.quã-
uis Raph.Fulg ibi dicat,ꝙ iſtæ ſunt ſubtilitates Doct. quæ nul-
lo text.adiuuantur,& ſic habes rationem fundamentalem hu-
ius text.¶ Per regulam huius text.cum ſim.ergo colligo ratio-
nem fundamētalem,quare per præſcriptionem 30.vel 40.ann.
non tollitur ipſo iure,nec acquiritur aliqua actio,ſed ſolùm pa
ratur exceptio.l.ſicut.& l.cùm notiſſimi. & l. ſi quis emptionis.
C.de præſcrip.30. ann.gl. & Doct.in Auth. niſi tricennale.C.de
bon.mate.Bal.Sal. & alij in l.traditionib.C.de pact.dico, ꝙ ra-
tio eſt, quia talis præſcriptio currit ex ſola negligentia non pe-
tentis, abſque aliquo titulo , abſque bona fide , abſque poſſeſ-
ſione,vt declarat Bart.in l.ſequitur.§. ſi viam. ſ̃.de vſucap.& in
l.hæc autem.ſ̃.de ſer.vrb.præd. & in l.fin. ſ̃.quemad. ſer.ami.&
in l.ait prætor.§.hi planè.ff.ex quib.cau.maio.ideo ſolum tem-
pus non poteſt ipſo iure tollere, vel inducere actionem, ideo
ſolùm paratur exceptio , & cùm exceptio ſit actionis exclu-
ſio.l.1.& 2 ſ̃.de excep.ergo præſupponit obligationē , & actio-
nem extare , ergo præſupponit eas non tolli ipſo iure per præ-
ſcrip. 30. vel 40. ann. & ideo ſecus eſſet ſi concurreret bona fi-
des & poſſeſſio,tunc acquireretur vtilis actio, vt dicit text.in d.
l.ſi quis emptionis,& tunc non eſſet ſolum tēpus, ſed alia, quæ
concurrunt.¶† Limita regulam huius text. cum ſimi. trib.no-
3 tab.modis. primo in caſu.l. pen.in verſ. ſancimus.C.de fideiuſ.
qñ fideiuſſio de iudicio ſiſti, vel de exhibendo aliquem eſſet
præſtita in cauſa priuata,tunc ipſo iure expirat,ſi lis negligatur
per duos menſes,vt ibi dicit text.& duob.menſib.effluentib.ab
huiuſmodi nexu fideiuſſores liberari, & ſic obligatio fideiuſſo-
ria,quę eſt in materia perpetua,ibi ipſo iure finitur tpe per lap
ſum duorum menſium,& ita ibi Bald.& Ang. ad hoc not. illũ
text.pro limitatione text. noſtri. & d.§. placet.l. obligationum
fere.ſ̃.tit.1.& dicunt valde ſingulariter, ꝙ regula text.noſtri cũ
ſimi.procedit in ſtipulationib.conuentionalib.ſed nõ habet lo-
cum in ſtipulatione iudiciaria & prætoria,in qua non conſide
ratur iſte rigor,ſed ſolùm attenditur mens contrahentium , &
æquitas ſola prætoria.l.in conuentionalib.ſ̃.eo. not. diligenter,
quia eſt magna limitatio , tñ aduerte , ꝙ ille text.in verſ.ſanci-
mus.neceſſariò non probat hoc , quia non dicit ibi text. ꝙ per
effluentiam duorum menſium fideiuſſores ab huiuſmodi ne-
xu ipſo iure liberentur,text.non dicit ipſo iure , vnde debet in-
telligi ſecundum iſtam.l.& concor.ꝙ fideiuſſores liberentur.ſ.
ope excep. prout etiam ibidem fatentur Bald. & Ang. licèt di-
cant,ꝙ præcedens ſenſus magis eis placeat,tamen fortè iſte ſe-
cundus eſt tutior per iſta iura,& per rationem ſupra aſſignatã.
4 ¶†Secundò limi.in caſu ſing.l.epiſtola.§.fin. ſ̃.de pact.quando
filio acturo de inofficioſo patris teſtamento, fuit promiſſa cer-
ta quantitas quoad viueret,vt deſiſteret à querelando, tunc ip
ſo iure per mortem extinguitur, & ipſo iure hæres excluditur.
ratio eſt ſecundum Gul.de Cun.ibi,quia talis promiſſio ſubro
gatur in locum querelæ, quæ ipſo iure extinguitur per mor-
tem,& iſtam limi.ſequitur Aret.in l.continuus.§.fin.in 4.col.j̃.
eod.vbi reputat illum text.in d.l.epiſtola.§.fin.eſſe ad hoc bene
ſing.ſed tu caue,quia Bart.in dicta.l. epiſtola.§ fin. intelligit illũ
text. dum dicit (neque iure vllo neque æquitate tale deſideriũ
admitti.)intelligit Bart. ſ.quominus obſtet exceptio, tamen ip
ſo iure tranſit in hæredem,vt hoc text.& dicta.l.obligationum
fere.§. placet.& dicta.l.nemo poteſt. ſ̃. de leg.1. idem ſequun-
tur Alber. de Roſ. & Fulg. ibi. ſed certè iſte intellectus Bartol.
non videtur poſſe procedere ad illum text.prout etiam repre-
hendit Aret.in dicta.l.continuus.§.fin.colu.4. cùm ille text. di-
cat neque iure vllo,neque æquitate ab hęrede peti poſſe.nam
ſi promiſſio non finiretur ipſo iure, ergo de rigore iuris poſſet
peti ab hærede,nam exceptio,quæ competit,non fundatur ſu-
per rigore,ſed ſuper æquitate,vt l.qui æquitate.ff. de exce.dol.
Attende etiam , quòd Rayn. de For. & Pau. de Caſtr. ibi aliter
intelligunt illum text. quòd text. vult dicere neque vllo iure.ſ.
ſcripto,neque vlla æquitate hæres admittitur,non autem vult
dicere , quòd ipſo iure per mortem extinguatur , quia non di-
ceret iure vllo,ſed diceret ipſo iure,vel mero iure , & hoc vlti-
5 mo modo intelligendo,ille text.non probaret hãc limi.¶†Ter-
tiò limita , quòd licèt obligatio non poſſit ipſo iure finiri tem-
pore,vt hic,tamen officium iudicis, quòd competit alicui cõ-
tra aliquem,bene poteſt finiri ipſo iure tempore, vnde poteſt
fieri pactum , ꝙ ſi filia nupta exegerit dotem , ꝙ teneatur ipſa
conferre cum fratrib. & tunc hæredes eius non tenebuntur ip
ſo iure,dummodo talis promiſſio interponatur ex certa ſcien-
tia,vt l.ſi filia.in princ.ſ̃. fam.erciſ. & hoc ideo eſt,quia collatio
petitur officio iudicis,& non iure obligationis, vt eſt glo.in l.ſi
ſoror.cũ ſimi.C.de coll. ita nouiter lim. Aret. in d.l.continus.§.
fin.in 4.colu.j̃. eod. ſed tu aduerte , ꝙ ille text.in d.l.ſi filia. nec
directo nec à contrario ſenſu aperit,an hæredes filiæ tunc libe-
rentur ab onere conferendi ipſo iure,an ope excep. vnde vide-
tur , ꝙ ille text.debeat intelligi ope excep. per iſtum text. cum
concor.& hoc probo,quia officium iud.habet ſimilitudinem
cum actione,& regulatur ſecundum naturam actionum, quã
do non reperitur expreſsè contrarium,text.eſt in l. actionis ver
bo.in prin.ſ̃.de act.& oblig.in verſ. (ſtipulationes etiam , quæ
prætoriæ ſunt,quia actionum inſtar obtinent.)Bart. in l.1. in 6.
col.ſ̃.de iur.õmn.iud. dum examinat an officium iud. & actio
6 ſint idem.¶†Secundò not.ex iſto.§.probari, & tene bene men
ti, ꝙ pactum appoſitum incontinenti, non operatur ipſo iure,
ꝙ videtur eſſe contra materiam. l.iuris gentium. §. quinimo ſ̃.
de pact.& l.lecta.in verſ.dicebam.ſ̃.ſi cert.pet.in quib.iurib.tra
ditur,ꝙ pactum nudum incontinenti appoſitum,ipſo iure in-
format veterem actionem , & nouam inducit , nam in iſto. §.
hæc verba , promittis mihi decem quoad viuam , habent in ſe
tacitum pactum incontinenti appoſitum,ne poſt mortem pe
tatur , & tamen iſtud tacitum pactum non operatur ipſo iu-
re,qa ipſo iure tranſit obligatio ad hrdē, & hrs põt agere, licèt
exceptione repellatur,& ſic in hoc text. pactũ tacitum incon-
tinenti appoſitum non operatur ipſo iure. reſponde iſtud ideo
eſſe in hoc tex. quia pactum non poteſt operari contra natura-
lem eſſentiam obligationis , quæ eſt perpetua,vnde nõ poteſt
per conuentionem non ſolùm nudam,ſed etiam ſolennem ſti
pulationem ipſo iure finiri,per rationem quam dixi ſ̃.in 1.no.
7 quæ ratio ceſſat in iurib.in contrarium aductis.¶† Tertiò not.
ex iſto.§.ꝙ quando tempus eſt appoſitum cauſa finiendæ, vel
limitandæ obligationis , tranſacto illo tempore amplius in ef-
fectu peti non poteſt,quia obſt.exceptio.Limita niſi promiſſor
ante fuerit in mora.text.eſt in l. ſi mandato Tij.§. ille. & ibi gl.
in 2.ſol. & Bart.ſ̃.mand. aliàs eſſet in poteſtate promiſſoris fa-
cere ius ſtipulatoris finiri, ꝙ eſt abſurdum.l. centeſimis.§.fin.ſ̃.
eo.& in l.in vendentis.C.de contrahen.emp.facit,ꝙ tenet Ang.
a in conſ. 199.[a] ꝙ incip. Titius rem quam emit à Seio.circa fin.
conſ.vbi tenet, ꝙ ſi emptor fecerit pactum de retrouendendo
pro eodem pretio intra certum terminum, ſi ante eius lapſum
fuerit in mora conſtitutus, poteſt poſt lapſum terminum co-
gi inuitus ad retrouendendum.¶Gl.1.intelligit primum exem
plum huius text.ꝙ ſtipulatus ſum 10.quoad viuam , non ſim-
pliciter,& ſic ſemel tantum,ſed 10.annua, vel menſtrua, & ſic
* in ſingulos annos , & cum iſto intell *communiter tranſeunt Doct.*
ita etiam tenet Bart.j̃.in 1.quæſt.ſed iſte intellectus gl. licèt cõ-
muniter approbatus mihi non placet.Primò , quia diuinat ad
iſtum text.ſimpliciter loquentem. Secundò , & fortius iſtæ di-
ctiones quoad,quouſque,& ſimiles adiectæ cauſæ momenta-
neæ,quæ momento expediuntur,vt eſt hic dare 10.non impor
tant repetitionem aliquam, ſecundum Bart.in l. legatum.ſ̃.de
8 annu.leg.do.Alex.hic. † Nec obſt.ſi diceretur , ꝙ legatum cer-
tæ quantitatis factum alicui donec viuat,intelligitur annuum,
& ſic eſſet relictum in ſingulos annos, vt eſt tex.in d.l.legatum.
ſ̃. de ann. leg. ergo idem in ſtipulatione de 10. facta quoad vi-
uam , debet intelligi in annos ſingulos , arguendo de legato ad
ſtipulationem.l. ſeruum filij. §. eum , qui chirographum. & l.
quæ de legato.ſ̃.de leg.1.& l.ſi diuortio ſ̃.eo.quia dico, ꝙ iſtud
eſt arguere de magis fauorabili.ſ.de legato,ad minus fauorabi-
le.ſ.ad ſtipulationem,& ſic de maiori ad minus,quæ argumen
tatio non valet,vt not.in ca. cùm in cunctis. de elect. ſed bene
è ꝯ,& ita tenent Ray.& Imo.in d.l. ſeruum filij.§.eum, qui chi
rographum.Ang.in l.ſi à ſubſtituto. §.fin.ſ̃.de leg.1.do.Alex.in
l.1.in vlt.col. C.de inſti. & ſubſt. Et ꝙ d. l.legatum.procedat in
vltimis voluntatib. & non habeat locum in contractib. tenet
* Bart.Ang & do.Alex.*& communiter alij* hic, & glo. & Bart.in d.
l.legatum. & idem Bart. in l.qui concubinam.§.vxori.de leg.3.
vnde teneo, ꝙ iſte text. debeat intelligi ſine vlla ſubauditione,
&,prout iacet, & prout etiam videtur intelligere Cum. hic, ꝙ
in text.iſto vna ſit promiſſio de 10.cuius obligatio durat quo-
ad ſtipulator vixerit , & non vltra , prius autem poteſt confe-
ſtim peti,vt dicit litera.¶Gloſ.in verſ.confeſtim.ibi, ſed potius
cã diuiſionis , &c. ideſt vt obligationis præſtatio diuidatur, &
ſic tempus fuit appoſitum gratia diuidendæ ſolutionis , iuxta
l.ſi cum præfinitione.ff.quando dies lega.cedat. cùm eſſet pro-
miſſio annua, vt ſciatur, quid quolibet anno peti poſſit , & ſic
habes

A D D I T I O.

a ¶199. Adde tu , quòd eſt nume. 218. & adde d.Fabia.de S. Saui. in tract.de
emp.& vend.in 6.q.7.q.prin.

habes ex glo. ꝙ tempus aliquando ponitur causa dilationis.i. causa differendæ solutionis, aliquando causa finiendæ obligationis.ꝙ quãdo sit.declarat Bart.j.in 1.q.vbi statim dicam.¶In gl.in vers. calend. Ianuarijs opp. ꝙ text. non possit intelligi de stipulatione annua, vt intelligit gl.1.pp vers.quemadmodum. vbi præstatio solùm debebat fieri vsque ad clalend. Ianuar.& sic intra tp̃s minus anno, ergo non potest intelligi text.de stipulatione annua, pp hoc glo. dicit, ꝙ hic variatur casus, qñ aliquid diurnum de die in diem promissit vsque ad tales cal. & hoc modo ibi ponitur casus diuersus à primo, sed nec iste intellectus mihi placet, quia diuinat, & qa variat,& destruit tex. vnde etiam intelligo, prout supra realiter, ꝙ etiam hic vnica fuit promissio, puta de 10.cuius obligatio durat vsque in cal. Ianu.¶In gl.in vers.submouebitur.q̃ opp. qa si in secũdo exẽplo text. erant promissa 10. diurna vsque ad cal. Ianua. vt declarat gl. in vers.cal. ergo pro tp̃e præterito poterit hæres effectualiter petere, & non obstabit ei exceptio. Gl. tacitè fatetur ↄ̃rium, & propterea intelligit istum text. procedere de eo, ꝙ post cal.excurrit, non potest hęres petere, sed de eo, ꝙ ante cal. ¶Ab extra Bart.format tres opp.& tres q.circa opp.aduerte, ꝙ duæ primæ opp. vadunt ↄ̃ text.in vers.confestim. & sic ↄ̃ primum not.ꝙ Bart.colligit ex isto tex. ꝙ in initio tp̃is potest cõfestim peti, ꝙ imò non potest peti nisi elapso toto tp̃e, vt l.qui hoc anno.s̃.eod. respondet Bart.ꝙ ibi tp̃s fuit adiectum causa differendæ solutionis, hic causa limitandæ obligationis,& non declarat rationem differentiæ, quare dic ergo, ꝙ in d.l.qui hoc anno. tp̃s fuit appositum per ablatiuos absolutos positos sine aliqua præpositione limitatoria, & sic dilatio illa censetur apposita solo fauore debitoris, ideo totum illud tp̃s debet esse finitum,& ante peti non posset, sed solùm post, sed in isto text. tempus nõ est appositum simpliciter, sed cùm aduerbio quoad, vel quousque, vel donec, quæ limitant tp̃s, intra ꝙ potest effectualiter peti, quia confestim in initio ante lapsum illius termini, posteà autem non, quia postea finiunt obligationem, & sic istæ tales dictiones apponuntur causa limitandæ obligationis. ¶In secũda opp. de l.lecta.vers.igitur finito primo mẽse.s̃.si cert.pet.Bart.respondet, ꝙ ibi tempus fuit appositũ executioni, nec aliter declarat, dic, ꝙ quando tempus apponitur post obligationem iam contractam, tunc dicitur apponi executioni, secundum eundem Bart. qui declarat d. cõtrarium l. lecta.in l.qui hoc anno.s̃.eo.¶Tertia opp.Bart.tendit ad aliud quàm duæ primæ præcedentes.nam iste tex.vult, ꝙ post tempus non possit in effectu peti, quia obstat exceptio, vt hic in vers. submouendus est exceptione, & in vers. submouebitur. contra, ꝙ imò etiam post tempus possit effectualiter peti, & non obstet exceptio, est text. in l.si mandato Titij.§. Paulus respondit die adiectio. s̃. mand. respondet Bart. post Dyn. ꝙ ibi tempus fuit adiectum causa differendæ solutionis, hic causa limitandæ obligationis,& non declarat quomodo, & qualiter,
a vnde posset[a] aliter responderi ad illum text. ex mente Cum. hic, ꝙ ibi sunt alia verba quàm in isto text. nam ibi promissit per dictionem intra, pręstare intra cal.& sic tempus videtur appositum ad solutionem differẽdam, dummodo intra tempus fiat.l.si intra. C. de non num.pec. & l.1.§.ꝙ dicimus.ff. de suc. edi.non autem gratia limitandæ obligationis, vt hic. hoc etiã denotat in illo text.verbum præstaturum, ꝙ solutionem respicit,& de dictione intra, habes per Bart.in l.1.in princ.per illum text.s̃.de offi.præfe.vrb.Lud.& Aret.in l.qui ante cal.s̃.eo.Old.
9 Lau.in cons.49.incip.consueuit dubitari.in 3. colu. ¶† Quærit primò Bart. an & quando tempus censeatur adiectum causa limitandæ,& sic finiendæ obligationis,& quando solum causa differendæ solutionis, & distingue, vt hic plene per eum, cui
* distin.Scriben.nihil substantiale adducunt,& dicit Alex.ꝙ *communiter tenetur*.effectus,& vtilitas huius doctrinæ patet ex proximè dictis, quia quando tempus apponitur causa differendæ solutionis, & sic fauore debitoris, tunc non potest cogi debitor nisi elapso toto illo tempore, sed posteà post illud tempus potest peti.l.qui hoc anno.s̃.eod.cum alijs.s̃.alleg. sed quando tempus apponitur gratia limitandæ obligationis, est totum ècõtra, quia ante illud põt effectualiter peti, vt hoc text.in vers. [confestim posteà finitur obligatio,]& sic petitio extinguitur, vnde vt clarius rem habeas reducendo ad practicã, forma vtilem,& qnotidianam q. Pone, Titius rem quam emit à Seio ex postfacto promisit eidem retrouendere pro eo. pretio intra certũ tempus, puta intra 10.ann.iuxta.l.1.C.de pact.inter emp. & vend. quæritur, an elapso illo termino 10. ann. possit ad reuendendum vrgeri?ista doctrina Bart. in vlt. membro mirabiliter facit, ꝙ etiam post terminum possit cogi ad reuendendũ, quia qui se obligauit ad dandum, vel faciendum ad diem certum, tenetur etiam post diem, qñ obligatio est simplex, & cõtinet aliquid momentaneum, vt est in proposito retrouendere, eo quia tunc tempus censetur appositum causa differendæ solutionis,& non causa limitandæ obligationis, nisi in ↄ̃rium egerint ↄ̃hentes, vt l.ad diem. j. eo.cum alijs iur.alleg.per Bar. & sic vult Bart. ꝙ in dubio in obligatione simplici momentanea,& sic vbi in obligatione versatur illud, ꝙ potest momento expediri, vt in casu præsenti, tp̃s censetur adiectum solũ causa differendæ solutionis.& non causa finiendæ obligationis, ergo etiam post illum terminum tenetur, si istud esset verũ, profecto esset mirabilis decisio in practica, sed hoc non obstante
b contrarium in terminis consuluit Ang. in cons.[b] 199.ꝙ inc.Titius rem quam emit,&c. vbi dicit contrarium esse verum sine dubio,& dicit aduertendum, ꝙ Bart.hic non declarat, sed ipse declarat, ꝙ ista doct.Bart. potest esse vera, quando dies adijcitur obligationi mero fauore debitoris, ita ꝙ creditor ex parte sua nihil habet implere.ita propriè loquitur doct. Bart. sed vbi dibitori satisfacienti aliquid est implendum à creditore,& aliter satisfacere non tenetur, isto casu nisi sibi intra terminum satisfaciat, post terminum non tenetur satisfactionem accipere, quia emptor tenetur obseruare promissa, quæ legem certam habuerunt ex forma contractus, cui legi satisfactum non est à debitore, pro hoc dicit se dare casum in terminis decidentẽ istam q.in d.l.2.C.de pact.inter emp.& vend.vbi ponitur casus de eo, qui promisit reuendere pro eo.pretio, qñcunque, vel intra certum tempus, dicit ibi text.ꝙ l.conuentionis est obseruãda, vbi ergo promisit reuendere quandocunque, poterit quomodocunque astringi, sed vbi promisit ad certum terminum, non poterit compelli post terminum, aliàs ista non differrent inter se essentialiter, ꝙ est falsum. ad idem dicit optimè facere tex.in l.Emilius Largianus.s̃.de min.& ista plus me mouet. Tu aduerte inquantum Ang.dicit se allegare casum in terminis in d.l.2.C.de pact.inter emp.& vend.illa l.parum, vel nihil facit, quia quando emptor promisit de reuendendo intra certum tempus, prout ibi facta fuit promissio, an post ilum terminum teneatur posteà retrouendere, ibi de hoc nihil dr̃ in illo text. nisi per inductionem à remotis, q̃ extra text. facit Ang. similiter in d.l.Emilius Largianus. verba fuerũt magis præcisa exclusionis à ↄ̃ctu, elapso tp̃e, q̃ hic, tñ melius facit q̃ d.l.2.Item pro solutione q̃ tradit Ang.ad doctrinam Bar.adde facere, ꝙ dicit idẽ Bart.in l.si decem cum petiero.circa fin.s̃. eod.circa intellectũ d.l.2.& ita habes notabilem limi.ad doct.Bart. ¶Ego etiam sequor istam decisionem Ang.alijs fundamentis vltra eum, primò, quia si ita teneremus, sequerentur plura absurda, quæ statim subijciam: nam si verum esset, ꝙ emptor teneretur reuendere, etiam post transactum terminum, ergo teneretur posteà in perpetuum, & hoc esset absurdum, quia hoc modo actus agentium operarentur contra eorum intentionẽ, contra l. non omnis.in princ.s̃. si cert.pet.& l. obligationum substantiaria.in princ. s̃. titu. ¶Item etiam, & secundò, si teneretur reuendere etiam post trãsactum terminum, ergo frustratoriè fuisset adiectus talis terminus in promissione, & sic nihil operaretur contra reg.l.si quando. ff. de leg. 1.& c.si Papa.de priui. in 6.& hoc etiam esset absurdum, quia in contractibus nulla dictio, imò nulla syllaba debet esse sine effectu aliquid operandi. secundũ Bald.in rub.C.de contrahen.emp.in 9.q. & ante eum gl.in c.solitę.in vers.tanquam.de man.& obe.¶Tertiò, quia ex quo emptor promisit reuendere pro eodem pretio intra certum terminum, ergo post illum terminum noluit teneri, quia promissum ad tempus, censetur post tempus prohibitum.l. si vnus.§. si cum reo.& l.epistola.§.fin.vbi Pau. de Cast. ad hoc not. s̃.de pact.& l.statuliberum.§.Stichum.de leg.2. & l. pater filium.§. fundum. de lega. 3.& l. si ita quis, & ibi Bald. & alij præsertim Alex.s̃.de vulg.& pupil.glo.in reg. decem.de reg iur. in 6. Bald. in l.obseruare.§.proficisci.in 3. quæst.s̃. de offi. procon. & lega. Item, quia affirmatiua limitata ad tempus inducit negationẽ post illud tempus, secundum Barto.in l.edita. C.de eden. colu. 13.versic.sed hic quæritur nunquid sufficiat.Accedat, quòd si statutum permittit intra certum tempus posse inquiri, post illud tempus censetur prohibere. ideo inquisitio post illud tempus formata, est ipso iure nulla, ita not.tenet Bartol. in consil. 100.incip. à do.Cyn.de Bono.in secundo dubio. Sed istæ omnes absurditates,& superfluitates cessant in doctr.Bart.& ita tene, quia omnis intellectus, qui non sonat in aurib. vulgi, dicitur esse extraneus, ita egregiè dicit Bal.in titu. de pace constan. col. 30.in vers. defendendo.alleg. c.ex literis. de spon. sed quod iste deberet

ADDITIONES.

a ¶Vnde posset. Adde, & aduerte, quia ista sol. Cum.recidit in diem cum illa Bartol. quæ enim ratio differentiæ est dicere quo ad viuam, vel intra vitam meam?certè nulla,& quis dixit sibi, quòd dictio intra, potius debeat apponi solutioni producendæ quàm obligationi limitandæ?

b ¶Ang.in cons.Adde tu, quòd est cons.218.

deberet teneri retrouendere poſt elapſum terminum præfixũ,
non ſonaret in auribus vulgi, imò nec peritorum, ergo, & c.
10 ¶† Secundò principaliter circa iſtam doctrinam Bartol. ad-
uerte, dum Bart. vult, quod iſtę dictiones, quoad, quouſque, do
nec, & ſimiles adiectæ obligationi annuæ important multi-
plicationem, denotant tempus adiectum cauſa limitandæ, &
finiendæ obligationis per iſtum text. quem intellexit Bart. loqui
in obligatione annua, vt intelligit glo. 1. & glo. in verſ. calendis,
ergo vult Bart. quod iſtæ dictiones in obligatione ſimplici im-
portent tempus eſſe adiectum cauſa differendæ ſolutionis, per
l. ad diem j. eod. cum alijs iur. alleg. per Bart. ſed aduerte, quod
iſte text. non probat hanc conclu. Bart. intelligendo iſtum text.
ſimpliciter prout iacet abſque alia diuinatione, vt tenui ſupra
ſuper glo. 1. ſed pro Bart. melius facit text. in §. at ſi ita. inſt. eod.
ibi. 10. aureos annuos, quoad, vbi ponitur dictio annus, quæ nõ
eſt in iſto text. Item pro conclu. Barto. facit ratio, quia quando
iſtæ dictiones adijciuntur cauſæ limitanti oblig. multiplicati-
uam, vel tractum ſucceſſiuum, prout eſt ſtipulatio annua, &
vſusfr. tutela, & ſimiles, tunc important repetitionem, & cẽſen
tur adiectæ ad repetendum, & quod poſt illud tempus finia-
tur obligatio. l. ſicut in annos. in princ. ſ. quib. mod. vſufr. amit.
& l. pen. ſ. de excu. tut. & declarat Bart. in d. l. legatum. ſ. de ann.
leg. ergo bene ſtat concluſio Bart. quod tunc tempus cenſetur
adiectum cauſa limitandæ, & finiendæ obligationis, ſed dum
poſteà Bart. vult, quod quando iſtæ dictiones ponuntur in ob-
ligatione ſimplici, tunc importent tempus ſolum eſſe adiectũ
cauſa differendæ ſol. licèt do. Alex. dicat ſic commuiter tene-
ri, tamen videtur confundi per iſtum text. ſimpliciter intelle-
ctum, prout iacet ſine ſubauditione, vt tenui ſuper gl. 1. ad hoc
11 facit, φ ſtatim dicam. j. in 2. quæſt. Barto. ¶† Secundò quærit
Bart. promittis mihi dare 10. quoad viuam, an intelligatur de
10. tantum præſtandis, an verò 10. ann. per ſingulos annos præ
ſtanda, donec viuam? dicit Bart. ſe dubitare, tamen tenet, φ vni
ca 10. intelligantur præſtanda minutatim, donec ſtipulator vi-
uat, ita quod in eius vita aſcendat ſumma ad d. quantitatem.
per l. ſi cum præfinitione. ſupra quando dies leg. ced. & ita etiã
firmat Bart. ſine dubitatione in l. ſi Stichum. §. ſtipulatio. ſ. eo.
Limitat Bart. ex conditione perſonæ ſtipulatoris, quando quis
promitteret vni pauperi 10. quoad viuat, tunc talis promiſſio
cenſetur facta cauſa alimentorum. l. cùm hi. §. ſi in annos. ſ. de
tranſact. & p conſequens præſumeretur eſſe annua, quia cauſa
alimentorum eſt fauorabilis, ſicut & in vltimis voluntatib. l.
legatum. cum glo. & l. antepen. ſ. de ann. leg. Adde, quòd con-
* cluſio, & etiam limitatio Bart. eſt vera, *& communiter approbata*,
prout etiam dicit do. Alex. & φ in dubio vnica 10. intelligan-
tur eſſe promiſſa, quoad ſtipulator viuet, bene facit ſecundum
Bar. in d. l. legatum, quia in dubio, φ minimum eſt, debetur, &
in dubio contra ſtipulatorem fit interpretatio. l. ſemper in ſti-
pulationib. j. de reg. iur. l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationib. ſ. eod.
Et aduerte diligenter, φ iſta conclu. Bart. ab omnib. approbata
facit pro intellectu, quem ad iſtum text. tenui ſine aliqua ſub-
auditione contra intellectum gl. 1. ſubaudientis ad text. 10. an-
nua. Sed inquantum Bart. poſteà ſubdit, φ illa præſtatio de 10.
debebit fieri minutatim donec viuat ſtipulator, ita φ ſumma
aſcendat dictam quantitatem, & ſequitur Alex. hic, idem tenet
gl. in d. l. legatum. in 2. opp. ſed truffa eſt ſecundum Ang. Imol.
Raph. Cu. & Pau. de Caſt. qa imò tota 10. ſimiliter poſſunt pe
ti, & ſimiliter debent præſtari, vt hoc text. in verſ. confeſtim, nec
hic pot cadere minutatim præſtatio, vt dicit Bar. pp incertum
tps vitæ ſtipulatoris, pp q incertitudinem non poſſet fieri talis
diuiſio de 10. quæ punctualiter finiatur in vita ſtipulatoris. Et p
hoc nõ obſt. l. ſi cùm præfitione. ff. qñ dies leg. ced. alleg. p Bart.
a qa ibi fuit [a] expreſſum certum determinatum tps. l. 10. ann. in-
tra φ bene pot fieri certa diuiſio, & ſi diceres, φ diſtributio de-
beat fieri arbitrando tps vitæ, ſm formam. l. hrditatum. ſ. ad l.
Fal. dicit Ang. φ ſp in hoc dubitauit, & plus non dicit, tu dic, φ
ille caſus eſt ſpecialis, mirabilis, & ſing. ſm Bar. & alios Doc. ibi
in æſtimando legato alimentorum pp detractionem legis Fal-
cidiæ, ſed in alijs caſib. non habet locum illa. l. ſm Ang. Imo.
Pau. & Alex. ibi, patet, qa quilibet præſumitur viuere vſque ad
100. ann. l. fin. C. de ſacroſ. Eccleſ. l. an vſuf. ſ. de vſufr. gl. & Bart.
& Doct. in l. 2. §. ſi dubitetur. ſ. quemad. teſt. aper. & in l. ſed ſi de
12 ſua. ſ. de acq. hær. ¶† Tertiò, & vlt. quærit multum not. Bart. an
exceptio debeat à parte opponi, & an ſufficiat in alleg. per ad-
uocatos deduci, & diſtinguit faciendo in effectu tres caſus, vt
per eum, q poſtea in fin. ſubdit, nunc intelligis, qd eſt dictũ pa-
cta ineſſe, vel nõ, tu qui nunq ante intellexiſti, & plenius ac per
* fectius q alibi loquitur Bart. & cum Bart. tranſeunt *communiter
alij* ſm Alex. cum concor. per eum alleg. ¶ Circa primum mẽ-
brum Bart. qñ exceptio ineſſet ipſi obligationi, vt in pactis, quæ
tacitè ineſſe intelliguntur, vt habes in hoc text. tunc non eſt ne
ceſſe, φ exceptio opponatur per reum, quia actor proponen-
do actionem proponit etiã exceptionem, quæ illi ineſt. in hoc
primo memb. tene cum Bart. quicquid teneat Sal. in l. exce-
ptionem. C. de prob. & Fulg. in l. lecta. ſ. ſi cert. pet. vt hic per
Alex. ¶ Pro iſta concluſio. Bart. adde facere text. in l. rogaſti. §. ſi
tibi. ſ. ſi cert. pet. in verſ. ipſo iure, ergo etiam ſi nõ opponatur,
& ilium text. Bald. ibi in lect. antiq. ad hoc not. & reputat ſing.
& eum ſimpliciter refert Alex. hic. Tu dic, φ etiam Bald. ibi in
lect. ord. in 1. opp. ad hoc not. & ibidẽ Alb. de Ro. Pau. & Alex.
& idẽ Alex. in l. ſi vnus. in §. pactus ne peteret. 4. not. ſ. de pact.
& dixi plenius in d. §. ſi tibi. ¶ Secundò adde facere illud, φ te-
net Bart. in l. ſi ita ſcriptum. ſ. de leg. 2. vbi tenet, φ quando adẽ-
ptio legati fuit facta in eo. teſtamento, non eſt neceſſe, φ hæres
contra legatarium agentem opponat aliquam excep. neq; iu-
ris neque facti, ex quo ipſi teſtamento ineſt ademptio, & ſic
non poteſt iudici non liquere, ex quo ei producitur teſtamen-
tum, φ habet etiam ademptionem. ſecus ſi ademptio fieret in
alia voluntate, puta in alio teſtamento, vel codicillis, vt ibidem
per eum. ¶ Tertiò adde illud, φ tenet Bald. in l. ſupplicare. in ſ.
not. C. vt lit. pen. vbi tenet, φ ſi actor producat inſtrumentum
pœnale, in quo erat pactum de non petendo ſub pœna, iudex
debet protinus etiam reo non opponente condemnare acto-
rem ad pœnam, & cogere ad ſoluendum pœnam per illum
13 text. in verſ. protinus condemnetur. ¶† Circa ſecundum mem
brum Bart. in pactis ex interuallo appoſitis, vel in exceptionib.
quæ non veniunt ex conuentione partium, vt eſt exceptio me
tus, doli, erroris, & ſimiles, licèt ab initio afficiant obligationẽ,
tunc eſt neceſſe, φ tales exceptiones opponantur per partem.
Adde rationem fundamentalem eſſe, quia tunc iudici poteſt
conſtare in actis de obligatione, ſi actor producat inſtrumen-
tum pub. obligationis, & tamen non conſtabit de pacto appo
ſito ex interuallo, non etiam cõſtabit, φ obligatio ſit facta me-
tu vel errore, vel dolo, & ſic actor proponendo actionem, nõ
proponit cum iſtis exceptionib. vt facit in primo mẽbro Bart.
ideo tunc eſt neceſſe, φ per partem excipiatur, & probetur ta-
lis excep. ſed aduerte circa exceptionem metus, doli, erroris,
vel ſimiles, quia Bartol. met videtur aliter tenere in l. ſi vnus. §.
pactus ne peteret. ſ. de pact in antepen. colu. ſuper gl. in verſ. in
pact. factum. vbi tenet, φ imò tunc ſi actor locupletaretur cũ
aliena iactura, poteſt iudex ex officio ſupplere, ac ſi exceptio
fuiſſet oppoſita per partem per l. planè. circa prin. ſ. de pet. hær.
ſequitur Io. de Imo. hic, φ intelligitur verum Alex. modo ta-
lè officium iud imploretur per partem per reg. l. 4. §. hoc autẽ
iudicium, ſ. de damn. infect. & ita tenet gl. & ibi clarius Bart. in
l. fin. ſ. de pet. hær. aliàs ſecus. & ita ſaluat Bart. hic, vt plenius per
14 eum. ¶† Circa tertium membrum Bart. in exceptione tempo
rali, & ſic dilatoria, quando pactum dilatorium ſolutionis fuit
ab initio incontinenti in contractu interpoſitum, dicit Bal. Bar.
dicere vnum, φ pauci intelligunt, & ſecundum Pau. de Caſtr.
Bart. confusè loquitur. ¶ Tu vt clarè habeas dic Bar. velle duas
concl. Prima eſt, φ ſi pars non opponat exceptionem talis pa-
cti dilatorij ab initio interpoſiti, iudex debet condemnare reũ
ad ſoluendum tpe debito, & non ſtatim, quia talis dilatio incõ-
b tinenti appoſita, ineſt obligationi [b] ad differendum ſolutionẽ,
ideo debet ſolutio differri etiam ſi non opponatur à parte, qa
ex inſpectione contractus apparet iudici exceptio dilatoria in
forma dilatoriæ, ideo tunc non requiritur aliqua exceptionis
oppoſitio, & ſic tunc ſequitur condemnatio modificata. ¶ Se-
cunda concluſio Bart. eſt, φ ſi talis exceptio pacti dilatorij ab
initio interpoſiti, opponatur per partem ad impediendum iu-
dicium, tunc conſequetur abſolutionem, qa actor malè egit
ante diem, & qa hoc non ineſt obligationi, ideo opponetur ad
proceſſum. Circa primam concl. adde, φ idem tenẽt Bal. Imo.
Pau. de Caſt. Raph. Cu. & d. Alex. hic, idẽ tenet Bart. in l. lecta. in
5. col. & ibi do. Alex. ſ. ſi cert. pet. Bart. in l. exceptionem. ad fi. &
ibi Bal. & Sal. C. de prob. cum alijs concor. traditis per d. Alex.
hic, & in d. l. lecta, & vltra eum adde, φ idem tenet Bald. in cap.
de teſt. extra de teſt. Ang in l. quòd ſi in diem. in princ. ſ. de pet.
* hær. Aret. in l. ita ſtipulatus. in 38. col. ad fin. & ſeq. j. eod. *& iſta
eſt vera, & magis cõs conclu.* & eam tene. cõtrarium tenet Raph.
Fulg. Paul. de Caſtr. ſibi contrarius, & Lud. in dicta. l. lecta. mo-
uetur Raph. fundamento multum colorato, quia ex quo reus
ſcit ſibi competere excep. dilatoriam, & eam non oppoſuit an
te lit. conteſt. ſed paſſus eſt lit. conteſt. certè videtur renuntiaſ-
ſe illi excep. dilatoriæ, & conſenſiſſe, quòd iudicium procedat.
l. Pom

ADDITIONES.

a ¶ Quia ibi fuit. Adde, quòd iſta ſolutio eſt d. Ale. hic in 2. col. verſ. non obſtat.
b ¶ Ineſt obligationi. Adde de hoc, & dic etiam, vt latè per Fel. in c. cùm ordi-
nem. col. 10. verſ. quinta declaratio. de reſcrip. & vide Socin. ſequentem Bart.
conſ. 66. col. 7. verſ. quartò reſpondetur.

l. Pomponius. §. ratihabitionis. ff. de procur. iuncto. §. temporales. instit. de excep. & hoc etiam voluit Innocen. in c. 1. de plus peti. Bald. in d. l. executionem. C. de proba. & ipsemet do. Alex. hic, ergo non est verum, ꝙ iudex possit supplere parte non opponente. Sed huic fundamento, licèt videatur coloratum, responde dupliciter, & bene, & vtraque est vera solutio. Primò ergo respondeo ex doctri. Bart. hic, nam illud, quod dicitur, ꝙ pars intelligitur remittere excep. dilatoriam, si eam non opponat ante lit. contest. est verum, quando habet necesse eam opponere, ita loquuntur iura præalleg. sed quando excep. dilatoria inest obligationi, prout loquitur Barto. tunc est notoria iudici, ideo tunc non est necesse, ꝙ opponatur per partem sicut nec quando pactum est incontinenti appositum, ideo videtur renunciare. Vel aliter, & secundò responde secundum Are. in d. l. lecta. & plenius in d. l. ita stipulatus. in 39. colu. ꝙ licèt reus non opponendo talem excep. dilatoriam ante lit. contest. videatur renunciare illi excep. quo ad repellendum actorem à limine iudicij, arg. l. si ea. C. qui accus. non pos. & l. si eo tempore. C. de remis. pigno. non tamen videtur renunciare huic excep. dilatoriæ, inquantum potest opponi ad differendum solutionem, per reg. l. si seruitus. §. de seru. vrba. præd. vbi si alicui competant duo iura, licèt intelligatur vni renunciare, non tamen intelligitur alij renunciatum. Omissis alijs leuibus contra Bart. fortissimè stringit text. in l. quod si in diem in princip. §. de peti. hæred. vbi videtur text. formalis ad literam contra Bart. qui dicit, ꝙ si agatur contra debitorem in diem, ꝙ ille debitor non potest condemnari, & illum tex. contra Barto. alleg. Lud. Rom. in d. l. lecta. in vlt. colum. dicens ibi esse tex. clarum contra Bart. & ꝙ admiratur, ꝙ Fulgo. qui fuit ita subtilis Doctor, vadat per mendicata suffragia, cùm ibi sit tex. contra Barto. & illum text. ante eum alleg. Imol. in c. 1. super glo. fin. de plus peti. & per illum text. contra Barto. etiam tenet Ange. sibi contrarius in l. 1. C. de condi. ex leg. & in d. l. exceptionem. C. de proba. & contra Barto. tenuit d. Alex. sibi contrarius, de quo vehementer admiror in consi. 95. 1. volum. quod inci. in causa, & lite vertente inter spectabilem dom. Fran. &c. colum. 3. ad fi. sed ad illum tex. dupliciter respondet Imo. in d. c. 1. de plu. peti. cuius solutiones referunt, & sequuntur Pau. de Cast. & do. Alex. in d. l. lecta. Primo respondet, quòd ibi reus opposuit exceptionem. Ista solutio diuinat. ¶ Secūdò, ꝙ reus ibi opposuerit exceptionem, hoc est facti, & ea, quæ sunt facti, non præsumuntur nisi probentur. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. Tertiò si reus ibi opposuisset exceptionem, tex. esset de indubitabili l. Labeo. §. de char. edi. Secundò, & probabilius respondet Innoc. in d. c. 1. sequendo solutionem gl. in d. l. quod si in diem. in prin. quam solutionem etiam ibi approbat Barto. ꝙ ibi erat debitor in diem, sed non fuerat conuentus quo ad illud debitum in diem, sed quo ad alia debita, quia ibi hæres egerat actione vniuersali scilicet. petitione hæreditatis, & quia petitio hæreditatis est iudicium vniuersale, fuit etiam quo ad illud debitum in diem absolutus, sed ista ēt diuinat. & text. præsupponit, ꝙ ad aliud debitum in diem vel
a sub conditione fuerit conuentus. Tertiò vltra [a] Innoc. posset responderi, dum tex. ibi dicit non debere eum condemnari, intelligatur vt statim soluat, quia istud est plus soluere. §. plus. insti. de act. cùm dies sit pars summæ, & obligationis. l. 1. §. diem. §. de eden. sed bene potest condemnari, vt soluat adueniente die, & sic tempore debito, prout etiam dicit Barto. hic, patet, quia tex. ibi subijcit, ꝙ si tempore re iudicatæ dies non venerit, ꝙ cauere debet de restituendo hoc debito cùm dies aduenerit ita ibi dicit tex. Ista solutio non valet nec satisfacit, quia tex. indefinitè dicit non debere eum condemnari, ergo nullo modo debet condemnari, ergo debet absolui. istud vult dicere text. sed bene debet posteà cauere, ꝙ die adueniente satisfaciet debito. secundò, & fortius, ꝙ ista solutio non possit procedere, patet manifestè, quia ille tex. loquitur in debitore in diem, & indebitore sub conditione, in vtroque casu, & tamen in debitore sub conditione, pendente conditione, nullo modo potest sequi condemnatio, etiam modificata, quia pendente conditione nō est nata nec obligatio nec actio. l. cedere diem. §. de verb. signifi. Quarta fuit solutio quorundam aliorum scholasticorum, qui dixerunt, ꝙ ille text. loquitur in vltimis voluntatibus, nos autem in contractibus, in quibus conditio quandocunque existens trahitur retro. l. potior. & l. qui balneum. §. qui pot. in pign o. hab. vt per Barto. in l. si filiusfam. in prin. §. eod. sed etiam ista non est bona, quia licèt text. loquatur de hærede, tamen ibi debitum in diem hæreditarium erat ex contractu inter viuos, vt patet ex duabus legibus præcedentibus, vbi dicunt text. non refert an tale debitum sit ex contractu, an ex delicto. Secundò, & fortius istud, ꝙ conditio trahatur retro vel non, nihil ad propositum, hoc procedit, quando debetur sub conditione, sed nos loquimur de debitore in diem. Quintò cogita, si ille text. posset intelligi de die incerta, nam dies incertus æquiparatur conditioni. l. dies incertus. §. de condi. & demonstra. isto modo nihil obst. ille tex. contra Barto. quia Barto. loquitur de die certa, sed ista etiam est diuinatio, & restrictio, istam reijce. ¶ Ego
b sexto loco [b] soleo aliter respondere ad illū tex. & notabiliter, nam dico, ꝙ text. in d. l. ꝙ si in diem. non facit contra doct. Bar. hic, nam Bart. loquitur, quando contractus fuit celebratus purè, & incontinenti fuit appositum pactum dilatorium solutionis in diem, & in istis terminis Bar. dicit verum, quia si creditor ageret ex primo debito, ꝙ erat purū, & nihil excipiat de pacto dilatorio, tamen quia pactū est incontinenti appositum, & sic in obligatione, iudex debet condemnare reum ad soluendum, non quidem simpliciter sed in diem, & sic tempore debito. ita loquitur Barto. hic, qui expressè dicit, aut pactum de dilatione fuit appositum ex interuallo, aut incontinenti, sed in l. ꝙ si in diem. non præcedebat aliquod debitum purum, sed solum in diem, vel sub conditione, ideo si agatur ex illo debito, ꝙ est in diem, iudex non debet condemnare, sed debet absoluere reū, quamuis nihil opposuerit, quia ibi non potest tractari de exceptione pacti dilatorij incontinenti appositi, cū sit solus contractus in diem, nec est ibi separatio pacti dilatorij incontinenti appositi. & reperio ꝙ istam solutuonem etiam videtur sentire Ange. in d. l. ꝙ si in diem. vel potes tenere secundam solutionem, quam. §. retulit. glo. & Bar. in d. l. ꝙ si in diem. quæ solutio non solùm videtur esse vera ad illum text. imò necessaria, nam text. ibi æquiparat debitorem in diem vel sub conditione. Contra debitorem sub conditione indubitatum est, ꝙ agi non potest, quia pendente conditione non est nata actio vel obligatio. d. l. cedere diem. §. de verb. sign. ergo ineptè dubitaret ibi text. an debitor in diem, an debitor sub conditione possit condemnari, hoc est omnino indubitatum, & dum tex. presupponit rem iudicatam, nullatenus potest loqui, ꝙ sit iudicatum contra debitorem sub conditione, nisi eum absoluendo, ergo ibi non fuit actum contra debitorem in diem, sicut nec contra debitorem sub conditione, quos ibi æquiparat text. sed hæres agit petitione hæreditatis, quo ad alia debita, & quia petitio hæreditatis est vniuersalis, ideo debitores in diem vel sub conditione fuerunt absoluti per sententiam, præstita cautione de soluendo adueniente die vel conditione. iste est verus intellectus illius text. ita responde, aliàs non video, quomodo ad illum tex. possit commodè responderi defendendo Barto. & ita
15 habes expeditam primam conclusionem Barto. ¶ † Circa secundam conclu. Barto. ꝙ quando exceptio pacti dilatorij incontinenti appositi opponitur per partem ad impediendum iudicium, tunc secundum Bart. reus debet absolui, & actor debet in expensis condemnari. §. temporales. in fin. insti. de excep. prout etiam dicit Pau. de Cast. hic. Amplia istam conclu. vt ꝑcedat non solùm quando reus opponit istam dilatoriam ad impediendum iudicium, vt loquitur Bar. sed etiam si simpliciter opponat, adhuc iudex ex officio potest repellere actorem à limine iudicij secundum Sal. in d. l. exceptionem. C. de prob. refert, & sequitur Alex. hic ad fin. cum modificatione, quando esset appositum pactum de non agendo ante diem. vt hic per eum. Tu autem considera rationem Bart. quia Bar. in ratione sui si bene consideras, videtur voluisse contrarium, dum dicit, ꝙ ista exceptio dilationis, quando opponitur ad impediendū processum, tunc non inest obligationi, sicut quando opponitur ad differendam solutionem, ergo vult, ꝙ debeat opponi per partem ad istum effectum impediendi iudicium. fortius tenet. Cum. hic directò contra Bart. ꝙ etiam si ista exceptio non opponatur à parte, tamen iudex debet eius habere rationem per l. de qua re. §. de iud. & l. ꝙ si in diem. ff. de peti. hære. & quia quando est iudici notorium ex actis, non expedit, ꝙ pars opponat. l. 1. vbi glo. no. C. qui & aduer. quos. Idem contra Barto. tenent Fulg. Ludo. Raph. & Aret. in d. l. lecta. & ante eos Ange. in l. 1. C. de condi. ex leg. & in d. l. ꝙ si in diem. in prin. & in d. l. exceptionem. C. de proba. quia iudex ex officio, etiam reo nihil opponente, potest repellere actorem à limine iudicij, dummodo sibi constet ex actis, per glo. in l. vbi pactum. in gl. magna. C. de transact. sed illa glo. nihil facit, quando ipso iure non competeret actio actori, tamen iudex potest eum repellere absque exceptione rei, cùm nemo sine actione experiatur. l. si pupilli. §. videa-

ADDITIONES.

a ¶ Tertiò vltra. Adde tu, ꝙ ista solutio est de mente Pau. de Cast. hic ad fi. dum alleg. d. l. ꝙ si in diem, & miror, ꝙ do. Ias. non aduerterit.

b ¶ Ego sexto loco. Adde, ꝙ istam solu. etiam ponit Ias. in d. l. lecta. in 16. colu. in prin. vbi hæc omnia quæ posuit hic, transcripsit ex illo loco præter duas præceden. solu. sed istam vlt. solu. reprobat Ricar. in d. l. lecta. in gl. in ver. tractum, in ver. inquantum Bar. vbi ponit aliam nouam solut.

§.videamus.ſupra de neg. geſt. & l.quoties.§.item ſi temporali. ſupra de adminiſt. tuto. Secundo mouetur per glo. not. in l. 1.ſ.de offic.aſſeſ.quæ vult, ꝙ iudex ex officio parte non opponente poteſt lacerare dentibus libellum ineptum, & idem dicit glo.11.q.1.in c.ſacerdotibus.ergo ſimiliter poteſt ex officio repellere calumnioſè agentem, quia paria ſunt calumnioſè aut ineptè agere.l.qui cùm maior.§.ſi patris. vbi glo.no. ſ. de bon. lib. ſed ad hoc reſponde, prout etiam reſpondet Alex. ꝙ illud ibi ideo eſt, quia ſententia lata ſuper inepto libello fuiſſet ipſo iure nulla.c.cùm dilecti.de emp.& vend. glo. reputata ſing. inſtit.de oblig.in princ. in glo.magna in ver. item per competentes actiones.not.Bal,in l.actori.C.de reb.cred. & in l.licèt.C.de procur.ꝙ non eſt in caſu noſtro, vbi ſententia non eſſet nulla. tene concluſionem Bar.quam etiam tenet idem Are.ſibi contrarius in l.ita ſtipulatus.colum.39.ȷ.eod. vbi corrigit illud, ꝙ aliàs tenuit poſt Fulg.in d.l.lecta. ¶Pondera etiam Barto. not. velle,ꝙ exceptio dilatoria ſolutionis, quæ ineſt ab initio obligationi impedit iudicium,& ſic lit.conteſt.ſi opponatur à parte, ꝙ bene not.ad ea,quæ habentur in ca.1.de lit. conteſt. in 6. & in l.nam & poſtea.in prin.ſ.de iureiuran.& in l.eleganter.§.ſi quis poſt.cum ſim.ſ.de condi.indeb.in quibus locis ſpecialiter enumerantur exceptiones impedientes litis ingreſſum, & ſic
a litis conteſt.quibus adde iſtam traditam per Bar. hic,de qua a in illis locis Scriben.mentionem non faciunt, & aliquid tangit Io.de Imo.hic.Et circa hoc vide, ꝙ egregiè tenet Barto. in l.ſi. vnus.§.pactus ne peteret.in 6.colum.ſ.de pact.poſt Innoc.in d. c.1. de lit. conteſt. vbi tenet, ꝙ exceptio pacti de non petendo non impedit lit.conteſt. ſecus in exceptione pacti de non agendo,quia illa bene impedit litis ingreſſum. dixi ibi plene de hoc,
36 non repeto hic.¶† Vltimò circa iſtam not. doct. Barto. vt nihil omittatur,Bar.videtur prima fronte in vno ſibi contrarius, dum dicit,ꝙ quando dilatio fuit ab initio conſtituta, tunc iſta exceptio ineſt obligationi,& tamen dicit Barto.ꝙ adhuc debet per partem opponi per l.exceptionem.C.de prob.& tamen ſ. in prin.vult,ꝙ quando exceptio ineſt ipſi obligationi, ꝙ tunc non eſt opus, ꝙ per partem aliquid excipiatur, in hoc videtur ſibimet contrariari.ſalua Bart.quia Bar.ſ.in prin.loquitur in exceptione,quæ ineſt ipſi obligationi perpetuò, & peremptoriè. ſed in alio caſu loquitur Barto.in exceptione,quæ ineſt obligationi ſolùm ad differendam ſolutionem, & ſic non perpetuò, & peremptoriè ſed dilatoriè tantum, vt dicit Barto. & iſta debet opponi per partem,dato ꝙ ſit ab initio ſi vult differre iudicium,& ſic impedire lit. conteſt. aliàs ſi nõ opponatur à parte, iudex condemnabit modificatiuè ad ſoluendum tempore debito. & per iſta cum laude Dei ſit impoſitus finis huic ſolenni. §.die 29 Ianuarij.1510.

ADDITIO.

a ¶De qua. Adde,& vide hanc poſitam,& plenè per Do.Mar. Soc.in conſi.38. colum.7.verſic.& expreſſius,& ibi, quæ ſunt excep. quæ impediunt litis ingreſſum. Adde tamen in propoſito, ꝙ quando exceptio ineſt obligationi, quæ obſtaret cedenti,ſemper obſtat ceſſionario,ita do.Fran.de Are.in conſi. 96.in 4.dub.& refert præceptor meus Soc.in conſi.164. col.6. verſic.ſciendum,ꝙ facit.

SVMMARIVM.

1 *Iſtæ ſtipulationes ante calendas,& calendis,ex parte ſtipulatoris nihil differunt.*
2 *Omnis intellectus,qui non conſonat auribus vulgi,eſt extraneus.*

§. Qui ita ſtipulatur.

El 2. Examinaui ȷ. l. qui ante calendas,vbi eſt idem text.ſ.eo. ad ibi dicta me remittio. Paria ſunt ſtipulari ante calendas vel in calendis.hoc dicit,eo quia neutro caſu debetur niſi eis finitis, quia in dubio debet intelligi ante calen. ſcilicet finitas.facit.l.anniculus.§.ante diem.ſup. de verb. ſignifi.& l.ſtipulationes non diuiduntur.§.ſi quis ita.ȷ.eod. ratio rationis eſt,nam cùm iſta verba ante calendas poſſint dupliciter intelligi.ſcilicet inchoatas vel finitas, ergo in dubio debet fieri interpretatio contra ſtipulatorem.l.ſtipulatio iſta. §.in ſtipulationibus.ſupra eo.& l.inter ſtipulanter. §.ſi ſtipulante. in fi. & l. quicquid aſtringendæ.in prin. ȷ.eod.& ſic in fauorem promiſſoris,ergo debet intelligi ante calen. ſcilicet finitas,ſicut ſi diceretur calendis,totum tempus debet eſſe finitum,vt peti poſſit.l.qui hoc anno.& l.eum qui calendis §. quoties.in fin. ſ. eo. & d.l.ſtipulationes non diuiduntur.§.pen.verſi.ſi quis ita. & ita
1 habes declaratum text. ¶† Not. ꝙ iſtæ ſtipulationes ante calen.& calendis,ex parte ſtipulatoris nihil differunt,quia neutro caſu poteſt ſtipulator agere niſi illis finitis,vt hic, & iurib. præalleg.ſed bene differunt ex parte promiſſoris,qui promiſit ante calen.poteſt quacunque die citeriori ſoluere. l. ſtipulatio iſta.§. inter certam.ſ.eo.ſed qui promiſit ſoluere calendis,non poteſt ante ſoluere,ſi intereſt ſtipulatoris prius non ſolui, vt quia tempus fuerit appoſitum fauore ſtipulatoris.l. in fideicommiſſi.§. cùm Polidius. ſup. de vſu. & l. ſi ita relictum.§. Pegaſus. ſupra
2 de leg.2.dixi in d. §. inter certam. ¶† Secundò pondera hic videri tex.& in l. qui an calendas.ſup. eo.& in alijs iurib.prealleg. contra regulam,quam tradit Bal. in tit.de pace conſtan. in 29. col. ver.promittendo,ꝙ omnis intellectus, qui non conſonat auribus vulgi, eſt extraneus,alleg.c. ex literis. de ſpon. certè intellectus Iuriſconſulti intelligentis ante calendas.ſcilicet finitas, nullo modo conſonat auribus vulgi, quia dictio ante,ſignificat tempus,quod præcedit,& tamen hic intelligitur,ſcilicet finitas, niſi reſpondeas per rationem,quam in principio poſui,& de hoc plenius poſui in d.l. qui ante calendas.¶Capio glo. primam,quæ timore contrarij l.qui hoc anno.ſ.eo.& l.ſi ita fuerit libertas relicta. §.fin. ſ. de manum.teſt.videtur ponere quatuor intellectus,& non ſunt niſi tres,quia quartus nihil facit ad propoſitum.tene ſecundum intellectum Io. *communiter approbatũ*, vt intelligatur ante calen. ſcilicet finitas, & hoc modo ceſſant contraria.Tertius intellectus Azo.non videtur poſſe ſtare,quia non poteſt reddi bona ratio diuerſitatis inter promiſſionem de ſoluendo ante diem Iouis, & promiſſionem de ſoluendo ante calendas, & dum Azo voluit aſſignare rationem diuerſitatis, quia tunc petam in die Iouis ſed non die calendarum, fortè motus eſt,quia illa dies calendarum eſſet feriata, vt ſunt calendæ Ianuarij.l.pridie.ſ.de ferijs.ſed nihil eſt.

SVMMARIVM.

1 *Nudus proprietarius poteſt vſumfructum ſtipulari.*
2 *Secunda ſtipulatio continens minus quàm prima, etiam cum interuentu nouæ perſonæ,etiam de iure ſſorum non nouat præcedentem,niſi expreſſè fuiſſet actum quòd nouaret.*
3 *Per ſolutionem partis integralis non inducitur liberatio in aliquo.*
4 *Soluto fundo à primo promiſſore,liberatur etiam ille, qui ſecundo loco promiſit ſolùm vſumfructum.*
5 *Proprietas,& vſusfructus verè non ſunt partes fundi ſed fictitiè.*

§.Qui proprietatem.

1 † Nudus proprietarius põt vſumfru.ſtipulari.hoc primo, & quod ſolutum non liberat,id per ſtipulationem promiſſum non nouat.hoc ſecundo,& ſolutione totius alter,qui eſt debitor partis,liberatur. hoc dicit tertio, & vlt.vſque ad §.ſi.& iſte.§.ſi à te.non eſt alibi ſecundum Bal.&
2 eſt tex.valde ſing.ſecundum Rapha.Cum.hic.¶† Not.1.ex §.ſi à te. ꝙ ſecunda ſtipulatio, continens minus quàm prima, etiã cum interuentu nouæ perſonæ,etiam de iure iſto ſſorum non nouat præcedentem,niſi expreſſè fuiſſet actum, ꝙ nouaret, vt l.qui vſumfru.ȷ.eo.& ratio eſt, quia nouatio eſt quædam ficta ſolutio,ſeu ſimilis ſolutioni,vt dicit tex.in l.ſi rem.§.ſi duo.ſ.de noua. ſed vera ſolutio, quæ non eſt integra ſed minor debito, non liberaret,ergo etiam non debet fieri nouatio, & hanc rationem vult aſſignare iſte tex.ibi,quia nec ſoluendo,quia ꝙ ſolutum non liberat,id promiſſum nouationem non inducit,& ſic amplia illud,quod tenet Bar.in l. pen.ȷ. de præt. ſtipu.vbi tenet,ꝙ quando ſecunda ſtipulatio continet minus re quàm prima, ꝙ non præſumitur nouatio, vt procedat etiam ſi interueniat noua perſona.text.eſt hic ad hoc bene notandus. aduerte
a etiam licèt ſecunda ſtipulatio a continens minus quàm prima non nouet primam, tamen illa ſecunda ſtipulatio bene valet propter interuentum nouæ perſonæ,vt patet in hoc tex.ibi, is quoque,quia ſi non valeret,non contingeret liberatio. ſecus ſi noua perſona non interueniſſet.l.qui vſumfru.ȷ. eo. & ita limita illam l.vbi dicitur,ꝙ non valet ſecunda ſtipulatio continens minus quàm prima,illud eſt verum,quando facta eſt cum ea-
3 dem perſona,ſecus ſi cum diuerſa, caſus eſt hic. ¶† Secundò not.ex tex.ibi, quia nec ſoluendo fundum detracto vſufru. liberaberis,ꝙ per ſolutionem partis integralis non inducitur liberatio in aliquo, nam ſi ſtipulor fundum, intelligor ſtipulari pleno iure,& ſic proprietatem, & vſumfru. quia appellatione fundi venit vtrunq;.l.ſi alij. ſ. de vſufru. leg. vnde ſoluens proprietatem, & ſic vnam partem integralem ſine vſufru. non liberat in aliquo, quicquid teneat Cum.hic,& malè,vt habes p do. Alex.& idem è contra,ſi ſolueret ſolum vſumfru.ſine proprietate,vt eſt text.in l.ſi ita ſtipulatus fuero ſi Titius. §.1.ad fin. ȷ. eod. vbi dicit text. qui fundum pleno iure promiſit, dando vſumfru.nulla parte obligationis exoneratur, ſecus eſt in ſolutione

ADDITIO.

a ¶Secunda ſtipulatio, Adde,& vide hic per Paul. de Caſt.de quo Auctor non meminit.

tione partis quotitatiuæ,puta dimidiæ vel tertiæ,quia si debeo
fundum vel Stichum,& soluo dimidiam partem fundi,ab illa
parte soluta liberor. text.est in l.si ita stipulatus.§.1.ĩ.de sol.Bal.
in l.stipulationes non diuiduntur.in 2.quæst.ĩ.e.ratio est secun-
dum Bar. & Docto. quia obligatio fundi bene est diuidua per
quotas.d.l.si stipulatus sum.§.1. de solu. sed non est diuidua in
proprietatem,& vsumfru.vt hic,& d. l. si ita stipulatus fuero si
Titius.§.1. ratio diuersitatis est, quia pars integralis,puta pro-
prietas nuda de per se non affert tãtam vtilitatem in parte, re-
spectu partis,quantam in toto respectu totius,ideo nõ induci-
tur liberatio in aliquo.l.in executione.§.pro parte.ĩ.eo. dixi in
4 l.2.§.1.s̃.eo.¶† Tertiò, & vlt.no.in ver.quid ergo.ꝙ soluto fun-
do à primo promissore liberatur etiam ille, qui secundo loco
promisit solùm vsumfru.ratio fundamentalis huius tex.potest
* esse duplex.prima secundum glo.*& communiter Doct.*quia cùm
esset debitor ex causa lucratiua,duæ causæ lucratiuæ in exerci
tio circa idem concurrere non possunt.l.omnes debitores,& l.
si is,qui.s̃.de act.& oblig.& l.Meuius. §. duob. vbi plenè poni-
tur materia.s̃.de leg. 2. sed caue, quia isto modo si vna ex istis
stipulationibus esset ex causa onerosa,non procederet iste text.
in fin.quod videtur valde restringere istum tex.tamen hoc est
verum in se.l.non quocunq;.§.fundus.s̃.de leg.1. nisi dicas, ꝙ
vt plurimum. ll. huius titu. loquuntur ex causa lucratiua, nisi
aliud exprimant.secundò potest esse ratiò, quia ex quo fundus
traditus à primo promissore est effectus stipulatoris,certè in re
sua vsusfru.sibi deberi non potest. l. vti frui. s̃.si vsusfr. petatur.
¶Expeditis textua.venio ad apparatum gl.¶Capio glo.in ver.
petam.In prima oppo.& fatetur contrarium. In secunda etiã
opponit,& soluit.Secunda ibi,sed opponitur contra prædicta.
¶In prima parte glo.habes,ꝙ in isto tex.debet stipulator pete-
re fundum,vt consequatur vsumfru.qui deficit:nam cùm hic
in re soluta aliquod ius deficiat scilicet vsusfru.quia is cui solu-
ta est proprietas, habet dominium sed diminutum ratione
vsusfru.ergo adhuc debet rem ipsam, & sic fundum petere iu
* ri.in glo.alleg.ista glo.*repræhenditur communiter* per omnes, quia
est contra istum text. ibi, adhuc à te rectè fundi vsumfru. pe-
tam.& intelligere,vt facit glo.est destruere text. ad idem l.non
quocunq;.§.fundus.in fin. s̃. de leg. 1. ibi, partem enim dunta-
xat petere debebo,& ita etiam tenet glo.in l.Meuius. §.fundo.
de leg.2.& ibi etiam videtur esse text. de hoc. Ad iura in con-
trarium alleg.per glo.respondent Barto.& Docto ꝙ hic loqui-
tur,quando soluta erat quota rei,ideo alia pars petitur, vt hic,
& l.si stipulatus sum.§.1.de solu.& non est aliqua. l.in mundo,
quæ adeo clarè doceat formare libellum, quando in obliga-
tione est homo vel fundus,& soluta est pars,sicut.d.l.si stipula
tus sum.§.1.secundum Bald.ibi:si autem soluta est res, & defi-
ciat aliquod ius extrinsecum respiciens totam rem, adhuc pe-
titur totum.ita loquuntur leges alleg.in glo.nec obst. l. si ita sti-
pulatus fuero si Titius.§.1.ĩ.eod.vbi dicit tex ꝙ soluendo par-
a tem in nihilo liberatur,ergo totum potest peti, responde, ꝙ [a]
ista consequentia non sequitur, ex quo pars soluta stat in pen-
denti,ideo solùm alia pars potest peti.l.si non sortem.§.si decẽ,
qui est.§.pen.s̃.de condi.indeb.vt hic per Bart. & alios. ¶In se-
cunda parte glo. quæ est satis obscura, & intricata opponitur
contra tex.ꝙ imò fiat nouatio,quia de iure isto,quando secun
da stipulatio cõtinebat idem quod prima,& interueniebat no-
ua persona vt hic,fiebat nouatio,vt in §.præterea.instit. quibus
modis tol.oblig. sed si tu promisisti mihi fundum simpliciter,
& si proprietatem,& vsumfru.deinde Titius eundem fundum
detracto vsufru. proprietatem solam promittat, in illa secun-
da stipulatione continetur idem quod in prima,scilicet eadem
proprietas eiusdem fundi, ergo deberet prima nouari saltem
in proprietate.glo.vt fugiat hoc contrarium,respon.fictitiè di-
ciens scilicet esse diuersum,& diuersam stipulationẽ attenta fi-
ctione,licèt verè sit idem fundus, & istud conatur probare gl.
certo modo subtili, & satis exquisito. nam si promisisti fundũ
simpliciter,posteà soluisti fundum detracto vsufru.adhuc pos-
sum petere fundum,ergo necesse est fateri fundum, qui nunc
petitur,esse diuersum ab illo,qui est solutus, & quem habeo,
nam illum petere non possem, eod. modo si stipulor ab vno
fundum simpliciter & posteà ab alio stipulor eundem fundũ
detracto vsufru.certè fundus secundò promissus,censetur esse
diuersus à primo, & sic arguendo à solutione ad promissio-
nem,vt etiam arguit text.hic,sequitur ꝙ fictitiè secunda stipu-
latio non continet idem,quod prima,imò quid diuersum, er-
go ibi non potest cadere nouatio. sed caue, quia assumptum
glo.non est verum, ꝙ quando promisisti fundum simpliciter,
& posteà soluisti fundum detracto vsufru.ꝙ adhuc possum pe
tere fundum,istud est falsum,& reprobaui.s̃.in prin.glo. & te-
nui, ꝙ imò debeo petere vsumfru. per istum text. ergo cùm
falsum sit assumptum glo.coruunt quæcunq; glo.infert ex isto
assumpto non vero.¶Vltra gl.ꝙ in isto tex. secunda stipulatio
non contineat idem quod prima, sed diuersum verè non au-
tem fictitiè,vt conata fuit probare glo.& sic, ꝙ non cadat no-
5 uatio,potest probari clarius sic: † nam proprietas, & vsusfru.
verè non sunt partes fundi sed fictitiè. patet, quia fundus est
res corporalis,sed proprietas,& vsusfru.sunt iura incorporalia.
l.1.s̃.de rerum diui.& insti.de reb.corp.& incorp.§.incorpora-
les.ergo proprietas,& vsusfr.non pñt dici verè esset partes fun-
di sed fictitiè,ergo stipulatio prima fundi,& sic rei incorporalis
continet quid diuersum à secunda, quæ continet solùm pro-
prietatem,& sic ius incorporale, sed responde, ꝙ istud posset
procedere sumendo fundum pro re corporali, sed si sumatur
pro quoddam toto intellectuali,& pro pleno dominio, tũc ꝓ-
prietas, & vsusfru. verè sunt partes istius dominij. l.rectè dici-
mus.vbi glo.ĩ.de verb.signifi. & ita declarat istam glo. Bart. in
l.qui vsumfru.ĩ.eo.& Pau.de Cast.hic, & ad hoc adde bonum
text.in l.si à reo.§.si res.s̃.de fideicom. Paucis omissa solu. glo.
responde ad oppositionem glo. clarè, & nitidè, ꝙ quando se-
cunda stipulatio continebat idem per omnia,quod prima,tũc
cum interuentu nouæ personæ de iure isto fiebat nouatio. ita
loquitur d.§.pręterea.insti.quibus mod.tol.obl.hic continebat
minus,quia prima stipulatio continebat fundum pleno iure,
& sic proprietatem, & vsumfru. secunda verò continebat so-
lam proprietatem detracto vsufru. & sic minus, l qui vsum-
fructum.ĩ.eo,vnde non fit nouatio etiam cum interuentu no-
uæ personæ,& ita propriè loquitur iste text.not. hic. Et per ista
habes expeditam glo.& per consequens istum.§.

ADDITIO.

a ¶Responde, quòd. Adde tu,vel aliter,& secundò cogita si dici posset vt ibi respondet gl.ꝙ ibi ille,qui soluit,dat illud,quod non erat obligatus,nam soluit formalem,sed ipse tenebatur ad causalem,ideo non liberatur,imò text.in l.stipulatus sum.§.1.ĩ.de solu.supra allegatus,dicit expresè, ꝙ liberatur.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio conditionalis animo nouandi facta moram præcedentem non purgat,& nu. 2.*

3 *Sicut secunda stipulatio continens minus re quàm prima, etiam cum interuentu nouę personæ non nouat primam,ita secunda stipulatio cõtinens idem re,quod prima,sed minus tempore etiam cum interuentu nouæ personæ,non nouat primam.*

4 *Secunda promissio conditionalis interposita animo nouandi primam puram,non inducit purgationem moræ primi debitoris,quamuis noua persona intercesserit.*

5 *Licèt per secundam stipulationem conditionalem factam animo nouandi speretur prima,quæ est pura nouari in conditionis euentum, adeo, ꝙ interim pendente conditione secundæ stipulationis ex prima agi non possit,quia tunc videtur facta sub contraria conditione, illud est verum,& procedit,quando secunda stipulatio posset habere effectum, secus si non.*

6 *Conditio trahitur retro ad tempus stipulationis contractæ, si tempore existentis conditionis reperiatur extremum habile ad obligationem contrahendam vel nouandam,secus si reperiatur extremum inhabile, vel ex parte rei,vel ex parte personæ.*

7 *Matrimonium medium an impediat legitimationem filiorum, qui nati sunt prius,ex concubina,si posteà mortua vxore ducat illam concubinam in vxorem.*

8 *Legitimatio non trahitur retro,quando bona medio tempore essent alteri quæsita.*

9 *Si primus debitor sit liberatus per acceptilationem, tunc secundus potest conueniri,si conditio eueniat, & sic acceptilatio facta primo promissori non prodest secundo.*

10 *Si species promissa sit perempta, secundus promissor conditionalis non obligatur,etiam si conditio eueniat,quia perempta specie debita, debitor,qui non est in mora,liberatur.*

11 *Quatuor casus,in quibus mora præcedens non purgatur per secundam stipulationem conditionalem.*

§.Si hominem.

Bar.exorditur, ꝙ iste.§.solet videri horribilis scholaribus,nec posse ex eo extrahi intellectum.Ang.dicit,ꝙ non est horribilis, vt dicit Bar.Pau.de Cast.dicit,& bene,ꝙ licèt Bar.asserat, ꝙ iste §.est horribilis,& ꝙ vix videtur de ipso posse extrahi sanus intellectus,tamen salua pace Bart. satis clarè apparet intellectus eius subtiliter speculantibus,nec est aliqua horribilitas, licèt sit subtilitas,quia iste.§.est valde subtilis,ita dicit Pau.de Cast.Rapha.Cum.dicit non esse mirandum si Barto.dicit, ꝙ iste. §. soleat videri scholaribus horribilis, eo quia Barto. eum confusè multum tradit.ego autem spero,ꝙ istum. §. satis clarum reddam

dam intelligere volentibus.legam eum ordinariè nouo,& pulchro modo. ¶Ad euidentiam præmitte,ꝙ difficultas istius tex. & glo.principaliter in hoc consistit,namtext. vult,quod Titius principalis promissor possit conueniri specie perempta post moram, nec obst. secunda stipulatione conditionali, & non aperit text.quando,seu quo tempore talis mora fuerit commissa per primum promissorem,& sermo tex.in hoc est valde ambiguus.contra istum text. obst. & alia difficultas à partibus enumeratis. Aut enim ista mora intercessit ante secundam stipulationem,& tunc per secundam stipulationem est purgata,vt in furibus alleg. in glo. magna in princip. ergo per interitum serui promissi debet primus promissor liberari.l.si ex legati causa.ff.eo.l.quod te.ff.si certum petatur,& l.si seruum.§.pen. ff. eo. ergo non debet posse conueniri, cuius contrarium dicit tex.aut vis intelligere tex.ꝙ post interpositam secundam stipulatio.postea mora fuerit commissa à primo promissore,& certè hoc videtur impossibile, quia pendente conditione, Titius primus interim conueniri non poterat, donec conditio pendebat.tex.est clarus in l.pecuniam.ff.si cert.pet. ergo nulla mora potuit committi, quia vbi nulla petitio,ibi nulla potest esse mora.l.si pupillus.ff.eod.& l.lecta.ff.si certum petatur.propter hanc arduam difficultatem glo. & Docto. plurimum laborauerunt in intellectu istius tex.reseruo dicendum in glo.magna. ¶Secundò præmitte,ꝙ iste.§.legitur in glo.2.altero de duobus modis,vno modo,ꝙ secunda stipulatio fuerit interposita animo nouandi.secundo modo, ꝙ secunda stipulatio non intercessit animo nouandi primam,& istam etiam ponit. ff.gl. magna post med. ibi tertij.Sed hic *communiter tenetur* prima lectura,per glo.& omnes Doct. ꝙ secunda stipulatio fuit interposita animo nouandi.ista est vera,& istam tene,nec diuinat,vt dicam statim in glo. 2. ¶† Vltimò aduerte pro enucleanda medulla tex.ꝙ tex.in §.præcedenti ponit, quando secunda stipulatio continet minus re quàm prima, ꝙ etiam interuentu nouæ personæ non nouat primam.ita est text.notandus in §. præcedenti.modo in isto.§.dubitatur, quid si secunda stipulatio contineat minus quàm prima tempore, quia prima fuit pura, secunda fuit condictionalis, quo casu secunda dicitur continere minus tempore,vt est tex.in §.plus instit.de act. an interim nouet primam,& an tollatur prima obligatio?& determinatur,ꝙ non,quia si nouaret primam,eam extingueret,& primus debitor re perempta etiam post moram non teneretur, cuius contrarium determinat iste text.& sic vides,quomodo iste.§.bene continuatur cum §. præcedenti, quamuis nemo Scribentium aduertat, & nemo hoc declaret. ¶Istis sic ad euidentiam præmissis,diuide istum tex.in tres partes. In prima ponit casum, in quo tenetur primus promissor,& non secundus, quando species promissa est perempta,quo casu potest agi ex prima stipulatione pura contra morosum, sed non potest agi ex stipulatione conditionali contra secundum, etiam si conditio existat.In secunda ponit casum ècontra, in quo tenetur secūdus, & non primus, quando obligatio primi fuit sublata per acceptilationem, tunc potest solùm agi ex secunda,si conditio existat.In tertia assignat rationem diuersitatis inter istos casus, quia in primo res non extabat tempore euentus conditionis, ideo ex secunda agi non potest,sed in alio casu res extabat,licèt obligatio primi esset sublata acceptilatione, vnde secundus promissor obligabitur, si conditio euenerit. Secunda ibi, at si Titio. Tertia ibi, idcirco hæc tam variè.

2 ¶† Stipulatio conditionalis animo nouandi facta,moram præcedentem non purgat, & cùm incipit esse certum illam secundam stipulationem cōmitti non posse,statim agi potest ex prima, & perempta re secunda stipulatio conditionalis amplius committi non potest etiam si conditio existat. secus si res extat, licèt obligatio sit

* acceptilatione sublata.hoc dicit secundum Bart. & *communiter alios*, vel summa sic. Secunda stipulatio conditionalis animo nouandi interposita,re perempta post moram primi debitoris expirat,& statim potest agi contra primum debitorem morosum,secus si res non sit perempta, sed primus debitor acceptilatione liberetur.hoc dicit, & breuius, & clarius. casum pone sub nube ſm Barto.propter difficultatem,& varietatem lecturarum.

3 ¶† Not.1.ex isto text. ꝙ sicut secunda stipulatio continens minus re quàm prima, etiam cum interuentu nouæ personæ non nouat primam,vt est tex.in §. præcedenti. ita secunda stipulatio continens idem re,quod prima, sed minus tempore,etiam cum interuentu nouæ personæ non nouat primā, & sic iste.§.bene coniungitur,& continuatur cum præcedenti. & si dicas, quæ est ratio, quare secunda promissio conditionalis nō nouet primam?respondet Bal.rationem esse, quia istæ promissiones non fiebant ex eadem causa, & quælibet earum per se decernitur.Tu dic melius veram esse rationem, quam proximè dixi,ꝙ hic secunda stipulatio bene continebat idem, ꝙ prima re,scilicet eundem hominem, sed continebat minus tempore,quia erat pura,scda cōditionalis.§.plus. insti.de actio. vnde etiam cum interuentu nouæ personæ non nouat, sicut nec in §.præced. quando continet minus re. sed caue quia do. Alex.in 1.no.no.ex hoc tex.contrarium, ꝙ secunda promissio conditionalis nouat primam puram, & certè inaduertenter & malè loquitur,dum dicit nouat, quia pendente conditione prima obligatio non potest nouari nec tolli, vt etiam dicit Pau.de Cast.hic in 1.col.in fi.& sunt text.clari in contrarium in §.præterea.insti.quibus modis tol.obl.& in l. quoties. in prin.ff. de noua. nam quæ sunt in conditione, non sunt in esse dispositiuo. l. si quis sub conditione dandorum. 10. ff. si quis omiscau.test.bene verum est,ꝙ prima speratur nouari in conditionis euentum,& interim stat in suspenso. l. pecuniam. ff. si cert. pet.& credendum est non aliam fuisse mentem dom.Alex.& sic pondera vt dixi ex isto tex. iuncto. §. præcedenti. æquiparationem,ꝙ sicut secunda stipulatio continens minus re, quàm prima non nouat,etiam cum interuentu nouę personę,vt ibi, ita nec hic continens minus tempore. sed aduerte, quia alibi glo.& Scrib.tenent oppositum,ꝙ licèt in primo casu, quando secunda stipulatio continet minus re,quàm prima,non præsumatur etiam iure isto nouatio, vt in §. præcedenti. & in l. qui vsumfructum.ff.eod.tamen secus est,quando secunda stipulatio continet minus tempore,ita tenet glo.not. in l. penul. ff.de præto.stipu.& ibi Bar.in pen.quæst. & ibidem Docto.idem tenent.Ang.Imo.& alij in l.qui vsumfructum.ff.eo.& ibi sequitur simpliciter dom.Alex.in 2.not.mouetur Bart.in d.penu.quæst. tali fundamento,quia quando secunda stipulatio continet minus tempore quàm prima,puta,quando promittitur secundò in longius tempus,semper videtur termini prorogatio. l. cùm stipulatus sim mihi à Proculo.ff.eo.meritò nouatio fit ope exceptionis,istud est fundamentum Bart.ista ratio non videretur omnino facere ad casum nostrum, quando prima stipulatio est pura, secunda sub conditione, quamuis etiam tunc secunda contineat minus tempore.d.§.plus.cum illa decisione gl. & Bart.transeunt omnes indifferenter. ego semper solitus sum tenere contrarium,& sic contra gl.Bar.& omnes. primò per tritam regulam,quia bonum est arg.de re ad tempus,& ècontra. l.miles ita hæredem.in princip.ff.de testa.milit.præsertim cùm tempus sit pars obligationis.l.1.§.diem.ff.de eden.& d.§.plus.ergo sicut stipulatio continens minus re non nouat præcedentem, vt omnes fatentur,ita etiam non debet nouare, quando continet minus tempore.Secundò moueor per istum tex.iuncto.§.præced.vt ff.statim induxi, & ad hoc vt dixi isti tex. non fuerunt vnquam ponderati. Tertiò, & fortius moueor, nam fundamentum Barto.in quo Barto.se fundat,est falsum, quia

a imò per prorogationem termini non fit nouatio [a] vllo modo,& sic consequentia Barto.non est bona,fit prorogatio, ergo fit nouatio ope exceptionis:probo noua, & subtili ratione, nam in tempore prorogato durat tamen pœna prius promissa.l.lecta versicul.dicebam.supra si certum petatur, & ibi Pau. de Cast.& do.Alex.in 5.not.ad hoc not.tenet Barto.in l. 1. §. & post operis.supra de oper. nou. nunc. cum multis concordan.

b quas ibi dedi.Item in tempore prorogato [b] non durant pignora nec fideiussores.l.Labeo.2.§.fin.supra de arbitr. l. item quæritur.§.qui impleto.supra loca.& lege.legem.C.e. & tamen ista omnia tollerentur si fieret nouatio.l.solutum.in prin.ver.nouata.ff.de pign.act.l.si creditor.& l.nouatione.ff.de noua. Bart.in l. aliam.ff.de noua.nec est verum aliud,dum dicit Bart. fieri nouationem ope exceptionis,& sic non ipso iure. istud procederet tenendo illud,ꝙ tenet idem Bar.in d.l.penul. ff.de præte. stipu.vbi tenet,ꝙ in omnib.casib.in quib.olim de iure florum fiebat nouatio ipso iure, hodie etiam fit non ipso iure, sed ope

* exceptionis. ista opin. est falsa, *et communiter tenetur contrarium*,

c vt latè per d.Alex.post alios [c] in l.qui vsumfru.ff.eo. vbi dicit, ꝙ commu-

ADDITIONES.

a ¶Nouatio.Adde,ꝙ ante ipsum hanc opi.s.ꝙ per prorogationem termini nō fiat nouatio,ponunt do.de Rota decis.444.quos refert,& sequendo comprobat d. Mar.Soc.in consi.21.col.4.circa prin.

b ¶In tpe ꝓrogato.Et ꝙ fideiussores nō teneanī in tpe prorogato, vide Bar.& ibi Bal.in d.l.Labeo.2.§.si p fideiussorē.ff.de arb.& adde,ꝙ si fuit factū compromissū,& dati fideiussores,si fiat prorogatio compromissi,fideiussores nō tenentur.ita consuluit Soci.in suo consi.ꝙ inci.circa primum consultationis articulū pro fundamento præmitto. in prin. ꝙ consilium non est in impssis.

c ¶Per d.Alex.post alios. Adde eūdē Ale.in cons.10.col.3. ver. & eo. mō. & in cōs.13.2.col.& seq.ī 2.vol.vbi ēt tenet ꝯ Bar.in hoc,& vide Ale.in cōs.13. eūdē Ias. in l.pecuniā q̄.in fi.& ī l.lecta.nu.12.& in l.singularia. ff.si cert.pet. Rom.cōs.121.Dec.cōs.400.col.fi.in fi.Ale.in l.4.§. si ex cōuentione. nu.8.& alijs seq.ff.de re iud.Gab.cō.opi.lib.3.tit.de Noua.cōcl.1.nu.53.& seq. vbi disputat,dicit tñ magis cōem,ꝙ ēt ope excep. non fiat nouatio, nisi expressè agaī,vt ēt scribit Ale.cōs.72.nu.1.lib. 2.& q̄ nouatio in dubio nunq̄ p̄sumiī, nisi expssè partes cōueniāt,teste Ro.d. cōs.121.& cōs.211.col.2.ī pri.MAS.

communis opin.in hoc vltimo est contra Barto.contra quem
sæpè in hoc vltimo in contingentia facti consului, & contra-
rium etiam tenui in l.singularia.ff.si cert.pet.& sic ex omni par-
te fundamentum Barto.redditur falsum,& sic non videtur be-
ne euadi illud tertium fundamentum,quod feci,si velles pon-
4 derare,ꝙ Bart.ibi dicat ope excep.¶† Secundo not. ex tex. ibi,
post moram Titij decesserit, ꝙ secunda promissio conditio-
nalis interposita animo nouandi primam puram, non inducit
purgationem moræ primi debitoris, quamuis noua persona
intercesserit,quod patet,quia tex.dicit post moram, ergo præ-
supponit moram non esse purgatam,& quia text.vult perem-
pta specie adhuc primum promissorem teneri, quod ideo est,
quia mora perpetuauit obligationem,& odio morosi fingitur
res perempta extare.l. si seruus.§.fin. ff.eod. Limita singulariter
hoc procedere, quando secunda promissio conditionalis fuit
facta contemplatione creditoris,ad quem secundus promissor
suum dirigebat effectum,ita procedit iste tex.secus si facta fuis
set contemplatione primi debitoris, tunc bene purgaret eius
moram secundum glo.hic in versi.confestim.in 1.sol.,& etiam
a ff.ante fin. *& sequuntur communiter omnes*,& est valde sing.& ma-
gna limita.secundum Pau.de Cast.& dom.Alex. tanto fortius
cùm in dubio secunda promissio conditionalis censeatur fa-
cta contemplatione debitoris l.fideicommissa. §. interdum.ff.
de leg. 3.secundum Bart.& alios hic. An ista limitatio, quæ est
5 peregrina,& mirabilis,sit vera,dicam.ff.in glo.¶† Tertiò no.ex
tex.ibi,confestim cum Titio agere potero, ꝙ licèt per secun-
dam stipulationem conditionalem factam animo nouandi,
speretur prima,quæ est pura, nouari in conditionis euentum,
adeò, ꝙ interim pendente conditione secundæ stipulationis
ex prima agi non possis, quia tunc videtur facta sub contraria
conditione.l.pecuniam. ff.si cert.peta. alleg.in glo. illud est ve-
rum,& procedit quando secunda stipulatio posset habere ef-
fectum,quia seruus promissus adhuc viueret,secus si effectum
habere non posset,quia res promissa esset perempta,quoniam
tunc ex prima statim agi poterit.tex.est hic,conditione vlterius
non expectata, quia cùm secunda amplius cōmitti non pos-
sit,ex quo res promissa est mortua, & consequenter prima nō
speretur amplius nouari,ideo reuertitur ad primam eius natu-
ram,quæ est pura,ideo ex ea confestim potest agi. text. est hic
valde no.pro intellectu,& limitatione.[a] d.l.pecuniam. secun-
dum Pau.de Cast.hic in 2.col.Rapha.Cum. in penul.colu.ad
fi.licèt sibi ascribat dom.Alex.tacitis auctoribus.¶Quartò no.
ex eo.tex.ꝙ in terminis huius.§.si seruus promissus viueret, nō
posset statim agi contra primum promissorem, eo quia ex ꝓ-
missione prima pura, quæ speratur in euentum alicuius con-
ditionis posse nouari,non potest statim cum effectu agi.d.l.pe-
cuniam.in fi.sic etiam ex testamento, ꝙ speratur posse rumpi,
non potest adiri hæreditas, nec peti bonorum possessio secun-
dum tabu.l.ventre.ff.de acquir.hæred.& l.illud. §.fin.ff.de bon.
pos.contratab.¶Quintò not.in versi. at si Titio acceptum fe-
cissem,& sic ex secunda parte huius text.ꝙ in terminis huius §.
pendente conditione secundæ stipulationis, potest interim pri
mus promissor per acceptilationem liberari, & talis acceptila-
tio valet,& tenet.Contra istum text.fortiter opponitur, ꝙ talis
acceptilatio non debeat valere.nam eueniente conditione se-
cundæ stipulationis,prout tex.iste præsupponit euenire,ibi,exi-
stente conditione obligari potest, planum est, ꝙ conditio quā-
docunque eueniens trahitur retro.l.potior,& l.qui balneum.ff.
qui pot.in pigno.hab.vnde vsq; à principio primam obligatio
nem sustulit,ergo acceptilatio sequens nihil debet valere,cùm
iuris fictione videatur facta post sublatam obligationem pri-
mi,ergo nihil valet,prout videtur esse text. in l. qui decem. §.1.
versi.sed quid si ignorante,& in l.si quis offerenti.in fi.ff.de solu.
ꝑp istam difficultatem subtilis Doc. Cum.hic ad fi.ingenuè fa-
tetur,ꝙ in isto tex.ista acceptilatio nō valuit,& nullius fuit mo-
menti.Reputo,ꝙ istud sit ridiculum,& certè iste text. præsup-
ponit acceptilationem validam fuisse in vers.ibi,(acceptilatio-
ne autem interposita superest homo.) Item si esset nulla,non
diceretur acceptilatio.l.4.§.condemnatum. ff. de re iud. & cle.
pastoralis.in vlt.colum.eod.tit.de re iudi.præterea si in isto tex.
acceptilatio non valuisset,certè text. non haberet aliquod du-
bium,quia si acceptilatio non tenuisset,quis dubitaret postquā
homo promissus erat in rerum natura,& obligatio primi pro-
missoris non erat per acceptilationem sublata, quòd euenien-
te conditione secundus obligaretur,& quod nouaretur prima
obligatio,quia tunc omnia concurrerent ad faciendum noua-
tionem. Vnde Iuriscons. vt poneret casum dubitabilem, præ-
supponit acceptilationem tenere. Ad opp.Cum.respondet in-
signis Doct. do.Petr.de Bexu.hic,inquantum dicitur,ꝙ condi-
tio secūdæ stipulationis existens trahitur retro,est verum quā-
tum ad fundandam obligationem secūdi promissoris, ex quo
adhuc viuit homo promissus,vt dicit iste tex.in ver. fi.sed non
trahitur retro quantum ad nouationem faciendam de obliga-
tione primi, quia non adest extremum habile, quia obligatio
primi deducenda in nouationem desijt esse in rerum natura,
cùm fuerit sublata per acceptilationem, vnde isto secundo re-
spectu quantum ad nouationem primæ obligationis facien-
dam,non potest conditio trahi retro,& licèt ipse non dicat, ꝓ
ista solutio.adde tex.in l.quoties.ff.de noua.ibi,nec nouatio co-
tinget, quia non subest res eo tempore, quo conditio imple-
tur,& Barto.ibi in fin.multum not.illum tex.& reputat perpe-
6 tuò tenendum menti,ꝙ illud,quod dicitur,† ꝙ conditio trahi-
tur retro ad tempus stipulationis contractæ,est verum si tem-
pore existentis cōditionis reperiatur extremum habile ad ob-
ligationem contrahendam,vel nouandam, secus si reperiatur
extremum inhabile vel ex parte rei, vel ex parte personæ, vt
ibi per eum.Ego respond.clarius,& fundamentalius dum dici-
tur,ꝙ conditio retrotrahitur,nisi actus medius,vt est hic acce-
ptilatio,impediat retrotrahi,quia actus medius obuiat coniun
ctioni extremorum.glo.est not.& ibi no.Bar.in l.si indebitum.
§.1.ff.rem rat.hab.Bald.in l.fi.C.ad Mace.habent Cano. de hoc
optimum text.in c.si pro te.de rescr.in 6.facit.l.si pater filium,
& ibi glo.& Barto.ff.de adop.Bart.in l.si vxor.§. si quis vxorem.
7 ff.ad l.Iuliā.de adulte.† vbi tractat,an matrimonium medium
impediat legitimationem filiorum, qui nati sunt prius ex con-
cubina,si posteà mortua illa vxore ducat cōcubinam in vxo-
rem,iuxta c.tanta.qui fil.sint legit.& idem Bart. in l.bonorum.
ff.rem rat.hab.cum suis concordan.ad idem facit,quod tenent
Barto.& Doct.in l.Gallus.§.& quid si tantum.colum.fin.de lib.
8 & posthu.† vbi tenent,ꝙ legitimatio non trahitur retro,quan-
do bona medio tēpore essent alteri quæsita, imò fortius actus
medius licèt impertinens, imò etiam contrarius impedit con-
iunctionem extremorum, vt per plura probat Ioan. Andr. in
reg.sine culpa.in 6.colum.in mercur.præcipuè per ca.per tuas.
de condi.appo. sequitur do.Alex.in d. l. Pomponius. §. quæsi-
9 tum.ff.de acquir.pos.¶† Sextò not.ex eod. versi. at si Titio ac-
ceptum, ibi, obligari potest,ꝙ si primus debitor sit liberatus ꝑ
acceptilationem,tunc secundus potest conueniri, si conditio
eueniat,& sic acceptilatio facta primo promissori non prodest
secundo. In contrarium arguitur fortiter, nam ex quo ambo
promiserant eandem rem, & secundus promiserat contempla
tione primi, videbantur, quodammodo correi. item iste se-
cundus videbatur quodammodo fideiubere pro primo, ani-
mo repetendi ab eo, quod solueret. sed acceptilatio facta vni
ex correis prodest alteri, & facta principali prodest fideiussori.
l.si ex pluribus,& l.& per iusiurandum. §. & si fideiussori. ff. de
acceptilat. l. 4. §. nunc de effectu.ff. de lib.leg.& l.exceptiones,
quæ personæ. ff.de excep.timore huius difficul.Barto.multum
restringit istum tex.vt intelligatur, quando secundus promisit
non contemplatione primi debitoris,sed contemplatione cre
ditoris,prout etiam voluit glo.magna hic in prin. aliàs proce-
deret contrarium.ff.formatum, licèt fateatur Barto.ꝙ in dubio
videtur promittere contemplatione primi debitoris. argum.l.
fideicommissa.§.interdum. ff.de legat. 3. & cum ista solutione
videtur transire dom.Alex. hic, vt iura iuribus concordentur,
c.cùm expediat. de elect. in 6. Sed ista est manifesta diuinatio,
& restrictio ad hunc tex. Secundo modo respondent Ioan. de
Imol.Rapha.Cuma.& Pau.de Cast.hic, & ista est verior solu-
tio de iure secundum dom.Alex.ꝙ in isto text.Titius, & Seius
non possunt censeri duo correi, quia non concurrunt eodem
tempore in obligatione eiusdem rei,quia ex promissione secū-
di adueniente conditione debet liberari primus, ergo impossi-
bile est eos esse correos, neque secundus potest censeri quo-
dammodo fideiubere pro primo,nec habere similitudinem fi-
deiussoris,cùm secundus se obliget in casum, quo primus re-
manet obligatus.Item intercedit animo nouandi primam ob-
ligationem, secundum communem intellectum glo.2.& Do-
cto.ergo cùm in isto text. iste secundus non censeatur correus
fideiussor,ergo acceptilatio facta primo nō liberat secundum
eueniente conditione.¶Ego aliter respond.subtilius, & funda-
mentalius,& dico,ꝙ impossibile est,ꝙ in hoc text.acceptilatio
facta primo possit prodesse secundo. nam in isto text. propter
secundam stipulationem conditionalem intelligitur primus
obligatus sub contraria conditione. l. pecuniam. pluries alleg.
ff.si cert.pet.tunc sic,aut deficit conditio secundæ stipulationis,
& tunc purificata est obligatio primi, & acceptilatio quo ad
primum habet effectum, & tunc impossibile est, ꝙ prosit
secundo,

A D D I T I O.

a ¶Limitatione.Adde,ꝙ istam limitationem etiam in d.l.pecuniam.ponit Ale.
quam ibidem Ias.in 6.no.reprobat,licèt hic eam inaduertenter teneat.

secundo, cuius conditio deficit, vnde defecta conditione, cùm in eo non sit aliqua obligatio, per consequens nō potest cadere acceptilatio, nec sibi prodesse. l. ꝙ in diem. ꝟ. de accept. aut verò euenit conditio secundæ promissionis, & tunc per euentū conditionis apparet primum, nec tempore acceptilationis, nec post fuisse efficaciter obligatum, ergo quo ad eum acceptilatio nihil operatur, per consequens nec quo ad alium. l. fina. infra de fideiusso. & ista est mera veritas. ¶Secundò ꝯ istum tex. & contra idem not. oppo. nam acceptilatio habet vim solutionis. tex. in l. in diem, & in l. si ex pluribus, ꝟ. de accept. quia acceptilatio est quædam imaginaria solutio, vt in d. iuribus, & §. 1. insti. quib. mod. tol. obl. sed si Titius soluisset hominem promissum, fuisset liberatus secundus promissor, præsertim si ambo
* promisissent ex causa lucratiua, *vt communiter loquuntur*. ll. huius tit. cùm duæ cāæ lucratiuæ non possint in exercitio concurrere. l. si is, qui. & l. omnes debitores. ꝟ. de act. & obl. & l. Meuius. §. duob. ꝟ. de leg. 2. ergo similiter debet liberari ꝑ acceptilationem, quæ est ficta solu. Istam oppositionem format insignis Doct. do. Petr. de Bexu. hic ad fi. & super ea relinquit cogitandum, nihil respondet, sed dubitat, responde ex mente Rapha. Cum. ꝙ ficta solutio non operatur liberationem in his, qui tenentur diuersis obligationib. vt proxi. dixi. adde præsertim cùm in acceptilatione cesset concursus de duab. causis lucratiuis, cū liberando per acceptilationem nihil lucretur nisi ingratitudi-
30 nem. ¶† Septimò, & vlt. not. ex hoc text. ꝙ si species promissa sit perempta, secundus promissor conditionalis non obligat, etiam si conditio eueniat, quia perempta specie debita, debitor qui non est in mora, liberatur. l. ꝙ te. ꝟ. si cert. pet. & l. si ex legati causa. ꝟ. eo. quia obligatio speciei non potest esse sine subiecto, & sic sine illa specie, ꝙ non est in rerum natura, non potest in obligationem deduci, & isto casu conditio eueniens non pōt trahi retro ad tempus promissionis, quo tempore res promissa erat in rerum natura, ex quo tempore euenientis conditionis desijt extare, quia sicut nō posset tunc de nouo ꝯhi obligatio, ita etiam non potest fingi retro ꝯcta, quia extrema ad hoc habilia deficiunt, quia deficit extremum à quo, cùm species tunc non extet, ideo non potest fingi retro ꝯcta. l. qui balneum. §. Titia prædium. ꝟ. qui pot. in pig. hab. & l. fi. ꝟ. communia præd. latè Bar. in repe. l. si is qui pro emp. ꝟ. de vsuca. & ita habes expedita perfectè textualia. ¶Gl. 2. in vers. promiserit. ponit duas lecturas ad tex. & tenet primam, ꝙ secunda stipulatio fuerit interposita animo nouandi primam, quia aliàs iste tex. esset de indubitabi
* li. *istam tenent communiter Doct.* quia aliàs nihil esset impedimento, quin statim posset agi ꝯ primum promissorem, & sic non esset vis, quam facit text. In prima parte, an homo promissus esset mortuus vel ne, quia tunc primus posset conueniri re et extante, & pendente adhuc conditione, si non esset interposita animo nouandi, & tñ tex. innuit, ꝙ si homo promissus viueret, non posset pendente conditione primus promissor conueniri. facit. d. l. pecuniam. ꝟ. si cert. pet. & si dicis, ꝙ istud est diuinare, cùm in isto text. non appareat, ꝙ secunda stipulatio fuerit interposita animo nouandi primam. Ego respondeo notabiliter, ꝙ hic non est aliqua diuinatio, nam iste text. loquitur in casu dubio. sed regulam habemus, ꝙ isto iure, qñ secunda stipulatio continet idem, ꝙ prima cum adiectione ꝯditionis, & præsertim cum interuentu nouæ personæ, in dubio præsumitur facta animo nouandi. tex. est in §. præterea. insti. quib. mod. tol. obl. & in l. quoties. in prin. ꝟ. de noua. ergo non est diuinatio. ¶ Contra istam primam lect. cōmuniter approbatam duo obstant. Primò, quia si verum esset, ꝙ in isto text. iste secundus promissor conditionalis intercessisset animo nouandi primam obligationem, sequeretur, ꝙ secuta acceptilatione, cùm tunc nulla subsit obligatio, quæ possit nouari, non deberet secundus promissor obligari adueniente conditione. d. l. quoties. in princ. cuius contrarium vult iste tex. respon. ſm Imol. ꝙ stipulatio secunda expressè facta ad nouandum primam, intelligitur si reperitur subesse tempore euenientis conditionis, ita ꝙ possit nouari, secus si sit sublata per acceptilationem, tunc licèt non possit nouari, tamen secundus promissor obligatur eueniente conditione, si homo promissus tunc viuat propter formam stipulationis, vt hoc tex. nam animus nouandi intelligitur rebus stantibus in illo statu, in quo erant tempore interpositæ secundæ stipulationis, arg. l. ꝙ seruus. ꝟ. de condi. ob cau. vbi qualibet ꝑ-
a missio intelligitur [a] reb. durantib. in eodem statu, prout erant. ¶Secundò, & fortius, & contra istum communem intellectū opp. secundum subtilem Cum. hic, ad fin. nam si verum esset, ꝙ in isto tex. secunda stipulatio fuisset facta animo nouandi, & sic tollendi primam, per consequens esset facta ob causam liberandi primum, & sic animo gerendi negocium primi, & sic animo repetendi ab eo illud, ꝙ soluerit per actionem negotiorum gestorum. l. soluendo. cum glo. ꝟ. de neg. gest. & l. solutionem. cum ibi not. ꝟ. de solu. & tenet Barto. hic. ergo cessante ista causa, ꝙ Titius sit per acceptilationem liberatus, non deberet posse effectualiter conueniri, quia sibi tunc competeret exceptio. l. 2. §. circa. ꝟ. de excep. do. nam creditor, qui accepto tulit Titio, facto suo fecit, ne Seius potuerit eum per nouationem liberare, & sic fecit ne vtiliter potuerit gerere negotium Titij, & consequenter ne contra eum possit agere actione negotiorum gest. l. Stichum. §. pen. ꝟ. de solu. ergo si creditor agat cōtra Seium, debebit exceptione repelli, & tamen iste tex. vult, ꝙ liberato per acceptilationem primo, secundus eueniente conditione effectualiter obligetur, ergo non videtur verum, ꝙ ista secunda stipulatio fuerit facta animo nouandi, & in hoc residet Cum. Sed huic difficultati responde secundum insignē Doct. Pet. de Bexu. ad fi. ꝙ Seius non potest stipulatorem exceptione repellere, eo quia per factum stipulatoris accepto ferentis, non potuerit nouare obligationem primi intercedendo animo nouandi, & liberandi eum, & sic faciendi quantum in eo fuit, licèt posteà effectus non fuerit subsequutus. argu. in l. sed an vltro. & l. siue hæreditaria. ꝟ. de neg. gest. & l. & in totum. ff. de impen. in reb. do. fac. si ergo stipulator liberauit Titium per acceptilationem, & sic fecerit ne potuerit per nouationem eueniente conditione liberari, istud non debet præiudicare. Scio quin si soluat stipulatori, possit habere regressum contra Titium. ¶Capio gl. magnam in versi. confestim. Ista glo. tota secundum Raph. Cum. loquitur multum confusè, & inuolutè, & secundum dom. Alex. ista glo. est inordinata, & hoc est, quia Barto. expediendo peruertit ordinem glo. & propter peruersionem Barto. videtur glo. inordinatè procedere, quia ista glo. venit transportanda, prout etiam faciunt Io. de Imo. & dom. Alex. & propter istas transportationes glo. redditur obscurior. Ego intendo istam glo. & eius materiam expedire claro, & pulchro ordine, & non sequi Barto. qui inordinatè, & vt dicit Raph. confusè procedit, vnde sequendo seriem verborum gl. ista glo. videtur formare duas oppo. & primæ respondere quatuor modis: secundæ tribus, sed illam secundam oppo. etiam format glo. in 1. par. in 2. solu. & sic ista. 2. oppo. reperitur bis in glo. formata in 1. & in 2. par. Secunda ibi, item oppo. quia pendente conditione, &c. ¶Pro clara intelligentia glo. format contra text. fortem oppositionem, quę habet duas partes, prout gl. format duas oppo. Aut vis tenere, ꝙ mora de qua in tex. fuerit commissa per primum promissorem, antequam interponeretur secunda stipulatio conditionalis, & istud non videtur posse stare, quia per secundam stipulationem conditionalem posteà interpositam purgaretur mora præcedens, vt iuribus in princ. gl. alleg. ergo purgata mora, & secuto interitu hominis ꝑmissi, non deberet teneri primus promissor. l. si ex legati causa. ꝟ. eod. cuius contrarium dicitur in tex. ista est. 1. oppo. glo. Aut vis tenere, ꝙ in isto text. prius fuerit interposita secunda stipulatio conditionalis, & posteà fuerit mora commissa per primum promissorem, & hoc videtur impossibile, quia pendente conditione secundæ stipulationis, primus promissor interim conueniri non potest. l. pecuniam. ꝟ. si cert. pet. si non potest conueniri, ergo non potest in mora constitui, ista est. 2. oppo. glo. & sic quocunque te vertas, siue intelligas moram ante commissam, siue post, nullo casu videtur, ꝙ iste text. possit procedere. Aduerte, ꝙ tex. simpliciter dicit post morā Titij, & non aperit quo tempore talis mora fuerit commissa, an ante interpositā. 2. stipula. an verò post, vnde cùm text. simpliciter loquatur, debet etiam simpliciter sic intelligi, ꝙ vtroque casu possit proce-
11 dere ante, & post, & sic facio duos casus princ. ¶ † Primus casus est, quando mora erat prius commissa, & postea. 2. stipulatio interposita, & ex solutionib. gl. habes quatuor casus, in quibus mora præcedens non purgatur per 2. stipulationem conditionalem, & in illis quatuor casib. iste tex. poterit procedere in mora ante commissa: primus casus est ſm primam solutionem glo. positam hic in prin. & etiam ꝟ. in 1. solutione 2. oppo. quando. 2. stipulatio conditionalis fuit interposita non contemplatione debitoris morosi, sed contemplatione stipulatoris & sic creditoris, ad quem secundus promissor suum dirigebat effectum, quo casu non purgatur mora præcedens, & sic potest procedere iste text. & ratio est, quia tunc secundus promissor non habuit animum gerendi negotium primi, & sic non habuit animum purgandi eius moram, vnde ex hoc videtur tacitè egisse, ꝙ non purgetur mora præcedens, ex quo interuenit fauore, & contemplatione creditoris, vnde ꝙ fauore creditoris

ADDITIO.

a ¶Intelligitur. Adde idem in iuramento, vt no. in c. quemad. de iureiur. facit, ꝙ no. Bar. in l. clari. C. de fideic. & vide Alex. in consi. 85. col. 1. in 5. vo. vbi talis clausula rebus sic stantib. intelligitur etiam in compromisso.

creditoris est interpositum,non debet ad eius damnum retorqueri,& sic non debet induci,vt purget moram.l.quod fauore.C.de leg.& c.quod ob gratiam.de reg.iur.in 6. Ista 1.solutio gl.secundum Bart.non solùm est vera in se, imò est necessaria ad istum tex.& probat Barto.sic,quia si in isto tex. Seius secundus promissor intercessisset pro Titio, & contemplatione Titij,& sic quasi pro eo fideiubendo,certè liberato primo per acceptilationem,etiam liberaretur secundus, vt dixi in text. in 6. not.sed contrarium dicitur in tex.ergo ex hoc apparet,ꝙ non promittebat pro Titio,sed pro seipso,& gratia stipulatoris , vt dicit glo.sed vt dixi.s.in tex.in 6.no.ista esset nimia restrictio,& diuinatio ad istum tex.quam facit Bar.& ibi clarè remoui istud fundamentum Bart.& Bart.met.ꝟ.proximè subdit,ꝙ in dubio prout loquitur iste tex.secunda promissio intelligitur facta cõtemplatione primi debitoris.l.fideicommissa. §.interdum.s.de leg.3.præterea secundum Imo.si res promissa extabat tempore euenientis conditionis,nouabitur prima obligatio, ex quo secunda fuit interposita animo nouandi, vt dictum est in gl.2. & consequenter tolletur effectus moræ primi debitoris, quando etiam secunda non fuisset interposita eius contemplatione, sed quando deficeret conditio secundæ stipulationis,tunc procederet casus gl.Tu aduerte subtilius secundum insignem Docto.dom.Petr.de Bexu.ꝙ ista prima solutio glo.approbata per Barto.*& communiter per alios* non potest adaptari ad istum text. nam iste tex.intelligitur per gl. *secundam approbatam communiter*, ꝙ in isto tex.2.stipulatio fuit facta animo nouandi primam.ita tenet glo.& omnes.ergo si Seius promisit animo nouandi obligationem Titij,& sic animo liberandi Titium,ergo intercessit animo gerendi negotium Titij,ergo contemplatione Titij, & sic pro Titio,& non pro seipso.Et pondera,ꝙ Docto. videntur aliqualiter contrarij,nam primò tenent glo.2.ꝙ in isto tex. secunda stipulatio fuit interposita animo nouandi obligationem Titij,& posteà tenent,ꝙ fuerit interposita pro se ipso, & non animo gerendi negotium Titij , sed ista nõ possunt simul stare,quia eo ipso,ꝙ habet animum nouandi, habet animum gerendi negotium Titij,sicut si soluisset pro Titio, nam nouatio æquiparatur solutioni,vt est tex.in §. præced. & in l. si rem. §.si duo.de noua. ergo sicut soluendo pro Titio gereret negotium Titij.l.soluendo. s. de nego. gest. ita etiam intercedendo animo nouandi . ¶ Secundus casus glo. est ibi,tertij , quando Seius promisisset animo nouandi,quia tunc sicut non nouaret primam obligationem,ita etiam non purgaret moram primi, sed glo.2.& Docto.tenent contrarium,ꝙ imò in hoc tex. 2.stipulatio fuit interposita animo nouandi primam,ibi dixi.¶Tertius casus glo.est ibi,quarti.vt Roge.ꝙ in isto tex. fuit expressè actum,ꝙ per secundam promissionem etiam animo nouandi interpositam non tamen purgaretur mora Titij præcedens. ¶Quartus casus valde not.est,quem ponit gl.in fi. & ad istum casum Bart.& Scriben.nõ aduertunt,quando mora præcedens fuisset cõtracta per delictum, puta,quia primus promissor occidisset seruum promissum,tunc illa mora præcedens per delictum non purgaretur per 2. stipulationem non conditionalem,etiam animo nouandi interpositam, ita vult ista gl. in fin. quam bene not.Et ratio potest esse duplex.primò, quia mora, quæ committitur per delictum,est improbior mora,per illud, ꝙ in simili dicit glo.solennis in l.si te.C.de infa.& quia grauius est illud,ꝙ committitur in faciendo,puta occidendo,quàm ꝙ negligendo,puta omittendo,vt est glo.ord.in l.si mora. s.solu. matrim. vbi circa hoc quamplura cumulaui , & glo.in l.lege. Corne.s.ad Sena. Sylla.ergo cùm sit improbior mora,non potest ita de facili purgari per secundam stipulationem conditionalem,iura ergo quæ allegantur in prin.huius glo. quæ volunt ꝙ per secundam stipulationem conditionalem purgetur mora primæ obligationis,procedunt,& signanter limitantur,quãdo mora præcedens fuit contracta per interpellationem, secus si per delictum,vt hac gl.no.& ita etiam tenet glo. in d.l. quoties.vers.vnde Marcel.in glo.in ver.purgari.in 1.solu.ꝟ.de noua. secundam rationem statim ponam. Istum casum ampliat Io. de Imol.hic colum. fin. quamuis de ista glo. nec de alia faciat mentionem,vt procedant etiam si res promissa fuisset in præsentia tempore secundæ stipulationis conditionalis,adhuc nec purgaretur,nec tolleretur effectus moræ præambulæ contractæ per delictum,& adhoc dicit facere text.in l. & eleganter.§. non solum.s.de dolo.Sed caue,ista ampliatio non posset stare, quãdo seruus promissus ante fuisset occisus, quia ex quo prius erat mortuus, non poterat esse in præsentia tempore secundæ stipulationis. Sed intellige Imol. quando primò erat letaliter vulneratus,& ita vulneratus fuit in præsentia tempore secundæ stipulationis,& posteà mortuus est , quia tunc mors trahitur retro ad tempus vulneris letalis,vt not.in l. damni. §. Sabini.s.de damn.infec.Sed aduerte circa istum quartum casum glo.valde no.quia diceret aliquis subtilis,iste casus est impossibilis,quia si homo promissus erat occisus, ergo secunda stipulatio nihil penitus valuit super homine iam mortuo.l.si homo mortuus. ꝟ.eo.respon. quòd animo nouandi primam obligationem potest homo mortuus in stipulationem deduci. l. si seruum.§.fin.& l.inter stipulantem.§.penul.ꝟ.eodem, & glo.in illo.§.penul.in versi.stipularer.dic,& valde not. quòd tunc per istam secundam stipulationem non purgatur mora præcedens,quia ex quo res erat mortua, non potest esse præsens, vt statim dicam in sequen. casu.sed bene nouat primam oblig.licèt non purget, & ista erit secunda ratio valde not. ad istum quartum casum,& ista bene nota, quia sunt boni termini iuris,& iste casus est valde necessarius, quòd mora fuisset commissa vel occidendo,vel lætaliter vulnerando, tunc non purgaretur per secundã stipulatio. ¶Vltra gloss. addit Barto. post Docto. antiquos per eum relatos,& omnes sequuntur, alium quintũ casum,qui est bonus,& not. quòd in isto text. secunda stipulatio conditionalis interposita animo nouandi , ideo non purgat moram primi debitoris præcedentem , eo quia homo promissus non erat præsens tempore secundæ promissionis, sed erat absens,ideo absentia rei promissæ impedit, ne secunda stipulatio purget moram præcedentem , secus ergo si fuisset præsens,ita tenet gloss.in d.l.quoties in princip.versi.vnde Marcellus.in vltim.solu.ꝟ.de noua.& ibi glo.alleg. de hoc text. expressum,& clarum in l.qui decem.§.si cùm mihi Stichum.versicu.sed tamen.ꝟ.de solu.quem text. Barto. ibi in duobus locis dicit non esse alibi in iure,& eum etiam pro singu.not.ibi.Pau. de Cast.Et aduerte,quia text.ibi in illo versic.si tamen.in fi. assignat istam rationem , non enim obtulisse eum propter absentiam intelligi potest. ista ratio prima inspectione videtur obscura,ideo eam apertè,& notabiliter sic declara,nam purgatio moræ fundatur super mera æquitate.l.si seruum. §. sequitur.ꝟ. eodem.vnde debitor ex bono,& æquo dicitur moram purgare,quando ipse vel alius pro eo offert rem debitam creditori, vel quando creditor stipulatur ab alio etiam conditionaliter eandem rem.nam ex bono , & æquo etiam per talem secundam promissionem conditionalem purgatur mora præcedens,vt est ibidem text.d.§.si cùm mihi Stichum. in versic. sed quid si ignorante,& in versicu.idem responsum.ratio est, quia ita promittendo,secundum iuris intellectum, videtur offerre, vt ibi dicit text.hæc fictio tunc potest habere locum, quando potest habere locum veritas , & non aliter. l. qui ad certum.s. loca.& l.filio,quem pater.s.de libe.& posthum.Not.ad propositum,quando seruus,qui promittitur,tunc est præsens, potest cadere veritas obligationis , & ideo si alius promittat creditori eundem seruum præsentem , iuris intellectu intelligitur eum offerre creditori,ideo tunc bene purgatur mora præcedens, sed quando seruus,qui promittitur,non est præsens,sed absens, tunc verè non posset offerri,ergo etiam non potest tunc habere locum fictio, ideo non purgatur tunc mora præcedens , & istud est,quod propriè voluit dicere text.in d.§.si cùm mihi Stichum.versicu.si tamen.in fin.dum assignat rationem , & dicit non enim obtulisse eum propter absentiam intelligi potest. confirmo,quia si seruus promissus moriatur pendente conditione,quia tunc non potest esse præsens tempore euenientis cõditionis,ideo non purgatur tunc mora præcedens, & tunc primus debitor potest statim conueniri,ita est text.hic,quem nũc intelligis fundamentaliter,& istum quintũ casum dicit Barto. esse not.& bonum,& omnes indifferenter tenent, quia verissimus est.Et si diceres,quis reuelauit Barto.& Docto. ꝙ in isto text.tempore interpositæ secundæ stipulationis conditionalis seruus promissus non esset præsens ,sed absens ? istud est diuinare ad istum text.& diuinare non debemus,vulg.l. si putator. s.ad l.Aquil.responde notabiliter,ꝙ text.loquitur in dubio,sed præsumere præsentiam serui promissi tempore secundæ stipulationis,est præsumere extrinsecum,sed extrinseca non præsumuntur.l.quantæ.§.1.s.de publica.Barto. & alij in l.sciendum. vbi dixi.s.eo.præterea primus debitor,qui vult dicere seruum fuisse præsentem tempore secundæ stipulationis,& consequenter moram suam purgatam,debet hoc ostendere, & probare. l.actor.C.de proba.& l.ei,qui dicit.s.eo.de proba.imò plus etiã quando negatiua est fundamentũ intentionis alicuius,tenetur eam probare,secundum Barto.& alios in l.in illa.& l. hoc iure. s.eod.de verb.obl.& sic istud non est diuinare,sed necessariam iuris interpretationem facere,& sic ex istis omnibus habes relatos quinq; casus, in quib. mora erat commissa ante, & tamen per secundam stipulationem conditionalem etiam interpositam animo nouandi,non purgatur illa mora. ¶ Assumo nunc secundum casum princip. quando post secundam stipulationem conditionalem fuit commissa mora, ex solutionibus glo. habes duos casus:primus,quando vnus promisit purè, deinde

alius

alius secundus promisit sub conditione, tunc post promissio-
nem conditionalem secundi potest mora committi per pri-
mum. ita loquitur iste tex. secus, quando ipse idem promisisset
primo purè, deinde sub conditione. ita loquitur. d. l. pecuniam.
Bar. repræhendit hoc, quia secundum eum tex. est, ꝙ nõ refert,
siue ipse siue alius promittat, in d. l. pecuniam. s̃. si cer. pet. sed
certè ille tex. videtur loqui prout dicit glo. quando ipse idem,
& non alius. fortè Barto. considerauit, ꝙ text. ibi non facit diffe-
rentiam, an sit idem vel alius, sed pro certo ibi est vnus, & idem
promissor, licèt alij tertio promittat, & non primo stipulatori,
sed hic est totum ècontra, quia duo sunt diuersi promissores,
sed vnus stipulator, tamen ista solutio gl. non euacuat contra-
rium. d. l. pecuniam. quia in isto text. licèt alius tertius secundo
loco promiserit, tamen quia eueniente conditione fiebat no-
uatio primi, ergo sub contraria conditione remanebat Titius
obligatus, vt ibi, ergo interim non potest conueniri, & sic nec
in mora constitui, & istud est, ꝙ vult dicere Bar. & glo. met in
d. l. quoties. versi. vnde Marcellus. j. de noua. vbi dicit, ꝙ ista so-
lutio sibi non placet. ¶ Secundus casus gl. est, quem ponit in pri
ma, & etiam in 2. parte, qui est valde no. & Bar. reputat tenen-
dum menti, ꝙ licèt debitor sub conditione non possit interim
conueniri, & sic in mora constitui negligendo, tamen bene po-
test in mora constitui faciendo, & sic occidendo, vel vulneran
do lætaliter speciem promissam. Et sic habes ex glo. ꝙ non so-
lùm occidendo dicitur debitor in mora constitui, & perpetua
re obligationem, sed etiam vulnerando, ratio est, quia mors re-
tro fingitur vsq; ad tempus vulneris lætalis, vt not. in l. damni
infecti. §. Sabini. s̃. de dam. infect. ratio etiam huius glo. est, quia
Sticho interfecto extinguitur stipulatio conditionalis, vt hoc
tex. & d. l. quoties. in princip. quæ stipulatio erat causa, ꝙ prima
promissio diceretur conditionalis, idest facta sub contraria cõ-
ditione. d. l. pecuniam. vnde extincta secunda stipulatione, pri-
ma remanet pura, & confestim potest agi, vt hoc text. & sic re-
ducitur ad pristinam originalem naturam suam, quæ fuerat
pura. ¶ Hinc ex hoc subtiliter sequitur, ꝙ secus esset, si conditio
non purificaretur per imperfectionem, vt si promisi simplici-
ter Stichum sub conditione, & interim ea pendente eum oc-
cidam, non dicar per hoc esse in mora, ideo non possum con-
ueniri actione ex stipulatu, sed actione de dolo. text. est secun-
dum communem intellectum in l. si fideiussor. s̃. de dona. ita
sing. limit. & declarat istam glo. Bar. in l. mora. in vlt. oppo. j. eo.
Et licèt dom. Alex. subijciat Docto. hic non allegare Bart. in lo-
co præalleg. tu dic, ꝙ imò Pau. hic in fin. expressè alleg. & dicit
ꝙ illud dictum Bar. est tenendum menti, quia subtilissimum.
¶ Ex supra scriptis omnibus habes, ꝙ iste text. loquens de mo-
ra, potest intelligi de mora contracta ante interpositam secun
dam stipulationẽ conditionalem, & etiam de mora contracta
post. Sed statim diceret aliquis, iste text. simpliciter loquitur de
mora, & tu restringis ad aliquos casus speciales, qui etiam di-
uinant, dic quòd text. non curat, quomodo vel quando fuerit
contracta mora, modo non sit purgata. vnde tex. potest exem-
plificari in omni casu possibili: quis autem sit iste casus, de hoc
non quæritur, nec disputatur in hoc text. qui solùm loquitur
de mora commissa, & non purgata. vnde reducas te ad quem-
cunque casum velis, in quo istud possit procedere, & per ista
remanet clarè expeditus præsens. §. & consequenter ista. l. in
quatuor lectionib. 8. Februarij. 1506.

S V M M A R I V M.

1 *Effectus obligationis conditionalis transit ad hæredes promissoris.*
2 *Mors non est causa tollendæ obligationis.*

L E X L V I I.

1 SI quis si Titius. ¶† Effectus obli-
gationis condi-
tionalis transit ad hæredes promissoris, & sic passi-
uè. dic idem actiuè, quia etiam ex parte stipulato-
ris obligatio actiuè transit ad hæredes stipulatoris. §. ex condi-
2 tionali. institu. eo. & hic in glo. ¶† Not. ex hoc text. secundum
Bal. quòd mors non est causa tollendæ obligationis, licèt aliàs
dicat text. quòd mors omnia soluit. in §. deinceps. in Authen.
de nup. & propter hoc etiam emanauit titu. C. vt act. ab hære.
& contra hæredes. Item intellige istum text. in conditione ca-
suali, prout loquitur, sed in conditione potestatiua, puta si de-
derit, facultas implendi non transit ad hæredes nec actiuè nec
passiuè, quia videtur actum, ꝙ principalis, à cuius potestate
non pendet debeat, ipse adimplere. in l. si decem cum petiero.
vbi dixi. s̃. eodem. ¶ In text. ibi, relinquit hæredem obligatum
expone, idest obligandum in conditionis euentum, cùm inte-
rim pendente conditione prout loquitur tex. non sit nata actio
nec obligatio. l. cedere diem. j. de verb. sign. vel expone obliga-
tum, scilicet conditionaliter propter spem debitum iri, vt dicit
text. in d. §. ex conditionali. insti. eo. si conditio extiterit, obliga-
bitur efficaciter.

S V M M A R I V M.

1 *Secunda stipulatio continens plus quàm prima, inducit nouationem pri-*
mæ, nisi in certis casibus vt infra nu. 2. & 3.
4 *Vsusfructus verè non est pars fundi.*
5 *Si quis promisit fundum pleno iure, & tradidit solùm proprietatem de-*
tracto vsufructu, an possit etiam contra eum peti fundus.
6 *Quando secunda stipulatio continet minus quàm prima, non inducitur*
nouatio primæ.
7 *Secunda stipulatio continens minus quam prima, nullam obligationem*
etiam naturalem inducit.
8 *Secunda stipulatio continens minus quam prima, nouat præcedentem,*
& tunc tantum ex secunda agi poterit.
9 *Triplex est totum, quoddam est integrale, quoddam numerale, & quod-*
dam prædicamentale.
10 *Qui producit in iudicio duo instrumenta eo. die confecta, & in vno di-*
cit se dominum, & in alio dicit se esse vsufructuarium, an debeat suc-
cumbere tanquam producens scripturas aduersas, & contrarias.

L E X L V I I I.

QVi vsumfructum. Secunda
stipula-
tio continens plusquam prima valet, & in dubio
nouat primam, secus si continet minus, quia tunc
nõ valet, nec nouat primam, nisi fuerit expressè actum. hoc di
cit, s̃m verum intellectũ, vel sic, & breuius. Qui stipulatur pri-
mo partem deinde totum, nouat primam stipulationem. se-
cus ècontra. hoc dicit, & est singularis s̃m Pet. de Bexu. & vt vi
debitis j. erit subtilis. Diuidit in tres partes. In prima loquitur,
qñ secunda stipulatio continet plus quam prima. vt hic, & de
hoc ponit solùm vnum exemplum. In secunda loquitur ècon-
tra, qñ secunda stipulatio continet minus quàm prima, & de
hoc ponit quatuor exempla. In tertia limitat secundam partẽ
1 Scda est ibi, ècontrario. Tertia & vlt. est ibi, nisi in oĩb. ¶† No. t.
ꝙ secunda stipulatio continens plus quàm prima, inducit no-
uationem primæ, vt hic in prin. iuncto fin. & iuncta aduersati-
ua, sed, quæ cùm sit sine copula, inducit ad primum casum di-
* uersitatem & in facto, & in iure, vt hic in gl. in eo. intellectu *com*
muniter approbato. Adde ad istud not. glo. in l. scire debemus. in
in prin. in ver. mixta. s̃. eo. Bar. in l. pen. j. de præt. stipu. Item ad-
de in simili tex. valde no. in l. si ita scriptum fuerit. secunda. s̃. de
hære. instit. vbi in propria forma dicit egregiè text. ꝙ scriptura,
2 quæ est plenior, potior habetur. ¶† Limita istam regu. in casu
no. l. si diuortio. s̃. eod. vbi actio de dote competens ad dotem
datam, non nouatur per stipulationem sequentem, in qua est
duplicata summa dotis, & consequenter continebat in duplo
plus quàm prima, & tamen ibi secunda stipulatio continens
plus non nouat primam. ratio illius fallen. est omissis pluribus,
quę ibi dicunt per Bar. & alios. & plenius per. d. Alc. quia nihil
valent, eo q̃a prima actio de dote erat diuersi generis, & diuer-
sæ formæ à secunda stipulatione, quia actio de dote est bonæ
fidei, & habet multa, & varia priuilegia, vt patet in l. 2. s̃. de pri-
uileg. cred. & in l. assiduis. C. qui pot. in pign. hab. ideo tunc non
nouatur per secundam stipulationem. ratio rationis, quia tunc
non interest stipulatoris, ꝙ nouetur prima actio de dote, imò
pateretur damnum, quia perderet priuilegia dotis, quæ non
haberet secunda stipulatio. l. aliam. cum ibi no. j. de nouat. s̃m
3 Ray. de Forli. & Cum. in d. l. si diuortio. vbi dixi. ¶† Scdo limi-
ta istam reg. non procedere, qñ per secundã stipulationem ali-
quid additur, vt de prima stipulator sit magis cautus, vt si ad-
datur fideiussor, vel pignus, tunc etiam isto iure non induceba-
tur nouatio. l. 4. §. si ex conuentione, & ibi ad hoc not. Bar. s̃. de
re iud. ¶ Tertiò limita istam reg. non procedere, qñ prima sti-
pulatio est pura, secunda verò pœnalis, puta promitto primo
loco Stichum, deinde secundo si non dedero Stichum, pro-
mitto pœnã, puta 100. tunc licèt secunda stipulatio contineat
plus quàm prima, tñ non nouat primam, vt latè per Bart. in l.
ita stipulatus. in 1. opp. vlt. par. j. eod. vbi dicetur, quia istud est
arduum dubium inter omnes articulos iuris, nunquid secũda
4 stipulatio pœnalis nouet primam vel ne. ¶† Scdo not. ex text.
ibi, similis est ei. ꝙ est bis positum in tex. ꝙ vsusfructus verè nõ
est pars, fundi, prout et tenet gl. fi. cũ assimilet parti fundi, & si
verè

verè eſſet pars,non eſſet ſimilis,quia nullum ſimile eſt idem. l.
ꝙ Nerua.ſ.depo.& c.capitulum S.Crucis.de reſcr.nam omnis
ſimilitudo eſt propriè figmentum rei, & non propriè res ipſa.
ita dicit Bal.in l.1.in fi.C.de pat.qui fi. diſt. iſtud expreſſius dicit
tex.in l.& per iuſiurandum.§.illud.ī.de accep.vbi dicit tex. qđ
vſusfructus,vel via non ſunt partes fundi. pondera verbū non
ſunt,bene autem aſſimilātur, & ſimilitudo vertitur ad viden-
dum,an ſecunda ſtipulatio valeat,& an nouet præcedentē, ſi-
cut in vera, & propria parte. ſtat ergo quòd vſusfructus verè
non eſt pars fundi,limitat gl.in d.l.& per iuſiurandum. §.illud.
vt iſtud ſit verum in vſufruc.cauſali, qui non poteſt ſeparari à
proprietate,iſte non eſt propriè pars fundi,ſed vſusfructus for-
malis,qui eſt ſeruitus perſonalis ſeparata,bene eſt pars, vt hoc
tex.in ver.ſi vſusfructus detrahitur. & ita ēt tenet Raph. Cum.
hic,qui dicit Bar.non aduertiſſe ad iſtum tex.tu dic melius, qđ
vſusfr.ſiue formalis,ſiue cauſalis non eſt pars quotitatiua, ſeu
diſcretiua fundi puta tres,vel quatuor pars fundi,& in hoc eſt
niſſet notitia illum ſic teſtatum eſſe, dubitans ne eum teſtm̄ cō
ditum reuocare facerent,fecit teſtm̄ hoc modo,relinquo pau-
peribus pro anima dimidium meæ hereditatis, & ſi contigeret
me vnquam reuocare iſtud teſtm̄,ex nunc, prout ex tunc, &
ex tunc,prout ex nunc relinquo eis titulo donationis,& conſti
tuto me nomine pauperum poſſidere,&c.vt ibi per Bal. eue-
nit caſus,ꝙ iſti conſanguinei potentes habita notitia iſtius te-
ſtamenti fecerunt eum reuocare,cum omnib. clauſulis, fuit
dubitatum,an ibi pauperes poſſent petere vigore donationis,
vt ibi per Bal.qui poſt longam diſputationem reliquit nos co-
gitantes.quid tenendum?Ego libenter teneo opi. quæ eſt pro
pia cauſa, & ita teneo pro pia cauſa, quòd valeat tale teſta-
mentum, & ad ita tenendum me mouet in primis deciſio
eiuſdem Bald. in l. fina. C. de pact. vbi formaliter determinat
9 Bal.ꝙ †quemadmodum pactum de ſuccedendo inter milites
valet,& tenet.l.licèt inter priuatos.C.de pac.eodem modo pa-
ctum de ſuccedendo inter pias cauſas valet per prædictam.l.li
cèt.C.de pac.iuncta.l.1.C.de ſacroſanc.Eccl.& eandem deciſio
nem examinat Alex.in l.fi.C. de pac. licèt referat Rom. tenere
ꝯrium,& confirmatur illa deciſio Bald. quia ſi fauore militiæ
temporalis iſtud eſt ſtatutum inter priuatas perſonas, quanto
magis fortius in militia cęleſti.l.milites. C. loc. & ibi glo.& ita
arguit glo.& Bar.in l.milites ita.ff. de re iudi. Secundò confir-
10 matur illa deciſio,nam habeo, †ꝙ donatio omnium bonorū
* præſentium,& futurorum non valet ſecundum *communem ſen
tentiam*,quia aufert per indirectum liberam teſtādi facultatem,
quia qui nihil habet,non reperiret hæredem.inſtitu.ad leg.Falc.
in princ.& ego habeo,ꝙ donatio omnium bonorum præſen-
tium,& futurorum facta piæ cauſæ valet, & tenet, licèt aufe-
rat liberam teſtandi facultatem.ita tenet Bar. ſub dubio tamē
fortè,in l.fi.in vlt.col.C.de pac.vbi mouetur iſta ratione,ſi quis
pōt vouere ſe Deo, multo magis eius bona,& illam commu-
nem deciſionem Bar.ſequitur Bal.in Auth.ſi qua mulier.C.de
ſacroſanc.Eccle.& Dom.Abb.Panor.in c.fin. per illum text.de
ſucceſ.ab inteſta.& in c.vt priuilegia.de priuil.& in c.in præſen
tia.in 2.col.de proba.plenius dixi in d.l.fina.C.de pac.vbi tenui
iſtam opin.Bar.& ibi examinaui veritatē iſtius paſſus. & Alex.
hic circa.13.col. tunc ſic, qua ratione ergo donatio omnium
bonorum præſentium,& futurorum eſt prohibita, quia con-
tra bonos mores, tamen valet ad pias cauſas, multo magis ſi
donatio medietatis bonorum relinquetur pro ſalutæ animæ
in teſtō ad pias cauſas debet valere, cū valeat donatio omniū
bonorū in teſtō ad pias cās, & in practica corroborarem, ꝙ
in dubijs tenenda eſt pars,quæ fauet pijs locis.c. fi. de re iudi. l.
11 ſunt perſonæ.in fi.ff.de relig.& ſump.fun. ¶†Secundò princi-
b paliter quærit Bar.[b] an iſtud pactum firmetur iuramento,con
cludit Bar.ꝙ pactum de quo in iſta.l. & conſequenter pactum
affirmatiuum de ſuccedendo,quia eſt contra bonos mores,vt
dicit tex.hic,& tex.in l.ex eo.C.de inutil.ſtipu.& in l.fi. C.de pa
ctis. ꝙ tale pactum non firmatur iuramento per regulam, ꝙ
illud,ꝙ eſt contra bonos mores,non firmatur iuramento,& ꝑ
regulam nōn eſt obligatorium.de reg.iur.in 6.& ante Bart.idē
tenuit glo.in l.ſi quando.in prin.C.de inoffi.teſtam.& glo. in d.
l.pactum.ſecundum vnum intellectum,& ibi Bal.in 5. opp.C.
de collat.Cy.Bar.& alij in d.l.fi.C.de pac.& D.Ant.in c.cū con
tingat in 3.col.de iureiu.Gemin.& alij in d.c.quamuis.de pact.
* in 6. *& iſta eſt communis opinio* approbata per Legiſtas,& Cano-
niſtas.Contrarium tenuit idem Bal.in c.moribus. ſi de feu. de-
func.conten.ſit inter domi. & agn. vbi referens iſtam doctrinā
12 Bart.quòd†quamuis pactum negatiuum de non ſuccedendo
firmetur iuramento, per capitu.quamuis.de pactis.in 6. ſecus
eſt in pacto affirmatiuo de ſuccedendo, iſtud non firmatur iu-
ramento etiam de iure canonico.dicit Bald. quòd iſtam diffe-
rentiam merè Canoniſtæ non tenerent per rationem,quam
aſſignat tex.in d.cap.quamuis.quia iuramentum, quod poteſt
ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ,ſeruandum eſt.cap. cū con-
tingat.de iureiur.cum ſimil.iſta ratio eſt generalis, ergo genera
liter attendi debet, quomodocunque interponatur iuramen-
tum.Confirmatur iſtud fundamentum Bald.per regulam,quę
habet,quòd quando lex ponit caſum ſpecialem, ſi aſſignat ra-
tionem generalem, generaliter intelligenda eſt in omni caſu,
in quo poteſt eadem ratio reddi,vt per Bartol. in l. regula. §. ſi
quis.ff.de iur.& fac.igno.non debemus ergo attendere,in quo
caſu loquatur.d.capitu. quamuis. ſed rationem ibi generalem.
Nec obſtat ſi diceretur, quòd iſtud iuramentum inducit vo-
tum captandæ mortis, quia dicit Bal. quòd iſtud eſt incertum,
quia quomodo potuit iſtud diuinare Barto.quòd ille habuerit
talem animum interficiendi?ſubdit poſteà,quòd putat, quòd
Epiſcopi facerent obſeruari iſtud iuramentum in eorum dio-
cœſibus,& concludit,quòd debeas adhærere ſimplicibus Ca-
noniſtis.& dicit,quòd iſtam opin.tenet Petr.de Ceru.ibi,vt ibi
per eum,ſed iſtam opin.Bald.reprehendit ibidem Iacob.Alua.
& Modern.in d.l. pactum.C.de colla.& Gemin.in cap. quam-
uis.de pactis in ſexto.& Dominus Alexan.hic,& in d.l. fina.C.
de pactis.& latius in conſilio 28.3. volum. quod incip. ponde-
ratis verbis.in penultima, & vltima columna. omiſſis leuibus
contra Bartol. ſtringit fundamentum Bartol. cui ipſe non re-
ſpondet. nam pactum de ſuccedendo eſt contra bonos mo-
res.ita dicit text.hic.& text.in l.ex eo.C.de inutil.ſtipul. quia au
fert liberam facultatem teſtandi,ergo iuramentum nihil ope-
ratur, quia pactum contra bonos mores non firmatur iura-
mento.per regulam capitu.non eſt obligatorium.de regul.iur.
in ſexto. ad hoc non reſpondet Bald. non obſtat ratio, quam
ponderat in dicto capitu.quamuis. quia reſpondet Bart. quòd
illud. capitu. loquitur in pacto negatiuo de non ſuccedendo,
quod non eſt improbatum à iure. Sed cùm iſtud pactum de
quo nos loquimur ſit contra bonos mores, & improbatum à
iure canonico, per regulam capitu. deteſtanda. & capitu. ne
captandæ.de conceſſ. præbend. in ſexto. per conſequens non
debet ſeruari, nec habere locum ratio dicti capitu. quamuis.
ibi aſſignata, & non poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ,
quia contra bonos mores.reperio, quòd idem Bald. ſubtilius
reprehendit Bartol. in conſilio 417. primo volum. quòd inci-
pit,quædam puella fuit dotata à patre.in prima,& ſecunda co
lumna. & dicit primò, quòd eximius præceptor ſuus Bar-
tol. in iſta lege poſuit vnam doctrinam ad dicti capitulo
quamuis. quam putat eſſe conſonam iuribus tam ciuilibus,
quàm canonicis: ſed ipſe reprehendit Bartolum, quòd pa-
ctum de ſuccedendo non firmatur iuramento, eo quia au-
fert liberam facultatem teſtandi. Item quia inducit votum
capan-

ADDITIONES.

a ¶Circa iſtam q.&c.Faciunt allegata per Iaſ. ſupra in l. præcedenti. col.3.ver.
tertiò limita fauore dotis, & adde quòd iſtam limitationem affirmatiuè te-
nuit idem Iaſ.in l.fin.colum.pen.& l.fi.C.de pac.vbi dicit, quòd ita conſule-
ret.Ang.verò in conſi.365.incip.quædam Domina Vanna.aliter tenuit.ſ.con
tra Barto.ſed in conſi.179.incip.viſis inſtrumentis.col.5.in prima parte vo-
luit diſcedere à communi,niſi quando interueniret conſtitutio præcarij, vt
ibi per eundem,& Fely.in c.in præſentia.in fi. 2.col.& in princ.ſeq. de pro-
bat.vbi adhærens communi pro pia cauſa dixit bonum verbum, quòd licèt
multi inſtent in contrarium,quòd tamen in practica eorum opinio eſſet dif-
ficilè ſuſtentabilis,quia l.iubemus nulli.C.de ſacroſanc.Eccl.intellecta, pro-
ut ipſi intelligunt,nullum poneret ſpeciale in Eccleſia,& ſimili. arg.glo.fi.in
l.illud.C.eo.tit.item quia talis libertas non repugnat bonis morib. iuris diui
ni,ſed morib.inductis artificio iuris ciuilis,de quib. vbi agitur de anima non
curant Cano.vt per Bar.in l.pactum.in 19.q̈.C.de colla.cum locis ſimilibus,
de quibus Fely.vbi ſupra.

b ¶Secundò principaliter quærit Bar.ibi,& iſta eſt communis opin.approbata
per Legiſtas,& Canoniſtas.&c.Adde,quòd idem tenuit idem Iaſ.in l.fina.C.
de pact.colum.2.in ſecunda ampliatione. Sed adde pulchram deciſionem,&
erit ad ampliationem huius communis concluſionis, vt etiam procedat,
quando iſtud pactum iuramento firmatum eſſet viciſſitudinarium, puta duo
fratres conuenerunt,quòd ſi aliquis eorum decederet ſine liberis, vel ſine te
ſtamento,quòd alter alteri ſuccedat cum iuramento de non contrauenien-
do. & ita decidit Alexand.per iſtam doctri.Barto.communem in conſilio 28.
incip.ponderatis verbis inſtrumenti.in tertio volum.amplia etiam idem eſ-
ſe in donatione omnium bonorum præſentium, & futurorum iurata, quæ
etiam non valet,vt dixit Pau.de Caſtren.in conſi.75.aliàs 76.incip.in Chriſti
nomine.col.pen.verſic.nec videtur obſtare.in nouiſ.illa.ſ.communi ratione,
quia auferretur libera teſtamenti factio,& idem conſuluit in conſi. 82. aliàs
83.incipien.in Chriſti nomine,in iſta donatione fuit actum.col. fin. etiam in
nouiſſ.

captandæ mortis. posteà dicit, ꝙ pactum de non ſuccedendo negatiuum, illud non inducit votum captandæ mortis, ideo confirmatur iuramento per d.c.quamuis. & exemplificat Bar. ſiue pactum de non ſuccedendo fiat fratri ſiue patri. Bal. dicit Bar. in hoc errare, quia in pacto de non ſuccedendo conſiderauit ſolùm Bart. vnum extremum filiæ renuntiantis, quantum ad hoc eſt verum, quòd filia quæ renunciauit hæreditati paternæ, non habet votum captandæ mortis, ſed non conſiderauit aliud extremum, quòd frater, qui acceptauit iſtam renuntiationem, habebit hæreditatem opulentiorem, iſta ergo renuntiatio in fratre contra ſororem inducit votum captandæ mortis, ergo militat ratio.d.l.fin. & l. licèt.C.de pac.ergo non debet valere iuramentum, & propterea concludit Bar. & alios errare, & in hoc credo, ꝙ Bal.dicat verum, & quòd Barto.malè dicat, ꝙ quando ſoror renuntiat fratri, ꝙ firmetur iuramento, quia iſta renuntiatio inducit votum captandæ mortis, ergo non debet firmari iuramento. Nec obſt.tex.in d. cap. quamuis. quia Bald. reſpondet, quia loquitur, quando filia fecit pactum de non ſuccedendo ipſi patri, quia tunc firmatur iuramento, quia ceſſant rationes prædictæ, ſed quando fit fratri, iſtud pactum inducit votum captandæ mortis, ideo non firmatur iuramento, dicit Bal. niſi pater conſentiret, & perſeueraret vſque ad mortem, quia valeret, & confirmaretur iuramento, per l. fi. C.de pac. quia tunc non attenditur, quòd pactum inducat votum captandæ mortis, vt dicit tex.in d.l.fin.C. de pact. & credo Bal. dicere in hoc articulo veritatem, & ita conſuluit in terminis Bald. contra Barto. reperio, quòd Raph.Cuman.hic ex ſuo ſubtili ingenio tenuit eandem opin. ꝙ text. in d. c. quamuis. loquatur, & procedat in terminis ſuis, quando filia renuntiauit hæreditati paternæ cum iuramento in manibus patris, ſi autē in manibus alterius, puta fratrum renuntiaret, tenet quòd non haberet locum ille text. quia illud pactum induceret votum captandæ mortis, & ipſe Raph. probat alia ratione, quia text. in d.c.quamuis. eſt correctorium iuris ciuilis. ergo non debet extendi extra caſum ſuum in quo loquitur, quia in correctorijs non eſt licita extenſio, per regulam Auth. quas actiones. vbi gl.
* *& omnes*.C.de ſacroſanc. Eccl. ergo non eſt extendendum extra terminos in quib. loquitur, & dicit, quòd aliàs Paduæ in diſputatione publica auſus fuit tenere iſtam opi. & propterea in facti contingentia ita conſuluit, & ꝙ eius conſilium ſequutus fuit Raph.Fulgoſ. & quòd poſteà audiuit, quòd etiam eius cōſilium legendo ſequutus eſt idem Fulgoſ. in l.fina.C.de pac. dicit Raph.Cuman. quòd d.c.quamuis. eſt correctorium iuris ciuilis, ergo non debet extendi extra caſum ſuum &c. Iſta ratio Raph.Cuman. nullatenus mihi placet, & cum reuerentia malè dicit, ꝙ quia d.c.quamuis. eſt correctorium iuris ciuilis, ergo non debet extendi extra caſum ſuum, dic quòd errat, quia illud.c. non eſt correctorium iuris ciuilis, ſed bene eſt limitatorium, quando interueniret iuramentum, & regula eſt, ꝙ licèt iura correctoria non extendantur extra terminos ſuos, in quibus loquuntur, tñ iura limitatoria bene extenduntur extra terminos ſuos ex identitate rationis. eſt doctr. Bar. in l. ſi conſtante. in prin. in 9. quæſt. primæ partis principalis. ff. ſoluto matrim. Et pro iſta regula Canoniſtæ habent duos text. in c. cùm dilecta. in §. nos igitur, & ibi Abba. not. de confirm. vtil. vel inutil. & text. in cap. poſt tranſlationem. §. quamquam. vbi Abba. ad hoc nota. de renun. & fortius, quòd Rapha.Cuman. erret, oſtendo etiam dato, quòd d. cap. quamuis. eſſet correctorium, dico quòd fallitur, quia imò de obſeruantia iuramenti vbicunque tractatur de fauore animæ, iura correctoria extenduntur ex identitate rationis. Iſtam regulam tradunt Barto. Bald. & alij in Authen. ſacramenta puberum. vbi aliquando dixi. C. ſi aduerſ. vend. glo. in cap. ſciant cuncti. & c.fin. & vtrobique Gemin. no. de electio. in 6. Præterea & tertiò, quòd Raph.Cuman. erret, oſtendo, quia in correctorijs, quando ratio eſt ſcripta in l. corrigente fit extenſio ex identitate rationis. ita dicunt Bald. *&*
* *omnes* in dicta Auth. quas actiones. C. de ſacroſanct. Eccle. ſed in dicto capitu. quamuis. expreſsè poſita eſt ratio, ergo debet extendi. Reperio etiam, quòd iſtam opin. ꝙ d. cap. quamuis. non habeat locum, quando filia renuntiauit fratribus cum iuramento, tenent Cano. Petr. de Anch. Ioan. de Imo. & Gemi. in illo. cap. quamuis. & ibi dicit Petr. de Anchar. ſe ita conſuluiſſe in contingentia facti, & mouetur per l. fina. in verbo, contra bonos mores. C. de pact. ſed ipſi profecto non guſtarunt bene illum text. in d.l.fina. quia ad illum text. reſpondet Barto. quòd ille text. loquatur in pacto de ſuccedendo affirmatiuo, quia illud non firmatur iuramento, ſed nos loquimur in pacto de non ſuccedendo negatiuo, quòd bene firmatur iuramento, ſed mihi plus placet opinio, ſeu ratio Bald. in d. conſil. 432. & reperio, quòd Bald. in d. cap. moribus. ſi de feu. defunct. conten. fit inter domin. & agna. voluit aſſignare iſtam eandem rationem, dum dicit excluſio mulieris accreſcit maſculis, ſed non eo modo quo aſſignat dicto conſil. ſupra alleg. ſolus Roman. in l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir. hæred. non faciens mentionem de conſi. Bald. ſed referens illam opin. Cano. Gemin. Imo. & Ancha. in dicto cap. quamuis. reprobat iſtam opin. & tenet contrarium, quòd imò ille text. loquatur ſiue filia renuntiauit patri, ſiue fratribus cum iuramento, vt firmetur iuramento ꝑ rationem dicti cap. quamuis. contra mentem Bar. hic, eo quia ratio eſt expreſsè ſcripta in dicto cap. quamuis. quòd iuramentum, quòd poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, ſeruandū eſt. iſta ratio militat, ſiue renuntietur in manibus patris, ſiue in manibus fratrum cum iuramento, & reperio, quòd ita conſuluit ipſe Roman. in conſilio 190. quod incip. clarum eſt in fine, & quia iſte eſt pulcher caſus, ſi contigeret in practica, ego vt dem poſteris materiam melius cogitandi, confirmo iſtam opin. Ludou. quæ etiam eſt de mente Barto. hic, & arguo ſic, ſi tex. in d. cap. quamuis. procedit, quando filia renuntiauit ſucceſſioni paternę in manibus patris cum iuramento, fortius debet habere locum, quando renuntiat fratri patre abſente, quia quando filia facit tale pactum patri cum iuramento valet, & tamen ibi cadit metus reuerentialis patris. l. 1. §. quæ onerandę. ff. qua. re. act. non da. ergo multo fortius debet habere locum, quando filia facit talem renuntiationem fratri, vbi ceſſat illa ſuſpicio metus reuerentialis patris, cùm ſint pares, & par in parem non habet imperium. l. ille à quo. §. tempeſtiuum. ff. ad Trebel. Secundò pro iſta parte videtur ſtringere regula, quam ſtatim dicebam, quia in d. cap. quamuis agitur de obſeruatione iuramenti, & text. aſſignat rationem generalem, ergo cùm ille text. loquatur in cauſa iuramenti, & in fauore animæ, ergo eſt extendendus, per gloſſ. in cap. ſciant cuncti. & in cap. fina. de elect. in 6. & Barto. in Authē. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendi. iſta ſunt, quæ reddunt iſtum articulum hinc atque hinc
a valde diſputabilem. Quid tenendum? ego teneo opi. Bal.[a] contra Barto. quòd ſi filia renuntiat hæreditati paternæ in manib. fratris, & iuret, quòd tale iuramentum non valet, niſi pater cōſentiret, & perſeuerat in conſenſu vſque ad mortem, & probo per rationem Bal. ad quam Roman. non reſpondet, quia fortè cum non vidit. Bald. facit iſtam rationem, ex parte fratrum recipientium talem renuntiationem eſt pactum affirmatiuum de ſuccedendo, & vltra Bald. do text. in l. ſi actionem. C. de pactis. ergo non debet valere ſine expreſſo conſenſu patris, de cuius ſucceſſione agitur, & quia reſpectu fratrum habentium ſuccedere, tale pactum inducit votum captandæ mortis. ita dicit text. in illa l. fina. C. de pact. ergo etiam de iure canonico nō firmatur iuramento, per cap. ne captandæ. & cap. deteſtanda. de conceſſ. præben. in 6. niſi ſaluando Barto. diceres, quòd debet intelligi, quando loquitur de pacto de non ſuccedendo, & qñ filia renuntiauit fratri cum conſenſu patris, & perſeuerauit pa-
b ter in conſenſu vſque ad mortem. ¶ Vltimò[b] pro complemento iſtius 2. quæſtio. inquantum Barto. ponit not. conclu-
13 ſionem, † quòd ſi filia cum iuramento renuntiauerit in manibus fratris, vt ponat caſum magis dubitabilem, quòd non obſtante tali iuramento, poterit ſuccedere patri, ſi inſtituatur hæres à patre, & multo magis, quando feciſſet patri. iſta eſt pulchra deciſio, & eam bene nota. & pro ea facit text. in l. ſi pa-
c tronus non aluerit. ff. de bon. liber. Secundo confirmatur[c] iſta deciſio per textum. in capitu. cum inter P. Gauffredi. de renuntia. vbi probatur, quòd renuntiatio iurata non trahitur ad ius ſuperueniens, quia iuramentum habet cauſam præſentē. Tertiò facit pro iſta deciſione gloſſ. not. iuris canonici in capitu. ad noſtram. ſecundo. in verbo probarent. de iureiuran. vbi eſt ſo-
14 lennis gloſſa, † quòd ſi debitor, qui ſoluit vſuras, iurauit eas non repetere, non poteſt repetere, niſi relaxetur iuramentum,

ADDITIONES.

a ¶Quid tenendum? ego teneo opi. Bal. &c. Adde, quòd pro iſta parte conſuluit no. Pet. de Ancha. in conſi. ſuo 403. incip. viſo diligenter tenore donationis. maximè fundando ſe ſuper ratione. d.l.fina. C. de pac. quando ille de cuius hereditate tractatu non conſenſit, vel in conſenſu non perſeuerauit vſque ad mortem, quam partem tenuit etiam Alex. hic col. 5. in fi. licèt Georg. Nat. in repet. d.c. quamuis. de pac. in 6. col. 11. verſic. 10. limita. videatur inclinare in aliam partem. dicit tamen eſſe cogitandum, & dat 12. aliàs limitationes vltra iſtam ad d. cap. quamuis. quæ etiam poſſent colligi ex adductis per Alexā. duas, vel tres limitationes ad d.c. quamuis. ponit etiam no. Petr. de Anchar. in conſi. ſuo. 39. incip. pro clariori deciſione concluſionis. Aduerte tamen, quòd hic idem Author non ita bene examinans ſicut hic, reprobauit dictum Bald. & ſic tenuit contrarium eius quod hic, in l. fi. colum. 4. ver. circa iſtum tex. C. de pact.

b ¶Vltimò. Iſtam deciſ. per plura tenuit etiam Georg. Nat. in repe. d.c. quamuis. col. 4. & expreſsè etiam Pet. de Anch. in d. conſi. 403. ſuperius alleg.

c ¶Confirmatur. Adde gl. in c. ſtatutum. 18. q. 1.

tum,poterit tamen repetere ipso creditore volente, & si testa-
tor relinquit in testamento, quòd vsuræ restituantur. Nã iste
qui iurauit,etiam ipse poterit repetere, ita gl. ibi decidit, quod
sic,quia iste, qui iurauit, iurauit non repetere contra volunta-
tem creditoris, & iuramentum intelligitur contra voluntatẽ
creditoris.¶Amplio istam decisio.Bar. tribus singularibus mo
dis.¶Primò amplio,vt procedat etiam si filia renunciasset hæ
reditati paternæ cum iuramento, non solũ ipsi patri de per se,
sed etiam postea ipsis fratribus de per se, & vtrique cum iura-
mento,si institueretur à patre,posset succedere ex testamento
patris,non obstantibus istis iuramentis, dato ꝙ iuramentum
sit præstitum in fauorem ipsorum fratrum.ratio,quia iuramẽ
tum præstitum fratribus nihil valet,nisi pater consentiat, per l.
fi.C.de pac.quia est necesse,ꝙ perseueret in consensu vsque ad
mortem.ita sing.Bal.in d.c.ad nostram. secundo.de iureiuran.
motus per gl.ibi,& per tex.in l.fi.C.de pact.& dicit,quod d.l.fi.
15 nunquam gustauit ad hoc.¶†Secundò,& adhuc fortius [a] am
a plia etiam si filia expresè renunciasset non succedere,etiam ex
testamento patris,siue in manibus patris, & fratrum simul, an
tunc posset succedere,si instituat.Bart. loquitur, quando sim-
pliciter renuntiauit patri de per se, vel fratribus de per se non
succedere.Bal.singulariter in l.fi.in 4.col.C.de pac.tenuit,ꝙ etiã
isto casu potest filia succedere, non obstante, ꝙ filia iurauerit
se non succedere patri,& fratrib.& probat ista ratione,quia di-
cit,ꝙ filia non potest renuntiare expresè successioni ex testa-
mento etiam cum iuramento, quia sic esset auferre patri ho-
mini liberæ mentis liberam facultatem testandi, ꝙ est contra
bonos mores.l.pactum,ꝙ dotali.C.de pac.l.ex facto. in princ.
b ff.de vulg.& pup. [b] Sed parcat mihi Bal. ista ratio non est bo-
na,nec vera,probo quia non dicitur patri auferri per hoc libe-
ra facultas testandi, quia licèt non possit pater istam filiam in-
stituere,tamen alios omnes potest instituere.facit text.in l.cùm
tale.in prin.ff.de condi.& demon.ibi tex.loquitur in matrimo-
nio,quod debet esse liberum,& sic etiam in casu nostro, quia
poterit instituere omnem alium quẽ vult, & ideo decisio Bal.
placet mihi alia meliori ratione, quia ille,in cuius fauorem est
præstitum iuramentum,habet vim amplam, quia potest illud
remittere sicut faceret Papa.text.est in c.1.de iureiur.in c.præ-
terea.& ibi Abb.de spon.in c.significauit.de censi.l.fi.ff. qui,& à
quibus.istam regulam tradit Bar.in l.Labeo.ff.de iureiur. & in
l.1.§.fi.ff.de ope.no.nunc.ita ergo pater instituendo filiam vide
tur remittere iuramentum filiæ de succedendo, & ista est vera
ratio,& eam assignat Lud. Rom. hic,licèt Alex.hic reprehen-
dat,sed ego defendo decisionem Bal.& Lud.Rom.& dico, ꝙ
istud pactum non est superfluum,quia illud pactum, ꝙ dicit,
ꝙ filia non possit succedere,nec ex testamento,nec ab intesta-
to debet intelligi contra voluntatem patris, sed si succederet
secundum voluntatem,bene posset, & de hoc do tibi casum
expressum in l.si patronus non aluerit.de bon. lib. quem supra
16 allegaui.¶†Circa tertiam.q.Barto. [c] in primis noto diligenter
c doctr.Bar.quòd valet donatio omnium bonorum præsentiũ,
& futurorum,quando donans reseruat sibi aliquam quantita-
tem vel rem,de qua possit testari. reputo hoc singulare verbũ
ad practicam,& sequuntur simpliciter Scribentes hic, qui refe
runt Bar.duntaxat,& apud Cano.Pet.de Anch.& Imo. in rub.
extra de testi.& Alex.qui bene gustauit ista verba Bar.non hic,
sed in consi.29.in 5.vol.quod incip.perspectis consideratisque
omnib.in quarto dubio.per ista verba Bar.reperio in specie de
17 cisas aliquas quæstiones à Scribentibus. †Primò deciditur per
istam doctrinam in practica,quòd valet laudum latum ab ar-
bitro vel arbitratore, quòd si alter ex compromittentibus mo
riatur sine filijs masculis,quòd omnia eius bona deueniant ad
alterum reseruatis 60. libris,de quibus possit liberè testari, qđ
valet,ita in specie determinat Ang.in consi.5. quod incip. An-
dreas.& idem in specie,& indiuiduo consuluit Alex.non facta
mentione Ang.in consi.50.5.vol.incip.viso themate prædicto,
18 supra primo dubio,in princ.¶†Secundò per istam doctrinã
infertur ad illud,quod tota die fit,aliquis inter viuos donat ali-
cui omnia bona præsentia & futura, reseruato sibi vsufructu
toto tempore vitæ suæ,certè valebit ista donatio, quia poterit
de fructibus testari,quia non auferat liberam facultatem testã
di, quia fructus isto casu non imputantur in bonis futuris. ita
determinat Raph.Cuman.& Alex.hic.& dicit Alexã.quòd ita
consuleret,& iudicaret,saluo nisi fructus essent ita tenues, qđ
ad alimenta,& vsum vix sufficerent, secundum quod declarat
Pau.de Cast.hic,& licèt ipsi non dicant,ista sunt verba Bart.in
l.fi.in pen.col.C.de pac.vbi formaliter dicit Bar. si quis irreuo-
cabiliter donat omnia bona præsentia, & futura post mortem
valet donatio, quia potest de fructibus testari. contrarium in
terminis tenet Pau.de Cast.qui vidit Bar.in d.l.fin. ista ratione,
quando quis donat omnia bona præsentia & futura,quamuis
reseruet vsumfructum, tamen donatio non valet, & probat
sic,clarum est,quòd de vsufructu quis testari non potest, quia
finitur morte.§.finitur.institu.de vsufructu. quia testamentum
porrigit effectum suum post mortem, nec etiam poterit testa
ri de fructibus,quos percepit,qui supersunt,& extant, quia ve-
niunt appellatione,& sub illo verbo,& futurorum, & nihil al-
legat,sed dicit se consuluisse,& ita consuluit consil. 101. quod
incipit notandum est,quòd præfatum statutum.sed credo,qđ
erret in illo vltimo,in quo præsupponit, ꝙ quando quis dona-
uit omnia bona præsentia, & futura aliquo reseruato, ꝙ fru-
ctus percepti veniunt sub appellatione bonorum præsentium
& futurorum,sed certè imò non veniunt, vt dicit Alex.hic, &
probo per id,quod dicit Bartol. hic, quando quis vendit om-
nia bona præsentia,& futura, valet talis venditio, quia super-
est pretium,de quo potest testari. alibi tamen multum singul.
Bar.in consi.71.incip.pater filio emancip. donauit.latè consul-
uit, quod si pater donauit filio emancip. omnia bona præsen-
tia & futura saluo, & reseruato sibi vsufruct. & reditibus de
omnibus bonis donatis, de quibus possit disponere in vita sua
pro libito voluntatis,consuluit Bar. ꝙ ista donatio non valet,
quia illa verba,in vita sua ad libitum voluntatis, intelliguntur
de contractib.in vita celebrandis,non de contractibus celebrã
dis post mortem,ergo non valet ista donatio patris filio eman
cip. quia aufert liberam facultatem testandi. reperi posteà, ꝙ
Lud.hic in pe.char.in 4. q. format istam quæstionem in termi-
nis,& primò dicit videri, ꝙ valeat, posteà dicit, & determinat
contrarium,& vltimò relinquit cogitandum,sed credo,ꝙ nõ
19 vidit dictum Bar.vel non est recordatus de eo. ¶†Tertiò prin-
cipaliter per istam doctrinam Bar.decidit egregiè Pau. de Ca.
in consi.324.in princip.ꝙ valet conuentio in vita inter aliquos
nobiles,de non alienandis certis bonis in vita,nec in vltima vo
d luntate.Ego per istam doctrinam Bart. sæpe consului, [d] & pri-
mo consului in ciuitate Astensi,in qua factæ fuerunt certę cō-
uentiones,& transactiones iuratæ inter certos nobiles de Sca-
rampis,in quibus continebatur, ꝙ fœminæ non succederent
in bonis immobilib.tam feudalib.quam allodialib. sed si con-
tingat eos mori sine masculis relicta fœmi. ꝙ alter coniunctus
succedere valeat exclusa femina,fuit dubitatum, an valerent
istæ conuentiones,& transact.iuratæ,consului ꝙ valent,& alle
gabam doctr.Bar.hic,& adhuc si contingeret consulerem, qa
sunt factæ super,& de bonis immobilibus non de mobilib. de
quibus poterit testator testari,vt dicit Bar.hic allegando.l.om-
nes.§.Lucius.s.de his,quæ in fraud.cred.& sic non aufert liberã
facultatem testandi. ¶ Secundò consului in eadem ciuitate in
alia conuentione alterius formæ valere conuentionem in vita
inter certos nobiles de Asinarijs, quæ est talis, ꝙ aliqui ipsorũ
fratrum,seu filij,nec eorum hæredes, aut successores in infini-
tum possent aliquo modo alienare, seu in vltim.volun. con-
cedere certa bona immobilia, & si contingeret vendi,alienari,
donari,aut testari,ꝙ ipso iure,& facto venditio, alienatio, do-
natio,& testamentum essent irrita,& ꝙ deueniant in ipsos fra-
tres,vel in eorum descendentes, & euenit casus, ꝙ quidam re-
linquit de istis prædijs exceptuatis vxori suæ, fuit disputatum,
& diu ventillatum in Senatu Marchionali Montisferrati, an
istæ conuentiones valerent multis dubitantibus,& dicentib. ꝙ
non,ego consului,ꝙ sic,quia non erant vniuersales, sed solùm
super certis bonis,per istam doctrinam Bar.hic. ¶Tertiò con-
sului vltra montes, duo magni nobiles fratres quorum vterq;
habebat filios masculos conuenerunt inter eos, ꝙ si continge-
ret aliquem eorum mori sine filijs masculis relicta filia,omnia
bona mobilia, & immobilia deueniant ad alium, qui habeat
filios masculos,& quòd feminæ debeant congruenter dotari,
secundum quod aliæ feminæ fuerunt dotatę &c. ego consul-
ui,ꝙ valebat ista conuentio,quia erat certa reseruatio, & vbi-
cunque est reseruatio semper valet, & fui motus per consi-
silium

ADDITIONES.

a ¶Fortius &c.Adde,ꝙ istam ampliationem ponit Georg.Nat.in repet.d.cap.
quamuis.col.4.circa fi.ver.quòd singulariter limita.de pac.in 6.
b ¶Vulg.& pup.Adde contra istam responsionem Ias.in l. filiusf.§. diui. in 14.
col.supra de leg. 1. PVRPV.
c ¶Circa.3.q.Bar.&c.Adde,quòd istam doc.Bar.hic sequutus est Alex. cons.25.
3.vol.in fi.& Lud.Rom.no.in cons.26.vbi consuluit valuisse donationem mu
tuam omnium bonor.præsen.& futu. factam inter certos nobiles reseruatis
apud eorum quemlibet duob. millib. florenis, de quibus esset eisdem mera
testamenti factio,& Alex.post multos per eum relatos hic in consi. 59.circa
prin.5.vol.vbi etiam dicit valere donationem omnium bon.præsen. reserua-
tis bonis futuris,idem tenet Pau.de Castr.in consil.suo 75. aliàs 76.in nouis
col.pen.circa fi.
d ¶Consi.8.& 9.inter consi.Brun.& vide Tiraq.de iure primig. q. 6.numero 5.
PANCIR.

ſilium Pau.de Caſt.166. vltra Barto.& Docto.quos allegaui in omnibus iſtis conſilijs.Et ad ita tenendum fui motus per alia fundamenta.¶Primò,quia habeo deciſionem Doct. alibi approbatam,ſicut Euangelium, ꝙ ſi plures paciſcantur adinuicem,ꝙ vno eorum decedente ſine liberis,ꝙ ipſi,ſeu eorum liberi ſuperſtites habeant certas res de bonis defuncti, iſta conuentio non eſt reprobata à iure,quia non eſt vniuerſalis de omnibus bonis.Secundò,quia prouenit ex præſenti contractu inter viuos,licèt collata poſt mortem defuncti, iuxta.l. vnicam.
a C.vt act.ab hære.& contra hæred.ita conſuluit Oldra. [a] in cōſ. 139 quod incip.ad habendam aliqualem notitiam, quòd conſilium refert,& ſequitur Io.And.in addi.Spe.in titu. de inſtru. edi.§.porrò.in vlt.col.in ver.fuit etiam alia quæſtio. ſequuntur etiam Alb.de Roſ.& Saly.in d.l.fi.C.de pac.Ang.in l.hæreditarium.ff.de bon.auth.iud.poſ.& in l.ſancimus.C.de don.Imo.&
20 Rom.in l.Aquilius regulus.ff.de don.¶†Secundò ad idē conſulendo allegaui illud,qđ decidit ſing.Bar.in conſi.72.incip.ex facto proponitur, quòd nobiles viri, &c. vbi conſuluit valere conuentionem factam inter certos nobiles fratres, & eorum nepotes,ꝙ eorum bona,nec paterna, nec materna, nec ex teſtamento,vel ab inteſtato,nec ex alio contractu deueniāt in aliquas fœminas eorum natas,vel naſcituras, & ſi aliter ſit contrafactum,propria liceat alijs authoritate reuocare, conſuluit Bart.iſtam conuentionem valere, quia non erat vniuerſalis de omnibus bonis paternis,& maternis,& de alijs bonis poterant diſponere,& per hoc non aufertur libera teſtandi facultas, & allega.l.ſi ita quis promiſerit.§.ea.l.ff.de verb.oblig.& l. codicillis.§.mater.ff.de leg.2.& per iſta tria conſilia audacter conſului illam conuentionem illorum fratrum valere.Mouebar etiā alia ratione, quia ille conuentiones erant viciſſitudinariæ, vt vnus ſuccederet alteri,& propterea ceſſabat timor mortis. Itē quia dictæ conuentiones in meis caſibus in quibus conſului erant iuratæ,eſt verum,ꝙ alibi Ang.tenet contrarium in cōſi. 66.quod incip.Comes Alb.vbi ponderat tex.in l.ſi quis in prin. teſtamenti.ff.de leg.3.per quam vult probare, quòd etiam in vna re non eſt licitum alicui auferre liberam teſtandi facultatem,ſed ibi tex.non ponit caſum,ad quem eum inducit,& pō-
b derat Ang.in prædicto conſi. [b] & ita remanet expedita iſta pri
21 ma pars.¶†Nūc aggredior ſecundum,nunquid donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum valeat necne, de qua habetur in l.fi. C. de pac. ſed reſtringendo eam ad pauca, quia eſt antiqua,& frequentata quæſtio.Bar.ergo concludit,ꝙ talis donatio nihil valet,iſta ratione,quia ſi valeret,auferret per indirectum liberam facultatem teſtandi, quia neminem hæredem haberet,per tex.inſti.ad l.falc.in princ.vbi dicit tex.ꝙ teſtator non poteſt prohibere falcidiam &c.quia neminem reperiret hæredem,iſtud eſt fundamentum Bart. ſolidum & verum, tamen Moder.qui nihil relinquunt intactum,dicunt,ꝙ eſt falſum,quia Bar.fundat ſe per tex.inſti.ad leg.Falc. in princip. ſed dicunt eſſe falſum per Auth.ſed cùm teſtator.C.ad l.falc.cum hodie teſtator poſſit prohibere falcidiam detrahi ex ſuo teſtamento,cū ille tex. hodie per d.Auth.ſit correctus, ergo falſum fundamentum Bar.ſed dico,ꝙ Bart. optimè ſe fundat ratione poſita per Auth.hoc amplius.C.de fideicom. quæ ratio eſt firma per gl.in l.1.ff.de coniun.cum eman.lib. quòd ſi hæres nolit adire,ibit hæreditas ad primum fideicommiſſarium, cui eſt plus relictum,& ſic non erit ſine hærede,tamen Raph.Lud. & Alex.reprehendunt rationem Barto. & non bene,& reperio,ꝙ iſtam doctrinam Bar.tenent Imo.Raph.Cum.& Pau.de Caſt.
* hic,& dicit Pau.bonum verbum,ꝙ iſtam opi.vidit *communiter teneri* in practica.eam etiam tenet Bar.in l.fi.in pe.col.C.de pac. vbi Cy.Bal.Fulg.& Pau.de Caſt.& dicit ibi Bal. quòd iſta eſt cō-
c munis opi. [c] ita etiam teuuit Bal.in l.certi condictio §.quoniā. ff.ſi cer.pet.& in l.ſi fratres.§.idem reſpondit.ff.pro ſoc.Ang. in l.1.ff.de pig.Imo.& Anch.in rub.extra de teſt.& reperio,quòd ſecundum iſtam opi.conſuluit Abb.Panor. qui melius examinat quàm Legiſtæ faciant,in conſi.48.incip.Ang.& in conſilio 209.quod incip.circa bonorum,& perſonarum obligationes, vbi reſpondet fundamentis tenentium contrarium. ¶ Contrariam opi.tenuit in primis Dy.in regula, quod ſemel.de reg. iur.in 6.& in l.hæredes palàm.§.fi.ff.de teſta. & iſtam opi.Dyn. contra Bar.tenent Ang.Lud. Roma. diffuſiſſimè Alex. & Dominus Petr. de Bexu. hic. eam etiam tenuit Angel. in quæſtio. per eum diſputata, quæ incip. in refulgenti diuitiarum palatio. & in conſil. 181.incip. viſis inſtrumentis prædictis. per plura fundamenta,quæ ſibi aſcribit Rom.eam etiam tenent Ambo Saly.Richar.& Bar.in l.fi.C.de pac.Bal.ſibi contrarius in l.1. in 7.col.ad fi.ff.de iure fiſ.lib.10.Abb.ſibi contrarius in c.2. in 2. col.de conceſ.præb.eandem etiam tenet Math. Doctor Bononien.in no.136.& hic pro nunc ſolū adduco duo fundamēta, quæ ſtringunt,vnum Mathe.ſecundum D.Alex.nam Math.facit fundamentum ſatis reale,& ſtringens,& Lud.Ro. & Alex. ſibi aſcribunt, videlicet,ꝙ in generali obligatione præſentium, & futurorum,non veniunt ea,quæ veriſimiliter quis non eſſet obligaturus in ſpecie.l.obligatione generali.ff.de pig.Bar.in l.fi. C.quæ res pig.obli.poſ.tunc ſic,in obligatione generali,in qua tractatur de vniuerſorum præiudicio,non veniunt illa,quę veriſimiliter non obligarent,multo minus veniunt in donatione, quæ eſt minoris præiudicij.Secundò D.Alex.adducit aliud fundamentum,& dicit,nos habemus caſum.l.ſingularem.in l. fin. C.de remiſ.pig.vbi ſi obligaui omnia bona præſentia & futura,poſtmodum patienter vendo rem obligatam, patienter dico cum conſenſu creditoris,poſteà eam recupero,illa non redit amplius in obligatione,ſed errat Alex.quia facilius eſt obligare quàm donare,dicit Bar.in l.fina.C.quæ res pign.oblig.poſ. ¶Quid tenendum in hac difficili.q.ergo dico, ꝙ ſi omnes iſti patres,qui tenent contra Bar.bene vidiſſent eum,non cōtradicerent Bar.nam Bar.vult,ꝙ non valet donatio, quando auferretur libera facultas teſtandi,ſed ſi reſeruatur aliqua res,de qua poſſit teſtari,ꝙ valet donatio,& propterea iſti,qui volunt tenere contra Bar.non ſibi contradicunt,cùm ponant caſus,in quibus relinquebatur donatori aliquid,& ſic ſtant cum Bar.& iſto modo ſaluatur opi.Bart.& vno verbo tolluntur omnia obie-
22 cta.¶†Item quæro de ardua.q.in qua conſului, videlicet quidam vltra montes donauit omnia bona mobilia,immobilia,præſentia,& futura,vbicunq; ſint,& eſſe poſſint,an talis donatio valeat.videtur,ꝙ non per prædicta, & per theoricā Bart. hic aufert liberam facultatem teſtandi talis donatio,ergo &c. Sed certè ego conſului in magna hæreditate contrarium, iſta noua rōne,nam ego habeo,ꝙ in dicta donatione omnium bonorum præſentium & futurorum, non continentur nomina
d debitorum,& ſic non veniunt iura, & actiones, [d] niſi ſpecialiter dixiſſet in donatione iura, & actiones donat. text. eſt in l. à diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iud.l.quam Tuberonis. ff. de pecu.in §.fi.& no.Bar.in l.pen.ff.de autho.tut.in l.mouentium. ff.de verb.ſig.& ibi latè Alex.in apoſtillis.bonus tex.in l. fin. vbi
* Bal.C.de quadr.præſcr.Bal.Ang.*& omnes alij* in l.ſi conſtante. §. fi.ff.ſol.mat.Abb.& alij in c.nulli.de reb eccl.non alien. vbi om
23 nes Can.†ꝙ appellatione mobilium, & immobilium non veniunt nomina debitorum,& iſte habebat multos debitores,ergo cùm poſſit de dictis debitis teſtari, habet locum theorica Bar.hic,quæ dicit, ꝙ quando donans retinet aliquid, vt poſſit teſtari,valet donatio. Secundò,& fortius fui motus, quia donans dicit,ꝙ donat omnia mobilia,& immobilia, poſteà dicit vbicunque ſita ſint,nam dictio,vbicunque,poſita in donatione prædicta denotat loci circunſcriptionem,ſed habeo, ꝙ nomina debitorum,& iura,& actiones non circunſcribuntur loco.l.Caius.in prin.ff.de leg.2. ergo non donat debita,in quibus, ſeu de quibus poterit teſtari,& ſic non aufert liberam facultatem teſtandi,poſteà reperi in indiuiduo contra Bal. in conſilio 233.2.vol.incip.ſuper.ſ.ſcriptis dubijs.in vlt.dub.vbi conſuluit, ꝙ in donatione omnium bonor.præſent.& futu. non veniunt nomina debitorum,& bene not.quia alibi non legi, & ſic iſta lex remanet imperfecta propter ſuperuenientes vacationes anni 1502. die 13.Auguſti.

ADDITIONES.

a ¶Oldr.&c.Adde,quòd iſtud conſilium ſequutus eſt Alex.in conſi.28.inci.pōderatis verbis inſtrumenti.in 2.& 4.col.in 3.vol.& vide etiam Iaſ.in l.fi.C.de pac.col.3.ver.4.limita,& eſt aliud conſi.Alex.approbantis prædictum conſi. Oldr.in conſi.83.2.vol.in 2.col.ver.& in propoſito noſtro ponit Old.

b ¶Conſi.Adde,ꝙ cum Ang.tenet Caſt.conſi.324.in princ.

c ¶Communis opi.&c.Idem dicit Io.de Imo.poſt Anch.in rubr.de teſta.& idē Lud.Rom.in conſ.171.vbi dicit ex communi opi. talem donationem nullam eſſe,ſiue fiat in actu teſtandi,ſiue fiat in actu merè contrahendi,nec indigere reuocatione,vbi etiam ponit, an valeat donatio omnium bonorum præſentium tantum,facta ſub conditione,ſi contingat teſtatorem mutare, & dicit communem opi.eſſe,ꝙ non.de quo ſupra latius.Item an in teſtō poſſit inſeri contractus donationis puræ,& dicit, ꝙ cōis omnium ſententia eſt,ꝙ ſic, & quid ſi eſt facta in teſtō parte præſen. & acceptante, an reuocari poſſit per contrariam voluntatem,& concludit,ꝙ non.iſtam etiam opi.pro magis cōmuni ſequutus eſt etiam Bar.in conſi.ſuo 76.incip.in nomine Domini Amē. pater filio emancipato.& Pau.de Caſt.in conſi. 89. ſecundum antiquam impreſſionem,quicquid tenuerit Ang. contra cōem per quandam ſuam diſtinctionem,de qua ibi conſi.179.incip. viſis prædictis inſtrumentis, vbi conatus eſt velle confundere cōem opi.& in conſi.106.incip. quædam mulier donauit.in 1.par.Idem tenuit Cald.in conſi.2.incip.an valeat donatio.ſub titu. de don.ita etiam dicit eſſe communem opi.Cardi.Zaba.in conſ.ſuo 21.inci. in Chriſti redemp.nomine.quidam Lau.Bar.col.fi. ita etiam dixit eſſe cōmunem ſententiam,& ꝙ etiam non firmetur iuramento,Pau.de Caſtr.in conſil. ſuo 82.inci.in Chriſti nomine,in iſta donatione fuit actum.col.fi. in nouil.& idem in conſi.ſuo 75.aliàs 76.

d ¶Et ſic non veniunt iura,& actiones,&c.Adde,ꝙ gl.in l.fi.C.in quib. cau. in integ.

integ.reſti.non eſt neceſ.computat actiones inter immobilia.arg. l. ait prætor.§.1.ff.de iure delib.ſed tex.in l.vnica.§.exactio.C.de rei vxo.act.& in l.2. §.ſed vbi.ver.immobiles.C.quando,& quib.quarta pars debetur.lib.10.videtur illàs computare inter mobilia.alibi no.tex.in l.quàm Tuberonis.§.in pecu.ff.de pec.& in l.à diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iud.hic alleg.videntur eaſdem ponere tanquam tertiam ſpeciem de per ſe.gl. in l. mouentium. hic alleg.infra de verb.ſign.dubitat.ſed gl.in l.1.C.ſi aduerſ. tranſac. & in Auth. de non alien.aut permu.reb.§.hoc ergo. diſtinguit, ꝙ aut competit actio ad rem mobilem,& tunc inter mobilia computatur:aut ad rem immobilem,& tunc inter immobilia, ad quod tex.in §.1.inſti.de vſucap.ver.& ideo.vbi vult actionem competentem ad rem mobilem præſcribi triennio,competentem verò ad rem immobilem. 10. vel 20. ann. & vſucapitur res immobilis, ſeu præſcribitur.Spe.mouet,& non determinat clarè,in tit.de fru.ac intereſſe.§.1.ver.2.quæritur.& ver.quid ſi debeo.Io.And. ibi dicit ſecundũ vſum loquendi non tenere,quem vide,poteſt igitur dici,ꝙ aut volumus conſiderare actionem reſpectu ſuimet ipſius,tunc illa non eſt mobilis,neque immobilis eſſentialiter,quia eſt res incorporalis,quam tangi,vel palpari non poteſt,vt inſti. de reb.corpo.& incorpo.§.incorporales,& quia etiam certo loco non clauditur neque determinatur.l.fi.C.de præſcrip.long.tempo.& l. ſi fideicom. §. tractatum ff.de iud.& l.vxorem.§.legauerat.ff.de leg.3.l.corruptionem.C.de vſufruct.& ita loquuntur tex.in d.§.in venditione.& §. in peculio. aut volumus conſiderare illam reſpectu eius ad quod competit, & tunc eſt mobilis, aut immobilis,prout eſt res illa ad quam datur,& ita loquuntur vlt. glo.quas ſequuntur Dy.& Bar.in l.poteſt.ff.de autho.tut.& in d.l.mouentium. de verb. ſig.vbi Alex.in apoſtil.& alij in l.iubemus.la ſeconda.C.de ſacroſ.Eccl. quas glo. ſequutus eſt Domin.Alex.licèt non ita examinauerit, maximè dum dicit,ꝙ ſi actio competit ad quantitatem,cenſetur inter mobilia,in conſil. 31. incip.viſo titu.quæſt.præmiſſæ.in 3.col.ver.ſed ita eſt.in 1.vol.vbi tamen dicit ſequendo Ang. in Auth.de non alie.§.j.in ver.cõnumerandũ eſt,ꝙ actio, ſeu nomen debitoris eſt tertia ſpecies inter mobilia,& immobilia,propriè, & ſtrictè.Et ſecundum prædictos caſus videretur poſſe defendi deciſio Iaſo. hic,maximè quia verba ſunt intelligenda ſecundum ſubiectam materiam.l. quibus dieb.in §.dominus.ff.de condi.& demonſt.& l.ſtipulatio iſta.§. hi qui ſunt.ſupra eo.vnde dixit no.Bal.in l.data opera.in 12.colu. C. qui accuſ.non poſ.alleg.Ariſt.1.Ethi.ꝙ tunc perfectè enunciamus,quando ſecundum ſubiectam materiam loquimur,& dicit Pau. de Caſtr. in l. qui quadringenta. in 3. col.ff.ad Treb.ꝙ verba vltra ſubiectam materiam non debemus extendere. alibi videmus,ꝙ verba appropriantur ſecundum ſubiectam materiam.bona gl.in cle. vnica de conceſ.præb.in verbo cenſemus.& 11.q.3.c.rogo.& 1.diſtin.c.humanum genus.& cle.exiui.de verb.ſig.Alibi dicitur, quòd verba intelliguntur ſecundum ſubiectam materiam etiam impropriando.l. ſi vno.in prin.ff.loca.l.inſulam.ff.de præſcr.verb.ſed ſi vis ſaluare deciſionem Iaſ. hic facias alium caſum,quem fecit Lap.limitando prædictas gl.diſtinguentes alleg.ſua 91.caſus eſt talis valet,ſed caſus iſte ponitur in conſi.ſeq.incip.in primis videndum eſt.in fi.& eſt conſi.ſub nu.306.quas gl.dicit procedere in his actionibus,quæ competunt ad certam ſpeciem,ſecus ſi competant ad quantitatem in genere, prout voluit intelligere D. meus hic per iura allega. per eum,quia tunc faciunt tertiam ſpeciem,quod probat, quia ipſa actio de per ſe non eſt res mobilis neque immobilis eſſentialiter, vt ſupra dictũ eſt; quia nec tangi,nec palpari poteſt.d.§.incorporales.inſti.de reb. corp. & incorp. Nec etiam ipſius genus,ad quod competit eſſentialiter, eſt res mobilis, vel immobilis,cũ intellectu conſiſtat non in tactu. tangere. n. non potes genus humanum,vel genus pecuniæ,aut ſeruorum,& ſic ſecundum Lap.ſupra,& ita ibi concludit no.Lap.quòd mobilium,vel immobilium appellatione in ſtatuto non venirent iſtæ actiones conſideratæ,vt ſupra proxi. ſtat ergo primum fundamentum Dom.mei,ꝙ appellatione mobilium,vel immobilium non veniunt nomina debitorum,& ſic actiones ſaltem competentes ad quantitatē in genere,& ita Alex.poſt Ang.in conſ.ſupra alleg.dum expreſsè dixit,quòd propriè,& ſtrictè actio,ſeu nomen debitoris eſt tertia ſpecies inter mobilia, & immobilia; ergo ſi ſunt nomina debitorum, erit aliquid, de quo donans poterit teſtari.Stat etiam ſecundum,ꝙ eſt corroboratiuum primi,dum ponderat D.meus illa verba,vbicunque ſita ſint,&c.quia verum eſt,quòd nomina debitorum non debent dici eſſe localia,quia ſunt vbique locorum.l. ſi fideic.§.tractatũ.ff.de iud.Iura.n.quę ſunt incorporal. vbique videtur eſſe,nec ſunt circunſcrip.ſeu determinata aliquo cer.loco.l.fi.C.de præſcr. long. tẽp. ſupra alleg.& pro iſta deciſ.Iaſ.apertè ſentit Ang.in conſi.179. 1.par.colu.5. ver.vbi autem interue.conſuluit Bal.in conſi.ſuo 102.incip.ſuper infra ſcriptis dubijs,an fratres.in ver.nunc venio ad ſecundum.in 1.volu. maximè per iſtud fundamentum,dum in fi.dicit ſi aduertimus verba donationis,quia loquuntur de rebus circunſcriptis loco,certum eſt,quòd nomina non continẽtur,vt d l.Caius.in prin.de leg.2.hic alleg.per Iaſ.cuius deciſio per prædicta videtur eſſe bene lucidata.

S V M M A R I V M.

1 *Seruus acquirit domino etiam inuito,tamen talem obligationem poteſt dominus à ſe abdicare,& eam debitori remittere.nu.2.*
3 *Seruus acquirit domino inuito obligationem vel dominium, non autem poſſeſſionem.*
4 *Monachus non poteſt acquirere Abbati inuito.*
5 *Iura loquentia in ſeruo, habent locum in monacho in his, quæ poſſunt monacho adaptari.*

L E X LXII.

SEruus vetante domino. ¶†Seruus acquirit domino etiam inuito. h.d.concordat.l.ẽt inuitis.ſ.de acq.rer.dom. cum alijs allegatis in gl.& ita ampliatur regula.l.placet.ff.de acq.hær.& l. pe. in prin.ſ.ſi quis à par.fuer.ma. Adde, quòd eodẽ modo ſeruus obligat dominum inuitum de peculio, ſi illud habet. l. ſi quis ſeruum.§.etiam.ſ.de pec.allegata in gloſſ.quod videtur prima fronte mirabile,cùm dominus poſſit pro libito voluntatis reuocare peculium ſeruo.l.4.in prin. ſ. de pecu. ¶Contra iſtum text.opponitur, nam ratio quare ſeruus poteſt ſtipulari domino,eſt,quia repræſentat perſonam domini,quia vox ſerui cenſetur vox domini. §. ei verò qui.& §. poſt mortem.inſtitu. de inutil.ſtipula. ergo ſi dominus non vult,quomodo poteſt dici vox domini,& eum repræſentare,vt domino inuito acquirat? Reſponde ſecundum Cum.ꝙ ſeruus repræſentat perſonã domini generaliter,& nõ ſpecialiter.l.debitor.§.ſeruo.ſ.de leg.2. vbi ſi dominus eſt capax in genere alicuius rei, illa poteſt legari eius ſeruo,quamuis in ſpecie non poſſet legari ipſi domino, quia ſit res propria ipſius domini,& ſic ſeruus recipit habilitatem ex perſona domini generalem,& non ſpecialem, & hoc modo ceſſat obiectum,& ſic habes ex iſto tex.ꝙ dominus, vel pater non poſſunt prohibere effectus dominicæ, vel patriæ poteſtatis à lege attributos,qui ſunt,quòd quicqd acquirunt, patri vel domino acquirunt. d. l. placet.quia effectus,& prouiſio legis non poteſt per priuatam perſonam directò tolli, vt habe-
2 tur in l.nemo poteſt.ſ.de leg. 1.¶†Hinc colligo primam limitationem ad regulam huius text. ꝙ licèt ſeruus domino inuitò acquirat obligationem, tamen talem obligationem domino inuito acquiſitam poteſt poſteà dominus à ſe abdicare,& eam remittere debitori,vt hic in glo.quæ dicit,ſed non retinet inuitus.mouetur per tex.in l.hoc iure.§.non poteſt. ſ.de dona. Sed iſta ſolutio glo.ad illum tex.nihil valet.Vnde alio modo reſpõdet glo.& Bar.ibi,ꝙ principaliter,& directò non poteſt acquiri inuito,vt ibi,ſed bene per indirectum, & ſecundàriò, vt hic mediante perſona ſerui.& iſtam ſolutionẽ etiam tenent Imo. & Cum.hic.facit.l.ſoluendo.cum gl.ſ.de nego.geſt. Tu potes aliter,& notabilius reſpondere ad d.§.non poteſt.ꝙ iſte tex. loquitur,quãdo domino,vel patri acquiritur ex ſtipulatione ſerui,& hic ex diſpoſitione legis propter effectum dominicæ, vel patriæ poteſtatis,abſque aliquo facto domini, vel patris, & talem effectum legis priuatus impedire non poteſt. Secus ſi acquireretur abſque legis diſpoſitione per alium non repræſentantem perſonam noſtram, & tunc nobis inuitis non acquiritur,vt ibi,quia tunc requiritur,ꝙ interueniat animus noſter,& voluntas acquirendi.l.ſi quis vi.§. differentia. ſupra de acquir.
3 poſſeſ.¶†Secundò limita iſtum tex. procedere in acquiſitione obligationis,vel dominij, quam ſeruus acquirit domino inuito.Secus videtur in acquiſitione poſſeſſionis.l.1. §.hæc quæ de de ſeruis.in verſi.ſi & ipſi velint. ſupra de acquir. poſ. & ſic videtur,ꝙ difficilius acquiratur poſſeſſio per ſeruũ domino inuito,quamuis ſit minoris prȩiudicij,vt ibi,quàm acquiratur obligatio,vel dominium,vt hic,& d.l.etiam inuitis.ſ. de acquirẽ.
4 rer.dom.¶†Tertiò limita iſtum tex.ſecundum Bal.hic non habere locum in monacho,qui vetante Abbate nõ poteſt ei acquirere,rõ,quia monachus, vetãte Abbate nullum cõſenſum habet.12.q.1.c.non dicatis. Adde,ꝙ monachus nõ habet velle nec nolle,niſi permittente Abbate.dicit tex. in c.fin.de teſta. in 6.& in c.fi.de ſepult.in 6.Item adde illud,quod tenet Bal. in
5 l.ſeruus.C.communia de ſucceſ.vbi tenet, † ꝙ iura loquentia
a in ſeruo,habent locum in monacho [a] in his,quæ poſſunt monacho adaptari.

A D D I T I O.

a ¶Monacho.Adde,quæ ſcribit Tremol.ad Prac. Bonacurſ. titu. quib.mod.ſuo no.ciuili.nu.18.litera B.

S V M M A R I V M.

1 *Stipulatio ſemel commiſſa iterum committi non poteſt, & ad veritatem diſiunctiuæ ſufficit alteram partem eſſe veram,nu.3.*
2 *Dictio ſiue, verè eſt diſiunctiua.*
4 *Ex duabus cauſis ad idem,vel eundem finem concurrentibus, celerior conſumit effectum.*
5 *Stipulatio ſemel commiſſa per euentum primæ conditionis amplius committi non poteſt.*

L E X LXIII.

1 SI ita quis ſtipuletur. † Stipulatio ſemel commiſſa iterum committi non poteſt, & ad veritatem diſiunctiuæ ſufficit alteram partem eſſe veram.¶In tex. ibi, ſed enim. Iſta aduerſatiua,ſed,quæ eſt ſine copula,debet aduerſari præcedentibus,& in facto,& in iure, vt idixi

dixi in l. qui vsumfructum. ṡ. eo. dic. ꝙ aduersatur vtroque modo, nam licèt existentia vnius conditionis impediat per existētiam alterius stipulationem amplius committi, vt in prima parte huius tex. tñ è ꝯ defectio vnius conditionis non impedit per existentiam alterius stipulationem committi, & ita est diuersitas & in facto, & in iure ſ m Iac. de Are. Ang. & Imo. hic.
7 re, & iſtam gl. ad hoc reputat eſſe ſing. Cuman. hic. ¶ † Secunda conclu. ꝗ in hoc tex. poterat intereſſe ſtipulatoris, quia alij tenebatur ſub pœna. circa primam conclu. adde, ꝗ ɔ̃riũ tenet Bart. hic per gl. in l. pen. C. commo. quæ tenet, ꝗ tunc demum põt agi ad repetendum, qñ diu in ſolutione ceſſatum eſt, vel quando facilè eſt debitori ſoluere, per text. bonum in ſimili in l. Lucius. ſ. man. vbi qui obligauit pro alio pignus ſuum vel ſe, põt agere, vt liberetur, ſi diu ſtetit in obligatione, & gl. ibi declarat, ꝗ illud diu, non intelligitur pro decennio, ſed arbitrio iudicis, cum Bar. tenent Imo. Cum. & D. Alex. hic, & D. Abb. in c. fi. in 2. & 3. col. de preca. pro iſta opi. mouetur ſubtiliter Cum. quia ſi aliter diceremus, ſequeretur, ꝗ ſi promiſiſti mihi mutuare, & agerem cõtra te, vt mutuares, ꝗ obſtaret mihi exceptio doli, ex quo peterẽ illud, quod ſtatim eſſem reſtituturus. l. dolo. ff. de excep. dot. & ſic promiſſio redderetur inutilis, ſed aduerte, quia Bal. hic, de quo ipſe mentionem non facit, dicit, ꝗ illa exceptio dolo facis, non haberet locum in caſu huius. l. propter tacitam voluntatem contrahentium, quia in iſta ſtipulatione partes conſiderauerunt intereſſe, quòd excluderetur, ſi poſſet opponi illa exceptio, & dicit, ꝗ nunquam audiuiſti ab alio notari, & quòd ferè non reperitur alibi. Ang. hic tenet ɔ̃rium, & ſequitur iſtam gl. quia ex quo dies non ineſt nec tacitè, nec expreſsè, nec conditio, & ſic obligatio eſt pura, & ſimplex, ergo incontinenti nata eſt actio, & eius executio. l. eum qui calendis. §. quoties. ſ. eo. ergo, qui mutuauit pecuniam, ſtatim poterit eam repetere, tamẽ daretur aliqua dilatio miſerationis gratia, iuxta l. quòd dicimus. & l. ratum. ff. de ſol. Nec obſt. gl. in qua ſe fundat Bar. in d. l. pen. C. commo. quia illa gl. loquitur in commodato, in quo cõceſſio fit ad certum, & determinatũ vſum, ideo non poteſt repeti, niſi perfecto illo vſu. l. in commodato. §. ſicut. ff. commod. ſimiliter in d. l. Lucius. promiſſio fuit facta ob certam cauſam, ideo non põt repeti, niſi illa cã impleta. ſed gl. noſtra loquitur, qñ pecunia fuit mutuata ſimpliciter, & ſic ad nullam cãm expreſſam, ideo põt ſtatim repeti. hinc eſt, ꝗ ſi pecunia fuiſſet mutuata alicui ad aliquem certum, & determinatum vſum, adeo ꝗ ſi incontinenti repeteretur, induceretur corruptio illius vſus, certè etiam tunc differetur ſolutio arbitrio iudicis. cum iſta gl. ẽt ſimpliciter tenet Bar. in l. ſi tibi pecuniam. ſ. ſi cer. pet. & in l. 2. in fi. C. commo. niſi ſecundum eum mutuaſſem tibi pecuniam ad certum vſum, vt dixi, tunc non poſſem repetere, niſi illo vſu expleto. Et diſputando poſſet iſta pars de facili teneri, tamen teneas cum opin. Bar. contra iſtam glo. quia ſi dans pecuniam mutuo, ſtatim poſt mutuum celebratum poſſet illam repetere, inanis eſſet contractus, & nihil operaretur. l. qui ſic. ꝟ. de ſolu. facit. l. fina. §. fina. C. de bon. quæ lib. ineſt ergo tempus arbitrio iudicis, quo mutuum accipiens poſſit vti pecunia mutuata, & ſic non obſt. d. l. cum qui calendis. quia loquitur, quando purè obligatus non erat recepturus beneficium, aut commodum aliquod, prout in caſu præſenti. ¶ Secunda conclu. gl. eſt, quòd in hoc tex. poterat intereſſe ſtipulatoris, quia alteri tenebatur ſub pœna, & quia non recipit pecuniam mutuo, non potuit ſoluere illi tertio, & ſic incidit in pœnam, ad quam tenebitur, qui promiſit mutuare, & ſic intereſſe. adde ad hoc tex. in l. liber homo. la ſeconda. §. fi. ꝟ. eodem. Item poterat eſſe aliud intereſſe, quia ſi recepiſſet pecuniã mutuo, vitiaſſet venditionem pignorum. ¶ Contra iſtam conclu. gl. opponitur, nam pœna eſt intereſſe extrinſecum, ergo ad illud non debet teneri promiſſor, nec eius debet haberi ratio. l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ſ. de act. empt. quia illud intereſſe extrinſecum non venit in contractibus bonæ fidei, & ſic in emptione, & venditione, vt ibi, ergo multo minus debet venire hic, qui eſt ſtricti iuris in ſtipulatione. reſpõ. Bar. & alij ſequũtur, quòd illud eſt verum, vbi poſſet cadere intereſſe extrinſecum, vt in rebus æſtimabilibus, puta vino, frumento, & ſimilibus, quorum pretia variantur ex tempore, vnde in eis non habetur conſideratio, niſi de pretio creſcente, vel decreſcente, qđ eſt intereſſe extrinſecum, vt in contrario, ſed nos loquimur de pecunia, ſed in pecunia, & in nũmis æſtimatio eſt ſemper informis, & non mutatur ſolo curſu temporis, ideo non cadit intereſſe intrinſecum æſtimationis. l. nummis. ſ. de in lit. iuran. ideo venit intereſſe extrinſecum, & ſic pœna, vt hic in tex. & in gl. & l. liber homo. la ſeconda. §. fi. cum gl. ꝟ. eo. ex iſta ſolutione infertur, ꝗ ſi in hoc tex. fuiſſem ſtipulatus te mihi crediturum frumentum, vel vinum, non veniret tunc intereſſe extrinſecũ de pœna, de quo loquitur iſta gloſſ. ex quo poteſt venire intrinſecum, ſcilicet æſtimatio circa ipſam rem. ¶ Sed aduerte ſub-
* tiliter ſecundum Cuman. hic, ſi iſta ſolu. *Bar. & communis* eſſet vera ad iſtum tex. ſequeretur, quòd ſi promiſiſſes mihi mutuare frumentum, vinum, oleum, vel quid aliud ſimile, in quo cadit intereſſe intrinſecum æſtimationis, iſta promiſſio eſſet ineſficax, & inualida, quia ſtatim poſſes repetere. ratio, quia tunc non poteſt mea intereſſe ratione intereſſe intrinſeci, quia cùm ſtatim poſſit repeti in illo breui inſtanti, non poſſet creſcere, aut decreſcere valor frumenti, & intereſſe extrinſecum pœnę tunc non venit, ex quo poteſt venire intrinſecum, & ſic nõ videretur, quòd tunc poſſet procedere iſte text. in ſecunda parte, & ſequitur ſimpliciter Dominus Alexã. hic: ſed aduerte, quia eſſet magna limitatio, & reſtrictio ad iſtum text. Secundò, & fortius cùm ſimus in materia mutui dictio pecunia, capitur largè pro quacunque re mutuabili conſiſtente pondere, num. vel menſura, non autem ſtrictè pro pecunia nume. tantum. l. 2. §. item mutuum. vbi gl. Bar. & alij. ſ. ſi cert. pet. l. pecuniæ appellatione. ꝟ. de verb. ſign. Bar. & Doc. in l. talis ſcriptura. in prin. de leg. 1. ſuper hoc bene cogita, quia valde neceſſarium eſt ad intellectum iſtius text.

ADDITIO.

a ¶ *Veritas.* De qua vide eundem Iaſ. in l. cùm quis. ff. ſi quis in ius voca. non ierit.

SVMMARIVM.

1 *Pęna adiecta præcedenti diſpoſitioni impoſſibili, ſiue conſiſtat in faciẽdo ſiue in dando, committi non poteſt.*

2 *In pęnis valet argumentum ab antecedenti deſtructo.*

3 *Vbi non tenet promiſſio principalis propter impoſſibilitatem naturæ, nõ tenet etiam pęnalis acceſſoria.*

4 *Promittens ſiſtere Stichum ſub pœna, mortuo Sticho liberatur à pęna.*

5 *Stipulatio faciendi, & dandi æquiparatur aliquando.*

6 *Impoſſibilitas ſuperueniens excuſat à pęna, vel caſus fortuitus.*

LEX LXIX.

1 SI homo mortuus. † Pœna adiecta præcedẽti diſpoſitioni impoſſibili, ſiue conſiſtat in faciendo, ſiue in dando, committi non poteſt. hoc dicit. ¶ Et primò loquitur, quando eſt impoſſibilitas facti. ¶ Secundò, quando eſt impoſſibilitas dandi. Secunda ibi, quemadmo-
2 dum. ¶ † Not. primo ex hoc text. ſecundum Bald. quòd in pœnis valet argumentum ab antecedenti deſtructo, nam propter impoſſibilitatem antecedentis, id quod eſt conſequens, puta pœna committi non poteſt, facit. l. cùm principalis. de regu. iu. & vltra Bald. quòd argumentum ab antecedenti deſtructo teneat, adde glo. in l. is qui. in princip. ff. de public. iudi. Bald. in l.
3 conuenticulam. in 2. colum. C. de Epiſcop. & cler. ¶ † Secundò no. ex iſto text. quòd vbi non tenet promiſſio principalis propter impoſſibilitatem naturæ, non tenet etiam pœnalis acceſſoria, & ſic pœna adiecta ſtipulationi impoſſibili non committitur, rationem videbimus infra in gloſſ. & dicit Barto. in l. ita ſtipulatus. infra eodem. in 12. opp. primæ partis, quòd ratio huius text. eſt, quia principalis ſtipulatio ab initio valuit in ſui cõceptione, & ſperabatur committi pœnalis propter moram, quæ poterat committi in principali, ſed quia per caſum mortis promiſſor liberatur à principali, liberatur etiam à pœna tanquam acceſſoria, eo quia pœnalis cœpit habere dependentiam à prima, ideo ſi prima tollitur, etiam ſecunda. argum. eius quod not. per glo. & Docto. in l. 2. §. fin. ſ. de libe. & poſthum. & in l. nam & ſi ſub conditione. ſ. de iniuſt. rupt. ſed tu aduerte, quia iſta eſſet reſtrictio ad hunc textum, cùm in iſto text. non referat, an Stichus promiſſus ſiſti viueret tempore factæ promiſſio-

missionis, an etiam tunc esset mortuus, vtroque casu procedit
* iste tex. *& tenent glo. & omnes hic*, ergo ratio Bart. non procedit ad istum tex. quādo Stichus fuisset mortuus tempore promis-
4 sionis, ideo meliorem rationem infra assignabo. ¶ † Tertiò not. ꝙ promittens sistere Stichū sub pœna, mortuo Sticho liberatur à pœna, sicut debitor speciei perempta specie liberatur. l. si ex legati causa. supra eod. & l. quod te. supra si cer. pet. Amplia istum text. duobus modis, primo, vt procedat etiam si partes sciebant Stichum esse mortuum, & nihilominus promissor sistens promisit Stichum sistere sub pœna, adhuc pœna non potest committi secundum Cuma. hic per istum tex. simpliciter, & indistinctè loquentem, & sequitur Alex. & benè per l. non solùm. supra. tit. 1. vbi si partib. scientib. promittatur quid impossibile non valet. & videtur tenere Bar. in l. si seruum. §. fin. infra eōd. vbi Barto. videtur velle, quòd quando mora non præcessit interitum, non curatur, an partes mortui sciuerint, vel ignorauerint. Secundò amplia istum text. vt procedat non solùm, quando Stichus iam erat mortuus tempore promissionis, sed etiam si sit mortuus posteà, vt hic tenet glo. 2. quam Barto. &
5 omnes sequuntur. ¶ † Quartò not. quòd stipulatio faciendi, & dandi æquiparantur, intellige quantum ad effectum huius. l. vt non committatur stipulatio pœnalis, siue adijciatur facto impossibili siue dationi impossibili, vt hic, aliàs verò non æquiparantur, imò multum differunt in l. stipulationes non diuiduntur. infra eo. ¶ Capio glo. secundam in versi. mortuus. quam diuide in duas partes. In 1. declarat tex. In 2. quærit, & respondet. Secunda ibi, sed quid si tunc. ¶ In gl. ibi, tempore promissionis, aduerte, quia qualitas mortis intelligitur secundū tempus verbi sisti, cui adijcit. l. in delictis. §. si extraneus. supra de noxa. l. Titius. ∫. de testa. mili. latè Bar. in l. ex facto. in prin. ∫. de vulg. & pupil. ergo videtur, quòd seruus fuerit mortuus illo tēpore, quo debuit sisti, & non à prin. tempore interpositæ stipulationis, & isto modo erit casus pro opin. Ioan. & glo. in seq. parte. ¶ In ea. gl. ibi, videtur distingui, an in iudicio, & c. adde, quòd istam distinctionem tenuit glo. & malè in l. si decesserit. in glo. 1. ad fin. sup. qui satisd. cog. per text. in l. in illa. ∫. eo. sed *reprehenditur communiter*, quia non debet constitui differentia inter promissionē de sistendo iudicialem, & extraiudicialem arguendo de iudicijs ad contractus, & ècontra, cùm in iudicijs quasi contrahatur. l. iij. §. idem scribit. sup. de pec. *communiter tenetur* opin. Ioan. & huius glo. quam etiam tenent omnes Antiqui secundum Bar. quòd iste text. procederet si Stichus sistendus sit mortuus
6 posteà post promissionem factam. ratio, † quia impossibilitas posteà superueniens excusat à pœna, vel casus fortuitus. l. si vendita. §. idem iuris. sup. ad l. Rho. de iac. adde, quòd etiam difficultas nedum impossibilitas posteà superueniens etiam impedit commissionem pœnæ, vt ibi, & tenet Bar. in l. continuus. §. illud. in fi. ∫. eo. Abb. in c. breui. de iureiu. non obst. text. in d. l. in illa. sup. eod. vbi si Stichum non dederis hinc ad mensem promittis decem nomine pœnæ, licet Stichus moriatur ante terminum, & sic ante moram, tamen promissor tenebitur ad decem, & sic ad pœnam, respondet Bar. hic, & ibi, & in d. §. illud. in fi. *& omnes sequuntur*, quòd ibi Stichus non erat in obligatione, sed solùm in conditione, vnde pœnalis stipulatio non debet ibi committi ex mora, sed ex cōditionis euentu. ¶ Dic clarius, ꝙ in d. l. in illa. ∫. eo. conuentio incepit à conuentione hoc modo si non dedero tibi Stichum intra 10. dies, promitto 10. nomine pœnæ, quo casu si Stichus. ∫. istos 10. dies moriatur sine culpa mea, ego tamen teneor ad pœnam, vt ibi, eo quia tunc pœna non potest committi ex mora, quia Stichus erat solùm in conditione, ergo peti non poterat, quia illud quod est in conditione, non est in obligatione nec in petitione. l. si quis sub conditione. di. dandorum 10. ∫. si quis omis. causa test. & l. cedere diem. inf. de verb. signi. si non poterat peti, ergo nec mora constitui, quia vbi nulla petitio, ibi nulla mora. l. si pupil. in prin. sup. eo. & l. lecta. ver. pen. supra si cer. pet. ergo pœna non poterat ibi committi ex mora, quia mora cadere non poterat, ergo pœna solū committebatur ex defectu conditionis, ergo quomodocunque conditio deficiat, pœna committitur, & illa debetur, ita propriæ loquitur tex. in d. l. in illa. si autem conuentio incipiat à dispositione pura, puta promitto sistere Stichum, & si non sistā, promitto 10. nomine pœnæ, tunc si interim moriatur Stichus sine aliqua culpa mea, ego sum liberatus à pœna, quia destructo principali, destruitur tunc accessorium pœnale, ratio quia tunc pœna committitur ex mora in non sistendo Stichum, sed ego non fui in mora nec in aliqua culpa, & interim mortuus est Stichus, ergo sum liberatus à pœna. ita loquitur hic, nā quando promitto sistere Stichum, & si non sistam, promitto pœnam, pœna intelligitur promissa si fuerim in mora sistendi Stichum, ergo si interim moriatur Stichus ante moram, non potest amplius in mora constitui, ergo non potest amplius in pœnam incidere, & ad istam differentiam an conuentio incipiat à conditione, an verò à dispositione pura, adde text. facientem hanc differentiam in l. ita stipulatus. ver. Sabinus. ∫. eo. posses etiam dicere in primo casu, quando conuentio incipit a cōditione, ꝙ tunc in conditionibus consideramus meram figuram, facit l. qui hæredi. ∫. de condi. & demon. vnde quando dixi, si non sisteris Stichum, promittis, ideo mortuo Sticho verum est dicere, quòd Stichum non sistes, & hoc sufficit, vt pęna cōmittatur. ¶ Capio aliam gl. in ver. nec pœna rei. quam diuide in duas partes. In 1. declarat tex. & alleg. multas concor. In 2. opp. & sol. Secunda ibi. Item est contra. responde clarius, quod in d. §. alteri. principalis stipulatio deficit solùm ea ratione, quia non interest stipulatoris, & tunc pœnalis valet, quia in ea deficit ratio prædicta, quia in pœnis non consideramus interesse, vt ibi, hic autem principalis stipulatio non valet ratione impossibilitatis naturæ, ergo etiam non valet accessoria pœnalis secūdum Bar. in l. ita stipulatus. in 12. opp. 1. partis. ∫. eo. alio modo respondet Bald. in l. non dubium. in 14. oppo. C. de leg. ꝙ aut in principali est eadem ratio prohibitionis, & neutrum valet, vt hoc tex. & l. stipulatio hoc modo concepta. ∫. eo. aut non est eadem ratio prohibitionis, vt quia in principali est defectus, quia si quis stipulatur sibi pœnam, & non alteri, quia tunc valet pœnalis, ita loquitur. §. alteri. & l. liber homo. la 2. §. decem. confirmo, quia vbi causa annullans principale non concurrit cum accessorio, tunc annullato principali, non annullatur accessorium. §. si quis alium. Instit. de inuti. stipu. secundum Abb. in c. debitores in 1. col. de iureiu. post Host. ibi. ¶ In gl. fi. ibi, nisi iam erat in mora. Ratio est, quia tūc odio morosi fingitur Stichus mortuus extare, nimirum si tunc succedit obligatio ad interesse. d. l. inter stipulan. §. pe.

SVMMARIVM.

1 *Infans stipulari non potest.*
2 *Infans quocunque modo possit balbutire, potest stipulari rem suam saluam fore.*

LEX LXX.

1 MVlier, quæ. † Infans stipulari non potest. hoc dicit, vt hic, & l. j. in prin. ∫. eod. dubium faciebat fauor dotis maternæ promissæ per stipulationem infanti, tamen vbi deficit consensus, fauor vel odium non curatur, quin stipulatio vitietur. Et dum glo. dicit, quòd erat trinomius hic vir, gl. malè dicit, quia illud popularis meo non est proprium nomen, nam Terentius in Phormione in primo actu dicit, amicus meus summus, & popularis Geta. illud popularis intelligitur, idest eiusdē populi, vel generis, vel popularis, idest familiaris meus. vnde Suetonius inquit de Tito Imperatore, ne popularitatis aliquid intermitteret, idest familiaritatis, nōnunquam in Ther
2 mis suis admissa plebe lauit. ¶ † No. etiam diligenter aliam gl. in ver. non potest, quæ singu. dicit, ꝙ infans quocunque modo possit balbutire, potest stipulari rem suam saluam fore, per l. seruum. ∫. rem pu. sal. fo. & est bona declaratio ad illum text. quem Bald. dicit esse sing. & tenendum menti in l. donatarum. C. de acqui. pos. & ad hoc istam glo. reputant esse sing. Ang. & Imo. hic in illo verbo balbutire, in qua secundum eos non habet consimilem. & secundum Imo. ille dicitur balbutire, qui non loquitur ex toto explicitè, vel articulatè, sed tu allega de hoc text. not. in l. quoniam indignum. C. de testam. in verbo seminecis, & balbutiens lingua. & dicit text. in l. iubemus. C. de testam. quòd testator, qui articulatè loqui non potest, mortuo similis est, per quem tex. dicit ibi Bart. quòd semel impugnabat quoddam testamentum factum à quodam testatore, qui loquebatur balbutiēdo, cùm primò fuisset homo rectæ linguæ, ibi dixi de hoc. adde quòd imò plus dicit Alex. in consi. 12. 1. vol. quod incip. viso instrumento donationis. col. 3. glo. hic videtur velle, ꝙ etiam valere possit stipulatio facta ab eo, qui nō poterat ita articulatè loqui, sed balbutiens erat, & dicit, quòd in hoc ista glo. non est alibi, sed certè ista glo. hoc non dicit, sed solùm dicit illud, quod supra retuli, quod infans quocunque modo possit balbutire, potest stipulari rem suam saluam fore, & in hoc est specialis casus, ergo non est trahendus ad ꝯñas, vt facit do. Alex. l. ius singulare. ∫. de legib. & de balbo & bleso, & tardè loquente habes tex. in l. idem Offilius. §. fi. ∫. de ædil. edic.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio pœnalis debet adijci facto si non fiat, & non facto si contra fiat.*

2 *Qualiter ſtipulatio pœnalis debeat concipi in contractu, quando verſatur factum, vel non factum.*

LEX LXXI.

1 Cum quid. † Stipulatio pœnalis debet adijci facto ſi non fiat, & nõ facto ſi cõtrafiat.hoc dicit,vel ſic.Quando ſtipulatio principalis concipitur affirmatiuè,tunc ſequens pœnalis debet concipi negatiuè, ſi verò principalis concipitur negatiuè,tunc pœnalis debet concipi affirmatiuè.hoc dicit,nã pœnæ ſunt oppoſitorum, & committuntur per actus oppoſitos principali diſpoſitioni,vnde in affirmatiuis actus oppoſitus
2 eſt negatio,in negatiuis actus oppoſitus eſt poſitio.¶† Plenioreẽ formam qualiter ſtipulatio pœnalis debeat concipi in contractu,quando verſatur factum,vel nõ factum, vel quando vtrũque ſimul,ponit tex.in l.continuus.§.pen.ſ.eo. allegatus in glo. ſed aduerte,quia Bar.de quo nullus mentionem facit, in l.j. in prin.ſ.de condi. & demon.in 4.q. 1.q.,prin. dicit, ꝙ Iuriſcon.in conceptione pœnalis ſtipulationis tam in hac.l.quàm in d.l.cõtinuus.§. pen. vno verbo poterat ſe expedire ſiue præcedat diſpoſitio affirmatiua ſiue negatiua,poterat enim abſque tot verbis ſubijcere ſtipulationem pœnalem breuiter hoc modo, alioquin tantum dabis.

SVMMARIVM.

1 *Quædam ſtipulationes ſunt totaliter indiuiduæ ab initio, & quædam diuiduæ.nu.2.*

LEX LXXII.

Stipulationes non diuiduntur. Iſta l.ſecundum Bart. tractat materiam valde difficilem, & dicit Pau. de Caſt. hic in 7. col. quòd iſta eſt ſubtilis materia,in qua quanto quis plus ſpeculatur,tanto plus reperit de difficultate, & ſecundum Cuma.hic ad fin.commenti ſui materia huius.l.
1 eſt mare ſine fundo,in qua nunquam eſſet finis.¶† Ad euidentiam præmitte ſecundum Bar. hic, & plenius in l.4. §. Cato. in 2.opp. ſ. eo. quòd quædam ſtipulationes ſunt totaliter indiuiduæ, ſcilicet ab initio tempore, quo contrahuntur, & quo ad obligationem, & etiam ex poſtfacto quo ad executionem, & ſic quo ad ſolutionem, vt ſunt ſtipulationes ſeruitutum, quæ ab initio pro parte in ſtipulationem deduci non poſſunt.l. pro parte.ff.de ſer.Item ſunt indiuiduę quo ad obligationem,quia earum obligatio inter hæredes ſtipulatoris, vel promiſſoris nõ diuiditur.l.ij.§.ex his. ſup.eo. Item ſunt etiã indiuiduæ ex poſtfacto,quia pro parte ſolui, vel præſtari non poſſunt, de iſtis lo-
2 quitur iſta. l. in 1. parte. † Quædam ſunt ſtipulationes ab initio diuiduæ quo ad contractum, ſed ex poſt facto ſunt indiuiduæ quo ad obligationem & ſolutionem, vt ſunt ſtipulationes factorum,vt rem tradi,foſſam fodi,inſulam fabricari, & ſimiles. Iſtæ enim ab initio pro parte deduci poſſunt in ſtipulationem, quia ab initio poſſum ſtipulari partem rei tradi,vt l.locus. ff.de acq.poſ.& l.fundi.ff.de contrahen.empt. Item poſſum partem inſulæ fabricandæ ſtipulari, & certam partem foueæ fodi, vel purgari.l.ij.§.præterea.ff.de aqua plu. arcen. ſed non ex poſtfacto,poſtquam promiſi,non diuiduntur in partes, & quilibet hæredum tenetur inſolidum.& de iſtis loquitur iſta.l.in 2.parte verſi.idem puto.ſed aduerte,quia ſecundum iſta, & ſecundum Bar.& Doct.Iuriſcon.in iſta.l.diuerſimodè determinauit ſtipulationes ſeruitutum,& ſtipulationes factorum,vt primę omni reſpectu ſint indiuiduæ, & ab initio, & ex poſtfacto, aliæ verò ſint indiuiduæ ſolùm ex poſt facto.iſta ſunt in ſe vera, vt iurib. præalle.& l.viæ.ff.de ſer. ſed non eſt credendum, ꝙ Iuriſcon.in iſto text.voluerit ita diuerſificare, tum quia vniformiter loquitur,& vniformiter determinauit in verſi. idem puto. tum quia vniformem rationem aſſignat ibi, horum enim diuiſio corrũpit ſtipulationem,& ſic pondera,quòd Iuriſcon.in iſta l. loquitur, poſtquam iſtæ ſtipulationes iam fuerunt in eſſe deductæ, quo caſu omnes pariter & primæ, & ſecundæ ſunt indiuiduæ obligatione & ſolutione,non autem loquitur iſte text.quando ſtipulationes ſunt in fieri, & ſic quando ab initio deducũtur in contractu, quia ſtipulationes antequam ſint factæ, nõ poſſunt diuidi ſicut non poteſt diuidi,quod non eſt,ſed quando ſtipulationes ſunt factæ, tunc congruenter dicitur in tex. ꝙ ſtipulationes & ſeruitutum,& factorum ſunt indiuiduæ. Item pondera, ꝙ Bar.met.ſ.in 6.opp.ponderat,ꝙ iſte tex.not. dicit faciendum aliquid ſtipulatus ſit, vt oſtendat ſtipulationem factorum ſolũ ex poſt facto eſſe indiuiduam,& ſic Bar.ibi vult,ꝙ iſte tex. in 2. parte ſolùm loquatur poſt ſtipulationem iam factam, & iam in eſſe deductam,ergo idem & in 1.parte. Item inquãtum Bar. apoſtillat tex. ſtipulationes non diuiduntur.i. pro parte non interponuntur,nec partis præſtatione implentur, nec inter hæredes diuiduntur,& ſic ſunt indiuiduæ omni reſpectu dictorum trium modorum, adde ꝙ hoc idem vr̃ voluiſſe glo.hic in ver. horum enim.ſed vt etiam dicit Cuma.hic,exponere non diuiduntur.i.pro parte non interponuntur,eſt verum in ſe, per d.l. viæ.ff.de ſer.ſed iſtud ꝙ pro parte non conſtituantur,non eſt diuidere ſtipulationem, quæ non erat, nam ſi ſtipulor ab initio partem,iſtud non eſt diuidere ſtip. ſed rem . Item iſta exceptio non conuenit ad ver.Idem puto.prout Bar.met apoſtillat,& tamen tex. ibi pariformiter determinat, & non diuerſimodè, vt facit Bar.Itẽ dum Bart.vr̃ arguere hoc modo, partis pręſtatione non implentur,ergo ſunt indiuiduæ. Iſta non vr̃ bona ꝯña. Item iſtud non arguit indiuiduitatem ſm̃ Cuma. hic, nam in obligatione alternatiua & generis,quæ eſt diuidua, ſolutio partis non liberat,vt l.ij.§.j.in ver.quædã partis.ſ.eo. ſed tu ad hoc reſponde defendendo Bar.ꝙ ibi obligatio alternatiua, vel generis eſt indiuidua in effectu,licèt non in natura,vt ibi. & per Bar. hic in 2.q.ad fi.ſed in caſu noſtro ſtipulatio reſpectu illius effectus cenſetur eſſe indiuidua, ꝙ eius pars ſolui non poteſt. Item inquantum Bar.in apoſtillatione tex.vult, ꝙ ver. horum enim diuiſio.aliter intelligatur,referẽdo ad primum caſum, & aliter ad ſm̃,& ſic pondera Bar. velle, ꝙ ratio quæ aſſignatur in ver. horum enim.referatur ad ambo dicta præcedentia text. & ſic tam ad ſtipulationes ſeruitutum,quàm ad ſtipulationes factorum. Bar. tamen in ſummario ſuo vr̃ velle, ꝙ ſolùm referatur ad proximam partem, & ſic ad ſtipulationem factorum, ſed poſito,ꝙ talis ratio referatur ad vtrunque dictũ,certè de mente tex. eſt vniformiter ad vtrunque dictam rationem aſſignare,non autem diuerſimodè,vt vult Bar. ¶Vltra Bar.in ver.Celſus ibi,*ſi non fuerit factum*.ſ.illud, ꝙ debuit fieri, & ſic promiſſor fuerit in mora faciendi : ſubdit litera,pecuniam dari oportere, potes intelligere,ꝙ iſta ſint verba facti,& ſic verba factæ ſtipula-
* tionis : potes, & ſecundò intelligere, *vt omnes intelligunt*, ꝙ iſta ſint verba deciſiua iuris,& ſic potes intelligere,quando talis pecunia fuiſſet expreſsè promiſſa in ſtipulatione, ſi nõ fieret illud, quod dẽſinit fieri,vel etiã potes intelligere, ꝙ non fuit expreſſe promiſſa talis pecunia , ſed quòd propter moram promiſſoris ſuccedat obligatio ad intereſſe, quod intereſſe etiam conſi-
* ſtit in pecunia,& iſto ſecundo modo *communiter intelligitur per omnes*.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio ſeruitutum eſt indiuidua.& nu.2.*
3 *Stipulatio iudicatur diuidua , vel indiuidua ſecundum naturam rerum in ſtipulatione deductarum.*
4 *Dictio cæterarum eſt repetitiua,ſeu relatiua ſimilium.*
5 *Stipulatio ſeruitutis non eſt faciendi.*
6 *In obligatione faciendi poſt moram ſuccedit obligatio ad intereſſe.*
7 *Obligatio ad intereſſe,& ſic ad pecuniam dicitur eſſe diuidua.*
8 *Inter omnes ſeruitutes nedum reales,ſed etiam perſonales ſola ſeruitus vſusfructus eſt diuidua.*
9 *Si vnus plurium dominorum fundi communis ſtipuletur viam,vel aliã ſeruitutem realem fundo communi,ſtipulatio an valeat.*
10 *Vnus ſociorum nõ poteſt in fundo communi promittere ſeruitutem alij fundo alterius.*
11 *Si dominus ſtipuletur ſeruitutem realem viæ fundo proprio , & poſteà partem fundi alienet,vitiatur ſtipulatio.*
12 *Facta quomodo ſunt indiuidua.*
13 *Licet ſeruitus aquæ ducendæ ſit indiuidua,tamẽ commoditas talis aquæ ducendæ poteſt inter plures diuidi temporib.& menſuris.*
14 *Quæ ſit ratio,quare ſeruitutes reales dicantur eſſe indiuiduæ.*
15 *Quando totus fundus debebat ſeruitutem, & diuiditur in partes , vel fit remiſſio in parte fundi,tunc ſeruitus non diuiditur,ſed bene reſtringitur & modificatur, quo ad illam partem cùm ſit tota in toto & in qualibet eius parte.*
16 *Licet dominus prædij dominantis efficiatur dominus prædij ſeruiẽtis pro parte indiuiſa,per hoc etiam non dicitur ſeruitus diuidi, eo quia totus fundus dicitur ſeruitutem debere.*
17 *Facta tempore contractus ſunt ab initio indiuidua, quia poſſum ſtipulari partem fundi tradi.*
18 *Differentia inter ſtipulationem rem tradi , & ſtipulationem rem reſtitui.& nu.19.*
20 *Si quis emit fundum à duob. hoc acto,quòd quandocunque intra decennium reſtitueret ſibi pretium,teneretur eis retrouendere , & vnus ex his vult reemere partem ſuam & alius nolit illi teneatur retrouendere*

dere partem suam, & quid si vnus vellet emere totum fundum, & offerat totum pretium, & aliàs non vult vti pacto de retrouendendo, an tunc emptor teneatur illi soli retrouendere totum fundum. nu. 21.

22 *Obligatio dandi est præcisa, vt in ea non succedat obligatio ad interesse, secus est in obligatione faciendi, fallit in sex casib. vt infra numero 23. & 24.*

25 *Qualiter res corporales, & incorporales dicantur diuiduæ, vel indiuiduæ, & qualiter diuidantur naturaliter, & qualiter secundum iuris dispositionem.*

26 *In obligatione dandi, si debetur quantitas, tunc obligatio est diuidua nisi in certis casibus, vt infra nu. 27.*

28 *Facta an sint diuidua, vel indiuidua. & nu. 29.*

30 *Quare seruitus vsusfructus est diuidua.*

31 *An ius feudi sit diuiduum, vel indiuiduum.*

32 *In obligationib. facti non tenetur quis præcisè ad factum, sed soluendo interesse liberatur, fallit tamen, vt infra per totum. & nu. 33.*

34 *In omnibus casibus & fallentijs, in quib. obligatus ad factum potest præcisè compelli vt faciat, in omnibus illis potest extrahi de domo, & de omni alio loco vt faciat, præsertim quando est admixtum delictum fugæ.*

35 *Obligatus rem tradi an teneatur præcisè ad tradendum.*

36 *Qualiter sit formandus libellus in petendo factum, vel interesse.*

LEX LXXIII.

STipulationes non diuiduntur. ¶ Diuide aliter quàm Bar. & cõmuniter Doct. istam. l. in 4. partes prin. In 1. loquitur de stipulatione seruitutum. In 2. de stipulatione factorum. In tertia ponit rationem. In quarta limitat secundum dictum de stipulatione factorum. Secunda ibi, idem puto. Tertia ibi, horum enim. Quarta & vlti. est ibi, Celsus tamen. Illa quarta subdiuiditur in tres particulas, vt ibi per Bart.

1 hoc dicit in effectu. ¶ † Stipulatio seruitutum nullo modo est diuidua, & stipulatio factorum partis præstatione non impletur. Item stipulatio facti post moram committitur ad interesse, quod est diuiduum, quo ad obligationem, & petitionem. hoc dicit, secundum Bar. & alios, vel sic. Stipulatio seruitutum est indiuidua. idem est in stipulatione factorum, in quib. propter moram succedit obligatio, & petitio ad interesse, quod

2 est diuiduum. hoc dicit. ¶ † Not. 1. quod stipulatio seruitutum est indiuidua, adde l. si sub vna. §. fi. & l. plurib. §. & si placeat. inf. eo. & l. pro parte. ṡ. de ser. quæ autem sit ratio, quare seruitutes sint indiuiduæ, text. hic dicit, quia earum diuisio corrumpit stipulationem, & sic prima fronte ignotum per ignotius, sed tex. in l. 2. §. j. ṡ. eo. dicit, quia partis præstationem non recipiunt. alibi tex. in l. viæ. ṡ. de ser. dicit, quia vsus earum indiuisus est, sed istæ rationes Iuriscon. videntur quasi eædem cum dicto, vnde glo. 1. in 2. parte visa est velle assignare rationem per effectus, sed non bene declarat, quia ea, quæ dicit glo. sunt potius quidã effectus seruitutum, quàm sit propria ratio, vnde Bar. in 2. opp. conatur assignare rationem, ibi reseruo latè dicendũ, vt quantum possum, sequar ordinem Barto. cuius vestigia in legib. tantum quam Semidei semper adoro. ¶ † Secundo no. ex tex. ibi, earũ

3 rerum. ꝙ stipulationes iudicantur diuiduæ, vel indiuiduæ, secũdum naturam rerum in stipulatione deductarum, & sic secundum earum subiectum, vt hic, & l. ij. §. j. & l. 4. §. Cato. ṡ. eo. similiter obligationes, & actiones iudicãtur diuiduæ, vel indiuiduę ſm res, ad quas competunt, ſm Bar. hic in 2. opp. & etiam in 2. q. & eundem Bar. in d. §. Cato. in 5. q. & in l. si vt certo. §. si duob. vehiculũ. in 2. col. ṡ. com. & in l. græcè. §. illud. ĵ. de fideiuss. sicut alibi obligatio, & actio iudicatur mobilis, vel immobilis ſm rẽ in ea deductam, ſm gl. in l. j. C. si aduer. trãs. & gl. in §. j. in Auth. de non alie. aut permu. reb. eccl. Bar. in l. potest. ṡ. de auth. tu. & in l. mouentium. ĵ. de verb. signi. d. Abb. in c. nulli. in pen. col. de

4 reb. eccl. non alie. ¶ † Tertiò pondera tex. ibi, cæterarumque seruitutum. nam ista dictio cæterarum est repetitiua, seu relatiua similium, vt est glo. in l. non solùm. §. quæritur. in ver. cæteros. & ibi Bar. ṡ. de procu. & glo. no. 26. dist. in c. deinde. in glo. 1. & glo. 66. dist. in c. Apostolica. & text. ṡ. loquutus fuit de seruitutibus realibus, seu prædialib. vnde subijciẽdo posteà cæterarumque seruitutum, debet intelligi, quæ sint similes, & sic quæ sint reales, isto modo glo. non bene exciperet seruitutem vsusfru. cùm non sit seruitus realis, sed personalis, & exceptio debet esse de regula. glo. in l. j. ĵ. de reg. iur. Barto. in l. in his. supra de leg. & in l. si eum. §. qui iniuriarum. supra si quis cau. sed aduerte, quòd dictio cæterarum, non sit repetitiua similium de per se, pondera text. in l. non impossibile & text. in l. ab emptione. sup. de pact. in versi & in cæteris similibus. aliàs frustra ibi adijceret similibus, si dictio cæteris, de per se esset repetitiua similium. ad idem allego text. in cap. omnes principes. de maio. & obedien.

* vbi dicit text. *omnes principes, & cæteros homines*, ibi dictio cæteros, non facit repetitionem similium, quia non vult dicere cæteros omnes principes, vel similes principibus, nisi dicas ad illum text. quòd ibi non dicit cæteros simpliciter, sed addit cæteros homines, quia dicendo cæteros homines, noluit facere re

5 petitionem similium. ¶ † Quarto not. in versi idem puto. quod stipulatio seruitutis non est faciendi, patet quia text. dicit, *idco*

* *puto, & si quis faciendum aliquid stipulatus sit.* ergo præsupponit quòd supra non dixerit de stipulatione faciendi. & sic pondera hic videri text. contra glo. in l. j. §. & harum. in versicu. viam. in prin. supra eod. vbi glo. tenet, quòd stipulationes seruitutum

* sunt faciendi. sed tenendo opin. *Bar. ibi & communem*, quod sunt mixtæ dandi, & faciendi, prout ibi examinaui. hoc modo

6 text. iste non obstabit. ¶ † Quintò not. in versic. Celsus, quòd in obligationibus faciendi post moram succedit obligatio ad interesse. adde l. si insulam. infra eod. vbi istud melius probatur, quàm alibi secundum Bald. ibidem. & text. in l. si quis ab alio. §. fin. infra de re. iud. glo. in l. 2. §. fina. supra cod. & sic reus non potest præcisè cogi ad factum, sed soluendo interesse liberatur. quæ sit ratio, ponit Barto. in 11. oppo. vbi dicetur. Ista regula recipit plures fallentias, quæ colliguntur ex dictis Barto. in 8.

7 quæstio. Ego ibi quamplures alias reddam. ¶ † Sextò no. quòd obligatio ad interesse, & sic ad pecuniã dicitur esse diuidua, & ideo cõtra quemlibet ex hæredibus promissoris agi debet pro portione hæreditaria, & sic habes, quòd licet principalis obligatio sit indiuidua, tamen subrogata ad interesse est diuidua, ratio, quia contrahitur ad rem diuersam, & ad rem quæ est diuersæ naturæ. ¶ Limita sing. esse verum, quando interesse petitur iure actionis, & obligationis, ita propriè loquitur iste tex. secus quando interesse venit accessoriè in executione sententiæ per officium iudi. mercenarium deseruiens actioni propositæ ad indiuiduum, tunc etiam interesse censetur esse indiuiduum, & ita sing. limitat Barto. in l. ij. §. ex his. in pen. colum. supra eod. ibi dixi. ¶ Secundò limita, quando ageretur ad interesse ratione moræ commissæ, secus si ratione doli in faciendo commissi circa speciem restituendam, quia tunc dabitur insolidum contra quemlibet committentem dolum. l. j. §. si apud duos. & l. si duo. versic. quod si lancem. supra depo. Expeditis textualibus capio glo. 1. quam diuide magistraliter in tres partes. In 1. opp. contra text. & dupliciter soluit. In 2. quærit, quare stipulationes seruitutum sint indiuiduæ, & videtur assignare tres rationes, sed vt etiam dicit Pau. de Cast. potius concernunt effectus indiuiduitatis, qui sequuntur ex eo, quod sint indiuiduæ, quàm ostendant causam, quare sint indiuiduæ. In tertia glo. conatur alijs trib. modis ostendere, qualiter facta sunt indiuidua, sed isti etiam sunt potius effectus, quam causæ. Secunda ibi, qualiter autem. Tertia ibi, sed hoc nõ est facilè assignare. ¶ In prima parte glo. ibi præter vsumfru. Ista solutio est vera in se, sed non est congrua exceptio ad text. cùm loquatur de seruitutibus realibus, & vsusfructus est personalis. vnde cùm ista exceptio non sit de contentis sub regula, non est bona, vt dixi in text. in 3. no. sequens solutio ibi sed inter hæredes, & c. est text. ĵ l. 5. §. 1. eo. ff. de vsufru. Item illa quæ sunt indiuidua ex parte hæredum stipulatoris sunt etiam indiuidua ex parte hæredum promissoris. l. ij. §. ex his. supra eod. & l. viæ. supra de ser. & ita etiam istam solu. reprehendit Barto. in 5. oppo. & omnes sequuntur, sed salua istam solu. glo. vt procedat post vsumfructum constitutum, nam tunc constituens tenetur etiam ad patientiam præstandã, & sic tenetur pati eum vti. l. iij. §. dare. supra de vsufr. gl. in l. corruptionem. C. eo. & in l. plurib. §. & si placeat. ĵ. eod. & ista obligatio ad patientiam præstandam in vsufr. est indiuidua, & quilibet hæredum promissoris tenetur insolidum, & si promissa esset pœna, vno ex hæredib. contrafaciente committeretur insolidum contra omnes, quia tunc aufert totum commodum vsusfruct. vt declarat Barto. in 4. quæstio. ad fin. quem *Ange. &*

* *alij omnes sequuntur.* ¶ † Et sic stat conclusio, quòd inter omnes

8 seruitutes nedum reales, sed etiam personales sola seruitus vsusfructus est diuidua. Nec obst. text. in l. si cùm duorum. inf. de stipula. ser. quia debet intelligi, quod vsusfruct. non potest diuidi diuisione naturali, cùm ius sit incorporale, sed bene diuiditur secundum iuris ordinationem secundum Barto. ibi, & hic in 4. quæstio. Quare autem vsusfruct. dicatur diuiduus, & aliæ seruitutes non, etiam personales, vt vsus. l. vsus pars. supra de vsu & habi. rationem assignat Barto. in 1. quæstio. vbi dice-

9 tur. ¶ In secunda parte principali glo. habes tres conclu. ¶ † Prima conclusio est, quòd si vnus plurium dominorum fundi cõmunis stipuletur viam, vel aliam seruitutem realem fundo cõmuni, ista stipulatio non valet. Adde l. si vnus ex socijs. ṡ. de ser. rust. prædio. vbi est tex. multum clarus de hoc. ¶ Istam conclu. reprobant Pau. de Cast. Imo. & do. Alexan. bona ratione, quia vnus

vnus sociorum potest acquirere seruitutem communi fundo, & talis acquisitio non est nulla, sed pendet ex futuro euentu, & si alij posteà consentiant, ex nunc talis acquisitio seruitutis valet, & habebit effectum, & interim acquirens nō potest prohiberi vti seruitute. l. per fundum. s̄. de ser. rusti. prædio. & l. fin. s̄. commu. prædio. sicut ergo vnus sociorum potest acquirere seruitutem fundo communi cum determinatione supradicta, ita etiam debet posse stipulari, & ita debet determinari, & declarari tex. in d. l. si vnus. & ista glo. & dicit Pau. ꝙ nullus hoc tangit. ¶ Secundò vltra eos contra istam conclu. glo. facere videtur illud, quod vult glo. not. in l. nemo ex socijs. in prin. s̄. pro soc. quæ not. tenet, quòd quilibet sociorum intelligatur habere tacitum mandatum ad faciendum ea, quæ sunt vtilia societati, si ita est, ergo virtute talis taciti mandati poterit vnus sociorum stipulari seruitutem fundo communi, quia istud est vtile cæteris. Lud. Rom. hic fortasse sentiens istam difficultatē, licèt eam non attingat, reprobat d. glo. in l. nemo ex socijs. per istam glo. hic. & per text. in l. de pupillo. §. si plurium dominorum. supra de ope. no. nun. vbi vnus dominorum fundi communis non potest nunciare nouum opus, & tamen est vtile cæteris. & idem Lud. Rom. ibi in d. §. si plurium dominorum. reprobat d. glo. per illum text. licèt dicat Lud. hic, quòd illa *glo. communiter ab omnibus approbetur.* Mod. saluant vtranque glo. & bene, quòd glo. in l. nemo ex socijs. procedit in societate conuentionali, quando plures contraxerunt societatem, nam ratione talis contractus quilibet sociorum intelligitur habere tacitum mandatum ad ea, quæ sunt vtilia societati, sed gl. nostra loquitur in societate incidenti alicuius rei, quando plures habent fundum communem, vel quia simul emissent, vel quia fuisset eis legatus, vt est text. licèt isti non allegent in l. ij. s̄. communi diui. per quem tex. no. ibi Bar. ꝙ si emimus rem simul, in ea re dicimur esse socij, quod est bene tenendum menti secundum eum, idem tenet Bart. in l. j. in 11. q. C. pro soc. & ita etiam potest intelligi text. in d. l. de pupillo. §. si plurium dominorum. ratio diuersitatis est secundum eos, quia in societate incidenti illi non dicuntur esse veri, & proprij socij, vt est text. not. in l. vt sit. supra pro soc. declarat Ange. in l. quidam hyberus. supra de ser. vrb. prædio. hoc etiam patet, quia inter eos competit actio nego. gest. l. qui in aliena. §. fin. s̄. de neg. gest. & tamen si veri essent socij, & haberent tacitum mandatum, competeret actio pro soc. vel actio mandati, vnde glo. in d. l. nemo ex socijs. quæ exorbitat, debet intelligi, & restringi, vt loquatur in socijs proprijs, & conuentionalib. qui societatem contraxerunt, non autem in communione incidenti. Adde vltra eos bene facere, ꝙ sing. tenet Bald. in c. 1. in 1. colum. de benefi. fra. in vsib. feud. vbi tenet, quòd si sunt duo fratres, & vnus emit pro mille ducatis castrum à Rege, qui confessus est se habuisse, & recepisse à dicto emptore soluente de pecunia eius, & fratris sui, per ista verba non inducitur societas, sed videtur nego. gestum nomine vtriusque, quod est diligenter notandū secundum eum. ¶ Tertiò contra conclu. gl. nostræ facere videtur, nam quis potest alteri stipulari, quando interest stipulantis alteri stipulari. l. stipulatio ista. §. alteri. & §. si stipuler. supra eo. & l. liber homo. la 2. §. fin. j̄. eo. sed quando vnus ex socijs stipulatur seruitutem prædialem fundo communi, sua interest istud stipulari, & tunc intelligitur stipulari, quòd seruitus acquiratur etiam pro parte aliorum, quia aliàs non potest valere pro parte sua, nisi etiam valeret pro parte sociorum, & sic in totum, ergo talis stipulatio debet valere contra glo. nostram. Et si diceres, quòd regula d. §. alteri. & d. §. si stipuler. quando stipulatoris interest totum stipulari alteri, & tunc benè valet, vt in d. iurib. sed hic interest solùm pro parte sua, respondetur, quòd istud non potest dici in indiuiduis, vt est materia nostra, in quib. videtur semper interesse in totum, cùm in indiuiduis acquiratur vnicuique ius insolidum. l. ij. §. ex his. supra eod. hinc est, quòd in indiuiduis vnus potest agere in iudicio pro alio sine mandato, licèt non videatur sua interesse in totum, l. ij. C. de consor. eiusdem lit. ergo idē in stipulatione, & sic contra glo. Bald. tamen in l. si absentis. in pen. colum. C. si cert. pet. videtur tenere, quòd vnus sociorum non possit societati stipulari, vt ibi per eum.

10 ¶ † Secunda conclu. glo. est, quòd vnus sociorum non potest in fundo communi promittere seruitutem alij fundo alterius. pro ista conclu. gl. videtur bene facere, quia seruitus habet se ad modū characteris, qui imprimitur in corpore cum ferro ignito, vt declarat Barto. in l. 4. supra de ser. & in l. nemo potest. in pen. colum. s̄. de leg. 1. dixi in l. cum, qui ita. 1. s̄. eod. cùm ergo vnus sociorū non habeat partem de per se, etiam in aliquo minimo cespite terræ. l. Meuius. §. duob. s̄. de leg. 2. ergo non posset in aliqua parte imprimere seruitutem, quin imprimeret in parte sociorum, ergo solus sine alijs socijs facere non potest. Istam conclu. glo. reprobant, & bene Cuma. Pau. de Cast. & dom. Alex. & in primis secundum Cuma. ista glo. errauit, quia etiam ille, qui non habet fundum, potest promittere seruitutem per fundum alienum. text. est in l. hæredes. §. an ea. in versi. contra. supra famil. erciscun. si ergo non habens fundum potest seruitutem promittere, ergo fortius debet posse, qui est dominus fundi communis pro parte, & hoc etiam videtur tenere Barto. in l. si sub vna. §. j. j̄. eod. & si aliquis opponeret de text. in §. pen. Institu. de ser. & in l. j. supra communia prædio. vbi dicunt text. quòd seruitutes ideo dicuntur prædiales, quia sine prædijs constitui nō possunt, ideo nemo potest seruitutem imponere, qui prædiū non habet, quia in vtroque loco respondent gl. quod verum est, vt de præsenti sit seruitus, sed inducitur obligatio ad seruitutem, vt in d. ver. contra. Secundò contra conclu. glo. nostræ mouetur Pau. fundamento, quo in præcedenti conclu. nam si vnus ex plurib. dominis imponat, vel constituat seruitutem in communi fundo, talis constitutio pendet ex futuro euentu, & si alij postea consentiant, talis impositio ex tunc valebit, & habebit effectum. d. l. per fundum. supra de ser. rustico. prædio. & d. l. fin. supra commu. prædio. ergo idem in promissione facta per vnum ex dominis, arguendo de constitutione seruitutis ad promissionem, quod est minus, vt supra proximè dixi. Tertiò adde, quod dicit text. in l. serui electione. §. j. supra de lega. 1. vbi quod commune est, meum est, quantum ad dispositionem partis meæ, nisi dicas, quòd ex quo illa pars est indiuisa, & seruitus non potest constitui pro parte. l. pro parte. supra de ser. ergo, &c.

11 ¶ † Tertia conclu. glo. est, quòd si dominus stipuletur seruitutem realē viæ fundo proprio, & posteà partem fundi alienet, quòd vitiatur stipulatio, intellige istam conclu. glo. procedere, quando alienatio partis fieret pro indiuiso, ratio quia tunc res deuenit ad casum, à quo incipere non potest ante negotium perfectum, ideo tūc vitiatur. l. plurib. §. si placeat. j̄. eod. iuncta. l. pro parte. supra de ser. secus si pro diuiso. l. si quis duas. §. j. supra commu. prædio. quia tunc in illa parte sibi remanente pro diuiso solus posset acquirere seruitutem, ergo per alienationem alterius partis non debet vitiari stipulatio secundum Pau. de Cast. Rom. & dom. Alexan. hic, & ita habes expeditam totam secundam partem glo.

12 ¶ † In 3. parte principali gl. conatur ostendere, quomodo facta sunt indiuidua, & est secunda pars principalis huius. l. sed vt dixi supra, sunt potius effectus, quàm causæ. Barto. latè explicat in 3. quæstio. principa. vbi dicetur, sed in quantum ista glo. tenet, quòd si vnus dominorum stipuletur domum ædificari in fundo communi, inanis est stipulatio, sequitur Barto. in 6. oppo. & dum glo. ad hoc opponit de. l. continuus. § fina. infra eodem, vbi possum stipulari insulam fabricari vni ex hæredibus meis in fundo hæreditario, ita quòd acquiritur illi, & non alijs hæredibus, & tamen ipse non est solus dominus fundi hæreditarij, ergo idem in proposito in vno ex dominis. Responde dupliciter, primò secundum Barto. in d. 6. oppo. quòd ibi fundus erat in totum illius, cui testator fuit stipulatus, eo quia sibi prælegatus à testatore, & sic loquitur in vniuersali successore, ad quem bene transit actio stipulationis, vt ibi, secus in singulari successore. l. si sub vna. §. 1. infra eodem. vel secundò intelligitur ille text. secundum glo. & Docto. ibi, quando fundus erat in totum illius hæredis, cui testator stipulatus est aliunde, quàm ex causa hæreditaria. istam conclu. glo. reprehendit solus Cuma. & dicit se admirari de ista glo. & de Doct. *nam omnes eam sequuntur*, & dicit, quòd est falsa, & istud patet, nam quis potest stipulari insulam fabricari in fundo penitus alieno, & valet stipulatio, dummodo aliqualiter intersit stipulantis, licèt non in totum l. stipulatio ista. §. si quis insulam. supra eo. quāto fortius debet quis posse stipulari insulam fieri in fundo communi, in quo habet partem pro indiuiso, & sic interest sua pro illa parte pro indiuiso, & ista res est clarissima secundum eum. Tene conclu. gl. quam etiam sequuntur Pau. de Cast. Lud. Ro. d. Alex. & Pet. de Besu. hic, quia ista gl. debet sanè intelligi, quando alij socij stipulatoris nolunt consentire, ꝙ fiat insula in fundo communi, quo casu in re communi potior est conditio prohibentis aliquid fieri. l. Sabinus. s̄. commu. diui. & l. an vnus. s̄. si ser. ven. sed tex. in d. §. si quis insulam. loquitur quando ille tertius consentiebat ibi ædificium fieri. Vnde si non consentiret, etiam ibi inanis esset stipulatio, licèt aliquo modo interesset stipulantis: præterea & secūdo quando vnus ex dominis stipulatur seruitutem in fundo communi, stipulatio non valet, nisi alij consentiant. l. si vnus ex socijs. s̄. de ser. rustico. prædio. & dictum fuit in præcedenti parte gl. vbi etiam ipsemet Raph. Cuma. sequitur, ergo eadem ratione nō debet valere stipulatio, si vnus sociorum stipuletur insulam fabricari in fundo communi, & alij non consentiant, sed ad hoc respondebat ipse Raph. quòd aliud est in stipulatione seruitutum, quæ est stipulatio dandi. l. iij. §. dare. s̄. de vsufru. & in stipulationib. dandi non succedit obligatio ad interesse.

l. vbi

l.vbi autem.§.fi.ff.eo.vnde ibi ſtipulatio non poteſt valere propter meũ intereſſe, ſed q.noſtra loquitur in ſtipulatione faciendi inſulam, in qua bene ſuccedit obligatio ad intereſſe, & ſic poteſt valere propter meum intereſſe, & dicit Rapha. q́ iſtud eſt efficax fundamentum. Sed certè iſta reſponſio nihil valet ſecundum Pau.de Caſt. & do. Alex. quia etiam quando ſtipulor dari alteri quàm mihi, & tunc bene ſuccedit obligatio ad intereſſe, l.liber homo.§.fin.ff.eo.ſed hic videor ſtipulari ſeruitutem etiam cum ſocijs.prçterea non eſt verum,quòd ſtipulatio ſeruitutis dicatur ſtipulatio dandi,imò eſt mixta ſecundum Bart. & alios in l.ij.§. & harum. vbi dixi.ſup.eod. præterea vltra eos, quòd fundamentum Rapha. quod ipſe reputat efficax,non ſit verum,apertè oſtenditur,nam dum dicit,quòd hic loquitur in ſtipulatione faciendi,in qua ſuccedit obligatio ad intereſſe, certè iſtud procedit, quando promiſſor eſt in mora faciendi, vt hoc text. in fin. ſed in caſu noſtro promiſſor nunquam poteſt dici in mora,ſi nõ fabricauit in fundo communi inſulam promiſſam, nam ſtipulator nunquam potuit ſibi demonſtrare locum rectum fundi,in quo ædificaret, cùm nec in minimo ceſpite terræ habeat ius in fundo communi pro indiuiſo. l. Meuius.§. duob.de leg.2. ergo nunquam promiſſor potuit dici in mora ædificandi propter incertitudinem loci deſignandi in loco communi.l.ita ſtipulatus.ff.eo.ergo nunquam potuit teneri ad intereſſe, ergo nunquam potuit valere ſtipulatio, vnde tenet conclu.gl. *communiter approbatam*, quæ licèt vera ſit in ſe,tamen iſta ratio gl. non eſt perfecta, & generalis ad oſtendendum, q́ facta ſint indiuidua, quia non conuenit ſtipulationi rem tradi, nec ſtipulationi operarum,quæ ſunt facti,ſed non continet aliquid ſolo cohærens,prout in conclu.glo.ſequens ratio gl.quòd facta ideo dicantur indiuidua, quia nõ recipiunt partem quotitatiuam,ſcilicet tertiam,vel quartam,ideo partis implementum non liberat,puta ędificando tertiam,vel quartam partem domus promiſſæ ædificari,non eſt etiam generalis, quia ſolùm procedit in factis habentib. certam formam, vt domum fieri, vel inſulam fabricari: nam forma non dicitur adeſſe,quouſq; opus ſit perfectum.l.ſi is,qui quadringenta.§. quædam.ſup. ad l.Falc.vnde non procedit in alijs factis.tertia ratio glo.quòd facta ſunt indiuidua inter hæredes promiſſoris,ſed non inter hæredes ſtipulantis,nihil cõcludit ad propoſitum,quare facta ſint indiuidua.Item reprobatur ab omnibus, quia ſtipulatio, quæ eſt indiuidua quo ad hęredes promiſſoris,eodem modo debet eſſe indiuidua quo ad hæredes ſtipulatoris, & ècontra.l.ij.§. ex his.ſup.eo.& l.viæ.ſ.de ſer.& dixi etiam ſ. in 1. parte huius glo. quæ ergo ſit ratio, quare facta ſint indiuidua, Bart.vt dixi expli
13 cat in 3.q. princip.ibi dicetur.¶ † Extra glo. Barto.format 14. oppo.& 10.q. In 1.opp. concludit Barto. q́ licèt ſeruitus aquæ ducendæ ſit indiuidua, vt hoc text. tamen commoditas talis aquæ ducendæ poteſt inter plures diuidi in temporibus, & mẽſuris,vt dicit text.in l.Lucio. in fin. & l. ſeq.ſ. de aqua quoti. & æſti.& in l.arbor.§.fin.ſup.communi diui.gl.in l.ſi partem. ſup. de ſer.ruſti.prædio.& dicit Barto.in 1.opp.ad ſi.q́ quælibet ſeruitus reſpectu commoditatis eſt diuidua,per text. in l.via.§.j.ſ. de ſer. Adde bene facere in ſimili, q́ licèt iuriſdictio præſertim comitatus, vel marchionatus non poſſit inter vaſſallos diuidi ſine conſenſu directi domini,aliàs caderent à feudo,ca. Imperialem.§.præterea ducatus.de prohi.feu.alie.per Fride. in feu.tamen adminiſtratio, ſeu exercitium iuriſdi. & ſic commoditas poteſt inter eos diuidi abſque aliquo conſenſu directi domini. ita ſingulariter determinat Barto. in l.inter tutores. circa fi. per illum tex.ſupra de admi.tuto.& ibi dicit, quòd ita aliàs habuit de facto conſulere in iuriſdi.cuiuſdam comitatus,in qua conſuluit, quòd iſto modo poterat diuidi inter plures filios, & reperio,quòd ita conſuluit in conſi.189.quod incip. primò quæritur vtrum iuriſdi.& Imperiũ.in 2.dub. ſequitur Pau. de Caſt. in l.viæ.ſupra de ſer.do.Anto.de But.Ioan.de Imo. & do. Abb. in c.prudentiam.in prin.de offic.deleg.per id quod ibi not. Inn. in prin.glo.mag. vbi vult,quòd licèt iuriſdi. ſit indiuidua, quo ad habitum, poteſt tamen commoditas vſus diuidi. idem tenet Bald.in cap.vno delegatorum.de offic.delega.Gemi. in ca. 2.in vlti.colum.de arbi.in 6.dom.Alexan.in conſi.255.volum. quod incip.attentis narratis.in 2.colum.Alibi decidit ſingu.Angel.in l.ij.§.ex his. ſupra eod.& ibi Ioan. de Imo. & dom. Alex. in pen.colum.quòd ſi plures domini habent iuriſdi. in vno ca-
a ſtro,& ſunt diſcordes in iuriſdi.adminiſtranda, poſſunt vrgeri a per directum dominum ad inſtantiam ſubditorum diuidere vſum iuriſdi.per tempora,vtendo alternis annis per d.l.Lucio. ſupra de aqua quoti. & æſti. & per dictum not. Inno. in d. cap. prudentiam.idem tenet dom.Abb.in cap.fin.in 1. colum.de re iudi.dom. Alexan.in prælleg.conſi.255.volum.in 6.colum.& ſeq.Iſtis adde text.not.in clem. 2.de iure patrõ. vbi eſt tex.quòd plures patroni deſcendentes ab vno poſſunt inter ſe diuidere commoditatem præſentandi alternis annis. Item adde gl. not. 16.quæſt.3.cap.licèt.in glo.fin.quæ vult,quòd ſi eccleſia eſt ſubiecta duob. Epiſcopis,puta, quia ſit poſita in limine vtriuſque diœceſis, & tales Epiſcopi non conueniunt in illam ordinando,ſuperior debet eos cogere, vt alternis annis diſponant, quã glo.ad hoc not.dom.Abb.in d.cap.fin.in 1.colum.de re iudi.&
14 dom.Alexan.in d.§.ex his in pen.colum. ¶ † In 1.oppo.Barto. intendit declarare id,quod eſt potiſſimum, & neceſſarium cognoſcere pro intellectu text.& materiæ, quæ ſit ratio,quare ſeruitutes reales dicantur eſſe indiuiduæ, & conatur iſtud oſtendere à partib.ſufficienter enumeratis, ſiue cõſideremus fundum ſeruientem,non poteſt quis aquam ducere, vel ire per partem illius fundi ſeruientis pro indiuiſo,ſiue conſideremus fundum dominantem,non poteſt quis ad eum ire, vel aquam ducere pro certa parte pro indiuiſo,& probat, quia dominus pro parte non poteſt ſeruitutem acquirere nec imponere, vt tenet glo. ſupra in 2.parte, & iſtud eſt commune ad omnes ſeruitutes reales,quæ iſto reſpectu dicuntur indiuiduæ,iſta verba Barto.quia ſunt obſcura,potes ſic declarare,nam ſi debes aliquam ſeruitutem prædialem per fundum tuum ad fundum meum, puta viæ,itineris,actus, vel aquæductus, ſi ego non poſſum ire niſi vſque ad dimidiam fundi tui, in nullo mihi prodeſſet iſte vſus ſeruitutis, niſi poſſem perficere vſum per totum fundum, & ſic niſi perfectè vtar vſu totius fundi ſeruientis, quia vſus ipſorum eſt indiuiduus pro parte.l.viæ.ſupra de ſeru.quia vtendo pro parte nullus reſultat effectus, facit quod not. dicit Bald.in l.ſi plures.in 3. colum. C.de condi. inſer. quòd quando aliquid taliter ordinatur, vt niſi ſit perfectum,in nullo proficiat,videtur eſſe indiuiduum,ſimiliter ſecundum Barto.ſi conſideramus inſtrumentum,quo mediante quis vtitur ſeruitute, vt plurimum reperitur indiuiduum, nam inſtrumentum,quo quis vtitur ſeruitute, eſt homo, vel iumentum, & vna pars hominis, vel iumenti non poteſt ire, quin vadat alia, & ſi tale inſtrumentum diuidatur in partes,extinguitur, & ſic nullus erit eius vſus. Nec obſt. quòd ad certam partem pro diuiſo poteſt conſtitui, & remitti ſeruitus, tam reſpectu fundi dominantis, quàm reſpectu fundi ſeruientis. l. ad certam, & l.ſi cui.ſupra de ſerui.& l.per certum.ſupra commu. prædio. ergo patet,quòd reſpectu vtriuſque fundi tam ſeruientis,quàm dominantis ſeruitus eſt diuidua, ergo aſſumptum ſupra factum non eſt verum, reſpondet Barto. in 3. oppo. & benè, quòd quando fundus diuiditur,quælibet pars pro diuiſo dicitur eſſe vnus fundus integer, & ſeruitus, quæ debetur cuilibet parti pro diuiſo,debetur vni fundo,& non parti, vt dicit text. in l.ſi quis duas. §. ſi quis partem. ſupra commu. prædio. & ſi dicas pone, quòd totus fundus debeat ſeruitutem, & remitto ſeruitutem quo ad certam partem fundi, in alia remanet certa pars ſeruitutis, ergo ſeruitus diuiditur, reſpondet ſubtiliter Barto. quòd tunc ſeruitus non diuiditur, ſed reſtringitur, & modificatur, vt vbi prior erat laxior per totum fundum,nunc reſtringatur ad certam partem fundi, & ſic ſeruitus eſt tota in toto fundo, & tota in qualibet parte fundi. l. via conſtitui. ſupra de ſeruitu. ruſticorum prædiorum.ſicut anima hominis ſecundum Theologos, & Philoſophos eſt tota in toto, & tota in qualibet parte corporis,prout etiam dicit Barto.in l.ſi cui. ſupra de ſer. vnde licèt oculi eruantur à corpore, per hoc anima nõn eſt diuiſa,ſed benè relicta, & modificata, vt quæ prius habebat virtutem viſiuam propter inſtrumentum oculorum, nunc non habeat, & dicit Barto. quòd iſta ſunt ſubtilia, & conſiſtentia in intellectu, nec ſunt aliter intelligibilia.nec aliter poſſunt declarari. Stat ergo ſecundum Barto. quòd ſeruitutes ſunt indiuiduæ tam reſpectu prædij ſeruientis, quàm reſpectu prædij dominantis,& quàm reſpectu inſtrumentalis vſus ſeruitutis,licèt reſpectu temporis, & commoditatis dicantur diuiduæ.Sed aduerte inquantũ Bar. vult, q́ ideo ſeruitutes ſint indiuiduæ,

ADDITIO.

a Vrgeri. Pro quo fac. not. per Deci. conſi. 249. vbi quomodò concordare debeant plures domini iuriſdictionales in adminiſtratione iuriſdictionis,& quando iuriſdictio eſt communis, quomodò exerceri debeat, ſcribit Natta conſi.297.colum.3.& ad dicta Iaſon.hic,vide Roma.ſingu.766. & diſtingue, vt per Fely.in cap.prudentiam.colum.2.de offic.delega. Abb.conſi.81. Alexan.conſi.18.col.2.lib.2. & conſi.125. colum. 1.lib.5. Boer. quæſt.5. & 149. nume.21.Rip.reſpon.154.num.9.& ſeq. Quid ſi vnus ex communib. dominis caſtri deliquit.? & dic quòd non punietur ab altero,teſte Barto.in l.ſi quis violauerit. ff. de rer.diui. Quid de plurib.dominis vnius caſtri haben.diuerſos prætores,quorum iuriſdictio eſt limitata per regiones? & dic, vt per Catel.verſi.collige.Barto.in l.j.§.is videtur.colum.fin.ff.ſi quis iuſdicen.non obtempe.vbi etiam idem Iaſ.nu.19.& ibi,quid ſi duo habent iuriſdi.in caſtro,& vnus alium impediat. MASVER.

uiduæ, eo quia non poſſunt deberi niſi per totum fundum ſeruientem, nec etiam poſſunt deberi niſi toti fundo dominanti, nam in contrarium facit ſecundum Cuma.quia attenta iſta ratione Barto.ſequeretur, quòd ſi promitteres mihi centum, iſta obligatio de centum eſſet indiuidua, non enim poteſt deberi perſonæ meæ niſi in totum, nec per tuam perſonam niſi totã, nec vni parti perſonæ meæ dari poteſt, quin alteri detur.& tamen pecunia, & ſic quantitas eſt diuidua. l.2.§.j. ſupra eod. tu ſtringe fortius iſtud fundamentum Raph. nam parti fundi diuiſi poteſt deberi ſeruitus, quia pars fundi cenſetur vnus integer fundus, ſecundum Bart.hic in 3. oppo. & tamen parti perſonæ non poteſt deberi pecunia, quia pars diuiſa Titij non eſt Titius.l.mortuo.in prin.cum ibi not. per Barto. ſup. de lega.2. & licèt Rapha.Cuma.dicat ſe ſaluare Barto.quia in ſeruitutib. pars certitudinaria dari non poteſt, quia fundus aliquando indiget plus aqua, aliquando minus, & ſic incertum eſt, quanta aqua opus ſit fundo, tamen iſta ſolutio non tollit obiectum, nec habet ſenſum, ideo tu aliter reſponde defendendo Barto. quòd obligatio, vel ſtipulatio dicitur indiuidua reſpectu contenti in ea, non reſpectu perſonæ debentis, vel cui debetur ſecundum Barto.in 2. oppo. debitum ergo pecuniæ eſt diuiduũ ſicut pecunia, vt hoc text.in verſi.Celſus, perſ na ergo debitoris, vel creditoris quo ad hoc non eſt in conſideratione, aliàs omnis obligatio eſſet indiuidua, quod eſt falſum. obligatio autem ad ſeruitutem continet aliud, quod conſideratis reſpectibus Barto.eſt indiuiduum.

15 ¶ † Ego ſecundò, & fortius contra Barto.oppono, inquantum Barto. vult in 3.oppo. quòd quando totus fundus debebat ſeruitutem, & diuiditur in partes, vel fit remiſſio in parte fundi, quòd tunc ſeruitus non diuiditur, ſed benè reſtringitur, & modificatur, quo ad illam partem, cũ ſit tota in toto, & tota in qualibet eius parte. attenta iſta ratione Barto.ſequeretur, quòd idem eſſet in prædio dominante, cui debetur ſeruitus realis, quòd ſi alienaretur eius pars, quòd ſeruitus deberet reſtringi, & retineri in alia parte fundi dominantis tanquam tota in toto, vt ſic eadem ſeruitus remaneat reſtricta ad certam partem, & tamen iſtud eſt falſum. l. pro parte. ſupra de ſer.tenet glo.ſup.in 2. par. *& ibi omnes ſequuntur.* Item tenet Barto.quòd quando reſtringitur ſeruitus, quia pars fundi ſeruientis ſit alienata, quòd adhuc tota ſeruitus remaneat, ſed reſtricta, & modificata, certè ex quo tunc non poteſt ire niſi pro parte fundi, quòd dicatur adhuc eſſe totalis ſeruitus. iſtud ſecundum Cuma.nõ benè cadit in ſenſu hominis ſenſati, ſicut nec eſſet congruum dicere, quòd tale dominium licèt reſtrictum remaneat, quando pars prædij dominantis eſt alienata. Defendendo Barto.dic, quòd Barto. loquitur, quando alienatio, vel remiſſio fit pro parte pro diuiſo, quòd tunc ſeruitus reſtricta, & modificata retinetur in altera parte. ratio quia in parte pro diuiſo ab initio poteſt conſtitui ſeruitus. l. ad certam. §. de ſer. quia illa pars diuiſa cenſetur eſſe integer fundus. l. ſi quis duas. §. ſi quis partem. ff. commu. prædio. idem eſt in prædio dominante, quia ſi alienetur eius pars pro diuiſo, in alia parte totalis ſeruitus retinetur d.l.ſi quis duas.§.ſi quis partem. ſecus, quando alienatur pars pro indiuiſo, tunc ſeruitus vitiatur in totum, quia tunc deuenitur ad caſum, à quo incipere nõ poteſt, ita propriè loquitur tex.in d.l.pro parte.& ibi gl. quia cùm fundus alienatur pro indiuiſo, non datur tunc certa pars, ad quam tota ſeruitus reſtringi poſſit; ſed quicquid ſit vltra prædicta, rationes Bar.ſuperius relatæ non clarè demonſtrant ad intellectũ indiuiduitatem ſeruitutum, ideo alia apertior ratio eſt inueſtiganda.Lud.hic duas alias rationes aſſignat ſatis fragiles, & non generales, prima quia implementum ſeruitutum pro parte, non affert tantam vtilitatem reſpectũ partis, quantam tota reſpectu totius, & ponit exemplum, ſi promitteres me ſinere ire ad putandum vineas, & poſtea non patereris me ire ad recolligendam vindemiam, prima præſtatio partis parum prodeſſet; ſecunda ratio, quia diuiſio corrumperet formam traditam à iure ſeruitutib. puta quia de iure via debet eſſe lata octo pedũ. l.viæ latitudo.ſup. de ſer.ruſti. prædio.ſi diuideretur, deſtrueretur forma iuris, ideo iſte tex.dicit, quòd earum diuiſio corrumpit ſtipulationem, ſed certè non omnibus ſeruitutib. tradita eſt à iure certa, & limitata forma. Aliam tertiam rationem aſſignat Pau.de Caſt.hic in 6.colum.ſatis proximam ei, quam ego j.tenebo.& eam ſibi aſcribit dom.Alexan. tacito authore in 1. colum.in 2.no. ¶ Ego poſtremo dico, quòd ideo ſeruitutes reales ſunt indiuiduæ, eo quia in eis nulla poteſt cadere diuiſio de mundo, non quidem naturalis, quia diuiſio naturalis, ſeu quæ fit ſecundum naturam, cadit in reb.corporalib. & fit ab homine, ideo non cadit in ſeruitutib. cùm ſint iura incorporalia. l.j. ad ſi ff.de rer.diui.& inſtit.de re.corp.§.eo.numero.& ita etiam dicit Bar.j in 4.q.vnde cùm ſeruitutes ſint iura incorporalia, naturaliter non poteſt homo diuidere id, quod non videt, nec tangere poteſt, & ſi tu dicas, licèt ſeruitutes, quia ſunt incorporeç, & ſic inuiſibiles, naturaliter diuidi non poſſint, tamẽ fundi, qui ſeruitutes debent, bene poſſunt naturaliter diuidi, nam dico, quòd idem ius ſeruitutis remanet fundo diuiſo, ſicut quando erat indiuiſus, ita dicit egregius text. in l. nam ſatis. in §. ſed ſi is fundus.ſupra quemadmo. ſer. amit. & ſi fundus ſeruiens particulatim alienaretur, omnes partes ſeruitus ſequitur, & eo caſu ſeruitutes in ſua conditione durant, ita dicit text. not. in l. via conſtitui.§.ſi fundus.& §.quæcunque.ſup.de ſerui.ruſti.prædio. non quoque poteſt eſſe in ſeruitutib.eadem diuiſio ciuilis, quæ fit aliàs ſecundum iuris diſpoſitionem, quæ diuiſio legalis aliàs cadit in rebus incorporalibus, & ſic in iurib. vt in dominio, in actionibus, & obligationib.l.j.C.ſi cert.peta.& l.pro hæreditarijs.& toto tit. C. de hære.act. & in hoc Barto. etiam infra in 4. quæſtio. ſe expedit vno verbo, quòd omnes ſeruitutes ſecundum iuris ordinationem ſunt indiuiduæ excepto vſufr.vt hac. l.& l.j.§.ſi vſusfru. ſupra ad l. Falci. ſed non ponit ibi Barto. aliquam rationem, quare ſeruitutes ſecundum iuris ordinationẽ diuidi non poſſint, ego tamen addo ad hoc egregium tex. quẽ Barto.non alleg.in l.hæredes.§.an ea.ſup.fami. erciſcun. vbi dicit text.quòd ſtipulatio ſeruitutum realium per l.12. tabu. non diuiditur, quia nec diuidi poteſt. Tu dic in ſpecie rationem eſſe, quia nulla legalis diuiſio poteſt in ſeruitutib.cadere, nam diuiſio iuris fit dupliciter, vno modo per partes integrales, vt per proprietatem, & vſumfr.vt vidimus poſt Barto.in l.qui vſumfru.ſup.eod.ſecundo modo per partes multiplicatiuas, vt tertiam, & quartam, & ſic de ſingulis.prima diuiſio legalis per partes integrales non poteſt cadere in ſeruitutib. eo quia non poſſet vnus habere ſeruitutem tanquam proprietatem, & alius vſumfru.ſeruitutis; quia cùm etiam vſusfru. ſit ſeruitus perſonalis.l.j. ſup.de ſer. ſeruitus ſeruitutis eſſe non poteſt.l.j. de vſu, & vſufruct.leg.& ſic non poteſt reperiri vſusfru.ſeruitutis, non quoque poteſt in ſeruitutib. cadere diuiſio legalis per partes multiplicatiuas, & hic eſt punctus: nam formæ indiuiſibiles nõ ſuſcipiunt nomina partitiua, vt inquit Bald. in l. pro hæreditarijs. in 1.oppo.C.de hære. act. eo quia quando ſeruitus eſt impoſita vni fundo, quælibet minima particula illius fundi eſt inſolidum obligata ad eandem ſeruitutem, & ècòntra cuilibet minimæ particulæ fundi dominantis debetur ſeruitus à prædio ſeruiente, text.eſt in l.via conſtitui.§. quæcunque. ſupra de ſerui. ruſti. prædio. & ſic ſeruitus dicitur eſſe tota in fundo, & tota in qualibet parte etiam minima ipſius fundi, vt etiam dicit Barto. hic in 2. oppo. vnde ſi poſſet fieri diuiſio per partes multiplicatiuas, ſeu quotitatiuas, certè poſſet fieri minutatim in quacunque minima parte, & hoc non poteſt eſſe in propoſito, cùm quælibet pars etiam minima, vt dixi, debeat ſeruitutem, & facta diuiſione in ſingulis reb. non remaneret forma ſubſtantialis, & ſi velles promittere ſeruitutem eundi per dimidiam fundi tui pro diuiſo, hoc eſſet impoſſibile, cùm non poſſim ire in vna dimidia, quin vadam in alia pro indiuiſo.l.ſi quis duas.§. ſi quis partem. ſupra commu. prædio. Item ſeruitutes debentur prædio dominanti ſecũdum neceſſitatem ipſius prædij dominantis ad tollendam eius neceſſitatem. l. ergo. cum l. ſeq.& l.is qui duo.ſup.de ſer.ruſti.prædio.& talis neceſſitas non poteſt pro parte tolli, quia ſi fieret diuiſio, non conſuleretur neceſſitati fundi, quia non affert tantam vtilitatem reſpectu partis, quantam tota reſpectu totius, puta ſi prædio daretur minor menſura aquæ, quàm ſit neceſſaria, cito creſceret, vnde ſeruitutes, quæ ſunt ad vnguem obſeruandæ, non poſſent in partibus diuidi, quia proportionalis vtilitas ad quam ſeruitutes ſunt inuentæ, non poſſet in partib.aſſignari, & hoc vult etiam dicere Bald.in l.pro hæreditarijs.in 1.col. C.de hære.actio. Iſta videtur mihi congruentior ratio, quæ poſſit aſſignari in hac tenebroſa materia, & per iſta habes expeditas tres primas oppo.Bar.

16 ¶ † In 4.oppo.concludit Barto.quòd licèt dominus prædij dominantis efficiatur dominus prædij ſeruientis pro parte indiuiſa, pro hoc etiam non dicitur ſeruitus diuidi, eo quia totus fundus dr ſeruitutem debere, vt l. ſi communi. in fi.§. de ſer.ruſt.præd.& ſic iſto caſu non ſeruiet pars dimidia pro indiuiſo, ſed tota ipſa res communis, & cum Bart.tenent Imo. hic in 3.col.& Rapha.Cuma.in 7.Adde, ꝙ ita etiam tenet Bart. in l. pro parte.§. de ſer facit bene tex.in ſimili in l.ꝙ ſi vno.§. fi.§. de in diem addic. vbi dicit tex. emere n. cum tota re etiam noſtram partem poſſumus.¶ Solus Lu.Ro.impugnat Bar.triplici fundamento, primo, quia attenta conclu.Bar.ſequeretur, ꝙ poſſem acquirere ſeruitutẽ per fundũ cõem ad fundum meum proprium, ꝙ eſt ꝯ tex in l.ſi quis duas.§.item ſi duo.§.communia præd. vnde iura, quæ volunt per communem fundum poſſe ſeruitutẽ deberi proprio.l.vt pomum.§.de ſer.& l.ſi quis ędes.§.j.§.de ſer. vrba.prædio.& d.l.ſi communi. intelliguntur, quando animus ſupervenit poſt impoſitam ipſi fundo ſeruitutem, & in hoc

erravit

errauit Barto.ſecundum eum.Tu reſponde huic fundamento per tritam regulam, quòd facilius conſeruatur ſeruitus prius conſtituta in fundo poſteà effecto communi, quàm de nouo acquiratur per fundum communem.l. patre furioſo.ſ. de his, qui ſunt ſui, vel alie.iu.& c.quemad.de iureiu. vnde dicit tex.in in d.l.vt pomum.§.j.in fi. quod per partes ſeruitus iam conſtituta benè retinetur, licèt ab initio per partes acquiri nõ poſſit. ¶Secundò mouetur Lud.contra Barto. quia idem iuris eſt de toto, quo ad totum, ꝙ eſt de parte, quo ad partem, vulgata.l. quæ de toto.cum ſimi. de rei ven. ſed ſi in totum acquireretur fundus ſeruiens, in totum extingueretur ſeruitus.l.j.ſ.quemad. ſer.amit.& l.ſi ei cuius.ſ.commu.præd.ergo eadem ratione acquirendo pro parte indiuiſa fundum ſeruientem, debet in illa indiuiſa ſeruitus extingui. Tu reſponde, quòd arg. de toto ad partem non procedit, quando eſt diuerſa ratio, vt eſt glo. not. in cle.ſi vna.in ver.defenſor.de reb.eccle. non alien. & glo. in l. qui hominem.in prin.ĩ.de ſol. nam diuerſa ratio reformat pactum, inquit tex.in l.interpoſitas.C.de tranſact.modò in propoſito, quando efficior dominus in totum fundi ſeruientis, impoſſibile eſt, ꝙ res mea mihi ſeruiat.l.in re communi.ſ.de ſeru. vrb.præd.& l.vti frui.ſ.ſi vſuſfr. pet. & ſic tunc ſeruitus in totũ iure confuſionis extinguitur, ſecus quando efficior ſolùm dominus pro parte pro indiuiſo prædij ſeruientis; quia tũc ceſſat impoſſibilitas prædicta propter partem loci pro indiuiſo, & tunc ratione incertitudinis retinetur ſeruitus in toto fundo.l. tria prædia.ſ.de ſer.ruſt.præd.alleg.per Bart.¶Tertiò mouetur Lud.contra Bar.quia ſol.Bar.ad l.vnus ex ſocijs.in prin.ſ.de ſer. ruſti.prædio. & ad d.l.vt pomum.§.j. dum dicunt, ꝙ retinetur ſeruitus pro parte, exponere illos tex. vt facit Barto. pro parte, ideſt occaſione partis, eſt deſtruere illos tex. tu dic, ꝙ imò talis expoſitio eſt neceſſaria, vt iura iurib.concordentur.& tenuit gl. in d. l. vnus ex ſocijs.in vna alia ſolutione *communiter approbata*, & ſic ſequere concluſionem Bar.cui nõ obſt.ſi diceretur, quòd ſeruitus deuenit ad caſum à quo incipere non poteſt, ergo deberet vitiari, quia reſponde, ꝙ ſeruitus iam erat conſtituta, & iã conſumauerat effectum ſuum, ideo tunc non vitiatur, licèt venerit ad caſum, à quo incipere non poteſt ſecundum Barto.& Doct.in l.pluribus.§.& ſi placeat.& in l.ſi ſub vna.§.fin.ĩ.eod.&
a ita reſpõdet [a] Pau.de Caſt.in d.l.vt pomum.§.j.¶Quinta opp.
17 Bar.fuit expedita in 1.parte glo. ¶† In 6.opp.concludit Bart.ꝙ facta tempore contractus, & ſic ab initio ſunt diuidua, quia poſſum ſtipulari partem fundi tradi.l.locus.ſ.de acquir.poſſ.& l. fundi partem. ſ. de contrahen. empt. Item poſſum ſtipulari partem foueæ fodi, vel purgari.l.ij.§. præterea. ſ. de aqua plu. arcen.& ita etiam partem domus ædificari, ſed certè, vt etiam dicit Cum.iſtud non pertinet ad propoſitum, quia hic quærimus de diuiſione ſtipulationum, ſed ſecundum prædicta ſtipulatio à principio fuiſſet tantum de parte interpoſita, & ſic de eius diuiſione non tractamus, ergo nihil in propoſito.Vltra eũ contra Bar.habes fortem tex.in l.libertus, qui poſt.§.j.ſ.de ope. liber.vbi formaliter dicit tex. *neque promitti, neque deberi, neque ſolui opera pro parte poteſt*, & ſic à principio opera in contractu nõ poteſt pro parte committi, & Iuriſconſul. æquiparat, & ſimul ponit ſtipulationem operarum, & ſtipulationem factorum: itẽ operæ continent facta, puta pictoria, vel ſcriptoria, vel ſimilia, vt per Bar.ĩ.in 9.oppo.ergo ibi eſt text.contra conclu.Barto.ab
b omnibus approbatam, cogitabis de bona ſolutione [b] ad illum text.& per illum tex. videtur confundi illud, quod vult Barto. ſ.in principio in 1.euidẽtiali, dum vult, ꝙ text.iſte in verſi.idem puto. loquatur de ſtipulationibus, quæ à principio tempore contractus ſunt diuiduæ, ſed poſtquam ſunt factę, ſunt poſteà indiuiduæ & obligatione, & ſolutione, iſtud non videtur benè dictum, quia text.in illo verſi.idem puto.loquitur etiam de ſtipulatione operarum, & tamen illæ etiam à principio tempore contractus ſunt indiuiduæ, & non poſſunt pro parte promitti. d.l. libertus, qui poſt. §. 1. item in alio Barto. ibi non benè dicit per illum text.dum dicit, quòd prima pars huius.l.loquitur de ſtipulationibus ſeruitutum, quæ non ſunt totaliter indiuiduæ, ſed ſolum ex poſtfacto. Iſtud etiam non videtur benè dictum, quia ſtipulatio operarum, de qua loquitur verſi. idem puto.eſt totaliter indiuidua, ſicut & ſtipulatio ſeruitutum, quia non à principio poteſt promitti pro parte, nec iſta eſt diuidua, quia nec poteſt deberi pro parte nec etiam ſolutio, quia non poſſunt pro parte præſtari, ita dicit text.in d.l.libertus, qui poſt.§.j. & ſuper hoc conſidera, an poſſit defendi Barto. quia nemo aduertit. Item dum Barto. tangit, quòd vnus ſociorum non poteſt ſtipulari inſulam fabricari in fundo communi, & reſpondet ad l.continuus. §. fin. infra eod. iſtud ponit glo. ſupra in 3. parte, vbi plenè examinaui. ¶ In 7. oppo. Barto. ſe remittit ad
18 dicenda infra in 3.quæſtio.vbi videbimus.¶ † In 8. oppo. quæ eſt ardua, & ſecundum Barto.profunda, Barto.poſt relatas quatuor Antiquorum opin.tenet, quòd differentia ſit inter ſtipulationem rem tradi, & ſtipulationem rem reſtitui, quia ſtipulatio rem tradi poſtquam eſt in eſſe deducta, ex poſtfacto eſt indiuidua omni reſpectu tam obligatione, quia quilibet hæredum obligatur inſolidum, quàm ſolutione, quia ſolutio non poteſt pro parte fieri, vt hoc text. ſed obligatio rem reſtitui eſt diuidua obligatione, quia diuiditur inter plures hæredes pro hæreditarijs portionibus, & ſic quilibet hæredum tenetur tantum pro parte ſua hæreditaria, & non inſolidum.l.iij.§. hæres.ſupra commo l.ſi plures.ſupra de vi, & vi arma.& l.in conditione.ſupra de condi.furt.ſed eſt indiuidua ſolutione, quia ſolutio non poteſt pro parte. fieri l.ſi duo.in verſic.planè.ſ.depo. horum inueſtigatio eſt neceſſaria, quia quando ſtipulatio eſt diuidua obligatione, tunc debet agi contra quemlibet ex hæredibus pro portione hæreditaria, aliàs agens incideret in pœnam plus petentis. Iſta eſt ſubtilis, & difficilis materia. Primum, quòd ſtipulatio rem tradi ſit indiuidua, & obligatione, & ſolutione, probat Barto. quia ſi diceremus, eam eſſe diuiduam, poſſet contingere inconueniens, videlicet, quòd re pro parte tradita conſequeretur tradens liberationem pro illa parte, & pro parte non tradita poſſet liberari ſoluendo intereſſe, & ſic pecuniam, cùm in iſta obligatione non teneatur ad aliud poſt moram niſi ad intereſſe, vt hac.l.in verſi.Celſus.& ſic poſſet contingere ſatisfieri creditori in diuerſis reb. pro obligatione vnius, & eiuſdem rei, quod l.habet pro abſurdo.& ideo vbicunque tale abſurdum poſſet contingere, lex vult talem obligationem eſſe indiuiduam.l.in executione pro parte. infra eodem.ſed vt etiam dicit dom. Alexan. iſta ratio Barto. bene infert, quòd ſtipulatio rem tradi ſit indiuidua ſolutione, ne contingat ſolutio in diuerſis reb.ſed non infert, quòd ſit indiuidua obligatione, vt vult probare Barto. Adde, quòd Pau. de Caſt. in l.4.§. Cato. ſupra eodem, in 3. colum. & duabus ſequen. vbi plenius examinat iſtam.8.oppo.Barto. quàm hic fecerit, dicit, quòd fundamentum Barto. eſt falſum, inquantum dicit Barto. quod obligatus rem tradere ſi tradidit partem, alteram partem non poteſt cogi præciſè tradere, ſed poſt moram ſoluendo intereſſe liberatur, iſtud eſt falſum, imò poteſt præciſè compelli ad aliam partem tradendam, ſi habet facultatem rei tradendæ, vt firmat glo.in l.j.in prin.ſ.de actio. empt.ergo dictum inconueniens Bart.non poteſt reſultare, ergo eius fundamentum eſt falſum. Sed tu defendendo Barto.ad hoc potes reſpondere ex verbis eiuſdem met Barto.ĩ. in 8.q.in verſic. ad tertium venio.vbi tenet Barto.& bene, ꝙ quando quis tenetur rem tradere ex contractu venditionis, quia vendidit, & tunc ſi habet facultatem rei tradendæ, bene, tenetur præciſè tradere. ita loquitur glo.in d.l.j.in princi.ſ.de act.emp. quia tunc non tenetur ad merum factum, prout tenet glo.in l.certi condictio.in prin. in 3.gl.ſ.ſi cer.pet.quia ſi eſt dñs, vel quaſi transfert dominium, vel

ADDITIONES.

a ¶Reſpondet. Adde, ꝙ etiam ante eum gl.in l.pro parte. ſ.de ſer. & ibi etiam Pau.de Caſt.ita ſoluit.

b ¶Solutione. Adde, quòd videtur, quòd ſic poſſit reſponderi, quòd Barto. hic loquatur, quando pars operis, puta partem fundi tradi erat certa, ſecus vbi ſtipulatur partem operæ tantum, vel ſecundò, quòd concluſio Barto. hic procedit, niſi aliquod medium impediret, vt ibi, vel tertiò, quòd verum eſt, quòd partes multarum operarum poſſunt à principio deduci, quia partes multarum operarum faciunt aliquod opus integrum, ſed partẽ operæ vnius diei promittere nihil eſſet, cùm in eius locum ſuccedat intereſſe, quod in media opera non æſtimaretur. Conſidera etiam pro ſolutione, quæ dicuntur in l.in ſtipulationibus.§.operarum.ſupra eod. maximè ſuper glo. vbi Iaſ. potes etiam & melius reſpondere, quòd l.libertus, qui poſt.in §. 1. ſupra de oper.liber. procedit in operib. officialib. quæ pro parte neque promitti neque ſolui.&c. quia operæ officiales conſiſtunt in ſeruiendo menſæ, & in aſſociando dominum per ciuitatem, vt declarat Barto.poſt Antiquos in l. ſi non ſortem.§.libertus.in 4.colum.circa prin.ff.de condi. indeb. & iſtæ pro parte præſtari non poſſunt. non enim poteſt libertus ſeruire mihi pro parte dimidia mei corporis, neque pro parte ſui corporis, & ſic æquiparatur ſeruituti, quæ à principio neque ex poſtfacto non diuiditur, text. autem noſter, & Barto.loquitur in operib.fabrilib.ſeu artificialib. patet nam Bart. infra in 8. oppo.loquendo de operib.dicit, ſcilicet pictoris, & hoc videtur fateri Bart. dum in 6. oppo. dicit, poſſunt etiam eſſe aliqua facta, quæ pro parte à prin. non poſſunt in ſtipulationem deduci, vt non impedire, non facere, & ſimilia, vt patet ad ſenſum, ita ſentit Barto. & ſi dicas, illud eſt reſtringere illum tex. in d.l.libertus, qui poſt. §.1. qui generaliter loquitur, dico imò eſſe neceſſe ita intelligere, vt iura iurib. concordentur. Item quia dum quis ſimpliciter nominatur, vel ſtipulatur operas, in dubio intelligitur officiales, niſi libertus tunc dum ſtipulatur, faceret aliquas operas fabriles. ita Barto. in d. §. libertus.l.ſi non ſortem.in 5. colum. ad fin. tamen quòd libertus ſciat facere operas fabriles, eſt facti, quod non præſumitur. item omnes ſciunt præſtare operas officiales, non autem fabriles, ergo in dubio quis præſumitur officiales ſtipulari.& ita debemus intelligere ibi.

vel usucapiendi cōditionem.l.ex empto.in prin.s̄.de act.empt. l.in conuentionalib.in fi.s̄.eo. sed quandò rem tradi est in obligatione ex simplici stipulatione,tunc merum factum est in obligatione,vt hic,& l.si rem tradi.s̄.eo. & tunc indistinctè liberatur præstando interesse,vt hac.l.& l. si fundum certa die præstari.j̄.eo.¶Secundum principale,quòd stipulatio rem restitui sit diuidua obligatione,sed non solutione,probat Bar. quòd stipulatio rem restitui participat cum obligatione dandi,in hoc, ꝙ re extante potest præcisè cogi ad eam restituendam , nec tunc soluendo interesse liberaretur.l.in re furtiua.s̄.de cōdi. fur.sicut in obligatione dandi.l. vbi autem non apparet. §. fin. & l. si seruum.§.fin.infra.eod.sicut ergo stipulatio rem dari, est diuidua obligatione, eo. modo stipulatio rem restitui est diuidua obligatione, sed ista ratio Barto. non concludit, prout etiam dicit. d.Alexan.eo quia in obligationib.faciendi ex vlt.voluntate, vel ex dispositione.l. cogitur præcisè, sicut in obligationib. dandi, nec in eis succedit obligatio ad interesse.l.fideicommissa. §.pe. de lega.3.& l.stipulatio.§. opus.versi.siue autem. ff.de oper.no, nun.Bart.j̄.in 8.quæstio. & tamen per hoc non immutant naturam obligationis dandi, sed durant indiuiduæ obligatione sicut prius,secundum Barto.j̄. in 10. opp. ergo fundamentum Barto.de necessitate non concludit.¶Vltra dom. Alex.contra Barto. fortius stringit. nam si verum est fundamentum Barto. quia stipulatio rem restitui dicatur esse diuidua obligatione,eo quia præcisè potest cogi ad rem restituendam,& quòd ideo dicatur indiuidua solutione,eo quia re perempta , & sic postquã desijt res extare,succedat obligatio ad interesse , ergo per fundamentum Barto.necesse est fateri inuitis dentib.quòd stipulatio rem restitui sit diuidua non solùm obligatione , sed etiam solutione , eo quia nunquam potest sequi inconueniens. d. l.in executione. §. pro parte . in quo se fundat Barto. primò donec ipsa res,quæ debet restitui,extat,ex quo potest cogi ad restituẽdum,tunc non possumus deuenire ad illud inconueniens,post quam verò desijt posse restitui re extincta , & tunc etiam non possumus deuenire ad dictum inconueniens, quia tunc succedit obligatio ad interesse, & tale interesse non est variabile , quia tunc non potest contingere variatio solutionis circa rem,vel interesse,vt j̄. subdit Barto. ad fin. huius oppo. ex quo res amplius non extat,ideo tunc nullatenus possumus deuenire ad inconueniens.d.§. pro parte. Item interesse facit esse diuiduum illud,quod aliàs erat indiuiduum, vt hoc text. in versic. Celsus. ergo interesse non debet facere obligationem rem restitui,quæ est diuidua obligatione, esse indiuiduam solutione, nec huic fundamento satisfacit solutio Ioan. de Imo. hic in 7. colum.vbi defendendo Barto.dicit,quòd imò potest deuenire ad inconueniens.d.§ pro parte. & istud ostendit per tale exemplum,si fundus debet restitui, & pars fundi sit restituta , & demum post moram alia pars chasmate,vel inũdatione perierit, nam tunc reperiretur, quòd solutio fieret in diuersis reb. quia tunc succederet obligatio ad interesse, ideo censeretur indiuidua quo ad solutionem.Nam ista solutio non satisfacit verbis Barto. qui loquitur,quando res, quæ debet restitui,est perempta,& sic in totum. Secundò multæ sunt res, quæ non possunt pro parte perire,vt homo,æquus,& similes species. & secundũ sol.Imo.in illis non procedit fundamentum Barto. ergo relinquitur, quòd non est verum . ¶Quartò contra Barto. Pau. de Cast.in d.§.Cato.in 4.colum.allegat text. in l. si tibi homo. §. si fundus.& in l.Turpia. §.fin. s̄.de leg.1. vbi obligatio rem tradi ex vlt. voluntate est diuidua , & diuiditur inter hæredes, ergo contra primam conclusionem Barto.d.Alexan. hic dupliciter respondet. Primò, quòd illa iura non loquuntur de obligatione tradendi,qua tenetur defunctus, & postea esset diuidua inter hæredes,quia ibi defunctus nunquam fuit obligatus,sed obligatio cœpit originem in personis hæredum ratione quasi cōtractus celebrati per aditionem hæreditatis. l. apud Iul. §.fin.s̄. quib.ex cau.in pos.eatur.vnde nemo dubitat,quòd à principio in contractu obligatio rem tradi potest diuidi.l.locus.s̄.de acq. posses.tenet Barto.sup.in 6.oppo.& etiam in prin.huius.l. ¶Ista solu.dom.Alexan.nihil valet.nam illud, quod dicitur,quòd obligatio rem tradi ab initio tempore contractus potest esse diuidua,procedit,quando expressè pro parte deducitur in contractu.d.l.locus.secus quando simpliciter esset contractum,vt declarat Barto.in l.2.inf.de duob.reb. vnde secundo modo respō. do. Alexan. quòd illa iura loquuntur in obligatione rem dari, ad quam tenetur hæres legatarijs.l. huiusmodi. §. qui seruum. in fin. & l.si domus. §.de euictione. & ibi Barto. in fin. supra.de leg.1.sed obligatio rem dari est diuidua obligatione.l.in executione.in prin. j̄.eo.Ista sol.etiam non placet,quia restringit præ dicta iura.Item quia text.in d.l.si tibi homo.§. si fundus. loquitur, quando fundus, qui erat in totum vnius ex hæredib. legatus fuit ab omnib.hæredib. ergo non potest loqui de obligatio

ne dandi . ex istis apparet , quòd difficile est tenere sententiam Bart. licèt *communiter approbatam*. ¶Tenendo tamen eius opin. quam Pau. de Cast. hic in 11. col. dicit esse tenendam,quia est communis, eam limita , quando obligatio rem restitui competeret ad speciem , secus si competeret ad quantitatem restituendam,quia tunc etiam solutione erat diuidua. ita not.tenet Bar.j̄.in 3.q.per tex.no.in l.j.§.si pecunia in sacculo . & l.si duo. in prin.s̄.deposi.sequuntur Imo.Lud.Rom.& d.Alexan.hic,& illum tex.ad hoc reputat singu.idem d.Alex.in l.4.§.si is,qui duplam.in 1.col.s̄.eo.& vltra illum tex.facit ratio,quia cùm tunc etiam illud,quod est principaliter in obligatione,sit pecunia,& similiter ipsum interesse ratione moræ sit in obligatione , ergo non potest contingere inconueniens.d. §. pro parte. ¶Item ad tertium fundamentum,quod s̄. feci contra Bart.vbi etiam reprehendi sol.Io.de Imo.vnus ex vobis conabatur aliter, & melius respondere , quòd etiam in specieb. quando debet restitui species, potest resultare incōueniens.d.§.pro parte.alio modo quàm dixerit Imo. pone, quòd debitor soluat partem speciei, quam tenetur restituere,certè per solutionem illius partis liberatur ab illa parte.l.si stipulatus.la 1.§.j.j̄.de sol.Barto.j̄. in 2.q.si posteà post moram pereat tota species,tenebitur ad interesse pro alia parte,ergo fiet solutio in diuersis reb.inuito creditore, sed ista respon.procedere non potest,quia non est verũ assumptum, quod qui tenetur restituere speciem,si soluat speciem liberetur ab illa parte , sed bene stat in suspenso,ne deueniamus ad illud inconueniens.l.si ita stipulatus fuero,si Titius.§.j. j̄.eod. & ita *tenent Bar.& omnes indifferenter* in l.eum,qui ita.§.si à te.vbi
19 dixi.supra eod. ¶ † Quid tenendum in hoc difficili , & subtili passu? Pau.hic col.11.dicit, quòd licèt opin. Barto.sit tenenda, quia communis,tamen sibi plus placet in puncto iuris opi.subtilis Petr.de Bellaper.hic relata per Bar.quam etiam tenet Cyn. in Auth.hoc ita.C.de duob.reis.& istam etiam tenet d. Alex.& putat in puncto iuris veriorem,licèt secundum eum Doct.magis communiter transeant cum opinione Barto.Petr. ergo de Bellaper. tenuit , quòd stipulatio rem tradi sit diuidua obligatione , sed indiuidua solutione , sicut & obligatio rem restitui, & sic parificantur, prout etiam parificat Bald. in l.si duo. supra depo.quia non potest reddi concludens ratio diuersitatis inter obligationem rem tradi,& rem restitui , vt hic per dom. Alex. sed in contrarium vrget text. in hac l. vbi stipulatio rem tradi ponitur inter stipulationes factorum , quæ sunt indiuiduæ & obligatione,& solutione.& ad istum text.non bene respondetur per Pau.de Cast.& d.Alex.qui dicunt, quòd in hoc text.fiat æquiparatio quo ad quædam,sed nihil est dicere.¶Vltimo lo-
a co [a] subtilitatum princeps. d. Christ. de Castellion. fuit in alia noua opinione,quòd obligatio rem restitui,ita sit indiuidua & obligatione , & solutione , sicut & obligatio rem tradi , & sic æquiparentur, quia ambæ sunt stipulationes factorum . Istam opinionem sibi ascripserunt,& tenuerunt eius discipuli Raph. Cuma.hic, & Rapha.Fulg. in l.si vt certo. §.si duobus vehiculum.supra commoda. moti subtiliter , quia obligatio rem restitui,puta ex causa commodati, vel depositi , vel simili magis participat de natura obligationis facti , quàm obligatio rem tradi, ergo fortius debet iudicari indiuidua obligatione,quàm obligatio rem tradi : assumptum probant, quia obligatio rem restitui est merè restitutio facti, scilicet nudæ traditionis sine possessione,quia non possidet,nec habet dominium, sed nudã detentionem.l.rei commodatæ.s̄.commo.& l.licet.§.rei, & l.si duo.supra depo. sed in obligatione rem tradi venit aliquando translatio dominij, vel vsucapionis, vel alterius iuris, cùm traditio rei possit fieri ab habente dominium , vel possessionem, & vtrunque potest transferre. l. ex empto. in princip. supra de actio. empti. & l. in conuentionalibus . in fin. supra eod. ergo attento fundamento Barto.quòd retorquetur contra eum, stipulatio rem restitui debet magis dici indiuidua obligatione, quàm stipulatio rem tradi , cùm magis participet de mero facto.Pau.de Cast. hic in 10.colum. & etiam in d.§.Cato.in 4.colum.ad fin.facit mentionem de ista opin. Raph.& respon.huic fundamento,quòd non est generale.& non procedit , quando teneris mihi restituere rem,quæ nunc non est mea,sed aliquando fuit, vt in eo , qui tenetur condictione indebiti, vel ob causam,in quem fuit translatum dominium,& sic restituẽdo rem transferunt dominium, & sic restitutio non est semper meri facti , præterea s̄m eum etiam traditio rei est aliq̃n meri facti, vt l.si

ADDITIO.

a ¶Loco. Adde circa hunc articulum latè eundem Socy. in consi. suo mihi. 148. quod non habetur in formis,incip. ann. Domini 1481. aliter Spiritusanctus adsit. per totum consilium.

vt l.si rem tradi.ſ.eo. Ego pro iſta opi. do.Chriſtopho.quæ vi-
detur de iure ſuſtentabilis,dico ſtringere ineuitabiliter text.in l.
1.§.ſi apud duos.ſ.depo.vbi eſt text.ꝙ ſi rē depoſui apud duos,
poſſum vnumquenque ex depoſitarijs conuenire inſolidum,
ergo ibi eſt text.ꝙ obligatio rem reſtitui , eſt indiuidua obliga-
tione , ex quo quilibet tenetur inſolidum. Confirmatur, quia
tex.ibi æquiparat depoſitarios tutorib.qui inſolidum tenentur,
vt habetur.in l.1.C.de tranſact. Item text.ibi dicit, ꝙ electione
vnius ex depoſitarijs cæteri non liberantur,ſed bene ſolutione,
ergo vult ille tex.ꝙ ſolutione facta ab vno de tota re, cæteri li-
berentur,ſed non electione , hoc eſt ageado contra vnum , ꝙ
alij liberentur,ergo vult,ꝙ talis obligatio rem reſtitui,ſit indiui-
dua obligatione,nec valet quicquam ſolu.quam ibi tradit glo.
ꝙ ibi erat expreſsè actum , ꝙ quilibet ex depoſitarijs teneretur
inſolidum, quia diuinatio eſt, & truffa, vt in ſimili etiam dicit
Bart.hic in tali ſolutione,quæ dabatur ad iſtum text. Præterea
iſto modo intelligendo ille tex. eſſet penitus de indubitabili,nō
quoque ſatisfacit alia ſolu.quam ibi tradit Paul.de Caſtr.ꝙ ille
text. intelligatur de obligatione ſecundaria , quæ committitur
ratione doli . Iſta ſolu.confunditur per eundem text. in verbo
proinde, qui venit illatiuè ad principium , & ponit caſum ex-
preſſum,quando commiſſus eſt dolus,ergo præſupponit prin-
cipium loqui,quando dolus non erat commiſſus,& ſic per iſtū
tex.videtur, ꝙ poſſit probabiliter teneri iſta opi. do.Chriſtoph.
de Caſtil. ¶Tenendo iſtam opin.non obſt.tex. in l.3.§.hæres.ſ.
commo.alleg.per Barto.& omnes,quæ fortiter ſtringit.reſpon.
Cuma.hic,ꝙ ibi tenentur hæredes ratione doli vel culpæ defun
cti,quia defunctus non reſtituit , ideo ibi quilibet hæredum te-
netur ad intereſſe pro parte.& ſic tex. ibi non loquitur de prin-
cipali obligatione ad reſtituendum , ſed de obligatione ſecun-
daria ratione doli,vel culpæ defuncti.Si autem vnus hæredum
poſſet reſtituere, & nō reſtitueret,hoc ipſo dolum vel culpam
committit,ideo ipſe inſolidum tenetur,vt eſt tex.in d.§. hæres.
Pau.de Caſt.hic,& in d.§.Cato.truffat de iſta ſolutione Rapha.
quam etiam reprobat do. Alex.hic , quia eſt violare illum tex.
qui non patitur iſtum intellectum, & re certa loquitur de reſti-
tutione rei , & ſic de prima obligatione ad reſtituendum. Præ-
terea ſecundum dom. Alex.ſi tex.in §.hæres.loqueretur de ob-
bligatione ſecundaria,illa eſſet indiuidua.l.ſi duo.in verſi.quòd
ſi lancem.ſ. depo.ſed errat domin. Alex.quia l.ſi duo.loquitur,
quando ſecundaria obligatio committitur ex dolo ipſorum
hæredum, ſecus autem , quando committitur ex dolo defun-
cti,quia tunc diuiditur inter hæredes,& in hoc defecit do.Alex.
ita diſtinguit tex.in l.in depoſiti.eo.tit. & hoc caſu loquitur tex.
in d.§.hæres.& quod ille text.in d.§. hæres. loquatur de obliga-
tione ſecundaria,prout reſpon. Cuma.patet, quia ſubdit exce-
ptionem , ꝙ ſi vnus hæredum poſſit totam reſtituere , & non
reſtituat , tunc inſolidum tenetur, ergo talis exceptio decla-
rat regulam loqui non de reſtitutione rei , ſed de obligatione
ſecundaria , cùm exceptio ſoleat regulam declarare. l. nam ꝙ
liquide.§.fin.ſ.de pen.leg. Item contra iſtam opin.dicit Pau.de
Caſt.eſſe tex.cui ſecundum eum non poteſt reſpon.in l. in con-
dictione.ſ.de condi.furt. vbi cōdictio furtiua re exiſtente datur
ad ipſam rem reſtituendam,quia ad æſtimationem non ſucce-
dit obligatio,niſi re perempta,vt l.in re furtiua. præcedenti.co.
titu.& tamen ibi eſt tex.formalis,ꝙ ſi ſunt plures hæredes furis,
quilibet tenetur pro parte ad reſtitutionem rei, ergo ibi eſt tex.
ineuitabilis , ꝙ obligatio rē reſtitui eſt diuidua obligatione in-
ter hæredes.quem tex.etiam contra Rapha.alleg.d.Alex.hic,&
ante eos iſtum tex.pluries allegat Bart. in iſta octaua oppo.vbi
per illum tex.reprehendit quaſdam aliàs opin.Antiquorum.ad
idem facit tex.in l.3.§.fi.ĵ.de præto.ſtip.ſed tu ad illum tex. rea-
liter reſpon.ꝙ nihil facit, quia non loquitur in obligatione rem
reſtitui,& ſic in materia noſtra , ſed in obligatione dandi, cùm
loquatur in fure,vel eius hæredib. & cōdictio furtiua datur con
tra naturam condictionum ad dandum contra furem.text. eſt
in §.ſic itaque.inſti.de actio.& in l.1.§.fi.ſ.de triti.& l.ſcire debe-
mus.§.ſi à fure.ſ. eod. habetur in l. ſi quis nec cauſam. §.res pi-
gnori.ſ.ſi cer.pet. quia quælibet condictio degenerat contra fu-
rem odio furis.dicit tex.in l.fi.in fi.ſ.vſufruc. quemadmo. caue.
& ſic ille text.non loquitur in materia rem reſtitui ſimpliciter,
vt eſt diſputatio noſtra,ſed in obligatione dandi.d.§.ſic itaque.
& dato,ꝙ etiam eſſet obligatio rem reſtitui, ꝙ non eſt verum,
non eſt ſimplex,ſed cum qua etiam concurrit obligatio dandi
20 irregularis,vt etiam dicit Ang.hic.¶† Expedita theorica eorū,
quæ traduntur per Bar. & Scribentes in hac. 8.oppo.vt reduca-
mus ad practicam , ſubijcio quæſtionem quotidianam,quam
Mod.Sen.dicunt fuiſſe de facto in ciuitate Senarum. Quidam
emit fundum à duob.hoc pacto, ꝙ quandocunq; intra decen-
nium reſtituerent ſibi pretium,teneretur eis retrouendere.mo-
do vnus ex eis vult reemere partem ſuam, alius non, an illi te-
neatur retrouendere? videtur , ꝙ non,quia rem retrouendere,
eſt quid indiuiduum, ꝙ apparet , quia venditio continet rem
tradi , vt ſ.dixi. ſed rem tradi eſt indiuiduum. vt hac.l.& ita per
iſtud fundamentum determinat Bart. in l. cui vſusfructus.ſ.de
vſu & vſufruc.lega. vbi etiam quaſdam alias rationes adducit,
præſertim,ꝙ aliàs inuitus incideret in communionem,ꝙ eſt in
conueniens.l.ſi non ſortem.§.ſi centum.ſ.de condi. inde. & di-
cit Bar.ſe ita conſuluiſſe in ciuitate Spoleti,& reperio,ꝙ ita cō-
ſuluit in conſi.195.ꝙ incip. Angeletus, & Andreolus dederunt,
&c. Idem tenet Bar.in l.ſi quis aliam.ad fi.prin.ĵ. de ſol. Bal.in l.
a 2.ad fi.C.de pac.inter empto.& vendi.Pro iſta deciſione adde [a]
quàmplures tex.notabiles,tex.in l.fiſtulas.§.pen. ſ. de contrah.
emp.vbi eſt tex.aliquis emit fundum ea lege,vt ſoluta pecunia
traderetur ei poſſeſſio,deceſſit relictis duobus hæredibus,quo-
rum vnus vult ſoluere partem,decidit ille text.ꝙ nō poteſt hoc
petere à venditore , & rationem ibi aſſignat text. quoniam ita
contractum æs alienum diuidi non potuit.ad idem text.in l.ꝙ
ſi noluit.§.Marcellus.ſ.de ædil.edic. vbi ſeruus plurium domi-
norum emit vnam rem , quam vnus ex dominis vult redime-
re pro parte ſua,an poſſit,decidit,ꝙ non, & ſubdit idem eſſe in
pluribus hęredibus vnius emptoris,quia ſi vnus vult redhibere
pro parte ſua,tamen non auditur. ad idem tex. in l.ꝙ autem.§.
fi.cum l.ſeq.& in prin.ſequen.ſ.de in diem addic. Ad idem pro
iſta deciſione facit,ꝙ tenet Guil.de Cuneo,& Albe.de Roſa.in
l.ſi duo patroni.in prin.ſ.de iureiur. vbi tenet, ꝙ ſi emphyteuta
duorum dominorum vult vendere,certè domini poſſunt reti-
nere ſi volunt.l.ſi.C.de iure emphyt.ſi vnus dominorum vult
redimere partem,alius vult conſentire alienationi,certè domi-
nus volens retinere partem non eſt audiendus,quia eſſet incon-
* ueniens.l.fundus ille.ſ.de contrahen.emp. *Licèt omnes ita teneant,*
ego in contrarium allego tex.notabilem in l.vxorem.§.agri pla
gam.ſ.de leg.3.vbi eſt tex. notab. ꝙ ſi hęres ſit grauatus à teſta-
tore de vendendo fundum duobus,& vnus ex illis velit emere,
alter non,tenetur tamen hęres vendere illi partem ſuam, & ſic
pondera,ꝙ ibi inuitus incidit in communionem, quod eſt con
tra omne fundamentum Bar.in d.l.cui vſusfruct.,& illum text.
no.do.Alex.ad aliam quęſtionem in conſi. 126.5.vol. quod in-
cip.viſis his de quib.&c.in 1.col. ad fin. Et ſi velimus ita tenere
per illum text.contra omnes,ad fundamentum Bart.ꝙ obliga-
tio rem tradi eſt indiuidua,poteſt reſpon.ꝙ imò eſt diuidua cō
tra l.locus.ſ.de acquir.poſ.ſecundum Bar.hic.6.opp. & ſupra in
b euid.Bar.tamen in d.§.agri plagam. [b] in fin.reſpon.ꝙ illud ideo
ibi ſit,quia pretium erat remiſſum ad arbitrium boni viri , qui
æſtimabit dimidiam reſpectu totius , & non reſpectu dimidiæ,
quæ ſolutio ſi eſſet vera,eſſet ſing. limitatio in propoſito, & ad
illum tex.non recedas tamen conſulendo,& iudicando à com
muni opinione Bart. quę nullum habet contradicentem. Iſta
communis deciſio procedit , quādo vnus vult reemere ſolùm
21 partem ſuam.ita procedunt prædicta.¶†Sed pulchrum,& vti-
le dubium eſt, q̄d ſi vnus eorum vellet reemere totum fundū,
& offerre totum pretium , & alius non vult vti pacto de retro-
uendendo, an tunc emptor teneatur illi ſoli retrouendere to-
tum fundum? videretur ꝙ ſic,quia tunc ceſſat ratio indiuidui-
tatis,& communionis. Moder.ſ.Soc.Senen in l.1.§.ſed & quo-
ties.ſ.ad Treb. dicit in contingentia facti ſe aliàs conſuluiſſe, ꝙ
ille totum pretium offerret, & retrouenditionem totius fundi
peteret,ſed dicunt, ꝙ non potuerunt obtinere, licèt poſteà re-
pererint Pau.de Caſt.ita in terminis decidentem in d. l. ꝙ autē.
in fin.cum l.ſeq.in recollectis Florentinis.ſ.de in diem addic.ita
etiam dicunt Moder.Sen.hic , vbi plenius examinant iſtum ar-
ticulum , & ꝙ etiam iſto caſu vnus eorum volens reemere to-
tum fundum oblato toto pretio,quòd non ſit audiendus,facit
quia de iure indiuiduo , vt eſt hic rem tradi, vnus ſine alio non
admittitur ad petendum ſolidum.l.2.§.ex his.ſ.eod. Iſtam par-
tem tenet Pau.de Caſt.in l.ſi quis aliam.ĵ.de ſol.motus alio fun
damento, quia licèt alius ſocius nunc non curet reemere partē
ſuam,

ADDITIONES.

a ¶Adde , quòd hos text. ante Iaſ.hic alleg.Socin.in conſi.148.ſ.in alia apoſtil.
alleg.& ibi etiam de iſta q.

† Pro qua vide , quæ ſcribit Boer.q.251. Barto.in l.ſi quis aliam. colum.fin.ff.
de ſolut.

b ¶Agri plagam. Adde, quòd aliter poteſt reſpon.quia in §. agri plagam.ceſſat
ratio,quæ militat in iuribus præalleg.& in quæſt.Bar.quæ eſt,quia non eſt prę
ſumendum,quòd vnus emiſſet,vt haberet partem tantum,non vt totum, quæ
ratio ceſſat in d.§.agri plagam. nec obſt. quòd teſtator videatur minus gra-
uare hæredem,vt dicebat Iaſ.reſpond.ad iſtud fundamentum, quia in hoc hæ
res in nihilo grauatur,nec obſt. quòd conditio debeat impleri in forma ſpe-
cifica,quia in iſto caſu non habetur ratio conditionis, quæ non eſt. Item in-
telligas q. quando vnus vellet emere ſolùm partē pro indiuiſo,& alleg. ratio
Bar.ꝙ inuitus incidat in communionem, non militaret.

suam,posset in futurum mutare propositum. l.deberi. C. de fideicom.lib.vnde non debet vnus præoccupare ius alterius sine eius voluntate.¶Tene,ꝙ vnus ex stipulatorib.possit totum fundum retroemere oblato toto pretio, quia tunc cessant absurda, & inconuenientia, & rationes quas assignat Bart. in d. l.cui vsusfructus.supra de vsu,& vsufr.leg.præsertim, quando actor offert satisdationem de dando partem suam alteri socio, si voluerit eam habere,iuxta tex.not.in l.1.§.si pecuniam in sacculo. supra depo. vbi vnus ex hæredib. depositarij potest insolidum repetere rem depositam præstita cautione de dando partem suam consocijs, & isto modo cessaret fundamentum.s̄. proximè relatum.pro ista opinione facit bonus text.in d.l. fistulas.§. qui fundum.s̄.de contrahen.emptio.vbi text.à contrario sensu vult,ꝙ vnus ex duob.hæredib. soluendo totum pretium, potest agere ex empto, quòd res sibi tradatur. ad idem facit text. not.in l.tutor vrgentib.§.1.s̄.de mino. vbi tex.dicit, nisi emptor à toto contractu velit discedi, ꝙ partem empturus non esset. ad idem facit,quod tenent Guli. de Cu. & Albe.de Rosa.in d.l. si duo patroni.in prin.s̄.de ireiur.in emphyteuta duorū dominorum volente vendere, si vnus dominorum vult consentire alienationi,alius verò vult retinere rem, siquidem vult totam rem retinere,& totum pretium soluere,bene auditur, per text. not.in l.in bello. §. si seruus complurium. j̄. de capt. vbi si sunt plures domini vnius serui redeuntis ab hostibus, & vnus eorū vult soluere totum pretium,& habere seruum alijs recusantib. audiendus est.secus si vellet solùm partē suam redimere.¶Tenendo istam partem non obst.illud, quod supra in oppositum adducebatur, ꝙ in materia indiuidua vnus non possit insolidū agere sine alijs.d.l.2.§.ex his.s̄.eod.quia respon.ꝙ illud procedit in materia omnino,& totaliter indiuidua,vt stipulatio seruitutum,quę non potest etiam à principio pro parte imponi.l.pro parte.s̄.de serui.secus est in obligatione rem tradi.l. locus. supra de acquir.pos.presertim præstita satisdatione de dando partem alijs socijs,si voluerint rehabere.d.§.si pecunia in sacculo. & ita
a etiam videtur tenere ipsemet Pau.de Cast.in consi.343.[a] incip. in hoc passu duo sunt.in vlti. col. nota bene istam decisionem, quia casus est frequens,& quotidianus.¶Ad ista etiam adde.q. quam alibi insignis Doc.d.Pet.de Bexu.ponit,& dicit vidisse de facto in l.scire debemus.ad fin.prin.s̄.eo.pone,creditori fuerunt datæ in solutum duæ res debitoris, puta duo fundi separatim, & diuerso pretio æstimati, modo pone, ꝙ vicinus vel proximior agnatus ex forma statuti, vel consuetudinis, iuxta.c.constitutus.de in integ.resti. vult vnam redimere intra annum sine alia,& creditor dicit, vel omnes redimas, vel omnes dimittas, quærit quid iuris? pro agnato videtur facere, quia sunt separatim æstimati,& diuerso pretio,ergo videntur diuersæ in solutū dationes, ergo vnam debet posse redimere sine alia. cōtrarium determinat do. Pet. de Bexu.quia considerata causa primitiua vnum erat debitum indiuiduum,in quo debitor non potuisset pro parte soluere inuito creditore.l. tutor. §. Lucius. s̄. de vsu. habetur in l.quidam æstimauerunt.s̄.si cer.pet.ergo ex postfacto non debet admitti particularis redemptio agnati.Adde vltra eum bene facere duos tex.in l.tutor.j̄.de fideius.in ver. [non titulus actionis,sed debiti causa respicienda est] tex.no.in l.qui id,quod s̄.de dona.in versi.causam enim & originem constitutæ pecuniæ,nōn iudicij potestatem præualere.¶In 9.oppo.dic, vt dixi in l.in stipulationib.s̄.eo.per Imo.& Lud.Rom.hic.¶In
22 decima oppo. quærit Bart.de ratione diuersitatis, † quare obligatio dandi sit pręcisa, & in ea non succedat obligatio ad interesse.secus in obligatione faciēdi.& ponit quatuor rationes persuasiuas,quas etiam ponit ipse Bar. in l.vnica.in 4.q princ.C.de senten.quæ pro eo,quod interest.sed nulla concludens ratio videtur posse reddi,posteà in 4.oppo.seq.vsque ad fin.oppositionum ponit quatuor limitationes,in quib. in obligationib. dandi succedit obligatio ad interesse, quas etiā ponit in d.l. vnica. in 4.quæst.prin.inter alias rationes tertia magis placet,quia dare sit accipientis facere.l.vbi autem.§.fin.j̄.eo.& §. sic itaque.insti. de actio.semper interest nostra nobis dari, & sic, ꝙ efficiamur domini,vnde si fuisti in mora dandi, & posteà das,adhuc vtilitatem sentio. sed aliquid fieri non semper interest nostra, & si fuisti in mora faciendi, & posteà vis facere, potest esse, quòd mea non interest nunc fieri, sed bene interfuit tempore præterito,quo fuisti in mora, vnde possum agere ad id,quod mea interfuit.& licèt Bart. hic reprobet istam rationem, ꝙ non sit generalis,tamen illam tenet Bart.in d.l. vnica.in 3.q. Pau.de Cast. & dom.Pet.de Bexu.hic. Et si tu diceres,quod etiam in stipulatione rem tradi,semper interest nostra rem nobis tradi,& istud interesse non est variabile ex tempore, ergo in ea non deberet succedere obligatio ad interesse magis, quàm in obligatione dandi,respon.ꝙ imò potest interesse magis tradi rem vno tempore quàm alio, quia vno tempore fortè recepissem cum bona fide,alio tempore recipissem mala fide, & prout etiam dicit Bar.teneretur domino ad fructus perceptos, & percipiendos, quæ ratio malæ fidei cessat in stipulatione dandi, vbi dominiū
23 transfertur. ¶† Prima limitatio Bart.in 11.oppo.est in contractibus innominatis,in quibus in obligatione dandi succedit obligatio ad interesse.l.naturalis.§.1.supra de præscrip. verb.& l.1. ad fi.supra de rerum permut.& glo.in d.l.cùm præcib. C.de rerum permutatione.& gl.in d.l.vnica. C.de senten. quæ pro eo, quod interest. ratio, quia in contractibus innominatis est licita pœnitentia,& potest ille,qui dedit, & sic,qui impleuit,discedere à contractu.l.si pecuniam.in princip. supra de condictio. ob causam. meritò res ad interesse deducitur, quia ibi non est tanta ratio cogendi præcisè aduersantem, vt det, secundum Ang.Imo.& Ludo.Ro hic.¶Amplia istam primam limitationem Bar.vt procedat, etiam si in contractu innominato interuenisset stipulatio, quia stipulatio imitatur naturam cōtractus innominati,super quo interponitur, vt probatur in l.cùm mota.& ibi Bar.Bald.& alij ad hoc no.C.de transac.vbi dixi de hoc. & hoc est sing.not.secundum Ange.Imo.& dom.Alex.hic,qui dom.Alex. super hoc plenius insistit, ego latè disputaui hunc articulum supra in rub.ad ibi dicta me remitto. ¶Vltra alios secundò notabiliter limita istam limitationem Bart. vt procedat,quando agitur actione præscrip.verbis, vt ille, qui promittit dare impleat, tunc in contractibus innominatis obligatio dandi non est præcisa. ita propriè loquitur text.in d.l.naturalis. §.1.sed quando ageretur condictione ob causam ad repetendum id,quod est datum, tunc in contractibus innominatis obligatio dandi est pręcisa.d.l.1.in fin. supra de rerum permuta.& l.pen.in versic. ages cum Titio.supra de condi. ob causam.vbi etiam dixi de hoc.ratio est, quia aliàs sequeretur absurdum, ꝙ ille, qui pro parte sua non impleuit cōtractum innominatum, soluendo interesse haberet rem illam me inuito.not. istam doctrinam, quia pulchra est & vera, licèt nemo nec hic nec ibi tangat. & adde ad hoc Bart.j̄.in 13. oppo.& eundem Bart.in l.si filiosfam.prima,supra de dona. cau.mor. ¶Secundò principaliter limitat Bart.in 12.opp.quando in obligatione est rem dari alteri, tunc obligatio dandi alteri non est præcisa, sed succedit obligatio ad interesse,quia posset interesse stipulatoris,quòd illi alteri non detur.l.liber homo.2.§.fin.j̄.eo.glo.in l. Iul.in princ.in gloss.fin.ad fin.supra de actio. empti. item, quia tunc non dicitur stipulatus dationem,sed potius factum, vel ꝙ det alteri,secundum quod declarat Raph.Cuma.in l.vbi autem non apparet.§.fin.j̄.eo.similiter limitat Bart.in eo, qui stipulatur dari ad tempus, & sic reuocabiliter,vbi posset agi ad interesse, & non ad dandum.l.si pœnam.supra eo. sed de hoc vlti.dic,vt melius dixi in d.l.si pęnam.vbi ostendi,quòd ibi non est obligatio dandi,sed faciendi.¶Tertiò fallit, secundum Bar.in 13.opp.quādo quis non propriè, sed ex quadam æquitate naturali tenetur ad dandum,quatenus est effectus locupletior, vt in condictione indebiti.l.nam hoc natura.& l.si non sortem.§.libertus.supra de condi.indebi. quia cùm re consumpta reperiatur locupletior solùm in æstimatione, tunc tenetur ad interesse æstimationis.l. in summa.§.in frumento.& §.si seruum.supra de condi. indebi. & sicut in condictione indebiti obligatio dandi non est præcisa,sed variabilis quatenus accipiens reperiatur factus locupletior, nimirum si tunc succedit obligatio ad interesse. vide text. ad hoc in l.quod indebitum. vbi dixi de hoc.supra de condi.indebit.¶Quartò, & vltimò fallit secundum Barto.in 14.oppo. quando obligatio rem tradi habet admixtam obligationem rem restitui,& sic datio participat cum obligatione facti, vt in l.si filiofam.prima.& l.illud.§.1.& l.si is cui. supra de dona.causa mort.in donatario causa mortis, qui tenetur ad dandum,& ipsum dari est etiam restitui.l.qui mortis. & l.si mortis.eo.tit. & ideo si alienat rem donatam, ita ꝙ reddere non possit, agitur ad æstimationem, & sic ad interesse, vt ibi, & ita etiam tenent Ang.& Lud.hic,& Bar.in d.l.si filiofa.in prin. & ita teneas,quicquid dicat Ioan. de Imo. hic,quem dom.Alexan. reprobat, ad eum te remitto. Alio modo dicit Pau.de Cast.hic,quòd in d.l. si filiofam. obligatio est contracta pręter propositum contrahentium, ideo si res dari non potest, potest peti æstimatio. sed non aduertit Pau.quòd istud reprehendit Bart. in d.l.si filiofam. quia istud,quod reddatur res donata causa mortis,quandoque expressè agitur.l.si alienam.§.Marcellus.& l.Senatus. §. mortis. supra de donatio.causa mor.& l.non omnis.in princip. supra si
24 cert.pet.¶† Quintò vltra Bart.limita singulariter in contractibus bonæ fidei,in quib.obligatio dandi nō est præcisa, sed post moram

ADDITIO.

a ¶Consil.343.Adde tu,quòd aliàs est in consi.222. in antiquis secundum impressionem Papien.

moram ſuccedit obligatio ad intereſſe, ita tenet glo.ſingu.in §.
actionum.inſti.de actio.in gl.2.magna circa medium, quam ſe-
quitur, & ad hoc reputat ſingu.Bal.qui primus eam allegauit in
c.1.§.1.ſi de inueſti. feu.ↄten.fue.in vſib.feu.& l.vnic.C. de ſent.
quæ pro eo, quod intereſt.in duob.locis.ſ.in 5.col.& in 9.& idē
Bald.in c.cùm venerabilis.in 5.col.de excep.ſed illam gl.repro-
bant Imo.Lud.& do.Alex.hic, & Ang.in l.fi.ſ.ſi quis in ius voc.
non ierit.Imo.in l.illud.§.1.ſ.de dona.cauſa mor. Lud.in l.certi
condictio.in prin.ſ.ſi cert.pet.Ioan. Fab. & Ioan.de Platea in d.
§.actionum.eo.quia illa glo. iure non probatur. vnde gl.non eſt
credendum, quando bonam legem non allegat, ſecūdum Bal.
in l.reſpublica.C.quib.ex cau.ma.nec obſt.l.1. in princ.ſ. de act.
empti.per quam ſe fundat illa gloſſ. quia non probat, eo quia
loquitur in obligatione rem tradi, ad quam tenetur venditor.l.
ex empto.in princip.ſupra de actio.empti.non autem loquitur
in obligatione dandi.¶Sextò limita in caſu ſing.l.ſi quis in.gra-
ui.§.ſi ex ſtipulatu.ſupra ad Sylla.quando præſtatio rei eſſet im-
poſſibilis ex facto ſuperioris propter vtilitatem publicam, tunc
agitur ad intereſſe, & non ad rem, ſecundum Ange.in l.ſi ſeruū.
§.fin.& ibi plenius Are.j.eod.& ita ſunt expeditæ oppoſitiones
Bar. ¶Poſteà Bar.format decem quæſtiones, quarum quatuor
primæ ſunt de materia diuidui, & indiuidui, alię ſex ſunt de
materia intereſſe, & ſic circa verſi. Celſus. procedam ſuper eis
25 concluſiuè, ſubſtantialia attingendo. ¶†Circa primam, & ſecū
dam queſtionem, qualiter res corporales dicantur diuiduę, vel
indiuiduæ, & qualiter diuidantur naturaliter, & qualiter ſecun-
dum iuris diſpoſitionem, adde inquantum Bar.ſecundum Pēt.
de Bexu.tenet, ꝙ vnus homo, vel vnus equus poteſt per naturā
in partes diuidi. & hoc dicit ad oculum patere, non credas,
prout etiam declarat dom. Pet.de Bexu.ꝙ Bart.intellexerit ho-
minem remanere in propria ſpecie hominis, ſi realiter & natu-
raliter diuideretur in partes, maximè æquales.tamen verum eſt
ſiue remaneat ſiue nō, ꝙ naturaliter poteſt diuidi, ſed certè me-
lius videtur dicendum, ꝙ ſpecies, & ſic res animatæ ſint per na
turam indiuiduæ, quia per realem diuiſionē deſtrueretur ſubie
ctum.l.rerum mixtura.ſupra de vſucapi.& cap.afferte. de præ-
ſumpt.item talis diuiſio corrumpit ſpeciem ſeu formam, quia
ſi vnus homo diuidatur per medium, tunc deſtruitur tota eius
forma humana.ſecundum Bald.in l.ſi plures.col.2. C.de condi.
inſer.Item contra Bar.eſt tex.in §.ꝙ ſi commodè. inſti.de offic.
iudi. vbi dicit tex. ꝙ commodè diuidi non poteſt velut homo,
aut mulus, & ibi gl.no.ꝙ corpus aliud eſt diuiduum, vt fundus:
aliud indiuiduum, vt homo. ad idem text.in l.1.§.ſi pecunia in
ſacculo.ver.ſed ſi res.& ibi glo.in verbo, non poteſt.ſ.depoſi.&
gl.in l.binas quis ædes.ſ.de ſeruit.vrb.prædio.¶Secundò ad iſtā
materiam diuidui, & indiuidui adde vltra Scrib.licèt non repē
riam in ſpecie tactum, ꝙ indiuiduum differt ab inſeparabili,
quia indiuiduum prædicatur de vno, & eo.& ſic vna res poteſt
dici indiuidua: inſeparabile verò prædicatur de duobus, vel plu
ribus, quando duo vel plura ſunt adeo coniuncta, ꝙ ſeparari
non poſſunt, vt patet ad ſenſum.nam indiuiduum propriè eſt,
cuius eſſentia, & ſic vnitas eſt impartibilis, ſecundum Bald.in d.
l.ſi plures.in 2.col.ad fi.C.de condi.inſer. inſeparabile verò dici-
tur, quando duo ſunt per naturam adeo connexa, ꝙ ſeparari
non poſſunt.l.1.§.item quæritur.ſ. de aqua quotidia. & æſti.vel
quando per extinctionē vnius aliud corrueret, vt in principali,
& acceſſorio, vt l.1.& 2.& l.tunc inutile.ſupra de pecu.lega.vel
quando ſeparatio non poteſt fieri ſine magna incommodita-
te.l.poſſeſſionum.C.cō.vtri.iudi.alibi tamen Bart. capit pro eo-
dem inſeparabile pro indiuiduo, & ſic, ꝙ ſint ſynonyma.l.græ-
cè.§ illud.j.de fideiuſ.& ibi dicit, ꝙ indiuiduum ſumptum pro
inſeparabili dicitur altero de quatuor modis, de quibus ibi per
eum: tamen re vera differunt, vt prædixi, & iſto modo quæri-
mus, an vaſalli ſint indiuidui, ideſt inſeparabiles, vt per Bald.in
26 d.l.ſi plures.col.1.ad fi.& dicam.j.in 4.q.Bart.ad fin. ¶† Tertiò
inquantum Bart.in 2.quæſt.tenet, ꝙ in obligatione dandi ſi de-
betur quantitas, tunc obligatio eſt diuidua quo ad obligatio-
nem, quia diuiditur inter plures hæredes, & quo ad ſolutionē,
quia ſolutio partis liberat à parte. l.2.§.1. ſupra eod. & l. execu-
tione.§.1.j.eo.& in l.ſi ſtipulatus.in §.1.j.de ſol.& l.ſi duo.ſ.de-
poſit.Limitat Bart.in duob.locis non procedere quo ad pœnæ
commiſſionem, cuius reſpectu eſt indiuidua, quia pro minima
parte non ſoluta committitur pœna in totum. l.5.ſ.eod.& in l.
in executione.§.pen.j.eod. Adde rationem huius limitationis
eſſe, quia conditio ſub qua debetur pœna, cenſetur indiuiduā.
l.cui fundus.ſupra de condi.& demonſt.cùm debeat impleri in
in forma ſpecifica.l.qui hæredi. & l. Meuius. ff. de condi. & de-
27 mon.¶† Secundò Bart.ſingulariter limitat, quando obligatus
dare quantitatē obligatur ad factum, puta teſtator legat mille
pro conſtruenda capella in tali Eccleſia, tunc quilibet hæredū
tenebitur non pro parte hæreditaria, ſed inſolidum, quia tunc
dare mille eſt propter executionem facti indiuidui, ſcilicet ope
ris capellæ.tex.eſt not.in l.fideicommiſſa.§. pen.de lega.3. & ita
per illum tex.tenent Ang.& Imo.in l.executione. in princ.j.eo.
& ſi caſus contingeret in facto, eſſet quæſtio pro amico. Adde
pro iſta deciſione bonam rationem, quia quando datio eſt or-
dinata ad factum, tunc idem iudicamus de datione, quod de
facto.glo.eſt not.& approbata in l.naturalis.§. quòd ſi faciam.in
glo.1.magna in princip.ſupra de præſcrip.verb.no. Bal.& alij in
l.cùm proponas.per illum tex.C.de dolo.contrarium tenet do.
Alex.hic ſequendo Dyn.& Bart.in d.l.fideicommiſſa.§.pen.vbi
volunt, quòd ille text.procedat, quando onus faciendi erat in-
iunctum hæredibus vltra dationē, ſecus quando teſtator ſim-
pliciter relinqueret mille pro tali opere cōſtituendo, tunc qui-
libet hęredum teneretur ſolùm pro parte ſua hæreditaria, quia
tunc non ſunt obligati ad factum, ſed ad dandum.ita etiam te
net Bal.in l.mortuo.§.fin. per illum text. de lega.2. ſed aduerte,
quia ipſemet do.Alex.ſibi contrarius in l.2.§.& harum.colum.
1.ſupra eo.tenet pręced.opin.Ange.& Imo.quam dicit eſſe no-
tabiliorem.Pau.de Caſt.in d.l.in executione.in princ.dicit, quòd
pro opin.Angel.multum facit text.in d.l.fideicommiſſa.§.pen.
qui loquitur, quando aliquid fuit relictum pro opere facien-
do, non autem mādauit opus fieri, & tamen decidit tex.quem-
libet hæredum teneri inſolidum: ſubdit tamen magnum ver-
bum Pau.de Caſt.quòd in practica non ſeruaretur opin.Ange.
ſed quilibet hæredum condemnaretur pro parte ſua, tamen
reuera in illo tex.videtur eſſe mixta obligatio & dandi, & facien
di, vt patet in tex.ibi, ſolam Proculam voluerunt facere, quæ
erat vna ex hęredibus. ¶Tertiò vltra alios not.limita in debito-
re quantitatis non ſimpliciter, ſed reſpectu certæ ſpeciei, ita ꝙ
illa ſpecies ſit in facultate ſoluendi, vt eſt in actione noxali, in
qua dominus tenetur ad quātitatem damni illati per ſeruum,
tamen ſoluendo ſeruum pro noxa liberatur. l. mille. §. decem.
ſupra de re iudi.tunc illa obligatio quantitatis cenſetur eſſe in-
diuidua ſolutione.l.ſi ſeruus communis.ſupra de nox. & l. ſi cū
vno.ſupra ſi ex nox.cauſa aga.ratio, quia ſi illa quantitas poſſet
ſolui pro parte, poſſet deueniri ad inconueniens.l. in executio-
ne.§.pro parte.j.eo.quia dominus, qui ſoluit partem in quanti-
tate, poſſet ſoluere partem in ſeruo, qui noxam dedit, & ſic in
diuerſis rebus, ideo tunc cenſetur indiuidua.ita no.tenet Bar.in
l.ſi communes.ſupra de nego.geſt.& idem Bar.in l.ſupra iter.§.
28 officium.ſupra de aqua plu.arcen.¶† Tertiò quærit Bar. de ſti-
pulatione factorum, an ſit diuidua, vel indiuidua, & conſequen
ter, quæ facta dicantur eſſe diuidua, & quæ indiuidua, nam tex.
in l.4.§.Cato.ſupra eo.dicit, quòd facta quædam ſunt diuidua,
quędam indiuidua, & Cuma.ibi colum.2.no. illum tex.ad hoc,
& dicit, quòd neſcit alibi ita bene facere regulam, ꝙ facta regu-
lariter videntur eſſe indiuidua, vt hoc tex.in ver.idem puto.glo.
in l.2.§.& harum.in glo.1.ſupra eod.& dicit glo.in d.§. Cato.in
ver.diuiſionem.quòd omnia facta ſui natura ſunt indiuidua, ra
tio eſt, quia factum pro parte impletum nōn affert tantam vti-
litatem reſpectu partis, quantam afferret totum reſpectu to-
tius, vt patet in exemplis huius tex.inſulam ædificari, foſſam fo-
di, & ſimilibus, quia operis effectus in partes ſcindi non poteſt,
dicit tex.in l.in executione.§.2. j.eo. item facta ex ſui conſum-
matione formam accipiunt.l.ſi is qui quadringenta.§.quędam.
ſupra ad l.Falc.vnde qui non facit totum, nihil facere videtur.l.
cùm Syllanianum.in fin.C. de his quib. vt indig. vnde pars do-
mus conſtructa non defendit à pluuia & vento, ſicut faceret to
ta.Item ſi ſtipulor librum ſcribi, vel Romam iri, ſcribendo pro
parte, vel eundo vſque ad medium itineris, non liberatur in ali-
quo.ſimiliter ſtipulatio rem tradi, pręſtatione partis non affert
tantam commoditatem reſpectu partis, quantam tota reſpe-
ctu totius, quia inducit communionem, quæ multa cauſat in-
commoda.l.cùm pater.§.dulciſſimis. ſupra de leg.2. & l.ſi nōn
ſortem.§.ſi centum.ſupra de condi.indeb. Item dato, quòd prę
ſtatio partis tantam vtilitatem afferret quo ad partem, quantā
præſtatio totius quo ad totum, ſi tamen eſt tale factum, in quo
ſi fieret diuiſio poſſet contingere in diuerſis reb. fieri ſolutionē
ex natura ſtipulationis, vt eſt rem tradi, tunc etiam factum red-
ditur indiuiduum ſecundum Bart.hic, & in d.§. Cato.in 2.3.&
29 5.q.¶Iſtam regulam limitat Ioan.de Imo.hic, †non procedere
in facto negatiuo, vel habēte virtutem negatiuam, vt amplius
non peti, vel rem ratam haberi, quæ habet virtutem negatiuā
ne conueniatur, & ne per me factum improbetur. iſta facta
cenſentur diuidua, vt dicit tex.in d.§.Cato. eo quia in facto ne-
gatiuo, & ſic in non ente propriè non cadit ſolutio. & ſic pro-
priè non poteſt habere locum inconueniens.dict. §. pro parte.
Bar.aliter reſpon. quòd d.§. Cato. loquitur in ſtipulatione non
agi ad pecuniam, vel ad quantitatem, ſecus ſi ad ſpeciem, & ita
etiam tenet ibi Bart. in 5.q.ſed eſt nimia reſtrictio, & violentia
ad illum text.ſecundum Imo.& alios Moder.hic, & ibi dixi in
d.§.

d.§.Cato.¶Secundò limita in casu speciali, & singulari.l.mortuo.§.fi.ſ.de leg.2.vbi obligatio operis ædificandi,& sic facti est diuidua inter hæredes, quando ad illam sunt astricti ratione iuris accrescendi, & sic ratione portionis per cohæredem repudiatæ,quæ erat onerata legato facti.ibi enim testator tres hæredes instituerat, quorum quemlibet in parte quarta, & tertium in dimidia,illum tertium grauauit de opere faciendo. Iste tertius repudiauit suam portionem grauatam illo onere operis faciendi,quæ per ius accrescendi vadit ad cohæredes,certè quilibet illorum duorum cohæredum tenebitur ad factum, & sic ad constructionem ædificij pro portione hereditaria,non autē insolidum.dicit enim ibi text. [si testator dari quid iussisset, aut opus fieri, aut munus dari, pro portione sua eos præstare quib.pars hæreditatis accresceret.] & licèt gl. & Bar. ibi dicant, quòd illa verba pro portione hæreditari,areferantur ad cætera legata non operis, quia illud quencūque hæredum insolidum obligat,vt hoc tex.& l.fideicommissa.§.pen.de lega.3.certè ista solutio destruit illum text. & ita ad istam limitationem ponderat illum text.Ludo.hic, & de eo múltum gloriatur, & ad hoc reputat vnicum, & sing.& à nemine adhuc in materia ponderatum. Ex quo dicit se inferre in materia nostra vnam limitationem nouissimam, & mirabilem, quòd obligatio facti aliàs indiuidua, est diuidua inter hæredes, qui ad tale factum tenentur per ius accrescendi ratione portionis repudiatæ, quæ erat onerata legato talis legati, ratio specialis huius casus est; quia cùm hæredes in hoc grauentur, quòd portio deficiens eis inuitis accrescat,vt l.vnica.§.his ita.C.de cad.tol.in alio releuantur, vt legatum facti aliàs indiuiduum inter cohæredes quibus accrescit efficitur diuiduum, per regulam qui in vno grauatur.l.cum qui in prin.ſ.de iureiur, & dicit Lud. hoc esse suum nouū dictum in ista materia. Istam limitationem reprobat do.Alex.
* & non bene per glo.quam dicit esse *communiter approbatam* in d.l.mortuo.§.fi.sed certè vt dictum est illa glo. destruit illum tex. monetur etiam per text. quem illa gloss. alleg.in d.l.fideicommissa.§.pen.vbi etiam in vlt.voluntate hæredes tenentur ad factum insolidum.sed istud non obst.quia ille tex. non loquitur, quando hæredes tenentur ad factum ratione iuris accrescendi, ob illam portionem repudiatam, quæ erat grauata onere faciendi,& sic mihi videtur,quòd ille text.bene probet istam peregrinam,& singularem limitationem Ludo. Rom. ¶Quartò
30 quærit Bar.de † ratione diuersitatis,quare seruitus vsusfructus sit diuidua.l.1.§.si vsusfructus. supra ad legē Falc.seruitus verò vsus est indiuidua. l.vsus pars. supra de vsu & habit.& tamen ambæ sunt personales, quia debentur à re personæ, & ponit duas rationes.vnam subtilis Pet.de Bellap.quia vsusfructus continet certum, quia continet emolumentum totius rei,quia ad eum pertinent omnes fructus,& ideo quia est certus,diuidit̄,licèt sit incertum,qui fructus nascentur, & quantū durabit vsusfructus.l.vbi autem non apparet.§.fundi.ī.eod.sed vsus,qui ordinatur ad necessitatem personę,est incertus propter incertam necessitatem vsuarij, quia vna die plus indiget,quàm alia,ideo dicitur indiuiduus. Contra istam rationem licèt coloratā duo obst. Primò,quia non est bona consequentia vsus est incertus, ergo est indiuiduus, nam interesse est incertum.l. vbi autem.§.qui id quod.ī.eo.& l.si pœnam.ſ.eo.& tamen est diuiduum,vt hoc tex.in versi.Celsus.¶Secundò obligatio alimentorum habet eandem incertitudinem,quam habet vsus,vt patet ad sensum, & tamen est diuidua inter hæredes.l.3.§.fin. & l. pecuniæ. supra de alimen.& cib.leg. Sed defendēdo istam rationem subtilis Petr. non obst. primum dum dicebatur,quòd interesse est incertum,respon. quòd imò interesse de præsenti est certum in rerum natura quantum sit.l.vbi autem nō apparet. §.illud.ver. sed qui vinum.cum l.seq.ī.eo. & l. cùm ad præsens.cum duab. seq.supra si cert.pet.& declarat glo.in l.certi condictio.in princ. in versic.ex certo.eod.titu.sed vsus etiam de præsenti est incertus etiam legi & naturæ,propter incertitudinem futuræ necessitatis personæ.non obst. quòd præstatio alimentorum sit diuidua, quia credo hoc non esse verum, quia imò quando sunt plures hæredes,vnus est eligendus,qui solus subeat onus alimētorum,vt dicunt iura præallegata, super quibus melius tamen cogitabis. præterea in vsu seruitus debetur à re personæ, vt hic declarat Bart.quod non est in obligatione alimentorum,& sic ista ratio Petri est satis bona. ¶Secundam rationem assignat Bart. quia vsus habet omnimodam similitudinem cum seruitutibus realibus,cùm debeatur à re personæ secundum necessitatem personæ,sicut etiam seruitutes reales.ideo sicut illæ omni tempore sunt indiuiduæ, ita etiam vsus; sed vsusfructus est pars dominij.l.4.supra de vsufru. ideo potest acquiri pars vsusfructus,sicut pars dominij pro indiuiso.l.Meuius.§.duobus.de leg.2.ista ratio Bar.mihi non satisfacit,quia non multum infert ad propositum,& eam reprehendit insignis doctr.dom. Pet.de Bexu. & bene, quia vsus habet maiorem similitudinem cum vsufructu, quàm habeat cum seruitutibus realibus, vt patet in l.1.supra de seruitut.ergo considerata ratione Bar. quòd maiorem similitudinem habeat cum vsufructu,deberet potius censeri diuiduus sicut est vsusfructus. secundò ex alio reprehendit Cuma.quia obligatio alimentorum habet commensurationē ad personam, & tamen est diuidua. nihil allegat. dic vt supra proximè dixi. ¶Tertiam rationem diuersitatis assignant Imol. & Ludo. quia in vsufructu præstatio partis tantam vtilitatem affert in parte quantam tota in toto, nec potest deueniri ad illud inconueniens.d.l.in executione.§. pro parte.ī.eod. cùm ille qui tenetur ad vsumfructum,teneatur præcisè ad dandum.l.3.§.dare.supra de vsufruct. & licèt post vsumfructum constitutum teneatur ad patientiam,tamen videtur posse cogi præcisè ad eam præstandam,per ea quæ habentur in l.harum.& in l.legi.supra si serui.vendi. sed in vsu præstatio partis non affert tantam vtilitatem in parte, quātam præstatio totius in toto, cùm præstatio debeat fieri per respectum ad necessitatem personæ, quæ persona viuere nō potest ex præstatione solius partis eius, quod est sibi necessarium in vita. Adde pro ista ratione illud, quod dicit Bal.in l.pro hæreditarijs.colum.1.C.de hæred.actio. quòd vsus ideo non diuiditur,quia est inuentus ad alimētum, seu sustentationem quandam, quæ si minoraretur,corrumperet subiectum suum,idest hominem, & cibaria non secūdum naturam exhibita corrumpunt subiectum. similiter dicit Bald. in §.hæc de seruitutibus.instit. de vsu & habitatio. quòd si vsus diuideretur,corrumperetur forma substantialis ipsius,qui nihil aliud est, nisi obligatio circa alimoniam hominis, in his, quæ sunt necessaria ad vitæ sustentationem,In quibus si aliquid minuatur,homo de facili mori posset. Limita, quod dixi, quòd vsus est indiuiduus,est verum si referatur ad personam.d.l.vsus pars.supra de vsu & habit. si autem referatur ad rem,tunc potest esse vsus pars rei. l.si vt certo. §. si duobus. vehiculum. vbi Bart.colum.2.supra commo. Contra prædicta opponit Barto. vsusfructus non potest esse sine vsu.l. per seruum. §.1. supra de vsu & habit.ergo ratione vsus sibi adiuncti debet iudicari indiuiduus. l.si ita fuerit seruis. §. quæstio hęc. supra de manumiss. testa.& relinquit Bart.cogitandum.Respon. secundum Angel. Imol.& alios Modern. hic. Angel. in l.1.§.si vsusfructus. supra ad l. Falcid. quòd vsus non comprehehenditur sub vsufructu tanquam seruitus,quia seruitus seruitutis esse non potest.l.1.supra de vsu,& vsufrù.leg.sed tanquam commoditas. & sic vsusfructus non est sine vsu, idest sine commodo, seu emolumento vsus,non autem continetur vt species distincta, & sic vt est seruitus.& istam solu.ante eos ponit glo. ordinaria in l.huic stipulationi. §.1. in versic.sine vsu.supra vsufruc.quemad.caue.& Ludo.admiratur, quòd præfati Docto. d.glo. non allegauerint. ¶Vltra Barto.fortius opponitur,nam videtur,quòd vsusfruct. debeat dici indiuiduus, eo quia in eo concurrunt omnes respectus,qui sunt in seruitutibus realibus,quos enumerat Bar.supra in secunda opposi.siue consideras prædium, quod debet seruitutem vsusfructus,nam non videtur in parte prædij pro indiuiso posse constitui vsusfructus, cùm non possint percipi fructus ex parte indiuisa,quin etiam ex alia parte percipiantur.siue cōsideras personam cui debetur,& sic ipsum instrumētum, quia non potest vna pars hominis vti frui sine alia, ergo consideratis illis rationibus Bar.videretur,quòd etiam vsusfructus deberet censeri indiuiduus.sed respon. secundum Imo. & Ludo.ꝙ in vsufructu resultat quædam vtilitas separata ab ipsa re, quæ vtilitas est diuisibilis in partes,& illius partis præstatio affert tantam vtilitatem respectu partis quantam tota respectu totius. secus est in seruitutibus prædialibus, in quibus ex vsu talium seruitutum non resultat vtilitas separata ab ipsa re,quę sit diui-
31 sibilis in partes, ideo dicuntur indiuiduæ. ¶† Vltimò quærit Barto.an ius feudi sit diuiduum,vel indiuiduum, & remittit se ad c.Imperialem. §. præterea ducatus. de prohib. feud.alie.per Frid.in feud. adde licèt Barto.& Doctor.non declarent, quòd ista quæstio congruenter hic cadit, cùm dictum sit,quare seruitutes reales sint indiuiduæ, & quare vsusfructus sit diuiduus, videndum est ergo opportunè de feudo, cùm feudum sit seruitus quædam, iuxta glo.in l.cuius.§.1.aliàs est l.si vsusfructus legatus sit.in verbo.oportet. supra de vsufruct. per quam gloss. ita dicit Bald.in l.si vxor.ad fin. C.de condi. inser. & in l.fin.C.de suis & leg.& in c.2. si de feudo defuncti conten. sit inter domi. & agna.in feud. Item feudum dicitur simile vsufructui secundum Bald.in l.vnica.§.excepto. & in §. in primo.in 4.colum.C. de cad.tollen.& in l.cùm oportet.in vltim.colum.in princip.C. de bon,quæ liber. & in cap. 1. §. si quis de manso.colum.3. vbi notabiliter ponit.si de inuesti.feud.conten.fuer.in feud.alibi dicit Bald.in l.vnica.in 17.col.ad fin. C. de confes. quòd feudatarius habet vsumfructum quendam anomalum; qui non est causalis,

causalis nec formalis,sed singularis.alibi idem Bal.in l.1.col.fin. C.si plu.vna sent.dicit, quòd feudatarius habet vsumfructum, idest fruitionem quandam vtilem,& plenam,non quòd ab eo exigatur vsufructuaria cautio , nec quòd perdat per capitis diminutionem. item vsusfructus ponitur in diffinitione feudi, quam ponit text.in c.1.§.fin. in quibus cau.feud. amitt.in feud. ¶Conclude,quòd feuda dignitatum, & Marchionatus, Comitatus, Ducatus, vel Regni sunt indiuidua.ita est text.in d.c.Imperialem.§.præterea ducatus. & tex. in c. licèt.& ibi glo. fin.do. Abb.& alij.de voto. & glo. in c.si hæredes. in glo. fin.de testam. ratio est,quia omne Regnum in se diuisum desolabitur, vt dicitur in Euangelio. Item entia nolunt malè disponi, princeps ergo vnus.secundum Aristo. in 12. Metaphi.Bald. & alios in d. §.præterea ducatus. ¶Limita istam conclusionem trib.modis. ¶Primò, quòd licèt ipsa feuda dignitatum sint indiuidua, tamen administratio iurisdictionis, & commoditas talium feudorum bene possunt tempore diuidi, absque alio consensu directi domini,vt dixi supra in 1.oppo.Bar.¶Secundò limita, [a] quod si in diuisione vni fratrum obueniret totus Marchionatus vel Comitatus,alij verò certa bona allodialia,talis diuisio sine consensu directi domini valet, & tenet, quia quo ad Marchionatū non est diuisio.ita sing.tenet Bald. in d.§. præterea ducatus.col. fin.quem refert,& simpliciter sequitur dom.Alex.in consi.18.2. vol.quod incipit visis capitulis initis.col. pen. ad fin.& in consi. 60.3.volum.quod incipit visis dubitationibus, vbi etiam tenet, quòd talis diuisio præiudicaret filijs. ¶Tertiò sing.limita,quòd quicquid sit de iure, tamen est generalis consuetudo in Italia, & in Lombardia, quod omnia feuda dictarum dignitatum excepta Regali possunt diuidi absq; consensu directi domini,secundum Ioan.And.in addi.Spec.in titu.de feud.super rub.col.pen. & ante eum Old.Laudensis in consi.237.quod incipit perlectis. idem tenet And.de Isern.summus feudista in c.omnes filij.si de feud.defun.conten.sit inter dom.& agna.& in d.c.præterea ducatus.do.Alex.in præalleg.consi.18.& in d. consi.60.3.volum.& in consi.256. vol. quod incip. attentis narratis in themate.in 3. col.in princi. vbi esset consuetudo diuidendi talia feuda dictarum dignitatum, tunc possent diuidi sine consensu directi domini, quia nullum ius est merum positiuum, quod consuetudine mutari non possit.l.de quib.ff.de legi.secundum Bald.in d. §.preterea ducatus.col.1.Feuda autem inferiora possunt diuidi irrequisito consensu domini,vt est tex.in d.§. preterea ducatus. quia feudum,vt dixi,æquiparatur vsufructui, qui potest diuidi. l.1.§.si vsusfructus.supra ad leg.Falcid.& dicit Barto.in l.& ideo in prin.ff.de condi.furt. quòd feuda possunt diuidi exceptis quibusdam.& Bart.in l.arbor.§.fin.ff.communi diui. Spec.in tit.de feud.§.quoniam.versic. 34. & latius Bald. & alij in d.§. præterea ducatus.Bald in c.vno delegatorum.colum.pen.de offic.deleg. & in l.si plures.col.1.ad fin.C.de condi.inser.vbi dicit,quòd omnia feuda regulariter sunt diuidua inter heredes, qui sunt de sanguine, nisi sit feudum regalis dignitatis, & idem Bald. in l.si familię.C.fam.ercisc.& in l.voluntas.C.de fideicommis.quamuis contrarium teneat glo.& malè in l.communi diuidundo.in princip.in glo.magna ad fin.& ibi per Bald.ff.communi diuid. similiter vassalli sunt diuidui, secundum Spec.in d.tit.de feud. §.quoniam. versi.31.& possunt vassalli diuidi numero inter dominos,secundum Bald.in l.liberti liberteque.col.fin.C.de oper. libe.per Bald.in d.l.si plures.col.1.ad fin.sed aduerte pro magna limitatione,quòd licèt in diuisione aliorum bonorum sufficiat vnum ex socijs prouocare ad diuisionem, quia nemo compellitur stare in communione.l. si non sortem. §. si centum. supra de condi.indebit. tamen in diuisione bonorum feudalium, ad hoc vt fieri possit,debent omnes conuassalli conuenire,& concordare,aliàs non potest fieri diuisio, & sic vnus solus non potest prouocare ad diuisionem feudi.Istud vult sing.text. si bene ponderetur in d.§. preterea ducatus. in versic. consortes voluerint.requiritur ergo consensus aliorum. & cùm ille tex.permittat diuisionem cōtra naturam feudi, debet intelligi in proprijs terminis, nec à verbis text.est recedendum. ita sing.tenet dom. Abb.in consi.83.quod incip. quamquam in his dubijs. col.pen. vbi dicit,quòd istud non reperit per alios ponderatum. Tu dic, quod contrarium.& melius tenet And.de Iser.in d.§.præterea ducatus.de prohib.feud.alien.per Frid. in feud.in 1.col. & latè do. Alexan. in præalleg.consi.255.vol.in 4.col. & seq.& non debet sumi argumen.à contrario sensu in d.§.præterea ductus.duplici ratione,prima, quia resultaret absonus intellectus,glo.in l.2. C.de condi.inser.facit.l.conuenticulam. C. de Episco.& cleric. Secundò, & fortius, quia specialiter in iuribus feudalibus non habet locum argum.à contrario sensu,vt latè dixi in l.1.in prin. supra de offic. eius,cui man. est iurisdic. dixi etiam in præludijs feudorum.& prædicta bene not. quia vtilia sunt. ¶In 5. & seq.
32 quæstio. Bart. † tractat materiam interesse, qualiter obligatio facti,item ad restituendum comittatur ad interesse,& an factū post moram remaneat adhuc in obligatione, & an reus possit [b] præcisè cogi ad faciendum, [b] deinde ponit practicam, & formam libellandi, vt hic per eum diffusè, quem per te videas, insistam solùm in eo,quod est proprium huius.l.in versic.Celsus. quando factum simpliciter est in obligatione, in quo facias regulam, quòd regulariter in obligationibus facti non tenetur qs præcisè ad factum, sed soluendo interesse liberatur, vt hoc tex. & in l.si quis ab alio.de re iudi.§.fin.in versi. in omnibus faciendi obligationibus. ¶Limita istam regulam,quando obligatio ad factum inducitur à l.præter propositum principale eius,qui obligatur, tunc indistinctè potest compelli præcisè ad factum. l.si cùm exceptione.§. sed & si quis. in versi. [omnimodo facere compellatur.] & ibi Bart.ad hoc not.quod mer.causa.& ita etiam tenet Bar.hic in 8.quest. vbi ad hoc etiam allegat quamplurimas alias. ll. alleg. per Mar.de Fano.& assignat rationem, quia quando lex inducit obligationem, non curat, an intersit, vel non, ideo obligatio redditur præcisa. & ita transeunt cæteri, qui nihil addunt. ¶Tu adde Bart.in l.1.§.1.in 2.col.supra de oper.nou.nun.& tex.in l.illud conuenit.& ibi Bart.& Angel.ad hoc not.C.de execu.munc.lib.10. Bald.in l.nec patronis.ad fin. C.de oper. lib. vbi dicit istud esse inductum propter auctoritatem.l.non contemptibilem.secundò adde illud,quod tenet do. Abb.in cap.1.in vltim.not.de sponsa.vbi tenet,quòd potest præcisè compelli maritus, vel vxor, vt in vnum redeant, & simul cohabitent,nec præstando interesse liberarentur, eo quia obligantur ad cohabitationem ex l. diuina & humana. allegat do. Abb.not.per Bar.hic.Tertiò adde facere,quòd in voto præcisè compellitur obligatus ad votum exequendum,nec sufficit præstare interesse.c.quòd super his. de voto. & ibi dom. Abb. in 1. not.assignat rationem,quia de iure diuino quis obligatur ad votum. cap. licèt.de voto. dum in psalterio dicitur, [vouete, & reddite,] ergo cùm talis obligatio facti inducatur à l.est præcisa ad factum,nec sufficit prestare interesse: sed caue,quia Bar. alibi in l.3.§.Sabinus.supra de cessi.bon.tenet,quòd vbicunque l.dicit quem præcisè teneri ad factum, tunc cessio bonorum non admittitur, sed potest præcisè compelli, illud non videtur esse bene dictum per istam regulam Bar. hic, cùm semper obligatus ad factum ex dispositione.l.teneatur præcisè facere.¶Secundò principaliter fallit dicta reg. vbi quis obligatùr ad factū ex dispositione testatoris,& sic ex voluntate, tunc tenetur præcisè facere,nec soluendo interesse liberaretur.l. fideicommissa. §.fin.de leg.3.secundum Bart.hic in 8.quæst. assignantem duplicem rationem. prima, quia voluntas testatoris est lex.§.disponat.in Auth.de nup.ergo est idem, quòd in obligatione legali. secunda fauore vltim.volun.sequuntur Angel. Imol. & domi. Alexan. hic, sed Ludo.dicit, quod text.in d.l.fideicommissa.§.fin. allegatus per Barto. non probat istam limitationem, eo quia ibi erat expressum à testatore, quod per ipsum faceret, nimirum si tunc soluendo interesse non liberatur,quemadmodum quādo esset grauatus proprijs manibus facere.l. vnica.§. ne autem. versic.sin verò talis. C.de cad.tollen.sed tu aduerte, quod in d.§.ne autem.quem alleg.Ludo.bene est text. quod quando testator grauauit aliquem de faciendo aliquid proprijs manibus, quod tunc non potest facere per substitutum, eo quia censetur electa industria personæ, sed per hoc non sequitur, quòd soluendo interesse non liberetur. Confirmo,quia Bart. hic reprehendit distinctionem illorum, qui dicunt,si quæramus an obligatus ad factum teneatur præcisè facere,distinguunt. Aut in obligatione facti est electa industria personæ, & tunc coguntur præcisè facere,

ADDITIONES.

[a] ¶Limita.Adde,quòd hæc limitatio non facit ad propositum,quia dare vni bona allodialia,& alij bona feudalia non dicitur fieri diuisio Commitatus,vnde tu limita conclusionem non procedere, quando in feudo Commitatus, vel Marchionatus essent concessa plura loca, vel castra, quæ haberent iurisdictionem separatam,quia tunc in illis caderet diuisio.ita limitando tex.in d.§.præterea ducatus.consuluerunt Franc.de Ramp.& Calde.quos refert, & sequitur Socin.consi.66.in 7.colum.versi.quarto respon.duplicato in consi.115.& ibi quando feuda Commitatus diuidantur, & per eundem Socin. in consil. 203. colum.fi.versi. secundo dico.& in consi.272.col.2. circa medium,& in consi. 278.col.1.& seq.

† De quo dic,vt per Cur.tract.feud.quarta parte,versi. aggredior. num.121.& alijs sequen.vbi ponit duas Regu. principa. quas doctè & copiosè, & de suo more examinat Clar.§.feudum.quæst.44.Boer.quæst.46.Rube.Alexan.consi. 133.Tiraq.de iure primige.quæst.4.nume.19.vbi ponit Reg.cum fallen. à nu. 20.vsque ad num.60.pro quib.etiam vide Dec.in c. prudentiam.colum.5.de offic.deleg. MASVER.

[b] ¶Faciendum. Adde,quæ scribit Suarez.lib. commu.opi.versi. factum Villalob. inter commun.opin.lib.13.versi.obligatus Vinc.commun. opin.lib.2.conclu. 200.& distingue,vt per Pract.Papien.for.libel.Act.Real.ven.& in florenis,vbi pulchrè,& ad praxim differit.

facere,nec soluendo interesse liberarentur, vt etiam tenuit glo. in d.l.si quis ab alio.in fin. aut non est electa industria personæ, & tunc secus.istam differentiam,vt dixi,reprehendit Bar.hic,& latius Alex.col.pen.ergo inductio Lud. cōtra istam fallentiam Barto.non est bona, sed tu aduerte, quòd pro illa distinctione quam Barto.& alij reprehendunt,tamen facit bonum,& stringens fundamentum,quia in obligationibus facti facilius admittitur,quòd vnus faciat,& adimpleat per alium, quàm ꝙ soluat interesse.tex.est ad hoc peregrinus, & sing.in l.de pollicitationibus. ff. de pollici. sed quando est electa industria personæ,non potest quis facere per alium. l. inter artifices.de sol.ꝯ. & l.nemo est qui nesciat.ꝯ.de duob.reis.ergo multominus poterit soluere æstimationem,& sic interesse. ¶Vltra Ludo.posset dici,quòd text. in d.l.fideicommissa.§. fin.ex alio non probet fallentiam Bart.& Docto.quia ibi illud opus debebat fieri Reipublicæ,cuius fauore præcisè compellitur ad tale factum, & ita illum tex. intelligit Bald.in l.vnica.in penult.col. C.de senten.quæ pro eo, quod interest,licèt dom.Alex.hic reprobet, quia text.ibi non se
33 fundat in fauore publico.¶†Vltra limitationes Bar.supra scripta regula tertia fallit, quando in promissione facti interuenit iuramentum, tunc propter iuramentum obligatur præcisè facere,nec soluendo interesse liberaretur,vt est glo.reputata sing. in l.si pecuniam.in princip.in glo.paruula.in versi.necesse.supra de condi.ob cau. iste est latus, & disputabilis passus,quem latè examinat Lud.& do.Alex. hic, sed quia eum plenè examinaui in d.l.si pecuniam.in prin.ad ea quæ ibi dixi me remitto.¶Quartò sing.limita, quando est tale factum, quod faciliter,& de leui potest expediri, tunc præcisè compellitur ad tale factum, ita sing.tenet supremæ auctoritatis apud Cano.Ioan.And.in addi. Spec.in tit.de reb.eccles. non alienan.§.1.in addi.quæ incip.non fuerunt isti libelli.sequuntur Ang & Cuma.hic. Angel.in l.in stipulationibus.§.operarum.ꝯ.eo. quamuis ipsi corruptè allegent Ioan.And.in addi.Spec.in tit.de empti.& vendi. in §.sciendum. in addi.quæ incip.de emp.locaretur.vbi nihil dicit de hoc. Istā limitationem reprehendunt Imol.Ludo.& Alex.hic,per istum tex.dum loquitur de obligatione facti, scilicet rem tradi, quod quidem de facili potest impleri,& tamen præcisè non tenetur, sed soluendo interesse liberatur, vt hic,& l.si fundum certa die. ꝯ.eo.tu autem pro ista sing.limitatione Ioan. And.adde facere, quòd vbi quid potest de leui impleri, tunc cessat iuris dispositio:hinc est,quòd conditio potestatiua non trahitur retro.l.potior.& l.qui balneum.ꝯ.qui po.pig.hab. quia potuit de facili statim impleri, vt dicit Barto.in l.si is qui pro emptore.in antepen. char.supra de vsucap. ¶Quatuor alias fallentias ponit domin. Alex.quas per te videas.vltra eum quinque alias fallentias enumerat Bald.in addi. Spec.in titu.de interesse. versi. & not.quòd aut merum factum.Alio modo limitat Ludo. Rom.vt ista regula non procedat de æquitate canonica, vbi obligatus ad factum,indistinctè potest cōpelli præcisè vt faciat, si potest adimplere, per c.qualiter.de pac. & quia inter simplicem loquellam & iuramentum, Deus non constituit differentiam. 22.quæst.5. cap.iuramenti. sed vbi in obligatione facti adest iuramentum, cogitur pręcisè ad faciendum, vt tetigi remissiuè.ꝯ. in secunda fallentia. ergo idem erit de iure cano. quando simpliciter promisit factum. dicit tamen Ludo. se decisiuè istud non affirmare,& potuit moueri, quia inter ius canonicum, & ciuile non debet induci diuersitas,si potest euitari.c.cùm expediat.de elec. in 6.c.1.& 2.de oper.nou.nun. Adde,quòd istam limitationem latè tenet dom.Abb.in c.veniens.col.pen.& vltim.de iureiurand. vbi reprobat dom.Ant.de But.tenentem contrarium. idem te-
34 net dom.Abb.in c.per tuas.de arbit.¶† Vltimo pro complemento istarum limitationum adde, quòd in omnibus casibus & fallentijs,in quibus obligatus ad factum potest pręcisè compelli vt faciat, in omnibus illis potest etiam extrahi de domo, & de omni alio loco vt faciat, præsertim quando est admixtum delictum fugę.ita sing.ampliat Bal.nec alibi recolo me legisse in l. ex omnibus. per illum text. C. de decur. libr. 10.& ita etiam limitatur.l.plerique.supra de in ius vocandi. ¶Ista sufficiant,quando factum simpliciter est in obligatione circa obligationem rem tradi, quæ etiam est facti, vt hoc text. sed non
35 simpliciter.¶†Bar.in 8.q.in tertio casu facit duas conclusiones.
* Prima est *communiter approbata*, quòd si obligatio tradi rem sit ex empti.& vendi & venditor habeat facultatem rei tradendę, tenetur pręcisè tradere, nec soluendo interesse liberatur, vt tenet glo.reputata sing.in §.pretium.insti.de empt. & vendi.quia talis obligatio non continet merum factum, vt dicit gloss.in l. certi conditio.in prin.in glo.3.supra si cer. pet.sed habet annexam causam bonorum.l.in conuentionalibus.in fin.ꝯ. eod.vnde si est dominus,vel quasi transfert dominium,vel vsucapiendi conditionem.l.ex empto.in princ.ꝯ.de actio. empti.& l.si ita.
* §.1.ꝯ.de contrah.emptio. & ita *Bar. & communiter Docto.* hic, & in l.certi conditio. in prin. cum concord traditis per do.Alex. hic in pen.colum.adde bonum tex.in l. si quis alienam.& ibi gl. supra de actio.empti. ¶Limita in vno casu singulari, quando venditur quid incertum consistens in spe, & pendens à futuro euentu,nam spe verificata,& deducta ad certitudinē, qui vendidit,& habet facultatem rei tradendę,non cogitur tradere,sed liberatur præstando æstimationem, & sic interesse.text.est sing. in l.si iactum retis. ꝯ. de act. empt. vbi quis vendidit iactum retis,& rete iecit, & pisces extraxit, quos potest capere,& tamen non cogitur pręcisè,sed liberatur soluendo æstimationem.quē text.ad hoc reputat singu. & mirabilem,nec hucusque ad hoc ponderatum Ludo.hic, & sequitur simpliciter Alexan.tamen ante eum Cuma.hic in pen.col.allegat illum tex.contra prædictam conclusionem Bart.¶Secunda conclusio Bart.est ꝙ obligatio rem tradi, ex alia causa quàm iurisdictionis, puta ex simplici stipulatione,cōtinet merum factum,vt hoc tex.& l.si rem tradi.ꝯ.eo.& l.fundum certa die præstari.ꝯ.eod.& tunc indistin-
* ctè pręstando interesse liberatur.*secundum Bar. & omnes hic.*¶Limita duobus notabilibus modis. Primò,quando dominus directus vasallum verbaliter inuestiuit de feudo, tunc cogitur pręcisè tradere possessionem feudi,nec soluendo interesse liberatur.tex.est formalis in c.si facta.si de feu. defun. conten.sit inter dom.& agna.& tex.in c.1.§.fi.de no for. fid.in feud. Bal.in c.1.col.3.de conten.inter dom.& vassal.de inuest.feu. & Ludo.& dom.Alex. hic. ¶Secundò fallit, quando quis tenetur tradere, puta fundum ex causa dotis,tunc cogitur pręcisè ad tradendū, nec soluendo interesse liberatur.tex.est no.in l.fin.C.ad Velleia. in versic. omnimodo compellatur adimplere. quod verbum omnimodo sonat in præcisam, & actualem coactionem traditionis,vt not.Bart.in l. si cùm exceptione.§.sed & si quis.ꝯ.quod met.causa.& in simili Bart.in l.1. supra iudi.solu.& ita per illum tex.in d.l.fi.tenet Bald. Nouellus in tract.de dote.in quarto pri-
36 uilegio septimæ partis.¶† Vltimò Bart.tradit practicam præsentis materiæ,declarando qualiter debeat formari libellus, in petendo factum vel interesse, & prosequitur tres modos libellandi,quos ponit glo.magistra.in l.1.in prin.ꝯ. de act.emp.vt hic per eum,& plenè ponit Spec.in tit.de fru.& interes.§.viso.versi. si autem factum.cum seq.& ibi Ioan. And.in addi. quę incip. Cyn.dom.Anto.de Butr.in c.olim.per illum text.de censi.adde glo.valde not.in l.2.§.fin.ꝯ.eod.& ibi Pau.de Castr.& do. Alex. eam not.& ibi dicit Bal.quòd illa glo.est mirabilis,& ꝙ eam allegant valentes Docto.ꝙ procedit libellus alternatiuus, peto factum vel interesse,propter incidentiam,quam habet cum prin. de quo per Bar.hic in 7. quæst. & an interesse possit peti conditionaliter si factum non præstetur,glo. est notabilis,ꝙ sic in d.l. 2.§.item si in facto.quam dom.Alex.ibi simpliciter ad hoc not. sed vide ibi latius per Are.in 4.& 5.col.post Lud.ibi,ponit Bar. hic in tertio modo libel.¶Item aduerte, ꝙ si promissor facti decessit relictis pluribus hæredibus, & post moram ago contra vnum ex hæredibus ad factum, vt consequar interesse, potero consequi interesse insolidum contra vnum tātum.secus si agerem principaliter ad interesse,qđ est diuiduum, secūdum Pau. in l.2.§.ex his.ꝯ.eod.& ibi dom.Alex.in 3.col. qđ est singulariter tenendum menti secundum eos, & ista est vtilitas in practica ad doctrinam Bart.hic, & per ista cum laude Dei sit positus finis huic scholasticæ repetitioni huius subtilissimę l. stipulationes non diuiduntur.in 1.r.lectionib.24. Martij. 1506.

S V M M A R I V M.

1 *Quando stipulationi facti adijcitur certa dies, ante illam diem non potest effectualiter agi,nec ante dicitur stipulatio committi.*

§. Si quis ita. Iste.§. venit ad declarationem huius.l.in prin.in versi.Celsus.vbi dicitur, ꝙ in obligatione facti succedit obligatio ad interesse post moram,an intelligatur post moram cœptam in non inchoando,an post moram completam in non perficiendo,& continet duos casus, secūdus est ibi,p,lanè stipulatio facti cum adiectione diei,die adueniente committitur,aliàs vbi non est dies,cùm inceperit esse in mora inchoandi,ad particulare interesse committitur.hoc dicit. ¶Pro intellectu literæ aduerte.nam text.videtur sibijpsi contrariari.nam primò dicit, ꝙ contra promissorem agi non potest, nisi totum tempus transactum sit, posteà dicit,ꝙ statim potest agi,cùm promissor fuit in mora inchoandi.dic,ꝙ sunt diuersi casus,& differt principium à ver. planè.in tribus secundum Bart.& Ange.primò, quia in princip.stipulatio incepit à præcedenti conditione.sed in versic.planè.incepit à præcedenti conuentione.Item in princip. fuit adiecta dies.secus in versi.planè.& ista est bona.item in prin.fuit adiecta etiam pœna.sed in versi.planè.nulla fuit adiecta pœna. Discutiamus breuiter

breuiter istas differentias pro intellectu text. ¶ De prima differentia parum est curandum secundum Imo. & Pau. de Cast. & dom. Alexan. quo ad iuris effectum, de quo quæritur. Item licèt in princi. non præcesserit conuentio per stipulationem, tamen præcessit contractus locationis, & patet ex text. ibi [ex quo locatum est opus.] do. Pet. de Bexu. saluat Bart. ab ista obiectione, quòd Bar. bene dixerit in princ. istius text. stipulationem incipere à præcedenti conditione, considerata forma ipsius stipulationis, non autem considerato contractu locationis, qui est diuersus à stipulatione, sed istud non satisfacit, nec habet rationem diuersitatis. ideo pro ista differentia Bar. dic, quòd bene facit text. qui formaliter dicit [si ante calendas Martias primas opus perfectum non erit, tũc quanti id opus erit, &c.] & sic secundum seriem stipulationis positæ in tex. incepit à præcedenti conditione. & ita etiam tenet glo. 1. & glo. in versi. ante calendas. in fin. Sed ego fortiter arguo contra istam primam differentiam Bar. & Ange. quia si in prima parte solùm fuisset stipulatio conditionalis hoc modo, si ante calendas Martias opus perfectum non erit, hoc est, si non ædificaueris mihi domum in tali loco ante calendas Martias, tunc quanti id opus erit, tantam pecuniam promittis, certè non esset verum id, quod subdit litera, ex quo opus locatum est, nam si non præcessit nisi stipulatio conditionalis, certè stipulatio conditionalis non potest inducere locationem, quia illud, quod est in conditione, dispositionem aliquam non inducit. l. si quis sub conditione dandorum decem. supra si quis omis. cau. testam. nisi subtilizando diceres, prout arguit domini Pet. de Bexu. quòd partes apponendo talem stipulationem conditionalem videntur consentire, quòd sit locatio purè, quæ solo consensu fit. per text. in l. si stipuler. §. fin. supra eod. vbi dicit text. quòd si locando, & conducendo quis ad interrogationem non respon. licèt stipulatio nõ valeat, tamen valet locatio, quæ non verbis, sed consensu fit. idem in casu nostro, cùm partes apponendo conditionem stipulationi consenserint, quòd conditio impleatur. l. si quis locuples. in fin. supra de manumis. testamen. ergo stipulando si opus tali tempore perfectum non erit, videntur partes locationem, & conductionem cõtrahere, quod si est verum, est pulchrum, & subtile, sed non credo, quòd sit verum per fundamentum, quod supra feci. vnde tutius est tenere, quòd in hoc text. præcesserit locatio simplex, quamuis stipulatio à conditione inceperit. ¶Secunda differentia est, quam Bar. dicit esse not. quòd in prima parte fuit adiecta dies, & tunc nunquam committitur stipulatio ad interesse aliquo modo ante diem, vt hic, & in l. insulam intra biennium. infra eod. sed in secunda parte non fuit adiecta dies, quo casu, quàmprimum incepit esse in mora inchoandi, committitur stipulatio ad particulare interesse, licèt non transierit tempus, quo potuit perfici, vt hic, & d. l. insulam. & ita etiam tenent Imo. Ludo. & dom. Alex. hic, & Barto. in l. cùm stipulatus sim mihi à Proculo. post gloss. ibi, & ibidem Ange. & Imo. infra eod. quamuis in hoc contrarium tenuerit Angel. & Pau. de Cast. hic, & alij relati per dom. Alex. ad quem in hoc latius te remitto cum concor. per eum adductis. Teneas istam differentiam, quæ est bona, & apta ad istum tex. ratio fundamentalis est, quia quando dies est apposita à partibus, talis dilatio temporis censetur esse apposita fauore promissoris. l. eum qui calen. §. quoties. & l. stipulatio ista. §. inter certam. supra eodem. ideo promissor ante conueniri non potest, quàm tota dies sit lapsa, sed quando dies non est apposita ex conuentione partium, tunc tacitè intelligitur. à l. dies qua possit opus fieri. vt in l. seq. vnde eo ipso, quòd incipit esse in mora inchoandi facere, statim committitur stipulatio ad particulare interesse contra eum. vt in secunda parte tex. & sic ex isto text. & ex ista secunda differentia habes notare, quòd plus operatur dies expressa, quàm dies tacita veniens ex natura promissi, quia prima magis suspendit, quàm secunda, & si dicas, si dies tacitè inducitur à l. ergo expressio nihil operatur. per regulam l. non rectè. C. de fideius. & l. 3. supra de leg. 1. respon. Bart. in fin. secundum subtilem Petr. de Bellaper. quòd non pariformiter exprimitur, quia quando partes apponunt diem, apponunt prolixiorem, seu longiorem arbitrio promissoris. l. stipulatio ista. §. inter certam. supra eodem. sed si non exprimatur, tacitè inerit secundum naturam rei, & non prolixior, ergo exprimitur aliter, quàm tacitè insit. ¶Tertia differentia est, quia in prin. pœna fuit adiecta in stipulatione, sed non in secundo casu, secundum Bar. & Ang. & Imo. rõ est duplex, prima, quia pœna nunquam committitur etiam pro parte nisi, transiuerit tantum tempus, infra quod opus promissum explicari possit. l. ita stipulatus. & l. cùm ita stipulatus sim mihi à Proculo. ff. eo. quia pœnalis stipulatio venit committenda ex euentu conditionis, quæ conditio non scinditur. l. cui fundum. ff. de condi. & dem. & l. eas causas. sed ad interesse cõmittitur stipulatio propter morã, ideo si pro parte cœpit esse in mora, committi debet stipulatio pro illa parte ad particulare interesse, vt hoc text. in fin. secunda ratio est, quia pœna adijcitur loco totalis interesse, & sic claudit in se totale interesse. l. fin. ff. de præto. stipula. ideo non potest committi pro parte, respectu particularis interesse, quia vbi est pœna, non inspicitur interesse, & sic pœna non commensuratur ad interesse. l. stipulatio ista. §. alteri. s. eod. Ista prima differentia est vera in se, sed non adaptatur verbis tex. quia in prima parte non apparet, quòd fuerit promissa pœna, sed solùm interesse, vt patet in tex. ibi, [quanti id opus erit,] secundum Pau. de Cast. Secundò, & fortius secundum dom. Alex. si in prima parte fuisset adiecta pœna, certè mero iure debuisset committi pœna ante diem calendarum Martiarum, quamprimum constitisset opus fieri non potuisse, vt est tex. in l. cùm stipulatus sim mihi à Proculo. vbi glo. & omnes. ff. eo. cuius contrarium vult ista lex, cùm dicit [non ante diem promissionis cedere,] quę verba denotant nullo modo esse commissam stipulationem. l. cedere diem. ff. de verbo. signi. ergo necesse est dicere, quòd in hoc prin. non fuit adiecta pœna, sed venit interesse, quod non committitur aliquo modo ante diem. l. insulam. ff. eo. & sic tene secundam differentiam, quæ vera est. ¶ † No. ex prima parte, quòd quando stipulationi facti adijcitur certa dies, ante illam diem non

1 potest effectualiter agi, nec ante dicitur stipulatio committi. limita signanter istum tex. procedere in stipulatione, & sic in cõtractibus stricti iuris, vt hic, & l. insulam intra biennium. ff. eo. secus est in contractib. bonæ fidei, in quib. quàmprimum constat opus fieri non posse, statim committitur stipulatio ad totale interesse, etiam quo ad exactionis effectum etiam ante diem, vt l. si in leg. §. si domus. & ibi Bar. & Raph. Fulg. ita limitant per illum text. supra. loc. & sic omnes. ll. huius titul. quæ loquuntur de commissione stipulationis, quando opus debet fieri, debent intelligi, quando opus fieri est in obligatione ex contractu stricti iuris, secus si ex contractu bonæ fidei. idem tenent Io. de Imo. Cu. & do. Alex. hic, & latius do. Alex. in l. in illa. la 1. s. eo. Tu dic melius, quòd tex. in d. §. si domus. non facit pro ista limitatione. nam ibi aliquis conduxerat habitationem domus ad quinquennium, & eam deseruit, certè locator potest statim totius quinquennij pensionem petere non expectando singulos annos, quia propter culposam desertionem conductoris cessat causa dilationis, per consequens ergo debet cessare dilatio. l. à filia. §. alumno. s. ad Treb. & in hoc ille text. est valde sing. & ita etiam tenent Pau. de Cast. & Are. in d. l. in illa. & Pau de Cast. in d. §. si domus. & istud est verus. ¶Capio glo. in versi. cedere. quæ timore contrarij duob. modis intelligit text. oppono ergo contra tex. qui vult diem promissionis cedere, quando dies est apposita stipulationi, & non ante. istud est contra l. cedere diem. ff. de verbo. signifi. vbi dies apposita non impedit ortum obligationis & actionis, timore huius contrarij gl. dupliciter respondet. primò fatendo cõtrarium, quòd licèt mero iure ante sit nata obligatio, tamen non prius cedit, scilicet cum effectu. Istam sol. tenet Bart. in l. cùm stipulatus sim mihi à Proculo. in prin. per illum tex. ff. eo. tene secundam sol. gl. quòd hic non solùm erat dies, sed etiam conditio, si opus non esset perfectum ante calendas Martias, & conditio bene impedit. d. l. cedere diem. ¶Capio glo. in versi. ante calendas. quam diuide in duas partes. ¶In prima declarat tex. quòd ista verba ante, vel post calendas. intelliguntur, scilicet finitas. ratio est secundum glo. quia ita accipiebatur inter eos, & sic ita erat inter eos conuentum, quòd ista verba ante, vel post calendas intelligerẽtur. s. finitas. ista est truffa, & manifesta diuinatio. Dic melius, istam esse interpretationẽ iuris, quòd talia verba sic intelligantur. l. qui ante calẽdas. & l. eum qui ita. §. qui ita. el 2. vbi dixi. s. eo. & ratio, quia censetur apposita fauore debitoris. vt maiorem dilationẽ habeat, quia verba dubia debent interpretari contra stipulatorem. l. stipulatio ista. §. alteri. ver. in stipulationib. s. eo. ¶In secunda, quæ est ibi, & not. quòd talis est ratio. gl. per viam notabilis dupliciter remouet vnã oppo. quæ posset fieri contra rationem tex. nam tex. dicit, diem promissionis post calend. Mart. cedere, quia nec ante calendas reus conueniri poterat, ista ratio melius staret ècontra, quòd reus ante conueniri nõ potest, quia ante nõ cedit dies. gl. fatetur, quòd ratio tex. melius staret hoc modo: vel secundo, & subtilius. respon. glo. quòd hic opus facere non erat in stipulatione purè, quia stipulatio inceperat à conditione, si ergo ante calendas agi non potest, quando stipulatio inceperit à conuentione, ergo multo minus, quando incipit à conditione. ita vult arguere tex. & istud est melius. ¶Capio glo. in verbo possit. quæ format duo contraria, quæ de directo videntur esse contra text. & vtrique contrario dat quinq; sol. sed ad vtrunque contrarium tene solutionem Ioannis positam in glo. quam tenent omnes, vt dicit Bart. quòd contraria loquuntur quo ad totale interesse. sed iste text. loquitur quo ad particulare interesse, quia non inchoauit facere.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio simplex, & pura quo ad verba ex natura rei in stipu. deducta, vel ex loco destinatæ solutionis, dilationem recipit. Item stipulatio serui hæreditarij, vel capti ab hostibus habet tacitam conditionem.*
2 *Quædam sunt stipulationes, quæ habent tacitam conditionem, & quædam, quæ habent tacitam diem.*
3 *Quando patronus stipulatur à liberto operas, inest tacita conditio si indicentur.*
4 *Si seruus hæreditarius stipulatus est hæredi futuro non expresso nomine proprio hæredis, non acquiritur hæreditati iacenti, quia ei non fuit stipulatus, nec hæredi futuro, quousque sit adita hæreditas.*
5 *Quædam stipulationes habent tacitam diem, vt quando quis stipulatur dari in alio certo loco, nam inest tacitum tempus, quo ibi perueniri possit.*
6 *An ante euentum diei actio sit nata.*

LEX XXXIII.

1 INterdum. † Stipulatio simplex, & pura quo ad verba, ex natura rei in stipulationem deductæ, vel ex loco destinatæ solutionis dilationem recipit. Item stipulatio serui hæreditarij, vel capti ab hostibus habet tacitam conditionem.
2 hoc dicit vsque ad §. fin. ¶ Pro intellectu tex. † & glo. & eorum, quæ tradunt Bar. & Doct. aduerte, ꝙ quędam stipulationes habent tacitam conditionem, & quædam habent tacitam diem: de primis ponit tex. tria exempla. Primum, quando stipulatur aliquid, quod non est rerum natura, sed esse speratur, vt quando stipulatur quis fructus nascituros, aut partum nasciturum, nam habet in se tacitam conditionem, si nascentur, vt hic, &
3 expressius dicit tex. in l. 1. ad fi. ff. de condi. & demon. ¶ † Secundum exemplum est, quando patronus stipulatur à liberto operas, nam inest tacita conditio, si indicentur secundum Angel. Imo. & Pau. de Castr. & Bexu. & nemo contrarium dicit. vnde si patronus stipuletur operas certas, puta pictorias, non cedit dies, quousque stipulator declaret locum, vbi velit operas certas præstari. si verò stipulatur operas incertas, non cedit dies, quousque stipulator declaret, quas operas vult præstari, & hoc
* appellat operas indicere, & secundum *Bar. & omnes operæ* antequam indicantur sunt incertæ, vt l. si non sortem. §. libertus. ff. de condi. indebi. Sed licèt omnes ita teneant, tu considera tex. in l. quoties. ff. de ope. lib. alleg. in gl. qui vult, ꝙ stipulatio operarum certarum, vt sunt pictoriæ, habet diem tacitam, sicut quãdo stipulatur dari Carthagine, & sic stipulatio operarum potius habeat tacitum diem quando indicantur, quàm habeat tacitam conditionem, si indicantur. ¶ Tertium exemplum est, quando
4 † seruus hęreditarius stipulatus est hæredi futuro non expresso proprio nomine hæredis, nam tunc non acquirit hæreditati iacenti, quia non fuit ei stipulatus, nec hæredi futuro, quousque sit adita hęreditas, quia ignoratur quis sit hæres, & sic inest tacita conditio si adeatur hæreditas, vt expresse dicit text. hic in ver. si seruus & tex. in l. seruus hæreditarius futuro. ff. de stip. ser. In istis trib. exemplis non nascitur nec obligatio nec actio, antequã dictæ conditiones tacitæ existant. l. 1. ad fi. ff. de condi. & demon. quia tacita conditio ita suspendit, & impedit natiuitatem obligationis, sicut & expressa, vt est glo. reputata sing. in l. item quia. §. 1. ff. de pac. vnde tex. hic dicit, tunc enim incipit actio, licèt glo. & malè suppleat, scilicet cum effectu, quasi sentiat, ꝙ
5 etiam ante mero iure sit nata, & malè. ¶ † Quædam stipulationes habent tacitam diem, vt quando quis stipulatur dari in alio certo loco, nam inest tacitum tempus, quo ibi perueniri possit, vt hic, & l. continuus. §. cùm ita. ff. eod. & l. eum qui calendis. §. quoties. ff. eo. vel quando quis stipulatur domum ædificari, nã inest tacitum tempus, quo possit fieri, & tunc ante euentũ diei bene nascitur obligatio. l. centesimis. in princip. ff. eo. quia statim pure est obligatus dare, vel facere. l. cedere diem. ff. de verb. sign.
6 ¶ Sed dubium † est de actione, an ante euentum diei sit nata. & in hoc tenet Bart. ꝙ licèt dies expressa non impediat natiuitatẽ actionis, quia ante nascitur actio, sed obst. exceptio. l. 1. in fin. ff. quando di. vsufr. leg. ced. facit tex. in l. qui mandatum. ff. mandati. tamẽ si est dies tacita legalis, quæ tacitè inest ex natura rei, vel ex forma contractus, tunc ista bene impedit natiuitatem actionis per istum tex. non destruẽdo eum. & l. si ita stipulatus essem abs te. in versi. [non ante agi posse.] ff. eo. & l. si tutor Reipub. §. fin. ff. de tu. & ra. distr. & cum Barto. tenent indifferenter omnes,
* *& est communis opin.* secundum do. Alex. quam etiam latius tenet Bar. in l. ita stipulatus. in 2. quæst. ff. eo. pro qua adde text. in l. existimo. §. ex hac. ff. eo. in versic. [quando nascatur actio,] & in versi. [non rectè agetur, nisi tempus præterierit.] & sic pondera, ꝙ omnia quatuor exempla tex. æquiparantur, quantum ad impediendam natiuitatem actionis, quãdo stipulatur partum ancillæ, vel fructus nascituros, vel domum ædificari, vel dari Carthagine, quia in omnibus inest tacitè dies legalis, & nunquã incipit actio competere, nisi purificata die, licèt ipsa obligatio bene sit nata, eo quia lex, quæ inducit diem tacitè, noluit obligationem causatam ex contractu partium statim producere actionem, quia ante diem non habuisset effectum. vnde lex nihil operatur frustra, & sic noluit actionem in esse produci, quæ de pręsenti non possit producere effectum, quia lex & natura nihil operantur frustra l. non cogendum. §. Sabinus. ff. de procu. & l. hęc stipulatio. §. diuus. ff. vt le. no. ca. licèt omnes ita transeat, tu potes nouiter tenere contra omnes, quòd in omnibus quatuor exemplis tex. dies legalis tacita, sicut impedit natiuitatem
* actionis, *prout omnes concordant*, ita etiam impedit natiuitatem obligationis, & isto modo intelligendo tex. realiter procedit, & æquiparatio tex. in omnib. quatuor exemplis planè, & sine vlla subauditione procedit, & sic non facio differentiam inter natiuitatem obligationis, & natiuitatem actionis, quia si dies tacita legalis impedit causatum, & sic natiuitatem actionis, certè etiã debet impedire natiuitatem causæ, & sic obligationis, quia obligatio est causa actionis. l. licèt. §. ea obligatio. ff. de ꝓcuratorib. & quicquid est causa causæ, est causa causati. l. manumissiones. ff. de iusti. & iur. ꝙ hoc sit verum, ostenditur, nam in duob. primis exemplis text. quando quis stipulatur partum ancillæ, vel fructus nascituros, res est plana, quia talis stipulatio habet tacitam conditionem, vt est tex. in d. l. 1. ad finem. ff. de condi. & demon. & tacita conditio ita impedit natiuitatem obligationis, & actionis, sicut expressa, glo. sing. & approbata in d. l. item quia. §. 1. supra de pact. in alijs duob. exemplis text. quando quis stipulatur domum ædificari, vel Carthagine solui, in in quibus non est conditio tacita, sed bene inest dies tacita, tunc Bart. & omnes fatentur, ꝙ talis dies legalis tacita bene impedit natiuitatem actionis, vt hoc text. non destruendo eum, sed non impedit natiuitatem obligationis. Istud secundum non video quomodo Bar. & Doct. bene probent, nam l. centesimis. in prin. supra eo. alleg. per eos, nihil facit, eo quia clarè loquitur, quando dies expressa est apposita ab homine. prout etiam loquitur l. cedere diem. ff. de verbo. sign. & in l. 1. in fi. ff. quando dies vsusfru. leg. ced. vnde teneo, quòd etiam in secundis exemplis tex. sicut dies tacita legalis impedit ortum actionis, ita etiam impediat ortum obligationis, quia non credo, quòd posset reddi cõgrua ratio diuersitatis, & obligatio est causa actionis, & quicquid remouet causatum, debet etiam remouere causam, vt prædixi. Et isto modo textus realiter, & planè procedit sine vllo scrupulo, & sine vlla subauditione.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio speciei debitæ purgat moram ipso iure, sed oblatio quantitatis debitæ purgat solùm ope exceptionis.*
2 *Iudex motus ad iudicandum secundum opin. sui præceptoris, excusatur in syndicatu à condemnatione expensarum, licèt iudicauerit contra communem.*

§. Stichi promissor.

† Oblatio speciei debitæ purgat moram ipso iure, sed oblatio quantitatis debitæ purgat solùm ope exceptionis. h. d. sumendo tex. cum intellectu. Diuiditur in duas. In prima loquit̃, quando species est debita. In secunda qñ quantitas. Secunda ibi, certè doli. In primo ergo casu, quando debitor speciei ipsam speciẽ offert, liberatur ipso iure, si postea species pereat. l. quod te. ff. si cert. peta. & l. si seruum. §. fin. ff. eo. quia tunc perit substantia, & fundamentum ipsius obligationis. In secundo casu, quando est debitor quantitatis, & ipsam quantitatem offert, si illa quantitas oblata posteà pereat, liberatur debitor solùm ope exceptionis, vt hic, & l. qui decem. in princ. vbi tex. no. ff. de sol. nam de rigore iuris non liberatur, quia quantitas, vel genus perire non potest. l. incendium. C. si cert. pet. & l. in ratione. el 2. §. incertæ. ff. ad l. Falc. & sic non perit res debita, quia in obligatione generis, vel quantitatis nihil certi est in obligatione. glo. in l. Meuius. §. duobus. de lega. 2. Bart. & alij in l. 2. §. & harum. in vltim. col. ff. eo. & hoc modo habes enucleatam medullam huius tex. ¶ Glo. in versic. moram. ibi, nisi lis. contest. fit, vt infra eodem. l. si insulam. dic, quòd illa lex loquitur, quando vnum petitur, & aliud offertur, vt quando in obligationibus facti petitur interesse, & reus offert ipsum factum, vel quando petitur pœna, & offertur principale, & tunc post litis contesta. non admittitur purgatio moræ, ita loquitur d. l. si insulam.

sed

sed quando illud idem, ꝙ petitur, offertur, & tunc aduerte, ꝙ actualiter potest quandocunq; solui vsq; ad sententiam, & soluendo absoluetur non solùm ab instantia iudicij, sed etiam à debito principali. §. fi. insti. de perpe. & temp. act. & l. si reus paratus. ꝟ. de procur. & isto casu oblatio verbalis non sufficeret post litem contest. l. sed & si alia. ꝟ. de consti. pec. sed bene realis cum depositione, & consignatione. l. obsignatione. C. de solu. nisi oblatio verbalis fieret in iudicio, quia illa habet vim solutionis. l. si rem. la. 1. §. fi. ꝟ. de pign. act. secundum Bar. hic, & in d. l. sed & si alia, & in l. si insulam. in 1. opp. 2. partis. ꝟ. eo. aduerte, ꝙ in vno malè loquitur Bar. dum vult, ꝙ sola oblatio verbalis facta in iudicio habeat vim depositionis, & consignationis, & sic inducit liberationem, per d. l. si rem. §. fi. hoc est contra. l. acceptam. C. de vsu. vbi tex. vult, ꝙ pecunia oblata sit deponenda in loco congruo arbitrio iudi. ꝙ non esset necessarium, si sola oblatio verbalis facta in iudicio liberaret, ideo Bart. met. in l. si debitor offerret. ꝟ. de solu. melius tenet, ꝙ oblatio verbalis facta in iudicio bene prodest, vt detur pignoratitia actio, & mora purgetur. d. l. si rem. §. fin. non autem vt liberetur debitor, & ita etiam tenet Bal. in d. l. acceptam. col. 3. Cum. & d. Alex. hic.

a ¶† Vltimò inquantum Barto. refert, ꝙ legens Pisis more boni discipuli defendit opi. Rayn. de Forli. præceptoris sui, exemplo Cassii, qui sententiam magistri sui bene excusat, vt est tex. in l. dicere. §. 1. ff. de arbi. adde singulariter, ꝙ iudex motus ad iudicandum secundum opi. sui Doctoris excusatur[a] in syndicatu à condemnatione expensarum, licèt iudicaret contra communem opin. quia vt discipulus probabiliter sequitur opin. Doct. sui, ita singulariter tenet dom. Abb. in c. 1. 6. col. de postu. præla. referens fuisse no. dictum Old. Lauden. in l. quæsitum. §. 1. ꝟ. de fun. instru.

ADDITIO.

a ¶Excusatur. Adde, & intellige vt per Bal. in l. fi. C. de pena iudi. qui malè iudi. col. 2. nisi talis Doctor esset solitus tenere opin. insolitas.

Et adde eundem Ias. in l. generaliter. nu. 10. ff. de in ius vocan. & in l. eum. nu. 27. & seq. ff. de re iud. vbi plura in apostil.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio dicitur certa, quando continet certum in substantia, qualitate, & quantitate, aliàs si aliquid istorum deficiat, dicitur incerta.*

2 *Comparatiuum participat de positiuo, & retinet significatum sui positiui.*

3 *Statutum si disponat, ꝙ pro insultu sine sanguine imponatur pœna. 10. cum sanguine maior pena arbitrio iudicis, cum cicatrice puniatur maxima pena, non potest esse nisi pecuniaria.*

4 *Superlatiuum dicitur, quod supremum gradum tenet.*

5 *Si Papa committat causam, quæ sit de subtilitatibus iuris vni grosso Doctori, est iusta causa propter quam potest recusari suspectus, & tanquam suspectus remoueri.*

LEX LXXIIII.

STipulationum quædã certæ sunt. Quando in obligatione venit id, quòd non est variabile ex natura rei, vel promissoris voluntate, stipulatio continet certum, aliàs incertum. hoc dicit cum l. sequen. ferè tota secundum Bartol. sed certè Bar. summauit extraneo

1 modo secundum. Cum. hic. vnde summa aliter. † Stipulatio dicitur certa, quando continet certum in substantia, qualitate, & quantitate, aliàs si aliquod istorum deficiat, dicitur incerta. hoc dicit, cum prin. l. seq. vsq; ad §. fundi. & ista inuestigatio est necessaria, vt sciamus, quæ actio detur. nam quando in stipulatione continetur certum, tunc competit certi condictio generalis. vt l. certi conditio. in prin. ꝟ. si cert. pet. sed quando continet incertum, datur actio ex stipulatu, vt insti. eod. in prin. & in l. si quis certum. sup. si cert. pet. vel melius tunc competit condictio incerti generalis, prout tenui in d. l. certi condictio. in prin. & in l. sed & si me putem. §. cùm inter. vbi est text. ꝟ. de condi. indeb. dixi etiam in l. si pœnã. ꝟ. eo. Item quando stipulatio continet certum, statim potest agi, sed quando continet incertum certificandum ex aliquo futuro euentu, tunc stipulatio dilationem capit, nec statim potest agi, vt in l. præcedenti. in princip. ¶Item aduerte, ꝙ prædicta tria, quæ posui in summario, non semper requiritur, ꝙ concurrant, nisi quando stipulor quantitatem consistentem pondere, numero, vel mensura, vt vinum oleum, vel frumentum. Secus quando stipulor speciem, tunc sufficiunt duo, scilicet ꝙ sit certum in substantia, & in qualitate, vt fundus, ecce substantia, Tusculanus ecce qualitas: vel stipulor hominem Stichum, dum dico hominem, ecce substantia: dum dico Stichum, ecce qualitas, nec in istis speciebus est necesse adijcere quantitatem, & quantitas consistit in toto à capite vsque ad pedes, vt dicit Barto. secundum Perr. de Bellaper. & hoc voluit text. in versi. fundus Tusculanus, & in versi. homo Stichus, & sic tunc quantum, non refertur ad species, vt innuit glo. hic in versi. aurei, & glo. magna in princip. l. sequen. & ibi Barto. & alij Scribentes.

2 ¶† Nota. 1. ex text. ibi, cum id, quod bono melius, &c. illud ad quod tota die allegatur ista l. ꝙ comparatiuum participat depositiuo, & retinet significatum sui positiui. alibi no. Barto. in l. cùm filius. §. pater. supra de leg. 2. quod natura comparatiui est, relinquere formam positiui in extremo, & glo. in l. iubere cauere. in glo. magna circa med. supra de iurisd. omn. iud. alibi dicit Barto. in l. illud. in princ. supra de tribut. quod illud, quod ibi dicit text. & text. in l. minus. ꝟ. de verborum signifi. scilicet, quòd minus dicitur etiam nihil. nam secundũ Bar. est impropriè dictum, qa ibi comparatiuum minus non relinquit formam positiui in extremo. Idem etiam dicit Barto. in l. si seruus legatus. §. si ita scriptum. supra de leg. 1. & istud inducit ad practicam not. Bald. in l. fin. ad fin. princip. ꝟ. si certum petatur. Stante statuto, ꝙ habentes libram seu æstimum in communi à 100. liberis. ꝟ. soluant. 10. & habentes minus soluant. quinq; sub illo minus etiã nullam libram habentes contineri videntur, secundum iura præalleg. nisi illud onus esset impositum personæ pro libra secundum eum, quod valde not. vt scias practicare text. præalleg.

3 ¶† Item adde ad not. huius text. in practi. ꝙ si statutum disponat, ꝙ pro insultu sine sanguine imponatur pœna. 10 cum sanguine puniatur maiori pœna arbitrio iudicis, cum cicatrice puniatur maxima pœna, certè ista maior & maxima pena non potest esse nisi pecuniaria, quia comparatiuum non potest excludere qualitatem positiui, & superlatiuum qualitatem vtriusque, & tunc maxima pœna pecuniaria erit ademptio omnium bonorum. ita decidit not. Bald. in l. 2. in vlt. colum. C. de proba. Item adde, ꝙ comparatiuum nõ solùm debet participare de positiuo, sed etiam debet esse de eodem genere cum positiuo, & non inducere quid diuersum. Vnde si statutum disponat, ꝙ si quis extraxerit mulierem de domo per vim, puniatur in mille, & in plus arbitrio Potestatis, certè Potestas nõ potest vigore dicti arbitrij facere eum decapitari, quia comparatio, & plus, intelligitur de modico pluri in quantitate, & non in alio genere, ita determinat Cyn. in l. cùm filius. §. cùm pater. in addi. de leg. 2. vbi dicit, ꝙ ista quæstio fuit de facto Floren. refert, & sequitur Bald. in l. & si post tres. colum. 11. supra si quis caut. ¶Limita istum not. tex. procedere, quando reperitur aliquid, ad ꝙ comparatiuum comparetur, aliàs secus secundum Bar. in l. si seruus legatus. §. si ita scriptum. ꝟ. de leg. 1. vbi per hoc determinat Bar. quæstionem, ꝙ si statutum disponit; ꝙ si Potestas condemnauerit in aliquo plus, quàm debeat, teneatur restituere condemnato tẽpore syndicatus, contingit, quòd Potestas condemnauit quendam indebitè in tota summa, an ex illo statuto possit in syndicatu condemnari, videtur, quòd non. quia statutum loquitur, quando in aliquo condemnauit indebitè. contrarium determinat Barto. quia illa dictio plus, tunc facit comparationem, quando reperitur aliquid ad quod comparetur aliàs secus per illum text. & per illud, quod dicit de dictione minus, nam etiã nihil, minus dicitur, vt sup. proximè dixi.

4 ¶ † Secundò not. ex text. ibi, at cùm optimum quisque stipulatur, ꝙ superlatiuum dicitur, quod supremum gradum tenet. vnde facit iste text. secundum Ange. ad statutum Bononiæ disponens, quòd causæ grauiores debeant committi Doctoribus optimis. Nam non posset fieri commissio Doctoribus mediocrib. sed solùm obtinentibus gradum supremum in scientia, & in Doctoratu, & qui dicantur optimi, recurreretur ad communem opi. l. cùm delanionis. §. asinam. ff. de fund. instr. & in l. nummis. ꝟ. de leg. 3. referunt, & simpliciter sequuntur Io. de Imol. dom. Alex. & d. dom. Petr. de Bexu. hic. adde not. text. in l. sed & reprobari. §. amplius. versi. valde tamen disciplinatos. & ꝙ ibi pulchrè Bald. no. ꝟ. de excu. tut. Item adde, ꝙ dicitur habere scientiam eminentem Doctor, qui subtiles quæstiones discutere, & diffinire nouit, & in promptu responsiones habet. ita declarat Innocen. in ca. cùm in cunctis. de elect. vbi declarat Innocen. qui dicantur habere scientiam eminentem, & qui mediocrem, & qui sufficientem. Circunscrip. statuto de iure communi causæ subtiles non sunt committendæ grossis Doctoribus, quia sunt suspecti propter imperitiam iuris:

5 † & si Papa committat causam, quæ sit de subtilitatibus iuris vno grosso Doctori; est iusta causa, propter quam põt recusari vt suspectus, & tanquam suspectus

ctus remoueri, ita no. tenet Bal. in l. fi. in 16. quæst. per illum tex. C. de hæred. insti. ꝙ Bal. reputat esse no. ¶ Capio gl. mag. in vers. appellatio, quam diuide in tres partes. In prima opponit contra tex. & soluit, & bene. In secunda refert opi. quorundam, quā reprobat, dic, vt dixi in l. præceden. In tertia opponit ꝯ text. & dupliciter soluit. tene secundam solu. Secunda ibi, quidam tñ dixerunt. Tertia & vlt. est ibi. Item opponitur, quia & in auro.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio vsusfructus fundi dicitur incerta.*
2 *Qui tenetur ad vsumfructum tenetur ad patientiam successiuam.*

LEX LXXV.

Vbi autem.

1 §. Fundi. † Stipulatio vsusfructus fundi dr̃ incerta. h. d. quare autem dicatur incerta attento, ꝙ qui tenetur ad vsuinfructum, tenetur ad dandum. l. 3. §. dare. s. de vsufr. sed stipulatio dandi dr̃ esse certa. §. fi. ī. ea. l. Bar. dicit rationem esse propter patientiæ varietatem, ad quam tenetur promissor. hanc ēt tenet Bal. hic confirmatur, quia qui tenetur ad vsumfructum, tenetur ad patientiam successiuam, vt est gl. in l. plurib. §. si placeat. ī. eo. & glo. in l. corruptionem. C. de vsufr. si tenetur ad patientiam, ergo ad factum, sed facta sunt incerta, & qui tenetur ad factum, tenetur
2 ad incertum. §. qui id, ꝙ. ī. ea. l. † Dic melius, ꝙ imò talis obligatio patientiæ est mixta dandi, & faciēdi, vt tenet Bar. met, & alij sequuntur in l. 2. in prin. s. eo. ista ratio Bar. f̃m Imo. non est bona, quia licèt possit variari patientia de facto, tamen ex iuris dispositione tenetur ad patientiam vniformem, melior ratio est, quare stipulatio vsusfr. dicatur incerta, quia incertum est, quantum durabit vsusfr. vt etiam dicit gl. hic in 3. parte, cùm possit extingui morte, & cap. dimi. d. l. corruptionem. Item est incertum quot, & quales fructus percipiat. & ad hoc facit. §. penul. ī. ea. l. vbi eadem ratione stipulatio vsurarum dicitur esse incerta, quia ignoratur, ꝙ percipietur, & istam rationem ponit ipsemet Bar. in l. stipulationes non diuiduntur. in 4. q. s. eo. Ioan. de Imol. & Mod. hic. ¶ Expeditis tex. capio glo. in versi. deduxisse. quam diuide in 3. par. princ. In prima infert ad declarationem tex. In 2. opp. & tripliciter soluit. Prima sol. est vera. sed dic clarius ꝙ tex. in d. l. tribus. de vsufr. ear. re. q̃ vsu. loquitur in vsufru. improprio rerum mobilium, quæ vsu consumuntur, puta pecuniæ, quo casu transfertur dominium talium rerum in vsufructuario. l. fi. s. de vsufr. ea. re. quæ vsu consum. ideo dicitur stipulatio certa, sicut quando stipulatur dari, & sic dominium. §. fi. ī. ea. l. sed hic loquitur in vsufr. proprio rei immobilis, qui nō consumitur, & in eo non transfertur dominium fundi. In tertia gl. opponit, & tripliciter soluit. tene tertiam conclu. quæ est clara, q' triticaria cōpetit ad incerta. Secunda ibi, sed certè imò certum. Tertia, & vlt. est ibi, item & s. de condi. triticaria.

SVMMARIVM.

1 *Paria sunt esse certum per se, vel per relationem ad aliud.*
2 *Si testator coram notario, & 7. testib. rogatis dixit, quòd ibi testabatur in omnibus, & per omnia, prout continetur in quadam schedula manu sua scripta existente penes Guardianum fratrum minorum, ꝙ testamentum valet & tenet, perinde ac si expressisset coram testib. nomina hæredum descriptorum in tali schedula, & nu. 3. & 4.*

§. Illud. Qui stipulatur partum ancillæ, vel fructus nascituros, incertū teste natura stipulatur. Secus quando stipulatur aliquod, ꝙ de se videtur incertum, sed per relationem ad aliud est certificabile. hoc dicit, vsq; ad. §. qui id, ꝙ. Dubium faciebat in secunda parte, quia illud dicitur esse certum, ꝙ ex ipsa pronunciatione apparet certum, vt est text. in l. præced. ꝙ non est hic, sed Iurisconsul. hic interpretatur, ꝙ imò ex ipsa pronunciatione videatur esse certum de præsenti in rerū natura, licèt quo ad partes sit incertum, & in hoc iste tex. est bene notabilis pro declaratione. l. præceden. in vers. si ex ipsa pro-
1 nunciatione apparet. ¶ † Not. 1. in versic. sed qui vinum. regu-
a lam paria esse[a] certum per se, vel per relationem ad aliud. facit l. ait prætor. §. 1. & ibi not. Bar. & in l. in summa. in princip. s. de re iud. & l. asse toto. s. de hæred. instit. & l. hæc venditio. § huiusmodi. s. de contrahen. emp. Adde, ꝙ illud dicitur constare ex tenore sententiæ, ꝙ constat ex attestationibus, ad quas iudex in sententia se retulit. c. cum Bertoldus. in ver. ex tenore sentētiæ, & ibi Abb. col. 2. de re iud. ¶ Secundò adde, ꝙ illa, quæ sunt in termino, ad quem fit relatio, intelligunt̃ specificata in termino referente. ita Bal. in l. si defensor. §. qui interrogatus. vers. nisi in fi. per illum tex. s. de interrog. act. Bal. & Ang. in l. si prior. per illum tex. supra solu. matrim. Bald. in l. si ita scripsero. per illum tex. s. de condi. & demonstra. Tertiò adde, ꝙ si in supplicatione porrecta Papæ, dicitur, q' tenor obstantium habeatur pro expresso, vt tota die fit in curia Roma. & Papa signat, fiat vt petitur, sufficit propter relationem ad supplicationem, secundū dom. Anto. de But. in consi. 2. quod incip. visis literis legitimationis. Quartò singu. adde, ꝙ illud, quod intelligitur per relationem ad aliud, verè & propriè dicitur, & caderet in statuto, in quo verba debent propriè accipi, eo quia natura relationis, est natura veritatis ex coniunctione scripturarum petentis, sicut verè, & propriè fideiussor promittit eandem summam, quam reus principalis, licèt non specificetur in instrumento fideiussionis nisi per relationē ad instrumentum rei principalis. ita egregiè determinat Bal. nec alibi legi, in consi. 212. 5. partis, ꝙ incip. ea, quæ veniunt per modum. sed ego in contrarium allego tibi tex. in l. ait prætor. §. 1. s. de re iud. in versi. quasi quantitatem nominauerit. nam illa dictio quasi, propriè sumpta, denotat improprietatem. l. in facto, & ibi gloss. s. de condi. & demonstra. glo. in c. gratum, & ibi d. Abb. ad hoc no. de off. deleg. glo. in c. quoniam frequenter. §. fin. & ibi. dom. Abb. in 5. col. ad hoc no. vt lit. non contest. dixi in l. si ante nup. vbi per Barto. & alios. supra solu. matrim. ¶ Limita istud notabile, & istam reg.
2 vt statim ī. dicam. ¶ † Per istam reg. determinant Pau. de Cast. & dom. Alex. hic not. ꝙ si testator coram notario, & 7. testibus rogatis dicit, ꝙ ibi testabatur in omnibus, & per omnia, prout
b continetur in quadam schedula[b] manu sua scripta existente penes Guardianum fratrum minorum, ꝙ tale testamentum valet, & tenet, perinde ac si expressisset coram testibus nomina hæredum descriptorum in tali schedula, nam testator tenetur exprimere nomina hæredum, & cognomina coram testibus, vt testes ea audiant, & intelligant, & hoc vt testamentum valeat. l. hæredes palàm. in prin. s. de test. & l. iubemus. C. de testa. nam testator satis dicitur implicitè exprimere per rationem ad talem schedulam, & tantundem valet secundum eos per regulam huius tex. s. traditam, & ita dicunt tenere Bart. in l. si ita scripsero. per illum tex. s. de condi. & demonstra. eundem Bar. in l. quem hæredi. per illum tex. s. de reb. dub. cum alijs concor. hic traditis per d. Alex. adde Pau. de Cast. in l. hac cōsultissima. §. per nuncupationem. C. de test. vbi ampliat istam decisionē, procedere, etiam si illa schedula non esset scripta manu propria testatoris, modo constet illam esse schedulam, de qua testator sensit, & fecit mentionem coram dictis testib. ita, & taliter, ꝙ non possit sequi captio aliqua, per d. l. asse. iuncta. l. cer-
3 tum. s. si cer. pet. ¶ † Item adde, ꝙ Paul. de Cast. in d. l. si ita scripsero. dicit se semper dubitasse in ista. q. & tenet contrarium forti fundamento, quia f̃m hoc sequeretur quodlibet testamentū in scriptis dici nuncupatiuum, quoniam testes audiunt à testatore implicitè omnia, quæ continentur in scriptura. dicit enim eis testator, ꝙ ibi continetur testamentum suum. Vnde si non valeret vt testamentum in scriptis aliqua ratione, puta, quia testes non sigillauerunt, vel non omnes subscripserunt, saltem valeret vt nuncupatiuum, si testes deponerent audiuisse à testatore, ꝙ ibi continebatur suum testamentum, & tamen contrarium patet in l. hac consultissima. in prin. C. de test. vbi dicit tex. ꝙ si aliquid deest, testamentum est nullum, & si diceres, ꝙ testamentum est nullum, tanquam testamentum in scriptis non tanquam nuncupatiuum, hoc esset imponere legem verbis, nec est verisimile, ꝙ fuerit intentio illius. l. ideo tenet Paulus de Cast. ꝙ quantum ad institutionem hæredis non sufficiat implicita nuncupatio, sed fieri debet explicita. ¶ Sed ad istud fundamentum licèt coloratum, respondet ipsemet Paul. de Cast. in d. l. hæredes palàm. in princip. s. de test. vbi etiam tenet primam opin. & idem Pau. de Cast. in d. §. per nuncupationem. ꝙ illud fundamendum procedit, qn̄ apparet testatorem voluisse testari in scriptis, & quia fecit aliquos testes subscribere, & sigillare, tunc si non valet vt testamentum in scriptis, vt voluit testator, non valeret etiam vt nuncupatiuum, ita procedit. d. l. hac consultissima. Secus quando non apparet, quòd testator voluit se restringere ad viam testandi in scriptis, & istam solu. etiam tenet dom. Alex. in consi. 176. 5. volum. quem statim. ī. allegabo, in 3.

ADDITIONES.

a ¶ Regulam paria esse. Adde, & vide tex. in l. quem hæredi. s. de reb. dub. vbi not. Soci. in vlt. no.

b ¶ Schedula. Adde, quæ idem Ias. scribit in l. ait prætor. §. si iudex. nu. 3. ff. de re iud. Clar. §. testamentum. q. 36. vers. sed quid si testator. Iodoc. in Enchirid. simil. iuris. ver. certum. MASVER.

in 3.col.Sed tu aduerte,ꝙ contra iſtam ſol. Pau.Caſt.& d.Alc.
a fortiter facit tex.in l.ſi miles, qui [a] deſtinauerat. s̃. de teſt.milit.
vbi teſtator deliberauerat velle teſtari de iure communi,& ita
apparebat, ſi non valet iure communi propter aliquem defe-
ctum,valet iure ſingulari vt teſtm̃ militis,& ſic eo modo quo
poteſt, rationem aſſignat text. quia nemo intelligitur elegiſſe
viam, per quam eius voluntas infringatur,& ſic tex.ibi non ſe
fundat in aliquo priuilegio militis. ¶ Vltra eos tu aduerte, ꝙ
Pau.& d.Alex.hic errant,dum allegant Bart. ita tenere in d. l. ſi
ita ſcripſero,& in d.l.quem hæredi.quia Bart. ibi non loquitur
in inſtitutione hæredis,ſed loquitur in legatis,quando teſtator
inſtituit hæredem certum, ſed grauauit eum ad dandum cer-
tis perſonis illud, ꝙ continetur in ſchedula relicta apud Guar-
dianum,& in legatis propriè loquuntur illi duo text. ſcilicet in
d.l.ſi ita ſcripſero,& in l.quem hæredi. nam quærit ibi forma-
liter Bar.pone teſtator grauauit hęredem ſuum ad dandum il-
lud,ꝙ ſcriptum eſt in ſchedula, quam reliquit apud Guardia-
num,& ſic loquitur in legatis, & non in inſtitutione, vt etiam
ibi declarat,& ſequitur Cum.& ita etiam tenet ipſemet Bar. in
l.fi.ad fin.per illum tex.& ibi Saly.C.de fideicom. & cum Bart.
in legatis tenet ſimiliter.d.Alex.in d.l.ait prætor.§.1.s̃.de re iud.
& ita etiam procedit text.in l.is verbis. in princ. & ibi Nico.de
Neapol.s̃.de leg.3.ratio diuerſitatis eſt, quia in legatis non re-
quiritur formalis.expreſſio facta coram teſtibus ſicut in inſtitu
tione per d.l.iubemus.patet,quia legata poſſunt relinqui nutu.
l.nutu.s̃.de leg.2.& ita etiam tenet Are.in d.l.hæredes palàm. in
prin. Adde tamen,ꝙ etiam idem ſit in inſtitutione hæredis, vt
ſimiliter poſſit fieri coram notario, & teſtibus per ſchedulam
exiſtentem penes Guardianum. vltra Pau.& do.Alex. adde,ꝙ
idem etiam tenet Bal.Ang.& Io.de Imo.in d. l. aſſe toto.per il-
lum tex.Pau.de Caſt.in d.l.hæredes palàm. in princip. & idem
Pau.de Caſt.in d.§.per nuncupationem.do.Alex.in conſi. 176.
quod incip.viſo proceſſu cauſæ vertentis inter dominam Ni-
4 cobitiam. colum.2. circa fin.& ſeq.in 5.volum. ¶† Ego teneo
contrarium in inſtitutione hæredis, moueor optimo funda-
mento,quia vbi aliquid pro forma debet exprimi, non ſufficit
expreſſio per relationem ad aliud,vt eſt bon.tex.in c. penul. &
ibi Doc.de iureiur.& ibi in ſpecie dicit d. Abb. ꝙ ideo in iura-
mento non ſufficit relatio ad aliud iuramentum,ſed requiritur
expreſſa iuratio,eo quia forma iurandi explicitè eſt de ſubſtan
tia,vt ibi per eum,ſed pro forma,& ſolennitate traditur circa
inſtitutionem,ꝙ teſtator coram teſtibus ore proprio nominet
nomina,& cognomina hæredum.d.l.iubemus,& d. l. hæredes
palàm,& talis nominatio hæredum debet eſſet explicita, ergo
non ſufficit implicitè facta per relationem ſchedulæ exiſtentis
penes Guardianum, & ita ſignanter limita regulam huius tex.
quæ ratio ceſſat in legatis.d.l.nutu Confirmatur,nam in appel-
latione ab interlocutoria pro forma debet exprimi cauſa ap-
pellationis,clementina appellanti.de appel.ideo tunc non ſuf-
ficit relatio per expreſſionem ad acta,ſecundum Bal.in l.mino
ribus.C.de his,quib.vt indig.d.Ant.de But. in c. vt debitus col.
3.de appel.de quo vltimo vide tamen per Ange. & Moder.hic
cum concord.traditis.per d.Alex.per Ang.& d. Alex. in l. præ-
tor.in prin.s̃.de oper.nou.nunc. intelligendo vt hic per eos.Gl.
in verſi.occurrit,ibi.l.ꝙ in ſtipulatione.reſpondet, ꝙ nihil facit,
quia ibi vſuræ non erant certæ per ſe,quia de futuris agebatur,
nec per relationem ad aliud, quia ibi nulla fit relatio ꝓut hic,
& ſic nihil obſt.¶In ea glo.ibi,& j̃.de iure fiſ.dic, ꝙ certus fun
dus non erat expreſſus,nec ibi relatio debet fieri ad tacitum ꝓ-
pter ſuſpicionem commiſſæ malitiæ.¶Extra gl.aduerte, quan-
do quis ſtipulatur fructus naſcituros,vel partum naſciturum,
licèt dicatur ſtipulari incertum,vt hoc tex.tamen non compe-
tit actio ex ſtipulatu, quia antequam fructus ſint nati,agi non
poteſt.l.interdum.in verſi.tunc enim incipit actio.s̃.eod. poſt-
quàm autem nati ſunt, certi ſunt, & ſic debet agi certi condi-
ctione competente ad certum ex incerto ꝯ̃ctu,vt dicit tex.in l.
certi cõdictio.in prin.s̃.ſi cer.pet. ſm Iac. de Are.& Bart. cum
quo tenet Imol.Cum.& d.Alex.in ꝯ̃rium fortiter facit text. in
l.ſi ſtipulatus.in prin.s̃.de vſur.ĩ ver.fructus poſteà captos actio
ne incerti ex ſtipulatu. vbi ad fructus iam natos cõpetit actio
ex ſtipulatu,& non certi condi.& truffa eſt impropriare verba
illius tex.prout facit.dom.Alexan.hic. Vnde reſpondet ſubtilis
Cuma. ſuſtinendo Barto. ꝙ ibi fructus petebantur non vt fru-
ctus,ſed vt intereſſe.dom.Alexan. repræhendit iſtam ſolu.quia
etiam ad intereſſe agitur certi condictione, vt concludit Bart.
in d.l.certi condi.dic,quòd vera eſt ſolutio Cum.quam etiam
ſequitur ipſemet.d.Alex. in d.l.certi condi.in 12.col.& eſt mag.
differentia,an fructus petantur vt fructus,an vt intereſſe, vt de-
clarat Bar.in l. ſi filiusfam.§.1.vbi dicam. j̃.eo.& in l. videamus.
§.ſi actionem s̃.de vſur.nec eſt verum, ꝙ intereſſe petatur per
certi condictionem, imò per cõdictionem incerti generalem,
vt dicunt infinitæ.ll.& etiam.d.l.ſi ſtipulatus. niſi petetur inter-
eſſe expreſſa certa quantitate,vt tenui in d.l.certi condi.in prin.
& etiam ponit Cum.hic.

ADDITIO.

a ¶In l.ſi miles qui. Adde,ꝙ ad iſtum tex.ponit multas ſolutiones Soci.in d.l.ſi
ita ſcripſero.col.1.in fi.s̃.de condi.& demonſtra.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio faciendi, vel non faciendi dicitur eſſe incerta.*

§.Qui id, quod in faciendo.

1 † Stipulatio faciendi vel non faciendi dr̃ eſſe incerta.hoc dicit,
ratio eſt ſm Bar.& alios hic.& Ang.in l.4.§.Cato.in 4.col.s̃.eo.
quia ſolutio eſt variabilis ex poteſtate promiſſoris, qui poteſt
ſoluere vel factum vel intereſſe.l. ſtipulationes non diuidũtur.
verſ. Celſus, & in l.in ſtipulationib.§.fi.s̃.e.ideo dr̃ eſſe incerta.
¶Contra iſtam cõem rationem. Bart. & aliorum duo faciunt.
¶ Primò, quia attenta iſta cõi ratione ſequeretur, ꝙ vbi quis
pręcisè obligaretur ad factum,vt in multis caſibus,quos ponit
Bar.in d.l.ſtipulationes non diuidũtur. in 8.ſq.& in multis alijs,
quos ibi addidi, ꝙ tunc ſtipulatio eſſet certa, ꝙ eſſet multum
reſtringere iſtum tex.¶Secundò,& fortius vrget ex mente inſi
gnis doctoris.d.Petr.de Bexu.nam pone, ꝙ ſtipulor certam pę
nam,ſi pecuniam non credidiſſes, vel ſi aliud factum promiſ-
ſum non adimpleuiſſes,certè ſm rationem Bar.& cõem iſta ſti-
pulatio diceretur incerta,quia ſolutio eſt variabilis ex poteſta-
te promiſſoris, qui poteſt pœnam ſoluere, vel factum adim-
plere,& iſtud eſt falſum,quia imò talis ſtipulatio eſt certa. text.
in l.ſi pœnam.in prin.s̃.eo.& ideo ratio Bar.& cõis non eſt ve-
ra,nec dicatur,ꝙ ibi ſtipulatio incępit à præcedẽti conditione,
ſcilicet ſi pecuniam non credidiſſes,hic autem incępit à præce
denti conuentione,puta quia hæc euaſio non tollit obiectum,
quia ſiue incipiat à præcedenti conuentione, ſiue à cõditione,
ſolutiò eſt variabilis ex poteſtate promiſſoris, & tamen ibi dr̃,
ꝙ ſtipulatio eſt certa.¶Secundam rationem aſſignant Imo. &
d.Alex.hic,quia facta ex perfectione ſua formam recipiunt, vt
l.ſi is qui quadraginta.§.quædam.ſupra ad l.fal.ideo ante dicũ-
tur incerta. Iſta ſecunda ratio mihi minus placet, quàm pri-
ma,quia non eſt generalis,quia multa ſunt facta, quæ non ha-
bent certam formam,vt ire Romam,vel quando ex facto non
reſultat ſpecies,vt rem tradi.ergo ſecundum rationem Imo. &
Alex.regula iſtius. §. deberet nimium reſtringi ad facta haben-
tia certam formam,vt eſt domum ædificari, quod non eſt di-
cendum.Item iſta ratio ſolùm reſpicit obligationem faciendi
affirmatiuam, non autem non faciendi. ¶ Tertiam rationem
ponit gl.in l.1.C.de oper.lib.quia omnia facta quo ad ſubſtan-
tiam ſunt incerta, quia futurum fieri vel non fieri, non poteſt
eſſe certum,& hanc tenet Bal.hic.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio alternatiua dicitur continere certum,ſi electio eſt ſtipulantis, ſecus ſi promiſſoris.*
2 *In obligatione alternatiua procedit libellus alternatiuus, etiam parte opponente,quando electio eſt debitoris.*
3 *Vbi electio eſt creditoris,tunc non admittitur libellus alternatiuus.*
4 *Probatio dubia,quæ eſt verificabilis,& concluſiua in quolibet intellectu quo ad intentionem probantis,prodeſt probanti.*
5 *Quando quis probabiliter dubitat de iure ſibi competente, poteſt alternatiuè plura remedia in libello cumulare.*
6 *Alternatiua appellatio admittitur propter probabile dubium.*

§.Qui illud, aut illud.

1 † Stipulatio alter-
natiua dicitur cõ-
tinere certum,ſi electio eſt ſtipulantis,ſed ſi electio eſt promiſ-
ſoris,tunc dr̃ continere incertum.hoc dicit.ſm Bart.& alios.tñ
tex.ſolùm loquitur,qñ ſtipulator electionem ſibi expreſſè con-
ſtituit,aliàs ſtipulatio eſt incerta, quia aliàs in dubio electio eſt
ſemper debitoris.l.plerunq;.in fi.s̃.de iur.dot.& iſte.§.eſt nota-
bilis, & bene ligandus ad digitum, ne recedat à nobis.ita dicit
2 Bar.in lecturis non impreſſis.¶† No.1.ſecundum Bar. & Doct.
a ꝙ in obligatione alternatiua procedit libellus alternatiuus, [a]
& à

ADDITIO.

a ¶Libellus alternatiuus.Adde,ꝙ etiam vbicunq; in qualibet parte alternatiuę
concludit,intentio libellantis procedit.c.ex parte licèt, & ibi no.Doct.de fo
ro compet.& ibi per Are.in 3.no.& per d.Maria.Soci.in 5. not. alleg. etiam
tex.in c.ex parte.s̃.de reſcrip.no.per Inno.in c.conſtitutus.de reſt.in integ.&
ratio eſt,quia per hoc reus non redditur incertus,& adde, ꝙ etiam idem eſt
in reo excipiente,quando in vtraq; exceptione alternatiuæ propoſita con-
cludit vna,& eadem intentio.ita Are.in c.tertio loco.de proba.

& à parte opponente, quando electio est debitoris, & ita tenet g.o.in §.curare.instit.de act.& glo.in l.prætor.§.quod autem,& ibi.Barto.ff.de iniur.& glo.in l.si in rem.in glo.1. circa fin. & ibi, Ange. supra de rei vend. Barto. in l. 2. C. de sen. quæ sine cert. quant. ratio est duplex. prima, quia cùm electio sit promissoris, qui potest variare.l.eum qui certarum.§.fin.ff.eo.certè stipulator petendo vnum, diceretur petere plus debito.secunda ratio generalis est, quia vbicunque declaratio incertitudinis non est in potestate libellantis, tunc semper admittitur libellus incertus.l.1.§.quia autem,& ibi Bar.no.s.quo.leg.glo.in c.Abbate.in gl.magna.in verbo dominij.de re iud.in 6.& glo. in l.siue. §.1.in vers.ex Senatuscōsulto.s.de lib.agnosc.Adde primò pro ista concl.bene facere, quod procedit libellus alternatiuus, in quo peto vel rem venditam minus iusto pretio restitui, aut pretiū, quod deest suppleri, eo quia electio nō est libellantis, sed ipsius emptoris.c.cum causa,& ibi do.Abb.in 1.no.de emp.& vend. & l.2.C.de rescin.vend.& ibi Bar. in penul. col. ¶Secundò adde, quod quando vnum est in obligatione, aliud in facultate soluendi, vt in l.miles.§.1.sup.de re iud.& l.si quis stipulatus fuerit. 10.in melle.in prin.ff.de solu.vel in conuento hypothecaria ad rem quæ potest soluere debitū in quantitate, tunc admittitur libellus incertus, cùm non sit in potestate libellantis.cap.literis,& ibi.dom.Abb.in 3.not.ad hoc not.de pigno. ¶ Tertio adde, quod procedit libellus alternatiuus, in quo aliquis dicit se fuisse excommunicatum post appellationem, vel aliàs iniustè, text. est in c.cùm contingat.de offi.deleg. quia certificatio non pendet ex facto libellantis, quia fortè Episcopus eum priuatim excommunicauit, nec potuit habere copiam excommunicationis,& sic non potuit certificari, an fuit excommunicatus ante appellationem vel post, ideo potuit alternatiuè conqueri, vt ibi est text.& ibi Imol.& dom.Abb.in vlt.colum.

3 ¶† Secundò not.ex isto text.secundum Barto.& alios, quod vbi electio est creditoris, tunc non admittitur libellus alternatiuus, quia tunc debet vnū eligere,& certum petere.idem not.Bart.in d.l.prætor.§.quod autē. per illum text. ff. de iniur. cum concor. traditis per dom.Alex. contra istud ego allego text.in l.cùm proponas. C.de transact. per quem no.ibi Bal. procedere talem libellum alternatiuum, peto stari pacto, vel data restitui, & tamen ibi electio erat ipsius petentis, vt ibidem tenet gloss.fin *per omnes approbata*.Bald.

* ibi respondet, quod ideo ibi talis petitio alternatiua admittitur, eo quia prouenit ex natura contractus celebrati, vt ibi per eum, quod si esset verum, esset magna limitatio, ad not. per Barto.& Docto.hic, tu responde ad illum text.quod ibi illæ alternatiuæ, vt petas vel pacto stari, vel restitui data, necessariò resoluuntur in copulatiuas, quia copulatiuè volebat vtrunque remedium, vt patet ibi in text.& in sequen.& ita tenent Fulg.Pau. & Alexan. ibi, vbi etiam de hoc dixi.¶Ad materiam etiam diligenter aduerte, quod vbicunque in vtraque parte alternatiuæ concluditur intentio actoris libellātis, tunc admittitur libellus alternatiuus. c.ex parte. de foro compet.& ibi.dom.Abb.in 3.not. & etiam in 2.oppo. vt patet in illo text.ibi, per eum vel eius complices. nam possessorium recuperandæ competit, siue quis spolietur per reum conuentum, siue per suos complices, eius mandato, vel eo ratum habente,& ibidem etiam Aret. & alij Moder. ad hoc not.ad idem tex.in c.ex parte.el 2.in verbo dolo vel negligentia,& ibi.dom.Anto.& Ioan. de Imo.ad hoc no. de rescrip. ¶Adde, quod singulariter tenet dom. Alex. in l. inter stipulantem.§.1.in vlt.col. ff.e.vbi signanter tenet, quod si accuso Titium, quod occidit Seium,& ad probandum istud homicidium, produco testes, qui alternatiuè deponunt, scilicet quod occidi Seium cū gladio, vel cum claua, quod licèt testes videantur variè, & ambiguè deponere, tamen quia vterque intellectus concludit homicidium, habetur pro probatione certa.alleg. illud, quod tenet Gemi.post Ioan.And.in d.c.1.in vlt.colum.de pact.in 6.vbi te-

4 net,† quod probatio dubia, quæ est verificabilis, & conclusiua in quolibet intellectu, quo ad intentionem probantis prodest probanti, vt pro eo sit ferenda sententia, quod reputat tenendum

a menti.de quo vltimò [a] dixi in l.non hoc.vbi videas.C.vnde legitimi.¶Secundò adde, quod tenet idem dom.Alex.in l. Gallus.§. si eius.colum.3.s.de lib.& posthu.vbi signanter tenet testificantem alternatiuè deponentem probare, nec dici posse varium, vel incertum, quando vtraque pars testificationis alternatiuè probat intentionem producentis.¶Tertiò adde illud, quod tenet dom. Anto.de Butr.in c. tertio loco.ad fin.de proba.vbi tenet, quòd responsio alternatiua, facta positionibus dicitur certa, si vtraque pars responsionis tendit ad eundem effectum. ¶Quartò facit, quòd si dominus vendicat rem ab emphy. quē dicat priuatum esse iure emphy.eo quia alienauit rem emphy. irrequisito domino, vel triennio cessauit canonem soluere, talis libellus alternatiuus procedit, eo quia vtraque pars alternatiuè per se concludit, quòd emphy.sit priuatus, ergo valet, vt l. quòd si dubitet.sup.de acquirend. hæred.& ita not. determinat Cyn.in d.l.Gallus.§.si eius,& ibi.dom.Alex.in 2.& 3. colum. & idem dom. Alexan. hic, qui reputat hoc esse bene notandum, quamuis Bald.& Imol.in d.§.si eius. contrarium teneant, quos reprobat dom.Alex.hic,& ibi,& bene per istam not. regulam. ¶ Item ad intelligentiam præsentis materię adde illud, quod consuluit subtilis Raph.Cuma.in consi.63.quod incip. vicarius quidam propter infirmitatem,&c.vbi consuluit in no. & quotidiano casu, Pone, vicarius dom. Potestatis propter infirmitatem impeditus facit delegatum suum ad vniuersitatem causarum iudicem maleficiorum, coram quo Titius producit libellum contra. C.petens eum cōdemnari per dictum Vicarium, aut per dictum iudicem maleficiorum tanquam delegatum Vicarij, consuluit mirabiliter, quod talis libellus non valeat, & processus exinde secutus corruat, quia talis libellus est incertus ratione personæ iudicis, ad quem fit relatio sub alternatione, ergo non tenet sicut in alternatiua rerum, vt hoc tex.& d.l.prætor edixit.§.quod autem.s.de iniur.vt ibi plenius per eum. Ego licèt aliter tactum ab alio non reperiam, puto indubitanter contrarium per tex.in c.constitutus.de in integ.resti. vbi est text.quod procedit libellus alternatiuus, peto talem venditionem pronūciari nullam, vel me restitui ad redimēdum rem venditam inquantum venditio teneat,& per illum text. not. ibi Innoc. qui

5 quotidie ad hoc allegatur,† quod quando quis probabiliter dubitat de iure sibi competente, potest alternatiuè plura remedia in libello cumulare,& sequitur ibi.dom.Abb.in vlt.colu.in prin. Idem no.dom.Abb.in c.cùm olim.secundo.in 10.no.per illum tex.de priuileg.idem tenet Io.Fab.& Ang.de Are. in §.sed istæ. inst.de actio.dom.Anto.de But.in c. 2. de lib. obla. ¶Secundò moueor, ex quo libellans habet probabilem,& iustam causam dubitandi, coram quo iudice petat, certè admittitur petitio in-

b certa,& sic libellus alternatiuus.[b] tex.no.in l.quæ de tota.§.incertæ.s.de rei vend.& tex.in d.l.1.§.quia autem. in vers. quemadmodum.s.quor.leg.vbi tex.vult admitti libellum incertum, siue incertitudo causetur facto aduersarij, siue sit quælibet alia incertitudo,& ibi glo. in ver. incertum.dicit maximè aduersarij.¶Tertiò ad idem facit, quod egregiè tenet Spec. magister practicæ.in tit.de libel.obla.§.sequitur. in versi. quid si libellus. vbi tenet valere talem libellum alternatiuum, peto rem vel eius æstimationem; quia poterat cadere probabile dubium, an res esset petenda, an verò æstimatio, quoniam non apparebat, vtrū res extaret vel non, iuxta l.si seruum.§.sequitur. ff. eo. idem sequitur,& reputat valde no.Bal.in l.sancimus.prima.C.de sacro san.eccl.d.Alex.in d.l.Gallus.§.si eius.in 4.col. s.de lib.& postu.

6 ¶ † Quartò ad idem fac. quia propter probabile dubium admittitur appellatio alternatiua, vt est gl.no.& magistra.in c.si is cui.de offi. deleg.in 6.facit, quod latè tenet Bar.in l. si expressim.in 3.q.ff.de appel.d.Abb.& alij in c.dilecto.eod.tit.

ADDITIONES.

a ¶Vltimò.Adde eundem Ias.in l. dedi 1.no.in fi.ff. de condi. ob caus. & in l.& si post tres.in prin.col.4.versi.tertio moueor.ff.si quis caut.

b ¶Alternatiuus.Adde, quæ scribit Pract.Pap.for.respons.rei conuenti. ver.libellus est incertus.vbi in apostil.

SVMMARIVM.

1 *Qui stipulatur sortem,& vsuras, stipulatur certum quo ad sortem,& incertum quo ad vsuras.*

2 *Stipulatio vsurarum in multos annos vel menses an sit vna.*

3 *An pro annuo debito possit agi pro tempore futuro,& an vsuræ futuri temporis in iudicio peti possint,& super eis ferri sententia.*

1 §. Qui sortem. † Qui stipulatur sortem, & vsuras, stipulatur certū quo ad sortem, & incertum quo ad vsuras. hoc dicit. Casus est planus. ¶In glo.in versi.quascunque.habes, quod si aliquis stipulatur vsuras quascunque, non expressa alia quantitate, talis stipulatio nihil valet per tex.in l.tutor.§.fin.s.de vsur.vnde vt stipulatio valeat, debet iste tex.intelligi, quod stipulatus est vsuras trientes,& sic limitatas,& ita transeunt Doct.solus insignis d.Pet.de Bexu.volens realiter intelligere text. vt iacet sine subauditione, tenuit, quod valeat ista stipulatio, de qua in tex. promittis quascunque, vsuras, non expressa alia quantitate, quia intelligitur de vsuris consuetis in regione, & proportionabilibus ad sortem, quia semper debet fieri interpretatio, vt stipulatio valeat.l. semper in stipulationibus.infra de regul.iur.allegat etiam tex. in l. tutor qui repertorium. §. si deponi. supra de administra. tuto. Nec obst. text.in d.l.tutor.§.fin.supra de vsur.alleg. per glo. quia ibi promiserat soluere vsuras inter eos placitas, & non apparebat de alia

alia conuentione, ad quam promissor se retulit, ideo tunc stipulatio non valet. Breuiter ista opin. dom. Petr. est contra text. expressum in l. quòd in stipulatione. sup. de vsu. vbi si stipulor vsuras, quæ competierint, stipulatio nullius est momenti, nisi certus modus adijciatur. ita est ibi formalis text. ergo est falsum, quòd intelligatur de consuetis in regione proportionaliter ad sortem, & de ista dictione vniuersali, quascunque, dixi latè in l. quodcunque. in princip. supra eodem. ¶† Capio gloss. fin. Prima expositio est plana. Secunda videtur esse contra text. in l. si Stichum. §. stipulatio. sup. eod. vbi stipulatio annua, vel in annos singulos est vna, ergo similiter ista stipulatio vsurarum in multos annos, vel menses debet censeri vna, nisi facta fuisset specialis enumeratio pro singu. annis l. pluribus. §. 1. ff. eodem. Barto. saluat gloss. quod ibi stipulatio annua fuit simpliciter facta in annos singu. & sic solùm habet diem, & sic est vna, vt ibi, sed hæc stipulatio habet, & diem, & conditionem, scilicet si debitor fuierit in mora soluendi sortem principalem, vnde quot sunt anni, tot sunt stipulationes & obligationes, quia necessaria tunc de anno in annum nascitur obligatio. sicut in l. si seruus communis Mæuij. §. fin. ff. de stipu. seru. & cum Barto. tenent Bal. & alij Moder. & ita teneas quicquid teneat Cum. hic. ¶† Extra glo. quærit Barto. an pro annuo debito possit agi pro tempore futuro, & an vsuræ futuri temporis in iudicio possint peti, & super eis ferri sententia, dic clarius, quàm Barto. aut est in potestate actoris statim totum petere, & tunc si actor petit sortem, & etiam petit vsuras pro futuro tempore, casu quo continget debitorem esse in mora soluendi sortem principalem, & tunc procedit libellus, & sententia super vsuris futuri temporis, quia actor petendo sortem, fecit quicquid potuit, vt impediret tractum futuri temporis, quia consequendo sortem vsuræ non currerent. l. 1. secundum vnum intellectũ glo. C. de senten. quæ sine cert. quanti. Si verò actor non petijt sortem, sed tantum vsuras futuri temporis, in quibus petijt condemnari debitorem pro futuro tempore, & tunc non procedit libellus, quia per actorem stat, quominus impediatur tractus futuri temporis. l. 1. §. 1. sup. de vsur. aut non est in potestate actoris statim totum petere, vt etiam in annuo debito, in quo non pendet à potestate actoris statim totum exigere pro futuro tempore, siue debeatur per viam contractus, siue ex vltima volunta. & tunc procedit libellus, [a] in quo creditor petit condemnari debitorem pro futuro tempore ad præstationem annui debiti debiti. l. 1. vbi glo. & Docto. C. de fideicom. & l. libertis quos. §. 1. & ibi Barto. in fin. no. sup. de alim. & cib. leg. ne aliàs creditor cogatur singulis annis agere & petere, quod est absurdum. l. malè agitur. in fin. vbi glo. & Barto. C. de præscrip. 30. ann. de quo latius per dom. Alex. cum concordan. per eum traditis. similiter de expensis, quas continget fieri in lite pro futuro tempore vsque ad sententiam, an possint peti, habes text. quòd sic in cap. auditis. de procur. glo. in c. Roma. §. caueant. de senten. excommu. in 6. alibi no. Barto. in l. Fulcinius. §. si quis actione. per illum text. sup. quib. ex cau. in pos. ea. quòd iudex potest mittere in possessionem pro debito, & pro expensis factis & faciendis, cum concord. de quibus hic per do. Alex. qui etiam ponit, quid de fructibus futuri temporis, & de vtroque latè ponit Io. de Imol. post Ang. ff. in l. seq. §. 1.

ADDITIO.

a ¶Libellus. Adde Pract. Pap. for. lib. Acti. Real. ver. deducendo. nu. 7.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio dandi est certa, & præcisa.*
2 *Obligatus ad dandum tenetur omnimodo, & præcisè dominium transferre, & sic non liberatur præstando interesse. fallit in aliquibus casib. vt infra nu. 3.*

§. Hæc stipulatio.

Stipulatio dandi est certa, & præcisa. hoc dicit. Not. 1. quòd stipulatio dandi est certa, ratio quia solutio non
1 † est variabilis ex natura rei, vel ex voluntate promissoris, sicut est in §. qui illud. ff. ea. l. Item continet certitudinem quiditate,
2 qualitate, & quantitate, vt in l. præceden. ¶† Secundò not. ex text. ibi, vt dominium omnimodo efficiatur stipulatoris, quòd obligatus ad dandum tenetur omnimodo, & sic præcisè dominium transferre, & sic non liberaretur soluendo interesse, & ad
3 hoc tota die alleg. iste text. ¶† Istam reg. limitauit quatuor modis Barto. in l. stipulationes non diuiduntur. in princip. ff. eod. in 11. & tribus sequen. opp. & ibi dixi, & addidi duas, vel tres alias limitationes. ¶Item limita, quando datio promittitur ex causa præambula, de cuius natura non est, vt dominium transferatur, vt si dico, do tibi hunc librum ex causa commodati, vel si vendo tibi fundum, & promittò dare, accipitur verbum dare impropriè pro tradere. l. si stipulatus. supra de vsur. & ita limitat text. nostrum gl. not. in l. non videntur data. ff. de reg. iur. ¶Item limitat, quãdo verbum dari refertur ad personam, quæ non potest nisi de facto dare, vel cui non potest nisi de facto dari, puta si referatur ad seruum. l. si quis ita. §. penul. & fin. ff. de statulibe. & est text. not. in l. Mæuius. ff. de condi. & demonstra. Imol. & Cum. hic. ¶Item inquantum iste text. subdit, quòd tenetur omnimodo transferre dominium quoquo modo, glo. declarat, & bene, sed aduerte pro limitatione, quòd ficta translatio dominij non tollit obligationem, quæ competit ad dandum. text. est in l. metum. §. licèt tamen, & ibi Bal. not. sup. quod met. causa. sequitur Aret. in l. si seruum. §. fin. ff. eod. ¶Item licèt obligatus ad dandum teneatur dominium transferre, vt hic, & §. sic itaque. insti. de actio. non tamen ex dict. obligatione tenetur vacuam possessionem tradere, nisi esset expresè adiectum. glo. est in l. si stipulatus. in versi. stipulatus. ff. de vsur. & ibi Barto. assignat rationem, & bene, quia dominium potest transferri absque eo, quòd tradatur vacua possessio, modo traditio fiat licèt possessio sit per alium occupata. l. si fundus. supra de fun. dot. & quod traditio vacuæ possessionis non requiratur ad translationem dominij, tenet etiam gl. in l. cùm res. in ver. vacuam. & ibi Barto. & Bal. C. de proba. dixi in l. in conuentionalibus. §. fin. supra eo. ¶Capio glo. vnicam in versi. certum esse. quę non bene declaratur à Scribentibus, & in plerisq; malè dicit. Diuide eam in 3. partes princip. In prima ponit differentiam inter tradere vel præstare, & verbum dare. In secunda ponit duas limitationes ad text. In tertia declarat tex. ibi, quoquomodo, quid velint illa verba quoquomodo. Secunda ibi, quod potest intelligi. Tertia, & vlt. ibi. Item quod subijcit. In ea glo. ibi, & ff. de contrahen. empt. &c. habes differentiam inter tradere vel præstare ex vna parte, quæ verba non important translationem dominij præcisam, sed soluendo interesse promissor liberatur. ratio, quia istæ stipulationes sunt facti, quia tradere, & præstare est facti, vt dicit text. in l. stipulationes non diuiduntur. versi. idem puto, in versi. vt fundum tradi. ff. eod. vbi inter stipulationes factorum enumeratur ista regula tradi, sed in obligationibus facti succedit obligatio ad interesse. l. si quis ab alio. in fin. sup. de re iud. & verbum dare, quod importat præcisam translationem dominij, vt hic in text. tamen talis differentia non accipitur apud vulgares, imò nec apud oratores. ¶ In secunda parte glo. ponit duas limitationes ad istum text. prima est, quòd stipulatio dandi est præcisa, verum est si reo placeat, aliàs potest reus soluendo interesse liberari. truffa est, & malè dicit, & contra tex. qui dicit vt dominium omnimodo efficiatur stipulatoris, ergo siue reo placeat siue non. Item si in stipulatione dandi reus liberaretur soluendo interesse, vt dicit gl. certè stipulatio esset incerta, ex quo solutio esset variabilis ex potestate debitoris contra istum text. Nec obst. l. qui restituere. ff. de rei vend. & l. 1. ff. de act. emp. alleg. per gl. quia loquuntur in obligatione rem restitui, vel in obligatione rem tradi, non autem in obligatione rem dari. ¶Secunda limitatio gl. ad huc tex. est, quod stipulatio dãdi est præcisa, verum est si hoc actori placeat. mouetur per tex. in l. stipulatio. §. siue autem. in ver. si hoc petitori placuerit. ff. de oper. nou. nun. & in hoc etiam gl. malè dicit per istum text. nã stipulatio dandi est præcisa ad dandum, etiam si stipulatori non placeat. nam si stipulator vellet interesse petere, illud petere non posset, vt est tex. in l. si seruum. §. fin. ff. eo. in versi. nec pecuniam, quæ non debetur, & glo. in l. vinum. supra si cer. pet. tenet, quod in stipulatione dandi stipulator non potest agere nisi ad rem. Nec obst. tex. quem glo. alleg. in d. l. stipulatio ista. §. siue autem. in fi. quia ille tex. non loquitur in obligatione dandi, sed in obligatione faciendi, & ibi est casus specialis, in quo tenetur præcise facere si petitori placet, vt declarat Barto. qui rationem assignat illius text. in l. stipulationes non diuiduntur. in 8. quæst. sup. eo. & ibi latius dom. Alex. in penul. col. & sic vtraque limitatio glo. est falsa. & sic regula tex. generaliter procedit. ¶In tertia parte glo. declarat illa verba tex. quoquomodo. nam non curatur forma dationis, sed ipse effectus, quod sit irreuocabilis, & sic non refert, quomodo aut qualiter fiat translatio dominij, modo dominium quoquomodo transferatur. ita vult dicere litera, & dum glo. subdit, item per traditionem vel alio modo. per hoc potest remoueri oppositio, quæ posset fieri, nam dominium transfertur per traditionem. l. traditionib. C. de pact. ergo stipulatio dandi continet etiam factum, scilicet traditionem, quæ est facti, quia respondetur, quod istud non continet principaliter, sed secundariò, & in executione. Item dum gl. dicit, vel vsusfr. consumptione, melius diceret retentione, quia per retentionem vsusfr. transfertur dominium. l. quisquis. C. de don. gl. in l. 3. in prin. ff. de acq. pos.

SVMMARIVM.

1 *Facultas eligendi in alternatiuis in vita ſtipulantis eſt perſonalis, & cohæret perſonæ, donec perſona viuit.*

2 *Facultas eligendi, & ea, quæ ſunt perſonalia, & meri facti, non tranſeunt ex perſona filij, vel ſerui ad patrem vel dominum, imò remanent penes filium vel dominum.*

Facultas eligendi in alternatiuis mortuo ſtipulatore ante electionem, tranſit ad hæredem ſtipulantis.

4 *Si ſeruus ſtipulatur aliquid fieri arbitrio ſuo, talis ſtipulatio non valet.*

6 *Quæ ſit ratio, ꝙ facultas eligendi, viuo ſtipulatore eſt perſonalis, & ideo non poteſt alij cedi, ſed poſt mortem ſtipulatoris deſinit eſſe perſonalis, & tranſit ad hæredes ſtipulatoris, & nu. 5.*

7 *Licèt facultas eligendi non poſſit alij cedi viuo ſtipulatore, poteſt tamen conſtituere procuratorem ſimplicem ad petendum, & eligendum.*

8 *Ius petendi reſtitutionem fideicommiſſi vniuerſalis, non poteſt cedi, tamen poteſt procurator ſimplex conſtitui.*

9 *Procurator generalis non poteſt eligere, ſed oportet quod habeat ſpeciale mandatum.*

LEX LXXVI.

SI ſtipulatus fuerim illud. Facultas eligendi, non tranſit ad alium præter ſtipulatoris hæredem. hoc dicit ſecundum Barto. Sed iſtud ſummarium Bar. non bene complectitur totum tex. ideo ſumma ſic. Facultas eligendi in facto cõſiſtens, cohæret perſonæ etiam filij vel ſerui, tamen mortuo ſtipulatore ad eius hæredem tranſit. hoc dicit totus text. vſque ad. §. cùm ſtipulamur, & eſt ſing. prin. ſecundum dom. Petr. de Bexu. diuiditur in 3. part. In prima ponitur deciſio. In ſecunda illatio. In tertia limitatio deciſionis. Secunda ibi, & ideo. Tertia
1 ibi, in hæredes tamen. ¶† Not. 1. ꝙ facultas eligendi in alternatius in vita ſtipulantis eſt perſonalis, & cohæret perſonæ, donec perſona viuit, ideo in eius vita per ſtipulatorem non poteſt alij cedi. quæ ſit ratio, Bart. ĩ. ponit. & ĩ. dicetur. intellige iſtum text. & iſtud not. quando facultas eligendi competit per viam meri facti, vt hic. Secus ſi electio competeret per viam iuris, vt eſt ius eligendi Epiſcopum vel Abbatẽ, quod competit. Canonicis vel Monachis, quia iſtud bene poteſt cedi, vt eſt text. in c. ſi quis iuſto de elec. in 6. & tex. in c. cauſam quæ, & in c. quia propter. & in c. in cauſis. de elect. in antiq. Bar. hic in 1. oppo. & cum eo omnes indifferenter tenẽt. Sed tu aduerte, ꝙ in illis iurib. nõ eſt propriè ceſſio illius iuris eligendi, vt dicunt Bar. & Doc. ſed ibi eliguntur tanquam miniſtri ex eorum commiſſione. l. itẽ eorum. §. ſi decuriones. ſupra, ꝙ cuiuſque vniuerſi. & c. ſi compromiſſarius. de elec. in 6. ¶Tenendo tamen limitationem Bar. quam omnes ſequuntur, dic ꝙ fallit in caſu ſingulari. l. ſi mulier. §. ex aſſe. ſupra de iur. dot. vbi illud, ꝙ eſt iuris, ſcilicet ius fideicom. vniuerſalis non poteſt cedi, ratio ponitur ibi in text. quia reſtitutio non fieret ſecundum ꝙ teſtator diſpoſuit ſi poſſet cedi. Adde nec etiam fieret ſecundum verba Senatuſconſ. Treb. ſecundum Bal. in l. qui ita. §. 1. ſ. ad Treb. Aliam rationem aſſignat Bal. in l. 2. in 1. opp. C. de pact. & aliam ponit Bald. in l. ſancimus. in prin. C. ad Treb. & ille tex. in d. §. ex aſſe. non eſt alibi in iure ſecundum Bal. in c. nonnulli. in 6. colum. de reſcrip. ¶Secundò limita iſtum tex. vt procedat, quando conceſſio fieret ex cauſa voluntaria ſtipulatoris, illa fieri non poteſt. ſecus ſi ex cauſa neceſſaria, puta ex ſecundo decreto iudicis ſecũdum Bar. ĩ. in 5. oppo. vbi dicetur. ¶Tertiò limita, quando facultas eligendi in alternatiuis fuit tranſmiſſa ad hæredem vel legatarium, vt hic, & l. ſi ſic. §. ſi quis ita. de lega. tunc illa facultas incipit eſſe ceſſibilis, & tunc tranſit in ceſſionarium, arg. l. pater. §. quindecim. de leg. 3. vbi res prohibita alienari, ſi ſemel alienetur in caſu permiſſo, erit poſteà ſemper alienabilis. ſicut etiam dicimus de mero imperio, quod poſtquam ſemel fuerit delegatum à principe, de cætero poſteà poterit ſubdelegari ſecundum glo. & Docto. in l. 1. C. qui pro ſua iuriſd. Bar. & alij. in l. 1. in prin. ſ. de offi. eius cui manda. eſt iur. & ita in ſpecie limitat
2 Bar. in d. l. ſi ſic. §. ſi quis ita. & Pau. de Caſt. hic. ¶† Secundò no. ex 2. parte text. ꝙ facultas eligendi, & ea, quæ ſunt perſonalia, & meri facti, non tranſeunt ex perſona filij vel ſerui ad patrem vel dominum, imò remanent penes filium vel ſeruum. facit tex. in §. ſed cùm factum. inſti. de ſtipu. ſeru. & in l. ſtipulatio iſta. §. hi, qui. ſ. eo. & in l. qui hæredi. in prin. ſ. de condi. & demonſtra. & ſic ſeruus eſt capax poteſtatis eligendi, prout eſt meri facti, quę autem ſit ratio diuerſitatis, quare facultas eligendi tranſmittatur ad hęredes ſtipulatoris, & tamen non tranſeat ex perſona filij vel ſerui ad patrem vel dominũ, dicam. ĩ. poſt
3 Barto. ¶† Tertiò no. ex 3. par. ꝙ facultas eligendi in alternatiuis mortuo ſtipulatore ante electionem tranſit ad hæredem ſtipulãtis. adde. l. illud aut illud. ſ. de optio. leg. §. optionis. inſt. de leg. & l. fin. in prin. C. com. de lega. & ſic habes diligenter notare ex hoc tex. ꝙ ea, quæ non ſunt ceſſibilia in vita, ſunt tamen tranſ-
a miſſibilia [a] ad hæredes. ita eſt text. valde no. hic, & ſic facilius eſt poſt mortem ad hæredes tranſmittere, quàm in vita poſſe cedere, & vltra iſtum text. hic etiam patet, nam actiones directæ, quia ſunt affixæ oſſibus noſtris, & ſic à nobis ſeparari non poſſunt, ideo non poſſunt alij cedi. l. quis ergo caſus. ſup. de pec. gl. not. in l. 3. in prin. ſup. pro ſoc. & tamen tranſmittuntur ad hæredes, eo quia hæredes cenſentur eadem perſona cum defuncto. in Auth. de iureiur. à mor. præſti. in prin. ſimiliter ius fideic. vniuerſalis non poteſt cedi nec tranſire ad ceſſionarium, vt eſt caſus ſing. in l. ſi mulier. la ſecunda. ſupra de iur. dot. de quo tex. dixi in 1. not. & tamen tranſit ad hæredes fideicom. vt l. cogi. §. idem Metianus. ſupra ad Treb. no. in l. apud Iulianum. §. vtrũ. & §. ſeq. eod. tit. ad Treb. & ex his habes prout etiam not. dom. Alex. ꝙ bona eſt reg. negatiuè, non ſunt tranſmiſſibilia, ergo non ſunt ceſſibilia. ita propriè loquitur text. in l. ex pluribus, & ibi Barto. ſupra de adminiſtr. tuto. quia negatiuè eſt arguere de maiore & ſuperiore, ad minus & inferius. ideo tunc valet arg. ſed affirmatiuè non eſt bona argumentatio, ſi diceretur poteſt tranſmitti, ergo poteſt cedi, non valet conſequens, de maiori ad minus affirmatiuè, quia multa poſſunt tranſmitti ad hæredes, quæ tamen non poſſunt in vita cedi, vt dixi, & ex his colligitur aperta ſolutio ad illud, de quo dubitauit Barto. in d. §. ex aſſe. vbi opponit hoc modo, quæcunque ſunt tranſmiſſibilia ſunt ceſſibilia. d. l. ex pluribus. ſupra de adminiſtr. tuto. ſed fideicommiſſum vniuerſale eſt tranſmiſſibile. d. l. cogi. §. idem Metianus. ergo debet eſſe ceſſibile, quod eſt contra illum text. & non reſpondet Barto. ſed reſponde, ꝙ Bart. errat in aſſumpto, dum arguit affirmatiuè, & tale argu. non procedit, quia eſt de maiori ad minus, vt dixi, & d. l. ex pluribus. propriè loquitur, quando arguimus negatiuè, & iſta eſt veritas. ¶ Limita iſtud not. & iſtum tex. vt procedat quo ad facultatem eligendi, quia illa bene tranſit ad hæredem, vt hoc text. ſecus eſt in facultate
* declarandi, quæ non tranſit ad hæredem. glo. eſt not. *& communiter approbata* in l. inter ſtipulantem. §. 1. ĩ. eod. & ibi Barto. in 2. colum. viſus eſt velle aſſignare rationem diuerſitatis, ibi dicetur de hoc. ¶Secundò limita iſtum text. vt procedat in electione facti, quæ tamen competit pro executione iuris præambuli tranſmiſſibilis ad hæredem ſcilicet actionis, quam habebat defunctus ex ſtipulatione. vnde ſicut actio tranſmittitur, ita etiam tranſmittitur facultas eligendi tanquam ſequela, & executio iuris præambuli, vt eſt opt. argu. in l. ſeruus ſi hæredi. in princ. ſ. de ſtatulib. & bon. tex. in ratione decidendi in c. ſuper gratia. de off. deleg. in 6. & qua ratione tranſit in hæredem, eadem ratione tranſit etiam in legatarium, cui eſt legata illa actio, pro qua competebat electio, in l. ſi ſic. §. ſi quis ita. de leg. 1. Secus eſt in facultate facti, quæ non competit pro executione iuris, quia illa non tranſmittitur ad heredem. l. cum quis ſibi. ſupra eo. Bar. hic in 3. oppo. vnde ſi ſtipulor à te ſeruum, quem elegerit Titius, talis facultas eligendi, quam habet Titius, non tranſmitteretur ad eius hæredes, cùm non habeat actionem quam tranſmittat. per d. l. cùm quis ſibi. ſecundum Paul. hic. ¶Tertiò limita iſtum text. quando iſta facultas eligendi, quæ eſt facti, competeret alicui iure ſuo, & pro ſe, & ſic ad ſuam vtilitatem, tũc bene tranſit ad hæredes, vt hic, & iurib. ſupra alleg. Secus ſi competit iure alieno, & pro alio, tunc non tranſit ad hæredes. l. ſi quis arbitratu. ſupra eo. & l. fin. & ibi Cyn. & Bal. de contrahen. emp. Barto. hic in vlt. oppo. ideo poteſtas arbitratoris non tranſit ad eius hæredes, vt in iuribus præallega. Bald. in l. fin. §. ſed & ſi quis. C. commu. de leg. & in l. fin. 26. oppo. C. de hæred. inſtit. & in d. l. ſi ſic. §. ſi quis ita. ¶Expeditis textualibus capio gl. mag. in verſiõ, cohæret. quæ prim alleg. concordantẽ. Secundò oppo. & dupliciter ſoluit, tene. 2. ſolutio. quæ eſt bona. Secunda ibi, ſed videtur egredi perſonam. ¶Extra gl. Bar. format. 5. opp. quarũ 4. expediui in no. Adde inquantum Bar. in 2.
4 opp. tenet, † ꝙ ſi ſeruus ſtipulatur aliquid fieri arbitrio ſuo, ꝙ talis ſtipulatio non valet, per. l. illa verba arbitratu. ĩ. de verborũ ſignifica. & quaſi videatur collata arbitrio incertæ perſonæ, per. l. ſi merces. in princip. ſup. loca. Paul. de Caſt. ſequitur deciſio. Barto.

ADDITIO.

a ¶Tranſmiſſibilia. Adde, ꝙ trãſmiſſibilia ad hæredes extraneos, ceſſibilia ſunt, aliàs ſecus, teſte Rol. conſ. 28. nu. 27. lib. 2. Io. fab. in §. fuerat. col. 2. inſtitu. de act. & dic, ꝙ hanc Regu. multa ſunt tranſmiſſibilia; &c. declarant Docto. in apoſtill. ad Dec. conſ. 614. nu. 13. pro qua vide etiam quæ ſcribit Nat. conſil. 100. col. 2. Alex. in l. apud Iulianum, §. verum, 2. not. ſſ. ad Treb.

Barto. non per suam rationem, quia censeatur collata in arbitrium incertę personę, sed quia ipse seruus non potest arbitrari, & ab eius persona non est recedendum siue noluit, siue non potuit arbitrari. l. si quis arbitratu. supra eodem. Contra istam decis. Bart. fortiter obstat, quia quando qualitas seu accidentale contractus confertur in arbitrium alicuius, eo non arbitrante, quia noluit, vel quia non possit, tunc receditur ab eius persona, & recurritur ad arbitrium boni viri, idest iudicis, & sic cōtractus valet, & tenet. l. domum, & l. suæ rei. s. de contrahen. emp. Bar. in d. l. si quis arbitratu. in 3. col. sed quando seruus stipulatur opus fieri arbitratu suo, tunc non confertur in eius arbitrium substantia cōtractus, sed qualitas, vt probatur in l. cùm stipulatus sim mihi à Proculo. j. eo. & in §. pretium. inst. de emp. & vend. & sic non obst. d. l. si merces. in prin. alle. per Bar. quia loquitur, quando merces, & sic substantia contractus locationis committitur arbitrio incertæ personæ, ꝙ fieri non potest. l. ꝙ sepè. §. 1. & ibi not. s. de contrahen. emp. do. Alex. dicit, ꝙ veritas huius pendet ab eo, ꝙ tenet Bart. in d. l. si quis arbitrabitu. ideo ad ibi dicta se remittit, nec aliter respondet difficultati. Tu autem responde, ꝙ sicut merces, quia est vnum de substantialib. contractus, non potest conferri in arbitrium incertæ personæ, iuribus præalleg. ita opus fieri, est aliud substantiale contractus, ideo dicit gl. 2. in d. l. cùm stipulatus sim mihi à Proculo. ꝙ quando stipulor opus fieri arbitrio meo, tam qualitatem operis, quàm ipsum opus faciendum dicor stipulari, ergo id, ꝙ est substantiale contractus, & propterea Bart. in d. l. si quis arbitratu. col. 2. expresse loquitur, quando iam contractus erat formatus, & sola qualitas vel accidentale confertur in arbitriū alterius. ¶† Vl-
5 tra oppo. glo. & Bar. contra istum tex. dum vult, ꝙ facultas eligendi non transit à filio vel seruo in patrem vel dominum, & tamen transit ad hæredem stipulatoris, videtur de directo facere tex. in l. quæ legata. j. de regu. iur. vbi ponitur regula, ꝙ ea, quæ transeunt ad hæredes per filium vel seruum, acquiruntur patri vel domino, sed facultas eligendi transit ad hæredes, ergo per filium vel seruum deberet acquiri patri vel domino, cuius contrarium dicit tex. solus Cum. hic in fi. respondet, ꝙ electio in persona filij, & serui non reseruatur vt sequela principalis, obligationis, ideo non acquiritur patri vel domino Secus in ea quam reseruat stipulator, quæ est sequela principalis obligationis, ideo transit ad hęredes. Tu responde plenius, ꝙ reg. d. l. quę legata. procedit in his, quæ sunt iuris, vt in legatis, sed ista l. loquitur in facultate eligendi, quæ est meri facti, & cohæret per-
6 sonæ, vt per Bar. hic in 1. oppo. ¶† Quærit Bart. quæ sit ratio, ꝙ facultas eligendi, viuo stipulatore est personalis, ideo non potest alij cedi, sed post mortem stipulatoris desinit esse personalis, & transit ad hæredes stipulatoris. ¶ Ad primum assignat rationem, ne per cessionem fiat deterior conditio promissoris, quia forte cessionarius alium eliget, quam elegisset stipulator, qui dari nō posset nisi cum maiori detrimento promissoris. l. is qui. & l. generaliter. §. fin. s. de fideic. lib. ¶ Ad secundum quare facultas eligendi transeat ad hæredem, & ad legatarium. Bar. in effectu ponit quatuor rationes, quas sequuntur Ange. & Io. de Imol. hic. ¶ Prima ratio est, quia sicut obligatio principalis est transmissibilis ad hæredem, & legatarium, ita electio, quæ est accessoria, & executio iuris præambuli. & ista est satis bona. ¶ Secunda ratio, quia hic videtur tacitè actum, ꝙ transeat ad hæredes, aliàs mortuo stipulatore stipulatio esset inutilis, ꝙ eo
a viuo non potest contingere, dato, ꝙ non possit cedere. Ista rō[a] secundum Cum. & d. Petr. de Bexu. est falsa, quia imò remaneret simpliciter obligatio alternatiua valida, licèt electio expiret, quia esset electio debitoris, vt probatur in l. fi. §. sed & si qs. C. com. de leg. vltra eos, ꝙ ista ratio Bart. sit falsa, patet euidenter, nam in obligationibus alternatiuis inter viuos electio est debitoris. l. plerunq;. in fi. s. de iure dot. & l. vbi autem non apparet. §. qui illud. s. eo. & tamen per hoc non sunt inualidæ, dato ergo ꝙ mortuo stipulatore electio non transiret ad hæredē stipulatoris, per hoc stipulatio non esset inualida, imò valeret, & teneret, & esset electio debitoris. ¶ Tertia ratio Bar. est, quia hæres præsumitur scire voluntatem defuncti, vt not. gl. in l. si quis à filio. §. si quis plures. s. de leg. 1. & legatarius in hoc habetur loco hæredis. l. id tempus. §. 1. de vsuc. ista ratio etiam non est vera duplici fundamento. Primò, quia hæres succedens in ius alterius, præsumitur ignorare voluntatem defuncti, & nescire quem elegisset. l. qui in alterius. j. de regu. iur. Secundò attenta ista ratione, hæres posset declarare voluntatem defuncti si præsumeretur eam scire, & tamen hoc est falsum, vt est glo. approbata in l. inter stipulantem. §. 1. j. eo. ¶ Quarta ratio est secundum Bart. quia alienatio in hæredem est necessaria, ergo non censetur prohibita. l. peto. §. prędium. s. de leg. 2. sed nec ista ratio est bona, quia non procederet in legatario, vbi alienatio ex causa legati est merè voluntaria. ¶ Vltra Barto. quintam rationem assignant Ang. & Imo. hic, quare facultas eligendi transat ad hæredem, eo quia hæres censetur eadem persona cum defuncto. in Auth. de iureiu. à morien. præsti. in prin. & similiter legatarius in re legata habetur loco hæredis. d. l. id tempus. §. 1. s. de vsucap. sed nec ista quinta ratio est bona. Primo in legatario, qui non repræsentat defunctum actiuè, & passiuè, nec censetur eadem persona. Secundò, quia heres censetur eadem persona cum defuncto, verum est in transmissibilibus ad hæredes, aliàs secus, vnde teneas primam rationem, quæ est minus periculosa. ¶ Successiuè Barto. limitat istum text. in secunda parte, vt procedat donec filius vel seruus sunt in patris, vel domini potestate, ita ꝙ eis acquirunt de necessitate. Secus si seruus esset alienatus, vel manumissus ante electionem per eos factā, quo casu non durat amplius eadem persona cum patre, vel domino, ideo tunc electio competit domino volenti, per text. in l. si Pamphilo. supra de opti. leg. & per hoc infert Barto. ꝙ si creditor stipulantis esset missus in possessione ex secūdo decreto illius debiti alternatiui, ꝙ in eum transiret facultas eligendi, tum, quia fiat ex necessitate, tum quia transit in personam, cui stipulator non potest acquirere. d. l. si Pamphilo. facit. l. pro hærede. §. si quid tamen. ibi, cùm petitio earum etiam creditoribus. & ꝙ ibi tenet glo. magna in fin. supra de acquiren. hæred. Cum ista doctri. Barto. transeunt Ang. Imol. Cuma. & Pau. de Cast. hic. Istam solu. etiam sequitur dom. Alex. in l. Iulia. de leg. 1. sed ipse Cum. in d. l. Iulia. reprobat istam solu. Barto. colorato fundamento, quia secundum eū solutio Bar. non habet rationem, quia si domino quæritur electio, quando seruus est manumissus, ergo multo fortius si est in potestate. Tu responde ex mente Barto. & clarius Ange. rationem esse, quia quando seruus est manumissus vel alienatus, postquam dies legati iam cesserat, ideo tunc electio competit domino. d. l. si Pamphilo. ne ius quæsitum domino ad legatum per seruum remaneat apud dominum inutile, quia amplius ei imperare non potest vt eligat, vt supra dixit Barto. in secunda ratione, ꝙ ideo electio transit ad hæredem stipulatoris, ne aliàs stipulatio redderetur inutilis, de quo supra dixi, quæ ratio cessat, donec seruus durat in potestate domini, quia tūc ei potest imperare. Contra istam solu. & limitationem Barto. duo obstant. Primò text. in l. eum qui ita. §. qui sibi. supra eod. vbi filio emancipato potest iterum solui, ergo etiam hic seruus manumissus, & liber factus debet posse eligere. Secundò, & fortius obstat, quia etiam deportatus retinet facultatem eligendi, nisi esset factus seruus pœnæ. l. ex facto. §. si quis rogatus. secunda supra ad Treb. l. cùm pater. §. hæreditatē. el. 1. s. de leg. 2. Bar. supra in 2. oppo. tunc sic, si deportatus, qui ex delicto mutat statum suum in deterius, tamē retinet facultatem eligendi, vt d. iuribus, quantomagis seruus manumissus, qui mutat statum suum in melius, quia de seruo efficitur liber, debet retinere facultatem eligendi in alternatiuis. Defendendo Barto. potes ad vtrunque respondere, & primo ad text. in d. l. eum qui ita. §. qui sibi. ꝙ pater emancipando filium adiectum solutioni, non potuit immutare formam stipulationis, nec præiudicare debitori, quin filio etiam emancipato possit soluere, vt ibi etiam dixi. Ad secundum, ꝙ magis vrget ad d. §. si quis rogatus. secundo. & ad d. §. hæreditatem. primo. responde, ꝙ ibi est fauor vltimæ volunta. quia nullus suberat, ad quem electio pertineret. Secus in casu præsenti, in quo electio competit domino in legato alternatiuo, cuius dies cessit, dum esset seruus adhuc in seruitute, & sic habes defensatam
7 istam not. limitationem Barto. ¶† Vltimò Barto. ad fin. tenet, ꝙ licèt facultas eligendi non possit alij cedi viuo stipulatore, vt hoc text. potest tamen constituere procuratorem simplicē
8 ad petendum, & eligendum, † sicut in iure petendi restitutionem fideicom. vniuersalis, non potest cedi. l. si mulier. in §. ex asse. s. de iure dot. tamen potest procurator simplex constitui. l. qui ita. §. 1. & l. restituta. §. 1. cum gloss. supra ad Trebel. & per
9 hoc infert Barto. † ꝙ procur. generalis non potest eligere, sed oportet, ꝙ habeat speciale mandatum, vel ꝙ sequatur ratihabitio. l. si is. vbi etiam Ange. supra de procur. & l. cùm debitore. in fin. supra rem ratam hab. cum Barto. tenent Paul. de Cast. d. Alexan. & d. Petr. de Bexu. hic. Adde, ꝙ illud, quod tenet Barto. quòd procurator specialis in hoc text. potest constitui ad eligendum, reprobat ipsemet Ange. in d. l. cùm debitore. supra rem ratam hab. & Cuma. hic, qui vulnerant Barto. telis suis, & mouentur contra Barto. per rationem, quam Barto. met supra assignat, eo quia talis procurator posset alium eligere, quàm stipulator elegisset, & istud posset esse damnosum promissori,

ADDITIO.

a ¶Ista ratio. Adde tu, ꝙ istam rationem etiam reprobat Are. in l. fin. in prin. in 1. col. in 2. not. infra eo.

promissori, ergo non debet permitti. l. is, qui. & l. generaliter. §. fi. ſ. de fideicom. lib. nec leges alleg. per Bar. probāt illud, ꝙ vult Bar. ſ. d. l. ſi is. ſ. de procu. & d. l. cū debitore. in fi. ſ. rem ratā hab. quia ille leges loquuntur, ꝙ ratihabitio bene confirmat illam electionem, non autem dicunt, ꝙ electio possit mandari procuratori speciali, & est vera solutio, sed defendendo Bar. dic, ꝙ Bar. loquitur in procuratore speciali, & sic in habente speciale mandatum de certa re eligenda ſm Pau. de Cast. hic, & tunc non posset præiudicare promissori in eligendo, vel secundò etiam intelligendo Bar. loqui in procuratore specialiter, & simpliciter constituto ad eligendum, sed non in indiuiduo ad eligendum talem rem. Responde secundum do. Petr. de Bexu. ꝙ procurator simplex specialiter constitus ad eligendum, verisimiliter erit informatus de voluntate constituentis, quem debeat eligere, & seruabit fines mandati, iuxta. l. diligenter. in prin. ff. mand. & sic non præiudicabit promissori, & per ista cum laude Dei, &c.

SVMMARIVM.

1 *Verba præsentis temporis ad futura non porriguntur nisi in casibus, vt infra nu. 3. 4. & 5.*

2 *Si testator grauat hæredem, ꝙ soluat omnia debita Titij, tenetur etiam soluere debita conditionalia, & in diem.*

3 *Statuto cauetur, ꝙ volens vendere rem immobilem, teneatur vendere ad cridas, & qui prętendit ius aliquod in tali re, debeat comparere intra. 6. menses, & dare ius suum in scriptis, aliàs elapsis illis mensibus amplius nō audiatur, an creditori conditionali, vel in diem currat tempus illorum sex mensium.*

6 *Confiscatio, seu publicatio bonorum non trahitur ad bona futura, & num. 7.*

8 *Princeps si facit pacem pro se, & adhærentibus suis, pro quibus se obligauit, intelligitur de adhærentibus præsentibus tantum, & non de illis, qui postea fecerunt adhærentiam.*

9 *Exemptio, vel immunitas concessa Ecclesiæ vel Capellis, non porrigitur ad Capellam futuram, vel Ecclesiam futuram.*

10 *Futura in quibus casibus veniant in iudicium.*

11 *Clausula codicillaris, si non valet test. iure testa. valett iure codicillorum, quid operetur.*

12 *Si Potestas iurauit seruare statuta, an tale iuramentum extendatur ad statutum postea conditum.*

1 §. Cùm stipulamur. † Verba præsentis temporis ad futura non porriguntur. hoc dicit ſm Barto. & omnes, & ad hoc semper allegatur. ad idem text. in l. si à colono. ʃ. eo. & in l. si ita scripsisset. ſ. de leg. 2. ¶ Sed aduerte, ꝙ licèt Bart. & oēs ita summent istum text. tamen pro certo nimis generaliter summare videntur, quia prout etiam dicit Bar. in d. l. si ita scripsisset. in isto & in illo tex. sunt apposita verba, quicquid te dare facere oportet, quæ verba important necessitatem, & executionem effectualem, ideo tunc non veniunt debita conditionalia, vel in diem, cùm ad illa non possit debitor inuitus compelli, & debitor propriè dicitur, à quo inuito potest exigi, non obst. aliqua exceptione. l. debitor. ʃ. de verb. sign. tamē idem videretur, si apponeretur verbum debes simpliciter, puta promittis per stipulationem illud, ꝙ mihi debes, nam adhuc intelligitur debes, scilicet purè, & de pręsenti, ita expresse firmat Pau. de Cast. hic per vulgatam. l. si ita. ſ. de aur. & arg. leg. Tu autem allega pro hoc tex. valde no. in l. cum illud. §. 1. supra, quando dies leg. ced. ibi, ꝙ mihi Seius pupillus debet, & sic simpliciter ad præsens debitum verba creditor retulit, & loquitur ille tex. in vltimis volunta. in quib. latior, & benignior fit interpretatio. l. in testamentis. de reg. iur. c. fi. de don. ergo fortius in contractib. præsertim in stipulatione, de qua loquitur iste tex. cùm in stipulationibus strictè procedatur, & quicquid est omissum, habetur pro omisso. l. quicquid astringendæ. ʃ. eo. secundò facit, quia verbum debes, simpliciter prolatum non potest intelligi de debito in diē, vel sub conditione, cùm vt dixi propriè dicatur debitor, à quo inuito potest de præsenti extorqueri, vt etiam firmat Barto. & omnes in l. 1. col. fi. ſ. si cert. pet. & ista est bona extensio ad istū
2 tex. ¶ † Sed aduerte ꝑ limitatione huius text. quia Pau. de Cast. hic refert Io. And. consuluisse, ꝙ si testator grauat hæredem, ꝙ soluat omnia debita Titij, tenetur etiam soluere debita conditionalia, & in diem arg. l. si seruus. supra de ser. vrb. præd. Et cum ista deci. simpliciter transit Pau. de Cast. hic. sed do. Alex. dicit, ꝙ ista decisio locum sibi vendicaret in vltimis volunt. in quib. fit latissima interpretatio, vt loquitur Io. And. & largo sumpto vocabulo dicitur debitor, qui tenetur in diem, & sub conditione. l. is cui. supra de act. & oblig. & l. creditores. ʃ. de verb. sign. Secus in contractibus, in quib. debet fieri stricta interpretatio. Adde, ꝙ idem Pau. de Cast. in d. l. si ita scripsisset. ſ. de leg. 2. refert Io. And. consuluisse, ꝙ si testator grauauit hæredem ꝙ solueret omnia debita fratris sui, ꝙ etiā tenebitur soluere dotem vxoris fratris sui, quando continget in futurū matrimonium solui, quamuis tempore testamenti constaret, licèt esset debitum conditionale. dicit ibi Pau. de Cast. se semper dubitasse de illo consilio Ioan. And. per illam legem similem isti, quæ videtur contrarium probare. Sed respondet, ꝙ debitū dotis pendet sub conditione omnino extitura, quia necesse est matrimoniū solui saltem morte, ideo fortè secundum eum aliud esset in debito, cuius conditio posset deficere, & isto modo habes not.
3 limitationem ad regulam huius tex. ¶ † Secundò limita istam reg. & istum tex. ex eo, ꝙ notanter decidit Cum. hic in q. quam dicit vidisse de facto, & est pulchrum, & subtile dubium secundum eum. Statuto cauetur, ꝙ volens vendere rem immobilem, teneatur vendere ad cridas, & qui prætendit ius aliquod in tali re, debeat comparere intra. 6. menses, & dare ius suum in scriptis, alias elapsis illis mensib. amplius non audiatur, quid in creditore conditionali vel in diem, an ei currat tempus illorum mensium? videretur, ꝙ non, quia non potest agere, ergo ei non currit præscriptio per reg. l. 1. in fin. C. de anna. excep. Item nullum est pignus, cuius persecutio denegatur. dicit tex. not. in l. si noxale. in prin. de noxal. contrarium determinat Cum. hic, quia creditor in diem vel sub conditione habet ius. d. l. is cui. ſ. de actio. & obl. & l. creditores. de verb. sign. Item statutum non exigit, ꝙ agat, sed solùm ꝙ det ius suum in scriptis, vnde etiam ius conditionale potest dari in scriptis, & ista propriè fuit intentio statuentium ad hoc, vt emptor securè emeret. & istam de-
a cisio. sequitur simpliciter Bexu. hic, alij non tangunt.[a] ¶ Iste casus est valde quotidianus apud nos propter decretum de reb. venditis ad cridas, in quo ego sequor deci. Cum. quam confirmo duplici fundamento. ¶ Primò, quia statutum dicit, qui prętendit ius aliquod, ponat in scriptis, &c. illa dictio aliquod, facit vt etiam comprehendatur ius largo, & improprio modo sumptum, vt est glo. repu. sing. in cle. 1. in ver. aut earum parte. de foro compet. d. Abb. in c. super eo. in 2. not. de eo, qui cogn. consan. vxoris suæ Bal. in c. 1. §. cum autem. in vlt. colu. si de inuest. feud. cōtro fuer. in vsib. feud. & in l. 1. C. de inof. do. & in l. si cum vel in vtero. C. de test. milit. ergo illa dictio ius aliquod, facit ꝙ etiam veniat creditor in diem vel sub conditione, qui habet ius saltem largè, vt dixi post Bar. in l. 1. col. fi. ſ. si cert. pet. ¶ Secundò ad idem moueor, quia creditor in diem vel sub cōditione, licèt non possit interim impedire venditionē, & translationem dominij, tamen ea eueniente potest etiam euincere, & euocare. l. fi. §. sed & si quis. C. communia de leg. vbi est bon. tex. in arg. & §. nos igitur. in Auth. de restit. fideicom. l. si cum fideicommissaria. §. pennl. ſ. qui & à quib. & istud considerauit statutum posse euenire, ideo voluit poni in scriptis, qualecunque ius sit, quod prætendat, ad hoc vt emptor cautè emat, & sic isto casu non procedit decisio huius text. propter finalem
4 intentionē statuti. ¶ † Tertio principaliter limit. reg. huius tex. procedere, quando subesset aliquod debitum purum, de illo intelligeretur stipulatio. Secus, quando nullum aliud debitum purum subesset, tunc comprehenderetur debitum in diem, vel sub conditione, aliàs dispositio redderetur inutilis, arg. text. not. licèt vulgaris in l. fundus qui locatus. ſ. de fund. instru. secundum Bal. Imol. & Pau. de Cast. in d. l. si ita scripsisset. Cum. dom. Alex. & d. Petr. de Bexu, & ad hoc facit gl. no. in l. pediculis. §. item cùm quæreretur. ſ. de aur. & arg. leg. ¶ † Quartò not.
5 limita istam regu. non procedere in promissione vicissitudinaria, vnde mutua promissio facta inter duos principes, vel inter duas ciuitates de non receptando rebelles alterius, refertur etiā ad futuros bannitos, & ad futuros rebelles. Secus in simplici promissione vnius principis facta alteri, quia intelligitur de bānitis præsentibus tantum, secundum Ang. in consi. 292. incip. in anno domini. & in consi. 261. incip. punctus est in anno domini. in penul. colum. Ego vltra Ange. confirmo, quia vicissitudo vtrinque potest se habere ad commodum, & incommodum, ideo facit vt etiam futura veniant. l. 1. ad fin. & l. si quis societatem. ſ. pro soc. secundū Bar. in l. si ita. in 6. opp. ʃ. de aur. & arg. leg. Item quando est actus reciprocus seu vicissitudinarius, valet actus, q aliàs non valeret. ita cumulaui plura in l. si pater puellæ. per illum text. C. de inoffic. testa. quæ possent hic repeti. ¶ Quintò singulariter limita, quando dispositio inducta per viam priuilegij efficeretur temporalis, intelligendo solū de pręsentib. ꝙ esset ꝯ naturam priuilegij, ꝙ debet esse ꝑpetuū, vt in regula decet. de reg. iur. in 6. vñ priuilegiū Papæ dās alicui licētiam

ADDITIO.

a ¶ Alij non tangunt. Adde, ꝙ istam. q. etiam formant d. Christop. de Castil. & do. Hierony. Tortus. hic, & idem tenent quod Cum.

tiam ingrediendi Ecclesiam cum familiaribus, intelligitur non
solùm de familiarib. præsentib. sed etiam de posteà accedenti-
bus, latè Gem. post Ioann. And. in c. licèt. §. 1. de priui. in 6. simi-
liter si licentia data sit prælato, vt quatuor clerici secum resi-
dentes percipiant fructus beneficiorum suorum in absentia,
non intelligitur tantum de clericis, qui nunc sunt, sed etiam de
futuris loco illorũ quatuor subrogandis. ita determinat Gem.
post Ioann. And. in c. fin. de verb. sign. in 6. in 5. col. vers. sed po-
ne, ꝙ Episcopus. similiter priuilegium Papæ concessum absen
ti, vel alij prælato, ꝙ possit familiares suos ad diuina admitte-
re, extenditur ad familiares futuros posteà receptos. ita latè de-
terminat Ioann. And. cum aliqua tamen limitatione in regu-
la, qui sentit. de reg. iur. in 6. in mercu. & istas duas decisio. vlti-
mas refert, & sequitur. d. Alex. in cons. 177. 2. vol. inc. in occur-
6 renti casu. col. 4. ad fin. ¶† Vltra istas limitationes adde genera-
liter, ꝙ confiscatio seu publicatio bonorum non trahitur ad
bona futura, & sic in publicatione bonorum veniunt tantum
bona præsentia, quæ quis habebat tempore commissi delicti,
non autem posteà acquisita. text. in c. fęlicis. post med. vers. ve-
rum. de pœ. in 6. in vers. de postmodum acquisitis. & ibi glo. in
l. si mandauero tibi, vt pro me. §. is cuius, vbi Iacob. Butr. & Al-
ber. ff. mand. & simpliciter dom. Alex. hic, allegans solùm istos
a duos text. Tu adde [a] Bart. in l. 1. in vlt. col. ff. de bon. damn. & in
l. certa forma. per illum text. C. de iur. fis. lib. 10. & est optimus
text. in l. eius, qui. §. 1. vbi Bald. ff. de test. & text. in l. ex facto. §. fin.
vbi Bald. Imo. & alij. ff. de vulg. & pupil. Io. And. in addi. Specu.
in tit. de accu. §. sequitur. vers. quid si aliquis, Bald. Ang. & dom.
Alex. in l. 3. §. illud. ff. ꝙ quisque iur. Alb. de Ros. in quarta parte
statutorum. quæst. 12. in fin. Cyn. & Bald. in l. 2. C. de bon. pro-
scrip. Bald. in l. fin. ad fin. ff. quæ res pign. oblig. poss. & in l. 1. in
pen. col. C. de hæred. insti. & in l. 3. C. de priui. fisci. Andr. de Iser.
in c. 1. §. fi. in 3. quæst. de capi. Corra. in feud. do. Alex. in l. si ma-
* rito. in prin. ff. sol. matr. *& ista est communis opin.* secundum Nel.
de S. Gemi. in tract. suo bannitorum, in prima parte secundi
temporis, quæst. 3. ¶ Hinc est, ꝙ filiofamilias bannito, & bonis
eius publicatis, patre posteà mortuo, fiscus non veniret ad bo-
na paterna, et quatenus sit legitima filij, nec pro alimentis filij,
b vt in specie notabiliter determinat Pau. de Cast. in consil. 30. [b]
incip. omisso ordine quæsitorum. col. 2. ¶ Hinc etiam est, ꝙ fa-
cta publicatione, iura conditionalia non transeunt in fiscum.
glo. est not. in l. non ad ea. ff. de condi. & demon. quam Bart. re-
putat multum tenendam menti in l. ꝙ traditum. in fin. eod. &
est text. in l. interdicit. ff. de cond. & demon. d. Alex. in l. 3. §. pen.
ff. ꝙ quisque iur. & in l. si marito. in princ. ff. sol. matr. cum mul-
tis concor. per eum adductis, & vltra eum idem tenet Bald. in
c. fin. in 2. col. ad fin. de rescrip. Ad illud adde, ꝙ valde sing. deter
minat Bald. in l. executorem. C. de execu. rei iud. in 9. col. vers.
7 quæro quidam timens ne fiscus, &c. † vbi quidam timens ne
fiscus bona sua inuaderet, fecit donat. causa mort. vxori suæ,
demum positus est in banno æris & personæ, determinat, ꝙ
vxor poterit talia bona, quorũ secuta est plena traditio, defen-
dere à fisco, tanquam per exilium, & sic per mortem ciuilem
fuerit confirmata, & talis sic bannitus poterit donationem re-
uocare. text. est vnicus in iure secundum Bald. qui vtranq; de-
cisio. ponit in l. sed si mors. ff. de don. inter vir. & vxo. Tu adde
similem in l. res vxoris. C. eod. & talia bona remanebunt ipsius
banniti, & non fisci, quia non fuerunt inclusa in confiscatione,
vt. l. si deportati seruo. ff. de leg. 3. ita ibi tenet Bald. ꝙ valde not.
c Quia ex hoc potes elicere not. cautelam [c] ad fraudandum fis-
cum in bonis delinquentis, ꝙ timens publicationem bonorũ
faciat donationem causa mort. vxori suæ, quæ confirmatur
per euentum deportitionis, qua eueniente, fiscus non pote-
rit bona auferre, sed remanebunt penes vxorem, & deporta-
tus poterit eam reuocare. & illam deci. Bald. sequitur, & repu-
tat sing. Pau. de Cast. in d. l. post contractum. in fin. ff. de don. vbi
8 in casu magis lato idem tenet. ¶† Item ad istam regulam ad-
de, ꝙ si quis Princeps fecit pacem pro se, & adhærentib. suis,
pro quib. se obligauit, intelligitur de adhærentib. præsentib. tan
tum, & non de illis, qui posteà fecerunt adhærentiam, & si ali-
quis obligauit se ad pacem seruandam pro se & filijs, intelligi-
tur de natis tantum, non autem de posthumis, & sic de posteà
nascituris, secundum Bald. qui vtranque decisionem ponit in
c. inquisitioni. col. fin. de appel. alleg. ꝙ latè tenet Arch. 11. q. 3.
in c. excellentissimus. vbi tenet, ꝙ si Papa excommunicat Ti-
tium, & omnes fautores, vel communicatores eius, compre-
henduntur tantum præsentes, & non futuri, vt ibi latius per
eum. Adde, ꝙ si testator substituit aliquem, & eius filios, intel-
ligitur de natis tunc, non autem de posthumis, secundum Bar.
d in cons. inc. Bonauentura [d] condidit testamentum. Sed aduer-
te, ꝙ contrarium tenet Ioann. And. post Guid. de Suza. in addi.
Spec. in tit. de treug. & pace super rub. ad fin. in pen. quæst. vbi
tenet, ꝙ si duæ ciuitates fecerunt pacem vallatam pœna pro
se, & suis subditis, ꝙ ista pax extenditur ad villam, quæ post se
submisisset alteri dictarum ciuitatum, & ita refert fuisse iudi-
catum per l. si quis filiabus. ff. de test. tutel. & c. quia circa, & cap.
cùm capella. de priui. refert, & sequitur Pau. de Castr. in l. qui
ædificium. ad fin. princ. ff. de ser. vrb. præd. vbi etiam dicit, ꝙ ista
quæstio fuit de facto in Marchione Montisferrati. idem tenet
Alex. in præalleg. consil. 177. secundi vol. in 4. colu. ¶† Item ad
istam regulam adde, ꝙ exemptio, vel immunitas concessa Ec-
clesiæ, vel capellis, non porrigitur ad capellam futuram, nec
Ecclesiam futuram, secundum Doct. in c. cùm capella. de pri-
ui. Bart. in l. damni infecti. el. 1. §. si is, qui duas ædes. circa fin. in
pen. quæst. de damn. infect. & in cons. 59. incip. commune Spo-
leti. in vlt. col. & latè do. Alex. in præalleg. cons. 177. secundi vol.
in vlt. col. & vltra allegata per eos, alleg. text. not. in cle. 1. ad fin.
de censib. vbi dicit tex. priuilegia verò, seu exemptiones huius-
modi ad monasteria, seu Ecclesias, [quæ ad eos obuenire con-
tinget, in posterum volumus non extendi] Item literæ ad be-
neficia, non trahuntur ad beneficia postea creata. cle. fin. de re-
scrip. Item rescripta ad lites non extenduntur ad lites futuras.
c. fin. de rescrip. Item emptio non trahitur ad futura. l. Rutilia.
& l. in l. ff. de contrah. emp. Item compromissum factum in ar-
bitrum de omnib. litibus, non porrigitur ad lites futuras, text.
est not. in l. de his. supra de arb. & ibi Bartol. ampliat, etiam si in
compromisso fuisset dictum de litibus, quæ sunt, & esse pos-
sunt inter partes. Vnde illud esse possunt, intelligitur ex causa
de præsenti, & reb. sic se habentibus. l. ꝙ Seruius. supra de cond.
ob causam. Et vltra Bart. facit bene text. in c. 2. de renunc. & ꝙ
decidit Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres. in 6. q. ff. eod. Tu am-
plia etiam si in compromisso essent illa verba, ex quacunque
causa, adhuc non porrigitur ad res futuras, secundum Lud. in
cons. 88. incip. tribus rationibus. Item renuntians ferijs, intelli-
gitur renuntiare præsentibus non autem futuris. ita tenet Bart.
in l. 1. §. 1. ff. de fer. arg. d. l. si ita. ff. de aur. & arg. leg. & sequitur. d.
Ant. de Butr. in c. fin. de fer. per text. in d. c. 2. de renun. Sed con-
trarium in hoc vltimo, & melius tenent Fulg. & latius d. Alex.
in d. l. 1. §. 1. in 1. col. ff. de fer. vbi dixi. ¶ Vltimo Bald. in d. l. si ita
scripsisset. de leg. 2. not. per illum text. similem isti, ꝙ si aliquis
cedit alicui omnia iura sua, non veniunt conditionalia, vel in
diem. sequitur Imo. ibi, & reputat notandum, sed istud repre-
hendunt Cum. & do. Alex. hic, eo quia in debito in diem ante
diem ius competit, & est orta obligatio, & actio, licèt obstet
exceptio. l. centesimis. in princ. ff. eod. & l. 1. in fin. ff. quando dies
vsusfr. ced. sed aduerte, ꝙ ipsemet d. Ale. sibi cõtrarius sequitur
illam deci. Bald. in cons. 106. 5. vol. ꝙ incip. visis, & opportunè
ponderatis statutis. col. 2. tamen melior est sententia contraria,
10 vt dixi, & ita habes expedita textualia huius text. ¶† Gl. in vers.
futurum. glo. enumerat tres casus, in quib. futura in iudicium
veniunt. s. in vniuersalibus, vt est petitio hæreditatis. Itẽ in actio
ne de peculio, quæ similiter est vniuersalis. Item quando super-
uenit ius ex causa de præterito. l. si rem alienam. in §. fin. ff. de
pign. act. de quo vide glo. & Bart. in l. non potest. ff. de iudi po-
nit Bartol. in l. vbi autem. §. pen. vbi dixi. ff. eod. & latè Imo. hic.
11 ¶† Extra gl. inducitur iste. §. per Bart. ad duas quæstiones. ¶ Pri-
ma de clausula codicillari, si testator dicat, si non valet testamẽ
tum iure testamẽti, valeat iure codicil. vel iure donationis cau-
sa mortis, ꝙ testamentum tunc valebit, sed posteà rumpitur
natiuitate posthumi præteriti. l. posthumo. C. de contra tab. ta-
lis clausula non habet locum, vnde debet dicere, si non valet,
vel valebit, vt per Bart. in l. 1. in 6. quæst. ff. de iure codi. per Bart.
& alios in Auth. ex causa. in vlt. colu. vbi dixi. C. de lib. præte. &
in l. filio præterito. ff. de iniust. rup. & in d. l. si ita scripsisset. vbi
12 etiam Bald. & alij. ff. de leg. 2. ¶† Secunda quæstio Barto. est, si
Potestas iurauit seruare statuta, an talè iuramentum extenda-
tur ad statutum posteà conditum. concludit Bart. ꝙ iuramen-
tum intelligatur etiam de futuris statutis, non multum præiu-
dicialib. iuranti, quoniam simplex dispositio trahitur ad futura

parum

ADDITIONES,

a Tu adde. Adde vltra hic alleg. per d. Ias. Alex. de Imo. in cons. 15. col. fin. & in cons. 75. col. 4. vers. inquantum autem. in 1. vol.

* Dec. cons. 438. num. 5. cons. 442. num. 10. Rom. cons. 247. & quod confiscatio bonorum non comprehendat futura, scribit Neuiz. cons. 73. nu. 10. post Ale. cons. 15. num. 12. lib. 1. not. Fely. in c. ad liberandum. num. 1. de Iudeis. plura not. Suarez. de condition. etiam loquens lib. com. opin. ver. confiscatio, & Cast. in l. eius, qui. §. si cui. nu. 3. ff. de testamen. MASVER.

b ¶ Pau. de Cast. consil. 30. Adde, quòd est in cons. 223. consi. nouor. secundum impressionem Papien.

c ¶ Cautel. De qua vide, quæ scribit Hippol. sing. 316.

d ¶ Bonauentura. Falsa allegatio, quia solùm reperio quoddam cõsilium, quod incipit Bonauentura, de quo nihil ad propositum.

parum præiudicialia.l.fin.C.quæ res pign.oblig.poss cum Bar. tenent Imo.& do.Alex.hic.& do. Abba.in d.c. pen.de iureiur. & in cons. 168. ꝙ inc. ad dilucidationem illius concertationis. Et dum Bart.limitat.d.c.pen.procedere,quando iurans expressè se restrinxit ad statuta edita,vt patet ibi in text. in vers.edita, & ibi etiam not.do.Abb.in 2.not. tu limita alio modo,& nota illum text.vt procedat,quando iuramentum præteritum esset interpositum super alio,tunc si promitto aliquid aliud sub virtute iuramenti iam præstiti, nihil valet. ita propriè procedit text.in d.c.pen.secus, quando iuramentum præteritum comprehendit illud,de quo nunc agitur. ita limitant Bart. & Ang. in l.fin.per glo.ibi.C.de vend.rer.ciui. lib.11.sed quantũ ad principalem q.Cum.Pau.de Cast.& do.Petr.de Bexu.hic tenent,& bene, ꝙ indistinctè Potestas virtute iuramenti tenetur seruare etiam futura statuta posteà edita, quia ratione officij eadem est ratio in futuris,quæ in præteritis: ad hoc fundamentũ posses respondere defendo Bar.ꝙ aliud est quærere,an Potestas ratione officij teneatur seruare statuta etiam posteà edita, & dico,ꝙ sic,ita procedit fundamentum Mod.aliud est quærere,an iuramentum extendatur ad statuta posteà edita, & in hoc loquitur deci.Barto.tamen si in rescripto, vel in alia dispositione contineatur clausula derogatoria, non obst. statutis, intelligitur etiam de futuris secundum Bart.in l.si mihi, & tibi.§.in legatis,vbi dixi.s.de lega.1.aliquid per Pau. de Castr. & latius do. Alexan.hic.

SVMMARIVM.

1 *Per lapsum diei appositi ad solutionem committitur pœna etiam contra hæreditatem iacentem.*

2 *Paria sunt dicere promitto tibi tale quid sub pœna. 10. & dicere si non dedero Stichum promitto. 10.nomine pœnæ.*

3 *Præceptum iudicis mandantis aliquid fieri sub pœna, puta.10.non videtur condemnare ad talem pœnam si non fiat, sed videtur comminari de condemnando.*

4 *Hæreditas iacens incidit in pœnam conuentionalem, licèt non possit in mora constitui,fallit,vt infra num. 5.*

LEX LXXVII.

1 AD diem. † Per lapsum diei appositi ad solutionem, committitur pœna, etiam contra hæreditatem iacentem.h.d. & ista est
2 sing.l.secundum Pau.de Cast.¶† Not.1.ex text.ibi, sub pœna secundum Bart.& alios, ꝙ paria sunt dicere promitto tibi tale quid, puta Stichum, sub pœna decem aureorum, & dicere si non dedero Stichum, promitto decẽ nomine pœnæ,& istud clarè tenet glo.not. in l.rescriptum.§.si pacto.in gl. magna.s.de pact.& ibi Bart.in fin. eam valde not. & commendat.ad idem facit text.in l.hæredes.§.idem iuris.in vers.sub pœna.s.fam.erciss.simile dicimus in pignore,paria sunt dicere talis mutuo accepit 100.super tali pignore,puta sup tali fundo,vel dicere,dedit talem fundũ in pignus pro 100.vel pignorauit talẽ fundum pro 100.ita not.Bart.in l.codicillis.§.instituto.per illum text.s.de annu.lega. Pau.de Cast.& do.Alex.hic. tu vide de hoc latius Ioann.Fab.quàm alibi legerim in §.item Seruiana.col.fin.inst.de act.Spec.in tit. de loca.§. nunc aliquid.versic.
3 108.¶† Non sic est in præcepto iudicis mandantis aliquid fieri sub pœna,puta.10.nam non videtur condemnare ad talẽ pœnam,si non fiat, sed videtur comminari de condemnando, & ideo ad condemnandum deberet posteà de nouo citari, allegaturus,quare condemnari non debeat,vt est text.not. in c.veniens.ad fin.de accu.& ibi Abb.in vlt.not. ad hoc not. illũ text. Bart.in l.vnica. circa finem princ. vbi aliquando plenè dixi.supra si quis ius dicen.non obtem.& de hoc habes glos.not. in c.1.de sagit.quæ idem dicit,si Episcopus, vel eius vicarius mandat aliquid fieri sub pœna excommunicationis, nam non est excommunicatus eo ipso,ꝙ non facit. Ideo consueuerunt addere, ꝙ ex nunc prout ex tunc proferimus in his scriptis,tunc bene esset excommunicatus. facit text. in c. relatum. in fin. de iure patr.& est alia glo.not.quæ idem tenet in cap. sicut tuis.in vers.anathematis.de simo. & glo.in c.2.de matri.contrac. contra interdi.Eccle.& glo.43.dis. in c. Salonitanæ. de quo vide latius per Abb.in d.c.1. de sagitta. & idem do. Abb.in c. pura.in primo not.per illum text.de cri.fal.Bald. in rub. & in l. 1.& in l. programma.C. commina.vel epis.& aliquid per Pau.de Cast.
4 hic. ¶† Secundò not. ex hoc text.ꝙ hæreditas iacens incidit in pœnam conuentionalem, licèt hæreditas iacens non possit in mora constitui,sicut etiam incidit in pœnam legatem. l.debitor.s.de neg.gest.ꝙ procedit, quando pœna committitur absque alia hominis interpellatione, ex lapsu diei appositi ad soluendum,& sic etiam absque facto heredis.ita procedit iste text. secus si dies non fuisset apposita, tunc contra hæreditatem iacentem non committitur pœna, quæ venit committenda per interpellationem hominis, quia hæreditas iacens nõ potest interpellari, nec in mora constitui, sicut nec infans nec furiosus. l.is cui.§.cessatum.vbi Bart.s.vt in poss. lega. sicut nec quando subest iusta absentia,vel alia necessaria causa.l.sciendum. cum duabus seq.s.de vsucap.nisi in traiectitia pecunia, in qua mora committitur,& periculum transit ad creditorem, licèt non appareat persona, q̃ possit interpellari.l. 2.s. de nau. fœno.sicut
5 & alia specialia sunt.l.periculi.eo.tit. ¶† Secundo limita istum text.non procedere in casu contrario, quando hæreditas creditoris esset iacens, tunc ea iacente non committitur pœna conuentionalis contra debitorem, qui non habuit cui soluere t.l.pecuniæ.§.1.in fin.s.de vsuris.allegata in glo. vbi Barto. & alij Bald.in l.2.in fin.C.de iure emphy. Sed attende,ꝙ ista limitatio procedit, quando debitor protestatur coram iudice, vel coram honestis personis se paratum soluere, & ꝙ per eum nõ stat, quominus soluat, & debet debitum offerre, aliàs pœna committeretur,vt l.fin.s.de lege commis.not. Bart.in l.item illa.in prin.s.de const.pecu.& in l.si reus paratus.ad fin.per illum text.vbi etiam Bald. & Angel.s.de procu. & ita firmat Pau. de Cast.hic.& in d.l.si reus paratus,& ita videtur etiam tenere do. Alex.hic. istam decisionem Pau. de Cast. refert, & latè reprehendit Are.in cons.161.inc.verum est, ꝙ Comicus noster,eleganter dicit. motus præsertim per text. in l. cùm quidam. §. si pupillo.s.de vsur. vbi debitor, qui debet pupillo, non tenetur ad vsuras ex mora, si non soluit in termino, quia etiam si vellet,non posset soli pupillo soluere,& sic sufficit solum impedimentum contingens personam creditoris, ergo non est verũ, ꝙ sit opus alia protestatione nec oblatione, vt dicit Pau. item per text. in l. si fundus ea lege. §.fin. s. de lege com. vbi si ille, qui debet ad diem soluere,non habet cui offerat,potest esse securus.ita ibi dicit text.ergo non requiritur alia protestatio, vel oblatio.Ad hoc etiam adducit glo.allegantem d.duo iura in l. ait prætor.in princ.vers.sed hodie. s.de minori. istam opin.etiã latè tenet do.Alex.in cons.92.1.vol.ꝙ incip.perspectis his,quæ in themate narrata.in 7.col.& seq.licèt do.Alex. ibi de Pau. de Cast.mentionem non faciat,& do.Ale. auctoritatibus Doctorum innititur.Aret. verò solis testibus, primus plus laboris, secundus plus ingenij ostendit, ego autem ante factum laudarem opin.Pau.de Cast.ꝙ fieret protestatio, & oblatio, iuxta.l. fin.de lege commis. sed post factum tenerem opinio. Aret. & do. Alex.per iura,& auctoritates per eos allegatas. ¶Tertiò limita istam legem,ꝙ licèt cõtra hæreditatem iacentem ex lapsu diei committatur pœna,vt hic,tamen hæredi petenti debetur restitutio in integrum ex clausula generali si qua mihi iusta causa,&c.secundum glo.in l.qui in alterius.ſ.de reg.iur.Barto. & alios cum concor. traditis per Alex. & est antiqua quæstio, quam latius disputat Spec.& videtur tenere contrarium in tit. de loca. §. nunc aliqua. vers. 18. & duobus seq. Et contrarium etiam tenet Cum. quia pecunia creditoris nõ debet stare mortua, sine vtilitate penes hæreditatem iacentem, sed teneas cõmunem opinionem, vt hic per Alex.

SVMMARIVM.

1 *Conditio existens trahitur retro ad tempus stipulationis interpositæ. fallit tamen infra num.2.*

3 *In contractibus conditionalibus inspicitur principium, & sic tempus contractus,sed in legatis tempus euenientis conditionis.*

4 *In legatis conditio casualis non trahitur retro.*

LEX LXXVIII.

SI filiusfamiliàs. Quantum ad acquisitionem inspicitur tempus interpositæ stipulationis conditionalis, non autem tempus conditionis euenientis.h. d.
1 & habet subtilẽ materiam. ¶†No.1. ꝙ conditio existens trahi-
a tur [a] retro ad tempus stipulationis interpositæ, & ad hoc tota die allegamus istum text.concor.l.potior.& l. qui banneum. s. qui pos.in pig.habe. Vnde si statutum prohibet contrahi supre bonis rebellium, etiam conditionalis contractus non tenet, licèt conditio existat post rebannitionem.secundum Bald.in l.1. ad

ADDITIO.

a ¶Trahitur.Adde, quòd imò conditio existens non retrotrahitur, sed perinde habetur,ac si non fuisset apposita, ita dicit text. in l. prætor. §. 1. qui potior.in pign.

ad fin. C. de nundi. ¶Amplia istam regulam procedere etiam in distractibus, seu liberationibus factis sub conditione, in quibus etiam inspicimus tempus celebrati distractus. glo. in l. sub conditione. j. de solu. Angel. & Imo. Raph. Cum. & do. Petr. de
2 Bex. hic. ¶†Limita istam regulam, vt procedat quo ad acquisitionem, vt sciamus cui debeat acquiri, & ita summaui istum text. sed quo ad validitatem contractus inspicimus tẽpus existentis conditionis. l. si rem meam, & ibi glo. s. eod. de qua opponit glo. hic in vlt. opp. & ita dicit solui. ¶Secundò limita istã regulam procedere in conditione casuali, vel mixta, ꝗ bene trahitur retro. secus est in potestatiua, quia ea existente non trahitur retro, quia deficit æquitas, cùm in sua potestate fuerit ante implere, secundum Bart. hic, & in l. si is, qui pro emptore, in 5. q. princ. s. de vsucap. & in l. si dubitetur. §. fin. j. de fideiuſ. ¶Tertiò limita, si tempore existentis cõditionis reperiatur extremũ habile quo ad obligationem contrahẽdam, secus si reperiatur inhabile, vel ex parte personæ stipulantis, quia sit deportata, vel ex parte promittentis, vel ex parte rei, quia nisi extrema sint habilia, fictio non trahitur retro. l. quoties. in secundo, & vltimo responso. j. de noua. & ibi Bart. in fin. ad hoc not. & reputat perpetuò tenendum menti. Bart. in l. postquam. in prin. s. vt leg. nom. cauea Ang. Imo. & Cum. hic. ¶Quartò limita istã regulam procedere quantum ad obligationem & hypothecã, secus est quantum ad dominium, in quo conditio non trahitur retro, ne duo reperiantur domini insolidum, vnus verè alius fictè, secundum Bald. in l. 1. circa finem. C. an ser. ex suo fac. Adde, ꝗ aliam meliorem rationem assignat Bart. in d. l. si is, qui pro emptore. in 5. q. princ. quia etiam si contractus fuisset purè celebratus, ex solo contractu non habuisset dominium sine traditione corporalis possessionis. l. traditionibus. C. de pactis. & l. si ager. s. de rei vend. ergo multominus solus euentus conditionis potest vsque retro inducere translationem dominij. ¶Quintò limita in conditione extrinseca, quando stipulatio esset collata in tempus existentiæ sui iuris stipulatoris, absque dolo, & fraude, tunc attẽderetur hoc secundum tempus. l. fin. vbi glo. ff. de stipula. seruo. & l. quidam cùm filium. ff. de hær. inst. & l. pen. ff. de colla. bonorum. Bart. & alij hic. duas alias
3 limitationes ponam in glo. ¶†Expeditis text. capio gl. secundã in verbo, quo contrahimus. quam diuide in quatuor partes, prout quatuor format opp. partes patent in gl. ¶In prima parte habes differentiam inter contractus, & legata, quia in cõtractibus conditionalibus inspicitur principium, & sic tẽpus contractus, sed in legatis inspicitur tempus euenientis conditionis.
a rationem diuersitatis assignat glo. [a] in l. si vxor. C. de cond. inser. quia in legatis non vertitur aliquod factum filij, patet, quia absenti, & ignoranti, & dormienti potest legari, & ei ipso iure acquiritur. l. cùm pater. §. surdo. de leg. 2. ideo inspicitur tẽpus conditionis, sed in contractibus factis per filiumfamilias, vertitur factũ filij, quia ipse est, qui facit, & qui contrahit, vnde cũ versetur opera filij, & tempore quo facit cõtractum, sit in potestate patris, ideo tunc acquiritur patri, quia tunc patria potestas debet ius suum operari, & istam rationem etiam in simili assignat glo. in §. ex conditionali. inst. eod. Istam rationem reprobat Bart. hic, & expressius in d. l. si is, qui pro emptore. in 5. q. principali, eo quia non est generalis, quia potest esse cõtractus. in quo non versatur opera neque factum filij, puta, quãdo donaretur filio. l. liber homo. in prin. s. de acq. rerum dom. vel ꝗn promissum esset notario nomine filij, istis casibus nullum factum filij interuenit, & tamen attenderetur tempus stipulationis. Tu defende istam rationem gl. & Doct. quando donatur filio, licèt non versetur opera filij, tamen ex illa donatione non acquireretur sine facto filij, prout quæritur ex legato. Item ꝗn notarius stipulatur nomine filij, licèt nõ interueniat factum filij verè, tamen interuenit interpretatiuè. l. stipulatio ista. §. si qs insulam. s. eod. & l. qui autem. §. fin. s. de consti. pec. prout cũ hoc secundum ponit Cum. hic. sed contra illam rationem gl. fortius obst. nam in donatione causa mortis vertitur opera filij, vel serui, quia requiritur eorum præsentia, & stipulatio. l. inter mortis. s. de dona. causa mort. & tamen non acquiritur patri, vel domino, sed eis si reperiantur sui iuris tempore mortis donantis. l. fin. s. de dona. cau. mortis. & ibi Bart. per hoc reprobat istam rationem diuersitatis. facit. l. sed interim. §. idem ait. & §. sequenti. s. de dona. inter virum, & vxo. sed aduerte, quia Bald. respondendo huic fundamento, tenet contrarium in donatione causa mortis in d. l. si vxor. colu. fin. & pro eo facit bonus text. in l. si Senatus. §. fin. & ibi glo. s. de dona. causa mortis. in quo Cum. distinguendo concordat. aut donatio causa mortis incepit à traditione, & tunc inspicitur tempus mortis. d. l. fin. & d. l. sed interim. §. idem ait. secus, quando incepit à promissione. d. l. Senatus. §. fin. ¶Aliam rationem diuersitatis assignat Bart. hic &, latius in d. l. si is, qui pro emptore. in 5. q. princ.

quia in contractibus conditio trahitur retro. l. potior. & l. qu balneum. s. qui pot. in pign. hab. & fingitur retro celebratus contractus, & sic retro quæsisse patri, vel domino. l. necessario. §. ꝗ si pendente. s. de peric. & commo. rei vend. nimirum si in contractibus attendimus tempus contractus, sed in legatis cõditio non trahitur retro, vt est text. reputatus singularis in l. 1. §. serui appellatione. vbi etiam Bar. ad hoc not. s. ad Sylla. facit. l. si mater. §. eandem. s. de excep. rei iud. Et istam sequũtur Ang. & Pau. de Cast. hic. Istam rationem reprobant Imo. Cum. & d. Alex. hic. ¶Et omissis leuibus hic relatis per d. Alex. contra rationem Bart. videtur vrgere, quia ratio assignata per Bart. non bene euacuat difficultatem, cùm adhuc remaneat dubium, quare magis in contractibus conditio trahatur retro, & proptereà subtilitatum Princeps do. Christ. de Castil. quem etiam referunt Cum. & do. Petr. de Bexu. defendendo Bart. adducebat rationem rationis, ꝗ ideo in legatis conditio non trahitur retro, eo quia principium non est habile, & sic deficit extremum ad ꝗ, quia si retrotraheretur, fingeretur testator viuens vsque retro obligatus, ꝗ est absurdum, quia à principio tempore facti testamenti, legatum non habet effectum, cùm semper sit reuocatorium vsque ad tempus mortis testatoris, vsq; etiam ad ꝗ tempus voluntas testatoris est ambulatoria. l. cùm hic status. §. ait oratio. s. de don. inter virum, & vxo. l. 4. §. fin. & l. seq. s. de adimen. lega. & c. cùm Matthæ. de celebra. mis. Et si dicis, saltem debet trahi retro ad tempus mortis testatoris, vel aditionis hæreditatis, respondet do. Christ. ꝗ illud non est extremum, sed medium inter relinquere, & confirmare legatũ, & licèt Cum. & do. Petr. de Bexu. nihil substantiale contra hoc adducant, tamen istud, ꝗ dicit do. Christo. nihil est, quia quando nos quærimus, nunquid in legatis conditio trahatur retro, intelligimus ad tempus mortis testatoris, quo tempore legata efficiuntur irreuocabilia, non autem intelligimus, ꝗ trahatur retro ad tempus conditi testamenti, quia hoc esset ineptũ quærere, & hoc ostendo viua ratione, nam testator proculdubio potest facere legatum purum, per ꝗ non obligatur testator in vita, sed solùm hæres suus obligatur post mortem testatoris, nec in hoc resultat aliquod absurdum, ergo eodem modo si conditio trahatur retro, fingetur legatum retro purum, non autem testatorem retro obligatum, & istud est, ꝗ etiã voluit do. Christo. Porcins in §. omnis. in 6. colu. inst. eod. vbi dicit, ꝗ cum semel fecisset istud fundamentum contra do. Christo. de Castil. præceptorem suum, ꝗ semper ab inde in antea tenuit
4 contra do. Christo. de Castil. ¶†Secundo contra istam rationem Bart. facit, quia Bart. præsupponit pro constanti, ꝗ in legatis conditio casualis non trahitur retro, sed istud est contra text. in d. l. qui balneum. in §. sed & si hæres. s. qui pot. in pign. hab. per quem text. do. Mathesi. reprehendit Bart. & dicit dicere contra casum legis, in nota. 116. quẽ tex. etiam contra Bart. allegat Ioann. de Imo. hic. responde ad illum text. planius quã Cum. hic, ꝗ ibi in legatis conditionalibus conditio non trahitur retro, nec hoc dicit ille text. sed bene decidit, ꝗ in pignore præfertur legatarius, quia pro re legata pignus ei prius fuit datum, & sic quo ad ius prælationis in pignore non debet esse in potestate debitoris resilire à contractu pignoris, & hoc propriè considerauit text. in d. l. qui balneum. in prin. ne sit in potestate debitoris decipere priorem creditorem. item illud, ꝗ dictum est, ꝗ in legatis conditio casualis non trahitur retro, intellige verum quo ad commodum seu acquisitionem legati, sed bene trahitur retro, quo ad rescindendam alienationem medio tempore factam. text. est, qui ita loquitur, in l. fin. §. sin autẽ sub conditione. vbi Bart. in pen. opp. C. commu. de leg. ¶Tertiò contra rationem Bart. facit, quia aditio hæreditatis etiam trahitur retro ad tempus mortis testatoris. l. hæres quoque. s. de acq. hær. & l. omnia ferè. j. de reg. iur. & ratio est, ne decedat pro parte testatus, &c. & tamen in hæreditate quo ad acquisitionem inspicitur tempus euenientis conditionis. l. si solus. §. fin. s. de acquir. hæredi. & §. alienus. el. 2. instit. de hære. instit. & adeundo quasi contrahit cum legatarijs. l. ex maleficiis. §. hæres. s. de act. & oblig. & §. hæres. inst. de oblig. quæ ex quasi contractu. Sed ad hoc respondet ipsemet Bart. in d. l. si is, qui pro emptore. in 5. q. prin. ꝗ in hæreditate non trahitur retro, quo ad omnia. d. l. omnia ferè. & ibi nota. sed per hoc Bart. non euadit difficultatem, quia etiam in contractibus conditio non trahitur retro quo ad omnia, vt dixi in text. item per hoc Bart. non assignat rationem, quare quo ad acquisitionem non trahitur retro aditio hæreditatis sicut trahitur retro quo ad alia, & sicut in

ADDITIO.

a ¶Gl. Vbi Fulg. & Cros. in Rep. l. si is, qui pro emptore. in 5. quæst. Barto. ff. de vsucap.

in contractibus, & sic remanet reprobata ratio Bart. ¶Tertiã rationem diuersitatis assignant Imo.& Alexan.hic, vt per eos. Sed ista ratio non concludit, nam moriens non transmittit, quia sibi non potest retinere, sed hic filius effectus sui iuris,bene potest sibi retinere,tamen caue per d.l. quæ legata. j.de reg. iur. ¶Quartam rationem assignat Cum. hic per multa verba, sed in effectu est,ꝙ contractus dicuntur habere forte, & potẽs principium.hoc assumptum probat Cum.duplici fundamento. Primò, quia perfecto contractu amplius reuocari non potest.l.sicut.C.de act.& oblig.& l.in commodato. §.sicut.ff.commo.ideo lex voluit,ꝙ attendatur principium, & ad illud trahatur conditio. Sed vltimæ voluntates dicuntur habere debile principium, cùm sint semper reuocatoriæ vsque ad mortem, ideo lex non curauit conditionem in legatis trahi ad principium, istud mihi non placet, quia in vltimis voluntatibus deberet conditio trahi retro ad tempus mortis testatoris, & aditæ hæreditatis, quo tempore legatum habet inuariabile principium, cùm variari non possit, vnde alio modo probat Cum. assumptum suum, & hoc plus placet, ꝙ contractus dicantur habere forte, & potens principium, quia est certum debitum iri siue stipulator viuat purificata conditione,siue sit mortuus, quia in contractibus transmittit ad hæredem.§.ex conditionali.inst.eod.ideo lex statuit debere attendi principium, & sic tẽpus contractus, & ad illud conditionem retro trahi. secus est in legatis conditionalibus, in quibus non est certum debitum iri, si contingeret legatarium præmori ante purificatam conditionem, quia spes in legatis conditionalibus non transmittitur.l.vnica.§.sinautem aliquid sub conditione. C.de cadu. toll. & sic in contractibus conditionalibus firmior est spes futuri contractus quàm in legatis. ¶Quintã rationem assignat Imol. in l.dies incertus.ff.de condi. & demon. vt ibi per eum, quam reprobat do.Alex.hic per fundamentum,ꝙ adduxi contra rationem glo.in d.l. vxor. C.de condi.inser. vnde teneas pro minus periculosa primam rationem supra relatam,quæ fuit glo. in d.l.si vxorem,vel quartam rationem Raph.quam etiam supra retuli.¶In secunda opp.gl.ibi, sed ibi fuit subsecuta numeratio,& sic in d.l. post stipulationem interuenit actus numerationis,qui sufficeret ad pariendam actionem, etiam non præcedente stipulatione, ideo ibi inspicitur tempus illius actus. i. numerationis.idem tenet glo.in l. si verò non remunerandi. §. si filiusfami.el 2.ff.manda. facit text.in l. si filiusfam.crediderit. §. fin. & l.seq. & seq. ff. ad Maced. Istam rationem reprehendit Bart. quia hic quærimus de actione, quæ oritur ex stipulatione præcedente,& non ex actu numerationis,qui sequitur.alio fortiori fundamento reprobat subtilis Cum.quia dictum glo.pro cederet, vbi ageretur de obligatione principalis,cui fuit numeratum,sed in ll.contrarijs agitur de obligatione fideiussoris,cui non fuit aliquid numeratum, vtrum fideiussor obligetur filio effecto sui iuris,an patri considerato tempore contractus, sed defendendo solutionem gl. potes ad fundamentum Cum.respondere,quòd ibi obligatio accessoria principalis regulatur à principali,vt infra dicam,& ibi de vtriusque obligatione quæritur,tam rei principalis quàm fideiussoris, vt patet in d.l.si debitori.§.si filiusfam.j.de fideiuſ.Sed tu caue, dum gl.pro solutione sua allegat d.l.cùm.n.j.de noua. illa lex videtur potius facere in oppositum,cùm dicat, actionem oriri non ex numeratione,sed ex stipulatione,siue præcedat siue sequatur,quia numerario fit causa implendæ stipulationis, ergo non debet attendi tempus numerationis, sed stipulationis, cuius causa fit numeratio.Vnde Bart.alio modo respondet, ꝙ iste text.loquitur in conditione casuali,vel mixta,quæ bene trahitur retro,vt dixi in text.sed in.ll.contrarijs conditio erat potestatiua, nam si stipulor à te 100.quę tibi numerabo,est conditionalis si sequatur numeratio, sed in Potestate nostra est numerare, vel non, & ita est in potestate tua recipere, vel non, & sic non incidere in obligationem, & sic est text.in l. qui pecuniam.ff. si cert.pet. si ergo recipis,obligaris vt ex nunc,quando recipis, non vt ex tunc, quando promisisti, vnde si tempore stipulationis eram in potestate patris, & tempore numerationis eram mei iuris, acquiritur mihi actio ex numeratione, quia conditio potestatiua non trahitur retro, vt dixi in text. & ista est bona solutio quam sequitur Ang.& Pau.hic,quamuis Alex.conetur respõdere,& si diceres licèt ibi conditio sit potestatiua quo ad principalem,in cuius potestate est recipere, vel non, tamen quantum ad fideiussorem, de cuius obligatione ibi agitur,conditio non est potestatiua, respondeo defendendo Bart. ꝙ obligatio fideiussoria,quæ est accessoria, regulatur à principali, & non committitur nisi ei,cui est quæsita principalis obligatio. ¶In tertia opp.glo.Bart. respondet, quòd ibi loquitur de actione in factum, quæ datur ex æquitate non de actione, quæ oritur ex præcedenti contractu.Ioann.de Imo.reprobat, quia imò ibi loquitur de actione vtili, quæ datur ex præcedenti contractu. s. ex ipso mandato,vt ibi,& l.cùm filium.ff. de hæredi.instit. Breuiter dic,quòd ibi filius emancipatus,& sic effectus nouus homo.l. 2.ff.de capi. dimi.executioni mandauerat mandatum sibi factum tempore patriæ potestatis, ideo est æquum, quòd filius habeat vtilem mandati, vel in factum, similiter subsidiariam, quia post emancipationem fecit talem actum, ex quo potuit sibi vtilis acquiri, & non dicitur directa mandati, quia mandatum fuit factum tempore, quo erat in potestate patris. ¶In fin.glo.not. ꝙ in d.l.si rem meam.ff.eod. quo ad valorem inspicimus tempus existentis conditionis, vt ibi, licèt quo ad acquisitionem inspiciamus tempus contractus,vt hic, & dixi in text.

SVMMARIVM.

1 *In actionibus stricti iuris non veniunt fructus nisi à tempore litis contestatæ.*

2 *In contractu stricti iuris si promittatur fundus simpliciter, intelligitur promitti sine fructibus.*

3 *Licèt in stipulatione fundi, quæ est stricti iuris,non veniant fructus in eo existentes,tamen secus est in emptione,& in alijs contractibus bonæ fidei,in quibus fit plenior interpretatio.*

a **§.Cùm fundum.** Iste.§. est [a] difficilis secũdum Bart.& dicit Pau.ꝙ
1 materia huius difficilis. §. pessimè per Doct. declaratur. ¶† In actionibus stricti iuris non veniunt fructus nisi à tempore lit. contest.h.d.text.cum glos. secundum Bart. Ang. & Imo. istud summarium est verum in se per.l.cùm fundus.in prin.ff.si cert. pet.& l.videamus.§.si actionem.ff.de vsuris, sed non congruit ad istum text. qui non loquitur de tali tempore, à quo fructus veniunt, puta moræ, vel lit.contest.vnde summa melius istũ text. In stipulatione fundi non veniunt fructus existentes in eo tempore stipulationis.h.d.Item aduerte, ꝙ iste tex.simpliciter, & sic obscurè dicit,fructus,qui stipulationis tempore fuerunt, & non aperit an fuerint tunc pendentes,an verò separati à fun
2 do.tangit glo.in vlt.parte,ibi dicam.¶† Not.ꝙ in stipulatione, & sic in contractu stricti iuris si promittatur fundus simpliciter,intelligitur promitti sine fructibus, & sic fructus censentur exceptuati,vt etiam est text.in l.ratio.§.1.ff.de actio.emp.Et dicit Bald.in l.fructus.col.1 ff.de actio.emp.ꝙ ratio huius tex.est, quia hic erat promissio fundi dandi, & non dandorum fructuum,dicam.j.latius,quid autem sit in contractu bonę fidei, puta venditionis,ponit glo.in tertia parte,ibi dicetur. ¶Capio glo.magnam in verſ. nõ veniunt fructus. q̃ diuide in quatuor partes,prout quatuor format opp.Secunda ibi, sed contra infra eod.Tertia ibi,item contra. ff.de actio. emp. Quarta ibi,itẽ contra,de rei vendi.¶In prima parte glo. limitat istum text.nisi esset lis cõtestata,eo quia in contractibus stricti iuris bene veniunt fructus post lit.contestatam, & non ante.d.l. videamus. §.si actione.allegata in glo.& l.cùm fundus. in princ.vbi dixi.ff.
* si cert.pet.cum ista limitatione glo. transeunt Bart. *& alij communiter.*Ista limitatio est impertinens, & sic inepta ad istũ text. prout etiam aduertit Pau.de Cast.quia iste text. vult, ꝙ in stipulatione fundi non veniant fructus existentes in fundo tempore stipulationis,vnde super talibus fructibus,qui non veniũt in stipulatione,non caderet lit.contest.quia non debentur.nec lit. contest.facta super fundo faceret tales fructus venire, cùm cẽseantur quid diuersum ab ipso fundo,vt hoc text.Nec obst. ll. pręallegatę.s.d.l.videamus.§.si actionem.& d.l.cùm fundus. in princ. quia non loquuntur de fructibus existentibus in fundo promisso tempore stipulationis,vt loquitur iste tex. sed loquuntur de fructibus, qui posteà cęperunt pendere, & tales fructus post lit.contest.ad stipulatorem pertinent,& non ante. ¶In secunda opp.iunge simul vtranque solutionem glo.ꝙ d.l. si fundum certa die.loquitur in obligatione rem tradi, quæ est facti,vt l.stipulationes non diuiduntur. verſ. idem puto.ff.eod. & in obligatione facti post moram succedit obligatio ad interesse. d. l. stipulationes non diuiduntur. verſ. Celsus. vnde ibi post moram venit interesse, in quo etiam habetur ratio fructuum non vt fructuum,sed vt interesse. Inter quæ est triplex differentia.Prima in forma petendi, nam si petuntur vt interesse, non petentur tanquam fructus, sed petitur simpliciter quanti interest creditoris. Secunda, quia fructus petuntur officio iudicis mercenario. l. videamus.la.2. §. ex causa.supra de vsu.

ADDITIO.

a ¶Iste. §. est. Adde, & etiam intellige istum text. vt per Iaſ. in l. si seruum. in prima 1.not.j.eod.

vsu.& l.ex diuerso.§.1.s.de rei vendica. sed interesse petitur iure obligationis, & actionis.d. vers.Celsus. Tertia differentia est in effectu, quia si veniunt vt fructus, veniunt omnes quos debitor, qui fortè est bonus agricola, percepisset, secus si veniunt vt interesse, quia tunc veniunt tantum illi, quos creditor percipere potuisset, qui possunt esse pauciores, puta, quia creditor sit Doctor, vel miles.& sic minus industrius, secundũ Bart. hic, & in d.l.videamus.§.si actionẽ, & in l.ratio.§.1.s.de actio. empt.Bald. in l. si traditio.in 10.q.C. eod.de actio. empt.¶Sed contra opponit, ꝙ etiam in contractibus stricti iuris veniant fructus à tempore moræ, nam in contractibus stricti iuris venit æstimatio quanti plurimi à tempore moræ.l.in hac.& l.fin. s.de condi.triti.l.vinum.si cert.pet. ergo venire debent fructus, propter quos æstimatur pluris fundus.l.fi.§.fructus.de his, quæ in frau.cred.l.in l.falc.placuit.s.ad l.falc. respondet Bart.Ange. Cum.& do.Alex.fatendo contrarium, ꝙ licèt in contractibus stricti iuris non veniant à tempore moræ fructus directò, vt fructus, tamen bene veniunt per indirectum, quia in moroso habetur ratio quanti plurimi fuit fundus à tempore moræ, vnde dicit Bart.& alij sequuntur, ꝙ vtilitas consistit in modo practicandi, quia si in libello peterem condemnari ad fundum cũ fructibus, succumberem in fructibus, vt hic, si verò peterem condemnari ad fundum, quanti plurimi fuerit à tempore moræ, obtinerem, quia non est dubiũ, ꝙ fundus plus valebat, cùm erat fructibus plenus, & sic consequeris tunc fructus non vt fructus, sed vt æstimationem quanti plurimi.Istam doctrinam impugnant Ioann.de Imo.& Pau. de Cast.quia non debet per indirectum concedi, ꝙ directò prohibetur. l.fin.C. si mancip. ita fue.alie.ne prosti.& in reg.l.cùm quid.de reg.iur. in 6.Itẽ secundum eos illud plus non erit æstimatio fundi, sed fructuũ, & iura in quibus Bart.& Doct.se fundant, loquuntur in estimatione rei debitæ, quando creuit post moram, & sic in illo pluri valoris rei. Sed non recedas ab opin.Bart. & communi, quã etiam tenet ipsemet Imo.sibi contrarius in l.in conuentionalibus.§.fi.s.eod.& Spec.in tit. de fru. & interes.in §.commune.in princ.& si diceres ista doct.Bart.& Doct.videtur imposita verbis, & non rebus, quia considerato effectu consequeretur omnes fructus à tempore moræ, per viam æstimationis quanti plurimi, & sic iura prædicta, quæ dicunt in contractibus stricti iuris non venire fructus à tempore moræ, erunt imposita verbis non rebus. contra legem 2. in fin. C. communia de leg. & cap.commissa.§.1.de elect. in 6.& mens.ll. est non disputare verbaliter, sed determinare realiter, dicit Bald.in rub.s.de re diui.ad fin.responde subtiliter ex mente Cum. ꝙ imò magnus est in hoc diuersitatis effectus, si enim veniunt à tempore moræ habita ratione quanti plurimi, quandoque non deberentur, quæ bene deberentur vt fructus, quia quando veniunt habita ratione quanti plurimi, quandoque non deberentur, quia quãdoque res non plus valet, nec est maioris æstimationis propter fructus, vt patet in ancilla prægnante, quæ plus non valet propter prægnantiam, vt l.si ꝙ ex Pamphila.de leg.2.vel quando est res, ex qua naturaliter fructus non percipiuntur, puta in seruo, & domo, & similibus: nam in istis non veniunt fructus habita ratione quanti plurimi, sed bene est dare fructus ab ista re separatos, puta pensiones ex domo, quæ bene venirent vt fructus post lit. conte st. sed ante non venirent vt æstimatio quanti plurimi.¶Item opponit Bart. de l. si stipulatus. in princ. s.de vsu.respondet, ꝙ ibi fuit stipulatus duo.s. fundum dari, & vacuam possessionem tradi, propter quæ duo veniunt fructus, qui aliàs non venirent, & ita etiam respondet ibi glo.1.& glo.in l.in conuentionalibus.§.fin.s.eod.glo. & Bart.in l.ratio. §.1.s.de actio.emp.Adde, ꝙ Bald.in l. fructus.in 2. opp. C.de act. emp. adducit aliam rationem ad d.l. si stipulatus. nam quando quis stipulatur fundum dari, & vacuam possessionem tradi, si promissor retineret fructus, non traderet possessionem vacuam à se, quia fructuum perceptio repræsentat possessionem, vt not. per glo.in l.si quis super.C.fini.regun. ista ratio Bald. mihi nullatenus placet, & confunditur per text. ineuitabilem in l.ratio. §.1.ff. de act. empt. vbi si quis stipulatur simpliciter vacuã possessionem tradi, non veniunt fructus, & tradi vacuam possessionem etiam retentis fructibus, & dixi plenius in l. in conuen-
3 tionalibus.§.fin.s.eod.¶†In tertia opp.glo.ibi, sed ibi in emptione, quæ est bonæ fidei. habes, ꝙ licèt in stipulatione fundi, quæ est stricti iuris, non veniant fructus in eo existentes, tamen secus est in emptione, & in alijs contractibus bonæ fidei, in quibus fit plenior interpretatio, vt vendito simpliciter fundo, intelligatur venditus cum fructib. d.l.Iul. §. si fructibus. allegata in glo.& l.videamus.§.ex causa.s.de vsur.& l.fructus .C.de act. emp.Amplia idem esse si non esset bonæ fidei, sed haberet instar bonæ fidei, vt in actione ex testamento, vbi similiter legato fundo simpliciter intelliguntur etiam legati fructus, l.apud Iul.§.1.de lega.1. Addunt Imol.Paul.& Alex.aliam rationem quia cùm aliquis emit fundum plenum fructibus, censetur maius pretium propter illos fructus dedisse, nimirum si veniunt fructus in venditione. confirmo vltra eos per text. sing. in l. filius.§.fin.cum glo.& ibi clarius Bart.s.de colla.dot.vbi in actione ex stipulatu ad conferendum, quæ est stricti iuris, veniunt vsuræ, & interesse à tempore moræ, contra communem regulam, eo quia istud ibi disponitur in recompensationem fructuum, qui in hæreditate patris de parte filij emancipati reperiuntur, & ille est specialis, & mirabilis casus, in quo in contractibus stricti iuris vsuræ veniunt à tempore moræ secundum Bald.in l.si soror.C.de colla.ista ratio Imo.Pau. & do.Alex.mihi non placet, quia non aduertunt, quòd incidunt in opi. Petr. de Bellaper.quam Bart. reprehendit per l. ratio. §. 1.s.de actio. emp.vbi debebatur pretium, & tamen propter hoc fructus nõ veniunt à tempore moræ. item per l. apud Iulianum. §. 1.s.de lega.1.vbi res debetur ex causa lucratiua, & tamen fructus veniunt, quia illa actio habetur instar bonæ fidei.¶Posteà Barto. distinguendo facit tres casus, vt hic per eum. Aduerte in primo casu Bart.videtur inaduertenter loqui, dum dicit, quòd si est obligatio rem dari, in contractibus bonæ fidei veniunt fructus à tempore moræ.d. l. Iulianus.§.si fructibus. hoc non videtur bene dictum, quia in emptione, & venditione obligatio non est dari, sed tradi, nam si venditor promitteret dare, non esset emptio, & venditio, sed contractus innominatus.l.fi. supra de condictio.ob causam.declarat Bart. in l.ex empto. in prin.s.de act.emp.est verum, quòd Bart.in l. stipulationes non diuiduntur.in 8.quæst.princ.ad finem.s. eod.dicit, quòd in emptione, & venditione non est obligatio dandi, tamen habet mixtam causam, quia si venditor est dominus, & tradat, tradendo trãsfert dominium, quia habet annexam causam bonorum. l. in conuentionalibus.§ fin.s.eo.tamen etiam intelligere.d.§.si fructibus, quòd ibi venditor fundi esset dominus, esset restrictio, & diuinatio ad illum text.¶In vltima oppo.glo.ibi, sed hic secti erant. pro clara intelligentia reassumo in dubium intellectũ istius text.quia simpliciter dicit non veniunt fructus, qui stipulationis tempore fuerunt, & non aperit an tempore stipulationis essent pendentes in fundo, an verò separati. Glo. hic in prima solutione, & Barto.tenent, quòd in isto text.fructus erant secti, & sic separati tempore stipulationis non autem pendentes, quia si fuissent pendentes, venissent in stipulatione, quia fructus pendentes sunt fundi. in l. fructus pendentes.supra de rei vend. Item fundus, & fructus in eo pendentes, censentur esse vna, & eadem res non duæ, ita dicit text.in l.fin.§. fructus.supra de his, quæ in fraud. cred. ergo stipulando fundum, venissent fructus, si fuissent pendentes in fundo, ergo iste text. debet intelligi, quando tales fructus erant secti, & separati. Iste intellectus glo. & Bart. non est tenendus ad hunc text. quia text. esset penitus de indubitabili, quia fructus secti, & separati à fundo, censentur esse res diuersæ, & separata ab ipso fundo, quia fundi nihil est nisi ꝙ intra se tenet.ita dicit text. in l. fundi.in princ. supra de actio. emp. & fructus separati à fundo videntur esse noua res, & nunquam fuisse pars fundi.l.1.§.cùm prędium pignori.in fin.supra de pign.vnde indubitatum esset in stipulatione fundi non comprehendi fructus, qui tunc erant separati, vnde vt iste text. ponat casum dubitabilem, intelligitur secun-
dum Bald.Ang.*Imo.& omnes hic* indifferenter, & Bald. in l. fructus.in 1.col.C.de act.emp.quòd in isto text.fructus erant pendentes in fundo tempore contractæ stipulationis, sed posteà fuerunt separati à promissore, ita quod tempore petitionis, vel litis contest.non erant amplius in fundo.Et ad d.l. fructus pendentes.responde clarius quàm glo.in secunda sol. quòd illa lex loquitur respectu iuris realis, & sic dominij: nam fructus pendentes in re mea, pro qua datur mihi rei vẽdicatio, & sic actio realis, bene sunt pars rei, vt ibi, & l.solum.§.1.eod.tit.de rei vẽd. quo casu etiam separatos possum petere tanquam meos, ex quo percepti sunt ex fundo meo. secus est respectu iuris seu actionis personalis, quia fructus pendentes tempore contractus in re, quæ non est, nec vnquam fuit mea, sed mihi debita ex contractu stricti iuris si ante moram, vel ante lit.contest.separati sunt à fundo, non veniunt tanquam pars fundi, cùm ibi non essent perpetuò destinati, vt hoc text. qui propriè ita loquitur. ¶Sed tu aduerte, contra istum communem intellectum videtur mihi fortiter stringere, quia si in isto tex. tempore conceptæ stipulationis, fructus erant pendentes, & sic pars fundi, & sic videbantur comprehensi in stipulatione, quomodo posteà fuit in potestate promissoris separare eos à fundo, & sic ipsos eximere ab obligatione.contra regulam.l.in commodato.§.sicut.supra commoda. & l.sicut.C.de actio. & obliga ? Bald. alibi fortè sentiens istam difficultatem in l. fructus.in 1. colum. C.de actio. emp. dicit ex hoc text.resultare mirabilem con-

concluſionem, quòd in iudicijs ſtricti iuris, in quibus agitur ex promiſſione rem dari, non veniunt fructus, qui reperiuntur tẽpore iudicij ſeparati, licèt eſſent pendentes tempore contractus celebrati, & iſtud reputat Bald. mirabile, tamen hoc non tollit difficultatem, imò auget. ¶ Limitat tamen Bald. ſingulariter eſſe verum, ſi tales fructus petantur diſcretiuè, ſecus ſi cõcretiuè petendo rem mihi dari in illa qualitate, in qua erat tẽpore conuentionis, & tunc fructus veniunt, argum. d. l. fi. §. pen. ſupra de his, quæ in frau. cred. præſertim in cauſa onerosa, in qua aliquid fuit venditori recompenſatum pro ipſis fructibus, vt ibi patet. ſecundum eum. & licèt do. Alex. dicat iſtam ſingularem limitationem apud alium non vidiſſe, tamen eam reprobat ſatis leuiter, ponderando Bart. hic velle contrarium, dum opponit de l. in hac. & l. fin. ſupra de cond. triti. Tamen ſi bene conſideras illud, quod vult Bartol. potius facit pro limitatione Bald. tamen nec ipſe do. Alex. mouet difficultatem quã tetigi, & minus reſpondet. Poſſes dicere, quòd in obligationibus, & actionibus perſonalibus fructus pendentes non dicuntur pars fundi ſimpliciter, ſed ſolùm pro tempore quo ſtant pendentes, non autem poſtquam ſunt ſeparati, modo ſeparatio fiat ante lit. conteſt. & imputandum eſt ſtipulatori, quare legem contractus apertius non dixerit. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. verſ. in ſtipulationib. ſupra eod. vel quare non præuenerit ſi potuit in litem conteſtando. Et ita remanet expeditus iſte ſubtilis. §.

SVMMARIVM.

1 *Præſentia perſonæ inducit, vt illi per alterum quæratur actio ſine ceſſione.*

2 *Si notarius præſente Poteſtate, vel iudice legat ſententiam, valet talis ſententia, quia videtur ipſe Poteſtas legere.*

3 *Sicut quando iudex ore proprio aliquem præſentem citat, talis citatio habet vim trinæ citationis, & ſic peremptorij, idem eſt ſi nuncius præſente iudice cum eius mandato citet partem præſentem.*

4 *Si duo teſtes deponant in iudicio, & vnus dicat, quod ego numeraui Titio centum, & alius dicat, quod ego numeraui Caio centum, præſente, & volente Titio, iſti ſunt conteſtes, & plenè probant.*

5 *Licèt dominus ſit præſens, tamen actus poteſt expediri per procuratorem procuratorio nomine.*

6 *Proteſtatio eſt fienda principali ſi haberi poteſt, aliàs ſi non poteſt haberi, quia ſe occultet, eius procuratori.*

7 *In iudicialibus ſiue ſtipulationes ſint prætoriæ ſiue non, procurator ſtipulando domino etiam abſente, acquirit ei vtilem ſine ceſſione.*

LEX LXXIX.

SI procuratori præſentis.

Præſentia domini operatur, quòd ex ſtipulatione procuratoris quæratur vtilis actio domino ſine ceſſione, & non eſt alibi iſte caſus in iure ſecundum Bal. & Cum. hic. ¶ In text. ibi, competere. intellige, ſine aliqua ceſſione, vt
1 præſentia domini aliquid operetur, vt ſtatim dicam. ¶ † Not. quòd præſentia perſonæ inducit, vt illi per alterum quæratur actio ſine ceſſione, & iſte eſt vnus caſus, in quo per liberam perſonam alterius poteſtati non ſubiectam, quæritur alteri actio ſine ceſſione, & iſtum caſum, & etiam alios enumerat gloſſ. magiſtra. in §. ſi quis alij. inſtit. de inutil. ſtipul. & gloſſ. in l. damni infecti ſtipulatio. §. fin. ſupra de damn. infect. & glo. in l. quod procurator ex re. ſupra de procu. Barto. & alij in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. ſupra eod. & ſic habes correlariè notare, quòd præſentia domini tantum operatur quãtum ceſſio procuratoris: nam procurator cedendo transfert vtiles actiones in dominum, aliàs ſine ceſſione non tranſeunt. l. poſſeſſio quoque. §. & ſi poſſeſſio. ſupra de acquir. poſſeſ. eundem effectum ceſſionis operatur præſentia domini, quando præſente domi-
2 no procurator ſtipulatur. ¶ † Et per iſtum text. decidunt Bald. & Imo. hic, quòd ſi notarius præſente Poteſtate, vel iudice legat ſententiam, quod valet talis ſentẽtia, quia videtur ipſe Poteſtas legere, quod reputat Imo. tenendum menti, alij non tangunt. Tu aduerte, quòd licèt ita videatur de conſuetudine obſeruari, tamen credo, quòd de iure talis ſententia ſit ipſo iure nulla, per text. clarum in l. 2. C. de ſenten. ex breui. reci. & capit. fin. de re. iudi. in 6. vbi iudex erat præſens, & ſedebat, & tamen non poteſt recitare ſententiam ſe præſente, niſi ſit perſona il-
3 luſtris. † Vltra Scribentes adde, quòd per iſtum text. alibi determinat Bald. in l. 2. in 1. col. C. quomodo, & quando iudex, quòd ſicut quando iudex ore proprio aliquem præſentem citat, talis citatio habet vim trinæ citationis, & ſic peremptorij, vt ibi eſt gl. ſing. idem eſt ſi nuncius præſente iudice cum eius mandato citet partem præſentem, per iſtum text. & dicit Bald. quod credit hoc eſſe veriſſimum, & notandum. Addé tu text. not. in l. falſus. §. ſed & ſi is. ſ. de furtis. vbi quando numeratio pecuniæ ſit alij me præſente & delegante, eſt perinde acſi mihi ipſi fieret, & hoc modo dicor talem pecuniam contrectare, & ſic committere furtum, quod eſt tenendum menti, ſecundum
4 Bart. ibi, † & per illum text. conſuluit alibi egregiè Bart. in conſilio, quod incipit, in quæſtione propoſita ſolum examinare intendo, &c. quòd ſi duo teſtes deponant in iudicio, & vnus dicat, quod ego numeraui Titio centum, & alius dicit, quòd ego numeraui Caio centum, præſente & volente Titio, quòd iſti ſunt conteſtes, & plenè probant, quia non refert, an numeratio fiat Titio, an alij eo præſente, & volente, & illud conſil. Barto. formaliter refert, & ſequitur Lud. in l. ſingularia. col. fin. ſupra ſi cert. peta. & per d. §. ſed ſi is. tenet etiam Bart. in d. l. ſingularia. in pen. colu. quòd ſi pecunia fuit numerata alteri in eius præſentia, notarius rectè potuit dicere in inſtrumento, quòd ipſe habuit, & recepit, & vltra Bart. ad hoc allego text. bene no. in l. quod ſtatuliber. in fin. ſ. de dona. cauſa mort. vbi text. formaliter dicit, [& quod ab alio nomine ipſius præſente eo datur, propriè eſt, vt ab ipſo datum intelligatur.] Item adde, ꝙ alibi determinat do. Ant. de Butr. in c. quoties. de pact. quòd ſtante ſtatuto, quod contra geſta per iudicem ſententiando, determinando, vel alio modo nihil poſſit opponi, quòd ſi contractus fuit celebratus inter partes in præſentia iudicis eo auctorante, quòd perinde opponi non poterit, ac ſi contractus eſſet factus à iudice. Item adde, quòd alibi tenet Barto. in l. ciuitas. in vlt. quæſt. ſupra ſi cert. pet. vbi tenet, quòd ſi pecunia ſit mutuata adminiſtratori ciuitatis, vel collegij præſente collegio, quòd propter præſentiam probetur pecuniam verſam in vtilitatem
5 collegij, & collegium obligatur. ¶ † Secundò noto, quod licèt dominus ſit præſens, tamen actus poteſt expediri per procuratorem procuratorio nomine. caſus eſt hic. videbatur oppoſitum, quaſi ipſe dominus deberet actum gerere, poſtquam ipſe eſt præſens. Adde, quòd ſimiliter poteſt fieri denunciatio, vel proteſtatio procuratori præſente domino principali, & idem operatur, acſi talis proteſtatio eſſet immediatè facta ipſi principali. text. eſt not. in l. ſi dictum. §. ſi præſente. ſ. de euic. & ibi videtur text. contra illud, quod not. Ioann. And. in c. fin. de dolo, & contu. in nouella. vbi videtur tenere, quod proteſtatio non debeat fieri procuratori, ſed ipſi domino, quando eſt præſens. ſecundum Pau. de Caſt. hic. alij nihil tangunt. Adde, quòd do. Alex. in l. non ſolùm. §. morte. in pen. char. ſ. de oper. noui nunc. faciens mentionem de iſta impugnatione Pau. de Caſt. putat opin. Ioann. Andr. eſſe de iure veriorem, per text. met in d. l. ſi dictum. §. ſi præſente. dum dicit [præſente domino, & nõ ignorente.] & ibi glo. 1. vbi eſt text. quòd imò bene poteſt denunciari procuratori, quando dominus erat præſens, & ſciens, & ſic intelligens denunciationem. ſecus ſi dominus eſſet in ciuitate, & ignorans, quia tunc non ſufficeret primò denunciare procuratori. Adde licèt ipſi non allegent, quòd Barto. in d. §. morte. in pen. colu. verſ. cui debeat fieri talis proteſtatio, &c. tenet,
6 quòd † proteſtatio debet fieri principali ſi haberi poteſt, aliàs ſi non poteſt haberi, quia ſe occcultat, poteſt fieri eius procuratori, per glo. ſolennem in l. aut, qui aliter. §. & ſi forte. in verſ. aut ad domum. ſupra, quod vi aut clàm. ſimiliter citandus eſt principalis, ſi poteſt reperiri, & eo non reperto, citatur poſteà procurator ſecundum gloſ. in d. cap. cauſam. de dolo, & contumaciam glo. limita, & intellige, vt per Barto. in l. ſolent. in vlt. not. per illum text. ſupra de ali. & ciba. leg. & in l. meminerint. per illum text. C. vnde vi. & in lege quamuis. ſupra de damn. infect. cum alijs concor. ibi traditis per dom. Alexan. ¶ Capio gloſſ. vnicam, quam diuide in tres partes. In prima remouet vnum contrarium. In ſecunda ponit qualiter verba ſtipulationis debeant à procuratore concipi. In tertia addit concordantes. Secunda ibi, Item hoc valet. Tertia, & vltima ibi, & adde,
7 quod not. &c. ¶ † In ead. gloſ. ibi, nam in prætorijs etiam ſi, &c. dic, quod in iudicialib. ſiue ſint prætoriæ, ſiue non prætoriæ, procurator ſtipulando domino etiam abſente acquirit ei vtilem ſine ceſſione. l. in cauſæ. §. fin. ſupra de procur. Barto. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. colum. penul. vbi dixi. ſupra eod. & ita loquitur. l. in omnibus. prima. & ibi Bart. infra de præto. ſtipul. allegata in gloſ. ſecus in extraiudicialibus, & ſic in conuentionalib. l. poſſeſſio quoque. §. & ſi poſſeſſio. ff. de acquir. poſſ. niſi dominus ſit præſens. ita loquitur text. hic. ¶ In ſecunda parte gloſ. habes, quòd ad hoc, vt iſte text. procedat, requiritur, quòd verba obligatiua, & datiua, & ſic executiua ſint collata in perſona ipſius procuratoris ſtipulantis, aut ſaltem verba obligatiua, aliàs non valeret ſtipulatio, & non acquireretur vtilis do-
* mino, & cum glo. *tenent Bartol. & alij*, qui ſubtiliter impugnant funda-

fundamentum Petr. tenentis contrarium. Et not. diligenter illud, quod subdit Bartol. quod si dominus esset præsens animo transferendi in se iudicium & instantiam, valeret sententia, licèt verba obligatiua, & executiua essent collata in personam domini præsentis, quamuis etiam procurator esset præsens. intellige hoc esse verum, quando procurator præsens non contradiceret, aliàs inuito, & contradicente procuratore, qui litigauit in tota causa, non posset dominus hoc facere, & sic transferre in se instantiam, vt tenet glo. in cap. pen. in vers. siue post. de procura. in 6. & ita plenius tenuit Bartol. met in l. furioso. in pen. & vlt. quæst. supra de re iudi. & in l. 1. in 2. colum. C. de sent. & interloc. omn. iud. dom. Ant. & dom. Abb. in cap. 2. de testib. Angel. & Cum. & dom. Alexan. hic, quia non subsistente alia iusta causa non potest dominus instantiam causæ in se assumere inuito procuratore. l. procuratorib. vbi Barto. C. de procu. & l. mutari. & ibi Bartò. & l. post litem. vbi Ange. supra de procura. & cap. 2. eod. titu. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio debet sic in dubio intelligi, vt valeat, & teneat.*
2 *Stipulatio, quæ non potest intelligi propriè, trahitur ad casum improprium.*
3 *In dubio potius præsumitur nullitas actus, quàm grauamen de alio iure redimendo.*
4 *Quando sunt duo actus, in dubio non fit interpretatio, quòd vterque actus valeat, sed satis est vnum valere. & num. 5.*
6 *Pluralitas eiusdem nominis inducit obscuritatem. & num. 7.*

LEX LXXX.

1 QVoties in stipulationibus. Oratio ambigua debet sic interpretari, vt stipulatio valeat. h. d. ¶† Not. quòd stipulatio debet sic in dubio intelligi, quòd valeat, & teneat, & sic licèt stipulatio sit stricti iuris, & strictè veniat intelligenda. l. quicquid astringendæ. in princ. j. eod. recipit tamen interpretationem substantialem, vt valeat, quia in dubio debet sumi sensus, qui facit actum valere, & ad hoc quotidiè allegatur ista lex. concordantes sunt in glos. ¶Quib. adde l. 1. & ibi Bald. ad hoc not. s. de eo, quod cert. loc. & l. 3. supra de testam. mili. & l. fideicommissa. §. si filio. supra de lega. 3. & text. in cap. Abbate. de verbor. sign. & quæ dixi in l. scire debemus. §. si à fure. supra eod. per illum text. qui videtur in contrarium obstare, & quæ dicam in l. nemo rem suam. in princ. infra eod. vbi etiam text. videtur in contrarium obstare. ¶Secundo adde text. bene not. in l. diuus. in princ. supra de vsu. & habi. vbi verba testamenti, quæ non possunt effectualiter verificari in iure expressè constituto, verificantur in alio iure differenti, etiam si illud ius sit maius expresso ad hoc, vt actus valeat cum effectu. ibi. n. erat relictus vsus syluæ, & quia sub ratione vsus legatum non videbatur valere, comprehenditur vsusfructus, & intelligitur relictus vsusfructus syluæ, & illum text. ad hoc not. Aret. in l. ꝙ in rerum. §. 1. de lega. 1. ¶Tertiò adde, quòd qualitas apposita in actu præcedenti, quæ vitiat, in dubio non intelligitur repetita in sequenti actu, quia in dubio non debet intelligi repetitum illud, quod vitiat. text. in l. si quis à filio. in princip. & ibi gl. ita expressè not. ex illo text. de lega. 1. & text. in l. seruo alieno. §. si ab impubere. eod. titu. similiter clausula in fine posita, non refertur ad illa capitula, quæ ex tali relatione fierent inutilia. l. cum vulgari. supra de dot. præleg. & l. talis scriptura. versic. 1. vbi Bartol. in duob. locis not. supra de lega. 1. ¶Quartò adde, quod in dubio iuris præsumptio non adaptatur ad impugnandum id, quod agitur, sed potius adaptatur ad confirmandum. ita not. Bald. & Floria. in dicta. l. si quis à filio. in princip. per il-
2 lum text. de lega. 1. ¶† Quintò adde pro ampliatione, quòd stipulatio, quæ non potest intelligi propriè, trahitur ad casum improprium, vt valeat. ita not. Bart. in l. stipulatio ista. §. hi, qui.
3 per illum text. supra eod. ¶† Limita primò istam regulam, ꝙ in dubio potius præsumitur nullitas actus quàm grauamen de alio iure redimendo. vnde si testator habet solum vsumfructum fundi, qui extinguitur per eius mortem, legando talem fundum, similiter intelligitur solùm legare illud ius, quod habet, quamuis finiturum morte, & sic legatum est potius nullum, quàm quòd intelligatur grauare hæredem de fundo redimendo. text. est in l. quod in rerum. §. 1. supra de lega. 1. secundum intellectum Barto. & Bald. *& magis communem.* ad idem similis text. in l. vxor patrui. vbi glos. & Doct. de lega. 1. similiter ista regula non procedit, quando interpretatio validitatis esset futura nimis grauis, aut nimis onerosa, vel stipulatori, vel reo, tunc potius vitiatur stipulatio. ita limitat Fulg. in l. 3. §. si quis insulam. s. de eo, quod cert. loc. & fortè non habes ita in spe-
4 cie alibi. & ista fallentia posset ad multa seruire. ¶† Secundo limita, quando sunt duo actus, quia tunc in dubio non fit interpretatio, quod vterque actus valeat, sed satis est vnum valere. text. est not. in l. si quis ante. supra de acquir. poss. ¶Tertiò limi. quòd licèt debeat fieri interpretatio, vt actus puta legatum valeat, tamen non debet fieri interpretatio ita ampla, vt valeat omni modo, quo valere potest, nisi istud exprimatur, secundum Angel. in consil. 294. quod incip. punctus, testator solum Titium hæredem instituit. circa fin. & vide Bald. in l. quoties. in vlt. colum. C. de hæred. instit. ¶Quartò signanter limi. quando verba posita in dispositione, neque ex proprio neque ex largo significatu possunt comprehendere casum, in quo dispositio valeat, tunc non confirmatur, sed redditur inutilis, & inualida. text. est mirabilis, in quo semper dubitaui in l. tutores. §. 1. supra de admin. tuto. vbi pater habens filios pupillos, in testamento dedit curatores filijs, talis datio nihil valet, & non exponitur curatores. i. tutores, vt actus valeat, & ita per illum tex. limitat istam reg. Aret. in l. à Titio. in vlt. colum. infra eod. licèt ibi corruptè eum allegetècontra tamen bene exponitur tu-
5 tor. i. curator, vt actus valeat. † Vnde si pater habeat filios puberes maiores 14. ann. & in testamento dicat, relinquo tales tutores filijs meis, valet, & exponitur tutores. i. curatores. text. est in l. pater Seuerinam. §. conditionum verba. s. de condi. & demon. & ratio diuersitatis est secundum Bart. in dicta. l. tutores. §. 1. eod. quia tutor se habet in plus quàm curator, cùm tutor detur personæ & rebus, curator solùm rebus. l. in copulandis. C. de nup. ideo dictio tutor, cùm sit plus, potest trahi ad id, quod est minus, non autem potest exponi curator. i. tutor, cũ sit minus quàm tutor, & ita etiam simpliciter tenet Paul. de Cast. in d. §. conditionum verba. ego semper dubitaui, & adhuc dubito de illa decisione mirabili illius tex. in l. tutores. §. 1. quòd ibi curator datus in testamento patris non debeat exponi. i. tutor, vt actus valeat, cùm alibi habeamus text. quòd appellatione curatoris, saltem largo sumpto vocabulo venit tutor etiã in materia correctoria, text. est in §. fin. & ibi expressè glos. in versi. ad curationẽ. in Auth. vt hi, qui obli. se hab. perhi. res min. & si diceres, vt ibi dicit glos. si ille, qui est debitor, vel creditor adolescentis prohibetur esse curator, ergo fortius, qui est creditor, vel debitor pupilli, debet prohiberi esse tutor, & sic à maioritate rationis appellatione curatoris ibi venit tutor, quæ ratio videtur cessare in dicta. l. tutoris. §. 1. quia dico iungendo illam. l. tutores. §. 1. cum dicta. l. pater Seuerinam. § conditionũ verba. si saluat actus intelligendo tutores, idest procuratores in persona puberum, quibus minus fauetur, ergo multò magis fauore pupillorum appellatione tutorum deberet intelligi de curatoribus, vt actus valeret. Tamen pro ista quarta limitatione ego allego meliorem text. in l. verbis ciuilib. supra de vulg. & pupilla. vbi substitutio facta per verba directa & ciuilia, non valet iure fideicommissi, dato, quòd aliter sustineri non possit, eo quia verba & in proprio, & in largo significatu repugnant. ¶Et per illum text. Pau. de Cast. & dom. Alex. ibi tradunt quintam limitationem ad istam regulam, quòd licèt in dubio verba debeant sic interpretari, vt actus potius valeat quàm pereat, vt hoc text. fallet nisi ita interpretando fieret contra voluntatem testantis, per illum text. in versic. [ne fiat contra voluntatem.] nam tunc potius patimur dispositionem esse nullam, quàm quòd fiat contra voluntatem disponentis, vt ibi. & l. quoties. §. duo. supra de hæred. instit. & in l. penul. supra de iniusto rupto. vbi potius tolleratur, quòd testamentum irritetur, quàm quòd fiat contra voluntatem defuncti, qui prohibuit expressè portionem cohæredi accrescere, & denuo super dicta. l. tutores. §. 1. relinquo vos cogitantes, saluis his, quæ dixi. ¶Glos. in versic. ambigua. ponit quinque modos, quibus oratio potest esse ambigua, & tantum tres primos declarat. ad primum modum de æquiuocatione, adde duo alia exempla, quæ ponit Spec. in titu. de disp. & alleg. aduo. §. post hæc. versic. in summa not. In secundo dum glo. exemplificat de lib. Arist. habes, quòd genitiuus potest importare causam efficientem auctoris, & etiam dominium. de quo per Barto. in rubr. supra
6 de oper. nou. nuncia. vbi dixi. † Ad tertium modum de compositione, & diuisione, quod duo, & tres composita faciunt quinque, sed non separata, adde glos. in l. 2. supra de condi. inst. glos. in l. vbi fideiussor. supra de sol. & in l. manumissiones. supra de iustitia, & iure. & in §. 1. inst. de libertin. & vide omnino text. not. in l. si is, qui ducenta. in princ. supra de reb. dubijs. vbi etiam Bart. dicit, quòd duo, & tria faciunt quinq;, quando duo non insunt illis tribus, sed separata. De generalitate, & alternatione glo. non posuit exemplum. de generalitate habes in l. ita fideic. j. de iur. fis. de alternatiua omnes, habes in l. pretor. §. qđ autem.

autem.ff.de iniu.& in l. vbi autem.§.qui illud.ff.eod. ¶Glos. secunda in vers.in tuto sit.Ista glo. timore contrarij.l. inter stipulantem. §. si Stichum.ff. eod. ponit distinctionem,de qua vidimus in l. stipulatio ista. §.in stipulationibus. ff.eod. posteà allegat multas concor.ad reg.huius text.Secunda ibi, & facit.ff.Et
7 dum glo. ponit de duplici Bononia, † habes, quòd sicut pluralitas eiusdem nominis inducit obscuritatem. l. duo sunt Titij.supra de test.tut. & l.si fuerit.in princ. supra de rebus dubijs. ita pluralitas locorum, ciuitatum, vel castrorum inducit obscuritatem, ideo secundum Barto.accusans aliquem de maleficio commisso in quodam castro, de quo reperiuntur plura eiusdem nominis,vel cognominis in eadem diœcesi, nõ dicitur certum in accusatione deduxisse, cùm diuersitas locorum obscuritatem inducat.l.ita fideicom.ff.de iur.fis.ideo talis libellus accusatorius non procedit.de quo dic, vt plenius per Bart. in l.libellorum,in princ.in 2.quæst.ff.de quæstionib. & in l.quæ conditio.§.fin.per illum text. ff.de cond. & demon. & in d.l.ita fideic.per Ang.in l.si rem.ff.de rei vend.

S V M M A R I V M.

1 *In stipulationibus prætorijs,vel iudicialibus, qui promittit factum alienum ex mente,& æquitate prætoris videtur promittere se facturum, & curaturum,& sic de facto suo.*

LEX LXXXI.

Voties quis. In stipulationibus prætorijs simpliciter conceptis,potest quis alienum factum promittere, quia videtur promittere se facturum, & curaturũ, quo casu succedit obligatio ad interesse,& sic stipulatio procuratoris refertur ad interesse domini. h. d. vsque ad fin. l. sequendo
1 communem intellectum. † Not.quòd in stipulationibus prætorijs,vel iudicialibus, qui promittit factum alienum,ex mente,& æquitate prætoris videtur promittere se facturum,& curaturum,& sic de facto suo,& sic stipulatio valet. secus in alijs conuentionalib.stipulationibus,in quibus quis promittit factũ alienum, illæ nihil valent, & non intelligitur promittere se fa-
* cturum,& curaturum.l.stipulatio ista.in princ. vbi Bart. *& alij communiter* tenent. ff.eod.glo. in §.si quis alij. instit.de inutil. stip. Bart.& communiter alij hic.sed aduerte,licèt glo. Bart.& magis communiter alij ita teneant, & intelligant istum text. & ad hoc quotidiè allegetur, iste intellectus mihi nullatenus placet, quia etiam in stipulationibus extraiudicialib.debet semper fieri interpretatio,vt stipulatio valeat,vt in regula.l. præced.ergo etiam in his,quando quis promittit factum alienum, debet intelligi,quod promiserit se facturum, & curaturum, ad hoc,vt valeat, & tamen contrarium videtur decidere.d. l. stipulatio ista.in princ.sed illa.l.non loquitur in terminis nostris.loquitur.n.quando quis promittit, quòd alius faciet, & sic expresè factum alienum, tunc non valet stipulatio, sed in terminis nostris ista stipulatio, alium sisti, non continet promissionem facti alieni, vt statim dicam. Secundo iste text. simpliciter dicit alium sisti,& bis repetit,& non dicit in iudicio, vel extra.vnde intelligere sisti,scilicet in iudicio,vt intelligit glossella prima, &
* Bart. *& communiter alij*,est diuinatio, & restrictio ad istum text. Item,& tertiò iste text.loquitur,quando quis promisit sisti,vel seruum, vel liberum hominem, sed seruus non potest sisti in iudicio,& nihil valet stipulatio de sistendo seruum in iudicio, quia censetur impossibile de iure.l. quoties.ff. si quis cau. & restringere istum text. vt loquatur in casibus specialibus,in quibus seruus potest sisti in iudicio,est alia manifesta violentia ad istum text.Item isto modo restringendo ad casus speciales deberemus dicere,quòd etiam valeret stipulatio de sistendo seruum in iudicio,cuius contrarium dicit ibi text. expresè. Et ideo licèt alij non impugnent, ego impugno istum communem intellectum glos.& aliorum ad istum text. ideo Cyn.in l. 1.in 7.quæst.C.de procu.intellexit generaliter istum tex.vt procedat non solùm in stipulationibus prætorijs, vel iudicialibus, sed etiam in stipulationibus extraiudicialibus, & consequenter siue quis promisserit liberum hominem, vel seruum sistere in iudicio,vel etiam alibi in alio loco extraiudicium, & isto modo realiter procedit litera, prout iacet, sine vlla restrictione,& subauditione. ¶Nec est verum assumptum,in quo glos. Bart.& communiter alij sunt decepti, quòd ista stipulatio cõtineat factum alienum, quia quando quis promittit impersonaliter sisti, illud infinitiuum sisti, potest intelligi à me, vel ab alio,ergo in dubio debet referri ad personam ipsius promissoris,& sic sisti à seipso,& sic,quod ipse faciet,& curabit, & sic dabit operam,quòd ille sistet,& sic promittit factum proprium, & isto modo non erit speciale in stipulationibus prætorijs, vel
* iudicialibus;vt gl.Bart.*& alij magis communiter tenent*, imò idem erit in stipulatione extraiudiciali, qua quis promittit liberum aut seruum sisti simpliciter, secus, quando directò promitteret factum alienum, puta promitto, quod Titius faciet, tunc nihil valeret.ita loquitur.d.l.stipulatio ista.in princip. vt dixi. Et cum isto intellectu Cyn. licèt prædicta non referant,transeunt simpliciter Cum.& Bexu.hic, & ita teneas,licèt etiam Bart.in dicta.l.stipulatio ista.in princip. ff.oppo.referat opin.Cyn.& nõ sequatur eam,sed non bene eam refert, prout etiam ibidem dicit Cum.

S V M M A R I V M.

1 *Quis non potest stipulari rem suam purè.*
2 *Vbi quis simpliciter stipulatur rem suam,in dubio intelligitur stipulatus sibi dari,non autem restitui.*
3 *Quare specie perempta post moram pereat periculo debitoris.*
4 *In mora dicitur,qui maluit litigare quàm rem restituere.*
5 *Dictio omnimodo,idem impertat,quod indistinctè,& omni casu.*

LEX LXXXII.

Nemo rem suam vtiliter. Non põt qs stipulari rẽ suã,sed eius æstimationem, vel restitui, & periculũ interitus spectat ad debitorem morosũ, q dicitur esse in mora sine cã litigando.h.d.tota
1 ista.l.¶†Not.1.ex isto text.tres casus. Primus, ꝙ quis non potest stipulari rem suam purè.Ratio est,quia illud, ꝙ proprium est,amplius per stipulationem suum fieri non potest.§.sic itaque.inst. de actio. & l. sequitur.§.lana. ff. de vsucapi. Secũdus, quod possum stipulari pretium rei meæ. ratio, quia pretiũ rei meæ non est meum, quia aliud est res,aliud pretium siue æstimatio rei.l.si alij.§.rerum.ff.de vsufr. l.qui vas §. fin.ff. de furtis. & l.fundum cornelianum.ff.de noua. Tertius casus est, quòd quis potest stipulari rem suam sibi restitui à promissore, ratio, quia tunc non stipulatur dominium,ꝙ esset impossibile,vt primo dixi, sed stipulatur factum nudum restitutionis, ꝙ est im-
2 possibile,quando res sua est penes promissorem.¶†Secundo, & subtilius not. ex isto text. quòd vbi quis simpliciter stipulatur rem suam,in dubio intelligitur stipulatus sibi dari, non autem sibi restitui, vt sequitur in text.facit.l. si ita distrahatur.§.1. supra de contrahen.emp.sed aduerte, contra istum text. fortiter videtur vrgere, nam cùm quis possit stipulari rem suam sibi restitui, & stipulatio tunc valet, quia videtur stipulatus factum restitutionis, & non dominium, vt dixi. ergo in dubio, qñ simpliciter stipulatur rẽ suam,debet intelligi.l.restitui, non autem dari, vt sic in dubio potius valeat stipulatio quàm pereat per reg.l.quoties in stipulationibus.vbi dixi.ff.eo.cuius cõtrarium videtur velle iste text. dic secundum Imo. & Pau.de Castr.hic.quos refert, & sequitur.do.Alex. in l. scire debemus. §.si à fure.ff.eod.& Lud.Rom.in l.si rem meam. ff.eod.quòd si promissor habet facultatem rei restituendæ, quia sit res penes eum,tunc stipulator videtur stipulatus eam sibi restitui, vt stipulatio valeat per reg.dictę.l. quoties in stipulationibus. secus quando res sua erat penes ipsum stipulatorem, tunc non potest intelligi stipulatus rem suam sibi restitui, ex quo eam penes se habet, ideo tunc intelligitur stipulatus sibi dare, & tunc stipulatio nihil valet, vt hoc text. Ita videtur quasi necessariò dicendum ad istum text.nec aliquid melius occurrit, licet etiã ista solutio non careat diuinatione. Item intelligere primum responsum text. quando res sua erat penes stipulatorem, sed tertium casum,quando erat penes promissorem,& stipulatus est restitui, videtur aliqualiter violati text. sed quia melius responderi non potest, ita videtur quasi necessariò dicendum.
3 ¶† Tertio not. rationem,quare specie perempta post moram pereat periculo debitoris, & adhuc peti possit, eo quia odio morosi fingitur viuere,vt hic,& l.si seruum.§.fin.ff.eod. dixi in
4 l.si ex legati causa.ff.eod. ¶† Quartò not. ꝙ dicitur esse in mora, qui maluit litigare quàm rem restituere,& ad hoc etiã not. istum text Bart.in d.l.si seruum.§.nunc videamus, & in l.q Romæ.§.Seia.ff.eo.¶Capio gl.in vers.homo.habes,ꝙ debitor speciei perempta specie post eius moram indistinctè tenetur, nec distinguitur,an eodem modo fuisset peritura penes creditorẽ, idem expressius tenet gl.in l.ꝙ te.vbi Bart. Bal.& alij, vbi aliqñ plenè examinaui.ff.si cert.per.gl.in l. ꝯctus.ff.de reg. iur. & gl.in mora.in prin.ff.de vsur.Bart.& alij hic. Bald.Imol.& Mod. in l.
* cùm res.§.fin.de leg.1.& *ista est communis opin.* Præcipuum fundamentum Bart.& tenentium istam communem opin.est,qa fur,& morosus æquiparantur.l.inter stipulantem.§ pen.ff.eod.

sed

sed in fure, & raptore non adhibetur ista distinctio, imò indistinctè tenetur de interitu.l.1.§ rectissimè. s̃.de vi, & vi arm.& l.subtracto. C. de fur. ergo etiam non debet distingui in moroso, sed indistinctè debet teneri de interitu. ¶Aduerte istud fundam̃ Bar.& cõe, habet duo capita, seu duo assumpta, & vtrunque non vr̃ verum, ergo tale fundam̃ ex omni parte corruit, primum assumptum est, ꝙ fur, & morosus æquiparantur per d.§.pen.tu r̃nde, ꝙ talis æquiparatio ibi fit quantum ad hoc, vt vterq; teneatur de interitu, sed sine dubio improbrior est mora furis, qui est plusquam frustrator, vt inquit text. in l.meritò. in fi.s̃.de vi, & vi arm. ergo non est bona argumentatio de fure, & sic de maiori, & magis graui, ad minorem. ꝯfirmatur optimè ſm Anch.in rep.regulæ pactum.in 5.opp. de reg.iur. in 6. quia in fure, & in raptore est delictum in faciendo, ꝙ est grauius quàm in moroso, vbi solùm est in omittendo, vt per glo. in l.si mora.cum fi.s̃.sol.mat. & tantò fortius, quia mora nõ est simpliciter delictum.ſm gl. Imol.& Mod.in d.l.si mora.ſm assumptum Bar.& cõe est, ꝙ in fure, raptore, & simili non adhibetur prædicta distinctio, per iura superius allegata.aduerte, illa iura non probant, quia licèt dicant, ꝙ res pereãt periculo furis, vel prædonis, tñ possunt intelligi cum distinctione p̄dicta, ꝙ illa iura non negant, & ꝯ̃ istud ſm assumptum stringit fortiter text.in l.si cum exceptione.§.ꝙ si homo. s̃.ꝙ met.caus. qui loquitur in actione personali ex delicto metus, & tamen adhibetur illa distinctio, an res eodem modo perijssent penes passum metum, & tũc metum inferens non teneatur, aliàs secus. Et aduerte, q̃a Bart. & Doctor. vr̃ in hoc seipsos confundere, dum volunt, ꝙ in fure, raptore, & similibus non fiat illa distinctio, vt in iuribus præallegatis, sed bene fiat in inferente metũ. per d.l.si cum exceptione.§.ꝙ si homo.eo quia metum inferẽs tenetur ad pęnam quadrupli, & ꝑꝑ hoc in eo ita distinguitur. Et non aduertunt, ꝙ etiam in furto manifesto habet locum pęna quadrupli, ergo debet similiter habere locum distinctio, cuius ꝯ̃rium Bar. & oẽs volunt, ergo seipsos confundunt, nisi subtiliter diceres defendendo Bar. & Doctor. ꝙ in metum inferente vltra pęnam quadrupli aliud concurrit. s.q̃a res ibi perijt intra tp̄s quadrimestre post latam sñiam, & istud operatur illa dilatio legalis, vt fingat eũ in mora non fuisse, qñ res eodẽ modo erat interitura penes metũ passum ſm alium intellect. positum in d.l.ꝙ te.Ang.& Imol.hic, sed aliud obst. ꝯ̃ Barto.& oẽs in d.§.ꝙ si homo.quia tex.ibi dicit, sicut in interdicto ꝙ vi, aut clam, & sic æquiparat metum, & violentiam, licèt Bar. ibi transportando illum vers.& sic violando text. velit illud fuge-
5 re. ¶† Scd̃o principaliter pro ista cõi Ludo.in d.l.ꝙ te.allegat tex.bonum in l.si filiofam.§.si post diuortium.s̃.sol.ma.in ver. omnimodo, quæ dictio est præcisa, & idem importat, ꝙ indistinctè, & omni casu, vt est glo. in l.si cum exceptione. §. quatenus.ff.ꝙ met.cau. sed ad illum text. responde dupliciter. primo, ꝙ dictio omnimodo, licèt sit præcisa, tñ recipit interpretationem congruam, & distinctionem per alias.ll. ſm Bald. in l. super reb.col. 1.C. de ꝯ̃hen.emp. per text. in l. stipulatus sum damam.vbi no.Bar. ĩ.eod.Scd̃o r̃nde, ꝙ illud ibi est fauore dotis, ne mulier remaneat indotata.l.1.s̃.sol.mat.& posset ille tex. retorqueri ad oppositum, arguendo à speciali in dote, nec huic solutioni obst.tex.in l.si is, qui.in princip.s̃.de iure dotium.quia responde, vt ibi per glo. ꝙ ibi maritus non fuit in mora in dando, vel reddendo dotem, sed in exigendo eam. ¶Tertiò pro communi bene facit text.allegatus per Bart. in l.cùm res.§.fin. de leg.j.vbi periculum cahsmatis fundi indistinctè pertinet ad hæredem, qui fuit in mora, quia potuisset legatarius eum acceptum vendere. Tene contra communem sententiam, contra quam semper tenui, & tenebo, & sic sequar distinctionem Mar.quę est ęqua, & rationibus.& ll.firmata, pro qua gl.hic adducit text.in l.si duo.§ ait prætor.versi.ergo. s̃.de consti. pecun. qui parum facit, quia vt ibi glo.in versi.stetit. r̃ndet, non apparet, ꝙ ibi debitor fuerit in aliqua mora. Sed omissis leuib. pro ista opin. contra commmunem stringit ineuitabiliter text.in l. si plures.§.fin.s̃.depo. vbi fit illa distinctio in deposito, quòd si res deposita fuisset eodem modo peritura penes actorem, ꝙ tunc reus liberetur, & pondera rationem illius text.quia æquũ est naturalem interitum ad actorem pertinere, vtique cùm interitura esset illa res, & si restituta esset actori item stringe fortius iungendo text. in l. si in Asia. §.fina. supra deposi.vbi in ista materia periculi interitus text. æquiparat, an quid debeatur ex deposito, an ex testamento, vel stipulatione. item stringe tertiò, quia si in contractu depositi, qui est ita priuilegiatus. l. fi.C.deposi.& in quo est grauior, & improbior mora. l. furti. §.final supra de infam.& §.hæc autem.instit.de pę. tem. liti.facit.l. 1.§. in depositi. & in §. si rem depositam. supra deposi.tamen fit ista distinctio, an res deposita esset eodem modo peritura, nam & tunc depositarius liberaretur, ergo multò fortius talis distinctio debet fieri in alijs cõtractibus.item stringe quartò illum text. quia si ibi illa distinctio fit in contractu bonæ fidei, & in cõtractibus bonæ fidei censeatur esse improbior mora, cùm in eis veniant fructus, & interesse à tempore moræ.l. videamus. 2.§.si actionem. & §.sequem.s̃.de vsur.ergo fortius debet ita distingui in contractibus stricti iuris, in quibus ista nõ veniunt à tempore moræ, cùm non sit æquè grauis, sed solũ à tempore lit.contest. l.cùm fundus.in prin. s̃. si cert.peta.vidimus in l.si filiusfam.§.cùm fundum. s̃.eod.& hoc modo tollitur solutio, & nouus intellectus, quem ad illum tex. dabat Angel.hic, & in d.l.item si verberatum.§.fi. s̃. de rei vend. qui etiã tollitur per æquiparationem, quam facit text.in d.l.si in Asia.§. fin.& isto modo inducendo, & stringendo.d.l.si plures. §.fi.cessant variæ solutiones ad illum text. datæ per gloss.& Doctor.in locis præallega. quæ sunt leues, & fragiles, & quas in specie reprobaui in d.l.quod te. & nam dicere, vt gloss. & Bartol.in fin. dictę l. quod te.& Imo. in dict.l.si filiofamil.§.post. quod ideo in dict.l.si plures. §. fina.fit illa distinctio, eo quia ibi depositarius habebat iustam causam litigandi, est diuinatio. Sed fortius non diceretur tunc esse in mora, vt ibi dicit text.si habuisset iustam causam litigandi. l. si quis solutioni.in princip. & l. sciendum. supra de vsur.d. Alex. hic peius cæteris respondet, quod ibi non debet sumi argum. à contrario sensu, quia resultaret absurdus intellectus, sed errat, quia ibi non sumitur aliquod arg. à contrario sensu, sed directò in illo text. dicitur, vt patet ex dictione, vtique, ibi posita, & sic non credo, quod ad illum text. possit commodè responderi, tamen vt nihil intentatum relinquatur, posses disputatiuè respondere, quòd ideo ibi ita distinguitur, quia ibi deponens erat dominus, ad quem facilius transit periculum interitùs rei propriè. l.pignus. C. de pignor. actio.Item depositum fit gratia deponentis tantum, & depositarius nullum commodum ex re deposita potest recipere, quia si illa vteretur, committit furtum. l.3. C. deposit. ideo in eo statutum est, quòd post moram de naturali interitu non teneatur, si res erat eodem modo peritura penes deponentem, secus si in alijs contractibus, qui fiunt aut gratia deponentis, aut vtriusque, & ista fuit solutio Gul.de Cu.in d.l.quod te.quã Bar.ibi sequitur, licèt Bar.hic eam impugnet, & eam ẽt impugnant Sal. & Ludo.in d.l.ꝙ te.per aliqua quib.facile esset r̃ndere, sed magis vr̃ obstare. d.l.si in Asia. §.fi. vbi, vt ẽt p̄dixi in ista materia periculi interitus rei, fit ęquiparatio, vel ꝙ sit debitum ex deposito, vel testõ, vel stipulatione, & sic ex ꝯ̃ctu stricti iu-
* ris, & sic tene distinctionem Mar. æquissimam, *contra communẽ*
a *opin.* glossarum, & omnium. ¶Retenta tñ cõi opin.[a] ꝙ indistinctè periculum interitus speciei pertineat ad debitorem morosum, ẽt si eodẽ modo res fuisset interitura penes creditorem, posset dubitari, an saltem ista distinctio fieri debeat in foro cõscientiali, vel pęnitentiæ, in quo vide notabiliter Ancha. in rep. d.regulæ peccatum, in 5.opposi.de reg.iur.in 6.

ADDITIO.

a ¶Commu.opin.De qua vide quæ scribit Suarez.lib.com.opin. ver.periculũ.

SVMMARIVM.

1 *Promissio facti alieni expressa, & directa in alium tertium non tenet.*
2 *Simplex illud dicitur, quod est indeterminatum.*
3 *Hæc verba dolum malum abesse, quid important.*
4 *Expressa nocent, non expressa non nocent.*
5 *Quòd non licèt in specie, non licèt in genere.*

LEX LXXXIII.

INter stipulantem. Non potest qs ꝑmittere factum alienum, sed simpliciter videtur ꝑmittere se facturum, & curaturum, quando præcedit contractus, ex cuius natura venit. hoc dicit secundum primam lecturam glo.& secundum Bart.Ang. Imol.& do.Alex.
1 vel sic. † Promissio facti alieni expressa, & directa in aliũ tertiũ nõ tenet, sed qui impersonaliter ꝑmittit dolum malũ abesse, vel habere licere, vel nec per se, nec per hr̃dem fieri, non promittit simplex abnegatiuũ, sed curaturũ, ne per eos fiat, quos põt prohibere.h.d.tex.cum gl.vel sic, & breuius.Non valet expressa promissio facti alieni, sed simplex abnegatiua promissio includit etiam promissionem de curando. ¶Diuiditur in duas. In prima loquitur, quando expresè promisit factum alienum. In secunda, quando impersonaliter, & sic implicitè. Secunda ibi, & qui spondet. In tex.ibi, negotium.Bar.exponit. idest obligatio.arg.l. Aristo. s̃. de don. tu expone melius negotiũ, idest actus ꝑducens, & causans obligationẽ, vt est tex.in c. forus.de verb.sign.vbi dicit tex.quod negotium est actus alicuius

ius rei, cuius contrarium eſt otium, quia dictum eſt nego-
a tium negans [a] otium, & negotium in cauſis, negotiatio [b] in
b commercijs dicitur, ita ibi text. ſm Iſidorum. ¶Not. primam
rationem, quare quis non poteſt promittere factum alienum,
eo quia tunc nõ geritur negotium inter ſtipulantem ſolùm, &
promittentem, vt fieri debet, vnde ſtipulatio debet continere
factum, vel dationem ipſius promiſſoris, & tunc dicitur nego-
tium inter eos ↄhi, & valet: ſi autem contineat factum, vel da-
tionem alterius tertij, quia cum illo tertio negotium aliquod
non eſt geſtum, non valet, vt promiſſor obligetur, & multo-
minus ille tertius, cum quo nihil eſt geſtum, facit text. notabi-
lis in l. ſicut reus. ſ. de fideiuſ. & in §. ſi quis alium. inſti. de inutil.
ſtip. accedat reg. l. quæcunque gerimus. ſ. de act. & oblig. iſtam
reg. limitaui. 8. modis in l. ſtipulatio iſta. in prin. ſ. eod. quorum
aliquos tradunt Ang. & Imol. & Pau. de Caſt. hic. ¶Et aduerte
pro intellectu tex., & gl. ex mente Pau. de Caſt. ad tres caſus. in
terdũ quis ↄfert expreſsè verba in pſona tertij extranei, quia p-
mittit, ꝙ ille tertius dabit, vel faciet, vel etiam nõ faciet, & iſto
caſu loquitur prin. huius l. quia non valet promiſſio, & non te-
netur ẽt curare, ꝙ ille det, vel faciat, quia ſtipulatio peccat in
forma, vt ſupra proximè dixi: aliquãdo, & ſecundò quis refert
verba ad perſonam ſuam ſuper facto alieno, vt quia promit-
tit ſe facturum, & curaturum, quod tertius faciet, vel da-
bit, & tunc ſine dubio valet talis promiſſio, quia tunc non p-
mittit factum alienum, ſed proprium, vt ſ. dicetur: aliquando,
& tertiò quis promittit dolum malum abeſſe, vel habere li-
cere, & ſic perſonaliter, & tunc loquitur 2. pars. text. in verſi. &
qui ſpondet, quæ in gl. & per Doct. legitur multis modis, vt ibi
2 videbimus. ¶† Secundo not. ex tex. ibi, non ſimplex abnutiuũ,
ꝙ illud dr̃ ſimplex, ꝙ eſt indeterminatum, & ſine diſtinctione,
3 de quo fuit dictum in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ſ. eod. ¶† Tertiò
not. ꝙ illa verba dolum malum abeſſe, licèt ſint affirmatiuè p-
lata, tñ quia ſunt priuatiua. ſ. doli, dicuntur hr̃e negationem,
nam quocunque ponis priuationem, ſemper in effectu ponis
negaitonem, vnde facit iſte text ſm Bar. reputantem tenendũ
menti ↄ cautelam aduocatorum, & procuratorum, qui volũt
vti verbis negatiuis, ne videantur facere poſitionem negatiuã,
vel probare negatiuam, ꝙ videtur impoſſibile, vt l. actor. C. de
proba. vnde vtuntur verbis affirmatiuis, ſed priuatiuis, vt capi-
tula, & articuli admittatur, vnde ſi volunt dicere, quòd Titius
non fuit in tali loco dicunt, quòd ceſſauit eſſe in tali loco, vel
quòd fuit abſque eo, quòd fuerit in tali loco, & ſi vult probare
pro parte rei, quòd Titius actor nunquam mutuauit ſibi pe-
cuniam, quam petit, non capitulant ſub forma negatiua, ſed
affirmatiua hoc modo, item quòd res fuit abſque eo, quod Ti
tius mutuauerit talem pecuniam Sẽpronio, quam ab eo pe-
tit, & dicunt hanc eſſe affirmatiuam, & eam velle probare, ſed
iſta oratio prolata verbis affirmatiuis eſt in effectu negatiua,
vt hoc text. qui quotidie ad hoc allegatur, quia dicendo, quòd
res fuit abſque eo, & c. dictio abſque eo, importat negationem,
& æquipollet huic, quòd pecuniam non numerauit, nam ora-
tio dicitur negatiua, quæ habet ſenſum negatiuum, vel priua-
tiuum per quæcunque verba concipiatur, oratio verò dicitur
affirmatiua, quæ habet ſenſum affirmatiuum quibuſcunque
verbis concipiatur. l. optimam. C. eod de ↄhen. & com. ſtip. & l.
nec codicillos. & ibi Bar. C. de condi. & ita tenet gl. no. in l. fi. §.
fi. in gl. vlt. ſ. de excep. dol. & ibi Bart. etiam eam notat, & dicit
ibi Angel. quòd illa glo. clarius loquitur in hoc, quàm alia, quę
ſit in corpore iuris. eam reputat ſing. Angel. de Aret. in §. æquè.
inſti. de actio. Idem tenet Bart. in l. de ætate. in prin. in 3. q. princ.
ſ. de minor. cum alijs concor. hic traditis per d. Alexan. & vltra
eum adde text. in l. vti frui. in princ. ſ. ſi vſusfruct. pet. per quem
text. notat ibi Fulg. quòd non refert, quibus verbis aliquid ex-
primatur. ſ. negatiuis, vel affirmatiuis, modo effectus ſequatur,
& quòd verba negatiua, quæ virtualiter aliquid ponunt, cen-
ſeantur affirmatiua, adde aliam glo. in l. in eadem cauſa. verſic.
probentur. ſ. ex quibus cau. maior. & glo. nota. in cle. fi. in verſi.
creatum. circa fin. de reſcrip. & idem, ꝙ Bartol. & alij hic, quòd
c ſi dicatur dico, [c] ꝙ res fuit abſque eo, quod Titius fuerit Me-
diolani, vel dico, ꝙ res fuit abſque eo, quòd Titius occidit Sẽ-
pronium, iſta propoſitio eſt merè negatiua, quamuis per cau-
telam fabricata verbis affirmatiuis, tenet etiam Bald. in c. 1. de
conten. inter do. & vaſſal. de inueſtit. in feud. & in l. 2. §. quòd
obſeruari. in quinta colum. C. de iuram. calum. Cyn. Bald. &
Salyc. in d. l. actor. ¶Item ſi ſtatutum diſponat, quòd poſitio-
ni negatiuæ non ſit reſpondendum, & aduerſarius faciat poſi-
ſitionem negatiuam in veritate hac ſignificatione, ſed voce af-
firmatiua, quia dicit, quòd res fuit abſque eo, & c. certè hac arte
verborum nõ debet ſtatutum circumueniri, ſm Bal. in c. vltra
tertiam. in 1. col. de teſtib. per gl. quam ad hoc dicit eſſe ſing. in
d. cle. vlt. de teſtib. Capio glo. magnã. in ver. hr̃e licere. quã diui-
de in tres partes princip. In prima format vnam oppo ↄ tex. &
6. modis reſpondet. In ſecunda format aliam opp. In tertia al-
leg. tres concor. ad hunc tex. Secunda ibi, item in eo. Tertia ibi,
& facit. ¶In ead. glo. ibi, ſolutio, hic præceſſit ↄctus in quo, & c.
Iſtam primam ſolutionem approbant Bar. & Scribentes, & eſt
vera in ſe, per text. clarum quem gl. allegat in l. emptorẽ. §. qui
aũt. ſ. de act. emp. Sed mihi nõ placet ad iſtũ tex. Primò, qa re-
ſtringeret tex. gñaliter loquentem. Scđo, quia nõ bene adapta-
tur ad iſtum tex. nam iſto modo non eſſet neceſſaria interpre-
tatio verborũ, q̃ facit tex. ſ. ꝙ videatur promittere ſe curaturũ,
& ſic non eſſet ex interpretatione verborũ, vt vult text. ſed ex
natura ↄctus præcedentis, puta venditionis, ex cuius natura
venditor tenetur de facto tertij euincentis, & tamen iſte tex. nõ
ſe fundat in natura contractus præcedentis, ſed in interpreta-
tione verborum. ¶In ead. glo. ibi, vt hic tenetur de alijs, quos
prohibere poteſt. hanc etiam tenent Bart. & Doct. & eſt vera
in ſe, per text. in illa glo. allegatum, & per l. fluminum. §. quam-
quam. ſ. de dam. infect. & per text. in l. in illa ſtipulatione per te
non fieri. in prin. ſ. eo. ¶In ead. gl. ibi, vel ſm Mar. iſtam tertiam
ſolutionem tenent Petr. & Cyn. in l. 1. in 7. q. C. de proc. & pro
4 ea facit trita regula, † quia expreſſa nocent, non expreſſa non
nocent. l. nonnunquam. in fi. ſ. de cond. & dem. & in regula ex-
preſſa. ſ. de reg. iur. vnde ſi expreſsè promittat pro extraneis, ni-
hil valet, vt in contrario, ſecus ſi ſimpliciter promittat habere
licere, vel dolum malum abeſſe, quia licèt videatur tunc etiã
de extraneis promittere, tamen valet, vt hoc text. Iſtam ſolu-
tionem reprehendit Bart. per d. l. ſtipulatio iſta. in prin. iuncto
verſic. ſed quatenus, & §. ſi quis dolum. ſ. eod. in quib. iurib. fuit
ſtipulatio ſimplex habere licere, vel dolum malum abeſſe, &
tñ quia comprehẽdit extraneos, talis ſtipulatio nihil valet. Tu
vltra Bar. reprehende iſtam ſolutionem, quia ſi non poteſt ex-
preſsè promitti de extraneis, ergo multominus extranei ſub ge
neralitate verborum venient, quia potentius debet eſſe id, qđ
diſponitur in ſpecie, quàm id, ꝙ diſponitur in genere, quia ſpe-
cies ſemper derogat gñi, ſed nunquam è ↄ, ita dicit tex. in c. du-
5 dum. circa med. de præben. in 6. † Item illud, ꝙ non licèt in ſpe
d cie, non licèt etiam in genere, [d] vt cap. Romana. §. ſed nec in
ſpecie, & in c. caueat, & vtrobique ad hoc not. Gem. de ſen. ex-
com. in 6. & gl in d. c. Romana. §. porrò. in verſi. ſententiæ. in fi.
expreſsè not. ꝙ qui non poteſt ligare ſubditum ſui ſuffraganei
in ſpecie. multominus põt in gñe, niſi in caſu ſpeciali cap. ſi ſa-
cerdos, vbi gl. & Doctor. de offic. ord. & ad text. in d. l. nonnun-
quam. ſ. de cond. & dem. rñde, ꝙ ibi ſpecificata expreſſio ſonat
in vitium, ideo nocet. hic autem promittere factum alienum
non eſt vitium, licèt promiſſio non teneat. item adde, ꝙ alibi
Cy. in l. in vendentis. in 2. col. C. de ↄh. emp. refert Iac. de Raue.
ꝙ non eſt aliqua reg. in corpore iuris, quę minus rationis ha-
beat quàm reg. d. l. nonnunquam. alias tres ſolutiones gl. repro-
ba, vt hic per Bart. & vltra eum reprehende Petr. quia relatio
debet fieri ad proxi. & non ad prin. l. vt facit gl. ¶Vltra 6. ſolu-
tiones gl. planior vr̃ intellectus, quem ad iſtum ver. & qui ſpõ-
det. tradunt Iac. de Aret. & Oldr. relati per Bar. ꝙ qui promit-
tit dolum malum abeſſe, non ſpondet ſimplex abnutiuum,
ideſt non promittit indiſtinctè abfuturum dolum omnium
etiam extraneorum, vt verba vr̃ ſonare, ſed vr̃ in effectu pmit-
tere ſe curaturum, ꝙ dolus malus abſit. ſ. à ſe, & à ſucceſſorib.
* ſuis, & iſtum intellect. *Bar. & omnes ſequuntur.* Mihi autem non
quieſcit animus, ſed reſtat vnus ſcrupulus, in quo valde dubi-
to, qa per hoc non euacuatur opi. gl. nam iſte tex. vult, quòd ſi
quis promittat dolum malum abeſſe, vel habere licere, quòd
ſtipulatio valet, ꝙ non intelligitur ſimpliciter abnegatiua om-
nium. ſ. extraneorũ, ſed interpretat̃ ſe curaturũ, & tñ in d. l. ſti-
pulatio iſta. in prin. & in §. ſed ſi qs pmittat. & in §. q̃ſitũ, & in
§. ſi quis

ADDITIONES.

a ¶Negotium negans. Adde gl. in d. c. forus, & in cap. eijciens domi. 87. diſtin.
& ibi alias ſignificatio. & adde, quot modis dicitur negotium, & vide per
Bar. in l. ſi pecuniam. C. de negot. geſt. & quot modis dicatur ſeparatum, not.
in l. cùm actum. ſ. de neg. geſt. Et not. quòd negotium dicitur idem, in quo
ſunt eædem partes, & idẽ iudex. l. cùm pa. & ibi Bartol. C. de ſenten. idem, ꝙ
negotium dicitur ſiue in cauſa ciuili, ſiue in criminali ſiuè priuata. l. 1. §. 1. &
ibi Bar. ſ. de calũ. & ideo procurator cõſtitutus ad negotia intelligitur etiam
conſtitutus ad cauſas. Spe. in titul. de procurator. in 1. parte, in ver. per.
b ¶Negotiatio. Adde, quid ſit negatiatio per Bar. in l. legitima. ſupra de leg.
3. & in quibus conſiſtit. in l. quicunque. ſ. de inſti. *Et dic, quod negotiatio di-
citur, quando interuenit contractus vltro citroque obligatorius, teſte Dec.
conſil. 493. num. 12.
c ¶Dico. Adde, quæ ponit Practic. Papien. For. excipt. contra poſ. verſic. ac ne-
gatiuè.
d ¶In genere. Adde in contrarium, quia iuſpatrona. in ſpecie non poteſt alie-
nari, & tamen tranſit cum vniuerſitate bonorum, text. eſt in capit. cùm ſecu-
lum. extra de iure patron.

§. si quis dolum. deciditur, ꝙ talis stipulatio non valet, eo quia includit factum extraneorum, quare ibi nō interpretatur promissio de curando sicut hic, quòd ibi ita fuerit simplex sicut hic,. Vnde subtilis Petr. de Bellapert. fortè sentiens hanc difficultatem, alio modo intellexit istum text. ꝙ hic detur consilium, quòd quando quis vult teneri de dolo malo omnium etiam extraneorum, non promittat simplex abnutium, & sic nō ꝓmittat simpliciter dolū malū abesse, quia tunc videretur etiam de dolo extraneorum promittere, vt in contrarijs. s̄. proximè allegatis, sed promittat se facturum, & curaturum, quòd dolus malus aberit, quo casu factum suum promittit, & sic tenet stipulatio, & hoc modo nulla obstant contraria secundum eum, & cum isto intellectu Petr. de Bellaper. tenent
* Bar. *& alij communiter*, & si bene ponderes, idem vult in effectu gl. hic in sexta solutione, sed non est verū illud, quod dicit Bartol. quòd reincidat in idem cum intellect. præced. Ia. de Are. & Old. vt ex prædictis patet. ¶ Ex isto intellectu Pet. de Bellapert. habes singulariter, & perpetuò notare secundum Cuman. & domin. Alexand. hic, quòd qui promittit se facturum, & curaturum, videtur in dubio promittere curare de omnibus, non solòm de his quos potest prohibere, quod valde not. si est verum secundum Cuman. Tu aduerte, quòd licèt iste intellectus Pet. possit in se esse verus, tamen non potest bene adaptari verbis text. quia in isto text. expressè spondet dolum malum abesse, absuturumúe esse, & dubitatur quid per hoc videatur promittere, & deciditur, vt in litera. non autem promisit se curaturū, vt intelligit Petr. & propterà ipse de hoc ꝑpendens addit ad text. qui dicit non simplex abnutiuum spondet, idest spondere debet. q. d. non debet spondere simplex abnutiuum, sed se curaturum, sed istud facit violentiam literæ. Item iste intellect. Petri non conuenit ad versi. item neque per te, vbi stipulatio restringitur ad personam suam, & hæredum, ideo tunc frustra adijceretur, curare.

SVMMARIVM.

1 *Dissensus vitiat stipulationem.*
2 *Actori in iudicijs magis fauetur quàm reo.*
3 *Iudicium redditur in inuitum.*
4 *Licèt reus in litigando senserit de alia re quàm actor, per hoc non vitiatur iudicium.*
5 *Dissensus in re principali vitiat.*
6 *Licèt actor dum viuit possit declarare de quo Sticho senserit, tamen ista potestas declarandi non transit ad hæredes, limita tamen, vt infra num. 7.*
8 *Dictum testis ambiguè deponentis, an debeat declarari pro reo, an pro actore.*
9 *Procurator generalis non potest declarare verbum ambiguum libelli dati à domino, sicut nec potest hæres vniuersalis.*
10 *Si iudex inquirit, talem inquisitionem non potest declarare eius successor, & num. 11.*

§. Si Stichum. Iste. §. est vtilis, secundum Bartol. & secundum Raphael. Cuman. & Paul. de Castr. est sing. in tertio dicto de iudicio, & dicit Cuman. quòd non meminit alibi legisse in iure. ¶ Ad euidentiam præmitte, quod text. in versic. sed hic magis, legitur altero de duobus modis, vno modo quòd non mutet, sed cōtinet eundem casum, de quo in princip. & reprehendat dictum Arist. vt dicit glossella in versi. existimauit, & velit, quòd vbi constat de dissensu partium, vitietur stipulatio, sed non vitietur iudicium, quamuis in vtroque casu constet de dissensu, & istum intellectum tenent Bald. Angel. & Cuman. secundum istum intellectum hoc dicit in summa. Dissensus vitiat stipulationem, sed non iudicium. hoc dicit. ¶ Secundò modo legitur secundum Petr. de Bellapertic. quod Iurisconsul. in versic. sed hic magis, non reprehendat dictum Aristo. nec continet eundem casum de quo in princip. sed mutet casum, & alium ponat: nam in princip. loquitur in casu certo, quando constat de dissensu, & tunc non est differentia inter stipulationem, & iudicium, quia dissensus de quo constat, vitiat tam stipulationem, quàm iudicium, sed in versic. sed hic magis. mutat casum, & loquitur in casu dubio, vt etiam tenet glossella hic in versic. semper, & in dubio in iudicijs, quę redduntur in inuitum, standum est interpretationi actoris. In stipulationib. verò, & contractibus standum est interpretationi rei. Istum intellectum sequuntur Imol. & domin. Alexand. & secundū eos magis conformatur literæ, & secundum istum intellect. Petr. hoc dicit. ¶ Dissensus vitiat stipulationem, & etiam iudicium, si de dissensu constat, in dubio autem in stipulatione fit interpretatio pro reo, sed in iudicio pro actore. hoc dicit, quis sit verior intellectus, disputabo infra in 4. not. ¶ Diuiditur in tres partes. In prima ponitur vnum dictum. In secunda extensio Aristonis. In tertia illud dictum Arist. reprehenditur secundum intellect. Bartol. & Angel. vel solùm modificatur secundum intellectum Pet. Secunda ibi, quia & in iudicijs. Ter
1 tia ibi, sed hic magis est. ¶ † Not. primò ex isto tex. quòd dissensus vitiat stipulationem, vt hic, & l. continuus. §. primo. infra eodem. ratio infra assignatur in text. quia stipulatio ex vtriusque consensu valet, qui non potest dici interuenisse, quando partes dissentiunt. in quo distingue, vt latè per Bartol. in l. pri
2 ma. §. fi. in 1. & secunda col. supra eodē. ¶ † Secundò not. ex text. ibi, vt is peritus videatur, & c. quod in iudicijs magis fauetur actori, quàm reo, ꝙ videtur esse ꝯ regul. l. fauorabiliores. infra de regul. iur. & l. Arianus. de actio. & obliga. sed dic, quòd
a iste text. loquitur, quando agitur de interpretatione [a] verbi, seu nominis obscuri, in quo fit interpretatio secundum intentionem agentis, vt hic, & l. si quis intentione ambigua. supra de iudic. Aliàs si non agitur de interpretatione verbi obscuri, tūc in præparatorijs, & sic in principio litis magis fauet̄ actori, vt admittatur, in medio pariter fauet̄ vtrique, vt veritas inquiratur, in fin. & sic in decisorijs magis fauetur reo, vt absoluatur iuribus præalleg. de quo ēt hic per Bar. & ꝑ Bar. & alios in l. de die. in princip. supra qui satisdar. cogan. vbi latè examinaui vnumquodque ex istis tribus membris. ponunt gloss. & Canonist. in capitul. cùm ad sedem. de restitu. spoliator. & in capit. ex literis. il primo. de sponsal. cum alijs concordan. quæ traduūt
3 hic, & in dict. l. de die. ¶ † Tertiò not. illud, ad quod semper allegatur iste text. quòd iudicium redditur in inuitum, quod intelligunt Bartol. & Doctor. esse verum causatiuè, si reus nolit soluere, vel confiteri intentionem actoris, nam soluendo, vel confitendo animo declinandi iudicium, non cogitur inuitus litigare. l. si reus paratus. supra de procuratorib. l. si domus. §. qui confitetur. de legat. primo. & §. final. institu. de perpet. & tempor. act. & per istum text. not. Bald. Com. Paul. de Castr. & alij, quòd reus potest præcisè compelli ad litem contestan. captis pignoribus, & mulcta indicta, vel eo in palatio retento, quousque litem ꝯtestetur, ex quo iudiciū redditur in inuitum, vt hic, facit text. in l. quoties. la prima. in principio. in versi. (iudicium omnimodo suscipiet.) supra de noxalib alibi tamen gloss. reputata singular. in Authen. qui semel. in gloss. mag. post med. C. quomodo, & quando iudex, limitat hoc esse verum, nisi per missionem in pos. bonorum rei cōuenti ex primo decreto posset esse plenè consultum actori, tunc non posset reus præcisè compelli ad cōtestan. litem, & illam gloss. dicit ibi Bar. in vltim. colum. esse valdè bene notandam, quia per eam iam fecit verecundiam multis aduocatis iuuenibus, & errant iudices, qui præcipiunt partibus, quòd litem contestentur, antequā recedant de palatio. de veritate tamen illius gloss. dic, vt plenius per dom. Alex. hic, & per eundem in l. si finita. §. Iul. colu. 5. post Imol. s̄. de dam. infect. & vltra eam vide omnino Bald. qui tenet in hoc contra Bar. in c. præterea. colum. 2. per totam. de offic delega. per d. Abb. in c. pen. in pen. & vlt. col. de iuram.
4 calum. ¶ † Quartò diligenter not. ex isto text. quòd licèt reus in litigando senserit de alia re, quàm sentit actor, quòd per hoc non vitiatur iudicium. Contra istud oppo. Bartol. nam in iudicio exigitur litis contestatio, quia iudicium sine litis contesta. non valet. l. 1. C. de lit. contesta. notatur per gloss. in l. prolatam. C. de sentent. & interlocut. nam litis contest. est lapis angularis iudicij, & eius fundamentum, vt egregiè inquit Bald. in capit. vnico. in 1. colum. de lit. contesta. modo dissensus impedit litis contesta. si actor petat vnum, & reus respondeat de alio, cùm non ad idem tendant, & sic non est simul testatio. Petr. de Bellaper. respondet, quòd iste text. loquitur in casu dubio, & sic, quando non constabat de dissensu in iudicio, aliàs fatetur, ꝙ si constaret, quòd de vno actor sensit, & de alio reus, quòd tunc non valeret iudicium. Bartol. reprehendit, & dicit, quòd Petr. nesciuit soluere contrarium, & quòd illud, quòd dicit, est contra istum text. vbi certus est dissensus in contractib. ergo & hic in iudicio certum erat de dissensu, aliàs non esset recta dr̄ia inter stipulationem, & iudicium, nam in stipulatione loquitur, quando constat de dissensu, ergo vt sit recta similitudo, debet poni, quando constat dissensus in iudicio. Tu potes defendere Pet. vt dixi. s̄. ꝙ iste text. in ver. sed hic magis. non loquatur in eodē casu, in quo loquitur principium, sed qn̄ erat certum de dissensu,

ADDITIO.

a ¶ Quando agitur de interpretatione. Adde, & intellige hoc in his, q̄ sunt iuris, quia tunc absque alia declaratione libellātis fit interpretatio ꝑ libellāte, sed vbi interpretatio, & declaratio ꝯsisteret in facto, tunc requiritur interpretatio, & declaratio libellātis, vt hēs ꝑ Alex. de Imo. in ꝯs. 15. col. 3. in fi. 5. vol.

diſſenſu, quo caſu non fit dria inter ſtipulationem, & iudiciū: ſed quando ſumus in caſu dubio, tunc bene eſt differentia, & ſic.loquitur tertia pars huius tex.¶Videamus nunc,quis ſit verior intellectus,an Bar.an Petr.& pro intellectu Bart.ꝙ in verſic ſed hic magis, non mutetur, ſed continuetur idem caſus, qui ponitur in prin.in quo text. loquitur,quando conſtabat de diſſenſu, ſimiliter, quòd in iſto verſic.etiam loquatur, quando conſtabat de diſſenſu,facit ſecundum do.Petr.de Bexu.aduerſatiua,ſed hic magis,quę vt veniat aduerſando in iure,oportet retinere eundem caſum.ſ.quòd conſtabat de diſſenſu, ſi debet eſſe bona differētia inter ſtipulationem, & iudicium, aliàs non fieret differentia inter ſtipulationem, & iudicium, ſed inter certum, & dubium. Sed iſtud poteſt facile euadi, quia in caſu dubio tunc bene fit differētia inter ſtipulationē,& iudiciū,vt ſ. dixi.Tu ſtringe fortius illam aduerſatiuam, ſed,de cuius natura eſt, vt per eam intelligatur repetita qualitas præcedentium ſecundum Bald.in notabili deciſione ſtatuti, in l.omnes populi.ſ.de iuſtit.& iur.in 14.columna. verſi. tertio modo poſterius trahit ad ſe prius.refert, ſequitur, & multum commendat do. Alexand. in l.filius à patre.in princip. colum.12. ſupra de liber. & poſthum.ſicut ergo in princip.huius.§. loquitur in caſu certo,ita etiam in verſic.ſed hic magis.& pro certo inſpicienti bene literam apparebit non fieri aliquam mutationem caſus, ſed eundem continuari. ¶Quid tenendum? ego teneo intellectum Petr.de Bellaper.qui eſt magis amicus literæ, & ſecundum quem non reprehenditur dictum Ariſtonis. Moueor in primis,quia ſi text.in verſic.ſed hic magis.loqueretur,quando eſſemus in caſu claro, & certò, quòd conſtaret de diſſenſu actoris & rei, certè tex. ineptè diceret, quòd magis ſit credendum actori, quàm reo, & ſic in iſto text. ineptè decideretur, quod magis ſit ſtandum declarationi vnius, quàm alterius, cū in claris non ſit locus coniecturis.l.continuus.§.cùm ita, in fin. infra eod.ergo apparet,quòd text.loquitur in caſu dubio,& ſic quòd intellectus Petri non ſolùm ſit verus, ſed quodammodo quaſi neceſſarius hic. Secundò, & fortius ſi iſte text. in verſicul. ſed hic magis. loqueretur in caſu certo, quando conſtabat de diſſenſu, certè clarum eſt, quòd tunc ſtipulatio eſt ipſo iure nulla,vt hoc text.in principio.& in l.continuus. §.primo infra eodem. ad quid ergo ſtaretur tunc interpretationi ipſius rei, cùm ſtipulatio ſit nulla. Tertiò retorquetur in oppoſitum aduerſatiua, ſed, quæ cùm ſit poſita ſine copul,ad enotat diuerſitatem & in iure,& in facto.glo. in l.ſed & ſi l. in princip. cum vulg.ſupra de peti.hæredit.glo.in l.patris, & filij,vbi dixi.ſ.de vulg.& pupil.Bartol.in l.hoc amplius. §.de his autem.ff. de damn. infect. ergo vt ſit diuerſitas in facto, habemus neceſſe dicere, quòd princi. loquatur in caſu certo, & verſic. ſed hic magis. loquatur in caſu dubio. aliàs ſi vtrunque loqueretur in caſu certo, non eſſet aliqua diuerſitas in facto, ſed ſolùm in iure, & ſi diceres, quòd aduerſatur ad verſic.immediatè præcedentem ibi, quòd & in iudicijs Ariſto examinauit.dic,quòd ad illum verſic. bene poteſt aduerſari in iure, ſed non in facto,ſi bene conſideras,niſi fortè diceres, quòd hic aduerſatiua, ſed, non ſtet aduerſatiuè, ſed correctiuè corrigendo dictum Ariſtonis, vt per Barto. in d.§.de his autem. per illum text. in verſi. Neratius autem. ſed vitanda eſt correctio quantum poteſt.l. præcipimus.in fin.C.de appellat.capit.cum expediat.de elect. in ſexto. Quartò dum text. dicit, ſed hic magis, eſt,iſta dictio magis, non ſtat electiuè.nec etiā correctiuè, vt aliàs hr̄ per gl.& Doct.in l.iubere cauere. ſ.de iuriſd.om.iud.ꝑ Bald. not. in l.tranſactione finita. C. de tranſactionib.text.vult dicere magis eſt,id eſt,plus eſt in iudicijs, vt is petitus videatur, de quo actor ſenſerit,quia potius credendum eſt actori,quàm reo,ergo loquitur tunc in caſu dubio. Quintò ſi bene aduertis Bartol.in ſolutione quam dat oppo.ſupra formatum dicit, quòd oppoſitio procedit in caſu certo, ergo vult inuitis dentibus, quòd iſte text. loquatur in caſu dubio, & ſic tenet effectualiter illud,in quo reprehendit Petr.ſcilicet, quòd iſte text. intelligatur in caſu dubio, vt ſtatim eum referam, & ſic ſi bene aduertis Bartol. videtur ſibijpſi quodammodo contrariari, vt ſtatim plenius referam. Tenendo tamen intellectum Barto.quòd iſte text. contineat eundem caſum, & ſemper loquatur in caſu certo, ad oppoſitionem ſupra factam Bartol.alio modo reſponde, quod ſi ex ipſa conteſtatione conſtaret de diſſenſu, quòd de vno ſenſerit actor, & de alio reus, inſpectis fortè verbis petitionis, & reſponſionis, & tunc procedit contrarium ſupra formatum, quod iudicium non valeret, ſed iſte text. debet intelligi, quando ex litis conteſtat. non apparebat euidenter diſſenſus, quia litis conteſtatio eſt ſimpliciter facta, & ſic, quando ſumus in dubio, & tunc eſt differentia inter contractus, & iudicia, quia in contractibus poteſt reus probare,quod non ſenſit de eo,de quo ſenſit actor, & probato tali diſſenſu non teneret contractus, vt hoc text. in principio. ſed in iudicijs non admittitur reus ad probandum talem diſſenſum, quia lex præſumit, quòd reus ſenſerit de illo, de quo ſenſit actor, & contra iſtam præſumptionem iuris non admittitur probatio in contrarium, & dato, quod eſſet admiſſus reus ad probandum talem diſſenſum, & eum probaret, non per hoc vitiaretur iudicium, & nihil releuaret probatio,cùm.l. velit credi in iudicijs actori per iſtum textum, quem ita intelligit, & ampliat Bartol. & cum Bartol. tenet Angel. Cuman. & Paulus de Caſtro hic, ſed mihi plus placet ſolutio, & intellectus præcedens Petr. de Bellapertic. qui magis amicatur literæ, & ſi bene conſideras ſolutionem Bartol. in effectu parum diſcrepat à ſolutione Petr. & Bartol. præſupponit illud, in quo reprehendit Petr. ſcilicet, quòd iſte tex.loquatur in caſu dubio, quia in caſu certo procedere non poſſet per oppoſitionem ſupra formatam, niſi quod in caſu dubio Bartol. ponit differentiam inter contractus, & iudicia circa admittendam, vel non admittendam probationem rei. ſubdit Bartol. ſe credere, quòd ſi ex hoc propter iuſtum errorem reus omiſiſſet aliquam defenſionem, quòd reſtituetur in integrum ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta cauſa

* videbitur, & cum Bartol. *tenent Imol. & omnes excepto* Angel. qui in hoc tenet contra Bartol. quia cùm iſta ſit præſumptio iuris, & de iure ſecundum eum, ergo non debet admitti probatio in contrarium. l. antiquæ. vbi gloſſ.C.ad Velleian. & l.finali. in principio. vbi gloſſ. C. arbitr. tute. cum vulgaribus,niſi per confeſſionem partis, vt notatur in Authentic. ſed iam neceſſe, & in corpore vnde ſumitur. C. de donat. ante nupt. & ſic fruſtra peteretur talis reſtitutio ſecundum eum, ſed in hoc verior eſt ſententia Bartol. quia licèt non ſit audiendus negans ſe in litis conteſtatio. de alio ſenſiſſe, quia reus hoc faciliter negaret, vt hoc text. & ſic aperiretur via fraudibus, non ſic eſt in eo, qui vult probare defenſionem legitimam iuſto errore dimiſſam, quam facere potuiſſet, ſi ſenſiſſet de illo de quo actor, & iſto caſu etiam contra præſumptionem iuris, & de iure admittitur probatio, vt quis reſtituatur ex clauſula generali, vt hic per domin. Alexand. & ego latè dixi in commento.l.admonendi. ſupra de iureiurand. & de probatione, quæ non debuit admitti, an ſi fuit admiſſa.operetur effectum, dixi id l. patre furioſo.per regulam illius text. ſupra de his,qui ſunt ſui,vel alien.iur.¶Glo.prima in verb. nihil actum, quam diuide in tres partes. In prima allegat tres concordan. ad text. In ſcda opponit, & dupliciter ſol. In tertia timore contrarij de diſtinctione ſe remittit.Secunda eſt ibi, ſed contra

5 in eodem titul. Tertia ibi, adde diſtinctionem. ¶† In eadem gloſſ.ibi, ſed ibi accedebat. iſta eſt bona ſoluto, quia diſſenſus in re principali vitiat, ita loquitur iſte text. ſed diſſenſus in acceſſorio non vitiat iſtud acceſſorium, ita loquitur. d.l.ſi in emptione. in principio. ſupra de contrahend. emption.allega. per gloſſ.ratio poteſt eſſe duplex. Prima generalis, quia attendi debet, quod principaliter agitur. l. ſi quis nec cauſam. ſupra ſi cert.petat. nec debet acceſſorium regulare ſuum principale. l. quod per manus. ſupra de iure codicillor. Secunda ſpecialis ratio colligitur ex illo text. in dicta l.ſi in emptione. in princip. quia quando emo fundum certo pretio pacto appoſito,quòd etiam mihi des Sthichum ſeruum, & plures ſunt Stichi, & de vno ſenſit venditor de alio emptor, iſte diſſenſus non vitiat obligationem de Sticho, quia veriſimiliter emi fundum cariori pretio propter acceſſionem Stichi, vnde eſſem in damno,ſi diſſenſus vitiaret in totum vēditionem,vnde cogitur vēditor vnum ex iſtis dare,de quo dicat ſe intellexiſſe, ita eſt text. ibi, quæ ratio ceſſat in ſtipulatione, quæ vitiatur in totū propter diſſenſum, nec ibi reſultat damnum, vel iniquitas, vt inquit gloſſ. in l. ſi decem. ſupra locat. quam Bartol. infra allegat ad aliud propoſitum, & ſi dicas, quòd text. iſte ſe fundat, quia ſtipulatio ex vtriuſque conſenſu pendet. reſponde verum quo ad ipſum principalem contractū. Item vide, quòd per dictā l.ſi in emptione. in principio. tenet no.Bar.in l. ſi quis arbitratu.in ſecunda columna.ſupra eodem,quòd contractu principali perfecto ſuper acceſſorio receditur à perſona arbitratoris, vt ibi per eum.ſequens ſolutio gloſſ. quòd ibi

* non conſtabat de diſſenſu, *communiter reprobatur* per dictā l.ſi in emptione. in principio. quæ loquitur, vt apparebat de diſ-

6 ſenſu. ¶† Gloſſ.in verſicul. actori.ibi eligere volenti. gloſſ.melius dixiſſet declarare volenti, quia hic non agitur de aliqua electione, ſed declaratione verbi obſcuri. Item facultas eligendi in alternatiuis bene tranſit ad hæredem debentis eligere,vt ſtatim dicam,No.perpetuò iſtā gl.quā Bar. & Doct. multum ꝯmendat,& dicunt eſſe valde notādam. Ex qua hēs, ꝙ licèt actor dum viuit,poſſit declarare de quo ſenſerit,tñ iſta ptās declarandi non tranſit ad eius hæredes, quia ius declarandi id,

di id, q̄ est ambiguum, est personalissimũ, vt ĩ. subdit Bart. hic, ideo non egreditur personam actoris, & sic non transit ad eius hæredes, vt hac gl. idem tenent gl. Bar. & alij in d.l.idem Pomponius scribit.§.fi.s̄.de rei vendi.bene facit tex.in l.centesimis.§.fi.vbi etiam ad hoc notaui.s̄.eod. idem tenent Bar. Bald. Ang. & alij in l.si quis intentione s̄.de iud.& in d. l. si quis à filio.§.si quis plures.s̄.de leg.1.cum alijs concor. traditis per do. Alex.&
* *ista est communis sententia*, à qua nemo discrepat. facit, quia propriæ suæ voluntatis quis debet esse declarator, & non alius, per illud, q̄ not.gl.in §.sed istæ.institu. de act.& per illud, q̄ no.glo. reputata sing. in c. statutum.§.assessorem. de rescrip. in 6.& sic habes, q̄ declaratio verbi obscuri positi in libello, si non est facta per actorem iuxta. l.si quis intentione. s̄.de iud.non potest postea fieri per eius hǣderem. subdit Bart. q̄ in hoc differentia est inter declarationem voluntatis, quæ non transit ad hǣdes, qñ actor sensit de certo, & electionem in alternatiuis, quę bene transit ad hæredes.l.si stipulatus fuerim.in princ. s̄.eod.adde aliam dñam, quia declaratione semel facta nō potest amplius declarans variare.l.quicquid astringendæ. in princ.cum gl.no. ĩ.eod.Bart.hic in fi.secus est in electione in contractib.vbi bene admittitur variatio.l.eum qui certarum. & l. qui ex pluribus.ĩ.
7 eod. ¶† Limita conclusionē gl.& Bart.procedere, qñ declaratio hæredis posset afferre præiudicium reo, ita procedit regula huius gl.secus, qñ non posset afferre nisi commodum, & vtilitatem, vt est in l.si quis à filio. §.si quis plures.cum gl.s̄.de lega. 1. & per hoc infert signanter Bart. q̄ quando stipulatio esset ex causa lucratiua, ita q̄ quicquid legatur, prodest stipulatori, tunc mortuo reo eo casu quo ad eum pertineret declaratio, iuxta. l.stipulatio ista. §.in stipulationibus, & l.quoties in stipulationib.s̄.eod. tunc etiam eius hæres pōt declarare. arg. d.§.si quis plures. cum glo. secus si stipulatio esset ex causa onerosa, tunc vitiatur.arg.l.si decem.in fi.cum gl.no.supra loc. & idem voluit ipse Bar.l.gerit.in 4. col. s̄.de acquir. hæred.refert, & sequitur.d.Alex.in d.l.stipulatio ista.§.in stipulationib.supra eod. & sic not.diligenter Bart.velle, q̄ actor potest declarare in pręiudicium rei, quamuis ipse reus tractet de damno, q̄ reputat Cum.esse mirabile, & absurdum.¶Sed tu aduerte, licet omnes teneant, q̄ hæres actoris non possit declarare verba obscura libelli, potes tenere contrarium contra omnes, quòd imò hæres possit declarare, ex quo censetur esse eadem persona cum defuncto, vt in Authen.de iureiur.à mo. præst.in princ. item hæres succedit in instantia iudicij, & causæ. l. si eum hominem. cum materia.ĩ.de fideiuss.vnde cùm succedat in instantia causæ, ergo & in accessorijs eius maximè, si defunctus egit non ex suo facto, & sic hæres potest æquè scire declarare, vt ipse actor, nec obst. præiudicium aduersarij, nam fuit in culpa, quia debuit à principio petere declarari. argum.l.final.cum gl. 1. ad fi. C.de anna. excep.ideo damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi imputet, vt in regul.cùm quis.de regu.iur.in 6.præterea dictum præiudicium aduersarij potest esse, etiam si defunctus declarauerit dum viueret, quia declarat non ex coniecturis, sed secundum suam voluntatem, prout.ĩ. per Bartol.in vlti.colu.post medium.non obst.text.in d.l.centesimis.§.fin.supra eod.qui solus videbatur ante facere pro communi conclusione glossarum, & Doct. quia respondeo, q̄ loquitur in implemento conditionis, q̄ debet fieri ex forma specifica, ideo non transit ad hæredem. l.qui hæredi.in prin. s̄.de condi.& dem.similiter text. in d.l.idem Pomponius. §.fi.s̄.de rei vend.nihil facit in proposito, quia dicere, prout dicit gl.hic, & ibi, q̄ ideo ibi incertitudo rei petitæ impediat condemnationem, eo quia actor voluit declarare, vel quia decessit, esset violentia, & manifesta diuinatio ad illũ text. licèt Bart. & omnes hic, & ibi sequantur.similiter dum Bar.respondet ad l.si stipulatus fuerim. in princip.supra eod. quòd ibi loquitur in electione, quæ bene transit ad hæredes, sicut ipsa obligatio, secus in declaratione voluntatis, quando sensit de certo: nam Bart. non assignat cōcludentem rationem diuersitatis inter electionem, & declarationem, præsertim cùm electio sit etiam quædam declaratio, & est merè personalis, ideo non transit à seruo, vel filio in patrem, vel dominum, vt est ibi text.Item adde, quòd erronea confessio potest reuocari non solùm per eum, qui errauit, sed etiam per eius hæredem.tex.in l.non idcirco. C. de iur. & fact. ignoran.quæ.l.est ad hoc not.secundum Bal.in l.error.circa fin.
8 C.eod.de iur. & fact.ignor. ¶† Extra gl.Bar.inducit istum.§.ad dictum testis ambiguè deponentis de Sticho, & non declarantis de quo, an debeat declarari pro reo, an pro actore, dic, vt hic per eum bene loquentem. Adde dum tenet, quòd verba ambigua prolata ab vno ex litigantibus, in quibus substantiatur iudicium, semper interpretantur pro eo, siue sit actor, siue sit reus pro no.per Cyn.in cap.contra eum.de regul.iur.in 6. & ita ampliat.l.si quis intentione ambigua.supra de iudic. Adde do. Ant.idem plenius tenentem in ca.ex literis. primo.de sponsal. dom.Alexand.in consil.183.5.volum.quod incip. viso puncto quæstionis.colum.2.¶Item dum Bart. tangit, an in alijs quàm in interpretatione verbi ambigui magis faueat reo, vel actori. Bart. omittit vnum casum, scilicet circa media causæ, de quo dixi supra in 3.not.& latius in l. de die.in prin. supra qui satisd.
9 cogant.¶† Subdit Bar.quòd procurator [a] generalis non potest
a declarare verbum ambiguum libelli dati à domino, sicut nec potest hæres vniuersalis, & sequuntur Ang. & alij. Bald.& Angel. in l. idem Pompon.§. fi. supra de rei vend. Angel. in d.l.si quis intentione. Sed aduerte, quia in hoc etiam posset teneri contra Bar. & omnes, quòd etiam procurator gñalis possit declarare verbum ambiguum positum in libello dato à domino, quia instatia causæ, & iudicij transit in ipsum procuratorem, sicut etiam supra tenui in hærede: èċontra autem libellũ datum à procuratore si dominus mandauit specialiter sic dari, tunc ipse dominus poterit declarare, aliàs procurator.argu.in l. in seruo.supra de liber.causa. gl.in l.cùm mancipium. supra de ædil.edict. aliàs si procurator nolit declarare, tenetur domino, & reus absoluetur. declaratio ergo est personalissima, & debet fieri ab eodem, & non egreditur personam secundum Barto.
10 Item per prædicta tenet Bar.quòd† si iudex inquirit, talem inquisitionem eius successor declarare non poterit, & sic successor in officio non potest declarare verbum ambiguum prolatum à iudice antecessore, & sequitur Bald.in l.2. C.de senten.ex ex breuic.recit. Ang.in l.ex facto.in princip. supra de vulgar.& pupil.intelligit Bartol. & bene hoc procedere in declaratione, quæ fit ex mera voluntate, illa non transit ad successorem in officio, secus in declaratione, quæ fit ex verisimilibus coniecturis, vel ex actis causæ, quia illa bene transit ad successorem in officio, vt etiam tenet Bart. in l.ab executore. in princ. supra de appellat. & l. terminato. C.de fruct.& lit.expen.Bald. in l.si. C.de leg.Ang.& alij hic.ratio, quia censetur idem iudicium, & eadem persona.l.proponebatur.s̄.de iud.& c.innotuit. de electioñ. quia officium, cuius respectu antecessor inquisiuit, vel sententiauit nunquam moritur.capitul.si gratiosè.de rescrip.in 6.ideo successor in eod. officio pōt declarare. ¶Per ista subdit
b Bart. q̄ boni assessores [b] capientes aliquem exbannitum, cùm plures reperiantur eiusdem nominis, & cognomi. non statim veniunt ad executionem condemnationis, sed primò faciunt eum confiteri, quòd est ille, de quo fit mentio in banno, & est idem homo, & idem corpus, & si non possent ab eo talem confessionem extorquere, tunc assumant probationem, aut verisimilia, q̄ ille homo est de hoc maleficio inculpatus, ita quòd verissimile sit iudicem, qui iudicauit de eo sensisse, & cum Bar.tenet Cum.hic. Idem tenet Bar.in l.demonstratio.in princip.in sexta quæstio.& ibi Imol.supra de condi. & demon. Idem Bartol.in l.si diuus.secunda. in 2. columna. infra de cust. reor.vbi dicit se ita pluries practicasse, & idem Bart. in l.1. C.si vnus ex plur.appella.Angel.de Aret.in §. quadrupli. institu.de acti. adde, quod in contrarium tenent Bald. Angel. & Paulus de Castr.in l. hac consultissima. in secunda columna. C. qui testam.face.pos.Ang.in l.2.s̄.de lib.& posthum.dom. Alex.hic concordat istas opi. vt hic per eum, quam concordiam etiam
11 ponit idem dom. Alexan.in d.l.2. s̄.de liber. & posthum.† Tu aduerte, quando iudex faceret reum captum confiteri se illud maleficium commisisse, tunc res esset plana, quòd ex confessione capti posset iudex eum condemanre, etiam ex inordina-
* to processu, vt est doctrina Innoc. *communiter approbata* in capit. qualiter, & quando. secundò in pen.colum.de accus. Bartol. in l.si confessus.ĩ.de custod.reor.& est bonus text.in capit. Pisanis. de restitut.spol. Confirmatur, quia talis confessio facit notoriũ. capit.fin.de cohabit.clericor.& mul. ergo ei non obst. defectus ordinis iuris, quia in notorijs talis ordo non requiritur.dicit tex. in c.ad nostram.tertio de iureiur.& ita etiam tenet Ang.Imol. Cuma.& do.Alex.hic. Angel.Imol. & dom.Alex. in d.l.2.supra de liber.& posthum.& dicit egregiè Bal.in l.si quis seruum.§.si inter

ADDITIONES.

a ¶Procurator. Adde Marian. Socin.in capit.dilecti.articul. 33. extra de libell. oblat.& de hoc etiam per Alexand. de Imol.in consilio 78. colum. 3. versic. præterea.in 5.volum.

b * Assessores. Adde, quæ ponit Rolan.consil.60.nu.26.& 28.lib.2. vbi hoc declarat, & Hippo.sing.72.Bald.in l.hac consultissima.col.2.C.qui test.fac.pos. & dic, quod bannitus statim captus torqueri potest à iudice, vt confiteatur se esse personam descriptam in banno, cùm sit diffamatus, teste eodem Rol. consilio sexto. numer. 27.libro secundo. cui adde practica, quam docet Bar. in l.l.diuus.numero quarto, & quinto.ff.de custod.reor.Bald.in §.1.tit.de feud. sine culpa non amit. q̄ statim capto bannito debeat fieri processus declaratorius circa personam, & executionem banni, vide latè per eos in locis prædictis. MASVER.

inter duos. in fin.ſ.de lega. 2. quòd cùm iſta quæſtio aliàs accidiſſet de facto Florentiæ, quod ad omne dubium euitandum iudex fecit captum confiteri, quòd ipſe commiſerat tale maleficium,& quod citatio eum comprehenderet, & iſto modo omne dubium fuit ſopitum ſecundum eum, alias non videtur, quòd ſufficiat confeſſio iſtius capti, qui dicat ſe eſſe illum, de quo fit mentio in banno, ex quo tale bannum eſt nullum propter incertudinem citationis perſonæ citatæ. l. aut qui aliter,§.1.ſ.ꝙ vi,aut clam. glo.in l.cum quem temere.ſ.de iudic. Item in criminalib.perſona debet clarè deſignari.l. libellorum. in princip. ĵ. de accuſa. quod non eſt hic propter pluralitatem nominum.l. hac conſultiſſima. C. qui teſtam. facere poſſ.& in hoc Bar.malè dicit, *& communiter damnatur* per Angel.& Imol. hic,& Angel.in d.l.2.ſ.de lib.& poſthum.cum concor.hic traditis per Alex.Tu tamen potes ſaluare Bart.quando iſte fuiſſet per nuncium ſpecificè citatus, & ſic citatio valuit, & ita confeſſus eſt iudici, licèt in actis non appareat niſi citatio generalis de Titio talis cognominis,de quo plures alij reperiuntur.

SVMMARIVM.

1 *Si alternatiuè interroganti reſpondeatur de vno tantum, vitiatur ſtipulatio in ſpeciebus, ſecus in ſummis, item ſecus ſi precedat interrogatio copulatiua, vt infra num.2.*

1 **§.Si ſtipulante.** † Si alternatiuè interroganti reſpondeatur de vno tãtum, vitiatur ſtipulatio in ſpeciebus, ſecus in ſummis. Item ſecus ſi præcedat interrogatio copulatiua. hoc dicit, & de iſta materia fuit dictum in l.prima.§.ſi ſtipulanti,& in §.penultimo. vbi Bartol.diſtinguit. ſupra eodem. & habet tria dicta, quæ patent ex ſummario. Secundum ibi, diuerſa cauſa. Tertium, & vltimum ibi,item ſi ego plures res. Ratio primi dicti eſt,quia diuerſitas eſt in qualitate, quia ego interrogaui te altenatiuè de duobus, & tu reſpondes præciſè de vno, ideo non valet, quia diuerſitas in qualitate vitiat ſtipulationem. l. prima. §. ſi quis ſimpliciter.ſupra eodem. & ideo text.hic dicit, nec ad interrogatum eſſe reſponſum.vbi propriè text.voluit iſtam rationem aſſignare, quia interrogaui te alternatiuè, & tu reſpondes de vno ſimpliciter, ideo vitiatur ſtipulatio. Ratio ſecundi in alternatiua ſummarum eſt, quia licèt ſtipulator alternatiuè interroget promittis mihi 10.aut 20. tamen, quia ſcit, quod reſpondebit de minori ſumma, quia nemo præſumitur velle iactare ſuum.l.cùm de indebito.§.final. ſupra de probationib. ideo videtur ſtipulatus minorem ſummam, & ſic reſpondendo de minori ſumma, videtur ad interrogata reſpondere, & ſic maior ſumma pro ſuperuacua habetur, vt dicit gloſſ. hic ibi, vel tertiò, nam etiam ſi ad alternatiuam ſummarum ſimpliciter reſpondiſſet promitto, intelligeretur promittere minorem, per regul. poſitam in text. quia ſemper in ſummis id, quod minus eſt, reſponderi videtur, & ſi dicis,quare in alternatiua ſpecierum non ita intelligitur promittere villiorem, & quę eſt,minoris pretij?reſponde propter affectionem,quę poteſt cadere in ſpeciebus, quia promiſſor aliquando libentius dabit ſpeciem maioris pretij propter ſpeciem villiorem.§.prętereà. inſtitut. de action.& l.final.ſupra de vſu, & habitatio. & hic gloſſ. in prima ſolut. quæ affectio non cadit in ſummis. l. 2 nummis.ſupra de in lit.iurand.¶† Limita iſtum textum, quando in alternatiua ſummarum eſſet electio promiſſoris, & ſic vtrunque eſſet in obligatione, tunc vitiaretur ſtipulatio in toto,ſicut in alternatiua ſpecierum, ita not. tenet Bartol. in l.prima.§.penultimo. vbi dixi. ſupra eodem. ratio tertij dicti ponitur in text. quia quando ſtipulor copulatiuè plures res, tot dicuntur eſſe ſtipulationes quot ſunt res.l.ſcire debemus.in prin. ſupra eod. ideo, reſpondens de vno reſpondet ad interrogatũ vnius ſtipulationis, ideo ſtipulatio valet.

SVMMARIVM.

1 *Super re à communi commercio exempta obligatio non contrahitur, & contracta extinguitur, nec reuiuiſcit impedimento ceſſante, & quæ ſit ratio,quare non reuiuiſcit. infra num.2.*

3 *Baſilica quid ſit.*

4 *Quatuor ſpecies rerum, quæ non poſſunt in ſtipulationem deduci.*

5 *Non eſt inſpiciendum, quod poteſt euenire, quando præſens ſtatus ad illud non tendit.*

6 *Res promiſſa ſi deſinat eſſe in commercio noſtro abſque facto promiſſoris,& ante eius moram, liberatur promiſſor.*

7 *Quod diſſoluit obligationem iam contractam, fortius impedit contrahendam.*

8 *Obligatio ſemel extincta propter aliquam cauſam annullantem non reconualeſcit,licèt tale impedimentum ceſſet.*

9 *Ceſſante cauſa annullationis non ceſſat effectus, ex quo effectus eſt iam conſumatus.*

10 *Contrariorum non eſt eadem diſciplipna.*

11 *Promittens certam quantitatem vini ſiue fructuum ex fundo,non liberatur fructibus non natis, ſeu natis, & conſumptis.*

12 *Ex diſſimilibus non fit recta argumentatio.*

13 *Stipulatio liberi hominis, vel rei ſacræ facta tempore prohibito, licèt collata in tempus licitum, nihil tamen valet.*

14 *Triſtis futurus euentus alicuius ſiniſtri caſus, & diuerſæ fortunæ non eſt habendus in conſideratione.*

15 *Nauis diſſoluta ſine animo eam reficiendi, licèt poſteà reficiatur, non cenſetur eadem nauis,ſed diuerſa.*

16 *Valet argum.de legato ad ſtipulationem, niſi detur ratio diuerſitatis.*

17 *An ea, quæ tollunt iam contracta, impediant fortius contrahenda.*

18 *Si ſtatuto caueatur, quod qui fuerit exbannitus elapſo termino banni non poſſit eſſe de prioribus ciuitatis, & ſic de decurionibus, etiam ſi fuerit rebannitus, vel exemptus, & alio ſtatuto caueatur, quòd qui interfecit rebellem ſit exemptus ab omni banno, quod incurriſſet, vel incurrere poſſet propter eius delicta præterita, ſi contingat, quòd aliquis ſit bannitus, niſi compareat intra tantum tempus, intra talem terminum banni interfecit rebellem, an poterit eſſe de prioribus.*

19 *Statutum prohibens bannitum eſſe de prioribus, habet locum etiam in eo, qui tantum momento temporis ſtetit exbannitus, & exemptus.*

20 *De momento, ſeu actu momentaneo non eſt curandum.*

21 *Si teſtator facit ſubſtitutionem filio ſi ſine filijs deceſſerit, & ipſe moriatur cum filio, qui non vixit niſi vno momento temporis, tamen ſubſtitutio fideicommiſſaria eſt extincta.*

22 *Si ſtatutum ſimpliciter dicat, quòd filius maſculus excludat fœminam, ſufficit, quod momento eam excluſerit, vt ſit excluſa in perpetuum.*

23 *Matrimonium momentaneum ſufficit, vt vir lucretur tertiam partem dotis vigore ſtatuti.*

24 *Priuilegia dotis competunt etiam ſi matrimonium tantum momento duret.*

25 *Idem operatur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito.*

26 *An contrariorum eadem ſit diſciplina.*

27 *Si fructus debeantur ex certo fundo, an fructibus non natis, vel natis, & ſine culpa conſumptis obligatio extinguatur, an differatur in ſequentes annos.*

28 *An ſit inſpiciendum, quòd euenire poteſt.*

29 *Domo deſtructa ſi ſupereſt area, & reficiatur de nouo, an dicatur noua domus.*

30 *Eccleſia funditus deſtructa,& reedificata, an dicatur eadem Eccleſia, vel diuerſa.*

31 *An excommunicatis canonicis alij loco deficientium ſubrogati ſint excommunicati.*

32 *Excommunicatio eſt pęna perſonalis, quæ infertur animæ verè delinquenti.*

1 **§. Sacram.** Iſte.§.eſt famoſus, & ſolet ab omnibus difficilis reputari.h.d. † Super re à communi commercio exempta obligatio non contrahitur, & cõtracta extinguitur, nec reuiuiſcit impedimento ceſſante, ſecus in naui animo reficiendi diſſoluta, & ex eiſdem tabulis refecta, vbi obligatio non extinguitur, ſed effectum reaſſumit. Item ſecus in fructibus natis, & conſumptis, in quibus etiam non extinguitur obligatio, ſed expectatur, quòd alij naſcantur. Aliud in domo vſque ad aream diſſoluta, etiam ea intentione, vt ex eadem materia reficiatur, nam diuerſa cenſetur, & ſic ſtipulatio amplius non reuiuiſcit. hoc dicit totus iſte.§. ¶Diuiditur in ſeptem partes principales. In prima ſuper re,quæ non eſt in commercio noſtro, ponit tria dicta, ſcilicet, quòd obligatio ſuper ea non poteſt contrahi, & quod ſi prius erat contracta extinguitur, & quod non recõualeſcit, licèt tale impedimentum ceſſet. vnde ſi res promiſſa efficiatur ſacra, vel ſeruus promiſſus efficiatur liber, extinguitur obligatio iam nata, ergo multò magis impeditur ab initio contrahenda, quia facilius ab initio impeditur aliquid fieri, quàm factum tollatur. l. patre furioſo. ſupra de his, qui ſunt ſui, vel alien.iur.& capit.quemadmod.circa med. de iureiurand.Item res non poteſt incipere ab eo caſu, à quo ante cepta finiretur vt ſtatim infra dicam. ¶In 2. quæ eſt ibi, quoniam quidem. ſecundum primum intellectum gloſ.ponitur ratio eius,quod iam dictum erat non reuiuiſcere obligationem, licèt ceſſet impedimentum,vel ſecundum alium intellectum gloſ. remouetur quædam obiectio,quæ ſtatim.ĵ.declarabit. ¶In 3.ibi, nã & ſi

& si nauem. cõtra illud, ꝙ dictum est, ꝙ quando cessat impedimentum, tñ obligatio non reuiuiscat, opponit de duobus exemplis. s. de naue promissa, & postea dissoluta, & deinde refecta, quia reuiuiscit obligatio, quę durante dissolutione cessauerat. Secundum exemplum de quo opponit est, si fui stipulatus certã quantitatẽ vini ex tali fundo, si nascatur ibi vinũ & sic obligatio incipiat sortiri effectum, deinde sit consumptũ sine culpa promissoris, desinit habere effectum, quia tenetur promissor dare vinum, nisi ex illo fundo, & tamen si posteà vinum in seq. anno nascatur, obligatio reassumit vires. ¶In 4. ibi, sed hæc dissimilia sunt. Iuriscon. respõdet, quòd isti casus sunt dissimiles ad primum casum, & primò ponit diuersitatem inter primum casum, & istũ de vino, quia obligatio vini nascituri continet vinum in genere, quòd potest subijci commercio nostro, & dicta obligatio habet tacitum tempus, & & sic tractum in futurum, quo vinum nascatur, & expectare, quod nascatur vinum ciuile est, & honestũ, sed in homine libero promittitur quid in specie, & tempore contractæ stipulationis nõ potest subijci commercio nostro, nec nostro dominio, & sic stipulatio liberi hominis non valet purè, ita nec sub conditione, quia res debet esse in cõmercio nostro tempore contractus, & expectare tristem, & aduersum casum, & sic aduersam fortunam, ꝙ efficiatur seruus, non est ciuile neque honestum, & sic text. ponit tres differentias inter stipulationem vini, in qua futurum tempus attenditur, vt stipulatio reuiuiscat, & stipulationem liberi hominis, in qua non attẽditur, quòd possit fieri seruus. ¶In quinta ibi, & nauis si hac mente. respondet ad aliud exemplum de naui, ponens diuersitatem inter istos casus, nã quando res efficitur sacra, fit ea mente, & proposito, vt nunquam profanetur, & quando seruus manumittitur, similiter fit ea mẽte, vt postea non reuertatur in seruitutem, patet, quia expectare seruitutem, esset inhonestum, & inciuile, vt dixi, sed in re mobili consistente ex materia, & forma, vt est nauis, quia animus dissoluendi nauem, & in alium vsum conuertendi, vel iterum reficiendi non est inhonestus, vnde si nauis dissoluatur ea intentione, vt ex eadem materia reficiatur, postquam fuerit refecta, reputabitur eadem nauis, & ideo stipulatio super ea interposita, licèt interim fuerit extincta, tamen reassumit vires, & effectũ postquam fuerit refecta, si autem nauis sit dissoluta ea intentione, vt in alium vsum deducatur, tũc censetur diuersa res, & stipulatio super ea interposita extinguitur, nec amplius reuiuiscet, etiam si promissor mutaret ꝓpositum. ¶In sexta ibi, sicuti de ædibus. ponit alium casum de domo destructa, in quo videbatur idem dicendum, ꝙ in naui, vt distinguatur qua mente fuit facta dissolutio, & tamen determinat contrarium, quòd imò non distinguatur quo animo sit destructa, sed an domus fuerit in totum destructa vsque ad fundamenta, & vsque ad aream. nam etiam si ea intentione eam funditus destruxerit, vt ex eadẽ materia reficiatur, tamen reputatur diuersa domus, & stipulatio super ea interposita extinguitur, nec amplius per eius refectionem reuiuiscit, secus si non fuerit in totum destructa, sed tigna remota, & posteà reposita, quia adhuc reputatur eadem domus. ¶In septima, & vltima ibi, hic tractamus. ponit vtilitatem huius inuestigationis, ad quid est vtile scire, an sit eadem res, vel diuersa, & sic habes enucleatum, & clarè explanatum totum text. ¶† Solum
2 restat declaranda secunda pars text. ibi, quoniam quidem, quę est obscura, & leguitur in gloss. duob. mod. Primò, vt sit ratio eius, ꝙ prædixerat, ꝙ obligatio non resuscitatur, quamuis res sacra prophana efficiatur, vel ex libero seruus, qa vna, & eadẽ cã, & liberandi & obligandi esset, hoc est eodem modo reuiuisceret, sicut extinguitur, ꝙ est ꝯ naturam, quia naturaliter de hoĩe viuo bene potest fieri mortuus, sed ẽꝯ de mortuo non põt fieri viuus, & sic de non esse transire ad esse, vt dicunt Philosophi à priuatione ad habitum non datur regressus, & iste est bonus sensus. Secundò potest intelligi ƒm glo. vt sit ratio remotiua obiectionis, quæ posset fieri hoc modo, nam dictum est, quod non reuiuiscit stipulatio impedimento cessante, quia sicut istud impedimentum facit extingui stipulationem, ita si cesset, debet facere reuiuiscere, vt contrariorum eadem sit disciplina. Item cessante cã debet cessare effectus. l. adigere. §. quãuis. ff. de iure pat. & c. cum cessante. de appel. Iuriscon. respondet, ꝙ pp. hoc non debet reuiuiscere obligatio extincta, quia eadẽ cã liberandi, & obligandi esset, & sic extinguendi, & reuiuiscendi, & sic operaretur ꝯrios effectus, & isto modo est ratio remotiua. In tex. ibi, sacram. in quo differat sacrum à religioso,
3 hẽs tex. in §. sacræ. insti. de rer. diui. facit. l. fi. ff. vt in pos. leg. ¶† In tex. ibi, aut basilicam. Ang exponit, ꝙ basilica est domus regia, vbi stabant venalia. per l. pediculis. §. item cùm quæreretur, & ibi glo. sic declarat. ff. de auro, & argent. lega. Tu dic plenius, licet ita declaratum non inueniam, quod Canon. aliter capiunt istum terminum, quàm Legistæ: nam Can. capiunt basilicam pro Ecclesia. c. omnes basilicæ. 26. q. 7. & c. 1. de relig. domib. & dicit. d. Abb. in rubr. de consecra. Eccle. vel altar. ꝙ Eccles. antequam consecretur, propriè appellatur basilica, sed post consẽcrationem assumit nomen Ecclesiæ. ad hoc alleg. bonam glo. cum tex. quam reputat tenendam menti in d. c. 1. de relig. dom. & ita etiam dicit Abb. in c. fi. in 3. not. de Eccles. ædifi. tamen in materia fauorabili etiam priuilegiata appellatione Ecclesiæ venit basilica, & sic Ecclesia nondum consecrata, ita not. Abb. in c. fi. in 1. not. per illum text. de consecra. Eccle. vel altar. Sed secundum Oratores, & Iuriscon. basilica non est locus sacer, & minus eccle. sed locus publicus, in quo iudicia, & negotia publicè exercentur, & venalia in stationibus inferioribus exponũtur, vt patet in hoc text. ibi, vel vsib. publicis in perpetuum relictum, vt forum, aut basilicam, & hic non capitur pro Ecclesia, cùm dixerit sacram, aut religiosam. Alibi text. in d. l. pediculis. §. item quæritur. ff. de aur. & arg. leg. decidit etiam in legato venire illud argentum muliebre, ꝙ in basilica fuerit, ꝙ mulier negotiatrix causa negotiandi in basilica habebat, vnde Vitruuius de architectura docet basilicam fieri oportere, vt superius iudicia, inferius negotia exerceri possent. Item basilica etiã dr̃ domus regia, prout. ff. retuli exponere Angel. hic, & de hoc habes text. in l. basilica. C. de operib. public. & dicit glo. in d. §. item cùm quæreretur. ꝙ basilisica sic dr̃, eo quòd basilicos gręcè latinè domus Regis dr̃, vbi stabant venalia. Sed vide tex. qui videtur ꝯrium probare in §. sedebunt. in Auth. de iud. in versi. in regia basilica. nam si basilica sic simpliciter intelligeretur domus regia, vt gl. & Ang. volunt, superuacuò ibi adijceretur regia, tamen gl. ibi dicit, quòd ille text. appellat basilicam illud palatium maius, quod est Romæ apud Lateranum. Sed quòd etiam basilica apud Oratores capiatur pro domo regia, accedat illud Plauti, basilicè ornatus incedit, hoc est regiè, & excel-
4 lenter ¶† Not. 1. ex tex. quatuor species rerum, quæ non possunt in stipulationem deduci. s. res sacra, vel religiosa, liber homo, & basilica. Item res ad vsum publ. destinatæ, adde generaliter idem esse in omnib. reb. quæ non sunt in commercio nostro, vt habes exemplum in l. apud Iulian. §. fin. cum l. seq. & in princip. sequen. supra de legat. primo. ratio duplex assignatur in isto tex. Prima circa princip. ibi, nam & cùm quis. nam si res promissa efficeretur postea sacra, vel relig. vel seruus promissus efficeretur homo liber, extingueretur obligatio iam contracta, ergo multò magis debet ab initio impediri contrahenda, vt dixi. ff. in apostil. text. Secunda ratio est, & quidem notabilis, quòd vbi secundum tempus præsens aliquid non potest subijci dominio nostro in genere suo, ibi non potest super illo contrahi obligatio non solùm pura, sed nec etiam in diem, vel sub conditione, & ista ratio assignatur hic in versic. sed hęc dissimilia sunt, in duob. locis. ¶Limita istum text. vt procedat, quando stipulator non habet commercium rei, quam stipuletur, tunc stipulatio est nulla, secus si non esset in commercio promissoris. text. est faciens istam differentiam in l. multum interest. ff. eod. ¶Secundò limita istum text. procedere, quando aliquis simpliciter stipulatur rem, quæ non est in commercio ipsius stipulantis, quo casu stipulatio simplex intelligitur ad dandum contrahi. l. si ita distrahatur. ff. de contrahend. emptio. & l. nemo rem suam. in princip. ff. eod. ideo non valet, quia ad tales res, quæ non sunt in commercio, non potest cõtrahi obligatio dandi, sed bene ad tradendum valeret stipulatio, vt est glo. not. institu. de inutil. stipul. in princip. in versic. idem iuris. in glo. in versi. sacram. & in l. liber homo, prima, vbi dicetur. j. eo. ¶Tertiò limita, vt ꝓcedat, qñ res est oĩno exempta à commercio nr̃o, vt in quatuor etemplis tex. si aũt esset exempta à cõi commercio de per se, sed non cum alia re, quid iuris sit, vidimus in d. l. multum interest. ff. eo. habetur in l. cętera. in prin.
5 ff. de lega. 1. ¶† Secundò not. ex text. ibi, quamuis res, & c. quòd non inspicitur, ꝙ potest euenire, qñ pñs status ad illud non tẽdit, vt hic, & l. 1. vbi Bart. not. ff. de in lit. iur. secus si ad illud tenderet, vt l. qui bona. §. cùm inter. ff. de dam. infect. & l. si quis do-
6 mum. ff. locat. de quo. j. per Barto. vbi latius dicetur. ¶† Tertiò no. in versi. nam & cùm quis. ꝙ si res promissa desinat esse in commercio nostro absque facto promissoris, & ante eius moram, liberatur promissor, perinde ac si res esset exempta. Et ex hoc habes tria correlariè notare, primum, quod si res veniat ad casum, à quo incipere non potest, quòd vitiatur. de quo, qa est via brocardica, habes per Bartol. & alios in l. pluribus. §. & si
7 placeat. j. eod. ¶† Secundum habes, ꝙ illud, quod dissoluit obligationem iam contractam, fortius impedit eam contrahendam. de quo latius. j. per Barto. vbi dicetur. ¶Tertium habes, quòd obligatio non potest incipere ab eo casu, ad quem veniẽs finiretur, & incepta desineret. facit. l. Titio cum morietur.
8 ff. de vsufr. & l. 3. §. puberi. ff. de Carbon. edict. ¶† Quartò princ.

not.in verſi. nec reuocantur in obligationem.duo. Primum, quòd obligatio ſemel extincta propter aliquam cauſam annullantem non reconualeſcit,licèt tale impedimentum ceſſet. Ad idem text.in l.qui res.§.aream.infra de ſolut.& tex. de conſe.diſtinct.4.in cap.quæris,& ibi gl.& text.7.q.1.c.quàm periculoſum.Spec.vbi vide,quod per hoc decidit,in tit.de proba.§.1. in verſi. circa nouale. Item liberatus ſemel à patria poteſtate, non poteſt amplius in eam reuerti, niſi adoptione,vel ingratitudine,& ſic durat perpetuò liberatus.l.quę liberatus,& l.ſi pater filium.vbi glo. ſupra de adoptiô. Item adde, quòd not.decidit Bald.in l.penult.argu.illius text.ſupra de excu.tuto.ꝙ ſi teſtator relinquit in teſtamento vxorem ſuam vſufructuariam omnium bonorum , donec ipſa caſtè vixerit , quòd ſi primò anno vixit caſtè, ſecundo non , tertio redijt ad caſtitatem, fortè ingrediendo religionem,ꝙ per hoc non reaſſumit legatum, quod bene not. Iſta regula fallit in caſu. l. 2. §.final. & ibi gloſ. expreſsè not.ſ.de hæred.vel actio.vendit.Item vide tex. in l.penultim. C.de curator. furioſ. vbi furioſus habens curatorem ſi ei ſuperueniant dilucida interualla ſanæ mentis, interim ceſſat officium curatoris,& ſi poſteà reuertatur furor,iterum reaſſumit adminiſtrationem. ¶† Aliud ſecundo nota..ex eodem
9 verſicul. quòd ceſſante cauſa annullationis non tamen ceſſat effectus ex quo effectus iam eſt conſummatus,de quo per Cy. in l.generaliter. C. de Epiſcop.& cler.Bartol.in l.2. §.fi.ſ.de dona.per Canon.in capitul.poſt tranſlationem.vbi text.& glo.de renun. facit, quod not.Bald.Angel.& alij in l.filio quem pater. in prin. per illum text. ſ.de liber.& poſth. ꝙ ſi aliqua terra exiuit de obedientia domini ſui,ideo fuit bannita, licèt poſteà reuertatur ad obedientiam, tamen per hoc non tollūtur banna,
10 niſi expreſsè remittantur. ¶† Quinto not. in verſic. quoniam quidem.ſecundum intellectum glo. quòd vna , & eadem non debet eſſe cauſa duorum ꝯriorum. ſecundum alium intellectum not.quòd contrariorum non eſt eadem natura,ſeu diſciplina , quia hic vnum de contrarijs inducit effectum , quòd ſi res promiſſa efficiatur ſacra , vel publica, vel homo liber , annullatur ſtipulatio, & tamen eius contrarium. ſ.ceſſatio huius qualitatis non inducit contrarium effectum. ſ. quòd faciat re
11 uiuiſcere,de quo latius.ỉ.per Bartol.vbi dicetur.¶† Sextò not. in verſic.pro quo,& illud. quòd promittens certam quantitatem vini ſiue fructuum ex fundo non liberatur fructibus non natis,ſeu natis,& conſumptis, & ſic talis promiſſio non intelligitur de vino , ſeu fructibus primi anni, ſed etiam de fructibus ſequen.annorum,de quo latius.ỉ.per Bar.vbi dicetur, & iſta ꝓmiſſio eſt in genere, vt dicit tex.ỉ.ibi,vini autē non ſpeciem,ſed genus, & dr̄ in genere quo ad hoc, ꝙ licèt vinum iſto anno natum pereat,non tñ perit illud, ꝙ eſt in obligatione deductum, quia nō magis iſtud vinum, quàm aliud eſt ꝓmiſſum, ex quo eſt ꝓmiſſio in gñe, ſed qñ Stichus promittitur,ibi certa ſpecies eſt promiſſa, vt ſubdit text.ideo ſi efficiatur liber, & ſic eximatur à commercio noſtro , perit illud , quòd in ſpecie promiſſum erat,ideo tunc obligatio extinguitur. iſtud eſt,ꝙ vult dicere iſte text.dum facit dr̄iam,an ſit promiſſio in genere, an verò
12 in ſpecie.¶† Septimò no.in verſi.ſed hęc diſſimilia ſunt.quòd ex diſſimilib.non fit recta argumentatio,quemad. etiam ex ſeparatis non fit bona illatio.vulgata.l. Papinianus.ſ. de min.& l. fin.in fin.ſ.de procura.facit.l.ſi maritus.prima.in fi.C.de dona. inter virum.& vxor.per quam no.ibi Bal.ꝙ ſeparatorum ſeparata debet eſſe ratio.Item adde,ꝙ no.decidit Gem. in c.cupiētes.§.quod ſi per viginti.de elect.in 6.ꝙ vbi ius cōe,vel ſtatutarium excludit quem à poteſtate proſequendi cām, ſi non ſeruauerit certas ſolennitates intra certum terminum, nihilominus elapſo termino audietur ſi vult probare , ꝙ ſua cauſa eſt diſſimilis,& non erat talis,quæ includeretur ſub illo iure,quod eſt no.& quotidie poteſt practicari in ſtatutis ſm eum. Aduertè tñ,ꝙ procedit argu. à ſimili, licèt non ſit omnimoda ſimilitudo.c.conſtitutus.de appell. & ibi d.Abb.in 3.not.ad hoc notat,& reputat notabiliſſimum.& c.quemad. & ibi not. d. Abb. in 1.not.de iureiur.d.Abb.& alij in c. tranſlato.de conſti.& in c. cùm dilecta.de confir.vti.vel inuti.d.Anto.de Butr.in c.non nō debet.in pe. colum. de conſangui & affi.& vltra Cum.ego allego bonum text. quem ibi ſolitus ſum ad hoc ponderare in l. fi.C.de colla.vbi text. arguit de caſtrenſib. vel quaſi ad aduentitia,& tñ eſt magna diſſimilitudo,patet, quia caſtrenſia,vel quaſi ſunt in totum filij, etiam quo ad vſumfruct.& in eis habetur pro patrefam.l.2. ſupra ad Maced. & in eis poteſt facere teſtamentum. l. fin. C.qui teſtam.facere poſ.ſecus eſt in aduentitijs. ad idem text.in l.ex facto. in princip. in verſic. vt quemadmodum.ſ.de vulgari. & pupillari, & ibi Aret.in 6. not. ad hoc notat, vbi text. arguit de pupillari ſubſtitutione ad exemplariam, & tamen inter eas eſt multa diſſimilitudo , vt patet in l.humanitatis.C.de im pub.& in §.qua ratione.inſti. de pupil. ſubſtit. Similiter dc.Abb.in procem Decre .in 7.colum.not.ex glo.ibi. quòd valet ſimilitudo à remotis.Sed in contrarium allego tex. in c.licèt Heli.circa fi. de ſimo.vbi licèt crimen ſimonię,& crimen læſæ maieſt. habeāt ſimilitudinem, tamen quia datur diſſimilitudo , ideo non procedit argumentum de vno ad aliud, ita ibi cantat text. & per illum text. not. ibi do. Abb.in pe.not. bonum modum euacuandi argumentum à ſimili probando diſſimilitudinem in eo, in quo confert. breuiter dic , quòd ad hoc,vt procedat argumentum à ſimili,ſufficit, quod detur ſimilitudo eo reſpectu quo inducit argumentum , licèt in alijs ſit diſſimile ſecundum Io.And.in c.non poteſt.§.1.& ibi Gem.
13 in pen.col.de præben.in 6.¶† Octauò not.in ver.adeo. n.ꝙ ſtipulatio liberi hominis, vel rei ſacræ facta tempore prohibito, licèt collata in tempus licitum , cùm deſierit eſſe liber, vel ſacra, nihil tamen valet, & ſic limitatur regula,quæ habet, quòd paria ſunt aliquid fieri tempore habili,vel tempore inhabili,& conferri in tempus habile.l.in tempus. ſ.de hæredi.inſtit.& l.ꝙ ſponſæ.C.de dona.ante nup.& c.de vxore,& ibi not. d.Abb.de ſepul.illa regul. limitatur,quando natura rei repugnat, & illud expectare eſſet inciuile , & triſte.facit. l. ſi minor.ſ.de ſeruis ex-
14 portan.& capit.fi.& ibi Gem.nota.de ſepul.in 6. ¶† Nonò not. ex text. ibi,& caſum aduerſamque fortunam .text.qui ſemper
a allegatur , quòd triſtis futurus euentus alicuius ſiniſtri caſus, a & aduerſæ fortunæ non eſt habendus in conſideratione, ita eſt text.hic. alibi dicit text. in l.ſi in emptione. §.omnium. verſi.liberum.ſupra de contrahenda emptione.alleg.in glo,nec enim fas eſt eiuſmodi caſus expectare.facit.l. Iul.infra qui, & à quib. in verſic. nec aduentitij caſus computandi ſunt. limita, quando triſtis euentus conſideraretur ad odium & damnum,tunc non eſt habendus in conſideratione , ſecus ſi ad fauorem , & prouiſionem , vnde ſi lego libertatem libero homini ſi efficiatur ſeruus,iſte triſtis euentus ideo conſideratur, quia ei prouideo per dationem libertatis. text. eſt in l.generaliter.§.ſi homini libero.ſ.de fideicommiſ.liberta.de quo text.gl.hic opponit, & non ſoluit. ſimiliter fauore dotis aduentitiæ , triſtes caſus habentur in conſideratione ſecundum Cy. in l.quamuis. C.de
15 pact.conuentis. ¶† Decimò, & vlti.in verſi.& nauis,ꝙ nauis diſſoluta ſine animo eam reficiendi, licèt poſteà reficiatur,non cenſetur eſſe eadem nauis, ſed diuerſa,quod intellige verum,ſi carina,ideſt fundus nauis diſſoluatur,& mutata fuerit,aliàs ſecus.text.eſt per quem iſte ſic limitatur in l. quod in rerum.§. fi. vbi gloſſ. & Doctor. ſ.de leg. 1. Secundò limita iſtum text.procedere , quando nauis in totum vno contextu diſſoluta fuit, ſecus ſi per partes, & per partes refecta , quia tunc indiſtinctè dr̄ eſſe eadem nauis.l. quid tamen.§. in naui. ſ. quibus modis vſusfruct. amit. & l. cùm proponebatur. ſ.de iudi. ſecundum Alexan.hic. Paul.de Caſtr. & d.Alex. in d.l.quod in rerum.§.fi. ff.de leg.1.¶Expeditis textualib.perfectè,vt puto,Gl.in verſi.ex libero. diuiditur in duas partes. In prima allegat quinque concordan. ad text. In ſecunda fortiter opponit , & dupliciter ſoluit, & intendo hoc contrarium bene examinare. Secunda ibi, ſed contra . Prima ſolutio gloſſ.eſt, quòd ibi hæres fuit in culpa manumittendo ſeruum legatum. iſta ſolutio manifeſtè diuinat , nec textus ibi aperit , an hæres manumiſerit illum ſeruum, an teſtator. Secundò , & fortius iſta ſolutio nullatenus conuenit ad illum text. quia ſecundum hoc non curaretur,an poſteà iterum efficiatur ſeruus,vel non,quia ſemper hæres teneretur propter moram,& culpam ſuam.l.ſi ex legati.ſ.eod.& ſic fruſtra ibi diceretur , ꝙ reincidit in ſeruitutē. Tertiò, & adhuc fortius falſum eſt aſſumptum gloſſ. quia heres non poteſt manumittere ſeruum legatum etiam ſub conditione. l. ſeruū qui.ſ.de manumiſ.& l.generaliter.§.1.infra qui, & à quibus.ego ille text.neceſſariò intelligitur, ꝙ ſeruus legatus ibi fuit manumiſſus viuo teſtatore, non autem per hæredem. Secunda
16 ſolutio glo. † ꝙ aliud ſit in legato , quàm in ſtipulatione, non
* habet rationem differentiæ, *ideo communiter reprobatur*, cùm ab vno ad aliud ſit bona argumentatio, niſi detur ratio diuerſitatis.l. ſeruum. §.eum qui chirographum,& l.q̄ de legato.ſ.de leg. 1.vnde Barto.& Doctor hic ſoluunt tertio modo ſecundū gloſſ.in l.contraria,in d.l. ſi chorus.§.fi.de leg.3.quòd ibi ſeruus legatus deinde manumiſſus adhuc poſteà fuit effectus ſeruus in vita ipſius teſtatoris, vnde ex noua voluntate teſtatoris probata reſtauratur legatum.l.cùm ſeruus.ſupra de adimen. legat. & ita etiam ſoluit gloſſ.in dict.l.qui res. §. aream. in verſicul.liberor.vbi Bartol. & alij. infra de ſolut.ſecus ſi poſt mortem reincideret in ſeruitutem,vel ſi in eius vita,& non habuit poſteà nouam

ADDITIO.

a ¶Caſus. Adde eundem Iaſ.in l.ſi cui legetur. §.ſi Titio.numer. 13. ff. de legat. 1.vbi declarat.

nouam testatoris voluntatem.l.si seruus legatus.§.1.vbi glo.ff. de adi.leg.& ita procedit tex.in d.l.qui res.§.aream.vbi Pau. Iuriscon. videtur referre opi. Celsi positam in d.l.si chorus.§.fin. & eam reprehendere, sed concorda ista duo iura per istum modũ, ꝙ in d.l.si chorus.§.fi.ille seruus legatus posteà manumissus adhuc reuersus est in seruitutem in vita testatoris,& superuenit noua voluntas testatoris probata,& propter ista duo legatum debetur, sed text.in dict.l. qui res.§. aream.loquitur quando seruus legatus, & manumissus denuo reincidit in seruitutem,sed post mortem testatoris, vel si in eius vita non interuenit ibi noua voluntas testatoris, tamen quia ista videtur meræ somnia, & diuinationes ad vtrunque, text. ideo subtilis Cum.hic quarto loco tenet,ꝙ l.si chorus.§.fi.quæ est lex Celsi,referatur, & reprehendatur per Pau.Iurecon.in d.§.aream, & isto modo cessaret omnis oppo.& omnis difficultas.Et si dicis,si ille. §.fi. in l.si chorus, fuit correctus per d.§.aream.ergo malè fuit positus in vol.ff.& frustra occupat membranas,cõtra. §. quibus. in prima constitutione. C. vbi Imperator mandat nihil correctum debere poni in Pandectis.respondet Rapha.Cu.quòd istud processit per ignorantiam,vel errorem cõpilatorum.Ista solutio nullatenus est tenenda,quia vitanda est legum correctio.l.præcipimus.in fi.cum vulgarib.C.de appel. item propter d.§.quibus.¶Tu aduerte,ꝙ contra communem solu.gl.& Docto.quam. s.retuli,facit, quia quòd in d.l.si chorus.§.fi.legatum recõualescat propter nouam volun.testatoris expressam, certè de tali expressa volun. testatoris nulla habetur mentio in illo text. præterea isto mdo intelligendo ille text. redderetur de indubitabili. Et si dicis,quod illa.l.suppletur per aliam legem.s.per d.l.cùm seruus. ff.de adi.legat. allega.per Bart.& omnes,& non est nouum,quòd vna lex etiam anterior suppleatur per aliam legẽ et posteriorẽ. l. non est nouum. & l.sed & si posteriores. ff. de legat. quia dico ex mente Raphael. Cum.quòd d.l.cùm seruus.nihil facit ad propositum,quia loquitur,quando legatum non fuit extinctum ipso iure, sed ope exceptionis tantum.patet,quia ibi seruus legatus fuit per testatorem alienatus, sed per alienationem seruus non eximitur à commercio nostro,ideo tunc non reuocatur ipso iure legatũ, sed ope exceptionis tantum, ideo si talis seruus sit redemptus, ex noua volũtate testatoris recõfirmatur, & tollitur exceptio, vt vult text.in fin.in versicul.non submouebitur.facit l.3.in fin. & l.seq.ff.eod.tit.de adimen.leg.sed text. in d.l.si chorus.loquitur, quando seruus fuit manumissus, & sic effectus homo liber, & sic in totum exemptus à commercio nostro, vt hoc text. ideo tunc legatum ipso iure extinguitur, & istud fundamentum prima fronte not.stringit, & vide in simili text. in l. qui ex liberis. §. testamento. ff.de bon. pos. secundum tab. sed defendendo communem solutionem dic, ꝙ requiritur, quòd superueniat noua voluntas testatoris,quando legatum expirauit solum ope exceptionis, vt reconualescat. vt in text. in d.l. cùm seruus.quanto fortius requiritur,quod superueniat noua voluntas testatoris, quando legatum fuit ipso iure extinctum per manumissionẽ.d.l.si chorus.§. fi.certè multo fortius, aliàs legatum non resuscitaretur,si seruus manumissus iterũ seruus efficeretur,quia nouus homo esse videtur.ita expresè dicit ad literam text.in d.l.si seruus leg. §. 1.& ibi gl.ff.de adi.leg. ¶Quid tenendum in tanta difficultate horum contrariorum? subtilitatum Princeps.d.Christ.de Cast.& insignis Doctor.d. Pet.de * Bex.tenuerunt secundum sol. gl. nostræ *communiter approbatam*. & dicit do.Pet.de Bexu.quòd ista sol.inuitis dentib.est tenẽda, & ego eam etiam teneo declarando eam plenius quàm ipsi faciant, & iũgo eam simul cum communi solutione, quod ipsi non faciunt,& isto modo declarando, & simul iungendo habetis puram veritatem.Vnde dicas,quòd text.noster,& tex. in d.§.aream.loquuntur in stipulatione, quæ non reuiuiscit,licèt homo promissus ex libero efficiatur seruus, sed text.in d.l. si chorus.§.fi. loquitur in legato, & isto modo omnia cessant, nec.§.aream.corrigit.d.l.si chorus.§.fin.quia loquitur in diuersis terminis. ratio diuersi. est in promptu, quia in stipulatione inspicimus tẽpus præsens, prout expresè dicit text.hic in versi. quia nec præsentis temporis obligationem recipere potest, & in versi. nam de his reb. negotium rectè gerimus, quæ subijci vsib.dominioque nostro statim possunt.per quem text.d.Alex. in no. colligit pulchram doct. quam reputat tenendam menti, quòd quicquid in suo genere secundum tempus præsens non potest subijci dominio nostro,vt homo liber,& res sacra, super ea non potest ex stipulatione obligatio contrahi neque purè,neque sub conditione,& sic in stipulationib.media tempora nocent,& vitiant, vt hoc text.in versi. nec reuocatur. Ex quo egregiè no.Bal.quòd quando medius status rei obligationem extinguit, non curamus extrema, sed in legatis media tempora non nocet, quia sufficit habilitas.s.medij temporis.s. tempus faciendi legati, & tempus mortis testatoris. l.sed & si in conditione.§.solemus.& l.si alienum.§.1.ff.de hære.inst.vnde nimirum si in d.l.si chorus. media tempora non nocent, licèt seruus leg. medio tempore in vita testatoris sit effectus liber, cùm tempore facti legati esset seruus,& similiter mortis testatoris tempore reperiatur seruus. intellige tamen dummodo noua voluntas testatoris superueniat, & probetur per d.l.cùm seruus.aliàs secus esset, vt est tex.in d.l. si seruus legatus. §. 1. & in glo. & dixi plenius.ff. & in legatis attenditur noua voluntas testatoris, à qua sola pendent legata, cùm etiam solo nutu possint relinqui.l.nutu.ff.de lega.3. & sic iungo simul secundã sol.gl.& communẽ sol.Bart. & Doct.& simul iunctæ sunt ipsa veritas.¶Et aduerte,quod etiam in casu §.nostri.& d.§. aream. si seruus promissus efficiatur liber,& denuo redigatur in seruitutem, & sic efficiatur de commercio nostro,non reconualescit stipulatio propter medium impedimentum, tamen si denuo interueniret consensus ambarum partiũ verbis expressis, reconualidaretur stipulatio propter nouam volunta. expressam verbis, vel noua stipulatio induceretur, & ita est clarè de mente Bart.hic in 3.col. cùm examinat an idem operetur oppositũ in opposito, quòd propositũ in proposito. ¶Præterea circa primam par. princip. text. in versicul. nam & cùm quis.

17 † An ea quæ tollunt iam contracta, fortius impediant ꝯhenda.Bart.distinguit,vt hic per eum. Et quia doctrina Bart. videtur obscura, & magis indiget declaratione quàm additione, tu dic,ꝙ aut impedimenta, quę tollunt iam ꝯcta, tendunt et ad inhabilitandum in futurum,& sic inhabilitant etiam in futurum rem,& personã, & tũc procedit regula huius tex.facit. l.3.§.desinere.ff.vsufr.quemad.cau.& l.Sempronius.ff. de vsufr. leg. secus si non tendunt ad impedimentum, vel inhabilitandum in futurum.l.2.§.1.ff.de capi.dimi.vbi emancipatio,& sic minima capitis diminutio tollit obligationem iam contractã, & tamen non impedit faciendam, quin emancipatus possit posteà se obligare,eo quia emancipatio est minima capitis diminutio, & tendit solùm ad eximendum ab obligationibus contractis tempore,quo erat in potestate patris,iuxta titulum, quod cum eo. ff. & C. quia censetur nouus homo, sed non impedit in futurum,quin posteà de nouo possit contrahere,& obligare se.similiter ad hoc Bartol. allegat text. in l. si debitori deportato.ff.de fideiuss.vbi deportatio extinguit, & tollit omnes obligationes deportati, & tamen nõ impedit in futurum, quin possit deportatus obligari.l.si mandauero tibi,vt pro me. §.is cui.sup.man.& c.fęlicis.§.verum.de pœ.in 6.quia in deportationem non veniunt iura neque bona futura, vt latè dixi in l.si stipulatus.el 1.§.cùm stipulamur.ff.eo.& hoc impedimentum deportationis non inhabilitat deportatum in futurum. ¶Secundò fallit secundum Bart.quando tolleret eam contractam principaliter per modum liberationis,& non per modũ inhabilitatis.l. sub conditione.ff.de solu.& l.quoties.ff.de noua. vbi acceptilatio interposita super obligatione ꝯditionali tollit obligationem,quando est nata,& tamen non impedit,quin in futurum cõstituatur, & idem in reuocatione,qa acceptilatio, & nouatio tendũt ad tollendam obligationem, quãdo est cõtracta, quia impossibile est sequi liberationem sine nouatione, nisi prius obligatio induceretur, quia non potest sequi priuatio,nisi præcedat habitus.l.dicem.ff.eod.c.ad dissoluendum. de despons.impuber.sed non tendunt ad impediendum nasci,

18 sed iam nata tollunt effectum. ¶† Vnde inducit Bartol. ad q. statuto cauetur, quòd qui fuerit exbannitus, elapso termino banni non possit esse de priorib. ciuitatis,& sic de decurionib. etiam si fuerit rebannitus, vel exemptus, & hoc fortè propter infamiam facti,quæ remanet. Alio statuto cauetur, quòd qui interfecit rebellem,sit exemptus ab omni bãno, quòd incurrisset, vel incurrere posset propter eius delicta præterita. modo contingit,aliquis est bannitus,nisi compareat intra tantum tẽpus intra talem terminum banni interfecit rebellẽ, an poterit esse de prioribus?Bartol.determinat, quòd non per doctrinam per eum superius datam,quia cùm secundum statutum directò tendat ad liberationem, non potest de banno eximi, vel liberari, nisi qui in bannum iam incurrit.d.l.sub conditione. & d.l.quoties. ideo eo momento, & puncto quo tempus banni finietur, & sic cùm in banno fuerit, eod puncto statim liberabitur, quia interfecit rebellem, ergo non erit de priorib. ciuitatis, quia esset dicere eum aliquando fuisse in banno, & cum Bart.tenet.Io. de Imo.hic. contra Bart. tenent Angel. Raphael Cum. & d.Alex. hic, quia istud statutum secundum non solũ eximit à banno iam incurso, sed etiam impedit bannum incurrendum, ex quo dicit, quòd eximatur ab omni banno, quod incurrisset,vel incurrere posset, & sic expresè loquitur de banno incurrendo, & statutum habet eandem potestatem ad impediendum bannum incurrendum, sicut ad tollendum iam incur-

incursum, ergo cùm statutum eximat à banno & preterito, &
futuro, certè verba statuti videntur esse clara, quòd vult tolle-
re bannum & incursum, & incurrendum, ergo vigore secun-
di statuti poterunt ad dictam dignitatem aspirare, & ista est
multum æqua opi. secundum Rapha. Cum. cui multum qua-
drant verba statuti. Nec obst. fundamentum Bart. quòd istud
secundum statutum directo tendit ad liberationem, & libera-
tio præsupponit habitum, & sic bannum præcedere, quia vbi
non est habitus, ibi non potest cadere priuatio. d.l. decem, & ita
loquitur. d.l. sub cōditione, & d.l. quoties. allegata per Bart. quia
aduertendum est pro solutione secundum d. Alex. hic, quòd
in isto statuto dicitur, eximatur à banno, quòd incuurrere pos-
set, est præteritum imperfectum, & de natura sui importat fu-
turum. l. cùm certus. ſ. de triti. vi. & oleo leg. ergo si eximatur,
non potest stare propriè liberatio ab eo banno, quòd futurum
est, vnde intelligitur secundum eum eximatur. i. non incurrat,
sicut etiā in d.l. 3. §. desinere. ſ. vsufr. quemad. caue. desinere di
citur etiam ille, qui nondum ceperit, sed quoniam est bannū
præteritum, verbum eximatur bene stat propriè, & non est in
conueniens, quòd in eo statuto idem verbum propriè, & im-
propriè capiatur. l. 2. cum glo. ſ. de officio procon. & leg. ita resi
det. d. Alex. non quoq; est verum illud, quod dicit Bar. quod in
eo puncto quo terminus banni finietur, quòd tunc erit exban-
nitus, & etiam exemptus, nam secundum Ang. ex quo statutū
disponit; quod eximatur à banno, quod incurrere potuisset,
ergo non potest dici contumax, si non comparet in termino
banni, ex quo per statutum eximitur, & sic circunducitur ter-
minus banni. arg. l. & post edictum. §. 1. cum ibi no. ſ. de iudi. &
l. quesitum. ſ. de re iud. sed ad hoc respondet Imo. & istud pro
cedit, quando in termino banni comparuisset, & allegasset suā
defensionem, tunc propter comparitionem factam in banno,
cum ista causa defensionis iudex deberet bannum tollere,
vel relaxare, ex quo conditio banni non euenit, quod non est
in casu nostro, vbi permisit labi terminum banni nō factis de-
fensionib. ¶ Quid tenendum? licèt in iudicando, & consulendo
mitior pars in criminalibus sit tenenda. l. si præses, & l. interpre-
tatione. ȷ̃. de pœn. tamen ego teneo decisionem Bart. stantib.
verbis statuti, prout ipse præsupponit. s. quòd interficiens rebel
lem sit excēptus, & eximatur ab omni banno, quod incurrisset,
vel inccurrere posset, nam dum dicit sit exemptus, & sic de
præsenti intelligitur de banno, quod incurrisset, & sic de prima
parte, & dum dicit, & eximatur, & sic in futurum intelligitur à
banno, quòd incurrere potuisset in futurum, & sic singula sin-
gulis veniunt congruè referenda, verbum autem eximatur, de
propria significatione præsupponit habitum, & sic bannum
incursum. l. decem. ȷ̃. eo. aliàs non potest sequi liberatio. d.l. sub
conditione. infra de solu. & l. quoties. infra de noua. nam si de-
bet eximi à bāno, necesse est præsupponere, quòd bannum sit
incursum, & sic, quòd transierit terminus banni, ergo non po-
terit esse de prioribus, licèt fuerit rebannitus, quia rebellem in-
terfecerit, & isto modo congruè declarando, & referendo ver-
ba statuti, cessant, quæ supra in oppositum adducebantur præ-
19 sertim per d. Alex. ¶ † Vltra Scriben. tu pondera Bar. hic velle
vnum singu. ad quòd alij non aduertunt, quòd statutum pro-
hibens bannitum esse de priorib. habet locum etiam in eo, qui
tm̄ momento t̄pis stetit exbannitus, & exemptus, ꝙ valde no;
quia est magna ampliatio ad illud statutum penale, istud intē-
do examinare, & est noua quæstio, & contra Bart. quòd de ban
no momentaneo non sit curandum, & de eo non sit intelligē-
dum hoc statutum pœnale, sed de banno, quod habuit dura-
tionem, & effectum, per tex. in l. fi. C. de bon. quæ lib. per quem
20 text. not. ibi Cyn. & Bald. † de momento, seu actu momenta-
neo non esse curandum: nam pater ibi non acquirit vsum fr. in
aduentitijs seu in acquisitione filij momētanea, & idem, quòd
de momento temporis non curetur, tenet Bald. in l. si pater. in
8. q. C. de insti. & substit. argu. l. si quis ita legauerit dum vxor
mea. ſ. de condi. & demon. in versi. quia non omne momentū
exigendum sit. ¶ Ex aduerso pro Bart. facit in simili bonus tex.
in l. vxoris abortu. in versi. quamuis natus illico decessetit. C. de
posthum. hære. insti. & quod per illum text. decidit sing. Bal. in
c. 1. § quinetiam. in tit. Episcopum, vel Abbatem. in vsib. feu.
21 vbi sing. tenet, † quòd si testator facit substitutionē filio si sine
liberis decesserit, & ipse moriatur cum filio, qui non viuit nisi
vno momento temporis, tamen substitutio fideicommissaria
est extincta, quia ratione momenti rescinditur testamentum.
d.l. vxoris abortu. & momentum multum operatur in ijs, quæ
sunt momenti, vt no. gloss. formans oppositionem de puncto
in l. sed & partus. §. fi. ſ. quòd metus causa, vt ibidem latius per
Bald. ¶ Secundo facit, quod singu. tenet idem Bald.[a] in l. si quis
22 posthumus. §. 1. col. fi. ſ. de lib. & posthum. vbi tenet, † quòd si
statutum simpliciter dicat, quòd filius masculus excludat fœ-
minam, sufficit, quòd momēto eā excluserit, vt sit exclusa in
perpetuum. de quo etiam per dom. Anto. de Butr. in consil. 20.
23 quod incip. equitas valde suggerit. ¶ † Tertiò matrimonium
b momentaneum[b] sufficit, vt vir lucretur tertiam partem dotis
vigore statuti Perusini, secundum Bald. in l. non tantum. per
illum text. C. de lega. & ibi Ang. in lectu. Florentina, & sequitur
Aret. in l. 2. & in l. si ante nup. circa fi. solu. mat. quòd est valde
not. cum non videatur sustinuisse onera matrimonij, propter
quæ videtur deferri tale lucrum dotis. l. pro oneribus. C. de
iur. dot. ¶ Confirmatur, & sic quartò facit, quod not. tenet Bal.
24 in l. 1. in 3. colum. C. de priuileg. dot. qui tenet, † quòd priuile-
gia dotis competunt, etiam si matrimonium tantum momē-
to duret. ¶ Quintò, & vlt. accedat text. in l. cùm sponsus. §. fi. in
fi. ſ. de pub. in rē act. vbi dicit text. etiam is, qui momento posse
dit, rectè hac actione experietur. sed aduerte ista procedunt in
materijs fauorabilibus, aut non odiosis, prout Bartol. hic lo-
quitur in statuto pœnali, & propter hoc, ad quòd Scribentes
25 non aduertunt, redditur valde dubia decisio Barto. ¶ † Subdit
posteà Bartol. quòd idem operatur oppositum in opposito,
quod propositum in propsito concurrente eadem causa, vt
hic per eum, per l. fi. §. fi. vbi etiam Bart. not. ſ. de leg. 3. Adde l.
si ex toto. in prin. & ibi Imo. Pau. de Cast. & dom. Alex. ibi ad
hoc no. ſ. de leg. 1. Bald. in l. 1. in 2. col. C. quando lic. ab emp.
26 dis. vbi ad hoc alleg. auctoritatem Aristotelis. ¶ † Successiuè
c tangit Bartol. an contrariorum eadem sit disciplina[c], ex cuius
dictis facias in effectu tres conclu. ¶ Prima, quod quantum ad
cognitionem vna est natura & disciplina, quia cognito vno
de contrarijs cognoscitur & aliud. istud est, quod dicit text. in
l. 1. vbi Bart. no. ſ. de ijs, qui sunt sui, vel alien. iur. & insti. de tute.
in prin. & in l. Poponius. §. sed & is. ſ. de acq. pos. & ista est pla-
na, & non habet dubium aliquod. ¶ Secunda conclu. est, quòd
contrariorum eadē est disciplina, etiam quo ad iuris dispositio
nem, quando militat eadem ratio in vtroque ex contrarijs. l. fi.
§. fi. de leg. 3. l. & si contra, & ibi not. ſ. de vulg. & pupil. l. pen. &
ibi Bal. in fi. ad hoc not. C. de sol. & l. sicut maior. C. de rep. hær.
& l. si ex toto. in prin. vbi Imo. & alij not. ſ. de leg. 1. gl. in l. secun-
dum naturam. ȷ̃. de reg. iur. & gloss. in rub. ſ. de acqui. pos. & ibi
Imo. & alij Mod. ponunt. bona gl. in cle. fi. de appel. Barto. in l.
in fundo. in 1. col. per illum text. ſ. de rei ven. Bald. in l. si præses
quasi desertam. C. quomodo, & quando iud. Cyn. & Bald. in l.
vnica. §. pro secundo. in 7. opp. C. de cad. tollen. Facit text. in l.
quemad. vbi Aret. & do. Alexan. ad hoc not. ſ. de acqui. poss. &
text. in c. frequens. §. fi. ad fi. in versic. velècontrario, & ibi Gem.
ad hoc not. de de rest. spo. in 6. & text. in cap. hospitiolum. in fi.
& ibi gl. no. 32. dist. Et quòd idem iuris sit in vno contrariorum,
quòd in reliquo, dicit etiam gl. 21. dist. in c. inferior. Item con-
trariorum non solùm eadem est disciplina, sed etiam eadem
est potentia. nam ea, quę nudo consensu possunt contrahi, etiā
nudo consensu possunt dissolui à pari potentia contrariorum.
l. ab emptione, & ibi Bald. ad hoc not. ſ. de pact. & l. 1. & 2. C.
quando lic. ab empt. disced. ¶ Item contrariorum est etiam
idem modus significādi, vt patet de supremo, qui dicitur post
quē nemo fuit, & de proximo, qui dicitur ante quem nemo
fuit, in l. ex duob. in princip. in versi. sicut & ècontrario, & ibi
Bald. & d. Alex. ad hoc nota. supra de vulgar. & pupilla. Item
contrariorum vnum, & idem est statutum, secundum Bald. in
capit. cùm venisient. in vlt. colum. de iudic. vbi per hoc infert,
quòd vbi exceptio non potest probari per testes ex forma sta-
tuti, similiter non poterit probari per testes actio, nec replica-
tio, vt ibi per eum. Tu confirma, quia circa media causæ, &
sic circa probationes seruatur æqualitas, & æque fauetur reo,
sicut actori, & ècontra, vt est gloss. in capitul. cum sedem. de
restit. spol. & in capit. cum sint partium iura. de regul. iur. in 6.
Doct. in l. de die. in princip. vbi dixi. supra qui satisdar. cogant.
& in §. si Stichum. vbi etiam dixi. supra ead. l. Ad istam regul.
adde, quod decidit Bald. in l. final. in vltim. colum. C. de fidei-
commis. quòd si ex forma statuti legatum potest probari per
duos testes, eod. modo reuocatio poterit per duos testes pro-
bari, quia contrariorum eadem est disciplina. per hoc etiā al-
legat

ADDITIONES.

a [a] Bald. Adde eundem Bal. in l. quibus. versi. sed hic concurrit, C. de secun. nup. Mar. Soc. consi. 5. lib. 1. Alex. consil. 29. circa fi. lib. 1. eundem Bald. in l. si quis hæredem. 2. oppo. C. de insti. & substi. quia in conditionib. sufficit semel pro semper, teste Cor. consi. 7. col. 1. lib. 1. BELLOT.

b [b] Momentaneum. Adde. quæ scribit Rol. de dote. quæst. quinta, & 6. & sequen. eundem Iason. in l. si donaturus. §. qui indebitam. nume. 14. & 18. ff. de condi. caus. dat.

c Disciplina. Adde, quòd non procedit hæc regu. quando non est eadem ratio in vno sicut in alio, teste Rol. consi. 60. num. 32. lib. 1. & fac. quæ scribit Nat. consi. 473. col. 19. Dec. in l. secundum naturam. ff. de reg. iur.

legat not.per glo.in l.cùm proponebatur.de leg.2.Idem tenent Car.Flo.& Imo.in c.relatum,primo.de test.per reg.l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur.sequitur.d.Alxan.hic, & in rubr.ff.de acq. pos.Item ad istam reg.adde,quòd no.Bald.in c. 2.ad fi.de resti. spo. quòd sicut renuntiatio beneficij ecclesiastici potest probari per testes,& sic non requirit scripturam, vt ibi est text.ita etiam collatio beneficij poterit per testes probari,quia contrariorum,&c.limitando tamen,vt ibi per eum.Per istam reg.videtur mihi posse impugnari,quòd tenet Bald. in l.eos.in princ. C.de appel.colum.2.in princip.vbi formaliter tenet, quod aduerbium bene,idem est dicere,quod ritè,& rectè,sed aduerbiũ malè idem est dicere,quòd non rectè,nihil tamen allegat, & in contrarium facit hæc regula. tamen pro Bald. allego bonum text.in c.ius dictum.de verb.sig. Limita istam regulam not.nõ procedere in his, quæ sunt stricti iur. puta, quando agitur de forma mandati,tunc contrariorũ non est eadem disciplina,vt est text.not.in c.fi.& ibi d.Ant.de Bu.ad hoc no.de verb.sig.vbi mandatum Papæ de moderando numero canonicorum, & præbendarum,si facultates Ecclesiæ non sufficerent,non intelligitur datum de augendo numerum, si facultates Ecclesię reperiantur adeo excreuisse, quòd maior numerus ibi possit haberi,& sic ibi contrariorum non est eadẽ disciplina, & tamen non solùm eadem imò maior ratio militat in augendo numero, & maior fauor,cùm magis augeatur diuinus cultus, quòd videtur contra secundam conclu.ff.traditam, & ea, quæ ibi dixi, sed dic illud in d.c.fi.quia forma mandati est strictè, & ad vnguem obseruãda.l.diligenter.in prin.ff.man.& c.cùm dilecta.de resc.Item potestas delegata est strictè interpretanda, & non extendenda vltra casum expressum,vt ibidem dicit do. Abb.in 3.no.ideo ibi contrariorum non est eadem disciplina, & istam limitationem etiam in discursu tenet simpliciter do. Alex.hic,& idem.d.Alex.in d.l.si ex toto.in princip.ff.de leg.1. ¶Tertia concl.est, quod contrariorum cõtraria est iuris dispositio, quando subest contraria, vel diuersa ratio,vt est text.not. in l.si quis negotia, & ibi gl.declarat.ff.de neg.gest. vbi si negotiorum gestor,qui indebitum exigit, cogitur restituere, & tamen si indebitum soluit,sibi imputare debet,quemad.qui vsuras exigit, cogitur eas restituere,& tamen si ipse soluit alij vsuras, est damnum suum, & ita etiam tenet Bar.hic, & in d.l.in fundo.in 1.col.ff.de rei ven.Bald.in d.l.si præses quasi desertam. C.quomodo,& quando iud.glo.in d.cle.fi.de appel. natura.n. oppositorum est,vt se inuicem tollant, non vt se inuicem ponant.l.fuit quæstionis.ff.de acq.hære.secundum Bald. in l.licèt. ff.si quis omi.cau.testa.Ad istam regulam adde,quòd not. decidit Bal.in l.lege.12.tabularum.circa fi.C.de leg. hæredi.vbi per illum text.decidit, quòd si statutum disponat, quòd soror nõ succedat fratri,per hoc non intelligitur disponere ècontra, ꝙ frater non succedat sorori, quia dato vno inconuenienti non debet dari maius incõueniens secundum eum.refert, & sequitur Anch.in commento c. canonum statuta.de consti.ver.vlterius pone, statuto cauetur, quòd soror.& sequitur simpliciter.d.Alex.hic.idem tenent Pau.de Cast.& Fulg.in d.l.lege.12. tabularum.Tu confirma melius ex ista tertia concl. nam contrariorum est contraria ratio,sed in d.statuto, quòd soror non succedat fratri,ratio est fauore agnationis, vt bona conseruentur in linea masculina,& familiarũ dignitas sit salua.l.1.& l.pe. ff.de ventre inspi.Bart.in l.2.§.videndum.supra ad Terrul.cum suis concor.quę ratio cessat in casu contrario,quia si frater succedat sorori,militat ratio agnationis,aliàs quando non esset diuersa ratio sicut vnus ex correlatiuis excluditur,ita alius intelligeretur exclusus. text. est in l. communium.in princip. C.de natu.lib.in §.filium.in Auth.quib.mod.nat.effi.sui.Item in correlatiuis quod statuitur in vno, intelligitur statutũ in alio.l.fin. vbi dixi.C.de indict.vidui.facit.l.si ab eo.C.de leg.hære. ¶Glo. in versi.quoniam.istum versi. declaraui in apostil.tex. ¶Glo.in versic. centum amphoras.diuiditur in duas par. In 1. remouet vnum contrarium.In 2.allegat quinque concor.Secunda ibi, & facit.tamen illæ.ll.non concordant omnes,imò aliquæ contradicunt,vt hic per Bar. ¶In ea.glo.ibi, non adijciendo, quòd ibi natum erit,& est ratio diuersi.quia relatiuum,quod, iunctũ verbo futuri temporis facit cõditionem.l.Stichum, qui meus erit.de leg.1.l.nuper.de leg.3.quæ cõditio intelligitur de prima vice.l.boues.§.hoc sermone.ff.de verb.sig. Et ideo illa deficiente non debentur amplius,vt in iuribus alleg.in glo. & l.nec emptio.supra de contrahend.emp. secus,quando non est adiectũ
27 relatiuum. ¶† Et si quæratur, quando fructus debentur ex certo fundo,an fructibus non natis,vel natis, & sine culpa cõsumptis an obligatio extinguatur, an vero differatur in sequentes annos.Bart.distinguit,vt hic per eum post Petr.& Cy.quorum fuit distinctio, vt ipse refert in l.si quis argentum. C.de don. & istam distin.etiam sequitur Bald.in c.1.de not.feu.in vsib.feud.

* *& alij omnes hic* excepto Cum.qui in multis reprehendit,& minus bene,non refero. Tu aduerte vltra omnes Scribentes inquantum Bart.& omnes volunt,quòd quando promissio, vel legatum fructuum nasciturorum ex tali fundo fit cum relatiuo,quod,res ducitur in conditionem, vel quando promittuntur fructus nascituri non expressa certa quantitate, quo casu etiam promissio indistinctè censetur esse cõditionalis. l.1.in fi. ff.de condi.& demon.& l.interdum.ff.eo. quod tunc fructib.nõ natis primo anno vel consumptis,ideo non debentur ex annis sequen.quia conditio intelligitur de prima vice. l.boues. §.hoc sermone.ff.de verb.sign.secus,quando promittitur certa quantitas fructuum nasciturorum ex tali fundo non adiecto relatiuo,tunc ista promissio non habet conditionem,ideo non intelligitur de prima vice, sed debentur ex sequent. annis, & sic
* *Bar.& omnes volunt*, quod regula. d l. boues.§.1. habeat locum in promissione conditionali,vel habente conditionem, vt tũc intelligatur de prima vice, secus si non habeat conditionem, istud reputo nouum, & valde singulare, ad quod nemo vnquam aduertit,quia est mirabilis,& singu.restrictio illius regul. Tamen istud videtur mihi ineptissimum, quia imò in omni materia sermo simpliciter prolatus intelligitur de prima vice, & de primo actu.l.dotis promissio.in versicul. fi.ff. de iure dot. vbi Bartol. generaliter not. ex illo text. quòd sermo simplciter prolatus intelligit̃ de primò, tamen defendendo Bartol. posses dicere, quod illa. l. bene faciat pro Bartol. & similiter. d. l. boues.§ hoc sermone,quòd promissio dotis intelligatur tantum de primis nuptijs, & non de vlteriobus, eo quia talis promissio habet tacitam conditionem,si matrimonium sequatur.l.stipulationem.& l.promittendo.in princip.& l.tali.de iur. dot. & ita etiam decidit text.in l.cùm pater.§.pater certam.ad fin.de leg. 2.qui similiter vult, quòd intelligatur de primis nuptijs,& hoc est,quòd credo ponderasse Bart. in d.l.boues. §. hoc sermone, ꝙ ibi promissio habeat conditionẽ, ideo intelligitur de prima vice, sed ꝯ Bar. ꝙ idẽ sit in omni alia materia etiam non cõditionali,ꝙ intelligat̃ de prima vice, & de primo actu, iura abũdat,habes text.in l.eum qui calendis, & ibi gl.1.ff.eo.& tex.valde not.in l.si socius pro filia. in prin.& ibi Fulg.in 5.no.reputat sing.ff.pro soc. vbi est text. quòd pactum initum inter fratres, quod dotes filiarum soluantur de communi, non intelligitur toties quoties fuerit opus,sed semel tantum, & prima vice, vt etiam tenet Bald.in l.fi.in 2.colum. C.de dot. promis. ad idem text.in c.non potest.§. 1. & in c. mandato. & in c.si clericus. in prin.& ibi Gem.in 4.not.de præb.in 6.& ad hoc aliàs accumulaui quamplures text. & gl.& 16.princip. decisi. Doctorum in varijs locis, & posui in l.diuortio.§.quod in anno. ff.solu.matr. & secundum doct.Bar. hic daretur mirabilis restrictio ad omnia illa iura,& ad illam regul.sic generalem, vt procedat in dispositione conditionali tantum. Cogita, quia nemo aduertit, & nemo tangit. ¶† Posteà successiuè Bart. examinat, an inspiciatur, quod euenire potest, & perfectè distinguit, vt hic per eum,cuius distinctioni alij nihil addũt,nec addi posset, de quo etiam per Iacob.Butr.Bartol.& Angel.in l.si idem cum eo.§.fi. ff.de iurisd.om.iud.per Cy.in l.fi.§.fin.autem auaritiæ,& ibi Bal. in §.sed quia.C.communia de lega per Bal.in l.ædem. in 4.col. C.locat. Adde tamen, quòd dicit Bald. in l. si nondum. per illum text. C. de furt. quòd si ciuitas interficiat electum in Episcopum,non dicitur Episcopum interfecisse,quia res non recipit denominationem ab eo, ꝙ erit,sed ab eo, ꝙ est,per illũ tex. secundum eum.facit.l.quòd si fortè.§.1.ver.quid ergo.infra de solut.& tñ quia erat electus in Episcopum, præsens status pendebat ad illud futurũ, ꝙ deberet esse Episcopus. Itẽ adde, ꝙ decidit Ang.in l.si quis id,quod.in prin.ff.de iur.omn.iud.& idem Ang.in rub.C. de lati. liberta. tollend. quòd si ex forma statuti descriptus in libro bannitorum potest impunè occidi,non tamen poterit impunè occidi, qui nondum est descriptus, sed erat describendus, quia iam erat bannitus. item fauore pupilli consideratur illud, quòd euenire potest.s. quòd testes, qui habent deponere super statu suo,possent mori, vel recedere in futurũ,vel possent mutare,vel mutari.l.3.§.duæ autem sunt causæ.in versi.finge.ff.de Car.edi.no.l.1.C.de ord.iud. ¶Gl.in versi. mente.diuiditur in quatuor.In prima duob.mod.declarat tex.
* *& cõiter tenetur* prima,reprobata scđa declaratione Mar.In secũda opp.& soluit.In tertia declarat versi.fi.qui incipit,hic tractatus.In quarta,& vlt.allegat quatuor concor.ad text. Secunda ibi,porrò licèt.Tertia ibi,sed ne quis.Quarta,& vlt.est ibi,& facit,&c. ¶In ea.gl.ibi l.seruitutes.§.si sublatum.dic clarius,quòd domo deposita vsque ad aream non est eadem domus verè, nec quo ad fictionẽ in actione personali, vt hic, & l.si ita legatum.§.fi.cum ibi not.de leg.1. secus quo ad actionem realem. d.§.si sublatum.& l.Paulus.§.domus.ff.de pig.& idem in actione mixta vsusfructus. l. repeti. §.rei mutatione. & l.qui vsumfruct.in

28 (margin number beside "& nemo tangit" line)

fruct.in princip.ſupra quibus mod. vſusfruct.amit. ſecundum
29 Bar.& alios hic.¶† Glo.in verſi.alia erit.aſſignat rationem differentiæ inter nauem,& domum ſecundum Mar. quia domo deſtructa adhuc ſupereſt area,quæ eſt pars domus.iſta ratio ſecundum glo.videtur eſſe in contrarium, quia ſi ſupereſt area, ergo non poteſt dici noua domus. Bart. ſaluat rationem Mar. ſic declarando eam, quia domus conſiſtit in ſolo , & ſic eſt res immobilis, ideo immobilia, quæ non poſſunt ſeparari à ſolo, non ſequuntur perſonam , & ſic mentem hominis, vnde animus non poteſt operari circa earum retentionem , ſed mobilia , quæ ſolo non cohærent,poſſunt ſequi perſonam domini, ſicut actiones, quæ ſunt incorporales, ſequuntur dominum quocunque vadant,vt l.fi.C.de præſcri.lon.temp.ideo animus in earum retentione poteſt facilius operari , & ideo quando quis deponit nauem animo eam reficiendi, illa prima nauis ſemper videtur in mente retenta, nec vnquam depoſita, ergo cenſetur,eſſe eadem nauis,vt hoc tex.Iſta ratio Bar. nihil valet, & confunditur primò per tex.quem etiam ꝯ Bar. alle.d.Alex. hic, & in l.q vſumfr. in prin.ſ.de vſufr. vbi ſcyphus reſolutus, & poſteà refectus de eadem maſſa non cenſetur eſſe idē,& tñ eſt res mobilis ſicut nauis,ergo ratio Bar.non eſt vera.Item hic non agitur de mouendo de loco ad locum, ſed ſolùm de animo,& intētione deſtruētis,& reficientis.Item iſta defenſio Bar. non fuit de mente Mar.fundantis ſe,quia area ſit pars domus, vt refert hic gl.Tene rationem,q̃ aſſignat gl.in d.l.qui vſumfru. in gl.mag. ſ.de vſufr. qa nauis facilius reficitur quàm domus, & licèt Bar.dicat,quòd ſit truffa, quia facilius repeniuntur magiſtri domorum quàm nauium , tñ eam non intellixit Barto. tvetiam dicit Cum.quia gl.voluit dicere,quòd domus deſtructa non poteſt refici ex prima materia,cùm in diſſolutione domus plura corrumpantur, præſertim cementa, & lapides, ideo non poſſunt omnia in priſtinum ſtatum, & priſtinam formam reſtitui,vt dicatur eadem domus. ſecus in naui , quæ ſoluta poteſt de facili reduci ad priſtinam formam,& iſtam tenent Ang. Imo. & alij. & Ang. in l.qui res. §. aream.ꝭ. de ſolu.

30 ¶† Quid autem de Eccleſia funditus deſtructa,& reędificata, an dicatur eadē, vel diuerſa. Goffr. in ſumma de Eccle.edi.ad fi.tenet, quòd non dicatur eadem, æquiparando eam domui , quòd eſt verum ſecundum Bar.ſi ſumatur Eccle. pro loco parietib.circundato,ſecus ſi accipiatur pro toto cap. eccl. Eccleſia.n.multis modis capitur, vt declarat gl.magiſtra.in cap.ſi.ne præla.vic.ſuas:beneficium autem durat, & dicitur idem , licèt alia ſit Eccleſia.l.quoties.§.fi.ſ.de vſufr. quod eſt vtile ſecūdum Bart.ad cle.fi.de reſcr. vbi literæ Papæ non porriguntur ad noua beneficia. Eccl. tamen deſtructa etiam non refecta adhuc retinet priuilegia,quę ſunt iura quaſi realia,quæ durāt.arg.l.ſeruitutes.§.ſi ſublatū.ſ.de ſer.vrb.præd.& l.Paulus.§.domus.ſ.de pign.& dixi.ſ.in gl.in verb.mēte,niſi eſſet deſtructa auctoritate ſuperioris propter ipſius defectum , & ſic ſine ſpe refectionis. arg.l.ſi vſufr.ciuitati. vbi Bal.ſ. quib.mod. vſusfru. amitta. & l. pater filium.§.Tuſculanus.ſ.de leg. 3.& ita determinat gloſſ.in reg.priuilegium perſonale.vbi latè Io.And.in mercuria.de reg. iur.in 6.& gl.16.q.7.in c.& hoc dicimus.& gl. in c.ſtatutum.in verſi.collegiatas.de elect.in 6.Imo.& d.Alex.hic.Inn.in ca.2.de ope.no.nun.& in c.Abb. ad fi.de verb.ſig. cum multis concor. traditis per Alex.hic,& in l.ſi gregè.ſ.de leg.1. & dicit Gemi.in c.licèt Canon.in princ.colūm.4.de elect.in 6. quòd ſi ſit factus locus pro alimentandis pauperibus in certo hoſpitali, vel pro hoſpitio in certa Eccle.deſtructo hoſpitali, vel Eccleſia non
31 debetur legatum , quod bene not. ¶† Vltimò quærit Bartol. an excommunicatis Canonicis alij loco deficientium ſubrogati ſint excommunicati.remittit ſed ad Inno.in c.graue. de ſenten.excōmu.& Can.in c. aduerſus.de immu. Eccle. *communiter*
32 *tenetur*,quòd non, † quia excommunicatio eſt pœna perſonalis,quæ infertur verè animæ delinquenti , non autem animæ fictæ repreſentati,ideo non tranſit ad aliū. c.Rom.§.in vniuerſitatem. & §. caueant. de ſenten. excommu. in 6. & ita tenent Dy.Ray.& Bal.d.Alex.& alij in l.ſi gregè de leg.1. Dy. & Bal.in l.ſi ita legatum.§.fin.ad fin. eod.titul.de leg.1.domin. Alexand. hic in fin.quamuis gloſſ.aliter ſentiat in c.ſicut vir.7.quæſtio.1. adde ſecus in ſententia interdicti.vt eſt gl.no.& ordinaria in c. ſi ſententia.de ſente.excom.in 6.ratio diuerſi.eſt , quia in interdicto vnus poteſt puniri pro alio.c.non eſt de ſpon.& d.c.ſi ſententia.§.1.& ibi Gem.ſecus eſt in excommunicatione. 24. q.3. c.1.& ibi glo.

SVMMARIVM.

1 *Duæ cauſæ lucratiuæ non poſſunt concurrere in eadem perſona , & re.*
2 *Hæres in hæreditate, & rebus hæreditarijs prætetendit titulum lucratiuum.*
3 *Sicut iuris ignorantia non prodeſt in lucris,ita nec in his , quæ habent originem à lucro,quamuis damnum inferant.*

§. Si rem, quam. Duæ cauſæ lucratiuę non poſſunt circa eādem rem concurrerere irreuocabiliter , &c.vt per Bartol. vel alitet. Stipulatio ex cauſa lucratiua euaneſcit ſi res in ea deducta efficiatur ſtipulatoris irreuocabiliter ex alia cauſa lucratiua, ſecus ſi
1 reuocabiliter.h. d. ¶† Nota primò , quòd duæ cauſæ lucratiuæ non poſſunt concurrere in eadem perſona,& re,vt l.omnes debitores.ſ.tit.1.& hoc, quando vtraque cauſa eſt irreuocabilis.aliàs ſecus,vt hic,& l.quocunque.in prin.de leg. 1.de quo latius per Bar.in l.Meuius.§.duobus.ſ.de legat.2.& pondera iſtū tex. dum dicit,nactus fuero,& ſic adeptus poſſeſſionē, aliàs nō ſufficit, ꝙ res ſit mihi legata, ſi non ſum nactus poſſeſſionem, ad hoc,vt non poſſim agere ex alia cauſa lucratiua , quia licèt ex ſolo legato mihi facto à domino acquiſitum ſit dñium , tñ non euaneſcit ſtipulatio,quia adhuc non ſum nactus, & ita ēt ponderat iſtum text.Paul. hic. facit text.in ca.ſi tibi abſenti.de præben. in 6. Amplia idem eſſe in cauſis quaſi lucratiuis, quæ dicuntur,ſi res digna magno pretio modicè ſit empta,illa dicitur cauſa quaſi lucratiua.l.apud Celſum.§.auctoris, & ibi glo.
2 ſic declarat.ſ.de excep.doli. ¶† Secundò not. in verſi. ſed & ſi hæres.quod hæres in hæreditate, & reb.hæreditarijs prætendit titulum lucratiuum , & ſic titulus hæreditarius dicitur lucratiuus,vt hic,& l.j.circa med.C.de impo.lucr.deſcr.lib.16.& §.ſi verò expectet,& ibi Ang.ad hoc no.in Auth. de nup.& tamen hęreditas poteſt eſſe oneroſa , & damnum afferre.l. ſi hæreditatem.§.1. ſupra mand. præſertim iſto iure, quo hęres tenebatur inſolidum creditoribus hæreditatis, etiam ſi hæreditas non erat ſoluendo.l.quæ dotis.ſupra ſolu.mat.alibi habes gloſſ. not. in l.ſi duo.in verſic. ſcire potuit. ſ.de acquirend. hæred. quam
3 Imol.ibi reputat valde nota. † quod ſicut iuris ignorantia non prodeſt in lucris,ita nec in his,quę habent origionem à lucro, quamuis damnum inferant , vt eſt hæreditas, in qua licèt ſit damnum , tamen dicitur trahære originem à lucro. intellige iſtum tex.qñ hæreditas eſt ſoluendo,tunc dicitur eſſe tit.lucratiuus, aliàs ſecus l.ſi ſerruus legatus. §.Stichū.verſi.itē ſi domino,& ibi no.de leg.1.Dy.Ang.& alij,& Ang.in d.§.ſi verò expectet.hodie tñ confecto inuentario cū hæres nō teneatur vltra vires hæreditarias.l.ſi.per totā. C.de iur. deli. quis hæreditas nō ſit ſoluendo,tñ non dr̄ titulus oneroſus. ¶Capio gl.in verſi.nō liberaretur.ibi,& ideo ſtatim ago.habes, ꝙ hīs pēdēte ꝯdōne legati alteri facti ſtatim pōt agere ex ſtipulatione lucratiua ad talem rem,quę interim eſt ſua pendente ꝯdōne legati.l.huiuſmo.§.1.ſ.de leg.1.& pro hoc gl.alleg.l.cùm qs. §.qui hominē. ſupra de ſolut. quæ nihil facit , quia ibi homo erat debitus in genere,vt etiam ibi declarat gl.hic autem in ſpecie,iſta gl.procedit ſecundum Iac. de Are. Bart. & magis *cōmuniter alios*, qñ hæres vellet ſtatim agere ad æſtimatio. dubij euentus, vt conſequatur quanto minus res valet, quia ſubiacet dubio euentui reuocationis,& tunc bene poteſt.arg.l.1.§.ſi hæres.ſ.ad Trebel. & l.ſi ſeruus furtiuus.ſ.de condi.furti. ſecus ſi ſtatim vellet agere ad ſeruum, vel totam æſtimat. & tunc non poſſet,per l.non quocunque.in princip.cum glo.1. ibi Bart. ſ.de leg.1. & ita etiā tenet Bart.in d.l.Meuius.§.duob.in 6.oppo. ſ.de legat.3. vel ſecundum Cuman. quem ſequitur do. Petr. de Bex. poterit ſtipulator ſtatim agere contra promiſſorem , non vt conſequatur rem , vel aliquam æſtimationem , ſed vt ſibi caueatur de euictione in euentum conditionis.argu. l.ſi domus.1.de legat. 1.& quod not.Bart.in l.cùm quis.§.qui hominem.ꝭ. de ſolu.

SVMMARIVM.

1 *In obligatione rem reſtitui,re perempta ipſa res condicitur.*
2 *Illud, quod extinguit ſtipulationem iam interpoſitam , fortius impedit eam contrahendam.*
3 *Fur, & moroſus æquiparantur.*

§. Stichum, qui deceſſit. Res perempta, quæ fingitur extare propter delictum vel moram, poteſt condici , & in ſtipulationem deduci.hoc dicit.
1 ¶† Not.primò ex text.ibi,condici poteſt.ſecundum Bartol. & alios, quòd in obligatione rem reſtitui , re perempta ipſa res condicitur, & ſic durat obligatio ad rei reſtitutionem,vt hic,& l.ſcire debemus. §.ſi à fure. ſupra eod. licèt in obligatione rem reſtitui ſuccedat obligatio ad intereſſe.l.in re furti. ſ. de condictione fur. de quo plenius per Bartol.in l.ſtipulationes non diuiduntur.in 7.& vlt.
2 oppoſit. ſupra eodem. ¶† Secundò not. ex text. ibi , quia & ſi. quod illud , quod extinguit ſtipulationem iam interpoſitam, fortius impedit eā cōtrahi, & ſic quæ tollunt obligationē iam contra-

contractam, fortius impediunt contrahendam, de quo latius
3 per Bart. in §. sacram. s̃. ea. l. ¶† Tertiò no. ex versi. fi. illud, quod etiam not. gl. quòd fur, & morosus æquiparantur, & ad hoc frequenter allegatur iste text. tamen in fure est improbior mora, vt dicit text. in l. merito. s̃. de vi & vi ar. & vsque à prin. semper est in mora, item est delictum in faciendo, quod est grauius quàm in simplici moroso, qui solum quasi delinquit negligendo, & sic omittendo, vt est gl. in l. si mora. s̃. sol. mat. ideo æquiparatio huius text. solùm procedit quo ad hoc, vt vterque teneatur de interitu, non autem est bona æquiparatio quo ad alia, prout facit Bart. in l. nemo rem suam. §. 1. vbi dixi. s̃. eod. & in l. quod te. s̃. si cert. pet. ¶ Glo. 1. ibi, si stipulor tradi, dic, quòd imò valet stipulatio dandi, vt sonat iste text. quia stipulando simpliciter videor stipulari dari. l. nemo rem. in prin. s̃. eod. & l. si ita distrahatur. §. 1. s̃. de contrahend. emp. nec obst. d. l. scire. §. fi. alleg. per gl. quia ibi Sticho viuo non possum stipulari mihi dari, quia meus est, vt ibi in tex. Sticho vero mortuo, quia eius dominiũ est extinctũ, possum stipulari dari, vt hic. imò in odiũ furis videtur, quòd etiam Sticho viuo valeat stipulatio dandi, quæ odio furis degenerat contra furẽ. §. si itaque. inst. de actio. & dixi in l. scire debemus. §. si à fure, & in l. si quis nec causam. §. 1. supra si cert. pet.

SVMMARIVM.

1 *Promittens sistere ancillam pregnantem, videtur in eadem causa sistere, licèt sistatur sine partu.*
2 *Partus est portio viscerum matris, donec est in ventre, tamen postquam est separatus, non est amplius illius pars.*

1 §. Si quis ancillam. † Promittẽs sistere ancillam pręgnantem videtur in eadem causa sistere, licèt sistatur sine partu h. d. dubiũ faciebat, quia promittens aliquem sistere in iudicio sub pœna, tenetur sistere in eo. gradu, & causa, vt erat tempore stipulationis, aliàs non prodesset sistere. l. 1. s̃. si ex noxa. causa ag. si ergo promisisti sistere ancillam, quæ erat pręgnans tempore stipulationis, & posteà sistis, quando desinit esse pręgnans, non videbaris sistere in eo. gradu, igitur, &c. contrarium tamen decidi-
communiter tranſeunt, ſolus Cuma.reprehēdit Bar.ꝑ tex.in l.cùm quærebatur.verſi.proinde.ĩ.iud.ſol.vbi illa purgatio non admittitur poſt lit.conteſt.ergo de directò contra Bart.ad iura allegata per Bar.reſpondet,& bene,ꝙ non probant, quia non dicunt fideiuſſorem,contra quem fuit lis conteſt.poſſe purgare morā poſt lit.conteſt.ſed dicunt, ꝙ lite conteſtata contra fideiuſſores, vel vnum ex eis poteſt purgari mora per reum principalem,quia lis non erat conteſtata contra ipſum reum, ſed ↄ fideiuſſorem, vt dixi,& talis purgatio facta per reum principalem prodeſt et fideiuſſorib.per indirectum,ſicut & aliàs in ſimili in l.& poſt rē iudicatam.§.1.ſ.de tranſa.& in l.idemq;.§.generaliter.ſ. man.& iſtum intellectum ad illa iura etiam ponit Fulg. in d.l.& ſi poſt tres.col.pen.vbi reputat d.l.3.§.fi.cū l.ſeq.ĩ. iudi.ſol.eſſe ad hoc ſing.licèt non ſic intelligatur à Doct.ſm eum,& iſte intellectus eſt verus,& realis,& mihi placet,ſed aduerte,ꝙ tex.quem allegat Cuma.contra Bar.in d.l.cùm quærebatur.verſi.proinde,neceſſariò non probat,quia non ſequitur ſtipulatio de defendēdo cōmittitur per litis conteſt.vt ibi dicit tex.ergo nōn admittitur purgatio moræ poſt. iſta conſequentia non eſt bona , & do inſtantiam,quæ patet per iſtum text. vbi per moram cōmittitur obligatio ad intereſſe, & tamen purgatur poſt moram vſq; ad lit.conteſta. Item bene conſidera cùm tex.in d.l.cùm quærebatur.in ver.proinde.velit ſtipulationem in ipſa litis conteſt. committi, ergo neceſſariò debet purgatio concedi poſt lit. conteſt. vt per Bart.& alios.ĩ.in 1.q.vbi dicetur.¶In 3. oppo.l.fideiuſſor euictionis.ſ.de excep.do.ſecundum Bar.ideo admittitur purgatio moræ etiam poſt ſententiam,quia ibi ſoluit totum , qđ debet , & ſic non eſt ibi propriè purgatio moræ , ſed totius debiti ſolutio , & quia ibi quantitas intereſſe debetur reſpectu ſpeciei euictæ,ideo licèt per ſententiam condemnatus fuerit ad intereſſe,& ſic ad quātitatem,tñ ſoluendo illam ſpeciem liberatur, quia qñ quantitas debetur reſpectu certæ ſpeciei, ſoluendo illā ſpeciem liberatur à quantitate.l.ſi verò.§. fin. ſ.ſol.mat.adde,ꝙ debitor quantitatis reſpectu certæ ſpeciei perempta illa ſpecie liberatur etiam ab obligatione quantitatis, ita per quinq; iura tenet Bar.in l.qđ te.in 1.oppo.vbi latè dixi ſ.ſi cert.pet. cum iſta ſolutione Bar.tenet Ang.hic,ſed eam reprehendunt Bald.Imo. Cuma.& d.Alex.per iſtum tex.vbi etiam intereſſe, & ſic quantitas eſt in obligatione reſpectu facti,& tñ factum ipſum nō poteſt præſtari ad euadendum intereſſe, nedum poſt ſententiam, ſed nec etiam poſt lit.conteſt.& eſt tex.hic, potes dicere defendendo ſolutionem Bart.ꝙ aliud eſt, qñ præſtatur ipſa ſpecies,& ſic prædium venditum,& euictum,ꝙ omnino eandem vtilitatem affert, vt dicit text.in d.l.fideiuſſor euictionis, & facit fingi prædium non fuiſſe euictum , & conſequenter ceſſare fideiſſoriam obligationem , qđ non poteſt contingere in obligatione meri facti,vt inſulam ædificari, quia iſtud factum nō poteſt ita preſtari ſicut prædium,quia inſula non poteſt incontinenti præſtari,ſed oportet expectari,ꝙ fabricetur,& iſtud eſt, qđ conſiderauit Guli.de Cun.in l.& ſi poſt tres.ſ.ſi quis cau.licèt Bart.eum reprobet,& non bene. Item qñ ſpecies debetur dicitur,eſſe diuidua omni reſpectu l.ſi ſtipulatus.§.fin.ĩ.de ſolu. factum autem dicitur eſſe indiuiduum l.ſtipulationes non diuiduntur.in prin. ſ.eo.& ſic bene defende ſolutionem Bar.quo ad iſtū text. ¶Tu tñ alio modo rñde,& planius ex mente glo.in d.l.fideiuſſor euictionis.iuncta præcedenti ſolutione, quæ ſolutiones ſimul iunctæ ſunt ipſa veritas,nam ibi loquitur in fideiuſſore,qui tenetur propter factum alienum,& ſic morbo alieno laborat, cui magis ſubuenitur in purgatione moræ, quàm ei qui tenetur propter factum ſuum proprium,vt l.ſancimus.C.de fideiuſ. Bar.ſ. in vlt.oppo.1.partis. nam admittitur etiam poſt ſententiam ad purgandum moram ſoluendo creditum , cuius reſpectu ↄcta eſt obligatio ad intereſſe , ſecus eſſet in ipſo reo principali, vt l. habere licere.& ibi gl.ſ.de euic. ¶Quartā opp.Bart.format.ſup gl.fi.& ibi dixi.¶In vlti.oppo.l.item veniunt.§.cum prædiximus.ver.idem rectè.ſ.de peti.hered.reſponde planius q̃ Bar. qđ hic ex mora ſuccedit noua obligatio ad intereſſe , vel ad pœnā, ibi autem vſq; ab initio vnum fuit ibi in obligatione, & aliud in ſolutione ex diſpoſitione l.& forma ſententiæ, ꝙ reus ſoluat id,qđ eſt in obligatione,vel id,qđ in ſolutione l.miles.§.decem. ſ.de re iudi.ideo tunc facultas ſoluendi durat etiā poſt ſententiam, vſq; ad litis conteſta.factam ſuper actione iudicati.ſecus, qñ ex diſpoſitione hominis,& ſic ex conuentione partium vnū eſt in obligatione , & aliud in ſolutione,tunc facultas ſoluendi durat ſolùm vſq; ad litis conteſt.factam ſuper principali.l. ſi qs ſtipulatus fuerit decem in mele.& ibi Bar.ĩ.de ſolu.ratio diuerſitatis , quia mitius agitur cum l.quàm cum homine. vt dixi ſ. in 8.opp. 1.partis Bar.¶Expeditis omnibus opp. Bar.format nouem quæſt.ex quibus declarabitur , vt ipſe dicit,præſens mate-
26 ria. † Prima quæſtio eſt,quæ ſit ratio ſecūdæ regulæ huius tex. quare poſt litem conteſt.non admittatur purgatio moræ.dicit, quòd ratio eſt propter duplicem morā,quæ magis nocet, vna mora fuit ex quo non fecit, qđ promiſit, & tantum tēpus præterijt,quo potuit facere, alia inducitur per litis conteſ.iſtam rationem ſequuntur Ang.& Lud.hic,& Lud.Rom.in conſi.352. incip.queritur primò nunquid dñi.in ſecundo dub.cōfirmatur optimè iſta ratio Bar.quia geminata interpellatio impedit purgationem moræ, vt eſt text.reputatus ſingularis in l.traiectitiæ. §. de illo.iuncto prin.illius.ſ.de act. & oblig. ſm intell.nouum, & ſing.quem ad illum tex.tradunt Ang. Pau.& Lud.Rom.in l. & ſi poſt tres. ſ. ſi quis cau.quem retuli.ſ.in 3.oppo.1. partis.ad idem facit, quia geminata mora , & geminata interpellatio plus debet operari,quàm ſimplex.l.ſi mulier.ſecunda. C. ad Velleia. ¶Iſtam rationem reprehendunt Imo.Cu.& d.Alex.hic duplici fundamento.primo ſecundum Cuma.& quidem ſubtiliter, quia non eſt verum,ꝙ in hoc text.ſit duplex mora, quia iſte text.neceſſariò intelligitur, qñ lit.conteſta.fuit facta ſuper intereſſe, & non ſuper facto principali,vt declaraui in tex.ergo nec ſuper facto principali , nec ſuper intereſſe eſt duplex mora, nam ſuper facto principali eſt ſolùm mora , quia tranſactum eſt tempus, quo fieri potuit,& nō fecit,ſuper intereſſe verò nulla mora præceſſit,ſed tantum inducitur per lit.cōteſt. factam ſuper ipſo intereſſe,ergo apparet, qđ ſuper facto prin.non eſt duplex mora, nec etiam ſuper intereſſe, ergo reſpectu eiuſdem nō eſt duplex mora,vt vult Bar.ſed reſpectu diuerſorum. ſed ſaluando Bart. eo modo quo poteſt , potes reſpondere , qđ intereſſe cenſetur, idē cum ipſo facto.l.ſi quis ꝑ eo.in prin.& ibi gl.mag. ad fi.ĩ.de fideiuſ. vbi ſi principalis ſit obligatus ad factum , & fideiuſſor promittat intereſſe,non dicitur in alio intercedere, quàm principalis,ergo factum,& intereſſe cenſentur idē. Item hic eſt duplicata negligentia promiſſoris reſpectu eiuſdem generis, & eiuſdem perſonæ,ergo cenſetur grauior.arg.l.3. C.de epiſ.aud. Secundo contra rationem Bart.facit ſm Imo.& do.Alex. quia attenta ratione Bart.ſequeretur,ꝙ ſi promiſſor fuiſſet bis interpellatus ante lit.conteſta. vel poſt moram commiſſam in non ædificando,fuiſſet adhuc poſteà extraiudicialiter interpellatus, qđ non poſſet moram purgare,etiam ante lit. conteſt. qđ eſt ↄ generalitatem huius text. & l.1.cum ſi.ff.de pen.leg.ſed ex quo ipſe non probat ſpecialiter,iſtud aſſumptum poteſt negari,quia poſſum dicere,quòd imò geminata interpellatio,& ſic duplex mora impedit purgationem etiam ante lit.conteſta. vt ſ.dixi.tñ præfati Docto.aliam ſecundam rationem aſſignant,quia per litis conteſt.quaſi contrahitur.l.3.§.idem ſcribit.ſ.de pec.glo.in l. 2.§.fi.ĩ.de præto.ſtipul. ergo non poterit amplius recedi ab eo, ſuper quo eſt lis conteſt.& ſic celebratus nouus ↄctus.per reg.l. ſicut.C.de act.& oblig.& l.in commodato.§. ſicut. ſupra commod.facit l.poſt litem.ſ.de procur.tu potes aliam rationem aſſignare, quia mora iudicialis , quæ contrahitur per litis conteſt. eſt grauior propter duplicem contemptum, & iudicis, & partis , ideo impedit purgationem moræ , ꝙ non facit ſola mora
27 extraiudicialis. ¶ † Subdit notabiliter Bart.quòd ſi mora non præceſſit litis conteſta.ſed eſt contracta in litis conteſta. iuxta.l. in fideicommiſſi.in princ. ſupra de vſur.& potes exemplificare vltra Barto.non quidem in hoc text. ſed quando promiſiſti aliquid ſub pœna , non adiecta die , nec vnquam interpellaui te, ante iudicium conteſtaris litem,in ipſa litis conteſta. inducitur mora,tunc ſecundum Bar. admittitur purgatio vſq; ad ſententiam per gl.in l.ſiue apud acta.in glo.fin.circa med.in verſic.ſed vſquequo.C.de tranſac.& l.ſi maior. eodem titu. vbi facta litis conteſt.ſuper actione prin.poſt illam litis conteſt facta eſt tranſactio,cuius vigore promiſiſti aliquid ſoluere , & quia non ſoluiſti in termino , fuiſti in mora,proſequor primam inſtantiam, tu potes ſoluere promiſſum in tranſactione vſque ad ſententiam,& ſic purgare moram , & ita multum limitatur iſta.l.& l. 1.cum ſi.ſ.de penu.leg.quæ.ll.volunt,quòd purgatio moræ admittatur vſq; ad lit.conteſt.& non vltra,nam procedunt,quando nulla mora præceſſit ante lit.conteſtatam.& cum Bar. tenet Ange.Imo.& Cuma.hic.Bart.& Doct.in d.l. ſi maior.la 2.C.de tranſac.Bar.& Ange.in l.qui fidem.ſ.de tranſact. cum alijs concord.traditis per do. Alex.ſed ſolus Lud.Rom.hic tenet,& quidem probabiliter,ꝙ tunc non debeat admitti purgatio vſq; ad ſententiam,vt Bar.& alij tenēt,ſed ſolùm vſq; ad primū actum iudicialem,qui ſequitur poſt litem conteſt. & ſic poſt primam moram, quia primus actus habet vim litis conteſta.l.2.cum gl. C.de conſor.eiuſ.lit. Barto.in l. Pomponius.§. ratihabitionis.in prima oppo.ſ.de procur.c.inſinuante. & ibi Cano. de offic.deleg.Bal.poſt Iac.But.in l.eleganter.§.ſi quis poſt.ſupra de condi. indebi.& ita in terminis noſtris tenet Pau.de Caſtr. in d.l.ſi maior.ſecunda.& latè Fulg.in d.l.qui fidem.ſ.de tranſac.Tu dic melius,ꝙ in d.l.ſi maior.& in d.l. ſiue apud acta. cum gloſſ.primus actus habetur pro lit.conteſta. vt dicit Lud. ſed hoc eſt verum quantum ad excludendam exceptionem tranſactionis in vim dilatoriæ.

dilatoriæ.l.ita demum. C.de transactio. sed cùm ex transactione oriatur exceptio peremptoria litis finitæ.c.1. de litis contest. in 6.& l.fratris.C.de transactio.ideo non potest excludi per primum actum habentem vim litis contesta.sicut nec excluderetur per litis contestationem.l. peremptoria. C. sen. rescind.non
28 poss.& ita etiam tenet do.Alex.hic. ¶ † Secundò quærit Bart.si in stipulatione pœnali sit adiecta clausula,rato manente pacto, an talis clausula, quæ operatur, quòd pœna possit peti simul cum principali, impediat purgationem moræ, & sic punctus generaliter consistit in hoc, an & quando pœna potest simul peti cum principali,vel ratione dictæ clausulæ vel aliter,impediatur purgatio moræ, exemplum, promisisti per stipulationẽ dare mihi Stichum,& si non dederis, promisisti decem nomine pœnæ, vel promisisti facere domum, & si non feceris,promisisti centum nomine pœnæ,qua pœna soluta iterum tenearis dare Stichum, vel facere domum, & sic cum clausula rato manente pacto, an habeat locum purgatio moræ ad euadendam pœnam.Ista quęstio est valde difficilis,& disputabilis,quã intendo bene examinare pro vtraque parte. Bart.concludit,ꝙ talis clausula non impediat purgationem moræ, per tria fundamenta,de quibus hic per eum,& refert, ꝙ cùm hęc quæstio de facto accidisset in ciuitate Perusij, quòd ita fuit determinatum.cum Bart.tenent Angel. Imo. Cuma. Pau. de Cast. & do. Alex.hic,& Ang.in l.cùm stipulatus sim mihi à Proculo.j.eod. pro ista opi.vltra Bar.Imo.hic.col.pen. adducit rationem, nam dicta clausula rato manente pacto,non habet clarum,& explicitum intellectum quo ad id, de quo quæritur. nam potest intelligi, ꝙ vtrunque posset peti reseruata tamen facultate purgandi moram, potest etiam intelligi,quòd vtrunque possit exigi, & non admittatur purgatio moræ, ideo cùm simus in dubio,& in materia pęnali, & sic odiosa, & restringenda. l. cùm quidam.s̃.de libe.& posthu.& in reg.odia.de regu.iur. in 6.ideo in dubio debet fieri interpretatio contra stipulantem. l.stipulatio.§.in stipulationibus. supra eo.& l.veteribus. supra de pac.& sic debet in dubio fieri interpretatio, ꝙ possit mora purgari. ad idem Cuma.adducit rationem, quia ista clausula rato manente pacto quantum ad pęnam nihil operatur,vt magis debeatur vel non debeatur, sed solùm quo ad hoc, vt per exactionem pęnæ principale debitum non tollatur, vt verba sonant, ergo talis clausula non debet impedire purgationem moræ. adde tñ pro ista opin.text.in c.potuit. de loca.hoc modo inducendo illum tex.nam si emphyteuta per continuum triennium cessauerit à solutione canonis,dominus potest eum expellere, & priuare iure emphyteutico,ista est pęna, & etiam potest petere fictum seu canonem vltra expulsationem. Auth.qui rem.C.de sacrosan.eccle. & sic ibi potest peti pęna simul cum principali, & tamen admittitur purgatio moræ,est text.in d.c.potuit. Sed ad illum tex.respondeo tripliciter, primo,ꝙ ille tex.loquitur in pęna legali,nos autem loquimur in pęna conuentionali, & mitius agitur cum l.quàm cum homine.l. Celsus.in prin. cum gl. s̃.de rece.arbi.Bar.s̃.in 8.oppo.1.part. Secundò responde,ꝙ loquitur in emphyt. Ecclesiæ, & in foro Ecclesiæ,quæ non est ita prona ad pęnas.secundum Iac.de Bel.in §.scire autem.in Auth. de non alie.aut permu.reb.eccl.Bal.in d.Auth. qui rem.in prin. Ang.Imol.& d.Alex.hic.vel tertiò responde,ꝙ ille tex.loquitur de æquitate canonica,secundum quam omni casu permittitur morę purgatio.c.suam.de pœnis,secundum vnum intellectum quem tradit Hosti.in summa in tit.de arbi.§.sed qualiter. versi. sed nunquid religiosi.Bald.in l. qui crimen.in 11.q.C.qui accu. non poss.& in l.si pacto quo pęnam.C.de pac. Imo.in c.dilecti. de arbit.Lud. & do.Alex.hic. ¶Contrariam opi. tenuit subtilis Pet.de Bel.quem vbiq; sequitur Bald.qui nunquam in hoc variauit.eum sequũtur Bal.& d.Pet.de Bexu.hic. Bal.in l.& si post tres.in lectura in antepen.col.& in repe. in 14.col. s̃. si.quis cau. & in l.si pacto quo pęnam.col.4.& ibi Saly. in 18. conclusione. C.de pac.Bal.in l.Celsus.in prin.ff.de arbi. idem tenet Ange.sibi contrarius in d.l.& si post tres.vbi refert., quòd ista quęstio fuit multum agitata Perusij,cùm de facto accidisset. idem tenet ibi Fulg.col.7. & seq. & ita etiam tenet glo.in l. cùm stipulatus sim mihi à Proculo.in glo.mag.in verbo, & commissa.circa med. dum refert opin.Ang.infra eod.& ista pars in puncto iuris mihi plus placet.pro ista parte mouetur primò Bal.hic subtili ratione, nam licèt pęna possit peti simul cum principali vigore dictæ clausulæ, tamen proueniunt ex diuersis causis, quia pęna accedit vltra debitum, & non succedit in locum rei debitæ, & ideo licèt vnum soluat, quod prouenit ex diuersa causa, non propterea videtur purgare moram. Ad idem mouetur do.Pet. de Bexu.hic per l.qui bis idem.s̃.de transa.quæ vult,quòd quando in stipulatione pęnali apponitur clausula rato manente pacto,vtrunque potest peti. Sed illa lex seruiret de vento,si admitteretur purgatio moræ.Ad idem poterat allegare tex.in l.ita stipulatus.circa finem.vers.quòd sine dubio.infra eodem.Sed ad istud fundamentum respondet Bar.hic,quod talis clausula seruit non facta purgatione, & operatur, ꝙ vtrunque possit peti cum effectu elapso tempore purgandi moram,quod aliàs fieri non posset,si illa clausula fuisset adiecta.l.rescriptum.§.si pacto subiecta.supra de pactis.secundò mouetur.d.Pet.de Bexu.quia in hoc tex.admittitur purgatio moræ ad hoc, vt non possit interesse,vel pęna peti, si ergo est actum, ꝙ petatur vtrunque,dicit se nõ videre quomodo purgatio moræ,possit admitti, quia fieret contra mentem contrahentium, qui voluerunt vtrunq; pręstare.Nec obst.secundum eum fundamentum Bart.ꝙ pęna quæ excedit delictum principale, potest peti simul cum principali.l.si quis à socio.s̃.pro soc.& l.prędia.s̃.de actio.empt.ergo debet admitti moræ purgatio. dicit do.Petr. se non intelligere istam consequentiam Bart.nec plus dicit.adde,ꝙ pro ista parte Fulg.in d.l.etsi post tres. adducit aliud fundamentum, & dicit, ꝙ si non esset aliqua.l.in mundo,quæ istud diceret,tamen ostẽdit viua ratione ita de necessitate dici oportere. nam cùm sit actum,vt vtrunque debeatur virtute dictæ clausulæ, certum est,ꝙ sunt duo debita copulatiuè,videlicet res, & pęna, & non alternatiuè,ergo nunquam ab æterno fuit auditum, ꝙ solutione vnius debiti debeat ab vtroque liberari, quantominus per purgationem moræ. sed non aduertit Fulg. ꝙ ad istud fundamentum respondetur ex verbis Bar.hic,ꝙ dictum pactum operatur,ꝙ vtrunque possit copulatiuè cum effectu peti, est verũ, quando mora non purgaretur,tunc elapso tempore purgandi moram fundamentum Fulgo.militaret, sed nos loquimur du-
29 rante termino purgationis moræ. ¶ † Tenendo istam partem ad tria fundamenta Bart. apertè responderi potest, & propter hoc inclinor ad tenendum contra eum,quia Bar.non habet efficax fundamentum pro se, & ad ista tria fundamenta Bart.respondet per ordinem Bald.in d.l.& si post tres.in lectu. in antepenult.col.& in repe.col.14. & vltra eum etiam alijs modis respondebitur. ¶Ad primum fundamentum Bart.ꝙ in actionib. arbitrarijs ratione loci potest peti interesse vnà cum principali, & tamen admittitur purgatio moræ.l.3. §. qui Stichum.ver. & generaliter,& l.ꝙ si Ephesi.§.interdum.s̃.de eo.quod cer.loc. dicit Bald.ꝙ ista ratio non valet vnam muscam, quia istud interesse non est in obligatione,& solùm venit officio iudicis,vnde ibi ratione moræ non succedit noua obligatio.l.centum Capuæ.& l.fi.s̃.de eo quod cer.loc. sed quæstio nostra loquitur vbi ratione moræ succedit obligatio pęnæ. Alio modo respondet Ang.in d.l.& si post tres. ꝙ dicta iura loquuntur de interesse, in quo facilius consueuit admitti purgatio moræ, quàm quando est pęna conuentionalis,& licèt ipse non dicat,rationem triplicem diuersitatis assignat Bar.supra in sexta oppo. primæ partis. Tertiò modo respondet Fulg.in d.l.& si post tres.ꝙ in actionib. arbitrarijs interesse non venit propter moram,sed quia alio loco soluitur.d.l. centum Capuæ.& l.fi.s̃. de eo quod cert.loco. vnde si solutio fieret in loco destinato solutioni,non veniret interesse.sed nos loquimur, quando pęna est commissa efficaciter propter moram. ¶Ad secundum fundamentum Bart.ꝙ in compromissis pęna contemptus potest peti vnà cum principali.l.si quis rem.s̃.de rece.arbi.& tamen admittitur purgatio moræ.l.si cùm dies.§.fin.& l. sequen.s̃. de arbit.respondet subtiliter Bald.non esse verum, ꝙ in d.l.si cùm dies.§.fin. possit peti pęna retardatæ solutionis vnà cum re principali, eo quia ibi petitur pęna,quia non soluit id,quod debet solui.vnde non potest peti pęna simul cum principali, & ideo tunc habet locum purgatio moræ,vt ibi,sed bene verum est,ꝙ pęna ratione contumaciæ, quæ succcedit loco mulctæ, illa bene potest peti simul cũ principali.ita loquitur d.l.si quis rem. præterea secundum eum Petrus loquitur in extraiudicialibus, & Bar. arguit in iudicialib. vnde non est contra Pet. vt ipsemet Bart.tenet supra in octaua oppo.primæ partis. Tertiò modo respondet Fulg.d.l.& si post tres. sed ego clarius ponam, quòd d.l. si quis rem.non dicit pęnam cõpromissi peti simul cum re principali petita, quia hoc esset secundum eum contra text.in l. Celsus.in 2. responso.s̃.de arbit.qui text. mihi non multum facit, sed bene dicit d.l. si quis rem.ꝙ si recessum est arbitro, & itum ad iudicem, pęna committitur, & lis coram iudice suo ordine peragetur. ita dicit ibi text. per hoc non dicitur, quòd pęna compromissi possit peti cum re principali, nisi dicas, quòd actor rem principalem poterit posteà coram iudice obtinere, & sic in effectu vtrunque consequetur,tamen istud erit coram diuersis.¶Ad tertium fundamentum Bart.quod videtur fortius vrgere, quòd pęna quatenus excedit debitum principale,potest peti vnà cum re principali.l.si quis à socio. supra pro socio.& l.prædia. supra de act. empt.& tamen habet locum purgatio moræ secundum eum. rñdet tripliciter Bal. Primò,ꝙ ista iura nihil dicunt de purgatione moræ,vnde dicendum est hoc casu moram non purgari in illis

illis legibus. Secundò reſpondet Bald. ꝙ iſta iura loquuntur in contractib. bonæ fidei, in quibus poteſt mora purgari propter æquitatem in eis exuberantem. arg. l. inſulam. §. fi. ſ. loc. ſecus eſt in ſtipulatione, & ſic in actionib. ſtricti iuris, vt eſt materia noſtra. Tertiò reſpondet Bal. ꝙ prædicta iura procedunt, quando pœna in eo, qđ excedit, poteſt peti vnà cum principali ex prouidentia. l. ſed nos loquimur, quando ratione pacti expreſſi actū eſt, ꝙ vtrunque debeatur, tunc non habet locum purgatio moræ, quia à forma pacti non eſt recedendum. argu. l. ſtipulatus es opus arbitratu tuo. ℑ. de fideiuſ. ¶ Vltra Bal. inquantum Bart. in iſto tertio fundamento primò probauit, ꝙ pœna quatenus excedit, poteſt peti vnà cum principali, poſteà ſubdit, & tamē admittitur purgatio moræ ad totam pœnam, per l. qui Romæ. §. Flauius. ℑ. eo. illa nihil facere vr̄, quia ibi non apparet, quanta eſſet pœna, & quod pœnæ quãtitas excederet rem principalem. Item ibi manumiſſio eſt res inæſtimabilis. l. planè. 2. in prin. ſ. de leg. 1. & eo. modo nihil videtur facere. d. l. 1. ſ. de pe. leg. ſed magis faceret. l. ſi cùm dies. §. fi. iuncta. l. non diſtinguemus. in prin. ſ. de arbi. tamen ſecunda ſolutio Bal. ad d. l. ſi quis à ſocio. & ad l. prędia. ꝙ illa iura loquantur in contractib. bonæ fidei, ſecus in actione ſtricti iuris, non eſt bona, imò dicitur totum contrariū, quia ſi in contractib. bonæ fidei, in quibus dicitur maior fides exuberare, admittitur purgatio moræ, ergo longè fortius in cõtractib. ſtricti iuris, prout dixi. ſ. in 3. opp. Bart. primæ partis in li-

30 mitatione, quam ibi examinaui. ¶ † In 3. q. concludit Bart. *cum*

* *quo alij tranſeunt*, ꝙ ſi debitor ignorans ſe poſſe purgare morã ſoluit pœnam, vel intereſſe, ꝙ non poteſt repetere, per l. qui ob rem. vbi Bar. & alij. ſ. de cond. indeb. & per alia duo, de quib. hic per eum. Adde quartò bene facere, quia debitor ſoluit debitū, ſi ſoluit pœnam vel intereſſe, ergo ei non debet competere repetitio. Quintò bene facit, quia ad hoc, vt poſſit mora purgari, aliquid debet eſſe in obligatione, ꝙ poſſit tolli per purgationē. l. decem. ℑ. eod. ſed ex quo ſoluit, nihil erat in obligatione propter ſolutionem ſecundum Bal. hic circa fi. & in l. & ſi poſt tres.

31 in repe. in 12. col. ad fi. ſ. ſi quis cau. ¶ † In 4. q. conclu. Bart. quòd quando executio eſt facta à lege vel ab homine, non admittitur purgatio moræ per tex. in l. ſi is cui. ſ. de leg. 2. quod Bart. reputat multum notandum, quia ſæpè occurrit in teſtamentis, & in alijs diſpoſitionibus, ꝙ ſi poſt moram fit executio à lege, vel ab homine, ꝙ tunc non ſit locus purgationi moræ. adde, quòd vtrunque membrum probat text. in d. l. ſi is cui. nam ibi in primo caſu facta eſt executio à lege, ſtatim enim cùm legatarius petit, tranſlatum eſt dominium in eum. l. apud Aufidium. ſ. de opt. leg. In ſecundo caſu facta eſt executio ab homine, quia hęres ibi ſoluit, & ita etiam declarat ibi Bar. circa fi. ¶ Ex iſta notabili regula infertur magna limitatio ad l. 1. cum ſimi. ſupra de pe. leg. vt procedat, quando quantitas in genere fuit relicta in legato penus, quo caſu dominium quantitatis in genere legatę non tranſit ipſo iure in legatarium, vt eſt gl. in l. 2. in verſi. actiones. ff. commun. de leg. Bar. in l. 1. in vlt. col. ſ. de leg. 1. ideo cùm non fiat executio à lege, admittitur purgatio moræ, vt ibi, ſecus ſi fuiſſet relicta ſpecies, & ita in ſpecie limitat Bal. in lectura. d. l. & ſi poſt tres. col. 5. Salyc. in l. ſi pacto quo pœnam. C. de pac. & Alex. hic, quamuis Imo. colum. 13. contrarium teneat, & malè. ¶ Hic etiam ex iſta reg. infertur, ꝙ hæres monitus à iudice, vt impleat voluntatem defuncti, non poterit moram purgare, qa à l. fit priuatio, & ſic executio. Auth. hoc amplius. C. de fideic. & idem in hærede, qui non facit inuentarium. ℑ. tempora iuxta. l. fi. C. de iur. delib. & in matre, quæ non facit dari tutorem filio, iuxta. l. 2. §. confeſtim. & quod ibi Bart. ſupra ad Tertu. & idem in multis ſimilib. ſecundum Ang. Imo. Cuma. Lud. & do. Alex.

32 hic, & Ange. in d. l. & ſi poſt tres. ¶ † Limita iſtam reg. vt procedat, quando lex facit executionem transferendo ipſo iure dominium, ſecus quando ſolùm transfertur actio perſonalis ad petendum, tunc nō impeditur purgatio moræ. tex. eſt in l. cùm quidam ita. ver. ſi vtique. cum gl. ff. de leg. 2. & ibi Bar. col. fin. ad hoc not. & infert ad q. de qua ibi per eum. ¶ Secundò limita, qn̄ executio. l. eſt medicinalis, vt ſentētia excommunicationis, quæ trahit ſecum executionem. cap. paſtoralis. de appell. & tamen quandocunq; excommunicatus velit purgare moram, eſt audiendus, & abſoluendus. c. 1. de ſent. excomm. in 6. ſecundum

33 Imo. hic. col. 17. poſt Bal. ¶ † Nunquid autem emphyteuta priuati, qui ceſſauit triennio in ſolutione canonis, poſſit poſteà ſoluendo moram purgare, & euadere pœnam caducitatis? eſt alta, & diffuſa quæſtio, quam latè examinaui in l. 2. in 29. q. C. de

34 iur. emphyt. ¶ † Vltimò ad iſtud, quòd ex prædicta reg. infert hic Bart. ꝙ ſi teſtator legauit Titio. 100. & ſi hęres illa. 100. non daret, legauit eidem fundum, hæres non dedit. 100. & ſic dominium fundi ipſo iure tranſit in Titium. l. à Titio. in fin. ſupra de fur. non poterit hęres moram purgare. Adde, quod notabiliter decidit Bal. in l. vnic. in 14. quæſt. C. de his, quæ pœnæ nom. vbi decidit, quòd ſi teſtator mandauit hæredi, quòd daret mihi centum certa die, alioquin daret mihi fundum, hæres dedit nonaginta, & ſic quaſi dictam ſummam, poſſum reſtitutis nonaginta fundum conſequi, & interim donec fundus ſoluatur, poſſum nonaginta retinere. l. ſi non ſortem. §. ſi decem. & §. ſi centum. ſupra de condi. indeb. & illam deciſio. Bald. refert, & ſequi-

35 tur Pau. de Caſt. in l. 5. §. fin. per glo. ibi. ſupra eod. ¶ † In 5. q tenet Barto. quòd ſi in contractu promiſſa eſt pœna, & iuratum

a non contrauenire, iuramentum impedit [a] purgationem moræ, per text. in l. ſi quis maior. in verſi. mox. vbi etiam Bart. & alij ad hoc not. C. de tranſact. & ſic cùm l. ipſo iure faciat executio-

* nem, ideo non admittitur purgatio moræ, *& iſtud ſequuntur cõmuniter Docto.* hic, & vbique ſecundum do. Alexan. ſolus dom. Pet. de Bexu. Mediolanen. hic tenet contra Bart. & omnes, motus, quia in iuramento inſunt omnes qualitates, quæ veniunt ex natura obligationis. l. fin. C. de non nume. pecu. vnde ſi promitto facere domum, ſuccedit obligatio ad intereſſe cum iſta qualitate, quòd faciendo domum poſſum liberare me ab intereſſe, vt hoc tex. ſi ergo iuro ſeruare ꝓmiſſionem meam, intelligor iurare de obſeruando cum qualitatib. ſuis, & ſic cum facultate purgandi moram, & ſubdit magnum verbum, quòd ita teneret in iudicando, alij nihil tangunt. adde tu vltra eum bene facere tex. in c. quemadmodum. de iureiur. per quem tex. no. ibi d. Abb. ꝙ iuramentum appoſitum in aliquo contractu, recipit omnes cõditiones, ſubauditiones, ſeu limitationes quas habet ille contractus, & idem ſi apponatur in alia diſpoſitione, ſeu obligatione, vt regulatur ad illam, no. etiam do. Abb. in cap. fin. in vlti. not. per illum text. de eccle. ædi. Ad idem facit, quod egregiè tenet Inno. in cap. per tuas. de arbi. vbi tenet, quòd iuramentum ſimpliciter præſtitum in materia ſui natura alternatiua, debet intelligi alternatiuè, quamuis, vt dixi, ſit ſimpliciter pręſtitum, quod dictum pro pulchro, & ſingulari refert, & ſequitur dom. Abb. in cap. ex parte. de cle. non reſi. Et vltra Cano. addo bene facere text. de iure ciui. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. ſ. de iureiur. ergo in terminis noſtris iuramentum de obſeruando contractum, aliàs incidat in pœnam, vel teneatur ad intereſſe, intelligitur niſi moram purgauerit. Secundò magis in ſpecie pro iſta opinione domi. Petri addo illud, quod ſingu. tenet Bald. in l. qui crimen. in 11. quæſt. C. qui accuſa. non poſſunt, vbi tenet, quòd fideiuſſor, qui fuit in mora, poſt moram repreſentando reum liberatur à pena, vt l. ſancimus. C. de fideiuſ. & ſic poteſt moram purgare, iſtud procedit etiam ſi ſit fideiuſſor cum iuramento. alleg. not. per glo. 32. q. 1. in c. apud miſericordem. & glo. 22. q. 2. in c. beatus. ergo vult, quòd iuramentum non impediat purgationem moræ. ¶ Quid tenendū? Credo, quòd dom. Pet. de Bexu. erret, ꝙ ſi promitto facere domum, ſuccedit obligatio ad intereſſe cum facultate purgandi moram, vt hoc tex. ergo eodem modo ſi iuro ſeruare promiſſionem meam, iſtud aſſumptum eſt falſum, quia imò in obligationibus facti iuramentum obligat præcisè ad factum, vt nō

* ſuccedat obligatio ad intereſſe, vt eſt glo. ſing. *magis communiter approbata* in l. ſi pecuniam. in prin. in gl. parua, in verſic. neceſſe habes, quæ dicit, vt quia iuraſti. ſ. de condi. ob cauſ. de qua ibi plenè dixi, & illud, quod dicitur, quòd iuramentum regulatur ſecundum naturam contractus, ſuper quo interponitur. d. l. fin. C. de non nu. pecu. procedit, quando in principali diſpoſitione adeſt defectus conſenſus, vel eſt certo modo limitatus, tunc eodem modo intelligitur iuramentum, & ita loquitur. d. l. fi. C. de non nu. pec. & ita declarat Bar. in l. ſi quis pro eo. in princ. in vlt. col. in 8. membro. ℑ. de fideiuſ. Ioan. de Imo. in c. per tuas. de arbi. & in c. 1. de iudi. facit, quod tenet Bald. in l. 1. in 2. q. C. commo. ꝙ vbi actus non valet ex præſumptione defectus conſenſus, iuramentum nihil operatur, aliàs eſt ſecus. Caue tamē propter iura, quæ. ſ. allegaui pro do. Petr. de Bexu. ¶ Teneas communem concluſionem, quòd iuramentum [b] de non contrauenien-

b do ſuper promiſſione pęnę, impedit purgationem moræ, & vltra Scribentes confirmo iſtam communem concluſionē duplici fundamento. Primò, quia iuramentum habet vim litis cõteſtatæ, vt eſt tex. in l. nam poſteaquam. §. ſi is qui temporali. vbi Bar. & alij no. ſ. de iureiu. & idem Bar. in l. eum qui. §. ſi iurauero. eo. tit. ſed lite conteſta. non admittitur purgatio moræ, vt

hoc

ADDITIONES.

a ¶ Impedit. Adde Alex. de Imo. in conſil. 59. incip. viſo proceſſu. colum. 3. verſic. nec poſt. in 2. volumi. & Moder. in repet. rub. extra de iureiur. in 4. priuilegio iuramenti.

b ¶ Iuramentum. Adde facere, quæ ſcribit Aym. conſi. 64. nu. 2. Rol. conſi. 6. nu. 46. conſi. 57. nu. 45. conſi. 77. nu. 19. lib. 1. & quòd impediat moræ purgationem, communem dicit idem Iaſ. conſi. 10. lib. 1. & hoc de iure ciuili procedere ſcribit Alex. conſi. 131. in prin. lib. 4. conſi. 105. col. 4. nu. 9. lib. 3. Rub. Alex. conſi. 13. Declara, vt per Catel. ver. mora non obſtante. MASVER.

hoc tex.& l.1.§.de pe.leg. Secũdum fundamentum est, quia iuramẽtum habet vim actus geminati, & sic vbi ad validitatem actus requiritur geminatus actus, vel geminatus consensus, vt in l.si mulier.secunda.& Auth.siue à me. C. ad Velleian.sufficit vnicus cum iuramento.ita singulariter no.d.Abb.in c.cum cõtingat.col.2.ad fin.de iureiur,sed geminatio impedit purgationem moræ.ƒm Bar.§.in 1.q.vbi dixi. Sed caue, quia etiam stãte dicta regula do.Abb.tamen ista geminatio esset simultanea,& non facta diuersis temporibus, ergo non sufficeret per id, quod vult gl.no.in l.si conuenerit.el 1.& ibi Bar.§.de pig.act.quia haberetur pro vna tantum.arg.tex.no.in l.illud.§.fi.§. ad l.aquil.& l.non ad ea.in ver.perinde.§.de condi.& demonstr.vnde præce-
36 dens fundamentum est melius,& tutius.¶ † Sextò quærit Bart. qñ stipulatio est commissa propter malefactum, & sic non ex mora, vel negligentia, an admittatur purgatio moræ, & tenet, qđ
a non, si factum est momentaneum, [a] vt l.1.§.si rem depositam. sup.depo.& c.1. quid iur.si post ali. feu.vassal. id recupe. secus si sit factum successiuum habens durationem, & modico tempore sit cõtra factum, tunc admittitur purgatio moræ, per tex. in l.si in lege.§.colonus.sup.loc.cum Bart.tenet Imo.Cu.& do. Alex.hic, quicquid teneant Ang.& d. Pet.de Bexu.hic. & Ange. in d.l.& si post tres.& Saly.in d.l. si pacto quo pœnam. & habes per præfatos Mod.præsertim d.Alex.hic. Tu assigna rationem diuersitatis ad doctrinam Bar. quia in facto momentaneo con summatum est perfectè delictum seu malefactum, ideo non admittitur purgatio, quasi quodammodo facta executione ab homine ƒm Bar.sup.in 4.q. secus quãdo est malefactum, quod habet durationem,& sic est factum successiuum, quia cùm nõ sit perfecte consummatum,& adhuc supersit tempus, ideo admittitur purgatio moræ.pro primo membro Bar.bene facit, ꝙ si emphyt.alienauit rem emphyt.irrequisito domino, & tradidit, vel quasi, licèt posteà eam redimat, tamen non purgat moram, nec malefactum, nec liberatur à pœna caducitatis secundum Bar.Ang.& Lud.in l.sequitur §.item Labeo. ad fin.sup.de vsuc.Bar.in l.si quis libellos.C.de appel. & in d.l.1.§.si rem depositam.& hunc passum latè examinaui in l.fin.in 20.q. C. de iure
37 emphy.vbi videas.¶ † In 7.q.tenet Bar. ꝙ si res pereat intra tẽpus purgandi moram, ꝙ perit periculo debitoris, & sic non liberatur per text.in l.sancimus.§.pen.C.de fideius.& est notabilissimus casus secundum Bar.ibi, in fi.in vlt.no.& ille tex. est ad hoc vnicus, & sing.in iure ƒm Bal.in c.capitulũ sanctæ Crucis. col.pen.de rescr.Pau.de Cast.in l.quod te.§.si cer.pet.item adde Bar.in Auth.ei qui.C.de temp.appel.& in l. qui ob rem. sup.de condi.indeb. Et facit aperta ratio, quia aliàs sequeretur, ꝙ mora non noceret reo moroso, contra reg.l. in condemnatione.§. vnicuique.j.de reg.iur. & in c.mora.de reg.iur.in 6. & sic habes ampliationem ad iura dicentia, ꝙ periculum interitus rei debitæ spectat debitori moroso. l. si ex legati causa. & l.nemo rem suam.§.1.§.eo.& l.si seruum.§.sequitur.& §.fi.j.e.& d.l.quod te. nam ista iura procedunt etiam si res pereat intra tempus concessum ad purgandum moram, qđ est notabile.subdit notabiliter Bart. ꝙ qñ perijt intra tempus, quo poterat mora purgari, &c.arg l.cùm res.§.sed si Stichus.de leg.1.quæ parum, vel nihil facit, quia ibi hæres non fuerat in mora ƒm gl.& Docto.in l.Stichum.in prin.in versi.æque peti.j.de sol.& cum Bar.tenet simpliciter Cuma.hic.Sed aduerte, quia in contrarium vr̃ fortiter facere, qđ tenet ipse Bar.§.in 1.opp.1.partis ad fi.in versi.ex prædictis dico. vbi tenet Bart. ꝙ si stipulator alienauit fundum, in quo debeat construi ædificium, non potest mora purgari, quia non potest sibi solui illud, qđ erat promissum,& tñ poterat æstimatio solui, saluat Imo. Bar.ꝙ ibi non fuit pœna adiecta sicut hic.ista solutio mihi non satisfacit, quia pœna vbi non est dies non impedit purgationem moræ.l.qui Romæ. §. Flauius.j.eo. Bar.§.in 5.opp.1.partis. Tene cum Bar. cum quo in effectu etiã tenent Imo.do.Alex.& Bexu.hic, nisi debitor met occidisset rẽ promissam, tunc non posset moram purgare ad euadendum pœnam.l.si seruum.§.sequitur.cum gl.& ibi Pau.j.eo. & est rõ, quia tunc cessat æquitas, in qua fundatur purgatio moræ, vt ibi. adde etiam, qđ decidit Bal.in c.1.in prin. quo tempore mil.in 2. colum.versi.quæro promisisti mihi vsumfructum.in vsib.feud.
38 ¶ † Octauò quærit Bar.qñ res principalis debet præstari stipulatori, pœna autem debet præstari alteri tertio, & sic principalis obligatio est collata in personam stipulatoris,& pęnalis in personam tertij, iuxta.l.1.in fin.§. de stipu.ser. & ƒm communem obseruantiam, qñ partes promittunt attendere, & non contrauenire sub certa pœna, quã promittunt notario recipienti pro fisco, iuxta formam quam tradit Bart.in l.1.j.de iur.fisc.an tunc admittatur purgatio moræ in præiudiciũ illius tertij. Bar.tenet, ꝙ in dubio debet admitti purgatio, quia illa verba si non dederis, intelliguntur.i.si dare non potueris.l.2.§.1.in versi.fi.qui incip. sed & cum quis.§.de adi.leg. & sic non est omnino certum, ꝙ voluerit auferre à primò propter moram debitoris, vnde si poneres verba testatoris, vel contrahentium clara, & certa, ꝙ intellexerint si non dederis.i.si fueris in mora dandi, tunc non admitteretur purgatio moræ per rationem.l.3.C. de noua. & per l.fi.sup.de transac. Sed ꝙ imò indistinctè possit isto casu mora purgari, tenent Imo.Cuma.Pau.de Cast.& d.Alex. hic, quia illi tertio, vel fisco non acquiritur ius simpliciter, sed in casu, quo mora non purgetur, & sic non obstat, si diceretur, ꝙ obligatio ad pœnam est quæsita illi tertio propter moram, ergo nõ debet ei posse tolli, per reg.l.id qđ nostrum.§.de reg.iur.& l.fi §.de pac. quia illud est verum, si esset irreuocabiliter quæsita. sed in casu nostro non est irreuocabiliter quæsita, sed cùm modificatione si mora non purgetur, faciunt quæ traduntur per Bart.& alios in l.qui Romæ.§.Flauius.j.eo.nec obst.tex.in d.l.1.§ fi.j. de stip. ser.per quẽ tex. Ang.vbiq;.f.ibi, & hic, & in d.l.& si post tres.tenuit non posse moram purgari in præiudicium tertij. vt etiam tenet Bald.in d.l.& si post tres.in lectu.ad fi. & Saly.in l. si pacto quo pœnam.C.de pac.quia rñdent Imo.& d.Alex.ꝙ ille tex.nihil dicit de purgatione moræ, quamuis dicat stipulationem pe nalem esse cõmissam propter moram, sed non sequitur, stipulatio est cõmissa, ergo non potest mora purgari, vt hoc tex. Ad iura Bar.rñdet Imo.ꝙ parum faciunt, nam d.l.3.§.1.versic. sed & cum quis.§.de adi.leg.loquitur, qñ eademmet res est in dispositione principali, & in pœnali. secus est in proposito nostro. Tu dic, ꝙ iste tex.loquitur generaliter, præterea non est ratio, quare etiam si diuersum sit in pœna, quàm in principali, nõ procedit ille tex. Ad l.fi.ff.de transac. rñdet Imo. ꝙ loquitur, qñ ad idem competebat ius duob.s.cedenti, & cessionario, quo casu simplex scientia sufficit, vt non possit solui cedenti, vt not.Bart.in l.facta.§.si hæres scriptus.§.ad Treb. sed hic vni debetur pœna, & alteri res,& sic non compertit ius ad idem, ideo non sic faciliter precluditur via soluendi, quæ prius competebat. sed certè non vr̃ differre, competebat ius duob. ad idem an ad diuersa.s. principale,& pœnale, nam vtrobiq; ius quęsitum tertio nõ de-
39 bet posse auferri per purgationem moræ.¶ † Nono & vlt.quærit Bar.an ex parte actoris admittatur purgatio moræ. Ex dictis Bar.habes quatuor conclusiones.¶ Prima, ꝙ ad actionem constitutam conseruandam potest actor moram purgare. l. si ita quis promiserit.§.Seia.j.eo.& l.si rem alienã mihi.§.fi. vbi Pau. de Cast.§.de pig.act.qđ amplia, vt per Bart. Ang. & alios.in d.§. Sęia.¶ Secunda conclusio, ꝙ quo ad actionem principaliter de nouo quęrendam non potest actor moram purgare, etiã si tractaretur de libertate, quę est fauorabilis.l.Thais.§. intra §.de fideic.lib.& l.si intra.§.de sta.lib.& l.si super possessio.C.de transa. Limita, qñ implementum consisteret in facto successiuo habẽte longam durationem temporis, vt quia testator dixit, cũ operas decem annorum hęredi pręstiterit, tunc admittitur purgatio moræ ad actionem de nouo principaliter quærendam. l. seruus qui testamẽto.§.seruus & l.Stichũ.§.damna.§.de stat. lib. ƒm Bened.de Plumb.Lud.& do.Alex.hic, circa quę iura latius insistit Imo.hic col.7.& seq. ¶ Tertia conclusio est, ꝙ quo ad actionem accessoriè quærendam admittitur purgatio moræ.l. Celsus.§.fi.cũ l.seq.§.de arbit.Sed ibi actor nihil tenetur offerre, prout tenetur in d.§.Sæia.seu recipere illud, qđ primo recusauerat. ¶ Quarta conclusio, ꝙ purgatio moræ operatur solùm respectu illius personę, ꝯ quam fit, non respectu aliorum puta correorum.l.mora.ver.1.j.eo. de quo plenius per eundẽ Bar.in l.ex duob.2.in 11.q.j.de duob.reis. Sed aduerte diligenter, ꝙ si actor seu creditor moram cõmisit, quia rem sibi oblatam recusauit sine iusta cã recipere, non purgat posteà moram simpliciter interpellando extra iudiciũ, sed solùm per lit.ꝯtest.& ex tunc tñ tenetur debitor de periculo interitus. tex.est sin.in l.sed & si alia.§.de consti.pecu. ƒm Saly.in l si pacto quo pœnam.C. de pac. vbi dicit esse suum nouum dictum. idem etiam tenet Sal.in d.l.sed & si alia.istud reprobat do. Alex.hic in pen col.& idem d.Alex.in l.qui Romę.§.cohæredes.in 5.col.ad fi & seq.j. eo.& idem Alex.in l.vinum.col.5.§.si cer.pet. per tex.in d.l.Celsus.§.fin.& l.seq.§.de arbi.quæ parum obstãt. & quia regulariter sufficit interpellatio extraiudicialis secundum Bart.in l. si ex legati causa.vbi dixi.§.eod. Et ad tex.in d.l. sed & si alia.respondet Alex.ꝙ ibi ante litis ꝯtestationem actor nõ interpellauerat. ista sunt leuia. Tu potes dicere, ꝙ d.l.Celsus.§.fi.cũ l.seq.loquunt̃ quãtum ad euadendã pœnam, sed d.l.sed & si alia. loquitur quo ad euadendũ periculum interitus, & sic in diuersis terminis, quia l. magis succurrit reo, quo ad euitandum periculum interitus, ideo requiritur actus iudicialis per litis contestationem ad con stituen-

ADDITIO.

a ¶ Momentaneum. Adde do.Alex.de Imo.de hoc in consi.57.incip. perspectis testamento.col.fi.ver. ex omnib. igitur.in 2.vol.

ſtituendum reum in mora, vt teneatur de interitu, vt eſt text.in hoc ſing.in d.l.ſed & ſi alia. ſecus autem ſi quo ad euadendam
30 pœnam.¶†Poſtremò vltra Bar. poſſet quæri, an purgatio moræ non facta in cauſa principali, poſſit fieri in cauſa appellatio-
a nis.[a] glo.in l.1.in prin.ſ.de actio.empt.in gl.magna propè fin.in pen.q.videtur velle, ꝙ ſic, & eam ſequitur Bald.in l.alia.col.fin. circa med. C.de his quib. vt ind. veritas eſt in contrarium, quia appellatio reducit nos ad tempus litis conteſtatæ factæ in prima inſtantia, quam non extinguit.l.ita demum. ſecundum cōmunem intellectum, vbi dixi. C.de procu.c.per tuas. de appel. ergo nō poterit in cauſa appellationis mora purgari, ſicut nec poterat in cauſa principali poſt litem conteſt. & ita tenet Bart. d.l.1.in vlt.col.ſ.de act.emp.d.Alex.hic col.18.Bald.in l.ſi traditio.in 7.q.C.de act.emp.de quo etiam per Ange. Imo.& Ludo. hic, & Ang.in d.l.& ſi poſt tres.& hęc ſufficiant loco cuiuſdam repe.huius.l.in 10.lectionibus finitæ.

ADDITIO.

a ¶ Appellationis. Adde, quòd de hoc diſputat Rom.ſingul. 509. vbi inclinat in opi.negatiuam, ꝙ mora non purgata ante litem conteſta.purgari non poſſit in cauſa appel.ſed affirmatiuam veriorem dicunt Rom.Alex.& Rip.hic.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio dandi certam quantitatem dicitur omni reſpectu diuidua quo ad obligationem, petitionem, & ſolutionem.nu.2.*

3 *Si teſtator mandat opus fieri puta capellam, vnus ex hæredibus poteſt inſolidum compelli ad faciendum.*

4 *Abſurdum eſt, quòd creditori ſatisfiat pro vna re, partim in vna ſpecie, & partim in alia, & ſic in diuerſis corporibus, vel partim in pecunia, & partim in ſpecie.*

5 *Stipulatio de euictione eſt indiuidua, quantum ad denunciationem, & defenſionem faciendam, & quantum ad euictionem.*

LEX LXXXV.

1 IN executione. †Stipulatio quantitatis eſt diuidua quo ad petitionem, & ſolutionem pro portionibus hæreditarijs.ſtipulatio verò faciendi, vel non faciendi eſt indiuidua, & vno ex hæredibus contrafaciente, pœna in totum committitur contra omnes pro hæreditaria portione, ſed eis ſuccurritur per iudicium famil.erciſc. ſtipulatio generis, & alternatiua ſunt diuiduæ petitione, ſed non ſolutione.obligatio verò de euictione, quo ad denunciationem, & defenſionem eſt indiuidua, ꝙ debet fieri cuilibet hæredi promiſſoris inſolidum, ſed quilibet pro parte hæreditaria ſoluendo intereſſe liberatur.h.d.vſq; ad §.pen.qui incip. Item ſi ita. & Iuriſcon.in iſta.l. ponit quadrimembrem doctrinam, nā aut in obligatione deducitur quātitas certa, aut factum affirmatiuum, vel negatiuū, aut res generaliter vel alternatiuè, aut præſtatio euictionis. In primò caſu loquitur verſic.prima ſpecies. In ſecundo loquitur verſi ſecunda. In tertio, ver.pro parte. In quarto, verſ.inſolidum.

2 ¶ † Not.primo, ꝙ ſtipulatio dandi certam quantitatem, dicitur omni reſpectu diuidua quo ad obligationem, petitionem, & ſolutionem, & diuiditur actiuè, & paſſiuè inter hæredes ſtipulatoris, & promiſſoris pro portionibus hæreditarijs, de quo plenius per Bar.in l.ſtipulationes non diuiduntur. in princ.in 2.q.ſ. eo.vbi Bart.limitat, & ibi alias limitationes poſui. Idem eſt in obligatione certæ ſpeciei, quę etiam ſimiliter eſt diuidua, vt eſt
3 tex.in l.ſi ſtipulatus.2.§.1.j.de ſol. ¶†Secundò no.in ver.ſecunda, ꝙ ſi teſtator mandat opus fieri puta capellam, ꝙ vnus ex hęredib.poteſt inſolidum compelli ad faciendum, & rationem aſſignat tex.quia operis effectus in partes ſcindi nō poteſt, quia pars operis, puta domus ſine alia parte non affert tantam vtilitatem reſpectu ipſius partis, quātam reſpectu totius, prout ēt declarat Bar.in d.l.ſtipulationes non diuidunt.in 3.q.opus enim ex cōſumatione formam, & ſic perfectionem recipit.l.ſi is qui quadringenta.§.quædam.ſ.ad l.Falcid.& forma eſt quæ dat eſſe rei.l.Iulianus.§.ſed ſi quis. ſupra ad exhib.aduerte tamen, ꝙ ille hęres, qui totum opus fecit, recuperat à cohæredib.partem impenſarum.l.fideicommiſſa.§.pen.de leg.3.& ibi tex.no. ꝙ vnus ex hæredib.non poteſt compelli inſolidum, niſi etiam alij prius fuerint requiſiti, & ſint in mora, quem text.dicit Pau. hic ſe neſcire alibi, ſecundum quem limitatur, & declaratur iſte text.
4 ¶†Tertiò no.in verſi.pro parte. ibi, alioquin in diuerſis hominibus.illud ad quod continuè allegatur iſte tex. ꝙ l.reputat abſurdum, ꝙ creditori ſatisfiat pro vna re partim in vna ſpecie, & partim in alia, & ſic in diuerſis corporibus, vel partim in pecunia partim in ſpecie, & declarat rationem huius text.hoc modo, ꝙ qui ſtipulatur hominem in genere, debet habere integrū vnum, & non duo dimidia, qđ contingeret ſi in diuerſis hominibus rectè partes ſoluerentur.¶Limita iſtam reg. vt procedat, quando aliquid eſt in obligatione ex diſpoſitione hominis, tūc de mente partium cenſetur eſſe, ꝙ ſolutio fiat in vna re. ſecus quando aliquid debetur ex diſpoſitione.l. tunc iſtud tolleratur, ne maius inconueniens ſequatur.l. ſi cum vno.§.fin.ſ. ſi ex nox. cauſa ag.& l.ſi ſeruus.communis.poſt princi. ſ.de noxa. ſecundum Io.de Imo.in l.ſup.iter.§.officium.ad fi.ſ. de aqua plu.arc. & ſequitur ſimpliciter do.Alex.hic. Item in primo caſu eſt, qđ imputetur parti, ſed in ſecundo caſu eſt, ꝙ mitius agatur cum lege, quàm cum homine.l.Celſus.in prin.ſ.de arbit. & nihil eſt, ꝙ imputetur parti ſecundum Imo. ibi, & hoc modo tu ſolue aliud contrarium in debitore quantitatis, qui ſoluendo partem liberatur ab illa parte l.2.§.& harum.ſ.eod.& tamen poteſt poſteà dare tot de reb.ſuis in ſolutum.Auth.hoc niſi.C. de ſolu.& ſic videtur reſultare inconueniens, de quo in tex.nam iſtud tolleratur, quia procedit ex diſpoſitione legis, propter cauſam
5 neceſſitatis, & non facto voluntario. ¶ † Quartò no.in verſi. inſolidum, ꝙ ſtipulatio de euictione eſt indiuidua quātum ad denunciationem, & defenſionem faciendam, & quantum ad euictionem, poſteà autem obligatio diuiditur propter intereſſe quod ſuccedit, & licèt vno deficiente in defenſione committatur ſtipulatio contra omnes pro hęreditarijs portionibus, vt dicit tex.hic, tamen vnus poteſt defendere pro omnibus.l. cùm ex cauſa.j.eo.& l.ſi cùm vno.ſ.ſi ex nox.cau.aga.ſecūdum Bar. & alios hic, & de iſta materia, an ſtipulatio de defendendo ſit diuidua, vide Bar.latè in l.4.§.Cato.in 2.q.ſ.eo. vbi dixi.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio pœnalis ſubiecta obligationi dandi etiam ſpeciem, committitur inſolidum, niſi illa ſpecies inſolidum præſtetur.*

2 *Licèt quando fundus eſt in obligatione poſſit pro parte ſolui, tamen ad hoc, vt pœna non committatur, non ſufficit partem fundi præſtari, ſed requiritur, quòd totus detur.*

3 *Si emphyteuta deficeret in ſoluendo nummum de penſione, incidit in commiſſum, acſi nihil ſoluiſſet, & poteſt expelli à iure emphyteutico.*

1 §.Item ſi ita. †Stipulatio pœnalis ſubiecta obligationi dandi certam ſpeciem committitur inſolidum, niſi illa ſpecies inſolidum pręſtetur.h.d. ¶In tex.ibi, nec prodeſt partes fundi poſſe dari. intellige, etiam ſi actualiter daretur, & ſic potentia deduceretur ad actum, aliàs
2 fatuum eſſet dubitare de ſola potētia. ¶†No.ex tex. ibi, niſi totus detur, ꝙ licèt quando fundus eſt in obligatione poſſit pro parte ſolui.l.ſi ſtipulatus.§.1.de ſol.tamen ad hoc, vt prœna nō committatur, non ſufficit partem fundi pręſtari, ſed requiritur, ꝙ totus detur. nam iſta ſtipulatio ad commiſſionem pœnæ cōtinet conditionem, ſi fundus non detur, & conditio non ſcinditur, quia implementum conditionis eſt indiuiduum. l. cui fundus.ſupra de condi.& demon nam conditio debet præcisè impleri in forma ſpecifi.l. qui hæredi. & l. Mæuius.ſupra de conditio.& demonſt.ſed dando partem fundi non impleo conditionem in forma ſpecifica, quia verum eſt te non dediſſe fundum, ideo pœna in totum committitur. Nam etiam ſi vnus nummus de ſorte principali deficeret, committeretur pœna in totum, vt l.5.§.fi ſupra eo.quem text.ita ampliat Bald. in l.cùm
3 ſit.C.de ſepul.viol.† vnde decidit ſin. Pau.hic, ꝙ ſi emphy.deficeret in ſoluendo nummum de penſione incidit in commiſſum, acſi nihil ſoluiſſet, & ſic poteſt expelli à iure emphy.alleg. glo.in Auth.qui rem. C. de ſacroſan.eccle.idem tenet do.Alex. hic, non faciens aliquam mentionem de Pau. de quo ſatis admiror.alleg.Bal.in rub.C.de contrah.empt.q.10.vbi ſecundum eum voluit Bald.ꝙ ſi emphyteuta obligatus ad ſoluendum canonem ſoluerit totum excepto vno denario, ꝙ res incidat in commiſſum.alleg glo.not. in l.res bona fide. ſupra de contrah. emptio. Ego aliàs legendo d.Auth. qui rem. tenui iſtam deci. Pau.& Alex.pro qua facit glo.in d.l. res bona fide. quæ notabiliter tenet, quòd ſi res ſit vendita ſub pacto, quòd niſi die ſtatuta ſoluatur pecunia, res ſit inepta, ꝙ ſi ſolus nummus deficeret, res eſſet inempta, nunc autem teneo contrarium, quia conſidero, ꝙ Pau. & Alex.multum æquiuocant in iſto articulo, & ſic grauiter errant. Primò Pau.mouetur per glo.in d.Auth.qui rem.illa gl.non ſic dicit, ſed bene dicit, ꝙ ſi penſio tota, quæ ſoluebatur ab emphyt. qui erat vnus nummus, prout videmus hic, & alibi ſoluitur eccleſiæ vnus nummus, vel vna candela, tunc ceſſando in ſolutione illius nummi, poteſt expelli emphy. non autem dicit, vt alleg.Pau. Ratio diuerſitatis, & quidē fundamentalis eſt, quia qn̄ tota penſio emphy.eſt vnus nummus, certè talis penſio ſolùm p̄ſtatur in recognitionem directi dn̄ij, vt declarat Bar.in l.1.C.de iur.emph.ſi ergo recuſat ſoluere illū

nummum

nummum de triennio, poteſt in totum expelli, quia dicitur cõtemnere dominum, & ſic poteſt expelli, non tamen propter illum nummum, ſed propter contemptum domini, quæ ratio ceſſat in caſu Pau. & Alex. quando emphy. ſoluit maiorem pẽſionem, & totum ſoluit excepto vno nummo, tunc non contemnit dominum. Similiter Alex. æquiuocauit allegando Bal. vbi ſ. quia Bal. ibi non loquitur, prout eum refert, prout etiam tenet Bal. in l. cum allegas. in 7. opp. C. de vſu. & in l. quamuis. ſ. de condi. & demon. & in c. ſignificante, ad fi. de reſcri. & cõtra Pau. & d. Alex. allego in terminis Bal. in l. eadem. C. loc. circa me. ver. ſed nunquid pro vno nummo. vbi formaliter tenuit Bald. ꝙ ſi emphyt. vel inquilinus ſoluit totum canonem, excepto vno nummo, ꝙ non poteſt expelli, quia æquitas hoc non dictat. l. quamuis. ſ. de condi. & dem. l. ſcio. ſ. de in integ. reſtit. niſi quando in vno nummo reputaretur honor domini, quia in illo nummo recognoſcitur in directum dominum. ita ibi tenet Bal. idem tenet Lud. in l. ij. ſ. ad Sena. Sylla. ad idem moueor, quia vbicunque ſolutio deficit in tam parua quantitate vnius denarij, talis defectus videtur potius ab errore, quàm à malitia proceſſiſſe, ergo eſt excuſandus. l. quamuis. & ibi not. Bald. ſ. de condi. & dem. item accedat trita regula, ꝙ de tam minimis nõ curat prætor. d. l. ſcio. ſ. de in integ. reſti. & d. l. res bona fide. Bal. in l. ſi proprietarius. ſ. de dam. infec. Item qui parum delinquit, non incurrit pœnam ſecundum Bald. in l. quicunque. col. 2. C. de ſer. fugi. & iſtam opinionem,[a] quicquid aliàs tenuerim, nũc amplector, quia verior eſt de iure, & magis æqua, & rationabilis. ¶ Capio gl. in ver. nec prodeſt. quam diuide in tres. In 1. per viam diſtinctionis remouet vnum contrarium. In 2. reſpondet tacitæ quæſtioni. In 3. quærit, & ſoluit. Secunda ibi, & tamen in eam. Tertia & vlt. ibi, item ſi aliquis. In 1. parte ibi, diſtinguit tamen Io. iſta glo. *communiter reprobatur*, quia eſt contra text. qui ſimpliciter loquitur, quia iſte text. loquitur ante commiſſionẽ pœnæ, quo caſu recipiendo ſponte partem rei, non poteſt videri iuri de futuro renunciare, & ſic remitti ius de futuro committendum, ſed commiſſum. ¶ In 2. parte ibi, & tamen in ea cõputandum. habes, ꝙ ſi illud, ꝙ eſt ſolutum, non prodeſt ad illũ finem, ad quem ſolutum eſt. ſ. vt euitetur pena, tamen prodeſt, vt in pœnam computetur, ne creditor vtrumque habeat, ꝙ intellige, vt hic per Bar.

ADDITIO.

a * Opi. Adde, & diſtingue, vt per Clar. §. emphyt. q. 8. ver. hoc autem. vbi poſt plura concludit, ꝙ excuſetur in totum, maximè vbi non apparet illum ceſſaſſe propter contumaciam, vel contemptum, ꝙ in dubio præſumendum non eſt, & ita in facti contingentia fuiſſe iudicatum à Senatu, de qua q. vide etiam eundem Iaſ. in l. ait prætor. nu. 8. ff. de iureiuran. Rol. conſi. 17. lib. 2. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Impediens conditionem impleri tenetur, acſi eſſet impleta, limita vt inf. nu. 2. & 3.*

§. Quicunque. Impediens conditionem impleri, tenetur acſi eſſet impleta.

1 hoc dicit. ¶ † Not. reg. ꝙ quando ſtat per eum, qui eſt futurus obligari in euentum conditionis, quo minus eueniat, perinde tenetur, acſi cõditio eueniſſet, quia habetur pro impleta, vt hic, & l. iure ciuili. ſ. de condi. & demon. l. Labeo ſcribit ſi mihi. ſ. de
2 contrahen. empt. ¶ † Limita iſtam regulam dupliciter. Primò niſi conditio fuiſſet collata in poteſtatem promiſſoris, & ſic pẽdeat ab eius mera poteſtate, tunc licet ſtet per eum, quominus impleat, tamen non habetur pro impleta contra eum. l. cũ ab eo. in prin. ſ. de contrahen. emp. & l. centeſimis. §. fi. vbi dixi. ſ. e.
3 ¶ † Secundò limita iſtam regulam non procedere in conditione, cui licitum eſt reſiſtere, ne impleatur, vt dicit gl. hic, quæ frequenter pro notabili allegatur fallere in ludentib. quib. licitum eſt impedire, ne impleatur conditio, vt ſi aliquid tibi promiſi ſub conditione ſi me viceris iaculando, vel ad brachia, vel in ludo ſcachorum, nam licitũ eſt mihi facere quicquid poſſum,
a vt non vincas,[a] & ita faciendo, & impediendo non teneor ad promiſſum, nec conditio habetur pro impleta, quia hoc videtur tacitè actum in ludentib. vt hac gl. no. quam reputat ſingu. Ang. in l. j. C. de inſti. & ſubſti. Intellige iſtam gl. quando ludendo impedio te per virtutem, vel actum ne vincas, hoc enim licet, & videtur actũ, vt dixi: ſed ſi nolo ludere, & recuſo, & hoc modo volo te impedire ne me vincas, & ſic ne appareat, quis ſit victor, & tunc, quia ſtat per me contra illud, ꝙ eſt actum, tunc habeor pro victo, & conditio habetur pro impleta. glo. eſt in l. ſi gratuitam. aliàs eſt l. ſi rem tibi inſpiciendã. §. fi. in verſi. victori. ſ. de præſcr. verb. Bar. & alij hic, & Bar. ibi, vbi dicit eſſe pulcherrimam materiam ad determinationem quæſtionis duelli: ſed caue, quia alibi mirabiliter Bal. in l. j. in 10. q. C. de inſtitu. & ſubſti. tenet, ꝙ ſi ſit relictum alicui ſub conditione, ſi vicerit in colluctatione, ſi non vicit, quia non ſtat per eum, nõ conſequitur relictum, quia talis eſt natura conditionis, vt requirat factũ, & non conatum, ad hoc alleg. iſtam gl. ſed æquiuocat, quia nõ loquit̃ in iſtis terminis, vt ſ. proximè declaraui, & limitaui, ſm Bar. & alios. adde etiam ꝙ iſtam gl. quam appellat ordinariam, ponderauit Bal. in l. j. in fi. C. ſi in fraudem patroni. ꝙ illud quod quis vicit in ludo ſui natura licito, in quo non fuit fraudis conſilium, ſed vincendi propoſitum, non dicitur haberi ex cauſa lucratiua, quia poterat perdere, nec poteſt per filios perdentis reuocari, vt ibi per eum.

ADDITIO.

a * Vincas. Adde Alc. li. 6. parerg. ca. 22. PANCI.

SVMMARIVM.

1 *Facta rerum expreſſione tot cenſentur eſſe ſtipulationes quot res.*
2 *Si quis vno ictu inferat plura vulnera, an ſit puniendus pro vna percuſſione, an pro omnibus.*
3 *Si ſtatutum puniat portantem arma, & Titius percuſſit Seium cum armis, vtrum puniatur de delatione armorum, & de percuſſione.*
4 *Qui producit falſos teſtes, & falſa inſtrumenta ad probandum in vna cauſa, non punitur niſi pro vna falſitate.*

LEX LXXXVI.

Quod dicitur tot ſtipulationes. ¶ † Facta rerum expreſſione tot cen-
1 ſent̃ eſſe ſtipulationes quot res. h. d.
2 materiam vidimus in l. ſcire debemus. in prin. ſ. e. ¶ † Inducitur iſte tex. per Dyn. & Bar. ad q. de inferente vno ictu plura vulne-
a ra,[a] puta cum bidente, vel cum fulcato, an debeat puniri pro vna percuſſione, an pro duab. iſte tex. poteſt induci pro & ꝯ. & primò vr̃ dicendum, ꝙ debeat puniri pro plurib. percuſſionib. ex quo plures ſunt percuſſiones diſtinctæ, & ſeparatæ, fortè vna in capite, alia in pectore, vt hoc tex. & l. nunquam plura. ĩ. de priua. delic. In ꝯrium facit, ꝙ ex quo vnicus fuit actus percutiendi, vnica debet cenſeri percuſſio, ſicut dicitur in hoc text. ꝙ quando vnica eſt expreſſio rerum, vnica dr̃ eſſe ſtipulatio, & non plures, & in ſpecie habes expreſſiorem tex. de corpore iuris in l. illud. §. fi. in fi. ſ. ad l. Aqui. vbi ſi quis vno impetu plurib. vulnerib. aliquem confoderit, vnicum dr̃ eſſe delictum, ſed ibi loquitur reſpectu vnius effectus ſ. mortis ſecutæ. ad idem. l. prætor. §. ſi mihi plures. ĩ. de iniur. In hoc puncto dic, vt per Bar. & Ang. in l. ſi gemina. ſ. arbo. fur. cæſ. & in l. nunquam plura. ĩ. de priua. deli. cum alijs con cor. hic adductis per d. Alex. *& communis eſt*, ꝙ ſi ſtatutũ loquatur de percuſſionib. puniatur pro vna, quia vnica fuit percuſſio: ſecus ſi loquatur de vulnerib. cũ ſint
3 duo vulnera, & ſeparata. ¶ † Adde etiam, ꝙ ſi ſtatutum punit portantem arma, & Titius percuſſit Seium cum armis, vtrum puniatur de delatione armorum, & de percuſſione facta, dic ꝙ non, quia non conſiderantur arma de per ſe nec percuſſio per ſe, ſed vtrunque ſimul, & ſic reſultat tãtum vnicum crimen. d. l. illud. §. fi. ad fin. ſ. ad l. Aquil. ita notabiliter determinat Bald. in
4 l. aduerſus. ad fi. C. de fur. ¶ † Item adde, ꝙ qui produxit falſos teſtes, & falſa inſtrumenta ad probandum in vna cauſa, non punitur niſi pro vna falſitate, licèt in diuerſis ſpecieb. probationis commiſſa. ita notabiliter Bal. in l. quicunque. colum. 2. C. de ſer. fug. facit, quod decidit Barto. in l. inficiando. §. infans. col. 2. infra de fur.

ADDITIO.

a Vulnera. Adde Pract. Pap. for. inquiſ. ver. plurib. percuſſionibus. nu. 6.

SVMMARIVM.

1 *Sicut non valet ſtipulatio rei meæ, ita etiam non valet ſtipulatio rei, quæ non eſt mea, ſi conferatur ſtipulatio in tempus, quo erit mea.*

LEX LXXXVII.

Nemo rem ſuam futurã.
1 † Not. quòd ſicut non valet ſtipulatio rei meæ. l. nemo rem ſuam vtiliter. & l. ſi rem. ſ. eo. ita etiam nõ valet ſtipulatio rei, quæ non eſt mea, ſi conferatur ſtipulatio in tempus, quo erit mea, & huius deciſionis duplex eſt ratio. Prima, quia

ma, quia paria sunt aliquid fieri tempore prohibito, vel conferri in tempus prohibitum. l. in tempus. ş. de hære. insti. & l. quod sponsæ. C. de don. ante nup. & c. de vxore. & ibi d. Abb. de sepul. vnde dicit gl. no. in c. Apostolica. §. his omnib. 8. q. 1. ꝙ Papa nõ potest sibi facere successorem, quia statutum conferret in id tẽpus, quo non esset futurus Papa. Secunda ratio est, quia stipulatio confertur in eum casum, à quo incipere non potest, ideo non valet. l. plurib. §. si placeat. ĵ. eo. nam si esset mea tempore stipulationis, non valeret stipulatio iurib. præallegatis, ergo etiã stipulatio in eum casum collata, quæ erit mea, non debet valere. ¶ Limita regulam huius text. non habere locum in casu singulari. l. j. §. si quis sub conditione. sup. vt leg. no. cau. alleg. in gl. vbi legatarius rem sibi legatam sub conditione, potest sub eadem conditione stipulari, & valet stipulatio, & tamen confertur in casum, & tempus quo erit sua. ratio istius fallentiæ est, quia in euentum illius conditionis res mihi legata si erat testatoris bene efficiebatur mea quodam iure speciali, quia transit in me ipso iure dominium quoddam ciuile. l. à Titio. in fin. inf. de fur. sed non transit in me dominium proprium de iure gentium mediante traditione, & sic per actum naturalem, vnde. l. ista est intelligenda, quando stipulor rem futuram meam eo casu, quo erit mea pleno iure, & perfectè, sed si non efficeretur mea pleno iure, tunc ego legatarius possum stipulari ab hærede, ꝙ licet eueniente conditione legati transferatur ipso iure in me dominium quoddam ciuile, & mihi competat rei vendicatio, ꝙ tamen hæres ex stipulatione teneatur eam meam facere per traditionem, & sic de iure gentium, & iste intellectus est singularis, secundum quem rei vendicatio competens ex iure speciali, & pro dominio quodam ciuili, concurrit cum actione personali ad damnum. l. in bello. §. si quis seruum. ĵ. de capt. Posset autem intelligi. d. §. si quis sub conditione. quando legatarius fuerit stipulatus ab hærede rem tradi, & non dari; vel ꝙ ibi testator legauerat quantitatem, vel rem alienam, quib. casibus eueniente conditione non transiret dominium in legatarium, & sic in illis casib. posset stipulari ab hærede sibi dari, sed isti casus sunt indubitabiles, & prima solutio est magis singularis, vt habes per Bar. hic in vlt. opp. & in l. j. col. fi. vbi dixi, de leg. j. & in l. j. C. com. de leg. & in l. fin. C. de sac. sanc. eccle. Item pro intel. tex. & glossarũ aduerte, ꝙ ista. l. legitur principaliter duobus modis, vno modo in glo. 2. parua in verb. stipulatur, quando stipulor rem alienam sub expressa conditione si mea erit, vel cùm erit mea, & sic expressè confertur conditio in tempus quo erit mea, talis stipulatio non valet per duplicem rationem quã. ş. proximè assignaui. & ista indubitanter est vera lectura, & congruit verbis literæ, & istam tene. ¶ Secunda lect. est, quando conditio fuit collata sub velamine in tempus cùm erit mea; & ista diuiditur in duas, vna ꝙ loquatur in re, quæ debebat esse mea infallibiliter, si esset tunc in rerum natura, vt in re mihi legata sub conditione, quam possum sub illa conditione stipulari. & ista lect. ponitur in glo. 1. ibi, & ideo dic vtiliter stipulatur. Alia lectura est, ꝙ loquatur in re, quæ non debet esse mea infallibiliter in euentum conditionis, sed poterit esse, ꝙ erit mea, &
* non erit. & ista lectura ponitur in glo. 1. ad fi. ibi, vel dic, sed *communiter reprobatur*. ¶ His præmissis diuide glo. primam in tres partes. In prima timore contrarij. l. si is, qui Stichum. ş. tit. 1. restringit tex. ꝙ intelligatur, quando ex causa lucratiua erat futura mea, & tunc non possum eam stipulari in eum casum, sed glo. reprobat istam expositionem dum dicit, sed non sufficit. dic melius, ꝙ hic fuit expressa conditio in stipulatione, scilicet si mea erit, quo casu ab initio est inutilis stipulatio, vt hic, & l. si rem meam. supra eo. & §. item nemo rem. instit. de inuti. stipu. vnde tunc non refert, an stipuletur ex causa lucratiua, vel non, sed d. l. si is, qui Stichum. loquitur in stipulatione simpliciter interposita, quo casu bene distinguitur, an postea fiat mea ex causa lucratiua, vel non. ¶ In 2. quæ est ibi, & ideo dic. glo. ponit vnum intellectum ad istum tex. quòd intelligatur secundum d. §. si quis sub conditione. & licet tex. ibi dicat, ꝙ talis stipulatio valet, tamen est sine vtilitate, quia legatarius non plus cõsequitur per illam stipulationem, quàm per actionem ex testamento, vnde ponderandum est, ꝙ iste tex. dicit, nemo vtiliter stipulatur, quasi dicat bene potest stipulari, sed est sine vtilitate. ista lectura non est bona, quia imò ista stipulatio contineret vtilitatem propter obligationem fideiussorum, qui interueniunt in ista stipulatione, & non erant in prima obligatione, vt l. si à te. ş. vt leg. no. ca. & propter alia, quæ dicta sunt in l. qui bis. supra eod. ideo de tali stipulatione, quæ affert vtilitatem, non potest intelligi ista. l. cùm dicat nemo vtiliter stipulatur. ¶ In 3. quæ est ibi, vel dic. glo. ponit alium intellectum ad text. qui nihil va
* let, *& communiter reprobatur*, quia ante partum ancillæ, vel ante euentum conditionis res interim posset desinere esse stipulatoris, ideo hoc inspecto deberet valere stipulatio. l. existimo. ĵ. eo. & sic ab ipso princi. non esset inutilis stipulatio, & sic non congrueret huic literæ, ideo tene intellectum gl. secundæ, prout etiam sup. dixi.

SVMMARIVM.

1 *Mora rei principalis nocet fideiussori, sed nonècontra.*
2 *Mora rei non nocet fideiussori, quando fideiussor prius constituit creditorem in mora.*
3 *Si fideiussor hominem debitum occidat, reus principalis liberatur.*
4 *Occidendo committitur mora.*
5 *Mora rei principalis non nocet fideiussori, quo ad augendum obligationem fideiussoris.*
6 *Fideiussor occidens speciem promissam tenetur actione de dolo.*

LEX LXXXVIII.

Mora rei. Mora rei principalis nocet fideiussori, nisi fideiussor per prius offerẽdo constituerit creditorem in mora, sed mora, vel factum fideiussoris ipsi soli nocet, & non principali. h. d. & habet tria dicta. Secundum ibi, sed si fideiussor seruũ.
1 Tertium ibi, sed si fideiussor hominem. ¶ † Not. 1. quòd mora rei principalis nocet fideiussori, sed non ècontra, ratio est multiplex. Primò, quia mora deriuatur à principali in accessoriũ. Item mora rei præsumitur quodammodo mora fideiussoris, vt l. si seruum. §. nunc videamus. ĵ. eo. Item principale regulat suum accessorium non ècontra. l. ex pupillari. ş. de vulg. & pupil. & l. ꝙ per manus. ş. de iu. cod. Item quia fideiussor videtur in omnem causam intercessisse. d. l. si seruum. §. nũc videamus. & ꝙ ibi Bar. & l. si quis pro eo. in prin. ĵ. de fideiuss. & l. quæro. in prin. ş. loc. ¶ Amplia istam regulam dupliciter. Primò, vt procedat non solùm in fideiussore dato ante moram, sed etiam in dato post, & ècontra, vt est glo. no. in l. quoties in diem, in 2. sol. ş. eo. Bar. in l. vinum. in 1. col. ş. si cer. pet. Secundò amplia idem esse in quolibet alio, qui tenetur accessoriè instar fideiussoris, vt patet in actione de peculio, in qua habetur vt fideiussor, & sic mora filij nocet patri, sed non ècontra, vt est text. in l. cùm
2 filiusfam. in prin. ş. eo. ¶ † Secundò not. ex secunda parte text. ꝙ mora rei non nocet fideiussori, quando fideiussor prius constituit creditorem in mora per oblationem rei debitæ ei factã, & in hoc iste casus non est alibi in iure secundum Dyn. Bart. &
a alios hic. [a] contra istum tex. vltra Scribentes ego oppono fortiter de tex. in l. 3. §. si is pro quo. ş. ꝙ quisque iur. vbi si debitori principali factum fuerit à creditore pactum de non petendo, per quod statim acquiritur exceptio fideius. l. & hæredi. §. fin. ş. de pact. & l. exceptiones, quæ personæ. §. rei. sup. de excep. deinde debitor impetret ius iniquum, videlicet ne aliquis eius debitor possit vti exceptione pacti de non petendo, ista impetratio nocet etiam fideius. vt non possit vti illa prima exceptione pacti de non petendo, per quod erat sibi acquisitum ius exceptionis. & sic ibi factum rei principalis nocet fideius. etiam quo ad præiudicandum sibi in iure exceptionis prius acquisitæ, ergo idem dicendum in tex. nostro, ꝙ mora sequens rei principalis debeat præiudicare fideius. in exceptione, quam acquisiuit per oblationem. Pau. de Cast. ibi post Iac. But. respondet, ꝙ hic exceptio acquisita fideius. non potest tolli per factum hominis, & sic rei principalis, & consequenter per eius moram, ibi autem illud prouenit ex dispositione. l. sic disponentis in impetratione iuris iniqui. d. Alex. ibi impugnat istam solutionem & bene, quia vtrobique procedit à l. mediãte facto hominis, & sic principalis. ibi enim est propter factum principalis impetrantis ius iniquum, hic autem est propter factum rei principalis committẽtis moram, & sic vtrobique interuenit factum hominis, scilicet principalis debitoris, sed ibi præiudicat fideius. hic non. & huic difficultati d. Alex. ibi aliter nõ respondet. Ego ibi sum solitus notabiliter respondere, & est pulchra, & mea solutio, ꝙ iste tex. in secundo responso loquitur, quãdo exceptio fuit quæsita fideius. mediante facto ipsiusmet fideiussoris, qui fecit oblationem, & creditor noluit accipere, vnde si posteà reus principaliter committat moram succurritur fideiussori, vt hic dicit tex. & sic tunc per moram rei non tollitur exceptio quæsita fideiussori mediante facto suo proprio, sed in contrario exceptio erat quæsita fideiussori per factum principalis debitoris, cui creditor fecit pactum de nõ petendo, quod etiam prodest fideiussori, vt ş. dixi. & hoc tollitur per factum principalis, & sic per impetrationem iuris iniqui ab eo factam, difficilius enim tollitur

ADDITIO.

a Et alios hic. Adde ad idem Ang. Alex. & alios in l. 3. §. si is pro quo. sup. quod quisque iur.

tollitur id,quod acquirimus mediante facto noſtro, quàm qđ facto alieno.l.ſi quid in bello.ʃ.de capt.& l.ſi filius.§. erit rubria no.s̄.de fideicom.lib.Bar.in l.ſi inſulam.in 6.opp.1. partis.s̄. eo. & per hoc do tibi nouam limitationem ad iſtum text. vt non procedat, quando ipſe reus principalis feciſſet talem oblationem creditori,& non fideiuſſori,& poſteà idem reus fuiſſet ſecundò in mora, tunc non eſſet ſuccurrendum ipſi fideiuſſori, nec tunc procedit iſte text. quod bene not. quia nemo tangit.

3 ¶†Tertiò no.ex tertia parte,ꝙ ſi fideiuſſor hominem debitum occidat,reus principalis liberatur, & tamen fideiuſſor in obligatione perdurat, & ratio quare debitor liberatur, eſt propter interitum ſpeciei debitæ abſque eius mora,vel culpa per.l.ſi ex legati cauſa.s̄.eo. & l.quod te.s̄.ſi cer. pet. & ſic hic eſt caſus,in quo obligatio fideiuſſoris durat, & obligatio rei non reperitur in rerum natura, & ſic acceſſorium ſtat ſine principali, contra reg.l.cùm principalis.ʃ.de reg.iur.& gl.no.in l. ſi patronus. §.patronum.s̄.ſi quid in frau.pat.& in terminis noſtris tex.in l.ſi fideiuſſor.in fi.ſup.de dolo.Item in omnib. ſpecieb. liberationum, liberato principali etiam acceſſiones liberantur.dicit tex. in l.in omnib.ʃ.de ſol.propter iſta gl. fi.in prin.fatetur, ꝙ de rigore liberato principali fideiuſſor non tenetur,prout etiam eſt text.in l.mora.§.fi.s̄.de vſu.Sed de æquitate,quia fideiuſſor occidit hominem debitum,propter eius culpam, & dolum tenetur vtili ex ſtipulatione, vt dicit text. ne aliàs ex delicto ſuo commodū liberationis conſequatur,quod eſſet iniquum,& abſurdum, & contra.l.ſiue hæreditaria.§. fi.s̄.de neg. geſt.& l. relegatorum. ʃ.

4 de interd.& releg.¶† Quartò no.ꝙ occidēdo committitur mora,vt hic,& l.ſi ſeruum.in prin.& §.ſequitur.ʃ.eo.& l. eum, qui ita.§.fi.cum glo. ſup. eo. tamen occiſio non eſt propriè mora, quia mora propriè eſt culpoſa dilatio in omittendo.l.moram. in prin.& ibi glo.ſup.de vſu.no.in l.ꝙ te. s̄. ſi cer.pet. ſed potius eſt culpa in faciendo,vel dolus, tamen habetur loco moræ, & plus quàm mora.¶Gl.in verſi.fideiuſſori.diuiditur in duas partes. In prima per viam limitationis remouet vnum contrariū.

5 In 2.alleg tres concor.Secunda ibi,& facit.s̄.de vſu. ¶ † Ex prima parte glo. habes duas concluſiones. ¶Prima eſt, ꝙ mora rei prin. non nocet fideiuſ. quo ad augendam obligationem fideiuſſoris, vt propter moram, vel cōtumaciam rei fideiuſſor teneatur vltra ſortem ad aliquod intereſſe,de quo dic, vt plenius per Bar.in l.fi.in pen.col. vbi aliquando dixi.ſup. de eo, ꝙ cer.loc.¶Secunda concluſio gl.eſt, ꝙ mora rei principalis nocet fideiuſſori,quo ad producendam obligationem, & actionem,& ſic quo ad perpetuationem, vt non extinguatur per interitum rei debitæ, non autem intelligas gl. reſpectu temporis, quia ſi actio erat temporalis,durat ſimiliter temporalis, & non efficitur perpetua in tempore,vt declarat no.gl. in l.ſi ſeruum. §.ſequitur.in verſi.perpetuari.ʃ.eo.Quid autem de interruptione præſcriptionis, an facta contra principalem interrumpat

a præſcriptionem contra fideiuſſorem, ª habes gl.no.in l.ſi fideiuſſor.in §. fin.ſup.man.& latius per Bart.in l.cùm quis.§.ſi quis pro reo.poſt gl.ibi.ʃ.de ſol.cum alijs cōcor.traditis per d. Alex. hic.¶Glo.in verſi.obtulit.tene primum intel.gl.qui clarè patet ex ordine literæ,nec obſt.ꝙ vltima mora noceat, vt iurib. allegantis in gl. quia reſponde formalius quàm Bart. ꝙ illa regula procedit reſpectu eiuſdem perſonæ,non autem reſpectu diuerſarum perſonarum,vnde in iſto tex.ſi creditor, qui fuit cōſtitutus in mora per fideiuſſorem poſteà conſtitueret in mora eundem fideiuſſorem, tolleretur prima mora fideiuſſoris, & fideiuſſor conſtitueretur in mora,& illa vltima mora eiuſdem perſonæ ſibi noceret. ita procedunt iura in contrarium allegata in gl. Sed in iſto tex. creditor non conſtituit fideiuſſorem in mora,ſed reum,ergo non habet tunc locum regula, ꝙ vltima mora noceat,quia hic non eſt contra eandem perſonam.¶Gl. fi.in ver.conueniri.diuiditur in quatuor partes. In 1. aſſignat rationem ad tex.In 2.remouet tacitum contrarium,ꝙ imò liberato reo principali, videatur in conſequentiam liberatus fideiuſſor,qui eſt acceſſorius,& non poteſt ſtare ſine principali, vt dicit tex.in l.ſi fideiuſſor.in fi. ſup. de dolo. & fatetur contrariū eſſe verum de rigore iuris,vt eſt tex.in l.mora.§.fin.ſup. de vſu. tamē ex æquitate tenetur vtili ex ſtipulatu, quia ipſe fideiuſſor occidit,& ſic propter dolum,& delictum ſuum, vt dixi in tex.

6 ¶† In 3.gl.opponit contra tex. quod fideiuſſor occidens ſpeciē promiſſam teneatur actione de dolo,vt eſt tex.in l.ſi fideiuſſor. ſup.de dolo.ergo non poteſt teneri vtili ex ſtipulatu,vt hic dicit tex. quia actio de dolo eſt ſubſidiaria, & non datur vbi alia competit.l.j.§.pen. & fi.ſup. de dolo.& glo.tripliciter ſoluit. In 4.alleg.duas concor.Secunda ibi,nam licet reo liberato.Tertia ibi,ſed videtur.Quarta,& vltima ibi, & facit. ¶In 3. parte glo. videtur tenere tertiam ſolutionem, quam plenius explicat in contrario faciendo tres caſus, ſed Bar.hic reprobat, & quarto modo reſpondet ſecundum Iac.de Are.& Old. ꝙ in d.l.ſi fideiuſſor.ibi fideiuſſor erat debitor in diē,vel ſub conditione,quo caſu ſicut ante diem non poteſt in vera mora conſtitui.l. cum filiusfam.§.fi.ſup.eo.ita nec occidendo poteſt ficta mora committi,vnde cùm ibi occiderit ante moram,vt ibi dicit tex. ideo neceſſe eſt agi de dolo, vt ibi, ſed hic obligatio erat pura, tempore quo fideiuſſor occidit ſpeciem promiſſam,vnde occidēdo conſtituitur in mora.& ſic perpetuatur prima obligatio ex ſtipulatione,ideo ex ſtipulatione conueniri poteſt, vt dicit hic tex.& iſtam ſolutionem etiam tenet Bar.& clarius in d.l.ſi fideiuſſor.ſed non caret aliqua diuinatione,ꝙ in l.contraria erat debitor in diem,vel ſub conditione, niſi ſalues; ex quo text.ibi cū myſterio dicit,ꝙ ante moram fideiuſſor occidit. ¶Limita ſingulariter Bar. in debitore ſub conditione, qui ante conditionis euentum occideret hominem promiſſum, quādo in ipſo actu occidendi purificatur obligatio interfectoris, tunc occidendo bene committitur mora,per tex.in l.eum, qui ita. §.fi.ſup.eod. ſecundum vnum intel.glo. magnæ ibi in 2.ſolutione, & etiam circa fi.iſtam limitationem ſequuntur Ang. Pau. de Caſt. & d. Alex.hic Ang.in l.qui ſeruum.in prin.ʃ.eo.Sal.in l.ꝙ te. in 5.col. ſup.ſi cer.pet.Pau.de Caſt.in d.l.eum qui ita.§.fi.ad fi. vbi reputat iſtam limitationem multum tenendam menti, & ibidem Imo.& d.Alex.etiam ſequuntur.ſolus Cuma.reprehendit Bar. in debito in diem.nam cùm obligatio ſit nata,debet perpetuari propter occiſionem.l.ſi rem aliquam.ʃ.de noua.& l.in executione.§.fin.ſup.eo. licèt propter moram non poſſit perpetuari, quia ante diem non potuit in mora conſtitui. d.l. cùm filiusfa. §.fin.ſup.eo. vltra Cuma. & Scribentes mihi videtur,ꝙ contra Bar.aliud fortius faciat,inquantum Bart.tenet,ꝙ quando occidendo purificatur obligatio interfectoris, quamuis eſſet conditionalis, tunc committitur mora per talem occiſionem,iſtud videtur omnino irrationabile, quia idem actus occiſionis non debet inducere purificationem obligationis, & moram, vt videtur velle Bar. ſicut dicimus, ꝙ euentus conditionis non debet inducere purificationem obligationis & moram, ſecundū Bar.met & alios in l.quoties in diem.ſup.eo. per legem,ꝙ dicimus.ʃ.de ſolu.ſed defende Bar.ꝙ in d.l.eum qui ita. §. fin. cum glo.ibi, Titius qui occidit hominem promiſſum, tenebatur ex prima eius obligatione,quæ à principio fuit pura, & occidendo fecit,ꝙ ſecunda ſtipulatio conditionalis Seij,quæ in contrarium euentum nouaſſet primam,& interim eam reddebat cōditionalem,non poteſt amplius habere effectum,& ſic facit,ꝙ prima redit ad ſuam primam naturam, & ſic purificatur,prout primò erat. quia ergo in ipſo actu occidendi prima obligatio purificatur,ex quo redit ad primum ſtatum, ideo tunc bene occidendo committitur mora, & ſic actus occiſionis bene ibi conſtituit moram,vt dicit glo. ſed non ſimpliciter purificat obligationem occiſoris, quia omnino ab initio fuit pura, ſed occidendo facit,ne ſecunda ſtipulatio conditionalis amplius poſſit reddere primam conditionalem. iſta eſt intentio Barto. apertius tamen declarata, quàm Bar.declaret.

ADDITIO.

a Contra fideiuſ. Adde Ang.in conſ.32.inci.quidam And.de Turre. de Tuderto.& Can.maximè Fel.in c.illud.col.fi.ver.decima concluſio.de præſcr. Prac.Pap.for.lib.contra plures Reos.ver.ſolutionem.

LEX LXXXIX.

SI à colono. De iſta dixi notabiliter in L ſi ſtipulatus fuerim. §. 1. ſupra eodem.

SVMMARIVM.

1 *Litis conteſt. ſuper ſorte non impedit curſum vſurarum.*
2 *Per litis conteſt. antiquæ actioni additur noua qualitas.*
3 *Vſura dicitur pœna.*
4 *An & quando pœna in contractibus,vel vltimis voluntatib. præſumatur adiecta in fraudem vſurarum.*

LEX XC.

1 CVm ſtipulati ſumus. † Litis conteſta.ſuper ſorte non impedit curſum vſurarum.h.d. Dubium faciebat,quia per litis conteſtationem inducitur nouatio.l.aliam.inf.de noua.plenè not.in l.1.C.de iudi. ſed per nouationem impeditur curſus futurarum vſurarum. l. nouatione.ʃ.de noua.contrarium tamen deciditur in hoc text. & ratio decidendi eſt,quia non ſolet fieri deterior conditio eorum,qui litem conteſtantur.l.non ſolet.ʃ.de reg.iu.& d.l.aliam quod eſſet ſi litem conteſtando impediretur curſus vſurarum promiſſarum,& ad cōtrarium reſpondet Bart. quia nos loquimur in

mur in nouatione neceſſaria,quæ fit per lit.conteſt. ſed d.l.nouatione. loquitur de nouatione voluntaria. Tu reſponde clarius,& fundamentalius,ꝙ ɔ̃rium procedit in nouatione extinctiua,quæ eſt propriè nouatio, per quam prima obligatio tollitur,& in aliam transfunditur.l.j.ɔ̃.de noua. & §. præterea.inſti. quib. mod. tol.oblig. & per talem nouationem propriã & extinctiuam bene impeditur curſus futurarum vſurarũ, ita propriè loquitur. d.l.nouatione. ſed per litis conteſtationem nõ fit nouatio propria,quæ fit extinctiua prioris obligationis,ſed bene fit nouatio accumulatiua,& ſic impropria, qua primæ obligationi, & actioni alia obligatio accumulatur, quia per litis conteſtationem per quam quaſi contrahitur obligatur inſtan-
2 tiæ,& iudicio. l. iij. §. idem ſcribit. ſupra de pec. † Item per litis conteſta. antiquæ actioni additur noua qualitas, quia vbi prima actio erat temporalis, vel morte peritura, efficitur perpetua,& tranſitoria ad hæredes.d.l.aliam. & ibi plenè Bar.ɔ̃.de noua.gl.Cyn.& alij in d.l.j.C.de iudi.& ſic patet, ꝙ nouatio, quæ fit per iudicium,ſeu per litis conteſt. non detrahit aliquid præcedenti obligationi,ſed addit, ideo non impedit curſum vſurarum promiſſarum.vt dicit tex.& de duplici nouatione.ſ.extinctiua,& accumulatiua dixi etiam in l.ſi inſulam. in 7. oppo. 1. partis,ſupra eo.¶Amplia iſtum tex. vt vſuræ currant non ſolũ pendente lite cauſæ principalis,ſed etiam in inſtantia cauſæ appellationis.l.fi.ſupra de re iudi.& l.negotiorum. in prin. infr.de
3 appel.Pau.de Caſt.& d.Alex.hic. ¶† No.ex tex. ibi, pœnam in ſingulos menſes, ꝙ vſura dicitur pœna.ad idem.l. lecta.verſic. ſed cum ſortis.vbi Mod.& d.Alex.ad hoc no. ſupra ſi cer.peta. & l.qui ſine.vbi Bar.ſupra de neg.geſt.& hoc eſt verum capiendo nomẽ pœna vt generale:ſi autem capiatur in ſpecie,differt in tribus à pœna,de quibus hic per Bar.effectus eſt euidens,quia vſura hodie nec iure ciuili nec canonico peti poteſt,quia omni iure hodie prohibita eſt vſura. Auth. ad hæc. & in corpore vnde ſumitur.C.de vſur.& cap.quia in omnib. de vſur. dixi in l.j.C.de ſum.Trin.ſed pœna vtroque iure poteſt peti,vt not. in c.ſuam.de pœn.Adde quartam differentiam, quia vſura, quæ accipitur vltra ſortem,poteſt peti ſimul cum ſorte principali.l. traiectitiæ.in prin.& §.de illo.ſupra tit.1.ſecus eſt in pœna,quę ſuccedit loco rei.l.reſcriptum.§.ſi pacto quo pœnam.ſupra de
4 pact.¶† Tangit etiam Bar. an & quando pœna in contractib. vel in vltimis volunta. præſumatur adiecta in fraudem vſurarum,de quo per gl.Bar.& omnes in l.ſtipulatio iſta.§.alteri.vbi dixi.ſ̃.eo.cum concor.ibi traditis per d.Alex.& per eundem in conſi.76.5.vol.quod inci.viſis dubitationib.in vltimo dubio.

SVMMARIVM.

1 *Re perempta,vel à communi cõmercio exempta, tenetur debitor ſi eius mora,vel culpa præceſſerit,vel habentis ab eo cauſam.*
2 *Occidens ſpeciem debitam,non dicitur propriè committere moram.*
3 *Promiſſor,vel eius hæres occidens ſpeciem promiſſam, ſine iuſta cauſa, ſiue ſcienter,ſiue ignoranter tenetur.*
4 *Qui tenetur ad dandum, licèt prin.teneatur ad tranſlationem dominij, tamen etiam tenetur ſi per eius moram,vel culpã in non faciendo commiſſam,res deſiit extare,vt non poſſit naturaliter dari.*
5 *Factum eius,qui habuit cauſam à promiſſore,cenſetur factum promiſſoris.*
6 *Culpa perpetuat obligationem etiam ignorantis vinculum.*
7 *An & quando quis teneatur de negligentia.*
8 *Quando debitor fuit in mora,tenetur ad fructus,vel intereſſe. & nu. 9.*
10 *Debitor probabiliter,& iuſtè ignorans ſe eſſe debitorẽ, & faciens actũ licitum manumiſſionis,tamen tenetur ad æſtimationem, ex quo facto ſuo licet probabili res deſiit eſſe in commercio noſtro.*

LEX XCI.

1 SI ſeruum ſtipulatus. † Re perempta vel à communi commercio exempta tenetur debitor,ſi eius mora,vel culpa præceſſerit,vel habentis ab eo cauſam.h.d.vſque ad §.ſequitur. Vel ſic.Occiſio & negligentia in non curando,vel cuſtodiendo rem debitam perpetuant obligationem, & faciunt debitorem teneri de interitu. Item re exempta à communi commercio tenetur debitor, ſi eius mora, vel culpa interuenerit, vel habentis cauſam ab eo etiam ignoranter,ſecus ſi facto tertij non habentis à debitore cauſam, licet debitor ab eo habuerit. hoc dicit. ¶Diuiditur in 5.partes prin.In 1.loquitur,quando ſpecies promiſſa deſiit poſſe præſtari, eo quia deſiit eſſe in rerum natura facto culpoſo promiſſoris,qui eam occidit. In 2. quando deſijt eſſe in rerum natura negligentia promiſſoris commiſſa in non curando infirmum,aut in non cuſtodiendo. In 3.quando deſijt poſſe præſtari, quia deſijt eſſe in commercio noſtro, tamen eſt in rerum natura,& interceſſit mora,vel culpa debitoris, vel illius,qui habuit cauſam à debitore, cuius factum reputatur eſſe ipſius debitoris.In quarta loquitur,quãdo deſijt eſſe in commercio noſtro facto alterius tertij, qui non habuit cauſam à debitore, licèt debitor ab eo cauſam habuerit. In 5.ampliat tertiam deciſionem,vt hæres debitoris teneatur,quamuis ignorans ſeruum debitum manumiſerit. Secũda ibi,ſinautem negligat infirmũ. Tertia ibi,ſed & ſi ſit quidem res. Quarta ibi, ſi autem alienus. Quinta & vlt. ibi, de illo quæritur. ¶In 2. parte ibi, in faciendo quidem.lege interrogatiuè,& iunge verſi.quia qui dare. vbi ponit rationem dubitationis,quare videbatur non eſſe conſiderãdam culpam in non faciendo commiſſam, poſtea in verſi. an in non faciendo. ponitur deciſio in contrarium,cùm dicit, ꝙ
2 magis probandum eſt. ¶† No.primò ex tex.ibi,nulla mora interueniente.iuncto verſi.ſeq.ibi,ſiquidem occidat eum.ſecundum Imo.Cuma.& Pau. de Caſt.quòd occidens ſpeciem debitam non dicitur propriè committere moram,& ſic occidere non eſt proprie mora.idem tenet Pau. de Caſt. in l. mora.ſ̃. eo.Ad idem tex.in §.ſequitur.ɔ̃.ea.l.in verſi.ſi verò moratus.ibi tex.facit differentiã an occidat,vel ſit in mora.ad idem tex.in l. ſi fideiuſſor promiſſum animal.ſ̃.de dolo. ad idem bonus text. in l.mora.§.fi.ſ̃.de vſu.vbi dicit tex.item ſi fideiuſſor ſolus moram fecerit,non tenetur, ſicut ſi Stichum promiſſum occiderit,nam nullum ſimile eſt idem.l.quod Nerua.ſ̃.depo. Et ſi diceres cauillando,quòd ibi dictio ſicut, ponatur exemplificatiuè,non congrueret illi.§.vbi patet, quòd dictio ſicut,ſtat ſimilitudinariè,& ſic non eſt exemplum,ſed ſimilitudo. Ad idem bene facit ſignificatio iſtius vocabuli mora,nam eſt moratio, ſeu culpoſa dilatio in omittendo,ſeu negligendo commiſſa,ſed is, qui occidit,non moratur neque differt,vnde cùm careat nomine,debet etiam carere effectu,vt dicit tex.in l.à nullo.in fi.C.de ferijs. Item pondera, quòd Bar. in l.mora.ſ̃.eo.in pen.oppo.ad fin.tenet expreſsè, quòd occidere non ſit vera mora, ſed ficta. Contrariam opin.quòd imò occidendo dicatur propriè mora committi,tenet d. Alex. hic in duob.locis, ſcilicet in ſecundo no.& eſt in vlt.col.& idem d.Alex.in d.l.mora.in fin.ſ̃.eo.& ita dicit tenere Bar.& alios in d.l.mora.ſed errat, quia licet Bart.ibi in pen.opp.in prin.dicat, & opponat, quòd occidendo ſemper eſt in mora,tamen poſtea in fi.illius pen.oppo. tenet Bart.prout etiam. ſ̃. retuli, quòd occidere non eſt vera mora,ſed ficta. iſtud idem tamen tenet glo. in l. eum qui ita.§. fin. ſ̃.eo.& pro iſta parte non obſt.iſta.l.nec d.l.ſi fideiuſſor.ſup.de dolo,quia loquuntur de mora præcedente homicidiũ, quia verum eſt nullam moram præceſſiſſe, ſed in ipſo actu occiſionis committitur mora,& ſic in illis iurib.intelligitur nulla mora adhibita.ſci
* licet in ceſſatione ſolutionis.tene primam opinionem, *quæ eſt magis communis*, quòd occidere ſpeciem debitam non eſt propriè mora,quia mora conſiſtit in non faciendo,ſed hic eſt culpa, vel dolus in faciendo, tamen occidere habetur pro mora, ſeu loco moræ,quantum ad perpetuandum actionem, & obligationem,quia ita perpetuatur obligatio,& actio per occiſionem ſicut per moram,& ſic ſtat concluſio, quòd occidere nõ eſt mora propriè. Ex quo inſurgit vtilis differentia ſecundum Cuma.ſcilicet,an occidat,vel an ſit in mora, quia ex mora veniunt in actionib.bonæ fidei fructus,& vſurę:in ſtricti iuris iudicijs venit æſtimatio quanti plurimi ex mora,ſecũdum Bart.& alios in l.ſi filiusfa.§.j.vbi vidimus.ſ̃.eo. ex occiſione autem nõ veniunt fructus,nec æſtimatio quanti plurimi,quia hic non eſſet vera mora, & ſi viueret ſpecies debita,ipſe debitor iſtas cõmoditates haberet,& no.pro bona limitatione.d.l. ſi filiusfa. §.
3 j.& iurium ibidem allegatorum.¶† Secundò not.ex text.ibi,ſi quidem occidat.iuncto verſi. de illo.quòd promiſſor, vel eius hæres occidens ſpeciem promiſſam ſine iuſta cauſa ſiue ſcienter ſiue ignoranter,tenetur,quia fingitur viuere,& perpetuatur obligatio ſicut ſi viueret. ſecus ſi eum merentem iuſtè occideret.l.qui ſeruum.ɔ̃.eo.& l.quid ergo.§.ſi hæres. de leg. 1. & quia tex. non aperit, qua actione teneatur occidens ſpeciem promiſſam,dicunt Imo.& d.Alex.quòd tenetur ex ſtipulatione, vt l.mora.ſ̃.eo.niſi promiſſio eſſet facta in diem,vel ſub conditione,& ante diem,vel conditionem occidiſſet,quia tunc teneretur ſolùm actione de dolo ſubſidiaria.l. ſi fideiuſſor.ſ̃. de dolo. & vidimus in l.mora.ſ̃.eo.ſed errant, quia prædicta iura loquũtur in fideiuſſore occidente, ſed ipſe reus principalis occidens ſemper tenetur directa ex ſtipulatu actione, niſi velis dicere, ꝙ etiam reus principalis occidens ſpeciem promiſſam teneatur vtili ex ſtipulatu actione, prout ſatis vr̃ poſſe probari in l. qui ſeruum.ɔ̃.eo.& ex identitate rationis iura præallegata, quæ loquuntur in fideiuſſore occidente, extendi poſſunt ad reũ prin-
4 cipalem.¶† Tertiò no.in ver.ſinautem negligat. ꝙ qui tenetur ad dandum,licèt principaliter teneatur ad tranſlationem dñij,

vt l.

vt l.vbi autem nõ apparet.§.fi.s̃.eo. tñ etiam tenetur,si per eius moram,vel culpam in non faciendo commissam res desijt extare,vt non possit naturaliter dari, & iste est proprius sensus huius versiculi,licèt per verba obscura, & inordinata compositi.
5 ¶† Quartò oppo. ex isto text. quòd si debitor speciei sit in mora,vel culpa in faciendo, vel non faciendo, & sic negligendo,siue occidat siue negligat infirmum non adhibendo medicum,vel adhibendo imperitum,vel non custodiendo,vel manumittendo seruum promissum, vel faciẽdo fundum sacrum vel religiosum,vel ipse,vel habens causam ab eo,in omnib.his casib.tenetur,quia factum eius,qui habuit causam à promissore,censetur factum promissoris,quia promissor nõ debuit alienare rem tali personæ, quæ faceret,ne posset eam dare, & hæc vera,nisi ex causa de præterito fieret,quominus dari posset, vt hic in versi.Item si homo. si autem res promissa tempore promissionis erat aliena, & eximatur à commercio nostro, quia dñs serui promissi eum manumiserit, vel fundum sacrum aut religiosum fecerit,liberatur promissor,quia sine facto,& culpa sua rem dare non potest, sicut qñ species debita sine culpa, & mora promissoris perijt,debitor liberatur.l.si ex legati causa. s̃. eo.& l.quod te.s̃.si cer.pet.
6 ¶†Quintò & vlt.no.in versi.de illo. ꝙ culpa perpetuat obligationem ẽt ignorantis vinculum,& in hoc differt à mora,quia mora non ꝯhitur per eũ, qui ignorat, nisi in ista ignorantia caderet culpa.d.l.ꝙ te.s̃.si cer.pet.sed culpa bene cadit in eo,qui habet iustam causam ignorantię.¶Gl. in verb.in non faciẽdo.ponit duos intellectus ad tex.& sequi-
* tur ſm intelle.Io. *qui est communis,& verus*, & sic habet duas partes.Secunda ibi,vel dic ſm Ioan.& sic concludit gl. ꝙ promissor teneatur de negligentia commissa in non faciẽdo,per multa iura in ea allegata,sed non r̃ndet ad l.venditor ex hęreditate. §.pretium.ver.quemadmodum.s̃.de hær.ven.R̃nde, vt hic per
7 Bar. † Et si quęratur,an & qñ quis teneatur ex negligentia,Bar. notabiliter distinguit, vt hic per eum,cuius doctrinæ adde primò , dum tenet in conuento actione personali , ꝙ si creditor prius fuit in mora speciem recipiendi, cùm debitor ei obtulisset,& tunc non imputatur debitori culpa negligentię circa speciem,vel fructus.l.si mora.s̃.sol.mat. & l.si per emptorem.s̃.de peri.& com.rei vend.adde rationem esse,ne debitor inuitus cogatur fieri procurator, vel negotiorum gestor alterius, & hoc est,ꝙ propriè vult dicere tex.in d.l.si mora.ibi,ne in perpetuum agrum eius colere cogatur.¶Item dum Bar.tenet, ꝙ qñ creditor non fuit in mora,& agit ad id,ꝙ aliqñ fuit ipsius creditoris, & sic agit ad restituendum , tunc debitor tenetur de negligentia circa rem,& circa fructus.l.videamus.2.in prin. s̃.de vsu. secus qñ agit ad id,ꝙ nunquam fuit ipsius creditoris , & tunc nõ tenetur debitor de negligentia circa fructus.ita loquitur.d.l.vẽditor ex hæreditate.§.pretium.versi.quemadmodum.Adde rationem diuersitatis , quia qñ tenetur ad restitutionem rei, quæ fuit creditoris,tunc tenetur ad fructus perceptos,& qui percipi potuerunt,& sic ad percipiendos.arg.l. domum. C. de rei ven. ideo nimirum si tenetur de negligentia commissa circa ipsos fructus,cùm teneatur de percipiendis. qñ verò solum tenetur de fructib.perceptis,puta,quia non tenetur ad restituendum,& tenetur ad fructus solùm illa ratione ne locupletetur , tunc nõ tenetur de negligentia commissa circa fructus,ex quo solùm tenetur de perceptis.¶Limita no.ſm Ang.qñ fructus iam maturos pateretur debitor corrumpi, & sic fuisset negligens in cõseruando fructus iam natos,de tali negligentia bene teneretur, quia dicitur quodammodo commissa circa substantiam rei, cùm sit circa fructus iam natos,& sic circa partem rei,quia fructus pendentes censentur esse pars rei.l. fructus pendentes. s̃.de rei ven.& l.fi.§.pen.s̃.de his,quæ in frau. cred. & ita expresè gl. in d.§.pretium.ver.quemadmodum.in ver.argueret,& sequũ-
8 tur Imo.& cęteri Mod.hic.¶†Secundò limitat Bar.qñ debitor fuit in mora,quia tunc propter moram tenetur ad fructus, vel ad interesse.l.si filiusf. §.j.vbi vidimus.s̃.eo.ergo etiam tenetur ad negligentiam fructuũ. Aduerte singulariter ꝙ istud procedit,qñ sibi non esset impletum per partem aduersam,& per cõsequens re ipsa non fuisset debitor in mora constitutus , tunc sibi licitum est curam fundi negligere d.l.venditor ex hæreditate.§.pretium.ver.quemadmodũ. ita loquitur, & procedit doctri.Bar.hic:secus autem si ille, qui implementum percipit,neglexit fructus,quos percipere potuisset, quia cùm tunc re ipsa in mora constituatur propter implementum sibi factum.l. Iulianus.§.ex vendito. ver.possessionem. s̃.de act. emp. & l.curabit. C.eod. ideo cùm tunc teneatur colere fundum,nec potest negligere,tenebitur de negligentia circa fructus ſm Cyn.in l.in minorum.C.in quib.cau.in integ.resti.non est neces.ita singulariter limitat istam doctri.Bar.Alex.in l.de diuisione.s̃.solu.mat. vbi de hoc multum gloriatur , & dicit hoc esse per neminem ponderatum.Sed tu aduerte,ꝙ Are.ibi in vlt.col.licèt de Bart. hic,& de prædictis non faciat mentionem,tenet de directo cõtrarium.Motus subtiliter,quia mora irregularis, quæ ꝯhitur re ipsa per implementum factum ab vna parte, facit vt alter solũ teneatur de fructib.perceptis,sed non de percipiendis,per d. l.in minorum.& d.§ pretium.versi. quemadmodum. eo quia non tñ operatur mora irregularis, quantum regularis, & hoc probat optimo simili, qa licèt malę fidei possessor verus teneatur de fructib.perceptis,& percipiendis.l.si nauis.s̃.de rei ven.tamẽ malæ fidei possessor fictus non tenet nisi de perceptis.l. ij. & ibi Bar.in 3.opp.C.de fruct.& lit.exp.ita qui est in mora vera bene tenetur etiam de percipiendis,& ꝯñr de negligentia fructuum, qñ vere fuit interpellatus, sed qñ est in mora non vera, sed impropria,& irregulari,tunc non debet teneri de percipiendis põdera ergo,ꝙ in d.l.vẽditor ex hæreditate.§.pretium.ver. quemadmodum.non apparet de aliquo implemento. & sic non apparet de aliqua mora etiam irregulari,ideo non tenetur de negligentia fructuum , vnde si in illo tex. pretium integrũ fuisset solutum vẽditori, & sic perfectè impletum ex parte emptoris, ibi venditor diceretur in mora re ipsa,& sic teneretur ad negligentiam fructuum , tenendo opin.d. Alex. quæ esset maxima limitatio ad illum tex.sed ſm Are.ille tex. procedit etiã sequuto implemento,quia mora irregularis, quæ causatur re ipsa ex implemento,non facit teneri de negligentia fructuum. & esset magna ampliatio illius tex.& de eius intelle.vide per Bald.in l.si traditio.in 9.q.C.de act.emp.¶Quid tenẽdum ? habeo passum pro ambiguo,tamen puto,ꝙ opi.d.Alex. sit verior, ꝙ teneatur etiam de percipiendis in recompensationem implementi recepti ab alia parte,& ad hoc videtur mihi bene facere tex. s̃.allegatus per eum in d.l.Iulianus.§.ex vendito.versi. possessionẽ. ibi,an habeat facultatem fructus percipiendi.& sic pondero,ꝙ tex.non loquitur de fructib.perceptis,sed de his,qui percipi potuerunt , dum dicit,an habeat facultatem fructus percipiendi. & tamen propter implementum factum à venditore, & sic propter moram irregularem , quæ contrahitur re ipsa,tenetur ad percipiendos,& tenendo istam partem pondera, ꝙ ista non esset limitatio ad doctrinam Bar.vt dicit Alex.in d.l.de diuisio-
9 ne.ad fi.sed verius esset ampliatio. ¶† Inquantum Bart.dicit in fi.ꝙ si debitor fuit in mora,teneatur de negligentia fructuum, amplia dictum Bar.non solum,quando fuit in vera mora mediante interpellatione, sed etiam quando fuit in mora irregulari,quæ reipsa committitur mediante implemento.& no.prædicta, quia pulchra sunt & subtilia, nec per alios examinata hic. ¶Gl. in ver.fecit. diuiditur in duas partes. In 1. remouet vnum ꝯrium,& bene. In 2.allegat plurimas concord. Secunda ibi,& facit ad hæc.iuxta hanc gl.Bar.format aliquas quæstiones faciles,dic,vt per eum cum concor.traditis per d.Alexan.¶Glo.in verb. statulib.ponit casum ad versi. item si homo. quem Bart. reprehendit per tria,de quib.hic per eum,tamen ad secundum fundamentum posset responderi ſm Cuma. ꝙ gl.non dicit, ꝙ seruus esset hæredis , sed simpliciter dicit,promisi tibi dare Stichum,& non dicit cuius esset, vnde intelligit Cuma. ꝙ erat testatoris,qui posteà me instituit,sed tu caue, quia obst.gl. parua in ver.promissoris,quæ dicit,ꝙ erat promissoris tempore stipulationis.vnde Bar.ponit alio modo casum,qñ seruo proprio testator legauit libertatem sub conditione,posteà eius hæres promisit talem seruum statuliberum alteri,& sic tempore promissionis erat promissoris,vt dicit tex. quia iã fuerat hæres, si posteà eueniat conditio libertatis,promissor liberatur, ex quo ipse nihil fecit, & hoc modo procedit tex.ibi,ex præcedenti causa. & si dicatur,ꝙ factum defuncti cẽseatur hæredis,& sic sibi præiudicet,vt dicit gl.in l.si seruus furtiuus.in prin. s̃.de condi.furt. respondet Bar. ꝙ ibi sequuta est voluntas defuncti, hic autem intercessit , ideo nihil potest imputari hæredi.cum isto intellectu Bar.transeunt Ang.Imo. & simpliciter Alex. hic, sed certè sol.Bar.non est bona,quia imò in d.l.si seruus furtiuus. factum testatoris præcedebat factum hæredis attenta veritate, sicut & hic.Secũdò fortius debet esse totum ècontra eius,ꝙ dicit Bart. nàm qñ præcedit factũ testatoris , quia testator prius relinquit libertatem seruo sub conditione,fortius debet teneri hęres,qui promisit post factum testatoris,quàm qñ promisit ante. patet, quia qñ promisit antè,non potuit cogitare etiam in genere de facto futuro testatoris,sicut potuit cogitare de facto præterito ipsius testatoris . Tertiò & adhuc fortius si testator in hoc text. prius reliquit libertatem seruo sub conditione,certè posteà hæres nõ potuit adire hæreditatem, nisi prius viderit testamentũ, & sciuerit se hæredem ex testamento.l.sed & si de sua.s̃.de acqui.hære.Bar.ĩ.in ver.de illo.ergo sciuit libertatem relictam illi seruo,ideo ineptè videtur loqui Barto.dum dicit, ꝙ tunc nihil potest imputari hæredi,quãdo factum testatoris præcessit,imò tunc est imputandum hæredi,qui præsumitur vidisse testamẽtum, & sciuisse tale legatum libertatis, nisi fortassis diceres , ꝙ post

poſt mortem teſtatoris antequam adiret hæreditatem, promiſit talem ſeruum. ita poſſet ſaluari Bar. ſed eſſet magna diuinatio. vnde ad d.l.ſi ſeruus furtiuus. cum glo. reſponde melius ex mente Cuma. hic, ꝙ ibi loquitur quantum ad tollendum condictionem furtiuam, vbi tractatur de lucro, & tunc factum teſtatoris reputatur factum hæredis, vt ibi dicit glo.ſ. quo ad perditionem lucri, hic autem tractatur de damno.ſ. de obligando hæredem, qui non debet teneri ex ſtipulatione ad æſtimationē ſerui effecti liberti ſine aliquo ſuo facto, cùm culpa careat, & intelligatur promiſiſſe ſeruum talem qualis erat, vt l.ſi à ſubſtituto. in fi. cum l.ſeq. de leg. 1. ¶Gl. in verſi. petitum. diuiditur in tres. In 1. opponit contra tex. & bene ſoluit. In 2. contra ſolutionem opponit, & bene ſoluit. In 3. format aliam oppoſitionē, & de ſolutione ſe remittit. reſponde vt hic per Bar. & bene. Secunda ibi, ſed tunc opp. Tertia & vlti. ibi, & fac hic quæſtionē. ¶Extra gl. Bar. fortiter opponit ꝯ iſtum ver.ſi. ꝙ hæres, qui manumiſit ſeruum, non debeat teneri ad æſtimationem poſtquā ignorabat, & habebat cauſam iuſtam ignorantiæ, quia ſeruus erat alij relictus in codicillis, & ſic non potuit ei imputari mora, vel culpa. Bart. ſequendo gl. in l.in ſumma.§.ſi ſeruum.ſ̃. de condi. inde. reſpondet, ꝙ in iſto text. hæres ex perſona defuncti lucrum ſentit. l.inter ſtipulantem.§.ſi rem ſ̃. eo. ideo licet ignoret, & actum licitum manumiſſionis faciat, tenetur: nam ſi illicitè occideret, indiſtinctè teneretur, ſiue prætendat cauſam lucratiuam ſiue non, vt hic, & in prin. huius. l. ſi autem non eſſet debitum ex cauſa hæreditaria, & ſic lucratiua, tunc debet diſtingui, an fuerit in mora, vel non, vt in contrario, cum iſta ſolutione tranſeūt Ang. Imo. & Alex. hic, & dicit d. Alex. ꝙ ad hoc iſte tex. fortè non reperitur alibi, & ſic patet ſm̃ eum, ꝙ iſte tex. non procedit, quando hæreditas non eſſet lucratiua, ſed damnoſa, vt l.ſi ſeruus legatus.§. Stichum. de leg. 1. & l.ſi hæreditatē. in prin.ſ̃. man. & iſta eſt magna reſtrictio ad iſtum text. Tu aduerte dum Bar. tenet, ꝙ in iſto tex. hæres ex perſona defuncti prætendit cauſam lucratiuam, non intelligas, ꝙ prætendat cauſam lucratiuam in ipſo ſeruo, quem manumiſit, vt intellexit Ang. & malè, quia reuera iſte ſeruus nō peruenit ad hæredem ex cauſa hæreditaria, quia iſto modo fuiſſet teſtatoris, & non potuiſſet manumitti per hæredem, vt in glo. vnde intellige, ꝙ hic ſeruus erat proprius ipſius hæredis, ſed habuit à defuncto alia lucra hæreditaria, vt etiam intellexit Imo. hic. Item aduerte, ꝙ ſecundum ſolutionem Bar. non procedit æquiparatio inter occiſionem ſerui, & manumiſſionem, imò eſt differentia, quia ſi occidit illicitè, indiſtinctè tenetur, ſiue prætendat cauſam lucratiuam ſiue non, ſed in manumittente tunc tenetur, quando prætendit à defuncto cauſam lucratiuam, aliàs ſecus, iſtud non vr̃ bene dictum, quia tex. iſte æquiparat occiſionem, & manumiſſionem, ſicut etiam facit in l.ſi mihi.j̃. de ſol. Item ſecundum Cuma. ratio Bar. non eſt bona, nam licèt hæres prætendat cauſam lucratiuam, certè etiam ipſe legatarius in legato prætēdit cauſam magis lucratiuam, vt l.ſi legatarius. de leg. 3. & l. ſi hr̃ditatem. in prin.ſ̃. man. ergo cū hæres culpa careat, debet eſſe melior conditio poſſeſſoris, vt dicit text. in §. ſequitur. in fi.j̃. ea. l. & ſic debet liberari hæres cùm ſit ignorans. Sed ad hoc poteſt clarè reſponderi, vt etiam dicit Alex. ꝙ non eſt par cauſa, ex quo legatarius in re ſibi legata habet voluntatem defuncti pro ſe, ſed hæres non habet, vnde putat Cuma. & bene, & eum etiam ſequitur Bexu. quicquid dicat d. Alex. nō eſſe faciendam differentiam, an præcedat cauſa lucratiua, vel non, quia iſte tex. non fundat ſe in cauſa lucratiua, ſed poteſt dici, ꝙ hæres, qui manumiſit, primò fecit facto ſuo quominus dare poſſit, vnde non vr̃ iuſtum, ꝙ liberetur facto ſuo, vt §. nunc videamus.j̃. ea. l. Item iſte, qui manumiſit, licet ignoraret ſeruum alteri debitum, tm̃ manumittendo voluit de ſuo donare libertatē ſeruo, ideo æquius vr̃, ꝙ iſta liberalitas, magis videat̃ facta per ſe quàm in damnum legatarij, ideo tenetur ſibi ad æſtimationem, tamen ſecundum d. Alex. ſi iſtud ſciuiſſet, non manumiſiſſet, ne duplici onere grauaretur. ſed pro intel. tu adde bonum tex. in l.quidam ita.§.ſi quis filium.ſ̃. ad Treb. vbi text. ponit ſimilem caſum, ſed in fortiorib. terminis quàm hic, quia ibi teſtator prohibuerat codicillos aperiri in vita filij, & ſic filius manumittens fuerat in bona fide manumittendi, & tamen ſorori legatariæ debet præſtari æſtimatio talis ſerui, & rationem ibi aſſignat tex. ne factum eius alteri damnum afferat, imò fortius decidit ibi tex. ꝙ hæredes filij manumittentis tenebuntur ſorori legatariæ, non ſolùm ad æſtimationem ſerui manumiſſi, ſed etiam ad æſtimationem alterius hæreditatis, in qua ſeruus manumiſſus fuit hæres inſtitutus, quæ hæreditas fuiſſet quęſita legatariæ, ſi ſeruus nō fuiſſet manumiſſus, & ſic pondera, quòd ibi non poteſt conſiderari, quòd hæres habeat cauſam lucratiuam, cùm teneatur etiam ad alteram hæreditatem vltra æſtimationem ſerui manumiſſi. Vnde conclude mirabiliter, & tene menti perpetuò, quòd debitor probabiliter, & iuſtè ignorās ſe eſſe debitorem, & faciens actum licitum manumiſſionis, tamen tenetur ad æſtimationem, ex quo facto ſuo licet probabili res deſijt eſſe in commercio noſtro, & ſic non poſſet dari. ita eſt tex. mirabilis in iſto ver. de illo, & in d.l.quidam ita.§. ſi quis filium.

SVMMARIVM.

1 *Si res deſiit poſſe præſtari, non poteſt mora purgari.*
2 *Qualiter intelligatur conſtitutio vetus diſponens, culpa debitoris perpetuari obligationem.*
3 *Purgatio moræ permittitur ex æquitate contra rigorem iuris.*
4 *Errant, qui ſequuntur ſubtilitates iuris, & diſcedunt ab æquitate.*
5 *Subtilitas veritatis inueſtigatiua commendatur à iure.*
6 *Vltima mora nocet, fallit vt infra nu. 7.*
8 *In pari cauſa potior eſt conditio poſſidentis, qui ſe defendit.*
9 *Doctor antiquus non debet dedignari ſequi ſententiam adoleſcentis.*
10 *Perpetuatio moræ quos effectus operatur.*
11 *Purgatio moræ quos effectus operatur.*
12 *Si duo promiſerunt ſe non offendere ſub pœna, & ſe ſemel offendant, ita quòd non apparet, quis primò offenderit, neuter tenetur ad pœnam.*

1 **§. Sequitur.** † Si res deſijt poſſe præſtari, non pōt mora purgari, aliàs ex æquitate permittitur, & vltima mora nocet, & in pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis, qui ſe defendit. h.d. vſque ad §. nūc videamus & iſte §. eſt clauis, & fundamētum in materia purgationis moræ ſecundum Bal. hic. ¶In text. ibi, expeditum intellectum habet. Pau. de Caſt. & d. Alex. intelligunt iſtum text. quando promiſſor occidit ſpeciem promiſſam, & ſic res deſiit eſſe in rerū natura, tu gñalius intellige text. prout iacet, ſi promiſſor fecit, quominus ſoluere poſſet.ſ. occidendo, vel manumittendo, vel aliter eximendo à commercio, tunc quia non poteſt oblatio fieri, & ſic res promiſſa dari propter culpam promiſſoris, ideo non eſt tractandum de purgatione moræ, cùm illa fiat per oblationem, & tunc oblatio fieri non poteſt. vnde Bar. generaliter no. ex iſto tex. ꝙ mora in faciendo cōmiſſa non purgatur. ¶In tex. ibi, hic hæſitatur. & cauſa hæſitationis eſt, quia ſi debitor ſemel fuit in mora tradendi, acquiſitum eſt creditori ius perpetuationis, vt per interitum rei non extinguatur obligatio, vnde non videtur, ꝙ reus poſteà offerendo poſſit creditori præiudicare, & alterare naturam, quam obligatio ex eius culpa acquiſiuit. & iſtud eſt verum de rigore iuris, ſecus de æquitate, quæ in hac materia attendi debet, & quia in pari cauſa melior de-
2 bet eſſe conditio rei, vt habes in litera. ¶ † Not. 1. ꝙ conſtitutio vetus diſponens culpa debitoris perpetuari obligationem, intelligitur dupliciter, vel quando culpa fecit, ne poſſet ſoluere.ſ. occidendo, manumittendo, vel aliter eximēdo à commercio noſtro. Secundò quando moram commiſit, & ſic vides, quòd culpa, & mora æquiparantur quantum ad perpetuandum obligationem. intellige tamen re perempta perpetuari obligationem vtiliter, & non directè, nam obligatio directa non poteſt ſtare ad impoſſibile, vt teneatur ad rem peremptam, ſed datur
3 vtilis, vt l.qui ſeruum.j̃. eo. ¶ † Secundò not. ꝙ purgatio moræ permittitur ex æquitate contra rigorem iuris, ex quo collige duo. Primò ſecundum Cuma. hic melius probari in iſto text. quàm alibi in iure, quòd ſtatutum licèt generaliter loquatur, tamen recipit reſtrictionem, & limitationem ab æquitate, de quo per Bar. in l.omnes populi. in 5. q. prin. de iuſti. & iu. Secundò ex hoc colligit Imo. ꝙ vbi in materia purgationis moræ ſunt opiniones, illa eſt ſequenda, quæ magis adhæret æquitati. Adde bene facere, quòd quando prima opin. ſapit æquitatem,
a ſecunda merum iuris rigorem, prima opin.[a] in dubio cenſetur approbata. glo. eſt in l.ſi cum exceptione.§. ſed & ſi quis. in glo. fin. in ver. omnimodo.ſ̃. quòd met. cauſa. per quam gl. ita tenet Are. in conſi. 162. quod incip. diligenter, & maturè diſcuſſis. in 7. col. & ita limitatur regula, quæ habet, quòd in dubio vltima opin. cenſetur approbata, vt not. Bart. in l.bona fides. ſup. depo.
4 ¶ † Tertiò pondera egregium tex. ibi, in quo genere plerunque ſub authoritate iuris ſcientiæ pernicioſæ erratur. ſecūdum Pet. de Bellaperti. Ang. Imo. Cum. & d. Alex. ꝙ errant, qui ſequuntur ſubtilitates iuris ſtricti, & diſcedunt ab æquitate, & ideo cauere debet Doctor & aduocatus, ne iuris rigorem ſequatur: nā potius debet æquitatem ſequi. & dicit Cuma. hic, quòd iſte tex. ſemper eſſe deberet in oculis iudicare debentium. nam pleriq;

captioſi

ADDITIO.

a [a] Prima opi. De quo vide eundem Iaſ. in l.filio pater. nu. 8. ff. de lega. 1. vbi in apoſtil. & in l.j.§. & poſt operis. nu. 12. ff. de ope. no. nun.

captiosi nolunt discedere ab aliqua regula generali iuris, cùm tamen interpretanda sit per æquitatem, per quam solùm potest à regula iuris discedi. Tu aduerte *licèt omnes ita no.* ex hoc
* tex. tamen iste tex. posset retorqueri ad oppositum, cùm istud specialiter disponat in hac materia purgationis moræ fundata super bono, & æquo, vt dicit tex. ergo secus videtur in alia materia. Sed adde solennem text. & meliorem de iure in l. ij. §.itē Varus.in fi.ꝭ.de aqua plu.arcen.vbi pulchrè dicit tex.hoc æqui tas suggerit, etiam si iure strícto deficiamus, qui text.est ad hoc valde sing.secundum Bal.ibi, in fi.& de ista materia, quando attendi debeat æquitas, & quando rigor, habetur per omnes in l. j.C.de legi.& in l.placuit.vbi dixi.C.de iudi.& ad istum text.qui dicit, ꝙ ex nimia iuris subtilitate plerunque erratur, adde text. in c.dilecti.vbi Cano.de iudi.& ibi Bald. ad hoc no. & addit, ꝙ magis reprobatur nimia grossities.l.fin.C.de hære.insti.quia nimia subtilitas tendit ad perniciem.l.sed hæc nimium scrupulosa sunt.ꝭ.de excu.tut. sed nimia grossities est quædam ineptia, quæ adhuc magis à iure reprobatur, vt ibi per eum, & ꝙ subtilitas perniciosa reprobetur à iure, adde tex.in c.abbate sanè.§. fi.vbi Gem.ad hoc no.de re iud.in 6. Item hæ subtilitates à iudicib.non admittuntur. dicit tex.in l. sicut.§.si debitori.in fin.ꝭ. quib.mod.pig.vel hypo.solu. Item nimiæ subtilitates ludibriū appellantur.l.vnica.vbi Bald.ad hoc no.C.de indi.vid.tol.item Bald.in rub. de postu. præla.in 3.col.exclamat contra nimiam subtilitatem, quia realitatem vulnerat. Item bene not.& signa, ꝙ in interpretanda voluntate testatoris propter nimiam subtilitatem sæpe erramus, quia testantis animum non videmus secundum Bal.no.in l.precibus.in 7.col.C.de impube.& ali.substi.Item prædictis adde tex.in l.cùm quidam.in ver.subtili reuerentia. C.de fid.instru. quem Bald. ibi reputat valde no. contra habentes conscientiam nimium subtilem, ꝙ non excusentur à
5 damno pecuniario, licèt excusentur à dolo.¶†Limita, quando est subtilitas veritatis inuestigatiua, quia illa à iure commendatur.c.Capellanus.& ibi glo.fin.& d.Abb.ad hoc.not.de fer. & c. licèt causam.in ver.subtiliter inquirentes.& ibi d. Abb.in 2.col. ad hoc no.de proba.& distingue in hac materia, vt per Abb.in
6 d.c.dilecti.in 3.col.de iud. ¶† Quartò not. ex hoc tex. reg.quæ quotidie allegatur, ꝙ vltima mora nocet. ad idem. l.illud.sup. de peri.& com.rei ven.& l.semel mora.ꝭ. sol.mat. & in l.si per emptorem, & ibi glo.supra de act.empt.item adde tex.in l.prætor.§.si aliquando.qui est.§.pen. & ibi Ange.& alij no. supra de oper. no.nun. vbi etiam habes, ꝙ vltima negligentia nocet, & absorbet præcedentem.& dicit ibi Bald. quòd magni Doct. alleg.illum.§.ad hoc.Item ad istam regu.adde, ꝙ sing.decidit Inno.in c.calumniam.de pœ.vbi ponit singu.decisio.de actore, & reo citatis ad certum terminum, quòd si in termino comparuit actor, & illicentiatus recessit, si post terminū cōparet reus, & accusat cōtumaciam actoris, poterit condemnari actor reo in expensis, quia videntur duo præcepta fuisse facta partibus ad certum terminum citatis: vnum, quòd compareant, aliud quod in termino compareant, vt in c.cùm dilecti.de do.& cōtu.& l.Celsus.§.j.supra de arbi.vnde reus comparendo post terminum purgat moram primam, & dato etiam quòd actor cōparuerit in primo termino, tamen posteà, quando debuit adesse, non fuit præsens altera parte præsente, & sic fuit in vlt.mora, & vltima mora est, quæ nocet, quod valde teneas cordi in practica.refert, & pro sing.simpliciter sequitur d.Alex.in consi.
7 72.3. vol.incip. videtur prima considera. colum.2. ¶ † Limita istam reg.tripliciter. Primò, vt procedat respectu eiusdem personæ, secus est respectu diuersarum, vnde mora vltima rei principalis non nocet fideiussori, qui prius constituit creditorem in mora ei offerendo.tex. est singu. in l.mora.in 2.respon.supra eod.& ibi Docto.præsertim Pau.ad hoc not.¶Secundò singulariter limita fauore reipublicæ, vnde si respu. aut Rex obtulit congruo tempore militibus, vel Doctorib. salariatis suum stipendium, & illi nollent accipere, & sic fuerint in prima mora, licèt posteà interpellent rempublicam, illa nō tenetur amplius dare, & sic prima mora nocet.text. est not. in l.fortissimi. & ibi Barto.ad hoc no.& in l.nulli.C.de erog.mili.anno.lib.12. & dicit dom. Alexan. quòd qui nesciret illum text. de facili responderet contrarium.¶Tertiò limita, quando stat per eum, in cuius persona debet conditio impleri, vt non impleatur, habetur pro impleta, licèt posteà interpellet aduersarium, vt conditionem impleat, non tenetur, quia sufficit, quòd solo momento conditio fuerit habita pro impleta.l. si quis hæredem. C. de institu.& substitu.ita limitat Bald.in l.j.ad fin. C. eod. de quo dic, vt hic plenius per dom. Alexan. ad quem te remitto. ¶Quid autem si simul eodem tempore mora contrahatur per creditorem & debitorem, vt cùm esset dies soluendi, & simul obuiassent, dixit debitor, nolo dare Stichum, & creditor dixit nec ego volo accipere? tenet Ang.hic ad fin.quòd mora creditoris præponderat, per l.si per emptorem.j.respon.supra de actio. empt.Item quia vbi creditor, & reus non comparent in termino citationis, & sic quilibet est in mora, præponderat mora creditoris, & sic circunducitur edictum.l. & post edictum. §. circunducto.supra de iudi.melius facit text.in c.1.de do.& contu. in 6.idem tenent Imo.Cuma.& dom.Alexan.hic, sed tu caue, quia non est facta interpellatio nec obligatio, ergo nec mora. tamen Ange. loquitur, quando erat dies soluendi, quæ inter-
8 pellat.¶† Quintò no.ex isto text.ad fin.ibi, & par vtriusque causa sit, ꝙ in pari causa potior est conditio possidentis, qui se defendit.adde.l.cum par delictum.ꝭ.de reg.iu.& in l.in trib. supra de iud.& in c.quòd autem.de iure patro. & sic pondera, quòd quando reus fuit in prima mora, & creditor in secunda, hic videtur par causa. de quo dicetur. ꝭ. Intellige nisi vna culpa esset in negligendo, & alia in faciendo. nam illa, quæ est in faciendo præponderat, vt est glo.in l.si mora.vbi latè dixi, supra sol.mat.
9 ¶† Vltimo, vt nihil omittatur de isto text.pondera, quòd Iulianus, & Paulus Iurisconsulti non sunt dedignati sequi sententiā Celsi adolescentis, ideo facit secundum Imo. & Alexan. quòd
a Doctor antiquus [a] non debet dedignari sequi sententiam Docto.iuuenis bene dicentis. Tu vltra eos adde tex.no.24. quæst. 3.in c.si habes.& est text.sancti Aug.vbi diuus Augu.dicit, ego senex, & Episcopus tot annorum non solùm à iuuene, sed etiā ab anniculo paratus sum doceri.& text.38. distin.c.nullus Episcopus, quod est fi.& tex.no.in l.potioris. C.de offi. rec. prouin. & glo.in §.ordinatione.in ver.tempus. in Auth. de mona. quæ glo.not.& argu.pro nouissimis Doctorib. & glo.no. in l.j. C.de annonis ciui. lib.11. quæ vult ad literam, quòd scholares optimi facilius aduocantur, quam insufficienter Doctores, & dicit glo.in l.vnicuique.C.de proxi.sac. scri.lib.12. quòd non sufficit
b diu studuisse, sed bene.tamē bos senior [b] grauius figit pedem, vt inquit diuus Hieronymus contra Augustinum, & plus valet vmbra senis, quam gladius, vel eloquentia iuuenis.ita not. Bald.in c.1.per illum text.de renun.in l. cùm antiquiorib. C.de
10 iure delib.¶†Glo.2.in ver.perpetuari.no.bene istam glo.quòd perpetuatio, quæ fit propter moram debitoris, operatur solùm effectum respectu interitus, vt perempta specie debitor non liberetur, non autem perpetuetur respectu temporalis actionis, & si actio propter moram debitoris non efficitur longioris vitæ aut temporis, quàm prius erat, & sic mora perpetuat contra cursum naturalem mortis, sed non contra cursum ciuilē temporis, quod bene no.& sic verbum perpetuari, non accipitur hic, vt aliàs accipitur in materia præscriptionum, in l. cùm notissimi.§.sed & si quis.vbi glo.& in l.fin.C.de præscrip.30.vel 40.ann.& in l.nam posteaquam. §. si is, qui temporali. in versi.
11 post litem, vbi declaraui.supra de iureiu. ¶ † Extra glo. Barto. quærit, an purgatio moræ operetur duos effectus, scilicet purgationis moræ, & etiam constituendi creditorem in mora, concludit, quòd sic per l. si per emptorem. in prin. & §.j. supra de act.emp.& l.illud.in ver. posteriorem moram.supra de peri. & commo.rei ven.nam non noceret, si constitueret in mora, vtilitas est, quia si creditor constituatur in mora, debitor non tenebitur de negligentia commissa in non colendo fundum, & sic non tenebitur de leui & leuissima, sed solùm de dolo, & lata culpa, vbi aliàs teneretur, si actor non esset in mora constitu-
* tus. cum *Bar. tenent omnes excepto.* Ange. qui tenet contrarium, per tex.in l.qui decem.in prin.ꝭ.de sol. qui tex. potius facit pro, vt ibi declarat Bar.quia loquitur in debitore quantitatis, vel generis, qui tenetur de periculo casus fortuiti. l. incendium. C. si cer.pet.& mora creditoris liberat eum à casu fortuito, quamuis debitor ante fuisset in mora, vt ibi in ver. quanquam aliqñ. sed in debitore speciei, qui non tenetur de casu fortuito, sed de leui culpa, mora debitoris causata per oblationem liberat debitorem à leui culpa, & facit teneri de dolo, & culpa, ita loquit̄. d.l.si mora.tu aduerte ꝙ ꝯ Bar.& Doct. vr̄ facere iste tex.in fin. vbi dr̄ esse in pari causa, qñ reus fuit in prima mora, & creditor in secun-

ADDITIONES.

a Antiquus.Adde, ꝙ turpe est Doctori, si à scholari consilium petat, teste eodē Ias.in l.prætor ait.§.prætor ait.in prin.ff.de eden.& in l.si quis ex argentarijs. §.pen.eo.titu.secus, si Doctor Doctorem consulat, quia turpe non est, teste Cag.in l.2.ver.nuncij auditores. nu.513.de orig. iur. Qua in re non putarem facien.esse vim, si eruditus, & studiosus esset scholaris. arg.no. per eundem Ias.in l.cùm quid.j.lect.col.3.ff.si cer.pet.Rebuff.trac.priuile.scho.50. priuile. MASVER.

b Senior.Adde, ꝙ antiquiores præferuntur iuniorib.& vide Alex. in l.cū quid. supra si cer.pet.& quæ ponuntur in l.Gallus.in prin.ꝭ.de lib. & posth. Dec.in c.clerici.de iud.vbi plura de Doct.quomodo vnus alij præferri debeat, & q.d in lectore, vide ibi. Quid de licentiato, & dic, ꝙ qui primò fuit licentiatus. deinde doctoratus, præfertur omnibus, qui medio tempore ad doctoratum sunt assumpti, teste Por.lib.5.conclu.22. MASVER.

in ſecũda,& ſic cõpenſatur vna mora cum alia, & dicere pro-
ut dicit Bar. ꝙ iſta lex ſuppleatur per alias, certè iſtud non eſt
ſupplere,ſed deſtruere, quia ſupplendo, vt facit Bart.non eſſet
in pari cã, vt dicit tex. Item abſurdum vř,ꝙ oblatio,& ſic idem
actus debeat operari purgationem moræ debitoris, & ẽt con-
ſtituere debitorem in mora,ꝯ ea quæ in ſimili vult Bart. & alij
12 in l. quoties in diem.ſ.eo. ¶ † Vltimò per iſtum text.in ver.par
vtriuſque.decidit Bar. q. ꝙ ſi duo promiſerunt ſe nõ offendere
ſub pœna, & ſe ſimul offendant, ita ꝙ non appareat, quis pri-
mo offenderit,neuter tenetur ad pœnam, ſed inuicem offenſa,
& iniuria ꝯpenſatur.cũ Bar.tenent cæteri oẽs indifferenter, *&*
* *ita ſe habet cõis opi.* ſm Alex.tu aduerte,ꝙ iſte tex.nihil facere vř,
quia hic bene apparet,quę fuerit prior mora,& quę poſterior,
ꝙ non eſt in q.Bar.& ſi dicas,Bar.ponderat text.vt dixi in verſi.
par vtriuſque cã.aduerte, ꝙ Bar. met.ſ.in præced.q. cum quo
alij tenent,dicit,ꝙ iſte tex. ſuppletur per alias leges, & ſic ꝙ nõ
ſit par cauſa,ex quo per obligationem debitoris nõ ſolùm pur-
gatur eius mora, ſed etiam creditor conſtituitur in mora præ-
terea dato,ꝙ in hoc tex. eſſet paritas in effectu,tñ conſtabat de
prioritate moræ,ꝙ non eſt in q.Bar. vnde melius facit alius tex.
alleg.per Bar.in l.cùm pater.§.libertis.ver.ſed hoc ita,vbi etiam
Bar.in fi.ad hoc no.de leg.3.ad idem adhuc facit melior tex. in
l.ſcientiam.§.ſi cùm ſtramenta.ſ.ad l.Aquil.quem tex.alleg gl.
quæ idem tenet in l.j.§.cũ arietes. ſ.ſi quad. pau. fec.dica.& ibi
Bar.cum alijs concord. traditis per Alexan. & vltra cum adde
Abb.in c.1.in 1.col.de treu.& pa.Ang.& Ludo.in l.fi. §.j.de eo,
per quem fac.erit.

SVMMARIVM.

1 *Mora principalis debitoris perpetuat obligationem fideiuſſorum.*
2 *Mora fideiuſſoris perpetuat obligationem contra ſe,& contra ſucceſſores ſuos,& fideiuſſores ipſius.*
3 *Mora filij perpetuat obligationem contra patrem, qui cenſetur quaſi acceſſorius.*
4 *Diſpoſita in fideiuſſore an habeant locum in quaſi fideiuſſore.*
5 *Negotiorum meorũ geſtor,qui ſine mandato negotia mea adminiſtrat, poteſt interpellare debitorem meum, & eum in mora conſtituere, & perpetuare obligationem, vt de interitu ſpeciei teneatur.*
6 *An procurator conſtitutus ad agendum,vel procurandum poſſit conſtituere debitorem in mora.*

§.Nunc videamus. Mora principalis debitoris ꝑpetuat obli
gationem quo ad ſe,& fideiuſſores, & ſucceſſores. Mora vero
fideiuſſoris perpetuat quo ad ſe,& eius fideiuſſores,& ſucceſſo-
res. Item mora filij perpetuat obligationem etiam ꝯ patrem
1 obligatum,quod iuſſu.h.d.vſque ad §.fi. ¶† No.primo,ꝙ mo-
ra principalis debitoris perpetuat obligationem fideiuſſorum,
vt hic,& l.mora.ſ.eo. Item mora defuncti perpetuat obligatio
nem hæredis,qui cenſetur eadem perſona.in Auth. de iureiu.à
mo.præſti. in prin. item mora filij perpetuat obligationem pa
tris,vt hic,& l.cùm filiusfa.in prin.ſ.eo. Primum amplia,vt pro
cedat etiam hodiè de iure Auth. quo iure quo ad obligationẽ
nihil eſt immutatum, & fideiuſſor in omnem cauſam ſpopon
diſſe vř,vt hic dicit tex.ſed bene eſt immutatum in modo exe-
quendi,quia ſpecie perempta poſt moram principalis debito-
ris fideiuſſor bene remanet obligatus ſed non poteſt perueniri
ꝯ eum,niſi prius excuſſo principali. Auth.præſente, & in cor-
pore vnde ſumitur.C.de fideiuſ.ſm Bar. *& communiter alios* ex-
cepto Ang.qui malè dicit. ¶ Limita primò.niſi fideiuſſor prius
conſtituiſſet creditorem in mora ei offerendo, tunc ꝯñs mora
rei principalis non noceret fideiuſſori.tex.eſt ſing. in l. mora. 1.
reſpon.ſ.eo. ¶ Secundò limita,quo ad princi.fideiuſ. ſecus,quo
ad alium fideiuſſorem datum à primo fideiuſſore, quia fideiuſ
ſor fideiuſ.mei non dř fideiuſſor meus,ſicut nec ſocius ſocij dř
ſocius meus. l. nam ſocij.ſupra pro ſoc. ideo mora principalis
non perpetuat quo ad ſm fideiuſſorem primi fideiuſſoris, ſm
2 Ang.Pau.& d.Alex.hic,quicqd hic teneat Imo.& malè. ¶† Se-
cundò no.ex hoc tex. ꝙ mora fideiuſſoris perpetuat obligatio-
nem ꝯ ſe,& ſucceſſores ſuos,& fideiuſſores ipſius,intellige iſtũ
tex.hodie procedere in caſibus,in quibus fideiuſſor poteſt con
ueniri ante principalem excuſſum, & ſic poteſt in mora con-
ſtitui,vt quia renunciauit beneficio.d.Auth. præſente. vel quia
certum eſt prin.non poſſe conueniri, vt per gl. & Doct.in l.de-
* cem.j.eo.ſecundum Bar. *& alios omnes hic.* ¶ Adde facere,ꝙ qñ
fideiuſſor intercedit pro naturaliter obligato,non eſt ibi neceſ-
ſaria excuſſio,quia fieri non poteſt ſecundum Bald. in l j.col.7.
ad fi.C.de conue.fiſ.debi.lib.10 facit,ꝙ vult Bar.in l.3.§.ſi is pro
* quo ad fin.ſ.quod quiſque iu. *Licèt omnes nemine diſcrepante ita*
*teneant,*tamen aduerte, quòd text. in d. Authen. præſente. lo-
quitur de conuentione in iudicio, quia fideiuſſor non po-
teſt in iudicio conueniri ante principalem excuſſum, ſed cul-
pa, vel mora de qua loquitur iſte text. contrahitur per in-
terpellationem extraiudicialem. glo. in l. qui Romæ. §. cohæ-
redes.in ver. teſtato. infra eo.cum multis concor.quas adduxi
in l.ſi ex legati cauſa.ſ.eo.niſi ſaluando Bart.& Doct. diceres,ꝙ
ſi per interpellationem extraiudicialem poſſet ante reum fide-
iuſſor in mora conſtitui, ſi poſteà res debita periret,ſolus fide-
iuſſor teneretur,quia liberatus eſſet principalis, vt eſt text. in l.
mora.ad fin. vbi dixi. ſ. eo. ideo quia hoc tenderet ad effectum
exactionis,vř dicendum,ꝙ hodie fideiuſſor non poſſit in mora
cõſtitui ante principalem excuſſum niſi in caſibus.Bar.& ſimi-
3 libus. ¶† Tertiò no.in ver.an filiusfa. ꝙ mora filij perpetuat ob
ligationem contra patrem, qui cenſetur quaſi acceſſorius, vt
dicit tex.& aduerte ſecundum Bar.& alios, ꝙ quando pater te-
netur ꝙ iuſſu tanquam interceſſor, vel de peculio tanquam
fideiuſſor,non habet beneficium.d.Auth.præſente. ꝙ prius cõ
ueniatur filius, quia illa Auth. loquitur in fideiuſſore, & aliud
eſt iubere, aliud fideiubere vt dicit tex.in l.j.§.ſed & ſi.ver.quid
ego.ſ.quod iuſſu.& ita etiam tenet Barto.in l.cùm filiusfam.in
prin.ſ.eod.facit,quod vult glo.no.in l.iij.§.ſi filiusfam. in ver.&
4 non puto.vbi Doct.ſ quod quiſque iur.† quæ vult,ꝙ diſpoſita
in fideiuſſore,non habent locum in quaſi fideiuſſore,vt eſt pa-
ter,vt hoc text. in verſi. quaſi acceſſionem. Aduerte tamen ad
fundamentum Bar.dum dicit,ꝙ illa Auth. loquitur in fideiuſ-
ſore,& aliud eſt iubere,& aliud fideiubere.iſtud fundamentum
Barto.non eſt bonum,quia text.vnde ſumitur.d. Auth.præſen-
te.ſcilicet in Auth.de fideiuſſ.in prin.loquitur in fideiuſſore,mã
datore ſponſore. & in omnib. locum habet, & tamen manda-
tor dicitur iubere.tex.eſt in l j.§ ſed & ſi mandauerit. ſup.quod
iuſſu. ¶ Glo.in ver.cauſam.Iſta glo. opponit contra text. quòd
ſit defectiuus, quia non eſt plenè proſecutus hanc materiam,
quia ſolùm dicit ex parte debitoris, & ſic paſſiuè,cuius mora
perpetuat obligationem,& contra quos, vt habes in text.& in
glo. & non dicit ex parte creditoris actiuè, cuius interpellatio
conſtituit in mora, per quam inducitur perpetuatio obligatio
nis, vt debitor de interitu ſpeciei teneatur, & iſtud ſupplet ea.
glo. in 2. parte ibi, èccontra perpetuat.enumerando tria genera
perſonarum. Primò interpellatio principalis creditoris, & de
hoc non eſt dubium. Secundo procuratoris. & hoc etiam eſt
planum, ſi eſt ſpecialis,idem ſi generalis ad negocia.l. actione.
§.renunciare.ſ. pro ſoc.quia habet poteſtatem recipiendi ſolu-
tionem,& tunc etiam ſi interpellat,quod ſoluatur ſibi procura
tori,conſtituit debitorem in mora, ſecus eſt in procuratore ad
5 iudicia,& ſic ad litigandum,vt ſtatim dicam.j.poſt Bar † Ter-
tio interpellatio negociorum geſtoris. Not. iſtum tertium ca-
ſum,ꝙ negotiorũ geſtor meus,qui ſine mandato negotia mea
adminiſtrat,poteſt interpellare debitorem meum, & eum in
mora conſtituere, & perpetuare obligationem, vt de interitu
ſpeciei teneatur,per l.ſi quis ſolutionis.§.fin.ſupra de vſu.quod
intelligit Bart. eſſe verum duob.concurrentib.primò, quando
interpellat, quod ſoluat domino,cuius negocia gerit, non vt
ſoluatur ſibi, quia non habet mandatum, & ſic ſibi ſolui non
poteſt,vt iurib.alleg.per Bar.ſecundò,quod debitor,& creditor
ſint eiuſdem fori, ita quòd debitor teneatur ire ad domum cre
ditoris,aliàs ſecus,per no.in l.item illa.in prin.ſupra de conſtitu.
pe.& cum Barto.tenent alij excepto Cuma.qui tenet opin Ri-
car.Malum.relatam per Barto.& non bene,& doctri.Barto.vi
detur eſſe ſatis æqua,& rationabilis. Tu aduerte,quòd glo.alle-
gat pro ſe text ineuitabilem in d.l.ſi quis ſolutioni.§.fin. vbi ne-
gotiorum geſtor interpellando conſtituit debitorem in mora,
& perpetuat obligationem contra eum, & text. ibi tollit obie-
ctionem,quæ poſſet fieri in oppoſitum, quod per liberam per
ſonam carente mandato non poteſt alteri quæri obligatio. re-
ſpon.quòd per interpellationem negotiorum geſtoris non ac-
quiritur aliqua obligatio de nouo creditori, quia antea ſibi de-
bebatur,ſed bene additur qualitas,quia interpellatio perpetuat
obligationem iam competentem,ſicut qui furtum mihi faciẽ
tem deprehendit,negotium meum gerens, addit qualitatem,
quia facit mihi competere actionem furti, cum iſta qualitate
manifeſti,& ſic addit qualitatem facto,ex qua qualitate maior
pœna imponitur,non autem actionem de nouo quærit, & ſic
ibi eſt egregius text. quòd licèt per liberam perſonam caren-
tem mandato non poſſit alteri acquiri obligatio, nec actio de
nouo,tamen obligationi iam acquiſitæ bene poteſt addi qua-
litas. & iſtam etiam rationem aſſignat text. in l. prohibere. in
prin.ſupra quod vi aut clam. vbi ſimiliter dicit text. nec quem
moueat, quod per liberam perſonam nobis actio quæri non
ſoleat, quia omnino illud interdictum competebat ex capite,
quod clam, vnde additur qualitas ex capite, quod vi. ſicut
etiam dicit Barto.met in l. ſi pro me. infra de ſolutio. & iſta eſt
melior

melior ratio ad illum text.quàm illa,quam assignat Bart. hic, ꝙ ibi intimatio fiebat ei, à quo solùm requirebatur abstinentia.Facilius.n.est inducere qualitatem quàm substantiam, vt dicit glo.notabilis in l.talis scriptura. in glo.fin. circa fin.s̄.de leg. 1. Item facilius est ius quæsitum conseruare adiecta illa qualitate, quàm de nouo producere.l. per procuratorem. supra de procu.& in reg.l.patre furioso.s̄.de his,qui sunt sui,vel alie.iur. ista est propriè,& fundamentalis ratio Iurisconsul. in vtraque. l.tam in d.l.si quis solutioni.§.fin.quàm in dicta.l. prohibere.in princ.¶Per illum text.in dicta.l. si quis solutioni.§.fin. ita inductum,& declaratū,tollo quatuor solutiones Doctorum, quæ dantur ad illum text.Prima Ricar.Mal.relata per Bart.quòd loquatur in negotiorum gestore, qui legitimè gerebat,vt est tutor,curator,& similes. ista solutio nullatenus potest stare ad illum text.quia isti ex necessitate officij possunt acquirere, & stipulari pupillo, vel adulto.l. quoties.s̄. de admin. tut.& l.eum, qui.§.si actori.& §.seq.s̄.de constit.pec.glo. in §.si quis alij.inst. de inutil.stipul.& in l.stipulatio ista.§.si stipuler,& ibi Bart.in 2. fallen.s̄.eod.& sic non procedit obiectio, nec solutio illius tex. & sic de talibus nullatenus potest intelligi text. ille.Similiter nō valet alia solutio Petr.de Bellaper.relata per Bart.quod ille tex. procedit ratihabitione domini secuta, nam ratihabitio trahitur retro,& æquiparatur mandato.l.fin .in prin. C. ad Maced. & ca. pen. de sen.excom.in 6.in regula ratihabitionem.de reg. iur. in 6. Item dominus ratum habens dicitur facti auctor, vt est text.solennis in l. supra iter. §.Cassius. ad fin. supra de aqua plu. arcen. ergo non esset ibi ratio, quia solùm mutatur qualitas,& non acquiritur obligatio noua,vt ibi dicit text. Similiter nec tertia solu.Barto.quòd creditor, & debitor erant eiusdem fori, & sic debitor tenebatur accedere ad domum creditoris, & interpellatio negotiorum gestoris ibi erat, quod solueret domino.nam tex.ibi non fundat se in istis,nec de istis facit mētionem,sed solùm,quia non acquiritur noua obligatio,sed additur qualitas.Similiter etiam non valet quarta sol.Cum.ꝙ ille text. loquatur in negotiorum gestore præsentis,qui videtur habere mandatum,vt not.in l.1.C.de neg.gest.nam cùm ille tex. multum generaliter loquatur,potest isto modo intelligi secūdum eum,sed certè est diuinatio, & nimia restrictio ad illum text.nec text. ibi fundat se in aliqua præsentia, sed in sola mutatione qualitatis, & sic cùm ibi sit text.apertus pro glo. nescirem ab ea recedere. facit etiam, quòd ad constituendum quē in mala fide,vt teneatur ad vsuras & interesse denunciatio cuiuscunque etiam negociorum gestoris sufficit. text. est in l. itē veniunt.§.petitam.in versic. à quo.supra de peti.hæred. allegatus in glos.fateor tamen,quod æqua videtur modificatio Bart. & Doct.per alias.ll. per eum alleg.

6 ¶† Extra glos.quærit Barto. an procurator constitutus ad agendum, vel procurandū possit constituere debitorem in mora, & tenet, quòd si debitor confiteatur debitum nolens litigare, & paratus soluere,euitat moram per l.si domus.§.qui confitetur.supra de leg.1.& in l.si reus paratus. supra de procu.aliàs si velit litigare, & dominus sit alterius fori, talis procurator lite contestata contra debitorem resistentem constituet eum in mora. l. nemo rem suā vtiliter.§.fin.supra eod.quæ mora durabit quousque duret, iudicium, & sic secundum Barto. sub dubio forte finita lite finietur & mora, argum.l.qui Romæ.§. fin. infra eod. vbi eo ipso, quod maluit litigare, & sic agere, dicitur actor moram committere,& finita lite finitur talis mora, ergo eadem ratione idē erit ex parte rei. Istud vltimum reprehendunt Angel. Imo. & Pau.de Castr.quia iudicium motum debet prodesse actori,& non nocere.l.alia.infra de noua.& l.non solet. infra de reg.iur. Item sequeretur, quòd sententia lata contra debitorem sicut in d.§.pen. fuit lata contra actorem,prodesset ipsi condemnato,si verum esset, quod mora extingueretur lata sententia cōtra eum,contra.l.euidenter.s̄.de excep.rei iud. & quāto maior esset contumacia,minus noceret moroso,quod est absurdum. Item dicit Pau.de Castr.se de hoc admirari, quia effectus moræ iam est in esse productus,vnde non debet tolli, licèt iudiciū sit finitum,vel instantia sit perempta,vt not.in l.cùm lite mortua.supra iud.solu. sed ad ista potest responderi secundum domi. Alexan. quòd non est sententia, quæ prosit condemnato, sed desistentia à lite, quia finito litigio finita est mora. l. Titia Seio.§.vsuras. supra de lega. 2.& ista est ratio dictæ. l. qui Romæ. §. penul. vbi etiam ita declarat Bartol. quæ ratio videtur militare etiam in ista quæstio. Bartol. ¶Limitat Barto.si quandoque pendente iudicio dominus fuisset præsens, cui posset solui, tunc durabit mora etiam finito iudicio, licèt nunc non sit persona,cui solui possit,ideo tunc debitor debet aucto. iudicis facere consignationem, & depositionem secundum formam.d.l.si reus paratus,& l.acceptam.C.de vsur.

SVMMARIVM.

1 *Res post moram perempta durat in obligatione quo ad petitionem, acceptilationem fideiussoris accessionem,& nouationem.*

2 *Si res post moram perempta deducatur in stipulationem animo nouandi,non per hoc purgatur mora præcedens, nec tollitur effectus præcedentis moræ.*

3 *Res perempta potest deduci in nouationem, quando partes sciebant rem esse peremptam post moram.*

4 *Quod venit ex officio iudicis, non dicitur debitum, tamen bene quasi debitum.*

5 *Re perempta qualiter formetur libellus,& sententia.*

1 §.Effectus. †Res post moram perempta durat in obligatione quo ad petitionem, acceptilationem, fideiussoris acceptionem, & nouationem.h.d.licèt illud de fideiussoris acceptione,ꝙ text.ponit,Bart.& omnes in summario omittant, & text. ponit quatuor vtilitates, quæ resultant ex perpetuatione obligationis ꝑ culpam, vel moram debitoris.

2 ¶†Not. diligenter ex hoc text. ꝙ si res post moram perempta deducatur in stipulationem animo nouandi, non per hoc purgatur mora præcedens, nec tollitur effectus præcedentis moræ, sed id, ꝙ ex præcedenti mora debetur, in stipulatione animo nouandi facta deductum intelligitur,ideo stipulatio secunda valet, vt hic, & l. si rem aliquam. 2.respon. & ibi Bart.j̄.de noua.secus, q̄n secunda stipulatio interponitur aīo nouandi,re promissa adhuc extante in rerum,natura,tunc præcedens mora, & eius effectus purgatur, adeo, ꝙ si res postea pereat sine alia mora promissoris liberatur promissor, vt. l.scire debemus.§.fin.s̄.eod.& l.parui.s̄. de condi.furt.gl.in l.inter stipulantem.§.penul.in gl.in vers.stipularer.s̄.eod.& ita no. declarat Dyn.hic,ꝙ Ang.reputat valde sing. & Pau. de Castr. hic ad fin. reputat valde subtile, & sing. ratio diuersitatis inter prædictos casus est, quia per nouationem sicut per oblationē mora præcedens purgatur.l. qui.10.§. si cùm mihi, & l.si quis offerenti.in fin. j̄. de sol. sed vbi res est perempta,obligatio fieri non potest, vt.§.sequitur.s̄. eod. ergo tunc nouatio non potest operari,vbi non pōt cadere oblatio,secus re extante.

3 ¶†Limita istum text. ꝙ res perempta potest deduci in nouationē, vt procedat,q̄n partes sciebant rem esse peremptam post moram, vt hic, & l.inter stipulantem.§.pen.s̄.eod.secus si partes ignorabant.l.eum,qui ita.§.fin.s̄.eod.f̄m Bart.hic, vel f̄m Io.de Imo.hic à debitore moroso fiebat promissio animo nouandi, ibi autem ab alio tertio facit, ꝙ not.in d.l.si rem aliquam.j̄.de noua.Istam solutionem Imo.refert,& sequitur Alex. in d.l.eū, qui ita.§.fin.ad fi.s̄.eod. ¶Gloss. in vers.possit. diuiditur in duas partes. In prima declarat tex.In secunda opponit,& dupliciter soluit.Secunda ibi, sed cùm adhuc in obligatione sit. ¶In ead. gl.ibi,filij sunt mortui,vult glo.ꝙ iste.§.solum referatur ad ver. proximè preced. s. ad vers. an filius. vbi factum filij perpetuat obligationē patris. idem tenet gl. hic in vers.obligationis, quæ addit,ꝙ iussu,& glosella in ver.obligatio addit, ꝙ pater nomine filij tenetur,sed istæ gl.errant,q̄a istæ text.non loquitur specialiter de petitione facienda patri f̄m ver. præced. sed loquit̄ gn̄aliter,& refert se ad.§.sequitur,vt dicit gl.hic secūda,& melius.

4 ¶†In gl.ibi,vel dic quasi debitum est.no. bene istam glo.q̄ quotidiè allegatur,ꝙ licèt illud, ꝙ venit officio iudi.vt æstimatio non dicatur esse debitum, q̄a officium iudi.nullā præsupponit oblonem.l.qui per collusionē. ad fi.s̄.de act.emp.l.quintus.s̄.de an.leg.tn̄ patet esse quasi debitum,& esse quasi obligationem,& ad hoc istā gl.not.Ang.Imo.Pau.de Cast.& d.Alex. hic.adde Bart.q idē tenet licèt hanc gl.non alleg.in l.fi. ad fin.j̄. de iureiur.& in l.Marcellus.j̄.de fideius.ꝙ est vtile pro sustinēdo libellum, in quo libellans diceret obligatum sibi esse illum, q officio iud.tenetur. nam verba libelli debent impropriari,& largo modo intelligi,vt libellus sustineatur, f̄m Bart.& alios in l.sed & si possessori.§. si item si iurauero. per illum text. vbi late dixi.s̄.de iureiur.Item adde facere,quòd obligatio realis nullam præsupponit obligationem.§.1.insti.de act.verum est propriè,tamen largo modo dicitur obligatio secundum glos. in l. fin.C.de compen.quam Bald. ibi in prima opp. not.pro defensione libellorum,si agens actione reali dicat in libello aduersarium sibi obligatum ad restituendum,sustinetur libellus largo modo loquendo,vt ibi per eum.

5 ¶†Extra glo.quærit Bart.qualiter re perempta formetur libellus,& sententia,& ponit triplicem formam libelli,vt hic per eum cum multis concor.traditis per Alex. & vide Spec. ponentem practicā istius māæ in tit. de oblig.& sol.§.sequitur.vers.ad vberiorem.& vers.q̄d si libellus.Sed aduerte,q̄a Bart.in l.stipulationes non diuidun. in pen. q.ad fin.s̄.eod.tenet, ꝙ quando illud, ꝙ petitur, impossibile est præstari, non debet in libello sic apparenter deduci, quod ex forma petitionis appareat impossibilitas, vnde creditor non

debet petere in libello Stichnm mortuum, quia non valeret petitio continens apparenter impoſſibile, ſed iſtud videtur confundi per iſtum text. in verſ. adhuc homo peti poſſit, & per text.in l.pen. & ibi Bart. ſ. de cond. ob cau.eo quia talis petitio fingitur poſſibilis odio moroſi, quia ſpecies perépta adhuc fingitur viuere, vt hic, & l.nemo rem ſuam.in §.fin.ſ.eod.

LEX XCII.

SI ita ſtipuler. Ex ſtipulatione negatiua facti perſonalis poteſt hæres, de quo eſt facta mentio, agere. h. d. Et ſi dicatur, quòd famoſa, & indubitabilis videat̃ iſta lex. nam ex quo expreſsè ſum ſtipulatus mihi & hæredi meo, non eſt dubium, ꝙ actio debet dari hæredi, poſtquam de eo eſt facta expreſſa mentio, etiam quando factum eſt perſonale. l.apud Iul.§.ſi quis alicui. de leg. 1.glo. ponit duas rationes dubitandi, aliàs eſt in l.idem Iul. Prima eſt bona, quia hoc impedimentum fuit reiteratum, quia ego ſtipulator fui impeditus, & etiam hæres meus poſteà fuit impeditus, vnde videbatur, quòd hæres proptèr impedimentum ſibi factum agere non poſſet, contrarium deciditur in text. & ſic pondera glo. iſtam velle, quòd iſta ſtipulatio toties committatur, quoties contra factum fuerit contra principalem, aut contra hæredes, & iſtud poteſt bene comprobari, quia iſta ſtipulatio negatiua, & indefinita habet tractum ſucceſſiuum cum mentione hr̃dis, ideo non refertur ad vnum impedimentum, ſed ad plura, vt eſt tex. not.in l.ſi ſic ſtipulatus.2.ĩ.eod. & glo. not. in l. hoc genus. ſ.de cond.& demon.quam Bart.ibi multum not.& notab. Pau. de Caſt. Secunda ratio dubitandi ponitur in glo. quòd promiſſio videbatur tantum continere factum meum. ſ. quòd ego colligens impediar, ſed iſtud videtur eſſe contra iſtum tex. ideo tene præced.rationem dubitandi. Subdit gl.idem eſſe ſi non fuiſſet facta mentio hæredis, quia in dubio quis intelligitur velle cauere etiam hæredi etiam quo ad actionem quærendam, dato, quòd de hærede non ſit facta mentio.l. ſi pactum.ſ.de proba.iſtam glo.ſequitur Bart.in d.l.ſi ſic.2.ĩ.eod.alia ratione, quia ſi hæres non contineretur, ſtipulatio iſta poſſet reddi inutilis, ſi ſtipulator decederet ante collectam vindemiam. idem tenet. do.Alex.& dicit ab omnib.approbari. Sed iſta ratio Bart.eſt falſa, & confunditur per text. in l.apud Iul. aliàs eſt in l. idem Iul. §.ſi quis alicui.ſ.de leg.1.vbi facultas conceſſa alicui, ꝙ poſſit lapidem cædere, non tranſit ad eius hæredem, niſi de eo ſit facta expreſſa mentio, & tamen ſtipulatio poſſet reddi inutilis, ſi ſtipulator decederet antequam lapidem cæderet, ſecundum Cum.& Pau.de Caſt.hic, ideo Alex.non bene dicit, quòd Bart. ab omnib.approbetur, de quo dic, vt plenius habetur in d.l.ſi ſic.la.2.ĩ.eod. per Cyn. & alios in l.veteris.C. de contrahen.& com.ſtipu.

SVMMARIVM.

1 *Quando verba executiua referuntur ad ſtipulatorem, eius eſt electio.*

2 *Quando verba ſunt dubia in vltimis voluntatibus, electio eſt legatarij, in contractibus vero debitoris.*

LEX XCIII.

1 SI ſic ſtipulatus fuero. † Quãdo verba executiua referuntur ad ſtipulatorem, eius eſt
2 electio.h.d.Idem in vltimis voluntatib.† ſed quan-
do verba ſunt dubia, tunc differentia eſt inter contractus, & vltimas voluntates, quia in vltimis voluntatib.in dubio electio eſt legatarij, & ſic creditoris, ſed in contractibus electio eſt debitoris.l.plerunque.in fin.ſ.de iur.dot.ſecundum, quod declarat glo.magiſtra.in l.Lucio.de leg.2.

SVMMARIVM.

1 *Incertitudo vitiat ſtipulationem, niſi ex probabilibus coniecturis declaretur.*

2 *In contractibus, qui verbis celebrantur, quod tacitè agitur ab vtraque parte, habetur pro expreſſo in ſtipulatione.*

3 *Stipulatio generis non expreſſa qualitate, nec quantitate, nec ab vtraque parte tacitè intellecta adeo eſt nulla, quod nec in aliqua modica parte valeat.*

4 *De iure canonico poteſt agi ex omni promiſſione incerta, vt arbitrio boni viri cerficetur.*

5 *Dictio triticum, quot modis capiatur.*

6 *Stipulatio ſequens non expreſſa quantitate intelligitur in dubio de illa quantitate, in qua præceſſerat contractus, & num.7.*

8 *An, & quando præſumantur plures, & diuerſæ quantitates.*

9 *Quando duæ ſtipulationes eiuſdem quantitatis ſunt ambæ factæ ex cauſa mutui, intelliguntur de diuerſis ſummis.*

10 *Bona confeſſio extraiudicialis de receptione decem ex cauſa mutui, facta ſine ſtipulatione intelligitur de eiſdem decem.*

11 *Duæ confeſſiones extraiudiciales, & ſic geminatæ an producant obligationem, & actionem.*

LEX CXIIII.

1 TRiticum. † Incertitudo [a] vitiat ſtipula-
a tio.niſi ex probabilib.cõiecturis declaretur.h. d. ſecundum Bart. & alios, vel ſic. Stipulatio incerta ratione qualitatis, vel quantitatis valet, ſi certificari poteſt ex relatione contractus præcedentis, vel aliter.aliàs ſecus.h.d. eſt valde not.l. & habet vtilem ma
2 teriam.¶†Not.1.ex hoc text.ꝙ in ſtipulatione, & ſic in contractib.qui verbis celebrantur, in quibus requiritur verborum expreſſio, illud, ꝙ tacitè agitur ab vtraque parte, habetur pro expreſſo in ipſa ſtipulatione, & ad hoc ſæpe allegatur iſta. l.intellige ſi poteſt apparere, vel probari ita fuiſſe tacitè actũ ab vtraque parte, vel ex præfationibus, quæ præceſſerunt, anteq̃ veniretur ad concluſionem actus. l. ita ſtipulatus. verſ. ꝙ ſi ab initio, & l.Titia.§.idem reſpondit plerunque.ĩ.eod.vel ex contractu puta mutui, qui anteceſſit, vel ex alijs legitimis coniecturis, de quibus per gl.in l.ſemper in ſtipulationibus.ĩ.de reg.iur. Secundò intellige iſtum text. procedere, qñ omittitur qualitas, vel quantitas, vt hic, vel aliquid ſubſtãtiale, puta res, vel locus, & agebatur tacitè ab vtraque parte, ſecundum Bart.in l.cùm quid.in 2.col.ſ. ſi cert. pet. quamuis Alex. in hoc vltimo inaduertenter loquatur, ſecus ſi omitteret̃ illud, ꝙ eſt magis formale, & ſic ſi omitteretur interrogatio, & reſponſio, vel alterum eorum, quæ ſunt de forma ſtipulationis, tunc vitiaretur ſtipulatio, & haberetur pro omiſſa.l.quicquid aſtringendæ.ĩ.eod.&
3 l.1.in prin.ſ.eod.¶†Secundo not.ex fin.text. ꝙ ſtipulatio generis non expreſſa qualitate nec quantitate nec ab vtraque parte tacitè intellecta, adeo eſt nulla, ꝙ nec in aliqua modica parte valet, & ſic ſi promitto triticum ſimpliciter, nulla oritur obligatio, ex quo non apparet de certo genere tritici, nec de certa quantitate, vnde dando quid modicum imò, quid minimum eſſem liberatus, quemadmodum non valet legatum animalis in genere, quia dando muſcam, liberaretur ſm glo.& Doct.& in l.legato generaliter.de leg.1. & ſic ſtipulatio cõſiſtentiũ pondere, numero, vel menſura, ſi non apparet de certo pondere, certo numero, vel menſura non valet, vt hic, & l.ita ſtipulatus.
4 in prin.ĩ.eod.¶†Limita iſtum text.& ſimiles procedere de iure ciuili, ſed de æquitate canonica poteſt agi ex omni promiſſione incerta, vt arbitrio boni viri certificetur, & iſto modo promiſſor adimpleat promiſſa incerta, & ſic iſta lex, & ſimiles non
b ſeruarentur in foro canonico ſeu eccleſiaſtico. dictum [b] fuit famoſum, & ſing. Archi.in c.ſunt nonnulli.1.q.1. ꝙ dictum refert, & ſequitur do.Ant.in c.ex parte.de cenſib. vbi dicit hic eſſe not.verbum, & perpetuò menti tenendum.refert, & ſimpliciter ſequitur do.Alex.in d.l.ita ſtipulatus.col.3.ĩ.eod.vbi dicit de hoc dictum eſſe Legiſtis incognitum, & plus nõ dicit. Adde, quòd ipſemet do.Alex.in l.1.14.col.ff.ſol.matr.dicit, quòd apud Legiſtas non meminit iſtud dictum Archi. relatum ab aliquo preterquam à Bald.in l.qui mutuam.§.ſalariũ.ſ.mand. qui ſolum dicit, vide Archi. in d. cap. ſunt nonnulli, & ſubdit dom.

ADDITIONES.

a ¶Incertitudo. Adde, quæ de hac materia incertitudinis ſcribit Iaſ.in l. ita ſtipulatus.infra eod. Specu, titu.de locat.§.nunc aliqua.Dec. in cap. ad hæc.nume.3. de reſcrip. Bartol. & alij in l.1.ff.ſol. matr. quid in contract.vlt.volun. & iudicijs, dic, quòd ea reprobatur à legislatorib. teſte Olden. li.Act. forenſ.Act.2.3. Clai. quæ incertitudo ſuſpendit hæredis inſtitutionem, dationem tutoris, legatum, & dationem libertatis, ne poſſint habere effectum, text. in l.in tempus.ff.de hæred.inſtit.plura not.Rolan.conſil. 63.num.12.lib.2. neque illa nocet circa qualitatem, dummodo ſubſtantia ſit certa, vt in exemplo not.ſcribt Aym.conſil. 147.nume.6. & quæ, licèt quandoque admittatur, debet tamen poſteà declarari, & limitatè probari. l. 1. §. ſi quis argen. ff.depoſi. MASVER.

b ¶Dictum. Limita, vbi promiſſio eſſet facta per verba generalia non deliberatè, ſed incidenter, cauſa complacen. Felin.in cap.cùm iuramentum.de homicid. quia tunc non procedit dictum Archid. teſte Iaſ. in l. ita ſtipulatus colum.2.verſ.tu aduerte, num, 5.ĩ.eod.& vide eundem Fel. in cap.1.col.3. d. reſcrip.fac.c.1.de decim.& poterit peti in terris Eccleſ.c.2.de arb. Bart.in le priuilegia. C.de Epiſ.& cle r. BELLOT.

dom.. Alexan. quòd licèt rationib. iſtud dictum non probetur,
tamen eſt tenendũ menti in practica propter eorum auctorita
tes, & plus non dicit. adde etiam Abb. in capit. 1. de decimis.
vbi per illum text. & c. quanto. de cenſ. tenet, quòd ſi promiſi
tibi dare frumentum ſimpliciter, de æquitate canonica talis
promiſſio valet, & tenet, & ſolutio eſt facienda arbitrio boni
viri habito reſpectu ad cauſam promiſſionis, & qualitatis per-
ſonarum, & temporum, & hoc dicit ſingu. voluiſſe Archidia.
in dicto capit. ſunt nonnulli. quod reputat ſemper tenendum
menti. ſequitur etiam, & not. idem Abb. in dicto capit. ex par-
te. vbi dicit, quòd iſtud dictum Archidia. eſt not. & æquum, &
ſemper menti commendandum. idem etiam tenet Ioann. de
Ana. extollens hoc dictum in capit. cùm iuramento. in 1. colu.
de homi. illud dictum Archidia. etiam refert, & ſequitur Bald.
5 in l. qui mutuam. §. ſalarium. in lect. antiqua. ſupra mand. ¶ † Gl.
2. in verſic. triticum. enumerat quinque vocabula, quæ viden-
tur idem ſignificare, & vnum ſignificat plus quàm aliud, & in
duob. gloſſ. inuerecundè vtitur vulgari, ſeu vernacua lingua
blada, & vult, quod dictio triticum capiatur trib. modis. Pri-
mo, vt ſit nomen generale comprehendens omne id, quod in
area teritur. Secundò per excellentiam appelletur frumentũ.
Tertiò modo meleca, & dum gloſ. in vulgari dicit blada, di-
cunt Barto. & omnes, quòd de blado non habemus legem ali-
quam, ſed bene facit mentio. gloſ. hic, & in l. non debere. infra
ad municip. Tu alleg. text. in capit. ex multiplici. in verſ. de bla-
do, & vniuerſis leguminib. de deci. & dicit Bart. ſe ſemel habuiſ
ſe de facto: ſtatutum dicebat, quòd nòn liceat extrahere bla-
dum extra territorium ſub tanta pœna, an extrahens ſemen li-
ni incidat in pœnam ſtatuti, & ſic an ſemen lini eſſet bladum
determinat, quòd ſic, quia area teritur, ergò dicitur bladum,
per hanc gloſ. cum Barto. tranſit ſimpliciter Pau. hic, idem Io.
de Imo. niſi communis vſus loquendi aliter ſe haberet ſecun-
dum eum. argum. l. cùm delanionis. §. aſinam. ſ̃. de fun. inſtru.
& l. librorum. §. quod tamen Caſſius. de leg. 3. dom. Petr. de Be-
ſu. hic tenet contra Bart. quia ſecundum communem vſum
loquendi ſemen lini non appellatur bladum, ergo de eo non
intelligitur ſtatutum pœnale, præſertim attenta mente ſtatuti,
quæ fuit prouidere, vt prouincia abundaret victualib. vſitatis,
ſed ſemine lini non vtimur ad veſcendum, ſubdit tamẽ, quod
in iudicando non recederet à Bart. Tu adde, quòd contra Bart.
videtur fortiter facere text. in d. capit. ex multiplici. in verſ. de
blado, & vniuerſis leguminib. de deci. vbi appellatione bladi
non veniunt legumina, ergo multo minus ſemen lini, nec Bart.
bene ponderauit iſtam glo. quia iſta glo. bene dicit, quòd triti-
cum, quod dicitur à terendo, eſt nomen generale ad omne il-
lud, quod in area teritur, ſed non dicit hic de blado, quòd bla-
dum dicatur à terendo, quia nihil ineptius, quòd bladum ſit
nomen generale ſicut triticum, ſed bene exponit triticum. i. ſe-
ges, vel bladum, & poſteà dicit, quòd triticum poteſt triplici-
ter capi, vt ſupra declaraui. tamen dom. Abb. in d. cap. ex mul-
tiplici. in 2. not. tenet cum iſta deciſ. Barto. quòd appellatione
bladi veniat omne illud, quod in terra ſeu agro teritur, & ſic
veniant non ſolùm legumina, ſed etiam ſemen lini, & credit,
quòd propter vſum loquendi ſit in illo tex. facta ſpecialis mẽ-
tio de leguminibus, ita reſpondet ad illum text. appellatione
verò frumenti venit omne, quod habet ariſtam. l. frugem. §. fru
mentum, & ibi gl. ĩ. de verb. ſign. de quo quid veniat appella-
tione frumenti, habes gl. not. in rub. C. de cano. fru. lib. 11. & gl.
in l. non debere. ĩ. ad municip. & pp communẽ vſum loquen-
di intelligimus de eo, ꝙ eſt nobilius cæteris frugibus, vt hac gl.
ſm Bart. in, l. 1. §. de eo opere. ſ̃. de aqua plu. arcen. & in d. l. fru-
gem. 1. de verb. ſign. & d. Abb. in d. c. ex multiplici. Et an accu-
ſans aliquem de furto frumenti, ſi probet de furto ordei de-
beat ſuccumbere, habes per Ang. & Imol. & latius d. Alex. hic.
per Io. de Pla. in l. modios. vbi eſt bon. text. C. de ſuſcep. & arc.
lib. 10. ¶ Glo. in verſ. cogitauerit, iſta glo. eſt facta timore con-
trarij, quia text. in ſing. dicit cogitauerit, ſed cogitatio ſolius ſti-
pulantis nihil operatur. l. inter ſtipulantem. §. 1. ſ̃. eod. & in l. ſi re
petendi. C. de cond. ob cau. gl. dupliciter reſpon. ſed in idem re-
6 incidit. ¶ Not. ex iſta glo ſm Bart. & alios, † ꝙ ſtipulatio ſequens
facta non expreſſa quantitate intelligitur in dubio de illa quan
titate. in qua præceſſerat contractus, puta mutuum à ſtipulan-
te contractum. idem tenet glo. 1. & ſic not. contractum præce-
dentem declarare ſequentem, & vnum contractum declarari
per alium. Adde, ꝙ ſimiliter vnum priuilegium declaratur per
aliud, ita not. Bald. in c. auditis. col. 2. per illum text. de preſcrip.
Item vna ſcriptura ſuppletur per aliam. l. ſi quis ex argentarijs.
§. ſi initium. vbi Bald. & alij not. ſ̃. de eden. Item vnum ſtatutũ
interpretatur per aliud ſm Bal. no. in c. 1. de præſcrip. & in l. om
nes populi. col. 15. ſ̃. de iuſt. & iur. facit. l. vtrum. vbi Bart. & alij
not. ſ̃. de pet. hær. Subdit Bart. idem eſſe in cauſa, ꝙ non ſolùm

quantitas declaratur ex præcedenti contractu; ſed etiam cau-
ſa, vnde ſi promitto centum per ſtipulationem non expreſſa
cauſa, intelligitur ex cauſa mutui, vel alterius ꝯctus, qui præ-
ceſſit. arg. huius. l. & gl. & ꝙ not. gl. in l. ſi quis ad exhibendum. ſ̃.
de excep. rei iud. & ita limitatur. l. 2. §. circa. ſ̃. de doli excep. vbi
ſtipulatio ſine cauſa effectualiter non valet, limitatur niſi cau-
ſa ſuppleatur ex aliquo ꝯctu antecedenti. in dubio. n. debet fie-
ri interpretatio, vt actus valeat. l. quoties in ſtipulationib. ſ̃. eo.
Adde, ꝙ ſing. tenet Io. And. in addi. Spec. in tit. de depo. ſuper
rub. vbi tenet, ꝙ promiſſio nuda ſine cauſa, quæ reperitur ſcri-
pta in libro mercatoris, ſuppletur à cauſa, quę poteſt colligi ex
ſcripturis antecedentib. d. §. ſi initium. refert, & ſimpliciter ſe-
quitur Aret. hic, vide tñ text. qui fortiter obſt. in oppoſitum in
l. ſcire debemus. §. fin. in verſ. ſi vero hominem. ſ̃. eod. & dic, vt
7 hic per do. Alex. ¶ † Iuxta iſtam gl, quæritur poſt Bart. de vtili.
q. Pone, debitor accepit mutuo decẽ, de quo mutuo apparet
per publicum inſtrm, poſteà ad inſtantiam creditoris confeſ-
ſus eſt ſe debere ſibi decem ex cauſa mutui, quæ 10. ſibi per ſti-
pulationem ex cauſa mutui promiſit reſtituere, quęritur an in-
telligatur de eiſdem decem, vt ſit tota vna ſumma, an de 20.
iſtam. q. cũ eueniſſet de facto, diſputauit Mar. de Fano, & eius
diſputationem formaliter refert, & ſequitur Alb. de Roſ. fidelis
conſeruator antiquitatis in l. quinquaginta. aliàs eſt quingenta.
ſ̃. de proba. vbi refert Mar. de Fano aliter determinaſſe, quàm
eum referat, & malè d. Alex. in conſ. 4. 1. vol. inc, circa primum
8 quæſitum. in 3. col. poſt Fulg. in d. l. quinquaginta. † Punctus er-
go eſt videre in iſto, & in ſimilib. caſib. an & qñ præſumantur
plures, & diuerſæ quantitates, ita vt pluries debeantur, an vna,
& eadem ſumma pluries repetita. ¶ Ex dictis Bart. habes tres
princ. concluſio. ¶ Prima, ꝙ ſi præcedat debitum certæ quan-
titatis, & cauſæ, quia mutuaui tibi. 10. deinde reperitur ſtipula-
tio eiuſdem quantitatis, & cauſæ, quia per ſtipulationem pro-
miſiſti mihi decem ex cauſa mutui, & tunc ſiue incontinenti
ſiue ex interuallo cenſetur vna, & eadem quantitas, & eadem
cauſa, vt ſemel tm̃. 10. debeantur per. l. ſi diuortio. ſ̃. eo. & l. 2. in
prin. ſ̃. de dote pręleg. quæ leges ſm Cum. non faciunt, quia ibi
illa cauſa dotis non erat duplicabilis, hic ſic, tñ ſm eum æqua
eſt ſententia Bart. & menti tenenda. ¶ Vltra eũ tu oſtende for-
tius, ꝙ illa iura Bart. non faciunt. Primò per tex. not. in l. Lucius.
el. 2. §. impuberem. ſ̃. de leg. 2. vbi, ꝙ eſt fortius, bene teſtator di-
ſpoſuit, ꝙ legata duplicarentur, tñ non duplicabitur legatum
dotis, & vide ibi per Bart. & alios. ad idem. l. Titia cum teſtõ. §.
qui in vita. ſ̃. de leg. 2. ¶ Ampliat Bar. ad fi. vt iſtud procedat ſi-
ue quantitas ſequens ſit maior ſiue minor per d. l. ſi diuortio, &
l. Sempronius. ſ̃. de leg. 2. & l. cùm centum. ſ̃. de adi. leg. vnde ſi
mutuaui tibi centum, & poſteà per ſtipulationem promiſiſti
quinquaginta, intelliguntur quinquaginta de illis cẽtum. & ſic
de parte illorum centum. iſte eſt pulcher, & ſubtilis paſſus, quẽ
intendo vltra omnes plenè executere. cum Bart. trãſeunt Imo.
Cum. & d. Alex. hic, ſed dicit d. Alex. ꝙ iura alleg. per Bart. non
probant. nam. d. l. diuortio. loquitur, qñ in ſtipulatione fuit ex-
preſſa cauſa antiqua. ſ. dotis. in d. l. Sẽpronius. fuit vnicus actus
teſtandi, licèt de teſtõ fuerint facta duo exemplaria, vt ibi dicit
text. ſed in caſu noſtro fuerunt actus diuerſi, & diuerſo tpe fa-
cti. nec etiam probatũr in d. l. cùm centum. quia ille tex. loqui-
tur, qñ clarè conſtabat de mente, vt ibi text. imò ſm intellectũ
Iac. de Aren. & Bart. ille text. faceret in contrarium, vt ſtatim
referam, ſed licèt text. alleg. per Bart. non probent, tamen dicit
Alex. ꝙ pro Bart. melius facit, qa aliàs ſtipulatio eſſet ſine cau-
ſa, & ſic redderetur inutilis. vnde debet intelligi facta ex cauſa
mutui pręcedentis, vt valeat, vt hac gl. vbi dixi. Sed tu aduerte,
iſtud fundamentum d. Alex. mihi non placet, quia imò Bart. lo
quitur, qñ ſequens ſtipulatio de quinquaginta erat etiam ex
cauſa mutui, & non ſine cauſa ſi bene aduertis, qa Bart. limitat
primum dictũ, vbi in ſtipulatione erat expreſſa cauſa mutui,
& iſto modo vides, ꝙ nihil eſt, ꝙ faciat pro Bart. Item contra
Bart. fortius facit, ꝙ imò propter diuerſitatem ſummarum,
vel quantitatum præſumitur diuerſitas obligationum. ita te-
nent Bald. Ang. Imo. & Pau. de Caſtr. in d. l. ſcire debemus. in
princ. Bart. met poſt Iacob. de Are. in d. l. cùm centum. in prin.
do. Alex. in præalleg. conſ. 4. in 3. col. facit. l. ſi is, qui ducenta. in
princ. ſ̃. de reb. dub. ſimiliter propter diuerſitatem ſcripturarũ
ſiue inſtrumentorum præſumitur diuerſitas obligationum, &
ambæ quantitates debentur. ita not. Nico. de Neapol. in l. ne ca
ſu. C. de diſcuſ. lib. 10. per illum text. ſm. 2. lect. glo. vbi dicit eſſe
expreſſum. idem tenet Spec. in titu. de inſtrum. edit. §. poſtq̃ in
verſ. ſed nunquid caſu perdito inſtrumento. & in verſ. pone
ergo mutuaſti. & in verſ. vbi autem inſtrumentum. idem tenet
Bart. in l. ſtipulatio iſta. §. cum, qui ita. ſupra eod, idem tenet d.
Alexan. hic in penul. colum. licèt iſta non alleget, & in præal-
leg. conſil. in 2. colum, idem notabiliter tenet Angel. & Imo. in

l.planè.1.§.si eadem.ad fin.ſ.de leg.1.vbi signanter tenẽt, ꝙ qñ vna quantitas in plurib. scripturis reperitur, quarum quælibet stat de per se,& vna non dependet ab altera, non erit vna summa,imò plures,& diuersę summæ,vt ibi notabiliter,& plenius per eos.facit tex.in d.l.quinquaginta.vbi glo.& Flo.Item facit, quia quot sunt instrumenta, tot videntur esse debita contracta.d.l.scire debemus in prin.& l.cùm plures.ſ.de euict. similiter,& tertiò ex diuersitate personarum,puta,ꝙ est fortius mariti, & vxoris eadem summa de centum videtur duplicari,nisi fuerit dictum in promissione eandem pecuniam, & sic apparet,ꝙ tunc partes senserunt de eadem pecunia,ita tenet Bart.in l.Stichum.§.fin.ff.de noua.& per hoc dicit Cum.hic, se aliàs dixisse de facto,ꝙ cùm instrumentum solutionis factæ cantaret in persona mei,& Titij fratris mei, & aliud instrumentum de debito eiusdem quantitatis cõtracto, ꝙ est fortius eodem die,& loco cantaret tantum in personam mei, ꝙ de diuerso debito sunt intelligenda ista instrumenta propter diuersitatẽ personarũ, ꝙ multum signa.similiter,& quartò ex diuersitate tẽporum inducitur multiplicatio obligationum,qñ reperiuntur duo instrumenta confecta diuersis temporibus, tunc probant duo esse debita separata ita not.Bald.in d.l.ne casu.per illũ text. quem text.ad hoc reputat sing. Bald. in l.seruo alieno.§.si quis à primo.ſ.de lega.1. idem tenent Bald.& Imo.in d.l. Sempronius.in 2.not.ſ.de leg.2.& do.Alex.in d.cons.4.in 4.col.cùm ergo in casu Bar.sit diuersitas quantitatum & temporum, teneo

9 ex prædictis contra eum.¶† Secunda concl.Bart.est,ꝙ quando duæ stipulationes eiusdem quantitatis sunt ambę factæ ex causa mutui,intelliguntur de diuersis summis per d.l.quinquaginta.cum glo.& quia aliàs secunda stipulatio de eodem redderetur inutilis,& inualida.l.qui bis idem.ſ.eod. sed in dubio debet fieri interpretatio,vt ambæ stipulationes valeant,per l. quoties in stipulatione.ſ.eod.& ista est bona ratio.idem tenet Bart.in l.planè.in §.1.per gl.ibi.& ibi Ang.& Imo.de leg.1. Pau.de Cast. in d.l.scire debemus.in prin.& do. Alex.in d.l.qui bis idem. ad fin.& in cons.pluries præalleg.¶ Limitat Bart.nisi esset adiectũ, ꝙ omnis alia promissio computetur in istam, ita etiam tenet Ang.in d.l.planè.1.§.si ead.in fin.& ibi Imo.& alij, & ibi dicit Ang.ꝙ vt euites istas amaritudines,facias semper appponi istã clausulam. Adde idem esse,quando dictum fuisset computato in hoc omni alio instrumento, quia ex hoc videretur esse facta nouatio præcedentium,argum.l.Paulo Callimaco §.1.ſ. de leg.3.ita tenet Bart.in l.2.ff.de noua. Ang.in l.fin.C.eo.idem Ang.in l.qui vsumfructu.ſ.eod.do.Alex.in cons.2.4.vol. ꝙ inc.

10 ex narratis in thema.col.3.ad fi.¶† Tertia,& vlt.conclusio Bar. est,ꝙ bina confessio extraiudicialis receptione.10.ex causa mutui facta sine stipulatione intelligitur de eisdem 10. quia cõfessio extraiudicialis non est noua dispositio, sed probatio.l. Publia.§.fin.ſ.depo. vnde est idem,acsi de eodem debito haberet plures probationes.d.l.Sempronius.de leg.2.nam ꝙ ibi debeã. 10.potest probari per plures confessiones, & omnes valent,secus si essent duæ confessiones factæ in iudicio, quia illæ disponunt, & actionem producunt, quia confessus in iudicio habetur pro condemnato.& oritur actio in factum sicut ex sententia.l. vnica. C. de confes. vnde tunc secunda confessio iudicialis intelligeretur de diuerso debito,& de diuersa summa ad hoc, vt valeat,& teneat,aliàs esset superflua, & nihil operaretur, & cum Bart. tenet do. Alex. qui conatur defendere Barto. vt per eum.Istam differentiam inter confessionem iudicialem, & extraiudicialem reprobant Ang. Imo. & Cum. quia etiam confessio, quæ fit in iudicio,principaliter tendit ad probandum, & attendi debet, ꝙ principaliter agitur.l. si quis nec causam. in prin.ſ.si cert.pet.Item,quia etiam ex confessione mutui extraiudicialis post biennium oritur obligatio ex literis, vt instit. de lite.oblig.& not.in l.si ex cautione.C.non num.pec.declarãdo, vt hic plenius per do.Alex.sed ista sunt læuia.¶ Tu aduerte fortius,inquantum Bart. vult, quòd quando sunt duæ confessiones extraiudiciales, & sic geminatæ, ꝙ non producant obliga-

a tionem, & actionem, sed solùm probent.[a] nam contrarium sub dubio tamen forte tenet idem Bart.in l. cùm scimus.in fin. per glo.ibi.C.de agri.& censit. lib.11.vbi tenet,quòd licèt confessio facta non in figura iudicij, non præiudicet, tamen si bis emanaret, & sic esset geminata, ita præiudicaret sicut ea, quæ est facta in figura iudicij,per glo.ibi, & simpliciter sequitur do. Abb.in c.si cautio.ad finem de fide instrum. Ioann. de Ana. in cons.55.ꝙ inc.quia dubia,& in specie, quòd confessio extraiudicialis geminata cùm æquiparetur confessioni factæ in iudicio,vt ibi vult Bart.quod ita producat obligationem, & actionem sicut confessio iudicialis, tenet Lud. in l. sed & si possessori. §. item si iurauero.ſ. de iureiur. & in l. nuda ratio.colum.1. supra de dona.& in consil.290.inc.p. in casu propositæ consultationis breuiter dicendum dictum Francis. in 3. colum.Idem tenet Pau.de Cast.in d.l.Publia. §.fin.ff.deposit.¶ Gl. fin.in vers. videtur. notatur ad hoc, quòd traditio facta ex causa posteà declaranda, si posteà non declaratur,non operatur translationem dominij, quia talis traditio est nuda causa, ergo non potest operari translationem dominij.l.nunquam nuda.ff.de acq. rer.dom. secus, quando est expressa causa habilis futura, licèt causa non sit secuta, tunc bene transfertur dominium, licèt causa non secuta repetatur.l.1.ſ.de vsucap. pro dot. & l. dotis

* fructus.§.fin.& l.seq.ſ.de iur.dot.secundum Bart.*& communiter alios* hic,& ita remanet expedita vtiliter ista.l.

ADDITIO.

a ¶Sed solùm probent. Adde eundem Ias. in dicta. l. sed & si possessori. §.sed cùm deliberante. ſ. de iureiur. & Alex. in d. consil. 4.1. vol.& vltra prædic. Adde D.Mar.Socin.in consil.21.incip.visis,& diligenter lectis.colum.4.vers. 6.facit.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio facti cohærentis solo non valet,nisi locus exprimatur,& intersit stipulantis.*

2 *Si testator reliquit* 100.*Ecclesiæ, & non declarat de qua, intelligitur de parochiali.*

3 *Non valet stipulatio ædificij fabricandi,quando non interest stipulatoris ibi fieri,quia ad eum non pertinet.*

LEX XCV.

1 QVi insulam. † Stipulatio facti cohærentis solo non valet,nisi locus exprimatur, & intersit stipulantis. h. d. Adde tertium, quod debet exprimi certa forma, & sic qualitas,& quantitas operis.l.ita stipulatus.in princ.ff.eo.iuncta l.si domus.in princip.de leg.1.dixi in l.si insulam.ſ.eod.tamen in vltima voluntate si testator apponat locum æquiuocum, intelligitur de loco,in quo domicilium habet. text.est sing.in l. quæ conditio.§.fin.ſ.de cond.& demon.secundum Cum.& d. Alex.hic,& per illum text.decidit ibi Bart.post Antiq.per eum

2 relatos,quod si † testator reliquit centum Ecclesiæ, & non declaret de qua,intelligitur de parrochiali.idem tenet Ang.in §.si verò perpetuam. in Auth. de non alie. aut permu. reb. Eccles. Saly.in l.1.col.3.in fin.C.de sac.san. Eccles. Abb. in c.indicante. de test.Petr.de Anchar.& Ioann. de Imo.in cap. relatum.2.ad

* fin.eod.tit. *& ista est magis communis opin.* licèt Ioann.Fab.& Angel.de Aret.in §. sed ius quidem. insti.de iur.nat.gen.& ciu.velint,quòd de iure communi debeat intelligi,non de parrochiali,sed de principali Ecclesia illius ciuitatis, vel diœcesis per illũ text. & si testator iussit omni die in perpetuum celebrari. 30. missas, & non expressit in quo loco,de quo intelligatur, vide

a Abb. consil. 206.[a] incip.quidam condidit testamentum. in se-

3 cundo dubio. ¶† Not. ex fin.huius text. quòd non valet stipulatio ædificij fabricandi, quando non interest stipulatoris ibi fieri,quia ad eum non pertinet,puta, quia in loco alieno, nam vt dicit glos.inuentæ sunt stipulationes,vt quis stipuletur,quod sua interest, & sic propter proprium interesse, ideo vbi desinit interesse, desinit actio.l. qui autem. §. 1. supra si quis caut. amplia istum text. quòd etiam ex postfacto non reconualescit stipulatio,licèt posteà incipiat ad eum pertinere, vt per Barto. & alios in l.stipulatio ista.§.alteri.ſ. eod. Pau. hic limitat istum text.procedere in stipulatione pura.Si autem esset conditionalis,inspiceretur,an sua intersit tempore euenientis conditionis, & tunc valeret.l.existimo.ff.eod.

ADDITIO.

a ¶In consil.206. Adde tu,quòd habetur in 2.volum.consil. 99. & ibi decidit, quod debet celebrari in Ecclesia in qua sepultus est testator, & ibi etiam dicit de legato facto Ecclesiæ, vbi videtur, quòd Ecclesiæ parochiali testatoris debeatur,si in ea elegerit sepulturam, aliàs illi Ecclesiæ, in qua sepultus esset.

SVMMARIVM.

1 *Occidens speciem debitam perpetuò tenetur, ac si viueret, nisi occidat ex iusta causa.*

2 *Si promittam aliquem non offendere sub pœna, intelligitur nisi causam offensionis committat.*

3 *Treuga non potest rumpi ratione causæ de nouo superuenientis.*
4 *Qui adulterauit vxorem alterius cum quo fecit pacem, non dicitur ex tali offensa rumpere pacem.*
5 *Si occidam bannitum, qui ex forma statuti poterat occidi, non incido in pœnam pacis ruptę, quam promisi si eum offenderem post pacem factam.*
6 *Princeps recipiens aliquem sub protectione sua, non tenetur eum defendere nisi cùm iniustè grauatur.*
7 *Vaßallus tenetur iuuare dominum etiam habentem causam iniustam.*

LEX XCVI.

QVi seruum. Permissio.l.debitorē excusat.h.d. secūdum Bart.
vel sic,& propius ad tex. Occidēs iustè seruum de-
bitum liberatur.hoc dicit,& habet materam valde
vtilem , & quotidianam . ¶In text.ibi,in facinore , intellige in
quo licitè poterat eum occidere,aliàs secus.l.& si certus sit per-
cussor.§.fin.s̃.ad Sena.Syll.& l.1.ad fin.s̃.de his,qui sunt sui,vel
1 alie.iur.& l. Gracchus cum gl.C.de adul.¶† Not.1.ex isto text.
limitationem ad regulam,quæ habet, ꝙ occidens speciem de-
bitam,perpetuò tenetur ac si viueret.l. si seruum.in princ.& §.
sequitur,& §.fin.& l.si ex legati causa.s̃.eod.limitatur,nisi occi-
deret ex iusta causa,quia tunc liberaretur.facit. l.quid ergo.§.si
hæres.de leg.1.& l.eleganter.§. fin.s̃.de pign.act. quæ iura alleg.
2 gl.;& Bart.hic.ad idem text. in l.fin.§.1.s̃. de publi. ¶†Secundò
per istum text.not. Bart.in l.quæro.§.inter locatorem.s̃.loc. ꝙ
si promisi te non offendere sub pęna , intelligitur nisi causam
offensionis commiseris,vnde facit secundum Imo. & Pau.ꝙ si
duo inimici fecerunt adinuicem pacem, & promiserunt se nō
offendere sub pœna , si alter eorum posteà committat aliquā
causam, propter quam offendi possit , poterit ex illa causa im-
punè offendi.Adde facere, quod signanter multum tenet Bar.
a in l.aut facta.§.causa. [a] j̃.de pœ.vbi tenet,ꝙ si facta pace te of-
fendi , non ex antiqua inimicitia,super qua est facta pax, & sic
non retracto veterem iniuriam, sed ex noua causa , & noua ri-
xa,quòd non rumpo pacem, ꝙ est perpetuò tenendum men-
ti,secundum do.Alex.hic, & sequitur etiam Pau. hic.idem te-
net Bald.in c.1.in princ.in 2.col. de pace ten.do.Ant.de Butr.&
Imo.in c.cùm inter. per illum text.de renun. Lud. & do.Alex.
in l.semel mora.s̃.sol.matr.Lud.in cons.183.inc.in casu propo-
sito dicendum est pacem. ꝙ consil. est errore duplicatum in
cons.258.do.Alex.in cons.16.1. vol. quod incip. viso processu
causæ vertentis inter procuratorem, & ibi signanter,& mirabi
liter ampliat,quòd ista decisio Bart.procedit etiam si noua cau
sa superueniens non esset iusta causa offendendi, quod valde
not.& idem, ꝙ Bart.in d.§.causa. tenet etiam do.Alex.in cons.
113.4.vol.ꝙ incip.viso themate suprascripto, & attestationib.
Et aduerte diligenter,quòd in dubio offensa præsumitur facta
ex causa de nouo superueniente , & sic licitè , & non ex anti-
qua.ita videtur velle Bald.in l. si prædium. ad fin.C. de ędil.act.
quod reputat sing.do.Alex.hic.illam deci.Bald.etiam sequitur.
do.Alex.in d.l.semel mora. & dicit , quòd velut auream nun-
quam obliuiscaris , quoniam sæpius ita consuluit , & ita con-
suluit dom. Alex. quem omnino vide in præalleg. consil. 113.
4.vol.colu.2.Sed quia Bald.ibi clarè non dicit , ego addo Lud.
Rom.qui istud ad literam ponit in præalleg.consil.183.Et vltra
eos addo bene facere,quod notabiliter tenet Bart. in l. non so-
lùm.§.sed vt probari.s̃.de oper.no. nun. vbi signanter tenet,ꝙ
in delictis in dubio censetur factum loco licito, & tempore li-
cito,cum concor.quas ibi dedi.Item ad prædictam deci.Imo.
& Pau.de Cast.hic,facit,quod si facta pace inter te , & me sub
pœna de non offendēdo,si tu prior offendisti me, possum po-
steà te impunè offendere, nec dicor pacem rumpere , ex quo
fuit prius à te rupta , & sic non incido in pœnam pacis ruptæ,
etiam si ibi esset clausula rato manente pacto, qui nihil opera-
tur in fauorem rumpentis pacem, secundum Ioann. Andr. in
addi.Spec.in titu.de treu. & pace.super rubr. ita tenent Ang.&
Imo.Pau.& Alexan. hic.Bart. in l. cùm pater.§.libertis. in fin.s̃.
de leg.2. Bald.in l. qui fidem.s̃.de transact. & in l. cùm propo-
nas.2.C.de pact.& in l. semel mora.s̃. solu.matr. vbi latè Lud.
& Alex.cum multis concor.ibi traditis per dom. Alex.& vltra
eum adde Abb.in cap.1.in 1.col. de treug. & pace. & in c. bo-
næ.el.2.in 2.col.per illum text. de elect. & in c. quemadmodū.
in 3.not.de iureiur. Ang. & Lud. in l.fin. §.1. s̃.de eo per quem
fact. erit. Et ꝙ ista procedunt etiā quando in instrumento pa-
cis esset adiecta causula rato manente pacto,& ꝙ toties com-
mittatur pœna,quoties fuerit contra factum .adde etiam Bal.
& Sal.& Pau.in d.l.qui fidem.do.Alex.in d.l.semel mora,& in
3 præalleg.cons.133 col.3.& per Aret.hic.¶†Prædicta sing.limi-
ta procedere in pace,secus est in treuga , quæ non potest rum-
pi ratione causæ de nouo superuenientis , nec possum frange-
re, donec durat tempus treugæ, quamuis aduersarius frangat.
dictū fuit originale Vincen. in c.1. ad fin. de treu.& pac. ꝙ re-
fert,& sequitur Ioann.And.in addi.Spec. in tit. de treu. & pac.
b super rub.vbi etiam refert idem tenere [b] Archi.in cap.illi. 24.q.
3.& dicit ita seruari in Hispania.idem tenet Ioann. And.& do.
Ant.de Butr.in c.3.de iureiur.Ang.& Cum.& Pau.hic. Ang.&
Imo.in l. si ex legati causa. s̃.eod.rationem diuersitatis assignat
Pau.hic , quia treuga fit ad tempus, quo finito poterit posteà
vindictam sumere , sed pax fit perpetuò , ideo ex noua causa
permittitur offensio , aliàs nunquam liceret , cùm pax sit per-
petua,per not.in simili per glo. in l. nisi finita. §. fin. s̃. de tut.&
rat.distrab. licèt Aret.hic dicat , ꝙ ista ratio est generalis , quia
tempus treugæ posset offerre opportunitatem vindictę ,& ista
bene nota ad treugas,quæ fiunt inter Duces. Dicit tamen Imo.
hic, quod istud dictum Vincen. magis procedit de consuetu-
dine quàm de iure,quia de iure aliud esset per d.l.cùm propo-
nas.2.C.de pact.& ita etiam tenet Alex. hic , & in d.l.cùm pro-
ponas,& in d.l.semel mora. col. fin. Tu adde vltra eum,quòd
præfatum dictum etiam refert, & sequitur Bald. in c. dudum.
el.2.col.12.de elect.& in rub.de treu.& pac. in rub.& in proœ.
Greg.in 2.colu. quamuis contrarium teneat Abb. in d. c. 1.de
4 treug.& pac.¶† Vltimò circa prædicta aduerte, quòd ille, qui
adulterauit vxorem alterius, cum quo fecit pacem , non dici-
tur ex tali offensa rumpere pacem , nec per hoc incidit in pœ-
nam pacis ruptæ, quia non facit animo vindicandi,& retractā-
di inimicitiam iam sopitam, sed facit causa libidinis : sed si fa-
ceret causa vindicandi, quia fortè ipse passus esset similem iniu
riam,de qua est facta pax , tunc incideret in pœnam pacis fra-
c ctæ,ita not.Bart.in l.verum [c] est si meretricem. per illum text.
de furt. & sequitur simpliciter Pau.hic. Adde Bald. in cap.1.in
princ.col.pen.quib.mod.feu.amitt.in feud. & latè Ioann. And.
in regula frustra.in mercur.Item vide,quòd in fortioribus ter-
minis consuluit Alexan. in consil.113.2.vol. quod inc. viso in-
strumento treugę.vbi mirabiliter consuluit,quòd per raptum
filiæ vnius,qui fecit pacem,quæ rapta fuit violenter , & tradu-
cta extra territorium , & in actu conducendi dictam puellam
interuenerunt aliquæ percussiones,vt ipsa pateretur se conduci,
non per hoc videtur rupta pax, nec commissa pœna instru-
mento pacis contenta , vt ibi per eum post Ioann. Andr. in d.
reg.frustra. in mercu. ¶Tertiò not.ex text. ibi , nec vtilis actio.
nam secundum Pau.de Cast.& Aret.debet exponi text.vtilis.i.
directa , quia si non liberaretur occidens,teneretur directa , &
non vtili.l.mora.& l.si seruum.in princ.s̃.eod. tu autem intelli-
ge text.prout iacet sine violentia , quia quando mora,vel cul-
pa debitoris perpetuatur obligatio, eo quia iniustè occidat spe
ciem debitam , nunquam perpetuatur directa actio , quia sub-
lata est mortua re,quæ erat in obligatione,quia lex non potuit
perpetuare directam,& facere,ꝙ res mortua esset in rerum na
tura,& illud, quod nihil est,sit in obligatione , sed bene perpe-
tuatur vtilis actio,quia odio culposi,vel morosi fingitur res pe
rempta viuere, & extare , vt dicit text.in l.nemo rem suam. in
§.1.& l.si seruum. §. fin. s̃. eod. vnde quod non potuit lex dire-
cto contra vim naturæ facere , facit per indirectum fingendo
in odium culposi,vel morosi rem extare,ideo dedit vtilem,&
istud est propriè , quod vult iste text. non destruendo eum , &
ita etiam tenet dom.Petr.de Bexu.hic. faciunt , quæ habentur
5 in l.curatoris.C.de neg.gest.¶†Per istum tex.deter. Old. Laud.
q.si feci pacem cum inimico meo, & promisi eum non offen-
dere sub pęna,demum fuit exbannitus,& ex forma statuti ban
nitus potest impunè occidi,si eum occidi, non incido in penā
pacis ruptæ,ita fuit determinatum Paduæ, & ita tenent Barto.
* *& communiter alij.* Bart.in l.eleganter.§.fin.per illum text.de pig.
act.Ioann.And.post Antiq.in reg.frustra.in merc.& dicit Alex.
quòd ista est communis opin. cum multis concor.hic per eū,
ratio quia hoc facit statuto permittente , & promissio de non
offendendo intelligitur, nisi hoc faciat lege , vel statuto per-
mittente , vt iuribus hic allega. per Bartol. pro ista parte bene
facit , quod not. Bartol. in l. 2. per illum text. C. quando lic.
sine iudic. se vindic. vbi tenet , quod statuta , quæ permittunt
exban-

ADDITIONES.

a §.Causa.Adde, quòd dictum Bartol. in d. §.causa. refert , & sequitur Bald.in cons. 195.col.3.vers.si quis autem,& quando.in secunda parte.

b ¶Idem tenere.Adde,quòd secundum opi. Arch.consuluit Dom. Mar.Socin. quam opi.refert D.Fely. in c.1.col.fin. de treug.& pac.& dictū Arch.refert, & sequitur dominus meus Socin.in cons.262.inc.in causa magn.Petr. de Medicis. col.pen.in fin.

c L.Verum.Adde Ang.Aret. in tract. malefic. in vers. che hai adulterato.colu.7.versic.quid autem si pax.& Rom.in cons.183.& in cons.258.supra per Ias. allegat.

exbannitos impunè occidi, ſunt inducta ad vindictam publicam, vnde qui promiſit non offendere ſub pœna, & bannitum offendit, non incidit in pœnam, cùm iſta ſit vindicta publica. Adde pro iſta communi opin. bene facere, quia iſta pax facta cum pacto de non offendendo ſub pœna intelligitur rebus ſic ſe habentibus, prout nunc ſe habent, & non mutato ſtatu in deterius. l. ꝙ Seruius. vbi dixi. s̃. de cõd. ob cau. & l. cùm quis. in princ. ĩ. de ſol. ſed ex quo poſteà iſte fuit bannitus, res nõ ſe habent prout erant. Item noua cauſa offendendi emerſit. ſ. bannum, & quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio. l. de ætate. §. ex cauſa. s̃. de interro. act. nouum. n. factum nouũ conſilium. l. 1. in prin. & ibi glo. s̃. de vent. inſpic. Item illa promiſſio de non offendendo intelligitur ex cauſa de præterito non autem ex cauſa de futuro, vt habetur in d. l. ꝙ Seruius. & in l. ſi ita quis promiſſerit. §. fin. ĩ. eo. Item nunc eſt alia perſona, quã erat tempore promiſſionis, quia tunc eſt bannitus, & ſic effectus hoſtis ciuitatis. l. amiſſione. §. qui deficiunt. s̃. de c. dimi. & ſic ex forma ſtatuti poteſt impunè occidi. iſta ſunt, quæ diſtinguunt pro communi opin. ¶Contrarium fuit determinatum Bonon. illa ratione, quia iſte, qui facit pacem cum promiſſione de non offendendo ſub pœna, & poſteà fuit exbannitus, habebat ex ſuo contractu, & ſic ex ſua prouiſione ſecuritatem ab aduerſario ſibi promiſſam, ergo dẽt eſſe firmior, & efficacior quàm permiſſio occidendi, quam alter habet à ſtatuto, vt iurib. hic alleg. per Bart. & per eundem in l. ſi inſulam. in 6. opp. 1. part. s̃. eod. & eſt glo. not. in l. ſi quid bello. ĩ. de capt. Sed Bart. truffatur de iſta ratione, quia in promiſſione pacis de non offendendo intelligitur tacita conditio, niſi. l. vel ſtatuto permittente hoc fiat, vt hic per eum. Sed pro determinatione Bonon. fortius facit, quia licèt ſtatutum ſimpliciter permittat bannitum poſſe occidi, tamen iſta permiſſio ſtatuti non videtur cõprehendere illum, qui ſpeciali ratione. i. ex obligatione pacis non poterat eũ offendere, prout optimè videtur probari quaſi in terminis per text. not. in l. ſi adulterium. §. liberto. ĩ. de adul. vbi diſpoſitio l. Gallię generaliter permittens poſſe occidi adulterum, non comprehendit libertum, qui ſpeciali ratione prohibetur offendere patronum. Ad idem text. in l. tutor. in princ. s̃. de ſuſpe. tut. vbi lex generaliter permittens, ꝙ quilibet poſſit accuſare tutorem de ſuſpecto, non comprehendit libertum, qui ſpecialiter prohibetur accuſare patronum. Sed defendendo communem potes reſpon. ſecundum Aret. hic, ꝙ illa iura procedunt regulariter, ſed vbi agitur de fauore publico, & de vindicta publica, vt in caſu noſtro, etiam ille comprehenditur, qui ſpecialiter ex prouiſione hominis erat prohibitus, vt eſt text. not. in l. ſi quis in graui. §. vtrum. verſ. is quoq;, & ibi Bart. s̃. ad Sena. Sylla. vbi diſpoſitio l. generalis, quæ defert præmium libertatis ſeruo, qui vindicauit mortem domini defuncti, cõprehendit etiam illum ſeruum, qui ex pacto contrahentium erat ſpecialiter prohibitus manumitti, quia plus operatur fauor publicus, vt ibi dicit text. quàm pactum contrahentium, quia fauor publicus non recipit reſtrictionem de habilitate perſonarum, vt ibi eſt text. no. Tu reſpond. aliter, prout reſpon-
a det Bart. in d. §. liberto.[a] ꝙ licèt libertus reperiat patronum in adulterio, tamẽ remanet patronus, & habet iura patrona. ideo non permittitur à liberto occidi, non ſic eſt in eo, qui poſteà fuit exbannitus, quia propter tale bannum efficitur noua perſona, cùm efficiatur hoſtis publicus, & transfuga ciuitatis. l. amiſſione. §. qui deficiunt. s̃. de c. dimi. ideo ex hoc, ꝙ iudicatur noua perſona, poteſt ex permiſſione ſtatuti occidi, & ſic teneas communem opin. ¶Imò fortius iſtud procedit, etiam ſi ante pacem factam iam fuiſſet bannitus; & ſi aliquis fecit pacem cum inimico ſuo, qui iam erat bannitus, & promiſit eum non offendere ſub pœna ſtante dicto ſtatuto, quòd bannitus poſſit impunè occidi, adhuc eum occidendo non incidit in pęnam. ita latè diſputando determinat Bart. in 1. quæſt. quæ inc. Lucanæ ciuitatis ſtatuto cauetur, & idem Bart. in l. 2. C. quando lic. ſine iud. ſe vin. & idem Bart. in l. 1. §. non fuit autem. per illum text. & ibi etiam Ang. s̃. de dol. ſequuntur Imo. & dom. Alexan. hic. Motus eſt Bart. duplici fundamento. Primo, quia cùm iſta ſit vindicta publica, non potuit pactis priuatorum tolli. l. ius publicum. s̃. de pact. Item cùm iſtud fuerit inductum in odium bannitorum, ergo non potuit illi per pactum derogari. l. tametſi. cum glo. s̃. ad Maced. ſed iſta fundamenta Bart. poſſunt de facili tolli, quia ſtatutum non diſponit, quòd bannitus debeat neceſſariò offendi, ſed bene permittit, quòd poſſit impunè offendi, ſicut licitum eſt occidere adulterum, nõ tamen eſt neceſſe, vt not. glo. in l. accuſationis. C. ꝙ me. cau. vnde iuri permiſſiuo videtur poſſe renunciare, licèt non iuri prohibitiuo, prout loquuntur iura alleg. per Bart. vnde promiſſor ſciẽs eum eſſe exbannitum, tempore quo facit pacem cum pacto de non offendendo ſub pœna, tenetur ad pœnam ciuilem applicandam parti, ad quam potuit ſe obligare, licèt non teneatur ad pœnam publicam, quia non eſt delictum puníbile de publico, ex quo ſtatutum permittit, ſecundum Bald. hic, & latius Bald. de quo non meminit d. Alex. in rub. extra de ſumm. Trin. in 2. col. ad fi. & ſeq. poſuit etiam Bald. licèt non clarè de-
6 cidat in l. 1. C. quando lic. ſine iud. ſe vin. ¶† Vltimo pro complemento ad materiam huius. l. adde, ꝙ vult glo. not. in c. 1. de treu. & pac. ꝙ recipiens aliquem ſub protectione ſua, non tenetur eum defendere, niſi cùm iniuſtè grauatur. Ibidem etiam not. d. Abb. in vlt. not. ꝙ ſi guerra iuſtè moueatur contra receptos ſub protectione, non tenetur recipiens eos defendere. bene facit, ꝙ not. Ang. in l. ſi quis in graui. §. 1. verſ. ſi maritus. per illum text. s̃. ad Sena. Sylla. vbi not. ꝙ Principes, vel Reges collegiati, & confęderati, qui tenentur inuicem ſe iuuare, non tamen debent præſtare iuuamen faciendi guerram iniuſtam, ꝙ valde not. facit, ꝙ vult glo. not. in c. pro illorum. in verſ. contradictores. de præben. quæ vult, ꝙ clauſula, quę quotidiè apponitur in literis Papæ, amoto quolibet contradictore, intelligitur de his, qui de facto contradicunt, & non de eis, qui de iure ſe opponunt. Item iurans non præbere conſilium, auxilium, vel fauorem contra aliquem, intelligitur de auxilio iniuſto, ſecus de iuſto. c. intimauit. & ibi not. Abb. poſt Ioann. And. de teſta.
7 ſed caue, quia iſto modo parum operaretur.† Alibi tamen habes caſum valde mirabilem, in quo vaſſallus tenetur iuuare dominum etiam habentem cauſam iniuſtam. text. eſt mirabilis in c. 1. in prin. in tit. hic fin. lex, deinde conſu. re. inc. in vſib. feud. & ſic vaſſalli tenentur iuuare dominum etiam habentẽ cauſam
b iniuſtam,[b] & vide Bald. ibi in 2. col. qui reputat illum caſum eſſe mirabilem, & valde inuehitur contra auctores illius text. tanquam fuerint duo pecora. tamen videtur illum text. reſtringere, quando eum iuuarent ad eius defenſionem, de quo etiã per Bald. in c. imperialem. §. fin. ad fin. de prohi. feud. alien. per Frid. in feud. & vltra Bald. adde tu text. in c. ego. N. in verſ. mala emptione. de iureiur. vbi eſt text. ꝙ vaſſallus non tenetur defendere dominum, qui iuſtè capitur, vel iuſtè offenditur. Nota prędicta, quia de eis ſæpè interrogaberis.

ADDITIONES.

a ¶D. §. liberto. Adde tu, & vide circa hoc, quæ pulchre ponit. Nellus de S. Gem. in ſuo tracta. bannito. in 2. part. 2. tempo. q. 10. & per ibi dicta potes colligere ſolutionem quæſt. propoſitæ, & ſaluare communem opin. & contrariam, videlicet aut talis bannitus venit contra bannũ in territorio, à quo bannitus eſt, & tunc non obſtante pace poteſt impunè occidi. Aut non venit contra bannum, & tunc occidens incidat in pœnam pacis ruptæ, & ſic procedat opin. contra communem opin. & hic per iura per ipſum. D. Nellum in d. q. allegata. Cogita tamen.

b ¶Cauſam iniuſtam. Adde circa hoc, & vide, quæ late ponit Iacob. de Sancto Georgio in ſuo ſolenni tract. feudo. in verſ. & promiſerunt domino ſeruitia. colum. 4.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio acceßoria inutilis non nouat præcedentem vtilem.*

2 *Hippocentaurum eſt animal imaginarium ex multis ſpeciebus compoſitum, non exiſtens in rerum natura.*

LEX XCVII.

SI ita ſtipulatus fuero te ſiſti.
1 †Stipulatio acceſſoria inutilis non nouat præcedentem vtilem. h. d. ſecus ècõtra ſi ſtipulatio principalis eſſet impoſſibilis, tunc vitiaretur etiã acceſſoria, vnde ſiècontra ad caſum noſtrum ſtipulor à te hippocentaurum, & ſi eum non dederis, ſtipulor centum, non valet ſtipulatio acceſſoria de centum, quia principalis non tenet.
2 l. ſi homo mortuus. s̃. eod. ¶† In text. ibi, hippocentaurum, eſt animal imaginarium multis ex ſpecieb. compoſitum non exiſtens in rerum natura, vt inſt. de inut. ſtipul. in prin. cum gl. ſicut Logici de chimera, & ſic ſecunda ſtipulatio erat inualida, & habetur pro non facta, & dum gl. hic dicit, ꝙ etiã ſi ſecunda fuiſſet valida, tñ hodie non nouaret primam, niſi expreſsè fuiſſet
* dictum per l. fi. C. de noua. malè dicit, & *reprehenditur per omnes*, quia d. l. fi. loquitur in nouatione propria, & coęqueua, quando ſecunda eſt æquè principalis ſicut prima, ſed iſta lex, & ſimiles loquuntur de ſtipulatione pœnali, & ſic acceſſoria, quæ dicitur quaſi nouatio. l. obligationum fere. §. fin. s̃. tit. 1. in qua iura vetera non corriguntur per d. l. fin. quæ non loquitur iſto caſu ſecundum Bart. in l. ita ſtipulatus. in 9. opp. vlt. partis. ĩ. eod. & in l. prædia. s̃. de act. emp. in quibus locis Bartol. reprehendit iſtam glo. & ſimiles.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Promittens ſoluere pro alio non videtur eſſe fideiuſſor, ſed ſolùm tenetur illo exiſtente non ſoluendo, ſecus ſi promittat dare,& nu.2.*

3 *Si fideiuſſor promiſit indemnitatem etiam ſi renunciauerit beneficio de fideiuſſo. non tamen poterit conueniri ante principalem excuſſum.*

4 *Propter abſentiam principalis poteſt hodie fideiußor conueniri non excuſſo principali.*

§.Poſſum. Iſte.§.eſt difficilis in tex.& eſt ſing. caſus ſecundum Bald. Imo. & Pau.de Caſtr. hic,non ſummatur propter varietatem lecturarum. ¶Pro intelligentia huius text.opponitur fortiter contra tex. ſecundum gloſ.3.nam de iure iſto fideiuſſor poteſt æque principaliter cōueniri ante principalem excuſſum, dato, quòd principalis ſit ſoluendo.l.iure noſtro, & l.non rectè. C.de fideiuſ.cuius contrarium de directo deciditur in hoc text. ibi, nihil ex hac ſtipulatione conſequi poſſumus,ſi principalis ſit locuplex. Breuiter contrarium loquitur in fideiuſſore,ſed in iſto text. iſte, qui ſic promittit,non eſt fideiuſſor, quare autem nō ſit fideiuſſor,hoc opus,hic labor eſt, in hoc conſiſtit difficultas, & propter hoc iſte.§.legitur varijs modis. ¶Primò modo ſecundum gloſ.1.& glo.3.quòd hic non fuit fideiuſſor,quia non promiſit illud idē, ad quod principalis tenetur ſicut facit fideiuſſor. l. ſicut reus.ſ. de fideiuſ.ſed promiſit ſe facturum, & curaturum, quòd Titius ſolueret,& illo non ſoluente promiſit ſoluere nomine Titij, & iſto modo ſubauditur ad text. verbum curauerit, quod non eſt in text.ideo iſte intellectus *per omnes reprobatur*,& dato, quòd non diceretur fideiuſſor ex primo capite,tamen videretur ex ſecundo. ¶† Secundo modo legitur ſecundum Petr. de
1 Bellaper.& Dyn.ꝙ iſte.§.loquatur, quando quis promittit ſe ſoluturum nomine Titij, quo caſu non eſt fideiuſſor, quia promittit factum, quia ſoluere eſt facti.l. conſilio. in fin.ſ.de cur. fur.glo.in rub.j.de ſolu. & in ſtipulationibus facti ſuccedit obligatio ad intereſſe.l.ſtipulationes nō diuidun.verſ. Celſus.ſ.eo. intereſſe autem ſtipulatoris eſt eatenus quatenus Titius nō eſt ſoluendo,vt ſi promittis te daturum pro Titio,tunc es fideiuſſor Titij,quia promittis illud, quod Titius debet.vt.l.vbi autē. § illud.verſ.qui vero à Titio.ſ.eod. & ſic teneris inſolidum iſto iure,ſiue Titius ſit ſoluendo, ſiue non, quia iſta ſtipulatio non continet factum,ſed dationem, & ſic tranſlationem dominij, quæ eſt præciſa, ideo indiſtinctè ſtatim poteſt agi.l. vbi autem. §.fin.ſ.eod. Iſte intellectus multum adaptatur verbis literæ, & ei multum applaudet, quia text. dicit neque. n. hoc ſimile eſt illi te daturum,& ſecundum iſtum intellectum.h.d.† Promit-
2 tens ſoluere pro alio non videtur eſſe fideiuſſor, ſed ſolùm tenetur illo exiſtente non ſoluendo, ſecus ſi promittat dare.h.d. ſecundum intellectum Petr. & Dyn.quem ſequuntur Bald.& Ang.& vt dixi multum applaudet literę.iſtum intellectum reprehendit Barto. quia licèt ſoluere largè ſumptum ſit factum propriè, tamen eſt illius naturæ,cuius eſt id,quod in obligatione continetur, vnde verbum ſoluturum importat dationem, quando in obligatione eſt datio,ſecus ſi eſſet factum. l.ſolutionis verbo.in fin. j.de verb. ſign. Confirmatur ſecundum Cum. Pau.de Caſt.& Aret.quia quando factum ordinatur ad dationem,videtur obligatus ad dandum.l. ſi hęres iuſſus. ſ.de leg.1. Bar.in l.illa ſtipulatio.§.1.ſ.eod.ſed ad iſta potes reſpon.ex mēte Imo.quòd procedant, quando verbum ſoluere refertur ad eum, qui p ius erat obligatus,ſecus, quando refertur ad eum, qui ſe nouiter obligat ad ſoluendum nomine alterius, & tunc procedit iſte text. ¶Tertium intellectum poſuit Bart. quòd in hoc text.non fiat differentia inter verbum ſoluere, & dare,ſed fiat differentia in modo promittendi, an quis promittat ſe ſoluturum, vel daturum nomine Titij,an verò ſimpliciter promittat ſoluturum,vel daturum.ſ.id quod Titius debet ſiue debitum Titij: nam primo caſu procedit iſte text. in verſ.ſed ex ea,quia tunc non erit fideiuſſor ſic promittendo,quia iſta promiſſio videtur fieri cauſa Titij.l.fideicom.§. interdum.de lega. 3. & ſic creditor ſtipulatur alteri, ideo non poteſt agere ex iſta ſtipulatione alteri facta,niſi ſua interſit.l.ſtipulatio iſta.§. alteri. ſupra eod.merito non agit niſi quatenus ſua intereſt, vt in litera,& quod non dicatur fideiuſſor, probat Bart. quia fideiuſſor poteſt ſoluere pro ſua obligatione,vel pro obligatione rei principalis,prout vult.l. indebitam.ſ. de condi. indeb. & l.Papin.ſ. mand. & plenè traditur in l. Modeſtinus. j.de ſol. ſed quando quis promittit ſe ſoluturum nomine Titij, non poteſt ſoluere niſi nomine Titij, & non pro ſua obligatione,ergo apparet, ꝙ non eſt fideiuſſor,ſed in ſecundo caſu, quando promiſit ſe ſoluturum, vel daturum.ſ.quòd Titius debet, tūc cenſetur fideiuſſor, & ſic indiſtinctè poterit iſto iure conueniri ante principalem,ſiue principalis ſit ſoluendo ſiue nō. Iſtum intellectum Bart.*ſequuntur omnes Mod.*excepto Raph.& dicit do.Alex.ꝙ iſte intellectus Bart.eſt not.dignus ad diſcernendum, quando quis ſit obligatus vt fideiuſſor,vel non, & ſecundum iſtum intellectum.h.d. Promittens ſe ſoluturum nomine Titij debitoris tenetur ad intereſſe,quod ceſſat,ſi Titius eſt ſoluēdo, ſecus ſi ſimpliciter promittit ſe daturum. h. d. ¶Iſtum intellectum reprehendit Cum.& bene,& mihi nullatenus placet,quia non videtur vllo modo conuenire ad text.qui vult, quod quando promittis te ſoluturum nomine Titij, ſtipulatio eſt vtilis, & text. dicit poſſum vtiliter ſtipulari, ſecus, quando promittis te illi daturum, & tamen ſecundum intellectum Barto. vtraque ſtipulatio valet, & prima, & ſecunda, quod eſt contra text.imò plus ſecundum intellectum Bartol. prima ſtipulatio non valet ſine diſtinctione, imò debet diſtingui, vt in verſ. ſed ex ea. Secunda verò ſtipulatio indiſtinctè valet, & ſic vult Barto.quòd ſecunda magis valeat ſiue diſtinctione quàm prima, quod videtur eſſe contra text.qui videtur velle,quod ſecunda indiſtinctè non valeat,dum dicit, neque.n. hoc ſimile eſt illi te daturū. licèt poſteà text.limitet primam. Item inquantum Bart. vult, quòd creditor ſtipulando, quod promiſſor ſoluet nomine Titij,videtur ſtipulari contemplatione illius debitoris ſui, hoc eſt falſum ſecundum Cum.imò videtur tunc ſtipulari cōtemplatione propria ipſius creditoris per text.apertum in l. à Titio. j. eod.& l.ſeruo legato.§.ſi teſtator.ſ.de lega.1.& l. ſi prior.§.1.ſ. qui pot. in pign. hab. & quia omnis ordinata charitas incipit à ſeipſo.l.præſes.C.de ſer. & aqua.& text.in d.l.fideicom.§ plerunque.de leg.3.tollit differentiam,quam facit Barto. Item inquantum Bart.vult probare, quòd in iſto text.non ſit fideiuſſor, eo quia non poteſt ſoluere niſi nomine Titij, & non pro ſua obligatione.Iſtud non videtur eſſe verum,quia promittens ſoluere nomine Titij non priuat ſe facultate ſoluendi pro ſua obligatione. ¶Alium quartum intellectum poſuit Cum. quē reputat ſing. ſecundum quem text.iſte, vt ipſe dicit erit clarus, ꝙ text. velit facere differentiam inter ſtipulationem promittis te ſoluturum nomine Titij, & iſtam promittis te daturū pro Titio.Prima ſtipulatio indiſtinctè valet, quia text. indiſtinctè dicit,quod poſſum ita vtiliter ſtipulari, & videtur eſſe fideiuſſor, & ſic tempore iſto poterit inſolidū cōueniri ante Titium, & ſic de directo contradicit Bart. & cæteris. Secunda verò ſtipulatio,qua promittis te daturum pro Titio,videbatur eſſe ſimilis primæ,tñ tex.dicit cōtrariū.in verſ.ſed ex ea qa ex iſta ſecunda ſtipulatione non poterit agi,niſi quatenus intereſt ſtipulatoris, quia alteri dari,nemo poteſt ſtipulari, niſi quatenus intereſt ſtipulatoris.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.& §. ſi ſtipuler.ſ.eod. Vnde ſi debitor meus eſt locuplex, & ſic ſoluendo non intereſt mea,quòd ei des,ſed ſi ſoluendo non eſt, intereſt mea, vt ei des ad hoc,vt ſoluat mihi, & ſic Raph. refert verſ. ſed ex ea. ad proximè dicta,& non ad primam ſtipulationem, & in hoc ſua lectura ab omnib.diſcrepat:nam *ſecundum omnes verſi.*ſed ex ea.refertur ad primam ſtipulationem, & ſi diceres, quòd iſto modo text.deberet dicere ex hac,referendo ad immediata, & non ex iſta.reſpon.Raph.quod text. infra dicit nihil ex hac, & ſic quaſi abutitur iſtis vocabulis. dom. Alexan.dicit, quòd intellectus Rapha.vitiat text. & non poſſet literæ peius conuenire, ideo eum non recitat. Tu autem pro intellect.Cum.adde bene facere text.in §.alteri.verſic.ſed & ſi quis. inſtit.de inu.ſtip. mihi tamen plus cæteris placet intellectus Pet.& Cyn.qui ma-
3 gis applaudet literæ.¶† Per iſtum text. alibi dixit ſing.Bartol.in l.1.C.de conue.fiſ.debi.lib.10.quòd fideiuſſor, qui promiſit indemnitatem, & ſic conſeruare creditorem indemnem etiam ſi renunciauerit beneficio de fideiuſſoribus non tamen poterit conueniri ante principalem excuſſum, quia verba promiſſionis ita ſonant, vt prius principalis debitor debeat conueniri,vt videatur,quid ab eo poſſit conſequi per iſtum tex.quem dicit Pau.hic eſſe ad hoc ſing & non reperiri alibi, prout etiam not.Bald.hic.adde Barto.in l.quæro.& ibi Fulg. ſupra loca.Bal. in l.1.C.de reuo.his,quæ in frau.cred.Sal.in l.1.in vltim. colum. C. quod cum eo.& in l. 1.C. de fideiuſ. tut. & in l.1. C. ſi mat. ind. promiſ. quod limita trib. modis ſecundum dom. Alexan. in conſil. 324. volum. quod incip.in cauſa executionis motæ contra Barthol.retuli in ſpecie, & examinaui in l.fin. in princ.
4 ſupra ſi cert.peta.remitto te ad ea,quæ ibi dixi. ¶† Capio gloſ. in verſicu.locuples,ibi,ſi abierat vltra mare.iſtam gloſ.not.Bal. Angel.& Imol.quòd propter abſentiam debitoris princip.poteſt ſecundum iura hodierna fideiuſſor conueniri, etiam non excuſſo principali propter difficultatem conueniendi. adde Bald.in l.1.colum.2. C.de conuen. fiſ. deb.libr. 10 Sed mirandum eſt de præfatis Doctoribus poſt gloſ. cum de hoc ſit text. ad literam in Auth.præſente.C.de fideiuſſo. in princ. illius text, & in verſ.abſente autem reo.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio, quæ fit inter ſponſos, vel futuros coniuges, & confertur in tempus matrimonij, non valet, fallit, vt infra num. 2.*

§.Si tibi nupſero. Stipulatio ex cauſa lucratiua inter futuros coniuges in tempus matrimonij collata non valet.h.d. & non habes
alibi iſtum text. nec in iure ciuili, neque canonico ſecundum
1 Bald.hic.¶† Not.ꝙ promiſſio, quæ fit inter ſponſos, vel futuros coniuges,& confertur in tempus matrimonij, non valet, ratio eſt duplex. Prima, quia non poſſunt futuri coniuges inuitare ſe ad matrimonium cauſa lucri, quia promiſſio præſumeretur fieri ex cauſa improbabili.ſ.libidinis,& ſic eſſet contra bonos mores argum.text.ſing.in l.fi.§.fin.ſ.tit.1. Secunda, quia ſic matrimonium redderetur quodammodo venale, ꝙ eſſe non debet,vt l.1.& 2.ſ.de don.inter vir. & vxo.¶Hinc infertur ſecus eſſe,quando talis promiſſio fieret ex cauſa licita, puta,vt
a vtilis perſona, ſed admodum diues [a] habeat nobilem iuuenculam in vxorem, poteſt ex hac cauſa promittere in recompenſationem dictæ nobilitatis, vt eſt glo.not. in l.ſi voluntate, & ibi Bart. C.de dot. promiſ. vel quando talis promiſſio fieret ex cauſa pacis,vt cap.2.in verſ.vt pote pro bono pacis. de de-
* ſpon.impub.ſm Bart. *& communiter alios hic*, in fin. fuit dictum in l.ſi diuortio.ſ.eod.& cum Bart.hic etiam tenet Bald.in c.accedens.de procu.vbi dicit, ꝙ in iſtis caſibus non eſt pura donatio,ſed ob iſtam cauſam, per text.quem dicit non eſſe alibi in iure in l.creditor.§.ad eum.verſ.Titius. ſ.mand. oportet tñ, ꝙ hoc ponatur in inſtrumento ſecundum eum.idem cum Bart. tenet etiam Bald.in l.2.§.creditum.ſ. ſi cert.pet. vbi etiam Bal. per text.in d.l.creditor.§.1.tenet,ꝙ maritus cõſtante matrimonio poteſt conſtituere dotem pro vxore cauſa faciendi pacẽ, ꝙ aliàs eſſet prohibitum,ꝙ valde not.¶Secundò limita iſtum text.vt procedat, quando promiſſio fieret ab altero ex futuris coniugib.tunc nihil valet.ſecus ſi talis promiſſio fieret à tertio. l.1.C.de inſt.& ſubſt.& l.vter ex fratrib.ſ.de cond. inſti,& l.Titio centum.§.1.ſ.de cond.& demon. dicetur in l.Titia.in prin. j.eod.Item poteſ limitare per l.vir vxori.cum glo.ſ. de don.inter vir.& vxo.& per Cum.& do. Alex. hic.¶Gl. in verſ.nec ratio.Iſta gl.ponit quatuor caſus,in quib.valet promiſſio,de qua in text.& ſic remouet quatuor opp.quas in ſpecie format Bar.
2 poſteà ponit opin.Ioann.qui tenet, † ꝙ etiam illis caſibus non valeret promiſſio,ſi exprimeretur conditio nuptiarum, quam opin. reprehendit Bart. quia nuptiarum conditio tacitè intelligitur.l. ſtipulationem. ſ. de iur. dot. ergo eius expreſſio nihil operatur, ſed non eundo per mendicata ſuffragia contra Io. eſt text.hic ad fin.in verſ. non in dotem ſtipulatus.ergo ſi ſtipularetur in dotem,valeret.¶Extra glo. fortiter opp. de text.in c. de illis.de cõd.appoſit.vbi promiſſio iurata facta mulieri de accipiẽdo eã in vxorẽ, ſi 100.ſibi donauerit, valet,& eſt honeſta, aliàs non ſuſpendiſſet matrimonium futurum, vt ibi dicit tex. ſed haberetur pro non adiecta,vt c.fin.eod.tit.d. Abb.ibi dicit, ꝙ contrarium eſt difficile,& non tactum à Doct, & reſpon.ꝙ ille text.debet intelligi ſecundum iſtum text.& prædicta,quando ſubeſſet iuſta cauſa,puta dotis pro ſupportandis onerib.futuri matrimonij.c.ſalubriter. de vſur. & l.pro onerib. C.de iur, dot.vel alia iuſta cauſa,puta pacis, vel in recompenſationem nobilitatis, vt prædixi, nec aliud poteſt dici ad illum text. ſequitur etiam latius Aret.hic,

ADDITIO.

a ¶Sed admodum diues. Adde etiam,quòd ſi ſenex vellet habere pulchram iuuenculam,tũc talis promiſſio valeret.vt in.d.l.ſi voluntate,& D.Bal. Nouel, in tract.de dote,part.10.col.4.verſ.quid autem ſi talis.

SVMMARIVM.

1 *Quando eſt impedimentum mixta conſideratione rei, & perſona, valet ſtipulatio, ſi impedimentum ceſſat tempore exiſtentis conditionis,*

2 *Teſtator apponendo conditionem non vult inſpici tempus conditi teſtamenti, ſed futurum.*

3 *Valet argum.per deductionem ad abſurdum.*

4 *Duæ cauſæ lucratiuæ poſſunt circa eandem rem diuerſis temporibus concurrere.*

5 *Solus defectus perſonæ vitiat ſtipulationem conditionalem.*

LEX XCVIII.

1 EXiſtimo. ¶† Quando eſt impedimentũ mixta conſideratione rei, & perſonæ, valet ſtipulatio,ſi impedimentum ceſſat tempore exiſtentis conditionis.h.d. ſecundum Bar. Ang.& Imol. & dicit Bart. quòd hæc.l. videtur valde difficilis iuuenib.ſed non eſt,vel ſic,& melius.In ſtipulatione conditionali non inſpicitur impedimentum exiſtens tempore ſtipulationis,vel poſteà ſuperueniens,modo tempore euenientis cõditionis ceſſet.h.d.Vel ſic,& breuius.Poteſt quis rem propriã, & ſeruitutem ad fundum alienum ſub conditione ſtipulari. h. d.¶Diuiditur in quatuor partes. In prima ponit duos caſus,in quib. ſuberat à princ. defectus tempore conceptæ ſtipulationis, tamen poſteà ceſſauit tẽpore exiſtentis conditionis. In ſecunda probat ea per deductionem ad abſurda, & primo ponit abſurdum circa primum dictum, ibi, aut ſi hoc verum nõ eſt. ſecundò circa ſecundum ibi, ſed ſi fundi. In quarta auget abſurdum ibi,& maximè.In ſecunda ibi,aut ſi hoc verum nõ eſt. probat determinationem ſuam per deductionem ad duo abſurda,nam ſicut non debet attendi defectus poſteà ſuperueniens pendente tempore ſtipulationis, vt vitiet ſtipulationem, ex quo reperitur ceſſare tempore euenientis conditionis, vt in duob. vltimis caſib. ita etiam in duobus primis defectus, qui ſuberat ab initio tempore interpoſitæ ſtipulationis, non debet attendi ad reddendum eam nullam, cùm ceſſet tempore euenientis conditionis.¶Sed aduerte vltra Scriben.quòd argumẽtatio nõ videtur bona,nam arguit à caſib. in quib.tempore ſtipulationis non ſuberat defectus, ſed poſteà ſuperuenit ad caſus primos,in quib. vſque à princ.tempore interpoſitæ ſtipulationis ſuberat defectus,ſed iſta non eſt bona argumentatio, nã magis debet vitiare initium vitioſum, quàm vitium,quod poſteà ſuperuenit per reg.l. quæ ab initio. j.de regu.iur.iuncta.l.ſi minor.in fin.ſ.de ſer.expo.Item vniuſcuiuſque contractus initium eſt ſpectandum,dicit text. in l. ſi procuratorem. in princ. ſ.mand.& quod initium ſit ſpectãdum,facit.l.3.§.ſcio.in verſ. initio inſpecto.ſ.de minor.& l.quod ait lex.§.1. j.de adul.gloſ. plena in c.dudum.1.in verſ.electionis.de elect. Accedat, quod latè conſuluit Petr.de Anchar.in conſ.229. & duob.ſeq. quod ſi matrimonium fuit à princ. nullum, licèt ex poſtfacto ceſſet cauſa nullitatis,& mulier perſeuerat in eo matrimonio, quod credebatur à princ.validum, iſte conſenſus continuatiuus non habet vim inducendi,vt de nouo videatur matrimonium cõtrahere. Sed reſpon. quòd iſte text.loquitur in ſtipulatione cõditionali,in qua ſolùm attenditur tempus purificatæ conditionis,quod ſi illo tempore defectus ceſſet,valeat ſtipulatio, ideo tunc non refert,an defectus fuerit à princ.an poſteà ſuperuenerit,quia quantum ad firmandum contractum conditionalem non inſpicimus principium contractus, neque medium, ſed conditionis exiſtentiam. ita eſt propriè text. hic. & ſi diceres, quod in contractib. conditio quandocunque exiſtens trahitur retro,& eſt perinde ac ſi ſtipulatus eſſet purè. l.potior. & l. qui balneum.in princ.ſ.qui pot.in pign.hab.& l.ſi filiusfam.in prin. vbi vidimus.ſ.eod,reſpon.ſecundum Bald.hic,quòd conditiones caſuales trahuntur retro ſi poſſunt,ſed ſi reperiatur impedimentum,tunc ſecus,quia omnes fictiones ex exiſtentia conditionis ſunt introductæ,vt actus reddatur vtilis,ſecus ſi per hoc redderetur inutilis,text.eſt hic.In quarta parte ibi, & maximè, quia dictio maximè,ex ſua proprietate implicat idem eſſe, ſecundum opin.contrariam, vt eſt glo.in l.ꝙ ſi minor.§.reſtitutio.ſ.de mino. & glo. in l.illud. ſ. ad leg.Aquil. ideo dic, quòd text.vult dicere,ꝙ non ſolùm ſecundum opin.illorum,qui volunt, ꝙ quando res deuenit ad eum caſum,à quo incipere nõ poteſt,ꝙ ſemper, & indiſtinctè vitietur ſtipulatio,iſta abſurditas maximè ſequitur,ſed etiam ſecundum eos, qui volunt, ꝙ non ſemper vitietur diſpoſitio præcedens, ſed ſolùm, quando eſt imperfecta, & ſic, quando caſus ſuperuenit antequam diſpoſitio præcedens eſſet perfecta totali perfectione,ſequeretur iſta abſurditas, quia cùm adhuc pendeat conditio ſtipulationis, adhuc eſt imperfecta, & ita habes declaratum iſtum text. Not.1. quòd partes apponendo conditionem ſtipulationi voluerunt inſpici tempus euenientis conditionis, adeo,quòd defectus à princ.exiſtens,vel poſteà ſuperueniens non vitiat ſtipulationem,modo ceſſet tempore exiſtentis cõditionis. ratio eſt, quia eueniente conditione tũc cedit dies obligationis,& actio-
2 nis,& non ante.l.cedere diem. j.de verb.ſign. Adde, † quòd ſimiliter teſtator apponendo conditionem, non vult inſpici tẽpus conditi teſta.ſed futurum,ſecundum Bart. in l. cætera. §.1. circa fin.vbi dixi.de leg.1.Bart.in l.ex facto. in princ. de vulg.& pupil.& in l.ſi alienum.§.in extraneis. ſ.de hær.inſt. Bald. in l.2.
3 in fin.C.de actio.emp.¶† Secundo not. ex text. ibi, aut ſi hoc verum non eſt. quod ad probandum aliquid eſſe verum, bona eſt probatio per deductionem ad inconueniens,& ad abſurdum,& dicere ſi hoc negas, tunc deuenires ad tale abſurdum, & ſic bonum eſt argum. per deductionem ad abſurdum. facit.l.nam abſurdum.ſ.de bon.lib. & l.furti. §.pactus. vbi Barto. not.ſ.de in fa.c.dudum.cir.med.de præben.in 6.& ibi gl. in ver. abſurdum.not.bonum modum arguendi ex ſequella abſurditatis. Item argum. ab abſurdo valet, licèt auctoritas non allegetur,

getur, vt not. dom. Abb. in c. iniustum. per illum tex. de rerum
4 permut. ¶† Tertio not. in versi. sed si fundi. secundum Barto. ꝙ duæ causæ lucratiuæ possunt circa eandem rem diuersis tempo. concurrere, dic melius hoc ideo esse, quia effectus primæ reperitur extinctus tempore superuenientis secūdæ, & sic non est proriè concursus. eod. autem tempore concurrere non potest. l. inter stipulantem. §. si rem. supra eod. & plenè per glo. & Bar. in l. Mæuius. §. duob. de leg. 2. ¶Glo. in versi. non sit meus. diuiditur in duas. In prima declarat tex. In secunda oppo. & soluit. Secunda ibi, sed obijcitur. ¶In ea. glo. ibi, & non erit nunc seruitus constituta sed debita, quasi dicat glo. seruitus non potest esse de præsenti eius, qui non habet fundum, sed bene potest deberi sub conditione, allegat. l. secundam. supra com. prædi. vult allegare. l. primam. eo. tit. ¶In ea. gl. ad fin. distingue plenius tres casus secundum Barto. & omnes hic indifferenter. & Bar. & omnes in l. si rem meam. supra eo. quandoque stipulatio deficit propter defectum, & incapacitatem personæ stipulatoris, tunc non valet, licèt sit conditionalis, nec recōualescit, licèt talis defectus cesset, d. l. vsusfru. ꝭ. de stipu. ser. quandoque deficit stipulatio ratione rei tantum, quia res, quæ deducitur in stipulationem, non est in commercio nostro, puta res sacra, vel religiosa, aut homo liber, & talis stipulatio siue purè siue sub conditione facta non valet, dato, ꝙ tempore euenientis cōditionis desierit esse sacra, aut desierit esse homo liber. l. inter stipulantem. §. sacram. supra eo. quandoque stipulatio non valet mixta consideratione rei, & personæ, & tunc si fiat sub conditione valet, si tempore euenientis cōditionis talis defectus cesset.
5 ¶† Sed aduerte ista doctr. *Bar. & communis* videtur esse contra omnem rationem mundi, nam si solus defectus personæ vitiat stipulationem conditionalem. d. l. vsusfructus. item si solus defectus rei similiter vitiat stipulationem conditionalem. d. §. sacram. quanto magis, quando est mixtus defectus & personæ, & rei simul, quia duo defectus iuncti debent magis vitiare, quàm vnus per se, Auth. itaq;. C. com. de suc. & c. 1. cum gl. de treu. & pac. Ideo dic melius, quàm Bar. & Scrib. declarèt, prout etiam aliquando dixi in l. si rem meam. supra eod. quod quando est defectus ex parte personæ stipulantis tantum, vel rei deductæ in stipulationem, quia in his consistit effectus, & substantia. scilicet in persona, & sic in causa efficiente, & in re, & sic in causa materiali, iste defectus statim vitiat stipulationē, non attento futuro euentu, quamuis stipulatio sit facta sub cōditione. iurib. supra proxime alleg. non sic est in tertio casu text. nostri, quando quis stipulatur rem suam propriam, & sic est prohibita stipulatio mixta consideratione & rei, quia est mea, & sic mea amplius fieri non potest, & etiam personæ stipulatoris, qui non potest rem suam stipulari, & tunc non est prohibita stipulatio, eo quia persona sit inhabilis ad stipulandum, aut quia res non sit in cōmercio nostro, sed quia res mea amplius mea fieri non potest, etiam ex noua causa. l. sequitur. §. lana. ꝭ. de vsucap. l. 3. §. ex pluribus. de acquiren. pos. & sic nihil interest mea rem propriam stipulari, quia stipulatio non potest mādari executioni respectu finis, ad quem interponitur, vnde si fiat sub conditione, & tempore aduenientis conditionis illa qualitas deficiat, quia res desinat esse stipulatoris, valet stipulatio, vt hic, & l. si rem meam. ꝭ. eo. & sic in forma. respon breuiter, ꝙ licèt in tertio casu habeatur mixta consideratio rei, & personæ, tamen hic non est tantus defectus, nec tantum impedimentum in vtroque, quantum est impedimentum personæ in primo casu, & defectus rei in secundo, quia in primo persona erat penitus incapax stipulari, ꝙ non est hic. Item non erat vllo modo in commercio nostro res in secundo casu, prout est hic, & hoc modo habes clarè euacuatam præsentem difficultatem, quam Bar. & Scrib. non aperiunt.

§. Ex hac stipulatione.

Stipulatio facti successiui non committitur ad totale interesse nisi transacto tempore, quo potuit perfici. hoc dicit, sed ad particulare interesse committitur statim, ꝙ fuit in mora inchoandi. l. stipulationes non diuiduntur. §. fi. vbi dixi. ꝭ. eo. & hic in glo. & est bonus text. in l. continuus. §. item qui insulam. ꝭ. eo.

SVMMARIVM.

1 *Obscuritas omnimoda vitiat stipulationem.*
2 *In stipulationibus quicquid est omissum verbis, habetur pro omisso.*
3 *Quando verba stipulationis sunt dubia vel æquiuoca, debet interpretatio fieri secundum promissionem.*
4 *Vbi verba sunt clara, & aperta pro stipulatore, si promissor velit ea aliter intelligere, aut strictius interpretari, non potest, cùm ibi non cadat interpretatio.*
5 *Quæ dicantur brocarda.*
6 *Propter nimiam incertitudinem vitiatur stipulatio.*
7 *Tacitum an, & quando habeatur pro expresso.*
8 *Declaratio, quæ fit super ambiguo, non potest fieri nisi semel.*
9 *In casibus, in quibus variatio permittitur, non tamen potest quis variare nisi semel.*
10 *Testes, qui habent declarare ea, quæ sciunt, non possunt posteà variare.*
11 *Statuta sicut stipulatio non recipiunt interpretationem extensiuam.*

LEX XCIX.

Qvicquid astringendæ.

1 Istud princi. est satis difficile.† Obscuritas omnimoda stitiat stipulationem, sed si potest interpretari, fit interpretatio pro promissore, verba autem generalia clara restrictionem in fauorem promissoris non recipiunt. hoc dicit *secundum communem intellect.* ¶ Diuiditur in tres partes. In prima fuerunt verba omnino obscura, & sic interpretationem non recipientia In secunda verba erant dubia seu æquiuoca tamen interpretabilia. In tertia verba erant clara ꝓ stipulatore, & reus volebat ea restringere, vel aliter interpretari, quàm verborum proprietas pateretur. Secunda ibi, aut certè. Tertia ibi, nec rursus.
2 ¶† Not. 1. ex tex. ibi, omissum esse illud, ad ꝙ quotidie allegatur iste tex ꝙ in stipulationibus, quia sunt stricti iuris, quicquid est omissum verbis, habetur pro omisso, vt hic, & l. si ita stipulatus fuero si Titius. §. Chrysogonus. in fin. ꝭ. eod. adde, ꝙ idem est in statutis, quia omissum à verbis statuti habetur pro omisso. l. si verò. §. de viro. ꝭ. solu. matrimo. nam statuta tantum disponunt quantum loquuntur non plus secundum Bald. in l. testamentum non ideo. in fin. C. de test. facit l. furiosi. in versic. non loquitur. vbi Bal. not. C. de nup. Bal. in l. cùm ancillis. in vlt. colum. per glo. ibi. C. de incest. nup. & ꝙ no Barto. in l. ꝙ constitutum. per illum tex. ꝭ. de test. milit. Item, ꝙ non dicit statutū, nec nos dicere debemus. l. si seruum. §. non dixit prætor. ꝭ. de acquiren. hæred. secundum Bal. in l. omnes populi. ad fin. ꝭ. de iust. & iur. & in l. illam. colum. 1. C. de colla. ¶Limita istum tex. ꝙ licèt stipulatio requirat expressionem verborum, tamen stipulatio facta super principali extenditur ad augmentum posteà ex interuallo factum, quod venit per quandam consequētiam, ideo si mulier sit stipulata dotē reddi, & posteà post vnū annum, vel duos fiat augmentum illi doti, stipulatio interposita super principali sufficit etiam pro augmento, in quo tamen verba non intercesserunt. tex. est not. in l. etiam in fi. & ibi Bald. in 2. not. C. de iur. dot. quod refert, & reputat mirandum Are. in l. si in testamento. ꝭ. de vulg. & pup. Facit tex. in l. inter socerum. §. cùm inter. in fi. ꝭ. de pact. dot. Item adde bene facere in practica, ꝙ si Castellanus dedit fideiussorem de restituenda arce, planum est, ꝙ fideiussio requirit stipulationē, & sine ea fieri non potest. l. blāditus. C. de fideiusso. & l. 5. §. satisacceptio. ꝭ. eo. arce postea crescente, quia amplior facta sit, ita tenētur fideiussores ex stipulatione pro augmento, & accessione, sicut pro arce principali secundum Ange. in l. fi. in prin. ꝭ. quo. leg. per illū text. vbi dicit esse optimum argumentum, quod valde signa.
3 ¶† Secundò not. ex secunda parte, ꝙ quando verba stipulationis sunt dubia vel æquiuoca, debet interpretatio fieri secundū promissorem, vt hic. & l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. ꝭ. eo. & ratio ponitur hic in tex. & in l. veteribus. ꝭ. de pact. quia liberum fuit stipulatori verba latius ponere.
4 ¶† Tertiò no. in tertia parte, ꝙ vbi verba sunt clara, & aperta pro stipulatore si promissor velit ea aliter intelligere, aut strictius interpretari, non potest, quia vbi verba sunt clara ibi non cadit interpretatio. l. ille aut ille. §. cum in verbis, de leg. 3. nec ibi locus est cōiecturis. l. continuus. §. cùm ita. in fi. ꝭ. eo. nam dubium relinquitur interpretandum, sed non id, ꝙ est clarum, vt l. voluntatis, & ibi no. Bald. C. de fideicom. Bal. in l. certo generi. §. 1. per illū tex. ꝭ. de ser. rust. præd. & per illum tex. dicit Bar. in l. ab executore. in prin. col. 2. ꝭ. de appel. ꝙ quando verba sententiæ sunt clara, non possunt per iudicem, qui eam tulit, aliter interpretari, & sic non posset fieri extranea interpretatio verbi in sententia positi per iudicem, qui eam tulit. idem etiam dicit Ange. in l. si quis intentione ambigua. ꝭ. de iud. & sequitur Are. hic in vlt. colum. in prin. ¶Glo. 1. & 2. ponunt duos intellectus ad primum respon. huius text. & quia primus violat tex. exponere dictum, idest dicendum, *communiter tenetur* secundus, & ex primo intellectu glo. primæ habes, ꝙ si partes conuenerunt de interpretanda stipulatione, super contractu, & posteà forma stipulationis fuit omissa, certè non valet etiam si partes dixissent, ꝙ nolebāt stipulationem haberi pro interposita, quia partes non possunt facere, ꝙ forma stipulationis omissa habeatur pro interposita.

l.1.§.ſi quis ita.ſ.eo.l.codicil.§.fin. de leg.2. & in l.nemo poteſt. cum materia.de leg.1.& ita etiam tenent Bar.& alij. & Bar.in l. ius publicum.ſ.de pac. Poſteà gl.ſecunda ponit quatuor exempla ad primum reſpon.huius text. primum exemplum eſt,q̃n quis ſtipulatur à magiſtro nouo brocarda ſua. † Adde, ꝙ brocarda dicuntur dicta generalia,in quib. ſunt argumenta pro & contra,& ſolutiones argumētabiles,vt patet in brocardis Azo. hic vulgò dicimus,iſta eſt materia brocardica, ideſt argumentabilis,& diſputabilis pro vtraq; parte,& ſub hoc verbo brocarda,non veniunt omnes rationes ſuæ, intellige ſanè,ideſt omnia alia fundamenta ſua legalia, vel opera ſua legalia, & non intelligas de rationibus propriè iuxta. l. cum ſeruus.ſ. de condi. & demonſt.& l.ſi quis ex argentarijs.§.rationem.ſ.de eden.prout intelligit Cum.hic,qui propter hoc reprehendit iſtud exemplū gl.quia appellatione brocardorum nihil poteſt de rationibus contineri neq; palàm,neque non palàm, & ita etiam intelligit Bexu.hic dicens, quis eſt adeò ſupinus, qui dicat appellatione brocardorum contineri rationes?ſed glo.non ſic intellexit; ſed prout dixi.Tu ex alio reproba,quia illud exemplum non conuenit primo reſpon.tex. qui loquitur ſ'm communem intellectum,quando erat omnimoda incertitudo, vnde hoc exemplum magis congruit ſecundo reſpon.text. loquentis, quando verba ſunt dubia, vel æquiuoca, vt in hoc termino brocarda.

6 ¶† Secundum exemplum glo.quando promitto fundum generaliter non adiecto nomine nec confinibus,nam propter nimiam incertitudinem vitiatur ſtipulatio, vt l. cùm poſt. §. gener.de iur.dot. vel quando promitto vinum,aut triticum in genere non expreſſa qualitate vel quantitate,vt l triticum.ſ.eo.& l.ita ſtipulatus.ſ.eo.& iſta duo exempla *communiter approbantur*, & videntur conuenire verbis literæ ibi,niſi palàm verbis exprimatur.¶Quartum exemplum ponit glo. in fi. quando conſtat partes diſſenſiſſe.iſtud exemplum eſt verum in ſe per d. l. inter ſtipulantem.§.1.ſ.eo.ſed non congruit literæ,quia tunc ſtipulatio non vitiaretur propter obſcuritatem, ſed propter diſſenſum.¶Quintum intellectum ponit Bar.quando fuerunt verba non intelligibilia,ex quo no.Bar. ꝙ inſtrumentum confectum à notario per verba non intelligibilia eſt nullum,per tex. in l.1. §.ſupradictis.in ver. noctis obſcuritate obductas. C. de emen. Iuſti.codi.Adde meliorem tex.in l.2.ſ. de his,quæ pro non ſcri. hab.& in l.quo tutela. §. quæ in teſtamento.ſ.de reg.iur.facit.l. ſed cum patrono.§.fin.ſ.de bon.poſ.Spec.in tit. de inſtru.edi.§. oſtenſo.verſi.quid ſi abbreuiatura.d.Anto.& alij in c.1. de fide inſtru.¶Sed aduerte,licèt Bart.& omnes teneant ſ'm, & tertiū exemplum gl.ꝙ quando ſtipulor fundum in genere, vel triticum aut vinum in genere,non expreſſa qualitate,vel quantitate, ꝙ iſta ſtipulatio vitiatur ratione nimiæ obſcuritatis verborum, vel quando verba non ſunt intelligibilia. iſta exēpla ſunt vera in ſe,ſed non congruunt verbis huius text. qui dicit,quicquid aſtringendæ obligationis cauſa dictum eſt, & ſic vult tex. ꝙ aliquid fuerit dictum cauſa aſtringendæ ſtipulationis,ſed ſtipulando fundum vel vinum in genere, iſtud non eſt aſtringere obligationem,imò eſt ita latè dictum, ꝙ nihil valet, & in illis exemplis ſtipulatio vitiatur propter nimiam obſcuritatem, & tamen iſte tex.non loquitur, quādo ſtipulatio vitiatur propter obſcuritatem,ſed propter omiſſionem,& exponere aſtringendæ,ideſt declarandæ,vel aſtringēdæ,ideſt perficiendæ,prout exponit.d.Alex.hic poſt gl.eſt inepta expoſitio,& exponitur albū pro nigro.Ideo conſiderabam verba tex. ſecundum propriam ſignificationem poſſe planè,& ſine violentia intelligi.pone, dictum erat, ꝙ verba obligationis intra certos fines aſtringerentur, puta, ꝙ fundus promittendus certis finibus aſtringeretur iuxta l.forma.in prin.ſ. de cenſi.& hoc ſi non fuit palàm factū, habetur pro omiſſo:vel pone ſtipulor à te omnes ſeruos tuos, tu dicis promitto omnes excepto vno. hoc verbum excepto vno emanauit aſtringendæ obligationis cauſa,tamen, quia nō eſt palàm verbis expreſſum,quia non declaraſti, quem exciperes,habetur pro omiſſo,vt eſt glo.ordinaria in l.1.§.ſi quis ſimpliciter.in glo.magna ad fin.vbi dixi.ſ.eo.ponit Barto. in d. l.1. §. ſed ſi mihi. potes etiam exemplificare ponendo incertam promiſſionem,quam ponit text. in l. Titiæ textores.in princip. ſup.de leg. 1. & ita in alijs milibus caſibus poteſt exemplificari text.

7 ¶† Succeſſiuè quærit Barto.an,& quando tacitum habeatur pro expreſſo,& diſtinguit,vt hic per eum,& in l. cùm quid. in 2.col.& ibi latè Albe. de Roſa. poſt Antiquos.ſup. ſi certum petatur,& cum diſtinctione Bar. tranſeunt ſimpliciter alij hic, & in d.l.cùm quid.¶Adde in primo membro dum Bart. vult, ꝙ in his,quæ dependent à voluntate vnius,vt in vltimis voluntatis.tacitum habetur pro expreſſo. contra iſtud membrum fortiter facit text.in l.quidam cùm filium.ſupra de hæred.inſtitu, Bar.Imo.& alij ibi dicunt per illum text. limitari omnes ll. quæ dicunt, ꝙ voluntas teſtatoris ſemper eſt obſeruanda, vt procedat,quando teſtator diſpoſuit,aliàs non ſufficit, ꝙ teſtator velit,niſi diſponat; nam licèt teſtator ibi vellet hæreditatem ad illum filiumfam.deuenire,tamen quia hoc non diſpoſuit,non poteſt agi ex teſtamento, vt ibi eſt text. not. & ita etiam tenet, & commendat Alex.in l.3.ad fin.C.de lib.præte. adde facere,ꝙ dicit Bald.in l.cùm proponebatur.in 2.opp. de leg. 2. vbi dicit, ꝙ illud,ꝙ omittitur à parte in ſcriptura, & in prolatione verborum diſpoſitiua,habetur pro omiſſo.alibi dicit Bal.in l.cùm virum.col.fin. C.de fideicom. conſiderari mentem teſtatoris, ſcilicet quæ verbis,aut factis adhæret.Et ita not. limita hoc primum memb.diſtinctionis Bart.¶Secundo contra iſtud membrum eſt fortis tex.in l.ſi alij.ſ. de vſu, & vſufr.leg. vbi teſtator legauit vni fundum,& alij vſumfru.eiuſdem fundi,habens voluntatem, ꝙ primus haberet proprietatem, & alius haberet vſumfr.dicit text.ꝙ nihil valet,& ꝙ non attenditur iſta voluntas teſtatoris,quia legando vni fundum, intelligitur vtrunque legare ſcilicet fundum,& proprietatem,ergo non poteſt ſecundo legare vſumf.niſi expreſsè diceret,relinquo primo proprietatem,ſecundo vſumfr.ecce, ꝙ ibi non attenditur voluntas teſtatoris,& pondera rationem decidendi ibi, quamuis plus fuerit actum,illud non attenditur.ille text. fortiter vrget ↄ Barto. poſſes reſpon. ꝙ in vlt. volunta. tacita voluntas teſtatoris habeatur pro expreſſa,quando teſtator vtitur vocabulis cōgruis & aptis,aliàs ſecus l.ſi quis in fundi vocab.de leg.1. & l. Labeo. ſup.de ſupel.leg.& ita declarat gl. in l. ſemper in ſtipulationib. de reg.iur.¶Circa ſecundum memb. Barto.ꝙ in contractibus qui verbis celebrantur,ſi omittatur formale, vitiatur ſtipulatio, vt hic ſecundum intellectum glo.primæ,& l. 1. in prin. ſ. eod. Adde,ꝙ idem eſt in vltima volunta.ſi aliquid omittatur de forma vel ſolennitate,ipſo iure vitiatur.l.iubemus, & l. hac conſultiſſima.C.de teſt.Item ad materiam vide,quod not. Bald. in l.cùm dicas.per illum text.C.de nauti.fœno. vbi no.ꝙ illud,ꝙ in contractu non dicitur,pro non intellecto habetur.Item adde,ꝙ ſing decidit Io.And.in addi.Spec.in tit. de loca. §.1.verſi. quid ſi colonus.vbi tenet,ꝙ ſi ruſticus promiſit in fundo plantare vineas, & dare quartam partem fructuum; ꝙ ſi plantauit in fundo alias arbores, ꝙ ſimiliter tenetur dare, quartam partem fructuum,licèt de eis nihil dictum ſit,per §.fi. inſt. vi bon. rap.& l.tale pactum.§.fi.ſ de pac.quam deci.valde no.quia fortè alibi in ſpecie non habes.¶Glo.in ver.ſecundum.diuiditur,in tres partes princ.In prima ponit duos intellectus ad text. cum quatuor exemplis ad primum intellectum. In ſecunda contra ſecundum reſpon. tripliciter opponit, deinde allegat tres concord.In tertia,& vlt. oppo. contra principium huius. l. & benè ſoluit.Secunda ibi,item ad id.Tertia,& vlt.ibi, ſed argu. contra in princip.Rurſus prima pars princi. poteſt ſubdiuidi in plures particulas,quæ patent in gl. & ſimiliter ſecunda princip. poteſt ſubdiuidi in quatuor particulas, quæ etiam patent in glo. Oppone ergo contra tex.qui videtur ſibi ipſi contrariari, nam in prin.dicitur,ꝙ habetur pro omiſſo,& ſic nihil valet ſtipulatio. poſteà dicit,ꝙ interpretatio fit ſecundum promiſſorem,iſta videntur inter ſe contraria,ideo facta eſt iſta gl. in hac prima parte prin.¶In ead.glo.ibi, vel hominem in genere. hoc exemplū eſt bonum in ſe,ſed non congruit literæ, quia ibi certa ſtipulatio,& contrahentes expreſſerunt illud, ꝙ voluerūt, nec ibi fuit aliquid omiſſum, ꝙ tacitè vel expreſsè ageretur, ideo præcedens exemplum glo.eſt melius. ¶In ea. glo. ibi,non tamen talem quem habere non expedit.de hoc dic,vt plenè no.per glo. & Doct.in l.legato generaliter.de leg.1.¶In ea.glo.ibi, & corrigit præcedentia.Iſta nihil valet,quia non eſt præſumendum,ꝙ Iuriſconſ. incontinenti ſe correxerit.l.non ad ea. ſup. de condi. & demonſtra.

8 ¶† In ea.glo.ibi,& iterum velit variare.nam non poteſt.no. perpetuò iſtam ſing. gl. ꝙ licèt in electione plurium rerum alternatiuè debitarum, vel in obligatione generis poſſit debitor,qui eligit,poſteà variare,vt iuribus alleg. in glo. tamen declaratio,quæ fit ſuper ambiguo, & obſcuro non poteſt fieri niſi ſemel,& non poteſt amplius variare,vnde promiſſor, qui ſemel declarauit,ꝙ in promiſſione ſua ſenſit de Sticho albo nō poteſt amplius variare,& dicere,ꝙ ſenſit de Sticho nigro,& ſecundum hunc ſenſum iſte caſus eſt ſing.ſecundum Barto. hic, qui dicit,ꝙ neſcit alibi,& ita omnes reputant iſtam gl.non eſſe alibi,& iſtud eſt melius, ꝙ ſit in hac.l.ſecundum Pau. de Caſt. a & ſic electio eſt variabilis, ſed non declaratio. [a] ratio diuer.eſt ſecundum Cum.hic,quia electio conſiſtit in mera voluntate, vnde qui eligit,poteſt variare, & mutare propoſitum,non ſic eſt

ADDITIO.

a ¶Sed non declaratio.Adde Philip.de Peru.in c.cùm ceſſante.in 10.limita.extra de appel.Et quæ ſcribit Mathel.ſing.197.vbi Docto. in Apoſtil. eundem Iaſ.in l.qui ex pluribus.& in l.ſi ſtipulatus fuerim.hoc tit. MASVER.

est in declaratione,seu interpretatione, quia qui declarat,dicit,
quod sic à princip.intellexit , vnde si posteà contradicat,nunc
est suspectus, ideo non admittitur eius variatio, & sic habes
vnam differentiam inter electionem, & declarationem. est
etiam alia differentia, quia facultas eligendi transmittitur ad
hæredes,sicut transmittitur ius ipsum stipulationis. l.si stipula-
tus fuerim illud aut illud, ad fin.princip.supra eod. facultas de-
clarandi non transmittitur ad hæredes secundum *communem
opinio*, vt est glo.not.in l.inter stipulantem.§.1.in versic. actori,
quæ dicit scilicet viuenti,vbi plenius dixi.s̃.eod.& glo. in l.idem
Pomponius scribit si frumentum. §.fina. s̃. de rei vend.pro ista
glo.Bald.in l.fin.colum.3. C. de codicil. ponderat ibi esse text.
a per quem text.etiam no.ꝙ libellus semel declaratus [a] non po-
test amplius declarari,& illum text. pro hac glo. etiam simpli-
citer allegat Aret.hic.Sed Alexan.melius dicit, quòd ille text.
nihil facit pro ista glo.quia loquitur in electione, & non in de-
claratione.Item loquitur in vltimis voluntatibus,in quibus nõ
est permissa variatio, quia trahunt secum executionem, vt l.
apud Aufidiũ. de opt. leg.& l.huiusmodi.§ Stichum.de leg.1.
& ratio diuersi. plenius ponitur in l. cum, qui certarum. §.fi.j.
eodem.¶Contra istam conclu. glo.*communiter approbatam*,quæ
habet,quòd facultas declarandi est inuariabilis, tenet Math.in
not.pen.& dicit esse contra casum de directò in l. qui ex pluri-
bus.j.eod.& ibi glo.fin.Barto.ibi respon.quòd ille tex. loquitur
in electione,& non in declaratione, sed secundum Math. ista
solutio Bart.non videtur vera, quia ibi stipulatus fuit fundum
Scianum,& promissor plures fundos habebat eiusdem nomi-
nis, & sic partes ibi senserũt de certo fundo, sed est incertum
de quo,& sic ibi propriè cadit declaratio; tamen glo. ibi vult,
quòd sæpius possit variare.text. ille fortiter stringit in opposi-
tum,sed quia de proximo legam illam.l. ibi reseruo dicẽdum.
tene conclusionem glo.quam etiam tenet Barto. in l.inter sti-
pulantem.§.1.in fin.s̃.eod.Bald.in l.de die.in prin.in vlt.colum.
ff.qui satisd.cog.& in l.serui electione.in princ.& in l huiusmo-
di.§.Stichum.de leg.1.& in l. si quis intentione ambigua. s̃. de
iudi.istam glo.etiam apud Cano frequenter sequitur & repu-
tat singu.Bald.in c.1.in 9.colum.de constit.& in c fin in vlt.col.
de transla.præla.& in cap.dilecti.in vlt.colum.de iudi.& in c.in
præsentia.in 8.colum.de proba.& in c.fraternitatis.colu penu.
de testi.Alibi per istam gloss. tenet Bald. in l. 2. C. de senten.ex
breui. recitan. ꝙ iudex non potest nisi semel suam sententiam
interpretari.ita etiam tenet Imol. in l. ab executore. in princip.
j.de appel.Barto.in d.l.inter stipulantem.§.1.in fin. quod intel-
lige verum in diffinitiua. In interlocutoria autem dic, vt per
9 Ange.& latius Alexan. hic. ¶† Item pro ista glo. adde bene fa-
cere,quòd in casibus in quibus variatio permittitur, tamen nõ
potest variari nisi semel.text.est not.in l.si quis iusiurandum.C.
de reb.credi.quem text.ita ad hoc not. Bald. qui nullum text.
ignorauit,in Auth.habita.colum.9.in 3. colum.ad fin. C. ne fil.
pro pat.& per illum text.dicit Barto.in l. post legatum.in prin.
in vlt. colum. supra de his quibus, vt indig. quòd positio non
potest nisi semel tantum reuocari, & ita etiam tenet Bald. in l.
1.colum.fin. C. de fur. Item pro ista glo. facit in simili text.in l.
fideicom.§.si quis decem,& quòd ibi not. decidit Barto. supra
de leg.3.vbi dictio rursus repetitiua,pro vna tantùm vice veri-
10 ficatur,& non sæpius.† Per istam glo.infert Barto.quòd testes
qui habent declarare ea, quæ sciunt,non possunt posteà varia-
re,quia præsumerentur suspecti, nisi hoc faciant incontinenti,
antequam eorum dictum habeatur pro perfecto, & comple-
to,nam secundum Barto.tam testis,quàm pars potest tunc va
riare,quia nondum dicitur declarasse,ex quo perfectè,& com-
pletè non dixit,argumento.l.contractus. C. de fid. instru. & de
teste habes text.in c.præterea.vbi glo. & Docto. de test.cogen.
Barto.in l.repeti.in princip.j.de quæst.& not.Barto.in l.eos.j.de
falsis.Bald.in l.lecta.ad fin.sup.si certum petatur,& dicit Bald.in
l.presbyteri.in 1.colum. C.de Episco. & cler. quòd testis potest
corrigere dictum suum ante aperturam processus, & antequã
loquatur cum parte.alleg.Innocen. in c. cùm dilecti.de accus.
debuit allegare glo ordin.in §.illud tamen.in vers.non habebit.
in Authen.de testi. Aduerte etiam diligenter in practica, quòd
si testis incontinenti reuertatur ad notarium, & faciat sibi legi
dictum suum,& dicat tabellioni,ego non dixi sic, non est lici-
tum notario emẽdare scripturam, nisi iudicis mandato faciat.
ita not.tenet Barto.in d.cap.præterea.in penul. colum. de test.
coge.de parte de qua etiam loquitur Barto.quòd possit incon-
tinenti respon.vel confessionem suam reuocare,est glo. not.in
cap.fin.versi.iusta causa.de iureiuran. in 6.quam ibi sequuntur
Docto.eam etiam not.& sequitur Bald.in l.edita. C.de eden.in
repe.Padua in pen.char.ver.sæpè accidit, quòd quis vult emen
dare positiones.& idem Bald.in l.1.in 9.colum. C. de fur.& di-
b citur incontinenti reuocare,[b] antequam sit redacta in scriptis,
vt est solennis glo.32.quæst.1.in cap.apud misericordem.cum
concord.hic traditis per Alexan.& per eundem dom. Alex. in
consi. 71. tertij volum. quod incip. clarissime domine iudex.
colum.2.& in consi.237.5.volum.quod incip.vso themate su-
pra scrip.colum.1.& in consi.92.5.volum. quod incip. viso,&
oportunè discusso processu.in vlt. colu. Intellige nisi talis con-
c fessio,vel respon.fuerit per partem acceptata, [c] tunc non po-
test vlterius reuocari nisi probato errore, ita sin. tenet Bald. &
est dictum famosum in palatijs in l. Gallus. §. 1. supra de libe.
& posthu.refert,& sequitur simpliciter dom.Alex.hic,& repu-
tat not.in practica, & nihil addit. Tu adde Ludo. qui idem se-
quitur in l.1.§.si quis simpliciter.s̃.eod.& in consi. 433. ꝙ incip.
quo ad primum,quod sufficit.ad fin.dom.Alexan. in consi 90.
primi volum.incip.ferè omnis vis,& in consi. 92. quinti volu.
11 quod incip.viso,& opportunè discusso.colum.fin. ¶† Vlt. per
hanc l.dicit Bart.quòd statuta sicut & stipulatio non recipiunt
interpretationem extensiuam in omissis, vt primo respon.hu-
ius text.sed bene declaratiuam,vt in versi.aut certè.sed non re-
strictiuam,vt in versi.nec rursus.de quo latè per Bart. in l. om-
nes populi.in 6.q.prin.s̃.de iust.& iur.& in l. non dubium, vbi
etiam Bal.C.de legi.latè Ioan. And.in regula pro possessore.in
mercuria.d.Ant.& alij in c.fi.de consuetud.

ADDITIONES.

a ¶Semel declaratus.Adde,quòd idem dicit Ange.in l.si quis intentione ambi-
gua.supra de iud.& ad hanc gl.& ad hic dicta vide Ias. in l. edita.notab.5.C.
de eden.adde tamen ꝙ declaratio debet fieri parte citata. Cano. in cap.cùm
olim.de verb.sign.Ang.in l. quid si nolit. §. si quid ita.s̃. de edil. edict. & per
Alex.aliquid in l.si quis arbitratu.s̃.eod.

b ¶Reuocare.Adde,ꝙ hoc dictum sequitur Barba. in Repe. Rub. extra de fide
instru.col.15.versi. Scdò connexorum.& dic idem esse in eo, qui respondet
propter responsionem cõtrariam alterius partis,de quo vide Rom.sin. 300.
BELLOT.

c ¶Acceptata.Adde eundem Ias.in l.error.col. 2.versi.Scdò notabiliter limita.
C.de iur.& fac.ignor.

§.Si stipulatus.

Conditio negatiua tempore limitata transacto tempore incommutabiliter impletur. hoc dicit,vel sic. Vbi tempus apponitur conditioni negatiuæ, requiritur totius temporis lapsus, per quem reddatur negatiua immutabiliter vera. hoc dicit; & adde l.hoc iure.s̃.eod.& l.ita stipulatus.in ver.sed & si ita stipulatus.infra eod.

SVMMARIVM.

1 *Conditio de prȩterito,vel de prȩsenti non suspendit actum.*
2 *Filius in potestate institutus sub conditione de præsenti vel de præterito dicitur ritè institutus.*

LEX C.

COnditio in prȩteritum.

1 † Conditio de præterito, vel de præsenti non su-
spendit actum, sed vel ipsum reddit nullum,si est
falsum,vel purum si est verum.hoc dicit,& sic non est propriè
conditio,quia de natura propriè conditionis est suspendere, &
facere,quòd possit se habere ad esse, & non esse, quod non est
hic,& est bonus text.in l.si ita stipulatus fuero hanc summam.
inf.eo.& in l.cùm in secundo. s̃. de iniust. rup. & in l. cùm ad
præsens.cum duabus sequen.s̃.si certum petatur.vbi plura bo-
2 na dixi circa hoc,remitto te ad ibi dicta.¶† Aduerte tamen,ꝙ
licèt dispositio facta sub conditione de præsenti vel de præteri.
non suspendatur, vt hoc text. tamen dicitur reddi incerta, &
tamen filius in potestate institutus sub conditione de præsenti,
vel de præterito dicitur ritè institutus.text. est sing. in l. institu-
tio talis.§.fin.s̃.de condi.insti.per quem text.not.ibi Bald.quòd
ad validitatem institutionis filij non requiritur,quòd sit liquida
& certa,modo secundum veritatem sit pura, quod bene not.
& istud est, quod reputat esse mirum Alexan. in l. impossibi-
lis.in 2.volum.supra eodem.idem tenet Bal.in d.l.cùm ad præ-
sens.non recordatus de text.d.l.institutio talis. §. fin. sed allegat
glo.in l.posthu. supra de libe. & posthu. Item considera istum
text.dum dicit statimque. illa copula videtur superflua, cùm
prima oratio non sit perfecta, & non habeat nisi vnam con-
structionem.

SVMMARIVM.

1 *Puberes non habentes curatorem naturaliter, & ciuiliter obligantur.*

2 *Ex sola naturali obligatione adultus non sentit læsionem, ex quo sola naturalis non parit actionem.*

LEX CI.

1 PVberes. † Puberes non habentes curatorem naturaliter, & ciuiliter obligantur. hoc dicit, secundum verum sensum, & isto modo debet fieri punctus post dictionem suis, & sic adulti sine curatoribus suis, quia eos non habent, obligantur naturaliter, & ciuiliter, tamen si reperiantur læsi, poterunt in integrum restitu. vt in glo. potest etiam fieri punctus post dictionem puberes, & sic verba sequentia construentur ex parte prædicati, & tunc erit sensus, quòd puberes habentes curatores si promittant, sine his possunt obligari, & tunc intelligitur naturaliter tantum, sed non ciuiliter. l. si curatorem. C. de in integrum restitu. min. glo. in l. 1. §. quæsitum. ff. ad Trebel. præcedens lectura est melior, quia secundum eam verbum obligari, sumitur in potentiori significatu, prout fieri debet. l. 1. §. qui in perpetuum. sup. si ager vectig. vel emphyt. pet. & c. si pater. de test. in 6. & c. penu. de senten. excommu. ¶† In glo. 2. in fin. ibi,
2 sed tunc non egerent restitutione. Adde rationem, quia ex sola naturali obligatione adultus non sentit læsionem, ex quo sola naturalis non parit actionem. l. iurisgentium. §. sed cùm nulla. ff. de pact. & sic est tutus exceptione, ideo non est sibi necessarium remedium rest. in integ. l. in causæ. secunda in princ. ff. de mino. vnde vbi aliquo casu læderetur, puta si fortè soluat, vel ei opponatur compensatio, iuxta. l. etiam. ff. de compen. tunc aduersus naturalem obligationem bene restitueretur, vt no. glo. in l. interdum. ff. de condi. inde. Bar. in l. Marcel. ff. de fideiuss.

SVMMARIVM.

1 *Promittens sumptus litis in causa euictionis rei, non tenetur ad sumptus litis in causa petitionis pretij.*

2 *Si emptor succumbat in lite, an possit repetere sumptus à venditore, & nu. 4. & 5.*

3 *Actio, quæ datur ad interesse, datur etiam si intersit tantum ratione sumptuum.*

LEX CII.

VEnditores. Promissio venditorum de soluendo sumptus litis, intelligitur si lis per alium super proprietate, vel alio iure moueatur, non autem si per vnum ex vendi-
1 toribus super pretio lis moueatur. hoc dicit, vel sic. † Promittens sumptus litis in causa euictionis rei, non tenetur ad sumptus litis in causa petitionis pretij. hoc dicit. ¶ Ratio huius. l. est, quia stipulationes sunt stricti iuris, & non extenduntur vltra illud, quod deuenit in verbis, vt l. quicquid astringendæ, in prin. ff. eo. sed in verbis venditores promiserunt sumptus, qui fierent in lite occasione euictionis, & sic occasione proprietatis rei, ergo non debet extendi ad sumptus factos occasione pretij, & sic super diuersa re. ¶ In gloss. in versi. agnituros. ibi, lex ista tamen est argumentum contra. adde, quòd glo. voluit inducere istum text. hoc modo, quia frustra promitterentur sumptus litis, si sine promissione deberentur. Sed ista est leuis inductio, quia maior est vtilitas, quòd debeantur ex promissione, per gl. not. in l. 3. §. si rem. sup. de leg. 3. & in l. non solùm. ff. de rei vend.
2 & hic per Barto. ¶† In ead. glo. in fin. glo. in d. l. 1. & ibi Bald. C. de euict. ad quam glo. hic se remittit, tenet, quòd si emptor succumbat in lite, & tunc repetat sumptus à venditore, aliàs secus. idem tenet glo. in l. qui absentem. sup. de procur. & glo. in l. cùm testamento, & ibi Bald. C. de testa. manu. & glo. in l. si status, & ibi Bald. per illum text. C. de euict. Specu. in titu. de emp. & vend. §. 1. versi. quid si instrumento. ad fin. illius versiculi. idem tenent Bald. & latius Cum. hic, & dicit fortius Cum. *quòd ista est communis opinio*, & quòd omnes eam tenuerunt vsque ad Gul. & Barto. idem subtiliter tenet Fulgo. in d. l. qui absentem. supra de procura. ¶ Contrariam opinio, quòd imo indistinctè etiam si emptor obtineat in eam, tamen adhuc possit expensas litis à venditore recuperare, nisi eas ab aduersario, qui succubuit, recuperasset, tenet Barto. qui hic dicit, quod semper reprobauit illam opinio. glo. idem tenet Angel. Imol. & Aret. idem Bald. & Angel. post Gul. in d. l. qui absentem. Barto. in d. l. 1. C. de euict. & in l. penul. sup. de lib. leg. Ioan. And. in cap. fi. de emptio. & vend. & ibi Impl. in vlt. char. & dom. Abb. ad fin. idem tenet Ioan. de Ana. in consi. 32. incip. præsuppositio, quod
a pœna. & sic apparet, *quòd nunc ista est communis opinio*, a & dicit Bexu. hic, quod durum esset obtinere contrarium, & quòd pauci tentarent consulere contra Gul. & Barto. tamen disputando iste est subtilis articulus, & disputabilis ad vtranque partem. ¶ Pro ista opin. allegat Gul. text. in l. si fine. §. cùm autem, & §. Marcellus. inf. rem ratam hab. sed ad istum text. respon. subtilis Fulgo. in d. l. qui absentem. quod nihil facit, quia loquitur in casu diuerso, quia ibi, etiam quod stipulator obtinuerit in causa, tamen euenit conditio stipulationis, quia dominus ratum non habuit, & si dominus non haberet ratum, tenebitur ad interesse, & sic ad sumptus litis, sed in quæstione nostra est conditio si res euincatur, quæ non euenit, ex quo emptor obtinuit in lite, ergo ex quo non euenit conditio, sumptus litis non debentur. ita Fulg. ibi. Tu aduerte, quia hæc solutio licèt videatur colorata, non tollit illum tex. quia verum est, quòd in quæstione nostra hæc conditio si euincatur res vendita, bene inest obligationi de euictione, ad hoc vt venditor teneatur ad totam rem, sed non inest obligationi, qua tenetur venditor ad defendendum, ideo ex hoc capite, quia emptor non fuit defensus, veniunt sumptus facti in lite, quanquam emptor litem obtinuerit, quia tales sumptus non fecisset, si venditor comparuisset, & defendisset. ¶ Secundò mouetur Gul. per text. in l. si vt certo. §. idem Labeo. sup. commo. sed ad illum text. respon. Fulg. & bene, quòd nihil facit, quia ibi commodatarius percipit commodum, & sic lucrum ex re commodata, & commodans exercet liberalitatem, nimirum si commodatarius tenetur ad sumptus litis, quamuis commodans obtinuerit in lite, non sic est in venditore, qui habet titulum onerosum. ¶ Tertio mouetur Barto. & istud est potissimum fundamentum huius opinio. quia mota lite tenetur venditor in causa euictionis defendere emptorem. l. si plus. §. mota. supra de euict. & l. qui absentem. sup. de procura. ergo si non defendit, tenetur ad interesse, & sic ad expensas litis. l. cùm quærebatur. in fin. infra iudi. solu. ¶ Confirmatur istud fundamentum Barto. dupliciter, quia venditor, vt dixi, tenetur defendere in causa euictionis, ergo illud factum tenetur explicare sua impensa. l. suo victu. sup. de oper. libe. glo. & Bald. in l. quoniam liberi. C. de test. ergo si non facit, tenetur ad interesse. l. stipulationes non diuiduntur. versi. Celsus. sup. eo. in quo interesse dictæ expensæ ve-
3 niunt. ¶† Confirmatur, & secundò per text. in l. fin. sup. si mul. vent. no. quem allegat glo. in d. l. 1. C. de euict. vbi actio, quæ datur ad interesse datur etiam si intersit tantum ratione sumptuum litis, sed hæc actio datur ad interesse, vt dixi. d. versi. Celsus. ad istud fundamentum respon. Cum. Pau. & dom. Alexan. hic, & Ange. in d. l. qui absentem. non esse verum assumptum Barto. quod emptor teneatur ad totalem defensionem assumendo in se litem seu iudicium, sed bene tenetur liti assistere, & causam instruere exhibendo testes, & instrumenta, & ad tales impensas tenetur, & non ad alias, vt l. empti. & l. si parentes. C. de euict. & expressius in l. 1. C. de pericu. & commo. rei vend. vt hic latius per Cum. & Alex. Ego vltra eos pro ista responsione adduco bonum text. in l. venditor. in prin. ff. de iudi. vbi venditor denunciatus, vt in causa euictionis defendat, si habet priuilegium sui iudicis, non tamen potest causam ad suum iudicem reuocare, sed debet eam defendere coram iudice emptoris, ergo apparet, quod non assumit in se litem, & iudiciū, tamen tu posses subtiliter retorquere illum text. ad oppositum, quia si verum esset, quod venditor teneretur tantum adesse liti, ille text. non haberet dubium aliquod, & sic esset de indubitabili. contra l. quod Labeo. ff. de carb. edic. Item caue ad istam solutionem per text. in l. sed & hæ. §. defendere. sup. de procura. vbi Iuriscon. diffinit, quod defendere est idem facere, quod dominus in lite faceret, ergo non est verum, quod sufficiat assistere liti, ad hoc vt quis dicatur defendere, sed potes respon. quòd ille text. loquitur in procuratore, qui

ADDITIO.

a ¶ Communis opinio. Pro qua vide, quæ scribit. Nat. consi. 232. vbi sequitur opin. Bar. hic, quia licèt emptor non possit agere contra venditorem ex clausula euictionis, potest tamen semper agere contra eum ex clausula rei non defensæ quia ad defensionem rei venditæ tenetur ex natura contract. etiam si nihil dictum sit, l. si plus. §. mota. ff. de euict. Nat. d. consi. colum. 2. in princ. vbi dicit communem, ex quo etiam habetur conclusio, quod vbi venditor expressè promisit emptori sumptus litis, tunc venditor eas in casu etiam euictionis non secutæ tenetur soluere emptori repetenti, vbi ab aduersario recuperare non potuisset, vt quia aduersarius ob causam probabilem litigan. absolutus fuisset, seu etiam quia non omnes recuperare potuisset, quia malè taxatæ fuissent. MASVER.

qui tenetur defendere dominum in causa reconuentionis. & procurator non defendit ad suum commodum, ideo non facit sumptus litis. l. qui proprio. §. his impendia. ff. de procur. secus est in ipso venditore. Quartò mouetur Bart. ratione, quia venditor tenetur emptori, vt sibi liceat rem emptam habere, vt l. emptorem. §. si quis rem. ff. de actio. empt. sed in obligatione habere licere veniunt sumptus facti lite mota, & etiam extra litem dato, ꝙ obtineat in causa. secundum glo. in l. stipulatio ista. §. si quis fortè. ff. eo. Istud fundamentum Cuma. hic, & bene retorquet fortiter contra Barto. nam venditor tenetur, vt emptori liceat habere rem, hoc est verissimum. sed si mota est quæstio, & tamen emptor obtinet, ergo licèt sibi habere rem, ergo non tenetur venditor ad expensas, vt est text. in l. habere licere. in fin. & ibi glo. ff. de euict. nec ad hoc obst. gl. allegata per Barto. in d. l. si quis fortè, quia glo. ibi non firmat, sed tandem in fin. se remittit ad d. l. habere licere. ¶ Tenendo istam partem, ad ea, quæ in contrarium adducuntur respon. Barto. vt hic per eum, & quia fortiter ad oppositum vrget l. si status. in fin. C. de euict. vbi est text. ꝙ si emptor obtineat in lite, non potest habere regressum contra venditorem, respon. Bart. ꝙ verum est, ꝙ ibi emptor, qui obtinuit, non potest repetere expensas ex capite euictionis, quia res fuerit euicta. ita procedit ille text. sed bene repetit alia ratione, quia non fuit defensus, ideo aduertendum est ad conclusionem libelli in repetitione fructuum secundum eum. Ista respon. nihil valet, & eam reprehendit Cuma. hic, quia isto modo illa l. esset fatua, & inepta & sine vlla dubitatione, quis enim dubitaret, ꝙ sumptus non deberentur, si repetantur, eo quia res sit euicta, cùm istud non sit verum, quia euicta non fuit, vnde intelligere illum text. in fin. dum dicit non posse agi contra venditorem, vt procedat ex capite euictionis, esset ineptissimum, cùm ibi euictio non sit secuta; sed emptor obtinuit in lite. vltra Barto. tenendo istam partem non obst. etiam l. penu. ff. de lib. leg. alleg. in gl. & super qua multum se fundat Bald. in l. cùm testamento. C. de testa. manu. quia respon. ꝙ ibi principale legatum non valet, ergo nec etiam valet propter sumptus, qui venirent accessoriè, vt ibi declarat Barto. facit. l. 3. §. fi. ff. de leg. 3. sed in quæstione nostra principale debitum valet respectu obligationis ad defendum, cuius respectu tenetur ad sumptus litis, quamuis emptor in causa obtinuerit.

4 ¶ † Limita conclusionem Barto. *magis communiter approbatam* duobus modis. Primò nisi emptor fuisset in culpa in non petẽdo aduersarium condemnari in expensis, quo casu si expensæ non petantur, non potest iudex ex officio suo condemnare, vt per Barto. & alios in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. tunc illas non poterit recuperare à venditore, per tex sing. in l. idemque. §. 1. ff. de actio. empt. vbi si venditor expensas ædificiorum, quas fecit in re empta euicta, potuit consequi ab aduersario opponendo exceptionem, & non fecit, venditor non tenetur, vt ibi est text. & not. in l. si controuersia. C. de euict. secundum Pau. dom. Alex. & Aret. hic. Et addit Aret. duos alios bonos text. in l. si rem quam. §. 1. ff. de euict. & in l. sumptus. ff. de rei vend.

5 ¶ † Secundò limita, nisi in instrumento esset promissum de dupla, tunc in eo omne aliud interesse, & omnes expensæ veniunt, vt l. emptorem. §. Cassius, & l. Titius cum decederet. § fin. & l. sequen. & seq. ff. de act. emp. secundum Cuma. & dom. Alexan. hic, & Ang. in d. l. absentem. imò fortius tenet sin. Cum. hic, ꝙ etiam si in instrumento venditor promisisset duplam, expensas, & omnes alias brigas, vt communiter dicitur per notarios in instrumentis, adhuc non posset emptor consequi expensas litis, si duplam sit consecutus, quia hoc debet intelligi promisisse secundum naturam contractus, vt l. si stipulatus. in princip. supra de vsur. & l. 5. §. conuentionales. ff. eo. dicit tamen, ꝙ istud est magis dubium. Miror, ꝙ dom. Alex. de tam sing. decis. non faciat mentionem. Ego puto eam non esse veram, quia regulam habemus, ꝙ in instrumentis nedum nulla clausula, imò nec minimum verbum debet esse sine virtute aliquid operandi, secundum Bald. in rub. C. de contrahen. emp. in 9. quæst. pro quo tu allega gl. not. in c. solitæ. in ver. tanquam. de maio. & obed. & glo. in l. 1. in glo. 1. ff. quod met. cau. & glo. in l. 1. §. ait prætor. in ver. si familia. ff. de vi, & vi arm. est verum, ꝙ Bald. in d. rubr. C. de contrahen. emp. in 9. quæst. subdit, ꝙ licèt nulla clausula, nec etiam minimum verbum debeat esse sine virtute aliquid operandi, ita tamen ꝙ verba intelligantur secundum naturam rei deductæ in contractu. ita dicit notare Innocen. in cap. ex his de iur. patro. & hoc dicit patere in d. l. si stipulatus. in princip. & idem dicit Bald. in l. à procuratore. C. manda. ¶ Glo. parua in ver. factæ essent. tenet, ꝙ in dubio venditor simpliciter promittendo sumptus litis, intelligitur, q fierent ratione proprietatis, & sic glo. videtur velle, ꝙ secus esset si fierent ratione possessionis, quia de sola posses. litigaretur, & ita per istam glo. tenet Bald. in l. 1. circa fin. in pen. quæst. C. de peric. & commo. rei vend. sed contrarium tenent *Barto. & omnes hic* per l. stipulatio ista. §. si quis forte. vbi etiam dom. Alex. in primo not. supra eod. & per l. emptorem. §. penul. ff. de act. emp. & ita etiam tenet Imol. in cap. fin. in vlt. char. de empt. & vend. & ista gl. voluit solùm excludere litem de pretio, vt sumptus, qui fierent ratione pretij, non intelligantur in dubio promissi, non autem voluit excludere sumptus, qui fierent ratione proprietatis, vel possessionis, vel alterius iuris realis. aduerte tamen, quòd quando euinceretur sola possessio, non posset emptor agere de euictione ad duplam promissam in causa euictionis, sed debet agere primæua actione ex empto, quia res non videtur sibi fuisse tradita per venditorem, ex quo possessio est euicta. text. est in l. ratio. vbi glo. & Barto. supra de actio. emp. Alex. hic.

SUMMARIUM.

1 *Liber homo, aut mortuus, vel fundus hostium in stipulationem deduci non potest.*

2 *Licèt res hostium non possit deduci in stipulationem, potest tamen legari.*

LEX CIII.

1 LIber homo In stipulatum. † Liber homo, aut mortuus, vel fundus hostium in stipulationem deduci non potest. hoc dicit, vel sic. Res quæ non potest dominio nostro subijci impediente natura vel iure, non potest in stipulationem deduci. hoc dicit. ¶ In glo. 1. in versi. non potest. habes, ꝙ aliud sit in emptione liberi hominis, quæ bene valet, aliud in stipulatione, vt hic. rationem diuers. assignat glo. in d. l. liberi. ff. contrahen. emp. & glo. 1. §. 1. insti. de inutil. stipu. quam plenius declara, quia in venditione obligatio est ad tradendum. l. ex empt. in princip. ff. de actio. empt. & sic non est necesse facere rem accipientis. l. rem alienam. ff. de pig. act. traditio autem est tantum circa pos. l. 3. in princip. ff. de actio. empt. & liber homo potest ab ignorante possideri. l. cùm hæredes. §. fin. ff. de acquir. pos. & l. iusto. in princip. ff. de vsuca. In stipulatione autem obligatio est ad dandum, & sic ad transferendum dominium. l. vbi autem. § fin. ff. eo. ꝙ non potest fieri in libero homine. Sed Bar. & Docto. repræhendunt istam differentiam glo. quia sicut non valet stipulatio, ita nec venditio liberi hominis quantum ad hoc, vt liber homo debeatur, vt hic, sed in præiudicium venditoris valet, vt teneatur de euictione, & sic ad interesse illius, qui ignoranter emit, idem in stipulatione ex causa onerosa, vel vbi promittens fuisset in dolo, & dicit *Bart. omnes Docto.* idem tenere, & idem tenet Bart. in l. non dubium. colum. penul. vbi subtilius Bald. in 8. oppo. C. de leg. Barto. in l. cùm lex. in 1. colum. ff. de fideiuss. Et ad id, ꝙ dicit Barto. quando promittens fuisset in dolo, adde text. in l. Aristo. §. fin. in fin. ff. de dona. ¶ Gloss. fin. in ver. aut fundum. diuiditur in tres. In prima declarat text. In secunda remouet vnum contrarium. In tertia remouet aliud. Secunda ibi, sed tamen legari. Tertia, & vlt. ibi, Item secus in seruo.
2 ¶ † In ea glo. ibi, sed tamen legari. habes, ꝙ licèt res hostium non possit in stipulationem deduci, vt hic, potest tamẽ legari, iuribus alleg. in glo. rationem diuersi. assignat glo. hic, & glo. in l. in testamentis. ff. de reg. iur. quia in stipulationibus tempus præsens inspicitur. l. vsusfru. de stipu. seru. & istã rationem assignat text. in l. continuus. §. cùm quis. ff. eod. sed in legatis inspicitur tempus cedentis legati, & sic tempus cessionis legati. Ista ratio in secundo memb. repræhenditur per Barto. *& omnes hic*, & *Barto. & omnes* in d. l. id, ꝙ. de leg. 1. quia etiam in legatis inspicitur tempus præsens propter regulam Catonianam, quæ disponit, ꝙ vbi legatum est inutile propter personam vel rem legatam, non valet, quamuis tempore cessionis causa impedimenti sit remota. l. 1. & per totum ff. de reg. Cato. & l. cætera. §. 1. ff. de leg. 1. Licèt omnes indifferenter ita teneant, tamen errant, prout etiam dixi in d. l. id, ꝙ. eo quia regula Catoniana non habet locum, vbicunque cessat impedimentum ex causa, quæ trahitur retro. l. seruum filij. in princip. vbi Barto. ita summat. de leg. 1. Bart. in l. 1. colum. 3. ff. de reg. Cato. Sed in casu nostro postliminium fingit vsque retro rem fuisse nostram, quandocunque ab hostibus recuperetur. l. retro. & l. postliminij. in prin. ff. de cap. ergo in casu nostro regula Catoniana non potest esse impedimento. Tamen contra istam differentiam glo. videtur facere text. in l. fin. supra de contrahen. emp. ff. alleg. per glo. quę vult idem esse in contractibus, ꝙ in vlt. volunta. Breuiter tene, & melius idem esse in contractibus, ꝙ in legatis, prout etiam tenent gloss. Barto. & alij in d. l. id ꝙ. vnde in vtrisque fundum hostium, qui nunquam fuit noster, neque legare, neque per stipula-

stipulationem promittere possumus, ex quo nullum ius habemus, vt hic: sed fundum hostium, qui semel fuit noster, & legare, & promittere possumus propter ius postliminij, quod in eo habemus. d.l. id ꝙ. de leg. 1. & propterea secundum Barto. & alios Papa licitè concessit regnum Hierusalem Carolo, & successoribus suis, quia aliquando fuit nostrum, licèt nunc à Saracenis sit occupatum, & ita etiam tenet Barto. in l. fin. ff. de contrahen. emp. & in d.l. id ꝙ. vbi plura bona dixi. ¶ Primum membrum limita, quando res, quæ semper fuit hostium, promitteretur, vel legaretur purè, tunc non valeret vt hic, secus si sub conditione intrinseca si ab hostibus capietur, vel desierit esse hostium, quia expectare talem conditionem est honestum. l. in fuga in fi. C. ad l. flau. de plag. & pro hoc Bart. allegat bonum text. in c. Abbate sanè. de re iud. in 6. vbi Rex Aragonum donauit Ecclesiæ rem hostium, quę semper fuit sua scilicet castrum Caluariæ cum suis finibus, inter quos erat locus de Rosellis, vt ibi dicit text. quia talem donationem sub conditione fecit, si in potestatem donantis venerit, vel si ab hostibus recuperauerit. facit. l. generaliter. §. 1. supra de fideicommis. libe. & ita teneas, quicquid hic teneat Angel. quem Imol. & Alexan. reprobat, & bene. dixi de hoc post Bartol. in d.l. id, quod. ideo hic non repeto.

SVMMARIVM.

1 *Sufficit contractum impleri à contrahente, vel ab alio eius nomine.*

2 *Non refert à quo, seu per quem fiat, quod fieri debet, dummodo fiat, & nu. 4. & 5.*

3 *Conditio debet impleri per eum, cui adijcitur, & non per alium.*

4 *Vbi factum requirit sumptum, præsumitur factum ab illo, qui suis expensis facere tenebatur, & nu. 7.*

LEX CIIII.

1 Cum seruus. † Sufficit contractum impleri à contrahente, vel ab alio eius nomine. hoc dicit, vel sic. Non refert à quo aliquid fiat, modo opera stipulatoris fiat. hoc dicit. ¶ In text. ibi, reum dederit, idest expromissorem. l. & eleganter. §. seruus pactionis. supra de dolo, qui promisit pro liber-
a tate, & dicitur expromissor, [a] qui promittit alio non obligato, ipse tamen obligatur, & in hoc differt à fideiussore, vt declarat glo. not. & magistra. in Authen. de fideiusso. in princip. & de tali expromissore habes etiam text. in l. aliquando. in princip. supra ad Velleia. & in l. qui libertinus. §. fin. in fin. ff. de oper. libe. &
2 dicitur expromissor quasi extra obligationē promittat. ¶ † No. bene fin. huius text. ibi, quia non quæritur à quo manumittatur, sed vt manumittatur, & quòd non refert à quo seu per quem fiat, quod fieri debet, dummodo fiat, & ad hoc glo. fin. allegat infinitas. ll. & sic non curamus de modo, dummodo habeamus effectum. similiter non refert à quo impedimentum remoueatur, modo remoueatur. l. posthumus. §. si qui ex his, supra de inoffic. testa. alibi generalius habemus, quòd non refert quid ex æquipollentibus fiat. l. si mater. C. de insti. & substi. & l. mulier. in princip. supra ad Trebel. & l. fin. in fin. supra manda. latè Barto. in l. Gallus. §. & quid si tantum. vbi dixi. supra de lib. & posthu. ¶ Glo. 1 in versi. ab alio. diuiditur in 2. partes. In prima timore taciti contrarij, quod nunc formabo, dupliciter declarat text. In secunda remouet aliud contrarium. Secunda ibi,
3 aliud si iam. ¶ † In prima ergo opponitur contra text. ꝙ conditio debet impleri per eum cui adijcitur, & non per alium. l. 2. ff. de condi & demonstra. quia debet impleri in forma specifica. l. qui hæredi, & l. Meuius. in princip. supra de condi. & demonstr. ergo refert à quo fiat contra istum text. huius timore glo. dupliciter intelligit istum text. in verbo ab alio manumissus est. Primò, ꝙ manumissio fuit facta per hæredem eius, qui promisit manumittere iussu, & voluntate ipsius promissoris. iste intellectus planè, & sine scrupulo procedit secundum Scribentes præsertim Cum. & Bexu. scilicet, quando ius implendi conditionem transit ad hæredem iuxta. l. 2. C. de pact. inter emptio. & vend. traditur per Barto. in l. si decem cùm petiero. supra eo. sed tu aduerte, iste intellect. est in se bonus, sed non congruit verbis literæ, & minus congruit rationi text. quia tunc non diceretur ab alio manumissus, vt dicit litera, quia factum hæredis censetur factum testatoris, cùm censeatur eadem persona, vt in Authen. de iureiuran. à mor. præstito. in princip. Item non congrueret rationi text. ibi, quia non quæritur, à quo manumittatur, sed vt manumittatur. nam etiam si quæreretur à quo quis esset manumissus, verum esset dicere fuisse manumissum à promissore, ex quo factum ab hærede censetur factum à defuncto, cuius personā repræsentat, & sic iste primus *intellectus gl. & omnium, qui est verus in se,* mihi nō placet ad istum tex. Vnde posset generalius intelligi illa dictio ab alio, etiam si eius procurator de mandato suo manumisisset, quia ipse videretur manumittere. l. 4. & l. pater ex prouincia. ff. de manu. vind. facit. l. 1. §. deiecisse. ff. de vi, & vi arm. Idem secundum Pau. de Cast. in singu. successore, qui alienauit seruum cum pacto, ꝙ eum manumitteret, secundum gl. in l. non erit. §. dato. ff. de iureiuran. ¶ Secundo modo intelligit glo. ꝙ manumissio fuit facta ab alio mediāte facto promissoris, vel eius opera tanquam mediatoris, vel proxenetæ, vt etiam dicit glo. sequens, nam aliquis fuit assumptus, vt mediator seu proxeneta ad faciendum liberari seruum, & propter hoc fuit sibi promissa certa quantitas pecuniæ, certè illam pecuniam debet habere, ex quo opera eius seruus manumittitur. Item aduerte, ꝙ in hoc text. promissio ista manumissionis fuit impersonaliter facta, vt patet ibi pro libertate, & sic potius videtur curatum de effectu libertatis, quàm de modo, vt dicit iste text. in fin. ideo sufficit à quocunque
1 manumittatur. facit. l. generaliter. in fi. supra de fideicom. liberta. & sic etiam in simili distinguitur in l. qui Romæ. §. Flauius. ff.
2 eo. & per Barto. in l. fin. C. si mancipium ita fuerit alienatum. ¶ Glo. in verb. manumittatur. diuiditur in tres partes. In prima ponit, ꝙ illud generale, non refert à quo fiat dummodo fiat, non bene colligitur ex hoc text. vbi ideo est, quia ille, qui impleuit, reputatur eadem persona cum illo, qui facere debebat, vel eius opera, & facto impleuit, vt supra in glo. 1. ergo aliàs refert, & sic istud generale non colligitur indistinctè in hoc text. In secunda, quæ est ibi, pro quo tamen. pro illo generali glo. allegat infinitos text. In tertia, quæ est ibi, argumentum contra glo. opponit. & non soluit, sed respon. ꝙ ibi, speciale sit fauore filij in eius legitima, vt l. iubemus. in princip. C. ad Trebel. vel ꝙ ibi nomine hæredis, aut eius opera non accreuit filio, sicut hic vel ibi non dicitur referre à quo, sed bene dicitur referre de quo fiat.
4 ¶ † In hoc brocardo an referat à quo fiat, [b] dummodo fiat, Bar.
b post Cyn. considerat tres casus, aut quæritur de obligatione inducenda, aut de pœna euitanda, & aut de conseruatione sui iuris. Primò casu quando loquimur quo ad obligationem seu actionem acquirendam, seu inducendam, tunc bene refert à quo fiat, vt hic cum gl. 1. & l. 2. & ibi Bar. ff. de condi. & demon. & l. fi. ff. de condi. instit. Aut loquimur quo ad pœnam euitandam, & tunc non refert per quem fiat, dummodo fiat, illud per ꝙ euitatur pœna per text. in l. si puellam. quæ est. l. fi. C. si man. ita fue. alie. vt manu. Sed aduerte illa. l. fi. nihil facit, quia loquitur in dispositione legali tribuente libertatem vigore promissionis, quæ succedit in locum dispositionis hominis, ideo facit cessare pœnam, non autem loquitur, quando alius tertius simpliciter impleret, secundum Raph. Cum. Pau. de Cast. Ale. & Are. hinc
5 subdit no. Bar. ad practicam, † ꝙ vbi factum requirit sumptū [c]
c præsumitur factum ab illo, qui suis expensis facere tenebatur per tex. no. in l. fi. C. de alim. pup. præstan. ¶ Vnde infert Bar. ad q. quam dicit vidisse de facto, testator mandauit fieri aliquas picturas in certa Ecclesia, vel damnauit hæredem, vt faceret capellam in aliqua Ecclesia, reperiuntur illæ picturæ factæ, vel reperitur capella constructa sed non apparet, ꝙ hæres fieri fecerit, certè proderit hæredi, vt euitet pœnam Auth. hoc amplius. C. de fideicom. vel pœnam excommunicationis, quę ex constitutione Episcoporum consueuit inferri contra non implentes voluntates defunctorum. Idem tenet Barto. in d. l. fin. per illum tex. & ibi Bal. C. de alim. pupil. præstan. licèt aliquæ lecturæ Bar. corruptæ habeantur in l. 3. C. arb. tutel. cum alijs concor. tradit. per dom. Alex. Et vltra eum adde Pet. de Anch. in c. fundamenta. in sexto notabili, de elect. in 6. Intellige Barto. si ante moram hæredis facta fuerit pictura ab alio eum præueniente, tunc excusatur hæres à pœna, quia tunc non esset quid sibi imputetur. argum. l. sororem. C. de his, quibus vt indig. vbi non imputatur hæredi si non accusauit occisores, quia ab alio fuit præuentus, & ibi Bart. no. illum text. ad excusandum syndicum, qui ea forma statuti tenetur denunciare maleficia. nam excusatur si fuit ab alio præuentus. Ad idē facit tex. in l. 2. §. si mater nō petierit. in ver.

ADDITIONES.

a ¶ Expromissor. Adde tu, quòd aliter accepit Pau. de Cast. in l. fin. in princip. ff. si certum petatur.

b ¶ A quo fiat. Adde, quæ scribit Rom. cons. 295. Hippol. in pract. §. secunda. nu. 22. Barto. & Docto. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de libe. & posthu. & dic, hanc Reg. maximè procedere in spiritualibus, quia in illis non attenditur forma, teste Abb. in c. si. de regular.

c ¶ Requirit sumptum. Adde Fran. de Aret. in c. 1. colum. 3. in princip. supra de iudici. Soci. in l. 2. supra de condi. & demonstra.

* Neuiza. cons. 19. nu. 9. & consi. 50. Cast. in l. fin. §. in computatione. C. de iure delib. & aliqua ponit Dec. in c. 1. colum. 3. post princip. de iud. vbi Docto. in apostil. MASVER.

in ver.sed si fortè absens. ff.ad Tertul.ibi,à libertis præuenta est, vel alijs.quem text. allegat Are. hic,sed si prius fuit in mora faciendi depingi figuras, & post moram fuerunt factæ depingi, tunc non excusaretur hæres à pœna.d.Auth.hoc amplius.vel à simili pœna secundum Rapha.Cuma. & Pau.de Cast. Alex.& Are.hic.Sed tu caue per tex.in d.l.fin.C.si mancip. ita fuer.alie. allegatum per Bart.vbi emptor prius fuerat in mora, & tamen constitutio legalis tribuens libertatem propter eius moram facit cessare pœnam.
6 ¶† Item aduete, quod idem Barto. in l. qui sub conditione rationum.quæ est l.antepen.ff.de condi.& demon. videtur tenere contrarium eius, quod hic, scilicet, quod non sufficiat expensam esse factam, nisi qui eam facere tenebatur probet se fecisse,per text. in l.excellentia, in verbo flagitantibus eisdem erogasse mostrauerint. C. de eroga. mili.anno. lib.12. Et istam contrarietatem Barto.ponderat ibi Ioan. de Imol. & respon. quod opin.Barto.hic procedit,quando essent aliquæ coniecturæ, quod sumptus fuerint facti ab illo,qui allegat eos fecisse, aliàs secus, vel,secundum dom.Alex.in d.l.excellentia.non negatur, quod non sufficiat probare milites tantam annonam habuisse,quanta sibi debebatur,dato,quòd susceptor annonæ non probet per seipsum dedisse.
7 ¶† Aliquando, & tertiò quæritur de conseruatione iuris sui,& tunc aut quærimus de iure reali, puta de seruitute reali,tunc non curatur per quem fiat, quia seruitus debetur fundo,vt l.qui fundum, & l. nam satis.in princ. supra quemad. ser.amit.& l.1.§.quæsitum.sup.de aqua quoti.& æsti. per quas. ll.apparet, quod si tyrannus occupans ciuitatem,vtatur iurisd.com petenti ciuitati,conseruat iurisd. illi ciuitati competentem, vt illo expulso non posset obijci præscriptio, quod non fuerit vsa iure suo longissimo tempore, quia satis est, quod alius fuerat vsus. vt per Bar.in l.sequitur.§.si viam.ad fi.de vsucap.& in d.l.qui fundum,& Pau.de Cast.hic,& dom.Anto. de Butr.in commento c.si. de causa pos.& proprieta.post medium.in vers.3.dicebam quod quædam est patientia.Alex.in consi 94. quarti volum.incip. visis,& sæpius recensitis.in 4.col.sed si quęratur de iure psonali conseruando, quod cohæret personæ,vt dominium, & vsusfru.& tunc est necesse, quod qui ius habet, eius nomine vtatur, nam alius vtendo non conseruat ei cui competit. l. Pomponius.in prin.ff.quib.modis vsusfru.amit.

SVMMARIVM.

1 *Si vna ex rebus alternatiuè debitis post moram creditoris pereat,in totum debitor liberatur.*
2 *Verba legis, vel statuti quantumcunque præcisa recipiunt limitationem.*
3 *Iuramentum habet vim præcisam.*
4 *Iudex non potest præcisæ significationis verba interpretari.*
5 *Obligatio generis,& alternatiua æquiparantur.*

LEX CV.

STipulatus sum damã.

1 † Si vna ex rebus alternatiuè debitis post moram creditoris pereat, in totum debitor liberatur. hoc dicit, vel sic. Debitor alternatiuus interitu speciei oblatæ post moram creditoris liberatur.hoc dicit.¶In tex.ibi,cùm damam dares,gl.exponit,idest dare velles,sed melius stat tex.dares,idest actualiter offerres,quia ad constituendum creditorem in mora non sufficit verbalis oblatio,sed requiritur realis,& actualis. l.prætor.§.si quis paratus,& ibi Barto.ff.de nou. oper.nunc.not. in l.acceptam.C.de vsur.¶In tex ibi,si per debitorem mora nõ esset.gl.parua supplet,& bene scilicet per creditorem,qui debitore offerente noluit accipere,& sic tex.minus dicit, & plus intelligit.aliàs si creditor non esset in mora,& dato, quod debitor nõ fuerit in mora, tunc perempta vna ex reb. alternatiuè debitis promissor non liberatur, sed alia, quæ superest,debetur. l. Stichum,aut Pamphylum.in prin.ff.de solu.& l.cùm quis. §.sed si Stichus.ff.de leg.1.¶Gl.in verbo continuò.diuiditur in tres partes.In prima timore taciti contrarij supplet ad text. In secunda respon. tacitæ quæstioni. In tertia inducit istum text. ad vnam opin.alibi positam.Secunda est ibi,hoc ipso iure. Tertia ibi, Itẽ est pro illa falsa opi.¶In ea.glo.ibi,mortuo vel aliàs perdito seruo,secundum Io.no.diligenter ex ista glo. secundum Bar.Ang,
2 & alios, quod † verba legis, vel statuti quamuis sint præcisa,recipiunt tamen limitationem, nam istud verbum continuò, est præcisum,& importat incontinenti, & sic innuit, quod statim facta oblatione debitor liberetur,& tamen limitatur secuto interitu,vel seruo deperdito,& nõ aliter, & ita etiam allegatur ista lex per glo.in d.l.3.§.in amittenda.ff. de acquir. pos.hic relata in glo. quod dictio,protinus, ibi posita quamuis præcisa similiter recipiat limitationem,& per illam glo.not. ibi Ange. quod dictiones quamuis præcisæ, tamen recipiunt interpretationem impropriam.Facit bene tex.quem alleg.Barto.in l.licèt.ff.de arbi.facit secundum Pau.de Cast. quod verba rescripti,quamuis sint pręcisa, tamen etiam limitationem recipiunt.c.ex parte.de offic. deleg.
a ¶Et circa istam regulam Scribentes [a] aliud non addunt. Sed quia est quotidiana,& vtilis, & seruit in practica ad multa, intendo eam bene & cumulatè expedire. ¶Adde glo.notabilem in l.filiusfamilias.§.fin.in verbo cogan.scilicet pręcisè,& ibi Bar. & Bal.& alij ad hoc not.ff.de procur.Bart. in l. quamuis.ff.de in ius vocan. Bald. in l.super,reb.in 1.col.C.de contrahen. emp.& in c.2.ad fin.de rescrip.& dicit Bald.in d.l.quamuis. quod quamuis verba sint præcisa,tamen recipiunt interpretationem,& limitationem.item adde, quod verba præcisa debent intelligi cum quodam temperamento iustitiæ.ita no.Bald.in l.quod dicimus.per illum tex.ff.de solu.quod reputat tenendum menti.alibi Bal. in c.cum M.Ferrariensis.in 8.colum.de consti. not. quod verba Papæ etiam præcisa recipiunt tamen tacitam conditionem, & interpreta.& licèt Bal.non alleget,tu alleg glo. in c. licèt de vitanda. in verbo absque vlla exceptione.de elect.quæ not. dicit, quod etiã si Papa præcisè scribat,tamen legitima exceptio est admittenda, quod bene not. Pro ista regula videtur facere,
3 † quia iuramentum habet vim pręcisam,vt patet ex glo.in l.si pecuniam. in glo.parua in verbo necesse habeas, quæ addit,vt quia iurasti. ff.de condi.ob causam,& tamen recipit modificationem, & limitationem,vt est tex.in c.quemad.de iureiuran. notant Bal.& Saly.in l.fin.C.de non num.pecu.adde fortius idem esse, etiam si in l.vel statuto adsit vniuersalis geminata. nam text. in l. 1. ff. solu.matrimo.dicit semper,& vbique, & sic sunt ibi duæ vniuersales,& tamen recipit limitationem,& glo. ibi in verbo semper.circa fin.subaudit ad illum text.ferè,& ibi notaui illam glo. cum additionibus,quas ibi dedi.item per istam l.dicit Bald.in l. omnes populi.in 17.colum.ff.de iust.& iur. quod licèt statutum disponat, quod statuta sint præcisa, vel præcisè obseruentur, tamen verbum præcisum recipit determinationem laudabilem, per
4 hunc text.¶† Pro limitatione suprascriptæ regulę,& prędictorum adde,quòd iudex non potest præcisę significationis verba interpretari.ita dicit Bald.in l.ea quæ. C. commina.vel epist.per l.ille,aut ille. §.cum in verbis. de leg. 3. facit, quod tenet idem Bald.in l.omnes populi.colum. 26.sup.de iust.& iur. vbi tenet, quòd statutum non possit interpretari vel glossari, sed quod sit præcisum,intellige de glo.hominis non legis, per l. quamuis.2. C.de adult.sequitur Anch.in commento.c. Canonum statuta. de constit.in versic. occurrit alia quæstio, quæ est communis. dom.Alexan.in consi.80.colum.3.versic.confirmatur,in 1.volum.Item verba præcisa recipiunt distinctionem, vel determinationem legalem.l.ita nobis.C.de adult. secundum Bald. in c. 2.circa fin.de rescrip. sed credo, quòd verba præcisa possit interpretari,& limitare iudex, qui est minister legis, vt l.Celsus.in princip.cum gl.ff.de arbi.secundum ea, quæ supra tradita sunt, aliter frustraretur reg.prædicta,nisi iudex vel prætor, qui est viua vox iuris ciuilis.l.nam & ipsum.sup.de iusti.& iur. posset talem interpretationem,& limitationem facere,parum enim esset iura esse,nisi magistratus illa exequerentur. cap. vbi periculum.§.præterea.de elect.in 6.& cap.vnico.§.Episcopis. de statu
5 regulari.in 6.& l.2.supra de orig.iur. ¶† In ead. glo.ibi, secus in genere.In cõtrarium facit,quia obligatio generis, & alternatiua æquiparantur.l.2.§.1. & l. in executione. §. pro parte.supra eod.& sic videtur, quòd etiam hic tantum ope exceptionis liberetur.Barto.saluat istam gl.in obligatione alternatiua,quando promissor expresse reseruauit sibi electionem vt supra in glo.1.per futurum subiunctiui,scilicet quem elegero, ita quòd non potest amplius variare, vt l. si quis stipulatus sit Stichum. in princip. ff. eod. tunc solus oblatus est in obligatione,ideo si interijt ipso iure liberatur.si verò promissor habet electionem à l.vt est communiter. l. plerunque.in fin. supra de iure dot. vel promisit per futurum indicatiui, scilicet quem volam, ita quod potest variare. d.l. si quis stipulatus sit Stichum.in princip. & l. eum qui certarum. §.fin. ff.eod. tunc quia alius adhuc durat in obligatione,liberatur solùm ope excep. ab alio exemplo obligationis generis,& cum Barto.tenent Ang.Imol. & Pau.& sic pondera,

ADDITIONES.

a ¶Scribentes. Adde Fely.in c.2.col.9.versi.bonum præcisè.de rescrip. & in ca. super q.col.2.versi.quotuplex sit interpretatio.de offi.deleg.
* Et dic, quod verba quantuncunque præcisa, interpretationem congruam recipiunt,& secundum mentem proferentis regulantur,item recipiunt subauditionem,& interpretationem secundum subiectam materiam,teste Ro.cons. 61.nu.54.56.lib.2.de quo per eundem Ias.in l.quamuis.ff.de in ius vocan. MASVER.

pondera, quòd licèt in obligatione generis ille ſolus videatur eſſe in obligatione cui ſoluitur.l.cùm incertus.de leg. 1. Bart.in l.2.§.1.ſ.eod.non ſic eſt in eo,qui ſolùm offertur,ſed non ſoluitur,cùm adhuc debitor poſſit mutare voluntatem,& alium ſoluere,vt hac glo.& ponderat Pau.hic. ¶Glo.in ver.liberari in prin.cum in iſto tex.non habeatur verbum protinus,ſed continuò,ſed habetur in l.3.§.in amittenda.de acquir. poſ. quam allegat glo.præcedens,& dum gl.dicit protinus, ideſt cum exhibet,ſubaudi ſecuto interitu,vel aliter perdito ſeruo, & non aliter, vt in glo.præceden.vbi dixi,aliter iſta gl.non procedit.

SVMMARIVM.

1 *In obligatione generis ſubalterni eſt electio debitoris, quia poteſt vſque ad ſolutionem variare.*

2 *Valet ſtipulatio fundi ſi contrahentes ſenſerint de certo, licèt non conſtet de quo.*

3 *Stipulatio fundi facta in genere generaliſſimo non valet.*

4 *In legatis non admittitur variatio ſicut in contractibus.*

LEX CVI.

1 QVi ex pluribus. † In obligatione generis ſubalterni eſt electio debitoris, quia poteſt vſq; ad ſolutionem variare.hoc dicit,vel ſic. In ſtipulatione fundi incerti de certis, eſt electio promiſſoris variabilis vſq; ad ſolutionem. hoc dicit. nam poſtquam alter eſt ſolutus conſumpta eſt electio.facit. l. ſi is, qui Stichum. in fine ſupra de procura.
2 ¶† Not.1.hic videri text.quòd valet ſtipulatio fundi, ſi contrahentes ſenſerint de certo.licèt non conſtet de quo,contrarium decidit ſing.Barto.in l.ita ſtipulatus.in 8. oppo. primæ partis. ſ. eod.motus,quia non eſt perſona,per quam declaretur,cùm ſtipulatio conſiſtat ex voluntate duorum per illum text.& ita dicit velle glo.in l. cùm poſt. §. gener. ſi bene aduertatur. ſupra de iure dot.& ſequitur ibi Pau. & ibi dicam, ſed dic, quòd iſte text.procedit,quando fuit expreſſum propriè nomen fundi, & quando ſtipulatio fundi fuit facta ſub genere ſubalterno,& tũc valet vt hic , & not. glo. in l.in ſtipulationibus.ſupra eod. Facit text.in l. legato generaliter. de leg. 1. & ſtatur declarationi ipſius promiſſoris,vt hoc text.not.in d. l.in ſtipulationibus, & ſic ceſſat fundamentum Barto. ſecus quando non fuit expreſſum
3 proprium nomen fundi,† & ſic ſtipulatio fundi fuit facta in genere generaliſſimo,tunc.d. ſtipulatio non valet. d. l. ita ſtipulatus,& ita propriè loquitur glo.in d.l.cùm poſt. §. gener. in glo. magna circa medium,& ita procedit opin. Barto. in d.l. ita ſtipulatus, & ita etiam tenet Alexan.hic.Intellige iſtum text. procedere,quando erant plures fundi diuerſi, & ſeparati regionibus,qui omnes vocabantur vno nomine puta Seianus,tunc appellatione fundi Seiani non continentur omnes fundi illius nominis,ſed tantùm vnus, vt hoc text. ſecus quando vnum fundum dominus diuiſit in plures gratia commodioris culturæ, tamen eſt totus vnus fundus,tunc promittendo Seianum, videtur totum promittere.l.Caius.§.Titius.de leg.2. & tunc non haberet locum iſta.l.ita eam notabil. intelligit Barto. in l. 1. ſupra de rebus dub. & ſequitur ſimpliciter Paul. hic. ¶In gloſſ.in verſi.not.ibi,promittis fundum Seianum. hoc exemplum non videtur bonum, quia per expreſſionem vnius fundi promiſſi apparet,ꝙ contrahentes ſenſerunt de certo, licèt non conſtet de quo,ideo diceretur tunc declaratio, ſeu interpretatio, non autem electio,vt l.ſi quis à filio. §. ſi quis plures, & ibi gloſſ.de leg.1.ergo non poſſet variare,vt eſt text.ſing. ſecundum vnam lect.glo.tertiæ in l.quicquid aſtringendæ.in verſi.nec rurſus.ſup. eo.cuius contrarium dicit iſte tex.in fin. & ita iſtud exemplum reprehendunt Imol.Cuma.Paul.de Caſt.& Alexan.hic.Cum. in d.§.ſi quis plures.ad fin. vnde melius exemplifica iſtum text. ſecundum Paul.& præfatos Moder. quòd promiſſor dixit promitto tibi vnum ex fundis meis Seianis,vt dicit glo. 1. & patet adhuc ex text.ibi,ex pluribus fundis vnum, & ſic incertum de certis, & ſic apparet, ꝙ non ſenſerunt de certo fundo, & per conſequens locus eſt electioni promiſſoris,ſicut in obligatione generis, vel alternatiua , & ſic licitum eſt promiſſori vſque ad ſolutionem variare,& refert Math.no,pen.ꝙ iſtum intelle.ante omnes ad iſtum text.tradit Iaco.de Beluiſ.¶Glo.in verſi.voluerit.diuiditur in tres.In prima colligit ex tex.not.In ſecunda ampliat. In tertia opp.& non ſoluit.Secũda ibi,intellige.Tertia ibi, ſed argum.contra de leg.1.l.qui duos.ſed reſpon.ꝙ ibi loquitur in legatis,& ſic in vlt, volunta. in quibus in dubio electio eſt legatarij,& ſic creditoris,vt not.glo.magiſtra.in l.Lucio.de leg.2. Sed in contractibus electio eſt debitoris,vt l.plerunque.in prin.
4 ſupra de iure dot. ¶ In glo.fin. rationem diuerſita. † quare in legatis non admittatur variatio ſicut in contractibus, aſſignat gloſſ.in l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum.in princip. inf. eod. & ibi glo.& Barto.dicunt,quamuis Ange.de Aret. aliter dicat, ibi reſeruo dicendum.

SVMMARIVM.

1 *Valet promiſſio facta pro emancipando filio.*

2 *Pater inuitus non poteſt cogi emancipare filium.*

3 *Pater poteſt licitè accipere præmium pro emancipatione filij in recompenſationem tanti beneficij.*

4 *Manumittere largo ſumpto vocabulo accipitur pro emancipare, ſed propriè,& ſtrictè manumittere eſt ſeruorum.*

LEX CVII.

1 VTrum turpem. † Valet promiſſio facta pro emãcipãdo filio.hoc dicit. Vel ſic. Stipulatio pecuniæ ꝑ emancipatione filij nõ dicitur eſſe turpis. hoc dicit. Ratio eſt,quia ſtipulatio,quæ poteſt ex aliqua cauſa honeſtari, non dicitur eſſe turpis. Dubium faciebat, quia patriæ poteſtatis nullum videbatur eſſe commercium.Inſtit. de patria pot.in prin. quia patria poteſtas eſt inæſtimabilis.l. filiuſfam. §. ſecundum vulgarem.de leg.1.& pondera,ꝙ in hoc text. magis dubitatur de ruptura ſtipulationis,quàm de validatione , quamuis vnum ſit cauſa alterius , quia ſi eſt turpis , ergo inualida . ¶ In text.ibi,dediſſet ſcilicet expromiſſorem,qui intercedit pro non obligato,vt declaraui in l.cùm ſeruus.ſ.eod.quia iſto iure inter patrem, & filium adoptiuum non cadebat obligatio. l. 2. ſ. de contrahen.emp.l.ſi quis pro eo.§.item ſi filius , vbi plenius not. ſ.de fideiuſſo.l.fratres ſ. de condi.indeb. ſed inter adhibitum ab ipſo filio ad patrem bene tenet ſtipulatio , & obligatio vt dici-
2 tur in l.Imperator.ſ.ad Trebel.¶† Not.primò , ꝙ pater inuitus non poteſt cogi emancipare filium , quia ſi poſſet cogi turpiter acciperet pecuniam pro emancipatione , quia turpiter per pecuniam fit,ꝙ gratis fieri debet.l.pen.& fi. ſ.de condi.ob turp. cau.etiam ſi ſolùm poſſet cogi officio iudicis. l. 4. §. ſi tibi iudicium.ſ.de condi.ob turp.cau. ¶Fallit in quibuſdam caſib. not. per glo.in l.non poteſt.ſ.de adop.& in §.fi. inſtit. quib.mod.ius pat.pot.ſolu.& in l.cogi.§.ſi pater.ſ.ad Treb. ſic etiam ècontra non poteſt pater filium inuitum emancipare.text.in §.generaliter.in Auth.quib.mod.natu.eſſi.ſui.& in l.nec auus.C.de emã. lib.niſi ſubſiſtente cauſa iuſta, ſicut etiam ex cauſa cogitur pater inuitus filium emancipare ſecundum Bar.in l.quidam cum filium.col.2.ſ.eo.Bald.in l.quamuis.circa med. C. de fideicom. Nicol.de Neap.in §.fi.inſti.quib.mod.ius pat.pot. ſol. inter cæteras cauſas ponit Ang.hic vnam notabilem, quando filius eſſet contumelioſus,& rixoſus,& ex forma ſtatuti pater cogitur ſoluere condemnationem , tunc poſſet filium inuitum emancipare,ne ſit ſub periculo ſtatuti,& ſequuntur Imol.Pau.Alex. & Are.hic, tamẽ ſeruus non poteſt detractare manumiſſionẽ, per quam adipiſcitur ciuitatẽ Rom.regulariter.l.fin.circa med.
3 verſi. ſin.verò quidam, & ibi Bald. C. de teſt. ma.¶† Secundò no.ꝙ pater poteſt licitè accipere præmium pro emancipatione filij in recompenſationem tanti beneficij , & ideo apparent inſtrumenta emancipationum ineptè,& corrupto vocabuli fieri, in quibus dicitur , ꝙ pater donat aliquid filio in præmium emancipationis,quia imò pater eſt præmiandus à filio,cùm ipſe perdat ius patriæ poteſtatis, quod eſt inæſtimabile.d.l. filiuſfamil.§.ſecundum vulgarem.de leg. 1. ſecundum Ange.Imol. Alex.& Aret.hic videtur text.per quem ita not.Barto.in l.cùm oportet.§.cùm autem.C.de bon.quæ lib.Bal.in d.l. quamuis.C. de fideicom.& ſic iſta non dicitur donatio ob cauſam , ex quo verè nulla cauſa ſubeſt ſecundum Bar.in l.liberis,ad fi.C.de collatio.Aduerte tamen ſecundum Ang.hic,ꝙ licèt iſta ſtipulatio non ſit turpis , vt hoc text. tamen ſi pater emancipat filium recepta pecunia,& appoſito pacto , quòd non poſſit ſuccedere tali filio emancip. talis conuentio valet , & eſt ſeruanda , & ſic per eum excluditur pater à ſucceſſione filij,vt eſt text.in l.1.§.ſi parens,& ibi glo.ſup.ſi quis à par.fuer.manumiſſ.facit. l. etiam §.ſi quis nummos.ſup.de bon.libe.& l.ſi quam. C. de oper. lib. de quo per Barto.& alios in l.fin.vbi aliquando dixi.C.de pact. per Imol. Alexan.& Aretin.hic.¶ Vltimò not.ex fin.text.ibi,magis curaretur.patrem aliquid habentem magis curari, & timeri à filio,& ſic not. quòd pater , quando emancipat filium debet eum ad aliquid obligare,vt eo timore magis eum arceat,& reuereatur , ſm gloſſ.nam ſenes frequenter dicunt ſe magis à filijs vel nepotibus timeri , ſi eos habeant obligationibus illaqueatos,& ad hoc eſt ſingularis iſta gloſſ.ſecundum Ange.hic

¶Glo.

¶Gl.pen. in ver. emancipaturus.ibi,cogi posset officio iudicis. istud non est verum in terminis huius. l. quando patri adoptiuo fuit facta conditio,si filium adoptasset,& sic ei nihil fuit datum,vnde propter solam promissionem non possit compelli dari,quia est conditionalis,& quæ sunt in conditione non sunt in obligatione,vel quasi.l.si quis sub conditione dandorum. ff. si quis omis.cau.test.sed si actualiter recepisset pecuniam promissam,posset cogi officio iudicis ad emancipandum. l.si cui legatũ.ff.de cōdi.& demō.& idē alleg.gl.& no.per gl.in l.cogi. §. *si pater.ff.ad Treb.secundum Bar *& communiter alios hic.* ¶†Vltimò,vt nihil omittatur,dum tex. dicit , si eum manumisisset, & glo.opponit.i.emancipasset.vnde ex hoc tex.no.Imo.ꝙ largo sumpto vocabulo, manumittere,accipitur pro emancipare, sed strictè, & propriè manumittere est seruorum. l. 2.& ibi glo.supra de offic.procon. & leg. & isto modo Iurisconf. impropriè vteretur isto verbo manumisisset , quod absit, vt credam hoc in Iuriscon.vnde aduerte,quòd glo.& Doc.in infinitis loc.exponunt manumissus.i.emancipatus,vnde in rub.& in toto titu.ff.si quis à pat.fue.ma.dum dicitur manumissus, glo. ibi in rub.dicit.i.emancipatus.pro ista expositione gl. & Doct. habes tex.meliorem de iure in l.1.§.alienatio.supra quādo act. de pec.est ann.vbi dicit tex.quòd manumissio pertinet ad seruos,emancipatio ad filios,credo licèt nemo Iuristarum tāgat, & nemo Oratorum,prout etiam dixi in l.manumissiones.ff.de iusti.& iur.quòd ista expositio glo. & Docto.non bene stet per tex.in l.Pantonius.in prin.ff.si quis à par.fue.man.qui copulatiuè dicit filio,qui est emancipatus, & manumissus, ibi non potest exponi manumissus.i.emancipatus,cùm tex.vtrunque ponat.vnde scias,ꝙ de iure ffo rum emancipatio non poterat fieri,nisi sicut manumissio seruorum. i. nisi mediante imaginaria venditione,& intercedente manumissione, quia pater volens emancipare filium,habebat necesse eum vendere, & sic facere filium quodammodo seruum emptoris, qui posteà eum manumitteret.ita expresse dicit tex.in l.liberos.§.1.supra de capit. dimin.& tex.in §.præterea.& ibi glo. declarat, & ponit modū. insti.quib.mod.ius pat.pot.sol.& propter hoc filius de iure fforum dicitur manumissus,vt in rub.& tot.tit.ff.si quis à par. fue. man. ideo Iurisconf. in iurib. fforum dicunt filios manumitti,tamen quia talis venditio erat imaginaria,& non vera, & ꝓpterea emptor non acquirebat ius patron. nec filius efficiebatur libertus talis emptoris,ideo manumissio magis pertinet ad seruos,& emancipatio ad filios,& hoc est,ꝙ propriè vult dicere tex.in d.l.1. §. alienatio. Accedat etymologia, seu deriuatio vtriusque vocabuli vera legum,nam manumissio dicitur missio.i.dimissio à manu.i.à potestate,ita dicit text. in l.manumissiones.ff.de iusti.& iur. similiter emancipatio dicitur extra manum positio,nam quando pater emancipat filium,dimittit eū manu,& sic à potestate sua, & sic ista duo vidētur synonyma, manumissio,& emancipatio,& propterea Iureconf.vtitur promiscuè emancipatione, & manumis. pro eo. licèt,vt dixi,manumissio magis vadat ad seruos propter ius libertinitatis , nisi fortè diceres, ꝙ argumentum ab etymologia vocabuli affirmatiuè non procedit,prout tetigi in l.1.in princ. ff.de acquirē. poss.& in l.2.§.appellata.ff.si cer.pet. sed cùm hodie ꝑ iura Codicis emancipatio possit fieri simpliciter sine tali imaginaria venditione,& intercedente manumissione,vt l.fi.C.de emanc. libe.& d.§.preterea.cum gl.insti.quib.mod.ius pat.pot.sol.ideo hodie filius dicitur propriè emancipari,non autem manumitti.& ista est veritas,licèt nemo tangat.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio concepta sub conditione dependente ex facto incertæ personæ valet.*
2 *Vbi ratio diuersitatis reddi non potest,idem ius est.*
3 *Dictio quamcunque,facit conditionem.*
4 *Quis potest promittere dotem pro incerta muliere.*
5 *Stipulatio facta sub conditione valet,& tenet,licèt aliam causam non habeat.*
6 *Vbi in diuersis factis est eadem ratio,censetur idem ius.*
7 *Etiam ex identitate rationis non debet extendi casus , qui valde innititur æquitati contra alias regulas iuris.*

LEX CVIII.

1 A Titio. †Stipulatio concepta sub conditione dependente ex facto incertæ per-
2 sonæ valet, † & vbi diuersi.ratio reddi non potest,
3 idem ius est.¶†In tex.quamcunque. dictio quamcunque,etiam facit conditionem.l.Stichum , qui meus erit. in
4 princip.vbi dixi.de leg.1.¶†Not.primò,ꝙ quis potest promittere dotem pro incerta muliere, intantum , ꝙ promittens videtur illi mulieri donasse,vt solu.matr.illi competat repetitio, dato,ꝙ ad eam non habuerit affectionem,cū esset incerta persona,& hoc fauore matrimonij.l.vnica.§.accedat.C.de rei vx. act.secundum Pau.hic.Item secundum q.Alex.& Are.quia in incerta persona certificanda ex certo futuro euentu,potest habere locum præsumpta donatio.l.qui Romæ.§.fi. ff. de acquir. rer.dom.& declarat Bar.in l.licitatio.in prin.ff.de publ.& est ca-
5 sus no.in l.ꝙ seruus.vbi Bar. no.j.de stipul.seru.¶†Secundò no. in ver.nam cùm conditio.secundum Bart.& alios,ꝙ stipulatio facta sub conditione valet,& tenet,licèt aliam causam nō habeat,quia ipsa conditio impleta est sufficiens cā,& sic succedit loco causæ,ꝙ est perpetuò tenendum menti secundū Pau. & dicit Bexu.hic,ꝙ est singularissimè menti tenendum , nec pōt tunc promissor obijcere,ꝙ sit obligatus sine causa,& ita limitatur reg.communis,quæ habet,ꝙ stipulatio facta sine causa in effectu non valet,quia obst.doli exceptio.l.2.§.circa.cum gl.ff. de excep.doli.& l.qui sine.ff.de condi.sine cā.nam illa reg.procedit in stipulatione pura,secus quando stipulatio fit sub conditione,quia conditio habetur pro causa , vt hic, & vltra text. quos allegat Bar.adde bonum tex.& credo,ꝙ sit melior, qui allegetur in l.si quis cum debitore.ad fi.ff.de iureiur.ibi, est enim iusta conuentio,si quælibet causa in conditionem iurisiurandi deducta fuerit.Ad idem tex.in l.cùm ad præsens.vbi Barto. & alij ad hoc no.ff.si cer.pet.Ad idem.l. pecuniam quam. in verbo causa conditionis.eo.tit.quem tex.ad hoc no.Bald.in l. hoc iure.§.fi.ff.de don.Lud.& Alex.in d.l.cùm ad præsens. sed parū facit,quia ibi dictio causa,aliud significat,vt patet in litera . Itē ad istam reg.adde Bar.in l.si ita stipulatus fuero hanc summā. & ibi Imo.j.eo.& Bar.in l.si sicut.§.1.de leg.1.pro ista reg.adde optim. simile , ꝙ licèt prohibitio testatoris de non alienando nuda,& sic sine causa non valeat.l.filiusfam.§.diui.el 2. de leg. 1.est verum,nisi talis prohibitio fiat conditionaliter, nam cōditio habetur pro causa.tex.est no.dignus in l.3.§.1.& ibi Bal. ad hoc valde no.ff.de condi.insti.Alex.in d.§.diui.colu. 2. vbi dixi. item pondera,ꝙ conditio operatur plus quàm iuramentum, quia iuramentum non supplet defectum causæ in promissione,ſm Bal.in rub.C.de rer.perma.facit l.fi. C.de nō nu.pe.& c. quemadmodum.de iureiur. & tñ conditio supplet causam in promissione,vt hic.¶Per istam reg.dicit Pau.de Castr. ꝙ vidit sæpe iudicari Florentiæ valere promissionem, qua sæpe Florē. vtuntur,si Imperator moriatur hoc anno,promitto tibi decē, & si non moriatur,promittis mihi cētum,certè si moritur,potest in iudicio agi ad illa decem,dubium faciebat ſm eū , quia nulla videbatur subesse iusta causa,sed potius turpitudo, vt in
a ludo taxillorum, [a] tñ contrarium fuit consultum , & iudicatū ſm eum principaliter per istum tex.quia sufficit euentus cōditionis pro cā,& non est curandum de alia cā,& sequitur Alex. hic post Host.in c.gemma.de sponsa.& Salycc.in l. ex eo.C.de inutil.stip.sequitur etiam Are.hic.¶Amplia istam regulam tribus mod.primò,vt procedat nōn solū in conditione propria, sed ēt in conditione de pñti,vel de præterito, quia licèt sit impropria cōditio,tñ hr̄ pro causa,& validat stipulationē,tex.est, qui ita propriè loquitur,in d.l.cū ad pñs quem ēt ad hoc pōderat Alex.hic.¶Secūdò notabili.amplia,ꝙ ista reg. procedit nō solū qñ ex implemento conditionis aliquid adest promissori , vel stipulatori, vt l.Labeo scribit,si mihi bibliothecā.ff.de ꝯhē. emp.& l.hoc iure.§.1.ff.de don.sed ēt,qñ ex implemento cōditionis nihil adest stipulatori,& nihil promissori , & sic nullum commodum affert euentus conditionis,ita probat.d.l.cùm ad pñs.in exemplo si Rex Parthorum viuet,& ibi ita not.Ang.idē, ēt tenet Ang.in l.si intra.circa fi.ff.de pac.& istud ēt probat iste tex.in illo exemplo,si quis in capitolium ascenderit. Et si diceres,si implemētum conditionis nullum affert interesse,aut cōmodum promissori, quomodo potest considerari tanquā cā? responde ſm Are.ꝙ pro interesse accipitur , ꝙ satisfiat voluntati ipsius promissoris, qui voluit in euentum talis conditionis obligari.§.præterea.insti.de act.l.fi.de vsu,& hab. & l. cū seruus. & ibi no.ff.de condi.ob cau.¶Tertiò amplia,vt procedat non solùm in stipulatione,sed etiam in pacto nudo, vnde si fiat pactum nudum sub condi.sine alia cā,certè conditio non solùm hr̄ pro cā,sed ēt hr̄ pro implemento , ita ꝙ ex pacto nudo pōt agi,ac si esset secutum implementum,ita sing.tenet Ang.in d. l.cū ad pñs.& reputat no.dignum.& licèt Ang.non clare dicat, credo,ꝙ voluit ponderare illum text.in verbo spondes.nā verbum spondes,ſm eum intelligitur pacto nudo , nec secūdum eum obstat tex.in l.si intra. ff. de pact. vbi pactum nudum non vestitur

ADDITIO.

a ¶Taxillorum.Adde Syll.nup.lib.4.nu.164.

veſtitur tali implemento, reſpondet, quòd ibi fuit rōne cōtractus præambuli. Tu planius reſponde, & clarè, ꝙ ibi erat pactum ad liberandum debitorem, & ſic non tendit ad actionē, ſed ſolū ad exceptionem, quid tenendum? iſte eſt nouus paſſus in hac materia non tactus ab alio, nec hic, nec ibi. Adde, ꝙ idē tenent Bal. & Ang. in d. l. ſi intra. ſ. de pac. Bal. in l. quoniam. C. de rer. permu. Teneo ꝯrium, prout ēt tenui in d. l. cùm ad pñs. ꝙ licèt qñ ſtipulatio fit ſub condi. conditio habeatur pro cā, vt hic, tamen ſecus in pacto nudo, quia ſi pactum nudum fiat ſub condi. illa conditio non hr̄ pro cā, nec pro implemento, ita in terminis tenet Bal. ita declaratus limitans iſtam reg. in c. cū inter. in pen. col. de elec. & idem Bal. in c. cū Io. ad fi. de fide inſtr. vbi dicit iſtam ſubtilitatem eſſe bene notandam. vltra au thoritatem Bal. facit, quia duo ſpecialia circa idem concurrere non poſſunt. l. 1. in fi. & ibi gl. C. de don. per gl. in l. cū poſt. §. ge ner. ſ. de iu. dot. ſed hic in pacto nudo duo ſpecialiter concurrunt. Primò, ꝙ implementum conditionis habeat pro cā. Secūdò, ꝙ veſtiat pactum nudum, quæ ratio ceſſat in ſtipulatione facta ſine cā ſub conditione, quia ibi ſolùm eſt vnum ſpeciale, ꝙ euentus conditionis habeatur pro cauſa. nec obſt. tex. in d. l. cū ad præſens. in verſi. dare ſpondes. quia dico, ꝙ imò verbum ſpondes, intelligitur per ſtipulationem, vt tenui in l. lecta. ſupra ſi cer. pet. & in l. cū filiusfam. in prin. per illum tex. ſ. eo. ſed fortius dato aliàs, ꝙ verbum ſpondes, intelligeretur pacto nudo, impoſſibile eſt, ꝙ ita intelligatur in illo text. d. l. cū ad præſens. ibi dicit ſtipulatio tenet, & ibi ſtipulatio non ſuſpenditur. deinde ſubijcit exemplū. 100. dare ſpondes, & cū ſit exemplum dicti ſuperioris de ſtipulatione, neceſſariò verbum ſpōdes ibi intelligitur per ſtipulationem, & credo, ꝙ iſta ſit veritas, & ita tenēdo habes vnam limitationem ad reg. huius tex. vt procedat in ſtipulatione facta ſub condi. ſine cā, ſecus ſi in pacto nudo. ¶Secundò limita iſtam reg. ꝙ conditio habetur pro cauſa ſufficienti, vt procedat, quando ſumus in materia, in qua quælibet cauſa ſufficeret, ſed vbi eſſemus in materia, in qua cauſæ eſſent limitatæ à iure, tunc cōditio non haberetur pro ſufficieti cauſa, puta teſtator in teſtamēto dixit, exhærendo filiū meū, ſi non venerit in patriam. ꝟ. annum, illa conditio non habetur pro cauſa ſufficienti, quia in materia exhæredationis ſunt à iure limitatæ quatuordecim cauſæ, ex quib. pater pōt exhæredare filium, quæ enumerantur in §. cās. in Auth. vt cum de appel. cog. & enumerat gl. in c. Quintauallis de iureiur. ita limitat iſtā reg. Bal. in l. ſi pater. in 6. q. C. de inſti. & ſubſti. ¶ Tertiò, & vlti.
6 no. ex fine tex. illud vulgare, qđ † vbi in diuerſis factis eſt eadem ratio, idem ius cenſetur, & ſic not. ſecundum Bald. ꝙ quæ non differunt rōne, non differunt iuris diſpoſitione. Et ſic correlariè nota, ꝙ non eſt bona conſequentia, iſta facta ſunt diuerſa, ergo de ipſis vt diuerſis debet diſponi, quia licèt ſint diuerſa facta, ſi tamen habent eandem rationem, idem ius eſt, vt hic, & ſic cor relariè limita regulam, quæ habet, ꝙ ex ſeparatis non fit bona illatio. l. Papinianus exuli. ſ. de minor. l. pen. ſ. de calum. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ver. ſed hæc diſſimilia. ſ. eo. nam illa reg. eſt vera, ſi etiam ſunt ſeparata in rōne, & ſic in medio concludendi, aliàs ex ſeparatis in facto infertur, ſi eſt eadem rō. confir mo, quia etiam in his, quæ naturaliter diſconueniunt, vt domi nium, & poſſeſſio. l. naturaliter. §. nihil cōe. ſ. de acqui. poſ. tamē vbi eſt eadem ratio, arguitur de vno ad aliud, vt l. 1. §. per com munem ſeruum. ſupra de acqui. poſſ. ad iſtam regu. vltra concord. allegatas in glo. adde quod dicit Bald. in rub. C. de nau. fœ nore, ꝙ licèt ad hoc vulgò allegetur iſta. l. & l. illud. ſupra ad l. Aquil. quòd tamen de hoc eſt text. melior, qui ſit in iure in l. his ſolis. in verſi. ſatis etiam tacitè cautū. C. de reuoc. don. quam ad hoc reputat ſing. Bal. in c. quia. 5. ad fi. de iudi. adde tex. in c. tran ſlato. de conſti. & in c. inter corporalia. de transla. epiſc. itē adde, ꝙ dicit Bald. in l. quòd verò ꝯ. col. 1. ſ. de leg. & frequenter allegatur in practica, ꝙ vbi eſt eadem ratio, non dicitur exten ſio, ſed proprius intellectus ſtatuti. l. nominis & rei. §. verbum ex. ll. ſupra de verb. ſign. alibi dicit Bal. in l. data opera. in 6. colu. C. qui accuſ. non poſ. ꝙ illud videtur tacitè ineſſe, in quo eadē ratio reperitur etiam in materia pęnali, allegat ad hoc d. l. his ſolis. quæ propriè loquitur in materia pęnali. & tex. in l. fi. C. de indi. vid. toll. cum ſimil. & ſubdit Bal. ꝙ vbi eſt eadem ratio, ibi non dicitur ſimilitudo, ſed eadem lex, vt l. illud. C. de ſacroſan. Eccl. & ita etiam dicit Abb. in c. nihil. in 6. col. de elect. alibi dicit Bal. in l. omnes populi. col. 12. ad fi. ꝙ non videntur diſcrepātia, quæ in rōne conueniunt, quia ratio eſt coniunctio diuerſorum caſuum ad eundem finem tendentium. Item diligenter
a aduerte, ꝙ quando in pluribus caſibus eſt eadem ratio, [a] tunc vna, & eadem ratio numero decidit omnes caſus, non per extenſionem, imò ſicut genus comprehendit ſpecies, ſic generalis ratio diuerſas ſpecies caſuum emergentium complectitur, ſed quando ſunt rationes ſpecie differentes, tamen ſimiles, tūc iſta eſt propriè extenſio, quæ eſt quædam progreſſio de termino ad terminum per adæquationem, ſeu per paritatem, ita egregiè tenet Pau. in conſi. 336. incip. præſens caſus modicam dubitationem. columna 2. vbi refert, quòd iſta ſunt verba pulchra, vera, & ſubtilia Bald. in d. l. de quib. ſupra de legi. & quòd fuerunt originaliter verba Pet. & Cy. in l. iura non in ſingulas. ſupra de legi. idem refert, & ſimpliciter ſequitur Alexan. in cōſilio 75. 5. volum. quod incip. Videretur in præſenti conſultatio ne. colum. 1. Tu adde, quòd dicit Bald. in Authen. poſt fratres. C. de leg. hæredit. quod ratio. l. debet attendi tanquam genus prædicans de ſuis ſingulis ſpeciebus. Item dicit Bald. in repe. d. l. de quibus. in pen. char. in 23. colum. quòd vbi plura habent eandem rationem, licèt de vno fiat mentio, videtur fieri exem plariter, & non reſtrictiuè, & vltra Bald. facit, quod vult gl. not.
7 in cap. 1. in verſic. Italiæ. de tempor. ordin. in 6. ¶ † Limita iſtam regu. & prædicta, quòd etiam ex identitate rationis non debet extendi caſus, qui valde innititur æquitati contra alias regulas iuris ſecundum Ioan. Andr. in capitu. ſecundo. vt lit. pend. in 6. quem refert, & ſimpliciter ſequitur Abb. in capitu. propoſuiſti. colum. pen. de probatio.

ADDITIO.

a ¶Ratio. Adde tex. in l. 3. C. de lib. præter. l. fi. C. ad l. Falc. l. vlt. C. de conſti. pec. l. 1. & 2. C. de inoff. don. & Aym. conſi. 183. nu. 3.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio non poteſt conferri in voluntatem ſtipulatoris, ſicut nec promiſſoris.*

2 *Executio, ſeu exercitium contractus poteſt conferri in voluntatem ſtipulatoris.*

§. Nulla promiſſio.

Stipulatio in promiſſoris voluntatē conferri non poteſt. hoc dicit. & tex. aſſignat rationem in l. ſub hac. ſupra titu. 1. vbi text. dicit, quia pro non dicto eſt, quòd niſi velis dare, cogi non poſſis. Item, quòd obligatio conferatur in meram, & liberam voluntatem promiſſoris, iſtud eſt contra ſubſtantiam, & diffinitionem obligationis, quia obligatio eſt iuris vinculum, quo neceſſitate aſtringimur &c. vt inſti. de verbo. oblig. in princ. ſi ergo eſt in voluntate promiſſoris, an debeat, ergo non aſtringitur, ergo ceſſat ſubſtantia obligationis, ergo non eſt obligatio, & ſic habes duplicem rationem ad regu. huius tex. quæ procedit, quando confertur in expreſſam voluntatem promiſſoris, ſecus ſi in tacitam, & velatam, vt in
1 glo. ¶ † In gloſſ. fina. quæ addit etiam ſtipulantis, habes ampliationem ad iſtum text. quòd etiam ſtipulatio non poteſt conferri in voluntatem ſtipulatoris, ſicut nec promiſſoris, vt dicit
inter dilectos. nu. 19. de fide instru. vbi in apostil. litera E. Castr. in l. & hæc di
stinctio. § cùm fundum. ff. loc.

SVMMARIVM.

1 *Quando in alternatiuis electio est creditoris, vnum solùm ex alternati-
uè promissis debet præcisè peti. & nu. 2.*
3 *In alternatiuis solus ille, est in obligatione.*
4 *Cùm occurrit aliqua dubitatio circa contractum, semper debet inspici te
nor instrumenti, vel contractus.*
5 *Quæ differentia sit inter verbum volam, & verbum voluero. & nu. 7.*
6 *Litis contest. non solet ius actoris deterius constituere, tamen per eam
præcluditur potentia variandi.*

8 *Quando res hæredis essent alternatiuè relictæ, vel res alienæ, dominiũ earum non est statim legatarij.*

LEX CXII.

SI quis stipulatus sit Stichum. ¶†Habens electionem per futurum subiunctiui, postquam semel elegit, variare non potest, sed si per futurum indicatiui, potest vsque ad litis contestationem variare. hoc dicit, & habet duas partes, prout duæ sunt decisiones. Secunda ibi, an autem mutare. & dicit Bal. quòd Iurisconsultus fuit hic Grammaticus speculatiuus. ¶ No. primò ibi,
2 †quem elegerit, quòd quãdo in alternatiuis electio est creditoris, vnus solus ex alternatiuè promissis est præcisè petendus, & sic tunc libellus alternatiuus non admittitur, secus vbi est electio debitoris. l. vbi autem. §. qui illud. vbi dixi. supra eod. quia tunc non est in potestate actoris libellum certum concipere. l. 1. §. quia autem. supra quorum leg. Item si non dictaretur, tunc alternatiuè videretur actor plus petere. §. plus. insti. de act. ¶†Se-
3 cundò no. ex tex. ibi, & is erit solus, quòd in alternatiuis solus ille, qui eligitur, est in obligatione, ex quo sequitur, quòd mortuo electo sine mora, & culpa debitoris liberatur debitor ab vtroque. l. stipulatus sum damam. vbi Bar. supra eo. intellige, quã electio non est variabilis, quia sit perfecta, aliàs quandò potest variari, vtrunque est in obligatione. l. si duo. ff. eod. & l. illud. su-
4 pra de consti. pecu. ¶†Tertiò no. bene tex. ibi, respiciendus erit sermo stipulationis. illud, ad quod semper allegatur iste tex. secundum Pau. quòd tenor instrumenti, vel contractus debet inspici bene, & considerari, cùm occurrit aliqua dubitatio circa eũ. facit. l. fideiussores magistratuum. §. pro Aurelio. in versic. lecta subscriptione fideiussionis. supra de fideius. similiter etiam tenor priuilegij diligenter est inspiciendus. tex. est in c. recipimus. & in c. porrò de priuileg. similiter verba testamenti sunt subtiliter, & cautè consideranda. text. est not. in §. nos igitur. in Authentica de resti. fideicom. ibi, subtilius testamentum considerantes in verbis ipsius inuenimus. quem tex. ad hoc no. Bal. qui nihil ignorauit in c. 1. de feu. guar. & in l. si cùm dotem. §. si pa-
a ter. 1. in fi. ff. sol. matr. alibi dicit [a] egregius tex. in l. Mæuia. supra de manu. testa. neque contextum verborum totius scripturæ
5 neque mentem testatricis eam esse. ¶†Quartò no. differentiam inter futurum subiunctiui, & futurum indicatiui, quam alibi expressius non habemus secundum Alex. hic, & sic no. differẽtiam inter verbum volam, & verbum voluero, nam verbum volam, habet temporis tractum, in quo potest mutari voluntas vsque ad litis contestationem, sed verbum voluero præcisum est, & facit præcisam electionem, de quo plenius tangitur hic in glo. & in l. hæc venditio. in prin. supra de contrahen. emp.
6 ¶†Quintò no. ex tex. ibi, donec iudicium dictet, quòd licèt litis cõtestatio non soleat ius actoris deterius constituere. l. aliam. ff. de dona. & l. non solet. ff. de regu. iur. tamen per eam præcluditur potentia variandi, quia electio in ipsa contestatione consumitur, & perficitur, vt hoc tex. intantum, quòd Bar. infra tenet, si bene respexeris, quòd etiam post libellum porrectum potest actor variare, si nondum sit facta litis contest. intellige istud not. & istũ tex. procedere in actore, seu creditore, vt in tex. sed in reo, vel debitore durat facultas variandi etiam post litem contest. imò etiam post sententiam, quousque soluat. §. qui ex plurib. in fi. ff. eo. & plenius no. in l. eum qui certarum. §. si ff. eo. & hic in gl. in fin. Glo. in verbo, quem volam. diuiditur in quatuor partes. In prima quærit de ratione diuersitatis ad tex. & tripliciter respondet. In 2. oppo. contra text. quòd in legatis alternatiuis facta semel electione non est amplius licita variatio, & assignat rationem diuersitatis inter legata, & contractus. In tertia opp. & bene soluit, quia illa lex concordat. In quarta opponit, & dupliciter soluit. Secunda ibi, sed contra supra de lega. 1. Tertia ibi, item facit supra de procu. Quarta, & vlt. ibi, item contra infra eod. ¶In ead. glo. ibi, non habebant Græci verbum infinitiuũ, ista ratio Mar. nihil valet, nec ex ea aliquid potest inferri, dato, quòd Græci antiquitus non habuissent infinitiuum, sed eius loco haberent verbum volam, per hoc non sequitur, quòd posset mutari volũtas, item ista solutio Mar. in omni capite diuinat.
7 ¶†In ead. glo. ibi, vel secundum Azo. eandem rationem ponit glo. in l. hæc venditio. in princ. supra de contrahen. emp. sed tu clarius pone istam rationem diuersitatis, quam gl. Bar. & Doc. ponunt. nam futurum subiunctiui voluero, formatur à præterito perfecto indicatiui, & sic rem perfectam cùm effectu significat, vt dicit tex in l. 1. §. fi. quem Bar. ibi ita summat. supra, quod quisque iur. & tex. in l. Stichus seruus. supra de manumis. testam. ergo cùm semel voluerit, quia rem perfectam significat, dicitur esse perfecta electio, ergo non potest amplius variari, sed verbum volam, futurum indicatiui formatur à præsenti indicatiui, & habet tractum temporis. s. quem volam, id est quem curauero velle, & sic licita est variatio vsque ad litis contest. Quare autem post litem contestatam non posset amplius variari, dicit Barto. quem Imo. Alex. & alij sequuntur, quòd ratio est, quia posset esse damnum rei in paradis sibi defensionibus, si posteà lite contest. posset actor adhuc variare. Sed ista ratio Bart. nihil est secundum Cum. quia secundum hoc nec etiam ante litem contest. deberet posse actor variare, postquã semel elegit, & reus super illo electo præparauit sibi defensiones, vnde melior est ratio secundum Cuma. & sequitur etiam Bexu. hic, quia per litis contest. quasi contrahitur super re electa. l. 3. §. idem scribit. supra de pecul. & ideo non admittitur variatio, per regulam. l. sicut. C. de actio. & obliga. & l. in commodato. §. sicut. supra commod. sicut etiam in simili dicitur in l. si insulam. supra eod. vbi etiam post lit. contesta. non admittitur purgatio moræ, quæ etiam est quædam variatio. ¶Itẽ dubitat Bar. circa istum text. quia Iuriscons. non respondet quæstioni propositę, nam quæstio fuit in verbo vellet, vt patet in princip. huius tex. ibi, vtrum ipse vellet, & Iuriscons. distinguit inter verbum voluero, & verbum volam, & sic nõ respondet ad propositum. Sed dicit Barto. quòd illud, quòd hic dicitur in verbo, volam, procedit etiam in verbo vellem, quòd est præteritum, sed imperfectum subiunctiui, & præsens optatiui. l. cùm certis. de triti. vi. & oleo leg. Bar. in l. centesimis. §. fi. supra eod. & sic est idem, quòd in futuro indicatiui, quòd etiam non significat rem perfectam, ideo in verbo velle, admittitur variatio sicut in verbo volam, tamẽ Alex. hic in vlt. no. non aduertens de Bar. dicit de directò contrarium, & malè, quòd vbi est verbum velle, vt in prima parte tex. non admittitur variatio. & Barto. intelligit primam partem tex. procedere, quando electio fuit perfecta, ita quòd non possit variari, ponderando verbum elegit, quòd rem perfectam significat. d. l. 1. §. fina. supra quod quisque iur.
8 ¶†In ea. glo. ibi, statim dominium. ista ratio gl. secundum Bart. & Doct. non est generalis, & non procedit, quando res hæredis essent alternatiuè relictæ, vt l. si hæredis seruus. supra de leg. 1. vel res alienę, quibus casibus dominium non esset statim legatarij, vt est gl. in l. Papinianus. supra de seru. Bar & Docto. in l. 2. C. commu. de leg. Bar. & alij in l. 1. in vlti. col. de leg. 1. & sic tũc
* electio non traheret secum executionem, vnde *Bar. & communiter* Doc. assignant aliam rationem diuersitatis generaliorem, quia vltimæ voluntates non possunt esse ita in pendenti, sicut contractus. l. fi. §. cõ. pręd. quę ratio militat nõ solùm in legato, sed etiam in hæreditate, vbicunque hæres habet facultatem eligendi facta semel electione non põt amplius variare, secundum glo. in l. iam dubitari. in versicu. non ab re in secunda solutione, vbi Dyn. & alij. ff. de hære. insti. & istam secundam rationem etiam sequitur Imo. in l. qui ex plurib. supra eo. tamen aduerte, quòd tex. in l. apud Aufidium. supra de opt. leg. punctualiter assignat primam rationem glo. quam etiam sequitur Ang. in d. l. qui ex pluribus. & ibidem Aret. ad fi. vbi conatur respondere fundamento Doc. supra in oppositum adducto, sed quia facit violẽtiam, & nimiam restrictionem ad iura hic alleg. in glo. ideo teneas cum communi ratione. ¶Extra glo. contra text. opp. Bart. nam actor desistens à prima petitione, videtur renuntiare liti, & sic pacisci de non petendo illam rem primò electam. vt l. postquam liti. C. de pac. sed sic est, quòd pactum de non petendo vnã ex reb. alternatiuè debitis porrigitur ad aliam, & præiudicat in vtraque. l. si vnus. §. sed si stipulatus. ff. de pact. & respondet dupliciter, vt hic per eum, sed Bart. voluit nimium subtilizare, vt dicit etiam Cuma. cũ solutio esset plana. nam d. l. postquam liti. loquitur in eo, qui simpliciter renuntiauit liti, quo casu intelligitur toti causæ renuntiasse. l. si maritus. 2. §. si negauerint. ff. de adult. hic autem non renuntiat simpliciter, sed variat ex facultate sibi à l. concessa. & sic solùm renuntiat formæ primę petitionis, sed non obligationi, nec actioni, & ista est melior solutio quàm illa, quam tradunt Imo. Alex. & Are. hic, quòd ista. l. loquitur, quando electio est stipulatoris, ibi autem erat rei, quia in contrarium facit, quod volunt gloss. Barto. & Doctores in d. l. si vnus. §. sed si generaliter. vbi tenent non esse differen-

ADDITIO.

a ¶Alibi dicit. Adde, quòd etiam alibi dicit Iurisc. in l. inciuile. ff. de leg. inciuile est nisi tota. l. perspecta velle iudicare, ideo Doctor. quando consulunt, semper attestantur perspectis, & cognitis, &c.

* Quomodo autem procedere debeant Docto. disputando aliquem articu. in vtranque partem, & dic, quòd primò in medium afferre debet argum. negatiua, demum affirmatiua, vltimo loco respõdere arg. primò citatis, teste Rol. cõs. 68. lib. 3. verũ est, quòd in legũ respõsis id curare debemus, vt per viam disputationis pugnam vincat ratio, c. vides. 23. dist. MASVER.

ferentiam, an sit electio stipulatoris vel rei, quamuis Alexan. ad hoc conetur respondere, sed directò non respondet.

SVMMARIVM.

1 *Qui promissit satisdare pro alio, si non satisdat, vel minus idoneè, tenetur ad interesse.*
2 *Quis dicitur idoneus non solùm ex patrimonio, & facultatib. sed etiam ex fide, & legalitate.*
3 *Quamuis l. requirat, quòd tutor legitimus teneatur satisdare, tamen si est honesta persona, releuatur à satisdatione.*
4 *Si ex forma statuti teneatur Potestas accipere idoneos fideiussores ab accusato, vel inquisito sub pœna, excusatur si eos non recepit, quia principalis erat idoneus.*
5 *Duplex est idoneitas, vna diuitiarum, altera fidei.*

1 §. Si quis ita stipulatus. † Qui promisit satisdare pro alio, si non satisdat, vel minus idoneè, tenetur ad interesse, quod est in quantum principalis non est soluendo, vel si conueniri nō potest. hoc dicit. ¶ † No. singulariter finem huius text.
2 quòd aliquis dicitur idoneus, non solùm ex patrimonio, & facultatib. sed etiam ex fide, & legalitate, facit. l. scire oportet. § fi. supra de tuto. & cur. dat. ab his. adde quod vult gl. sing. in l. 1. §. cùm autem. C. de rei vxo. act. quę vult, quod si aliquis est honestę, & probatæ vitæ, simplex eius cautio verbalis habetur pro satisdatione, quam glo. pro ordi. multum no. Bal. in rub. extra de eo, qui mit. in pos. & illam gl. reputat singularem Bald. in c. 2. in 5. col. de iudi. & per eam no. quod virtus hominis habetur pro satisdationem. Item per illam glo. dicit Bal. in l. abstinendum. C. quor. appel non reci. quòd si statutum dicat, quòd condemnatus debeat satisdare secundum qualitatem personæ, si sit honestæ vitæ, & probatæ fidei sufficit sola cautio. facit, quod signanter no. Bar. in l. quicunque. secunda, per illum tex. C. de fun. patri. lib. 11. vbi not. quod si ex forma statuti aliquis teneatur satisdare, antequam acceptet officium alicuius potestariæ, si est idoneus, creditur soli cautioni cum hypotheca bonorum. idem tenet Bar. in l. priuatæ. C. de murileg lib. 11. de veritate tamen huius vltimi dicti dixi latè in l. 1. supra qui satisd. cog. vbi tenui cum Bar. quamuis Alex. ibi, & alibi contrarium teneat, & Are.
3 hic & alibi, vt ib. latè dixi. ¶ † Item facit, quod no. Bal. in l. legitimos. in 2. & 3. no. s. de leg. tut. quod quamuis l. requirat, quod tutor legitimus teneatur satisdare, tamen si est honesta persona, releuatur à satisdatione, facit. l. de creationib. vbi glo. C. de Episco. aud. & tex. notabilis in Auth. cui relictum. C. de indi. vid. tol. in vers. si persona sit idonea eadem sit cautio, alioquin fideiussor exigitur, & non habes tex. formaliorem illo, quem etiam Pau. ibi in vlt. col. no. & dicit, quod melius declarat quàm alius de mundo, quomodo intelligatur. l. sancimus. C. de verb. signi. item facit tex. in l. 1. § si magistratus. s. de magi. conuen. per quem tex.
4 no. ibi Bal. in fi. quòd † si ex forma statuti teneatur Potestas accipere idoneos fideiussores ab accusato, vel inquisito sub pœna, quod excusatur, si eos non recipit, quia principalis erat idoneus. facit. l. mulier. cum glo. C. de iure dot. ¶ Secundò principaliter per istum eundem tex. in fi. decidit Pau. quòd fideiussor dicatur idoneus, ita quod non possit recusari etiam per approbatores deputatos à communi ad approbandos, vel reprobandos fideiussores, quando est probatæ fidei, & obseruator promissorum, & sic habet creditum, dato, quod careat facultatibus, intantū quod si pars eum recusaret tanquam non idoneum, posset cōtra eum agere actione iniuriarum. tex. est in l. si verò. §. qui pro rei. s. qui satisd. cog. & in l. si creditores. in fi. supra de priuil. cred. Sed istud dictum reprobat Alex. & bene in l. 2. in prin. s. qui satisd. cog. & sequitur Are. hic, quia si moreretur talis fideiussor, qui erat inops, sed fidelis persona, certè hæres eius non erit talis, quia sæpe legali succedit illegalis, & bono malus. l. generaliter. in prin. vbi Bal. in 2. no C. de reb. cred. & sic non esset consultum ei, cui datus est talis fideiussor, prout esse debet. §. fi. insti. de replica. bene facit, quòd fideiussor dicitur esse idoneus, quando possidet immobilia sufficientia, vt est glo. not. in §. suscepto. in in Auth. de exhib. reis. quod ad hoc no. Bal. in l. sciendum. in princi.
5 s. qui satisd cog. Aug. in l. 2. in prin. eod. tit. ¶ † Stat ergo ex hoc text. quod duplex est idoneitas vna diuitiarum, secūda fidei. in prima intellige procedere, quando simul cum diuitijs etiam concurrit facilitas conueniendi, quia aliquis sit diues, & etiam facilis ad conueniendum, aliàs secus, quando staret in arce munitissima, ad quam non est facilis accessus, iste non reputatur idoneus, vt est gl. in l. 2. in princ. vbi Bar. & alij. supra qui satisd. cog. vel quando esset cauillosus homo aut rixosus, qui sine litigio non solueret, vt l. 2. in fi. supra de in diem addic. vel secūdum Bar. quando haberet bona sua in loco periculoso, puta iuxta flumen padi, vel in loco ruinoso, ita quòd verisimiliter efficietur pauper secundum gl. in l. 2. in ver. nec cogitur. in glo. mag. & ibi Bar. in vlt. col. supra sol. matr. idem Bar. in l. 2. §. fi. supra de lib. leg. & in l. si quis ab alio. in prin supra de re iudi. & in l. item. §. 1. supra quib. mod. pig. vel hypot. solu. ¶ Glo. mag. in vers. pro centum. diuiditur in quinque partes. In prima ponit primum intellectum ad tex. quòd promisisti domino. s. dare reū principalem, & etiam fideiussorem, & solùm dedisti reum. In secunda ponit secūdum intellectum, quod solùm promisisti dare fideiussores, & iste magis congruit tex. in vers. satisdabis, quòd importat fideiussorem. l. 5. §. satisacceptio. supra eo. & sic promisisti mihi dare fideiussorem pro Titio, qui tenebatur mihi in centum. In tertia contra istum secundum intellectum opponit, & bene soluit, & pro eius solutione facit. l. inter causas. §. abesse. supra mand. In quarta etiam opponit, & bene soluit, & pro eius solutione facit. l. si defunctus Carb. tut. In quinta, & vltima allegat tres concordantes ad text. Secunda ibi, vel dic, quòd fideiussorem. Tertia ibi, & secundum hunc casum. Quarta ibi, sed secundum hunc casum. Quinta, & vltima est ibi, & facit. s. si cert. pet.

SVMMARIVM.

1 *Prorogatio termini impedit pœnam committi, sed iam commissam non perimit.*
2 *Pœna cōuentionalis committitur mero iure, ante lapsum termini, quàprimum incipit esse certum opus intra terminum in conuentione deductum non posse perfici.*
3 *Si arbiter decedat ante diem comparitionis, si tamen certum erat partem tunc ad terminum comparere non posse, pęna compromissi est commissa.*
4 *Prorogatio termini impedit pęnam committi, sed pęnam iam commissam non tollit, nec extinguit.*
5 *Stipulatio pęnalis simpliciter committitur, etiam si nihil fuerit declaratum, aut requisitum à stipulatore.*
6 *Facultas arbitrandi transit ad hæredes.*
7 *Licèt pęna conuentionalis, quæ expressè apponitur à partibus statim cōmittatur mero iure, quàprimum certum est intra tempus non posse illud, quod fieri debuit, tamen quando pœna apponitur à lege, vt est quando venit interesse, tunc pęna legalis non committitur nisi elapso toto tempore.*
8 *Si statuto caueatur, quòd elapso termino banni bannitus possit impunè offendi, si constat bannitum intra terminum bāni comparere nō posse, tamen interim offendi non potest.*
9 *An arbiter possit prorogare terminum parti statutum ad aliquid faciendum, postquam certum est in termino expediri non posse ad hoc, vt euadatur pęna.*
10 *Prorogatio termini facta eo tempore, quo certum erat intra terminū expediri non posse, id quod iure promissum erat, excusat à periurio.*
11 *Condemnatus in centum, quæ si soluere non potuerit intra mensem, amputetur sibi manus, licèt protestetur se non soluturum, debet tamen expectari totus mensis.*
12 *Si ille, cui est assignatus terminus ad prosequendum appel. restringit se taliter, quòd impossibile sit amplius in termino posse prosequi, non tamen ante elapsum totum terminum succedit pęna iuris, quæ vult, quod appellatio intelligatur deserta.*
13 *Pęna legalis seu cano. per quam transfertur in superiorem ius prouidendi Ecclesiæ, non committitur ante lapsum termini, licèt certum sit, quod eligentes intra terminum eligere non possunt.*
14 *Stipulator eligendo opus promissum non potest posteà pęnam petere.*
15 *Si promisi dare centum in Paschate, & abinde in antea ad omnem tui petitionem, dies Paschatis constituet me in mora absque alia interpellatione, ac si simpliciter promisissem soluere in Paschate.*

LEX CXIII.

1 CVm stipulatus sim mihi à Proculo. ¶ † Prorogatio termini impedit pœnam committi, sed iam commissam non perimit. hoc dicit ista sing. & difficilis l. ¶ Diuiditur in quatuor partes. In prima ponitur thema, & quæstio. In secunda ponitur responsio bimembris In tertia respondet obiectioni per reductionē ad absurdum. In quarta, & vlt. concludit circa præmissa. Secūda ibi, Proculus. Tertia ibi, nec ad rem. Quarta ibi, & propemodum. ¶ In prima parte ibi, si opus arbitratu meo. dic quod Proculus promiserat mihi facere opus certæ, & determinatæ formæ ante Cal. Iunias, sub pœna certæ quantitatis, & promiserat taliter se facturum, quod mihi placeret, & sic arbitratu meo, idest meo desiderio, & sic arbitratus meus solùm versabatur circa qualitatem operis, & bonitatem. Item circa prorogationē termini,

mini,vt in gl.ſecunda. non autem circa formam operis, quæ
iam fuerat ſpecificata.nec obſtat.l.multa.in prin.ſ.de condi.&
demon.¶In tex.ibi,& protulerim diem.ſ.in Calendas Auguſti.
vt infra in text. & promiſſor non fecit opus in primo termino.
ſ.ante calendas Iunias, ſed bene fecit in ſecundo termino pro-
rogato,vnde dubitabatur,an pœna eſſet commiſſa. ¶In tertia
parte ibi,nec ad rem.in hoc ver.eſt maior difficultas, quàm in
alia parte huius.l.ſecundum Pau.hic in fin. qui declarat iſtum
ver.per vnum modum,quē ſibi aſcribit Alex. ſed eſt ineptus,
& eum reprehendit Are.& bene.ideo declarā iſtum verſ. hoc
modo,nam videbatur contra præcedentem determinationē
facere, quia cùm iſtud opus deberet fieri arbitratu ſtipulato-
ris,ergo videbatur neceſſarium , quòd ſtipulator deberet ante
terminum Iunij declarare ſe deſiderare, ꝙ tale opus intra ter-
minum perficeretur,ergo ſi hoc non facit, non deberet pœna
committi.Iuriſcon.reſpondet non fuiſſe neceſſarium ſtipulato
rem hoc arbitrari,nec quòd hoc deſideraret,nec interpellaret,
cùm dies appoſita interpellet pro ſtipulatore aliàs ſequeretur,
quòd ſi pridie calen.Iunij mortuus fuiſſet ſtipulator, cùm iam
opus fieri non poſſet,nec ipſe eſſet arbitratus,nec amodo poſ-
ſit arbitrari,cùm facultas arbitrandi non tranſeat ad hæredem,
vt infra dicam,ꝙ pęna non eſſet commiſſa,quòd eſt abſurdū,
ꝗa verba arbitratu meo, cùm ſint adiecta operi certę formę,
non faciunt conditionem , ſed potius notant admonitionem
quandam,vt etiam celerius ante terminum fiat,ſi poſſit ſtipu-
latore hoc arbitrante.l.ſi decem cùm petiero.ſ.eod. vnde nihil
nocet,licèt ante arbitrium deceſſerit.¶In tex.ibi,& propemo-
dum.Iac.de Are.& Imo.exponunt propè.i.iuxta, vel ſecūdum
rationem.l.Stichum.§.pen.ff.de ſol.&l.tutor.§.denique. verſic.
quid ergo.ſ.ad Velleian.Tu dic,ꝙ propemodū eſt vna dictio,
quæ ponitur pro quaſi,& ſic non eſt planè conſentientis ſecū-
2 dum Donatum.¶†No.primò diligenter ex text. ibi, cùm iam
opus ante calendas Iunias effici non poterat, puto pœnā eſſe
commiſſam. ꝙ pęna conuentionalis committitur mero iure
ante lapſum termini,quamprimum incipit eſſe certum opus
intra terminum in conuentione deductum non poſſe perfi-
ci,& iſtud non reperitur alibi ita bene ſecundum Pau.de Caſt.
& Alexā. hic. nam fruſtra quantum ad hoc expectatur lapſus
termini,qui nihil poteſt operari.l.aliquando.in fi.ſ.ad Velleian.
non tamen poteſt ante lapſum termini cum effectu agi , quia
quantum ad hoc ſatis operatur in fauorem debitoris , vt non
prius cogatur ſoluere.l.in illa ſtipulatione ſi calendis.ſ.eod.glo.
in l.non omnis.in princ.in verſic.obligatio.ſ.ſi cer.pet. adde ad
iſtud notabile,& ad iſtum tex. ꝙ ſi promiſiſti mihi ſcribere li-
brum ad certum terminum ſub pœna, & tantum iam de tem
pore eſt lapſum,ꝙ in reſiduo ſcribere non poſſes , ſtatim poſ-
ſum agere contra te,ſecundum glo.de pœni.diſt.1. in c. prædi-
3 xerat Hieremias.†Item per iſtum tex.dicit gl.in l.arbiter calen-
dis.ſ.de arbi. ꝙ ſi ante diem comparitionis arbiter decedat , ſi
tamen certum erat partem tunc ad terminum comparere nō
poſſe,pœna compromiſſi commiſſa eſt,ſed iſtud videtur ſatis
durum , quia ſi iudex in die termini non ſedit , vel aduerſarius
non comparuit,certè non debet aſcribi contumacia citato , ꝗ
non potuit intra terminum comparere ſecundum glo.in l. &
poſt edictum.§.circunducto ſ.de iudi.& eſt bona gl.in c. fi. de
dolo,& contu.no.Cano.in c.conſuluit.de offic.deleg. Ang.hic
reſpondet,quòd illæ glo.procedunt, quando conſtat aduerſa-
rium non veniſſe, quod debemus præſumere in caſu iſto,ex
quo viuit illo tempore quo factum eſt certum citatum veni-
re non poſſe,vel melius ſecundum Imo.illæ gl. procedunt,vbi
pœna non eſt appoſita, & iudex vult procedere ex contuma-
cia non comparentis , certè hoc non poteſt facere, ſi aduerſa-
rius non venit,vel ipſe iudex non ſedit. hic pœna fuit appoſi-
ta , quæ eſt commiſſa,cùm certum eſt eum non poſſe ad ter-
minum comparere,nec caſus poſteà ſuperueniens videtur ip-
ſum excuſare , ſicut nec excuſat , qn̄ ſuperuenit poſt moram,
vt eſt glo.in l.nemo.el primo.§.1.ſ.eod.no.in l.quòd te.ſ.ſi cer.
pet.aduerte tamen,ꝙ ſi aliquis citatur,vt compareat infra ter-
minum octo dierum,licèt ille dixerit nolle comparere,tamen
iudex debet expectare , ꝙ labatur totus terminus octo dierū ,
quia poſſet mutare voluntatem,& comparere,ſecundum Bal.
in l.deberi.per illum tex.C.de fideicō.lib. & in l. ea quæ.in prin.
C.quomodo,& quando iud.& notabiliter Bal.in c.non ab ho-
mine.circa fi.de iudi. ¶ Limita iſtud notabile,& iſtum text. vt
procedat in pœna conuentionali, ſecus autem eſt in pœna le
gali,vel ſtatutaria,quæ non committitur , niſi lapſo toto tem-
pore,quamuis certum ſit ante fieri non poſſe,glo. eſt hic valde
not quam Bart.multum no.& per eam infert ad multa bona.
4 ibi reſeruo,vbi plura vtilia addam.¶†Secundo no.ex hoc text.
ꝙ prorogatio termini impedit pœnam committi, ſed pęnam
iam commiſſam non tollit,nec extinguit,ratio primi eſt,quia
prorogando terminum,videtur tacitè receſſum à pęna , quæ
veniebat committenda propter moram , ſed prorogatio ter-
mini facit,vt non poſſit dici in mora,ergo non poteſt commit
ti.l.lecta.ver.ſed cùm ſortis.ſ.ſi cer.pet.quæ ratio ceſſat, quan-
do pęna iam erat commiſsa, antequam fieret prorogatio ter-
mini.aduerte tamen , ꝙ in prorogatione termini pęna intelli-
gitur repetita ſecundum Bal.in l.acceptam.in 7.q.C.de vſur.&
Alex.hic.adde bonum tex.in d.l.lecta.ver.dicebam. & ibi Pau.
de Caſt.& Alex.in 5.no.ad hoc notant.vbi eſt text. ꝙ proroga-
tio termini intelligitur facta cum vſuris, ſed vſura dicitur pę-
na.l.qui ſine.ſ.de neg.geſt.Bar.in l. cùm ſtipulati ſumus. ſ. eod.
Idem,ꝙ pęna intelligatur repetita,tenet etiam Bal. in l.vnic.in
10.q.C.de his ; quæ pœn. nom.& in l. tam mandatori.colum.
fina. C. de non num.pecu.& in c.venerabilem.in pen. colum.
de electio.Pau.de Caſtr.in l.qui inſulam.§.1.per illum tex. & in
l.cùm in plures.§.lege. ſupra loca. & iſta eſt veritas, quamuis
contrarium notent Bal.& Imo.poſt Dyn.in l.cùm pater.§. pa-
ter certum.per iſtum tex.in fin.ſ.de leg.2.Et pro prædicta con-
cluſione bene facit,quia prorogatio intelligitur facta cū quali-
tatib.ſuis.l.item quæritur.§.qui impleto.ſ. loca. & l. legem. vbi
Bal.& Ang C.eod.Bar.in l.1.§.& poſt operis.ſ.de ope. no. nūc.
5 ¶†Tertiò no.in ver.nec ad rem.ꝙ ſtipulatio pęnalis ſimpliciter
committitur,etiam ſi nihil fuerit declaratum , aut requiſitum
à ſtipulatore, quia certa forma operis fuit à principio expreſ-
ſa,& limitata,& tempus certum adiectum , vnde verba arbi-
tratu meo,ſonant in quandam admonitionem .l. ſi decem cū
petiero.ſ.eod.& tempus certum interpellat pro homine. l.ma
gnam.C.de contrah.& commit.ſtipul.vnde arbitrium ſtipula-
toris non eſt neceſsarium ſuper obligatione iam formata exe-
quenda ,& ideo deſinens arbitrium per mortem , non reſoluit
6 actum.ita eſt tex.no.hic.¶†Quartò no.ibi,qm̄ mortuus &c. ꝙ
facultas arbitrandi non tranſit ad hæredem. facit.l. ſi quis arbi-
tratu.ſ.eod.& l.multa.in prin.ſ.de condi.& demonſt. ſimiliter,
nec poteſtas declarandi tranſit ad hæredes,vt eſt gloſ.in l.inter
ſtipulantem.§.1.in ver.actori viuenti.vbi Bar.& alij not. & ibi
dixi.ſ.eod.& glo.in l. idem Pomponius ſcribit ſi frumentum.
§.fi.ſ.de rei vendi. facultas tamen eligendi in alternatiuis bene
tranſit ad hæredes,ſicut & ipſa obligatio.l. ſi ſtipulatus fuerim
illud.in princ.ſ.eod.¶Glo.2.in verbo arbitratu.timore contra-
rij.l.multa princip.ſ.de condi.& demonſt. intelligit iſtum text.
in verbo arbitratu meo , quòd arbitratum meum conſiſteret
circa qualitatem operis,an ſit bene,vel male factum.Item cir-
ca prorogandum terminum ſtatutum operi perficiendo , &
ſic in iſto tex fuit promiſsum opus fieri certæ , & determinatæ
formæ,quia ſi fuiſset opus incertæ formæ certificādæ arbitrio
meo,tunc me non arbitrante;aut prius mortuo non commit-
teret pęna.d.l.multa. & iſte intellectus , licèt videatur aliquali-
ter diuinatiuus,tamē eſt neceſsarius ad iſtum tex. quia ſi in iſto
tex.non fuiſset à principio certa forma expreſsa & ſpecificata,
certè non potuiſset promiſsor conſtitui in mora,& ſic nec pę-
na committi , niſi prius ſtipulator declaraſset ſub qua forma
vellet opus cōſtrui.d.l.multa.in princ.ſed text.iſte dicit arbitriū
ſtipulatoris non fuiſse neceſsarium,ergo neceſsariò præſuppo
nit,quòd à princ.certa forma operis fuit limitata,& declarata.
¶Iſte intellectus glo.habet duo capita.Primum,quòd ſtipula-
tor poſſit arbitrari ſuper qualitate.i. bonitate operis iam facti,
an ſit bene vel malè factum , & ſic quòd opus factum appro-
betur arbitratu ſtipulatoris,& iſtud eſt parum præiudiciale ꝓ-
miſsori,cùm intelligatur arbitrio boni viri,vt eſt tex.in l.ſi in le
ge.in prin.ſ.loc.Secundum caput,ꝙ ſtipulator poſſit proroga
re terminum præfixum operi perficiendo,ſed iſtud videtur fru
ſtratorium , quia ſtipulator abſque iſto arbitrio poterat de ſe
prorogare terminum,& ſic fauori ſuo renuntiare,per reg.l.pe-
nult.C.de pact.& c.ſi diligenti.de foro compet.ſed aduerte , ꝙ
tex.in d.l.ſi in lege.in prin.ſ.loc. vult de directò contrarium , ꝙ
arbitratus in dubio non intelligatur eſse ſuper prorogatione
termini,ſed ad illum tex.reſpondet Imo.& Alex. quòd ille tex.
intelligitur, quando certa forma operis non fuiſset expreſsa in
conuentione, tunc arbitratus intelligitur datus ſuper illa for-
ma operis , ſed hic fuit ſpecificata forma , vt ſupra declaraui,
ſed iſta ſolutio nihil eſt , vnde tu reſponde planius ex mente
Are.hic,ꝙ iſta verba arbitratu meo,ſunt in hoc tex.poſita inter
qualitatem operis,& tempus,& ideo ad vtrunque referuntur,
ibi autem capitulum temporis fuit ſeparatim,& de per ſe po-
ſitum ad arbitratum operis , ideo ibi arbitratus operis non ex-
tenditur ad illud,ꝙ eſt ſeparatum. ſ. ad prorogationem termi-
ni,iſta eſt planior, & verior ſolutio. ¶ Tertiò modo intelligit
iſtum tex.Iac.de Are.quòd illa verba arbitratu meo,intelligun
tur in mutando formam operi à principio datam, ideo ſi non
muto formam,videor durare in prima voluntate expreſsa, &
ſic promiſsor,qui non facit,incidit in pœnam , & ſic non obſt.

d. l. multa. quia ibi prima forma operis erat collata in arbitriũ alicuius, hic autem mutatio formæ, vt etiam est in l. cũ in plu res. §. lege. ṡ. loc. ¶ Vel quartò secundum Barto. arbitratu meo, intelligitur, quòd licèt apposuerim terminum ante calẽdas Iu nij, tamen intra illum terminum possim te interpellare si velim, quasi illud tempus sit arbitrio mei stipulatoris, vt possim illud arctare, & præuenire, & iste vltimus intellectus secũdum Bar. magis conformatur verbis literæ. in ver. nec ad rem, & sic arbitratus meus consistit ita in abbreuiando terminum operis faciendi, sicut in prorogando. ¶ Glo. in verb. proficeretur. diuiditur in tres. In prima declarat tex. In secunda opponit contra tex. & non soluit. In tertia etiam tacitè opponit contra text. ꝙ fuerit diminutus, & fatetur contrarium. Secunda ibi, sed argu. contra. Tertia ibi, licèt hic non respondeat. ¶ In ea. glo. ibi, sed argumentum contra, &c. dic, quòd illa. l. nõ contradicit in aliquo, quia hic prorogatio termini impedit pœnam committi per lapsum primi termini, sed bene cõmitteretur per lapsum temporis prorogati, si in termino prorogato posteà opus non perficeretur, quia prorogatio intelligitur facta cum omnibus suis qualitatibus, & sic cum repetitione pœnæ, vt dixi. in 2. no. sed in l. Aemilius. ṡ. de mino. minor intra tempus prorogatum non soluit, nec eius tutores, ideo sibi necessaria est restitutio in integrum. ¶ In ead. gl. in fi. ibi, licèt hic non respõdeat &c. istud est reprehendere Iurisc. de diminutione, contra §. quibus. in prima constitutione Cod. vnde dic, ꝙ imò respondet. nam cùm tex. dicat esse differẽtiam, vtrum promissor fuerit prius in mora, vel non, & determinet, quòd committatur pœna, quando promissor fuit in mora, ergo alio casu determinat cõtrarium, quòd non committatur pęna, aliàs non interesset inter primũ casum, & secundum. ¶ Gl. fi. in ver. cõmissa est. diuiditur magistraliter in quatuor partes. In prima remouet vnũ ꝯtrium vno modo. In secunda remouet aliud contrarium, quod est de lege in illa stipulatione, si calendis. ṡ. eod. In tertia singulariter respondet ad aliud contrarium. l. insulam. ꝟ. eod. In quartò alio modo respondet primæ opp. & sic iunge illam quartam partem gloss. cum prima. Secunda ibi, plus etiam dico. Tertia ibi, sed pro eis est. Quarta, & vltima ibi, sed Rogerius. ¶ In ead. gl. ibi, sed hic pęna. Aduerte inquantum illa. l. insulam. dicit post terminum cum effectu posse agi, facit pro opinione prædictorum relata in glo. qui dicebant, quòd agenti ad pęnam nõ obstabat exceptio opere non ædificato, sed responde, quòd ibi non fuit prorogatio termini, prout hic, sed inquantum illa. l. insulam. dicit ante diem non committi stipulationem pœnalem, etiam si sit certum opus fieri non posse in termino conuẽto, in hoc de directò contradicit huic. l. tunc respondet, vt hic in glo. quòd hic erat pœna, ibi non, & licèt ibi veniret interesse, tamen illud interesse dicitur etiam pęna legalis, hic autem erat pęna conuentionalis expresè apposita à partibus, & sic est differentia inter pœnam conuentionalem ex vna parte, & pœnam legalem ex alia, ratio differẽtiæ est duplex secundũ Imol. Prima, quia mitius agitur cum l. &c. l. Celsus. in prin. cũ gloss. ṡ. de arbi. & istam tenet Alex. hic, & ita etiam allegat Bald. tenere in l. si à te. C. de pac. inter emp. & vend. Secunda ratio est, quia. l. facilius limitat suam dispositionem, quàm dispositionem hominis, vt no. gl. l. generaliter. §. fi. in ver. iusta sobole. C. de institu. & substi. & in l. assiduis. C. qui pot. in pigno. habe. sed aduerte, ꝙ prima ratio potest retorqueri in oppositum secundum Imol. met in l. insulam. infra eod. quia pœna apposita ab homine est longè odiosior, quàm interesse, nam pœnæ sunt odiosæ, & restringendæ. l. cùm quidam. supra de libe. & posthum. & regu. in pœnis. de regu. iur. in sexto. interesse autem censetur fauorabilius, ergo potius deberet fieri restrictio in pœna conuentionali, quæ est odiosa, quàm interesse, tamen ad hoc infra statim
7 respondebo. ¶ † Istam. gl. multum no. Bar. & dicit esse perpetuò tenendam menti, ita quòd nullo modo exeat memoriam, ꝙ licèt pęna conuentionalis, quæ expresè apponitur à partibus, statim committatur mero iure, quamprimum certum est intra tempus fieri non posse illud, quod fieri debuit, tamen quãdo pęna apponitur à lege, vt est, quando venit interesse, tunc pœna legalis non committitur, nisi elapso toto tpe, cũ ista do-
* ctrina glo. & *Bart. transeunt Angel. & omnes indifferenter hic.* idem tenent Ang. Pau. Alex. & Are. in l. insulam. ꝟ. eod. Bal. in c. personas. de appel. & in c. licèt de vitanda. in vlt. col. & in c. cùm in veteri. in vlt. col. de elec. Sed aduerte, ista communis doctrina est fundata in tex. d. l. insulam. ꝟ. eo. sed certè tex. non videtur facere, quia prout dicunt Imo. & Cuman. ibi mens illius tex. fuit dum dicit, quòd ante tempus stipulatio non committitur. s. cum effectu, sicut in simili exponit gloss. text. in l. stipulationes non diuiduntur. §. si quis ita. dum tex. ibi dicit diem promissionis adiect. intelligitur. s. cum effect. sequitur expresè Bar. hic, & hoc modo non obst. contra istum text. & sic nihil faceret pro ista doctrina, & ista solutio fuit originaliter Iacob. & Aret. ibi, quam etiam sequitur Ludo. in d. l. stipulationes non diuiduntur. §. 1. Bal. in l. & si post tres. supra si quis cau. in repe. in penul. char. ver. sed hic quæritur, quando factum permittitur. & hoc modo ista communis doctrina corrueret. ¶ Sed pro ea. adde alium tex. quem Bar. ꝟ. alleg. in c. commissa. in prin. de elect. in 6. & dicit Cum. hic, ꝙ illud capitulum processit ex vtero, & visceribus. d. l. insulam. ꝟ. eo. sed ad illud cap. potest optimè respõderi secundum Imol. & Cuman. in d. l. insulam. quòd ille text. procedit in pęna legali, quæ committitur ipso iure, & quæ trahit secum executionem ipso iure, nam promotus ad regimen parochialis Ecclesiæ habentis curam animarum, si non facit se promoueri intra annum ad sacerdotium, priuatur ipso iure tali beneficio, vt c. licèt Canon. eo. tit. qui non est canon executionis, vt ibi dicit glo. & tunc procedit tex. in d. c. commis. vbi executio pęnæ ipso iure non statuitur ante lapsum anni, quãuis certum sit ante fieri non posse, si autem pęna non trahit secum executionem ipso iure, vt est in pęna pecuniaria, tunc videtur dicendum idem in vtroque casu, quòd siue sit pęna hominis siue legalis, ꝙ committatur ante diem mero iure, sed differatur exactio post lapsum termini, & sic obstat exceptio, & dicit Imo. ꝙ est noua consideratio in hac materia. ¶ Tene doctrinam glo. Bar. & magis communem, cum qua in dubio est tenendum, & pro ea bene facit, quia pęna legis debet esse mitior, & magis restringi, quam pęna hominis. d. l. Celsus. in prin. cum glo. ṡ. de arbi. Bar. in l. insulam. in 8. oppo. 1. par. supra eod. & l. amplius non peti. colum. 1. ṡ. rem rata habe. ¶ Confirmatur, quia pęna legalis censetur esse odiosior, eo quia nõ procedit à consensu partium expresso, prout conuentionalis, iuxta glo. in l. auxilium. in prin. ṡ. de minor. pro ista communi doctrina adde bonum text. in l. si eum. §. homo sisti. supra si quis cau. vbi si promisisti sistere hominem intra tantum tẽpus sub pęna, pone quòd iste homo sistendus interim moriatur, certũ est, quòd amplius in termino sistere non possum, tamen decidit ibi text. ꝙ illa pęna nunquam committitur nisi elapso toto tempore sistendi, & si dicas, ad quid fit ista differentia, an sit pęna. l. an pęna hominis, quia pęna hominis, & sic conuentionalis, quamuis merǫ iure committatur, quamprimum certũ est intra tempus conuentum fieri non posse, vt hoc tex. tamẽ nõ potest exigi cũ effectu, nisi elapso toto tempore, saltem obstãte exceptione. l. in illa stipulatione, si calendis. ṡ. eod. tenent glo. & omnes hic, dic ex mente Cum. hic, circa fi. ꝙ vtilitas est euidens, quòd pęna statim mero iure committatur, quia tũc prorogatio termini talem pęnam iam commissam non perimit, vt hoc tex. secus in pœna legali, quia cùm illa non committatur mero iure, antequam sit elapsum totum tempus, certè prorogatio termini ante illud tempus facta, bene impedit pęnam committi, & ad hoc facit, quod infra proximè tenet Bart. in 2.
8 & 3. q. ¶ † Per istam communem doctrinam Bart. decidit tres quæstion. Prima, quòd si statuto caueatur, quòd elapso termino banni, bannitus possit impunè occidi, si constat bannitum intra terminum banni comparere non posse, tamen interim
a offendi non potest ante terminũ totaliter elapsum, [a] quia ista est dilatio legalis. cũ Bar. transeunt Ang. & alij. idẽ tenet Bal. in l. 2. ad fi. C. si pen. appel. mors interue. Lud. in l. non oĩs. in princ. supra si cert. peta. Tu caue vltra Scriben. quia contra Bar. facere videtur, quòd de proximo banniendus intra vnũ diẽ, debet haberi pro bannito, vt possit impunè occidi, secundũ Pau. in l. 3. §. si seruus. in vna lect. ṡ. de acquir. pos. licèt Pau. non clarè firmet, quia quæstio pendebat de facto secundũ eũ, & vltra eũ facit, quia potentia propinqua actui habetur pro actu. l. fin. vbi glo. & Bald. ṡ. de test. mil. cũ suis concord. quas aliàs dedi, & licèt Alexan. in d. l. 3. §. si seruus. colu. pen. & vlti. teneat contrariũ, tamen eius fundamenta non facerent contra præsens propositũ, sed vltra eum in contrariũ facit, quia statutũ disponens, ꝙ bannitus posset impunè occidi vel offendi, intelligitur, quãdo tẽpore offensionis iam erat perfectè bannitus, secundũ Angel. in l. siue manifestus. §. tandiu. ṡ. de condi. fur. per. reg. l. in delictis. §. si damnum extraneus. ṡ. de nox. ¶ Prædictam decisionẽ limitat Bar. hic, nisi pęna esset talis, quæ ipso iure secum executionem traheret, puta ꝙ sit offendibilis, vel infamis, vel excõicatus, nam statim cũ est cõmissum factum. l. facit executionem, licèt lata sententia statim non habeat effectum. l. quòd ad statum. in versi. confestim. & l. qui. vlti. in verbo statim. ṡ. de pen. & cum

ADDITIO.

a ¶ Elapsum. Adde, ꝙ hanc qõnem in terminis ponit D. Nel. de S. Gemi. in trac. bannitorum. in 3. par. primi temporis. q. 10. & hoc idem tenet, & refert Bald. in d. l. 2. C. si pen. appel. mors interue. & vide, quę etiam in simili idem D. Nel. ponit in 4. par. dicti primi temporis. q. 8.

cum Bar. tenent Alex. & latius Arc. hic col. 6. qui dicit, ꝙ opin.
* Bar. sine dubio seruaretur in practica, *quia videtur communis*, ꝗc-
9 quid teneant Ang. & Cum. hic. ¶†Secundò quærit Bar. an arbiter possit prorogare terminum statutum parti ad aliquid faciẽdum, postquam certum est in termino expediri non posse ad hoc, vt euadatur pœna, & distinguit, vt per eum, quem declara, vt per Alex. Adde, quòd quando terminus est statutus à iudice ad instantiam, & vtilitatem partis, pars sola sine iudice potest prorogare talem terminum ad finem euitandi pœnam, & banni. ita no. tenet Barto. in l. 1. §. & post operis. vbi dixi. de ope
10 ris nou. nunc. ¶†Vltimò subdit Bar. quòd prorogatio termini facta eo tempore quo certum erat intra terminum expediri non posse id, quod iuramento promissum erat, excusat à periurio, quia periurium est pęna legalis, quæ potest à parte remitti, secundum Bar. in l. Labeo. vbi plenè dixi. de iureiurã. ¶Vltra Bar. ad istam materiam adde, quod decidit Bal. in c. cùm non
11 ab homine. circa fi. de iudi. quòd stante statuto, †ꝙ si quis vulnerauit aliquem, puniatur in centum, quæ si soluere noluerit, vel nõ potuerit intra mensem, amputetur sibi manus, licèt vulnerans protestetur se non soluturum, debet expectari totus mensis, quia voluntas hominis est mutabilis, vt no. in l. qui bona. §. si quis stipulaturus. ff de damno infect. Adde facere. l. deberi. & quod ibi decidit Bald. C. de fideicõ. lib. & retuli. s. in 1. not. Item adde facere supra scriptam communem doctrinam, qa cum ista sit pœna legalis, non potest committi, vbi in totum
12 sit translactum tempus mensis. ¶†Secundò adde, quòd tenet Io. And. & Abb. in c. personas. ad fi. de appel. quòd si ille, cui est assignatus terminus ad prosequendam appellationem, restringit se taliter, quòd impossibile sit amplius in termino posse ꝓsequi non tamen ante elapsum totum terminum succedit pęna iuris, quæ vult, ꝙ appellatio intelligat esse deserta. Ad hoc etiam ponderat Abb. text. ibi, in ver. ex tunc, quæ dictio denotat extremitatem temporis, & sic innuit, ꝙ post terminum sit exclusus, & non ante. ¶Tertiò adde glo. no. in cle. vt hi, qui. in
13 verb. constitutus. de æta. & quali. quæ tenet, quòd† pœna legalis seu canonica, per quam transfertur in superiorem ius prouidendi Ecclesiæ, non committitur ante lapsum finem termini, licèt certum sit, quòd eligentes intra terminum eligere non possint. allegat ad hoc tex. in d. cap. commissa. in princ. ¶Quartò adde illud, quod tenet glo. no. in cap. vbi periculum. in prin. in versi. decem diebus. de elect. in 6. quòd Cardinales, qui sunt adeo remoti, quòd nullo modo possent venire intra decẽ dies ad locum, vbi debet celebrari electio Papæ, tamen debent expectari per totum terminum decem dierum, & sequitur Bal. in cap. licèt de vitanda. colum. pen. ad fin. & vltima. de electio. quia ista dilatio decem dierum est legalis, seu canonica sine aliquo mynisterio iudicis, ergo debet expectari, quòd tota labatur. ¶In ead. glo. ibi, hac distinctione. s. de qua in tex. s. vtrum mora esset prius commissa, an non. ¶In ead. glo. ad fi. ex ista vl-
14 ti. par. glo. iuncta prima habes, †quòd stipulator eligẽdo opus, non possit posteà pœnam petere. obstante sibi exceptione, qa recipiendo opus, pœnam remisisse videtur. l. 2. in princ. supra si quis cau. & l. post diem. supra de leg. com. & l. cùm in plures. §. lege. supra loc. ¶Limitat gl. nisi esset dictum rato manente pacto. in ista ergo lege posset vtrunque peti, si fuisset dictum rato manente pacto. subtilis Pet. de Bellaper. subtiliter reprehendit istam glo quia in isto text. opus erat in conditione, & non in promissione, vt patet in princip. huius. l. ergo non potest dici, quòd aliquod pactum præcesserit, ergo non potest conuenire clausula rato manente pacto, vbi non est pactum, vnde in hoc tex. secundum eum fuit apposita pœna loco conteptus, & non loco principalis facti & sic operis, ex quo opus nõ erat in obligatione, sed quando apponitur loco contemptus, stipulator potest eam consequi simul cum principali. l. si quis rem. & l. cùm pœna. supra de arbit. ergo vtrunque habebit stipulator cessante dicta clausula, prout dicimus in l. cẽtum Capuę. versic. neque enim hæc causa. supra de eo, quod certo loc. vbi interesse ratione loci petitur simul cum princ. Barto. tenet contra Petr. & sequitur glo. quia post moram commissam non refert, an stipulatio inceperit à conditione, vel à conuentione. l. 1. §. item si ita. in fi. supra ad l. falc. quia post moram prior obligatio nouatur, vt l. obligationum ferè. §. fina. supra titu. 1. sed istud non tollit fundamentum Petr. quòd cùm hic non fuerit pactum, ergo nõ poterit cadere clausula rato manente pacto, vbi non est pactum, quamuis mora fuerit commissa secundò mouetur Bar. quia quo ad illud, quod est in solutione, & non in obligatione, potest mora purgari vsque ad lit. cõtest. vel vsque ad sententiam. l. item veniunt. §. cùm prædixerimus. supra de peti. hære. l. si quis stipulatus fuerit decem in melle. supra de solu. ergo cùm in hoc text. opus fieri saltem sit in solutione, ergo suspiciendo opus mihi præiudico in pœna, sed istud fundamentum etiam nihil facit ad clausulam rato manente pacto, vnde Bar. nesciens aliter euadere, intelligit, ꝙ etiam in hoc tex. opus fuit in obligatione, ꝙ est contra principium huius. l. vbi fuit in conditione, & ea quę fiunt in conditione, non sunt in obligatione. l. si quis sub conditioae dandorum. 10. si quis omis.
15 cau. test. ¶†Vltimò extra glo. per istum tex. in prin. in ver. arbitratu meo. iuncta expositione glo. 2. quæ intelligit de arbitratu in prorogatione termini, & iuncto ver. nec ad rem. vbi est tex. ꝙ non requiritur alia interpellatio, no. sing. Bar. ꝙ si promisi tibi dare centum in Paschate, & ab inde in antea ad omnem tui petitionem, ꝙ dies Paschatis constituit me promissorẽ in mora, absque alia interpellatione, ac si simpliciter promisissem. soluere in Paschate, & illa verba ab inde in antea ad omnem &c. important, ꝙ possis mihi prorogare terminum si velis, & si nõ prorogaueris, dies Pascatis interpellat pro homine, & consti-
* tuit in mora. casus est hic sing in iure ſm omnes, *& omnes indifferenter* sequuntur, & sic diligenter no. ꝙ non solùm dies cer
a ta, & inuariabilis interpellat, a & constituit in mora. l. magnã. in verb. certo. C. de ꝯh. & cõmit. stip. & l. si ex legati causa. s. eo. sed etiam dies à principio certa, sed variabilis in longinquum tempus ad voluntatem stipulatoris interpellat, & constituit in mora. tex. est hic solennis iuncta glo. & ita amplia regulam pręd ictam, ꝙ nunquam exeat de memoria tua secundum Angel. hic, col. 1. & ad istam decisionem Bart. adde, ꝙ idem etiam tenet Bal. in l. 1. in vlt. col. C. quando dies leg ced. Ang. & Imo. in repe. l. si insulam in 26. col. s. eo. & in l. ita stipulatus. ſ. eo. Alex. in l. quoties in diem. col. 1. s. eo. ¶Secundò adde text. expressiorem in l. fi. §. præterea. in ver. vel posteà C. de iure dot. & ibi Bal. col. pen. ad hoc no. & dicit etiam. ꝙ gl. 2. hic est ad hoc singularis. ad idem tex. in l. si ita quis promiserit. in prin. in verb. deberi. vbi Bal. ad hoc no. ſ eo. ¶Tertiò adde, ꝙ alibi per istam singul. gl. decidit sing. Bal. in c. mandatum. ad fin. de rescrip. ꝙ si Papa mandat capitulo, ꝙ recipiat talem in canonicum intra mensem, & posteà quandocunque, ꝙ elapso mense non requiritur alia monitio, nec interpellatio, quia illa adiectio, & posteà qñcunque, non facit dilationem, per istum tex. secundum lecturã gl. 2. & Bar. vbi est tex. ꝙ si quis promittat mihi decem vsq; ad mensem, & posteà quandocunque, adiectio & posteà qñcunque, non facit dilationem, ꝙ reputat Bald. tenendum menti. ¶Quartò per istam glo dicit Bald. in c. 2. an ille, qui interfecit fratrem domini sui. in vsi. feu. idem esse, si debitor promisit mihi soluere vsque ad decem dies, & posteà quandocunque interpellauero eum, adhuc isti decem dies interpellant pro homine. ¶Quintò per istum tex. cum gl dicunt Bal. & Ang. in d. l. magnam. colum. 1. C. de contrah stip. quòd si promisi tibi Stichum, vel aliud vsque ad Pascha, & ab inde in antea ad omnẽ tuam petitionem, & si non dedero, promisi centum nomine pęnæ, ꝙ etiam tunc dies Paschatis interpellat, vt stipulatio cõmittatur, & ita loquitur etiam iste text. quo ad commissionem pœnæ. ¶Sextò per prædicta decidit no. Bal. in d. l. fi. §. pręterea. col. pen. C. de iure dot. ꝙ si statutum disponat, quòd debitores frumenti propter caristiam non possint exigi intra annum, sed post annum teneantur soluere ad petitionem creditoris, ꝙ talis annus interpellat, & constituit in mora absque alia noua interpellatione, quamuis statutum dicat ad petitionem creditoris, ꝙ perpetuò teneas cordi fixum. ¶Septimò adde bene facere, quòd dictum est in conuentione, ꝙ creditor non possit petere ante Pascha, certè Pascha interpellat, & constituit in mora per glo. ordin. in l. si duo. supra de constitu. pec. iuncta. l. promissor Stichi. eod titu. & ibi per Cy. & non habes alibi tactum, nisi per Cyn. ibi. & ita formaliter refert, & sequitur Bal. in l. sed si ex stipulatu. supra eodem.

ADDITIO.

a ¶Interpellat. Adde, quæ scribit Gabriel. commun. opin. libro 3. titu. de solu, conclusio. 9.

SVMMARIVM.

1 *Qui non dat fideiussores de euictione, & non liberat rem venditam, vt promisit, tenetur ad interesse.*
2 *Impersonalitas in verbo executiuo non vitiat stipulationem.*
3 *Hæc verba posita in commissionibus consultori factis, scilicet consulatur quid iuris, quid importent. & nu. 4. 5. & 6.*

1 §. Cùm venderet. †Qui non dat fideiusso res de euictione, & nõ liberat rem venditam, vt promisit, tenetur ad interesse. hoc dicit. ratio, quia promisit factum. s. liberare, & fideiussores dare, & in obligationib. facti succedit obligatio ad interesse. l. stipulationes

lationes non diuiduntur. ver. Celsus. ff. eo. & l. si quis ab alio. in fi. de re iudi. ideo Proculus hic rectè respondet, tanti litem æstimari, quanti actoris interest. ¶No. primò ex tex. ibi, fideiussores
2 præstare, & ibi liberare, † quod impersonalitas in verbo executiuo non vitiat stipulationem, quia talia verba referuntur ad personas contrahentium, & sic ad personam venditoris. adde Bart. in l. stipulatio ista. §. si quis ita. el primo. in 2. oppo. ff. eod. no. in
3 Auth. si quando. C. de consti. pec. ¶†Secundò not. ex text. ibi, quæro quid iuris sit. secundum Ang. & Imo. pro commissionibus, quæ tota die fiunt consultoribus sub istis verbis, consulat quid iuris. nam habet consultor per ista verba commissionē dandi consilium super toto eo, de quo potest quæri ex facto narrato. Adde tex. no. in l. eius qui in prouincia. in princ. in versi. consulebatur quid iuris. iunctis sequentib. verbis. ff. si cer. pet. per quem tex. no. ibi Ang. quod consultor cui committitur causa consulenda per illa verba quid iuris, habet consulere non solùm circa merita causæ, sed etiam circa ordinem iuris, & non solū circa principales. q. sed etiam circa accessorias, & ita etiam pōderat illum tex. Bal. in c. 1. in prin. vbi etiam est tex. in versi. quid iuris. col. 2. si de inuesti. feu. controu. fue. in feu. & ibi tenet Bal.
4 † quod quando causa committitur consulenda consilio sapientis, vt videat quid iuris, quia commissio est generalis, & omnia capitula complectitur, tunc nisi consultor reddat consilium super omnib. tam principalib. quàm emergentib. & incidentib. non videtur consilium dedisse. l. quid tamen. ff. de arbitr. ita ibi pulchrè tenet Bal. item adde Ang. in l. quærebatur. in princ. ff. de testa. mil. vbi no. illum tex. in verbo quid iuris. ad commissiones, quæ fiunt tota die consultorib. per ista verba, quid iuris sit visis actis. est. n. ita prægnans commissio, quod eius vigore pōt inuestigare consultor omnia antecedentia, sequentia, & connexa secundum eum. item adde, quod quando fit commissio cōsultori, vt videat, quæ sint partes iudicis de causa cognoscentis, sub ista commissionis forma committitur, sicut quando dicitur videat, quid iuris secundum Ang. & Imo. in l. Titia diuortium. per illum tex. ff. solu. mat. item adde, quod notabiliter, & magistraliter tenet Bal. in c. 1. ad fi. de lit. contest. vbi tenet, quod est differentia, an causa committatur consulenda, vt videat quid iuris, & tunc talis commissio est ampla, vt dixi, an committatur, vt consulatur qualiter iudex debeat ex actis diffinire causam,
5 & tunc est restrictiua. †Et per hoc dicit Bald. vidisse quendam
a magnum aduocatum, qui vsus est pulchra cautela, [a] nam si fiunt positiones, contumax in respondendo positionibus habetur pro confesso. c. 2. vbi gl. & Doc. de confes. in 6. modo dū clientulus suus deberet haberi pro confesso, quia fuit contumax in respondendo positionibus fecit committi causam cōsilio sapientis, sub hac forma, vt referret, quæ essent partes iudicis in diffiniendo, & quia non erat pronūciatum, quod positiones haberentur pro confessatis, non potuit consulere, quòd positiones haberentur pro confessatis, & sic stetit actor absq; probatione, & sic nihil nocuit, non respondisse positionibus, ideo secundum eum debet esse cautus aduocatus alterius partis, ne sinat clientulum circunueniri in formatione puncti, qui trāsmitti debet cōsulendus, & fuit pulchra, & vtilis cautela. ¶†Itē
6 ad decisionem Ang. & Imo. hic adde Imo. Alex. & Mod. in l. si fundum sub cōdōne. §. Stichū. ff. de leg. 1. Imo. in l. qui quadringen. in prin. ff. ad l. fal. Can. in c. 3. per illum tex. de cōsue. & per ista limita, & declara, quod no. Bar. & alij in l. lecta. in 4. col. ff. si cer. pet. vbi Bar. no. quod consultor non potest consulere, nisi super eo, quod est ei commissum, quia si commissio fiat per illa verba quid iuris, dicitur habere latam commissionem. ¶Glos.
* in verbo æstimari. ibi, non in obligatione. glo. malè dicit, *& communiter reprobatur*, quia in obligationibus faciendi post moram interesse est in obligatione. l. stipulationes non diuiduntur. ver. Celsus. ff. eo. sed in obligationib. dandi, quia sunt pcisæ, interesse non est in obligatione etiam post moram. l. vbi autem. §. fi. & l. si seruum. §. fi. ff. eo. ¶Gl. fi. in verbo, interest. diuidit in duas par. In prima ponit, qua actione istud interesse petatur. In secūda, an factum possit præcisè peti. Secunda ibi, non ergo præcisè. ¶In prima par. gl. inaduertenter præsupponit, quòd in hoc tex. non fuerit stipulatio, & sic non intelligit istum. §. secundū titulum sub quo situatus est, contra. l. Imperator. ff. de in diem addi. secundò, & fortius dicit contra istum tex. ibi, is qui ex stipulatione id futurum promisit, vnde videretur dicendum, quod in hoc tex. agatur actione ex stipulatione ad interesse, vel certi condictione ex stipulatione secundum, quod no. per gl. & Doc. in l. certi condictio. in prin. ff. si cer. pet. saluando gl. à tanto errore potes dicere altero de duob. mod. vel quod glo. voluerit dicere, quod non solùm, quando stipulatio intercessisset, vt in tex. posset ea agi, sed etiam quando pactum, quia cùm sit incontinenti appositum iuxta emptionem, & venditionem, informat actionē ex empto, vt etiam competat ad deductum in pacto. Vel secundò potest singulariter intelligi ista gl. prout etiam ex ea no. Bex. hic, quod non solū pactum appositum incontinenti iuxta cōtractum venditionis informat, vt actio ex empto competat etiā ad deductum in pacto, vt latè traditur in l. lecta. vbi tex. princ. ff. si cer. pet. & in l. petens. C. de pac. & in l. iurisgent. §. quinimo. ff. de pac. sed etiam si sit stipulatio, & sic pactum vestitum: nā stipulatio est pactum. l. 1. in fi. ff. de pac. vnde si stipulatio apponatur incontinenti iuxta contractum venditionis ad aliquid dandum, vel faciendum, certè actio ex vendito informata cōpetit ad deductum in stipulationem, & licèt ipse pro hoc nihil alleget, quod non solùm pactum nudum, sed etiam stipulatio apposita iuxta contractum venditionis informet actionē ex vendito, quæ est bonæ fidei, vt etiam competat ad deductum in pacto. tex. est no. in l. prædia. ff. de act. emp. secundum secūdam lect. gl. ibi, quam Bar. in 1. col. ad fin. approbat, & not. ad hoc. & alij ibidem sequuntur, dixi in d. l. potens. vbi etiam Alexand. & Mod. ad hoc no. item dum gloss. dicit, quòd etiam competit actio præscriptis verbis, quæ oritur ex pactis nudis appositis iuxta contractum. l. 2. C. de pac. inter emp. & vend. de hoc dic, vt plenè traditur per Bar. & omnes. in d. l. petens. & in d. §. quinimo, & æstimabitur in hoc tex. interesse. secundum Bar. quanto minoris fuisset res non promissa liberatione, & sic quanto minus venderetur res, quia sit obligata. l. 1. §. si hæres. supra ad Treb. licèt aliquis dicat, vende mihi pro. 50. lib. minus, & nō curabo, quòd promittas eam liberare secundum Bar. ¶In 2. par. gloss. tenet, quòd non possit præcisè agi ad factum, dic vt latè per Barto. in l. stipulationes non diuiduntur. in 10. opp. & seq. & in 7. quæst. supra eodem.

ADDITIO.

a ¶Cautela. De qua vide, quæ scribit Cæpol. cautel. 189. Bald. in l. 1. C. de pœna iudic. qui male iudic. vbi quid facere debeat aduocatus, cuius clientulus non respondit positionibus.

SVMMARIVM.

1 *In stipulatione rem præstari, post moram succedit obligatio ad interesse.*

2 *Promissio fundi simpliciter facta intelligitur dari.*

LEX CXIIII.

1 SI fundum. †In stipulatione rem præstari post moram succedit obligatio ad interesse. hoc dicit. & sic fundum præstari idem importat, quod fundum tradi, quia neutro cāsu venit translatio dominij, vt hic iuncta. l. si rem tradi. ff. eo. & l. ex empto. in prin. & ibi no. Bar. supra de act. empt. secus est in verb. dari. l. vbi autem non apparet. §. fin. & l. si seruum. §. fin. supra eod. & §. sic itaque. instit. de actio. si autem stipulor simpliciter fundum non adiecto præstari, vel tradi, vel dari, intelligitur secundum Bar. & alios dari, per l. filiusfam. § fi. cum gl. ff. eo. & l. si ita distrahatur. §. 1. ff. de contrahen. emp. ratio, quia fundus non est aliud quàm proprietas, & vsusfruc. l. qui vsumfructum. ff. eo. & l. si alij. ff. de vsu, & vsufruc. leg. vnde qui promittit fundum, promittit proprietatem, & vsumfructum, & consequens dari. idem videtur dicendum, si quis in libello simpliciter peteret Titium condemnari ad fundum, nam intelligeretur petere condemnari ad dandum, nisi natura cōtractus præambuli, vel narrationis aliud induceret. arg. l. si stipulatus. supra
2 de vsu. secundum Bar. Imo. & Cum. hic. ¶†Adde ad Bar. dum tenet, quòd promissio fundi simpliciter facta intelligitur dari. idem tenet Bar. in l. cùm mota. circa med. C. de transact. Bald. Imo. Flo. Alex. & Arc. in l. si à substituto. §. 1. supra de leg. 1. Bal. in l. 1. in pen. colum. C. de iure dot. Lud. Rom. & D. Alexan. in l. scire debemus. §. si à fure. per illum text. ff. eod. item facit ratio, quia verba in dubio debent intelligi in potentiori significatu. l. 1. §. qui in perpetuum. supra si ager. vec. vel emph. pet. c. si pater. de test. in 6. ¶Gl. in ver. intersit. ista gl. format quatuor contraria, & in trib. de solutione se remittit, & sic diuiditur in quatuor partes, quæ patent in glo. dic ad primum, & vltimum cōtrarium, quæ ad idem tendunt, quòd in actionibus stricti iuris fructus non veniunt vt fructus, nisi à tempore lit. contesta. sed vt interesse veniunt à tempore moræ, vt hic, & differentia est, an fructus petantur vt fructus, an vt interesse, vt declarat Bart. & alij in l. si filiusfam. §. 1. vbi dixi. supra eo. Ad secundum contrarium de l. si filiusfam. §. fin. supra eo. dic, quòd ibi erat in obligatione fundum dari, quia fundus erat simpliciter promissus, vt dixi in tex. sed in obligatione rem dari, non succedit ex mora obligatio ad interesse, sicut hic in obligatione rem præstari,

ſtari,vel tradi,ideo non veniunt fructus vt intereſſe à tempore moræ,ſicut veniunt hic:in alio contrario, quando ſimul promittit dari, & tradi, dic quòd verbum dari,ſumitur pro tradi ſecundum naturam contractus emptionis in quo apponitur, de cuius natura non eſt,quòd tranſeat dominium.l. ex empto. in princip.ſupra de act.emp.& l.fin.ſupra de condi. ob cau. tamen illa duo verba rem dari, & vacuam poſſeſſionem tradi, operantur,vt habeatur ratio fructuum,vt dixi in d.l. ſi filiusfamilias.§.fina.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio incerta ratione temporis,vel quantitatis,vel loci, vel rei redditur nulla.& nu.2.*

3 *De æquitate Cano.incertitudo non vitiat ſtipulationem.*

4 *Valet obligatio,qua promitto tibi quicquid tu volueris,vel quicquid tu petieris.*

5 *Inter ius ciuile,& canonicum non debet induci diſcordantia.*

6 *Valet ſtipulatio,ſi ſtipulor mihi dari centum pro eo quem nominabo, non obſt.incertitudine perſonæ.*

7 *Quando ſtipulatio pęnalis debet committi ex eo, quòd aliquid deſiit fieri aut præſtari, an committatur antequam declaretur per iudicem.*

8 *Vbi diſpoſitio pęnalis incipit à præcedenti conditione, ad hoc,vt committatur,exigitur quòd deſinat conditio poſſe exiſtere.*

9 *Quando actum eſt,quòd non ſoluto homine ſola pecunia debeatur, per hoc non tollitur,quin poſſit homo ſolui,aut pecunia.*

10 *In ſtipulatione prætoria quando dies non exprimitur,intelligitur arbitrio iudicis.*

11 *Incertitudo regulariter vitiat,fallit tamen in pluribus caſibus.*

12 *In emptione,& locatione requiritur pro forma,quòd pretium à principio ſit certum in quantitate.*

13 *In quibus caſibus incertitudo non vitiet.*

14 *An valeat promiſſio conſiſtentium in numero, pondere, vel menſura, non expreſſo pondere,numero,vel menſura.*

15 *Homo non habet fines deſtinatione patrisfam.ſed à natura.*

16 *In vltimis voluntatib.non eſt differentia, ſi incipiatur à præcedenti conuentione, an à diſpoſitione pura,vt committatur pęna.*

17 *An diſtinctio ver.itaque.l.noſtræ habeat locum in diſpoſitionib. legalibus,vel ſtatutarijs.*

18 *Mora committitur per litis conteſtationem.*

19 *An ſtipulatio pęnalis nouet obligationem præcedentem principalem.*

20 *Etiam in ſtipulatione pęnali hodie non fit nouatio,niſi expreſsè agatur à partibus.*

21 *Qualiter ſtipulatio pura cõmittatur quo ad obligationem, petitionem, executionem,& moram.*

22 *Stipulatio in diem qualiter,& quando committatur.*

23 *Stipulatio conditionalis qualiter,& quando committatur.*

24 *Qualiter ſtipulatio pœnalis incipiens à præcedenti diſpoſitione veſtita committatur.*

LEX CXV.

ITa ſtipulatus. Iſta lex eſt famoſa, & valde difficilis, & ſecundum Bar.eſt vtilior lex, quæ ſit in corpore, q̃ ipſe multum alto ſtylo commentauit. ego ſubſtantialia attingam,& quæ neceſſaria videbuntur ad declarationẽ materiæ.Omiſſo ſummario Bar. & eius diuiſione ſumma clarius ſecundum Pau.de Caſt.& D.Alex.

1 ¶†Quando in principali ſtipulatione vertitur incertitudo circa diem,per errorem,vel obliuionem partium omiſſum,redditur nulla tam principalis ſtipulatio,quàm pœnalis, ſecus ſi ex certa ſcientia,tunc neutra redditur nulla, ſi autem propter incertitudinem quantitatis, vel loci vel rei,vitiatur indiſtinctè tam principalis, quàm pœnalis,ſiue ſcienter,ſiue ignoranter ſpecificatio ſit omiſſa. item ſtipulatio pœnalis non committitur,niſi cum deſijt poſſe fieri, vel dari,quod eſt in ſtipulatione deductum,ſiue ſtipulatio incęperit à præcedenti diſpoſitione, ſiue à præcedenti conditione, ſm Pegaſum,ſed ſecundum Sabinum vtroque caſu committitur,cùm potuit facere,vt daret,& per ipſum promiſſorẽ ſteterit,quominus faceret,vt daret, ſed ſecundum authorẽ iſtius. l.ſi ſtipulatio incępit à præcedenti conditione,vera eſt opi. Pegaſi,ſi verò à præcedenti diſpoſitione,vera eſt opi.Sabini.ſed in vltimis volun. indiſtinctè à tempore ceſſationis committitur pœna.Item ſola pœna poteſt peti, & non ſimul res principalis,niſi actum ſit,ꝙ vtrunque petatur.hoc dicit tota iſta.l. & cõſidera,ꝙ Iureconſ.in tota iſta.l.de trib.principaliter tractat,primò de quadruplici incertitudine vitiante ſtipulationem. vna eſt diei,ſeu temporis,alia circa quantitatem,alia circa locum, alia,& quarta circa rem.In ſecunda tractat de ſtipulatione valida,qñ committatur.In tertia ad quid committatur. Secunda ibi,ꝙ ſi ab initio.Tertia ibi,ꝙ ſine dubio. ¶In prima ergo parte erat actum inter partes in præfationib.ↄ̃ctus,ꝙ tempore ſtipulationis deberet exprimi aliqua certa dies, in qua eſſet ſiſtendum,& poſteà quando deuenerunt ad ſtipulationem per errorem,vel obliuionem omiſerunt apponere diem,in qua deberet ſiſti,tunc vitiatur vtraque ſtipulatio tam principalis,quàm pœnalis,quia eſt imperfecta & incerta,ſicut vitiatur ſtipulatio conſiſtentium pondere,numero,vel menſura non expreſſa q̃titate,vel quando promittitur opus fieri cohærens ſolo nõ expreſſo loco,vbi debeat fieri,vel cùm promitttitur fundus non adiecto nomine.¶In 2.par.prin.ibi,ꝙ ſi ab initio, loquitur, qñ ſtipulatio valet,quia à principio fuit actum inter partes,ꝙ ſiſteres quacunque die placuerit tibi promiſſori,vel ſtipulatori, & ſic vel actori,vel reo,& ſic dies ſiſtendi fuit poſitus in voluntatem promiſſoris,vel ſtipulatoris non autem ſubſtantia obligationis,& ſic ex certa ſcientia partium dies certus fuit omiſſus. & ſi non ſiſteres, promiſiſti certam quantitatem pecuniæ nomine pęnæ,dubitatur, qñ talis ſtipulatio pœnalis committit̃, & iſta ſecunda pars prin.huius legis, quæ tractat de commiſſione ſtipulationis pœnalis,eſt difficilior,& magis vtilis, quã alia pars huius legis,& iſta ſubdiuiditur in quinque particulas,prout etiam Dy.& Bar.faciunt.In prima tractat, qñ ſtipulatio incipiens à præcedenti diſpoſitione pura,ſubducta ſtipulatione pęnali ſub conditione committatur.In ſecunda, qñ ſtipulatio incipit à præcedenti conditione conſiſtente in non faciendo. In tertia, quando incipit à præcedenti conditione conſiſtente in non dando, & in hoc ponit opin. Pegaſ. In quarta circa idem ponit dictũ Sabini,ꝙ videbatur dicto Pegaſi ↄ̃dicere.In quinta diſcordantiam Pegaſi,& Sabini ad concordiam reducit.Secũda ibi,ſed & ſi ita. Tertia ibi, item ſi quis. Quarta ibi,Sabinus. Quinta,& vlt.eſt ibi,itaq;.¶In 3.par.prin.ibi, ꝙ ſine dubio. illa dictio,ꝙ,capitur per gl.pro ſed,& legitur litera,vt in gl.in verb. quod hoc modo.ſed ſine dubio verum eſt,ꝙ homo, & pœna debeantur,qñ id actum eſſe probatur. Secundò modo põt legi ſm Old.Laud.quem referunt Bar.& alij,ꝙ illa dictio, quod, ſit relatuum ad dictum Sabini præcedens,& eſt ſenſus,quod.ſ. dictum Sabini eſt verum,cùm id actum probatur,vt ſi homo datus non fuerit,& homo,& pecunia debeatur, ratio quia qñ actum eſt, ꝙ vtrũque debeatur,ſi inſpiceretur dictum Pegaſi, inutilis eſſet talis ſtipulatio,quia reperiretur cõcepta in caſum, in quo vtrunque dari non poſſet,nam ſi deberemus expectare, ꝙ res poſita in conditione non poſſet præſtari, vt vult Pegaſus,tunc illud pactum,ꝙ vtrunque debeatur,eſſet impoſſibile, qñ res,quæ deſijt poſſe præſtari,non poſſet præſtari ſimul cum

2 pęna.¶†No.primò ex prima par.prin. ꝙ ſtipulatio incerta rõne tpis,vel quantitatis,vel loci,vel rei redditur nulla, & ſic tex. loquitur de quadruplici incertitudine. Limita primum de incertitudine tpis,vt procedat,qñ declaratio tpis eſſet omiſſa per errorem ↄ̃hentium,& obliuionẽ prius ordinatæ inter eos formæ,tunc habet vitiare.ita propriè loquitur iſta lex, & l. triticũ. ſ̃.eo.aliàs incertitudo tpis non habet ſemper vitiare actum,vnde ſi iudex in ſnĩa condemnatoria dicat relego,vel deporto te ad tempus,ita ꝙ fecit mentionem tpis,non tñ dixit, quanti tẽporis,tunc tp̄s ſine vlla declaratione prolatum ſignificat decẽnium,vt eſt tex.ſing.in l.ſine præfinitione. ĩ. de pęn. per quem tex.ita limitat.l.noſtram Bal.in c.ex literis.in 7.col. de conſti. & per illum tex.ſingulariter infert, ꝙ ſi apparet inſtr̃m feudi, vel emphyteuſis ſub hoc tenore,valet ad tp̄s, nec eſſet aliter tẽpus

a declaratum,intelligeretur de decennio, [a] ꝙ inter breue tp̄s,& longiſſimum tenet medium,vt ibi per eum,& per eundẽ Bal. in l.à munerib.C.de decur.lib.10.& ille tex.in d.l.ſine prędefinitione.eſt ſing.& non habet concor.ſm Bar.ibi,& Bal.in c.1.de trãſlat.præla.& in c.1.circa prin.de poſtul.D.Ant.D.Abb.Imo.& alij in d.c.ex literis.alibi tñ notat Bal.in l.vſuræ.C. de vſur.ꝙ tp̄s abſolutè poſitum ponitur pro anno, & tp̄s in plurali numero

pro

ADDITIO.

a ¶Decennio.Adde,quæ ſcribit idem Iaſ. in l.ait prætor.§.ſi iudex. nu. 39. ff.de re iud.& quæ habetur in l.ſine p̃finitione.ff.de pęnis.Alex.conſi.17.lib.4.vbi pulchrè diſtinguit.& in l.ſi filio. §. ſi lis in quinquennium.nu.24. & ſeq.ff.ſol. matr.& in l.ſi de eo. § ſi fortè. nu.4.ff.de acqui.poſſ.tex.vbi glo. ver.nullum tempus.inſti. de lit. obl. & dic, ꝙ longum tempus dicitur vltra decennium, modicum verò intra decennium,teſte Abb.in cap.querelam.nu.6. ne prælati vices ſuas.tex.tamen in l.furtum.§.fundi.ff.de vſucap.videtur decidere cõtrarium,licèt in dubio tempus 10. annorum dicatur longum tempus ſecundum communem per Suarez.lib.commu.opi.ver.tempus cui. Addo Alexan. conſi.200.col.3.lib.2.& no.per Dec.cõſ.204.dũ loquitur de locatione facta ad decennium.Quòd autem tempus.30.vel 40.annorũ dicatur longiſſ.ſcribit Rolan.conſi.22.nu.25.lib.2. D. Oſaſ. deciſ.173.poſt Rip.de peſte.c.1.nu.103.vbi plura in materia. MASVER.

pro biennio,& dimidium temporis pro sex mensib. nihil allegat, sed talem doctrinam facit ex suo capite, sed tu dic, quòd in istis consideranda est natura causæ, seu negotij, secundum quod in simili dicunt gl.& Doc.in c.ex literis.in ver. perpetuū.
3 de consti. ¶†Secundò principaliter aduerte, ꝙ licèt incertitudo de iure ciuili vitiet stipulationem, vt hic, tñ secus est de æquitate canonica, nam promissor potest compelli, vt promissa incerta declarando arbitrio boni viri adimpleat. dictum fuit singulare, & famosum Arch. in c.sunt nonnulli. 1.q.1. quod refert D.Alex.hic.col.3.& dicit, ꝙ istud dictum est Legistis incognitum, ego istud dictum plenè examinaui in l.triticum.§.eod.ad
4 ibi dicta me remitto. ¶ † Tertiò principaliter aduerte, ꝙ valet obligatio, qua promitto tibi quicquid volueris, vel quicquid petieris, vt est tex.no.in c.cùm iuramento.de homi. & ibi. Do. Ant.de But.& Io.de Ana.ad hoc no.illum tex.eo quia tunc incertitudo confertur in personam creditoris, ergo valet. l. si ita legatum.§.illi si volet.§.de leg. 1.iuncta.l.à Titio.§.si. vbi Bar. § eo.secus si incertitudo confertur in personam promissoris, puta promittis dare quicquid volueris, tunc nihil valet, quia dando paleam, vel muscam liberaretur, & sic promissio iudicaretur derisoria, vt no.glo.in l.legato generaliter.de leg.1.& in l.cū post.§.gener.§.de iure dot.& dicit Alex. ꝙ istud non traditur à Legistis, & ita transit. ¶ Tu aduerte, quòd tex.in d.l.si ita legatum.§.illi si volet.iuncta.l.à Titio.§.si.cū ibi no.per Bar.nihil faciunt, quia ibi non erat incertitudo, imò res certa erat promissa, si stipulator voluerit.item aduerte, quod tex.in d.c.cùm iuramento.non bene probat, quòd promissio valeat, quando incertitudo fertur in personā creditoris, hoc non decidit ibi text. nisi dicas, ꝙ ideo ibi non valebat promissio incerta hæredis, eo quia continebat illicitum, prout etiam est tex.not. de eodē. in c.vnusquisque.22.q.4.ergo à contrario sensu, si non continuisset illicitum valuisset non obstante incertitudine ex parte stipulatoris, sed certè per tale argumentum à contrario sensu non debet induci correctio iuris ciuilis, secundum glo. in c.cupientes.§.ꝙ si per viginti.de elec.in 6.
5 † nec etiàm debet induci discordantia inter ius ciuile, & cano.c.cùm expediat.de elec.in 6.præterea etiam de iure cano.verba generalia prolata ad cōplacentiam stipulatoris, non inducunt obligationem.text. est sing.& no.dignus in c.cùm venissent.circa medium.de insti.& ibi Io.And.D.Anto.& Abb. & alij ad hoc no.vbi per illa verba generalia Archi.ꝙ Archiepiscopus faceret de omnibus redditibus ipsius Archidiaconi ad suum placitum, non per hoc fuit obligatus Archiepiscopo ad aliquid, & per illum text. colligūt etiam Card.& Imo.ibi, col.18.quòd verba generalia non obligant, quando proferūtur per modum liberalitatis vulgariter consuetæ, vt quia dicitur, omnia mea tua sunt, vnde dicit glos. no.in l.2.C.in quib.cau.co.do.accus.pos.lib.11.quòd sæpè vulgariter dicit amicus amico, tuus sum in omnib.& omnia mea tua sunt. ¶Item dicit Ang.in l.si cui.§.de seruitu.ꝙ si aliquis dicat de me, & ex meis facias ad libitum tuum, non sequitur, ꝙ donem tibi mea, vel aliquid ex meis.item verba generalia, & reuerentialia sunt potius adulatoria, quàm obligatoria. d. c.cū venissent, secundum Bal.in consi.218.3. parte incip. petita venia.colu. 3. item verba iactantia prolata coram testib. ad hoc non adhibitis, non inducunt dispositionem.l.fi.& ibi Bar.no.§. de testam. ¶Item per tex.in d.c.cùm venissent.decidit no. Ludo.Rom.in repeti.rub.de arbi.col.4.quod si petenti tibi, quòd donem tibi talem rem, ego respondeam, non tantum istam rem, sed quicquid tibi placet dono, quòd petens non potest ex tali responsione se fundare, etiam ad petendum rem specificatam, quia talis promissio est nulla.alleg. Bal.in conclusionib. iuris ita tenere, & reputat sing.& sequitur etiam Alex. hic, col. 2.& D.Fely.in d.c.cùm iuramento.& per ista habes, ꝙ tex.in d. c.cùm iuramento.& in d. c. cùm venissent. non contrariantur ad inuicem, licèt Alex.reputat esse difficile, & dicit, quòd non reperit ab aliquo tactum, & in solutione multum laborat, propter quædam aduentitia, & quasdam diuinationes. ¶Reliquos casus, in quibus incertitudo nō vitiat stipulationem, dicā post Bar.in glo.parua.in ver.stipulatus essem, & quia iste tex. tractat de quadrupli incertitudine, vt dixi, & omittit de incertitudine personarum, an vitiet, vide magistraliter per Bal.in l. quidam.§. de reb.dub.per alios in l.id quod pauperibus C.de Epis.& cler. per Cano.in c.cùm tibi.de test.vide text. not.in l.si fuerit.supra
6 de reb. dub. & not. quòd † si stipulor mihi dari centum pro eo quem nominabo, valet stipulatio non obstante incertitudine personæ, quia videor mihi stipulari alio non nominato.casus est in l.secundum responsum. C.de contrahen. & committen. stipul.quem tex.ita alleg. Bald.in l.cùm post.§.gener. in reportatis antiquis.supra de iure dot.secundum Alex.hic colum.13. qui addit ad hoc tex.in c.1.de feud.non hab. prop. nat. feud.in feud. miror de Domin. Alexan. quòd non allegauerit Bald. in l.1.ad fin.prin.§.de pac.vbi quærit Bal.pone, quòd sum stipulatus hoc modo, promittis mihi recipienti pro eo, quem declarauero, posteà neminem declaro, an vitietur stipulatio, per istā l.& l.triticum.supra eod.determinat, quòd non, quia si neminem declaro, præsumor recepisse pro me, & hæredibus meis, & sic possum agere, vel ego, vel hæres meus, ita dicit esse text. no.in d.l.secundum responsum, & ita refert, & sequitur idem Alex.in l.stipulatio ista.§.si quis ita.el primo.§.eod.in 1. no. per illum tex.vbi impersonalitas ex parte stipulantis non vitiat stipulationem, quia præsumitur stipulationem in dubio rece-
7 pisse pro se, & suis hæredibus, vt ibi, & §.sicut.in ea.l. ¶†Secundò nota.ex text. ibi, nec ante &c. hic videri prima fronte esse text. quando stipulatio pœnalis debet committi, ex eo, quòd aliquid desijt fieri, aut præstari, non ante committitur, quàm declaretur per iudicem committi non posse, contrarium tamen determināt Ang.Imo.& alij, quia quamprimum verum est conditionem impleri non posse, statim agi poterit, quia venit, & cessit dies obligationis.l.cedere diem. infra de verb. sign. nam existentia conditionis est, quæ purificat conditionem appositā in stipulatione pœnali, & non declaratio existentiæ.d. l. cedere diem.& iste tex.in ver.declaratum. intelligitur per facti veritatem, vel per rerum naturam, non tamen per iudicem, facit.l.hoc iure.in verb.exploratum.supra eod. alibi etiam Bart. in l.in illa stipulatione si calendis.in 2.colum.supra eod. not.ex isto tex.quod quando negatiua causa est actionis meæ, debeo
8 eam probare. ¶ † Tertiò not.in versicu. sed & si ita. quòd vbi dispositio pœnalis incipit à præcedenti conditione ad hoc, vt committatur, exigitur, quòd desinat conditio posse existere. rationem assignat infra glo.1.vbi dicetur. ¶Limita secundum Imo.& Alex.quatuor modis, de quibus hic per eos præsertim in vltimis voluntatibus, vt hoc text.in versic. idque. secundum
* *communem intellectum*, quem etiam sequitur gl.in l. & si post tres. §.si quis cau.Bar.hic in 4.opp.1.partis.dicam in gl.super ver. naturam.& ibi videbimus, quid in dispositionibus legalibus; vel statutarijs, an in hoc æquiparentur vltimis voluntatib.item fallit in contractibus, quando actum esset vtrunque debere præstari, vt hic in ver.quòd sine dubio, secundum lect. Oldr. supra relatam.ponit Bar.hic in 4.q.princ.ad fi. ¶Quartò no.in vers. ꝙ sine dubio, quod quando est actum, quòd vtrunque debeatur, & principale, & pœna, tunc vtrunque potest exigi, sicut quando adest clausula rato manente pact.l.qui fidem.supra de transact.& l.cùm proponas.C.eod.de transact.si autem est conuentum, quòd pœna tantum exigatur, id solùm exigetur, quòd conuentum erit, nam contractus ex conuentione.l. accipiunt. l.1.§.si conueniat.supra depos.& regu.contractus.de regu. iur.
9 in 6. ¶†Quintò no.ex vlt.responso text. quòd quando actum est, quòd non soluto homine sola pecunia debeatur, quòd tamē adhuc potest homo solui, aut pecunia, & sic ex isto text.in fin.probatur secundum Ang.& Imo.quod quando est actum, quòd non soluto princ.sola pœna debeatur, per ista verba non videtur actum, quòd mora non possit purgari, & sic habes, ꝙ licèt dictio sola, sit taxatiua, & exclusiua.l.his solis.§. de condi. indeb.& l.aduersus.C.si aduers. rem iudi.tamen non impedit, quin res principalis possit solui, & quin possit mora purgari, & circa hoc vide, quod tangit gloss.hic in versic.agendum.ad fin. Sed tu aduerte, quòd iste tex.non bene probat prædictum notabile, prout etiam dicit Aretin.hic, quia dum text.dicit; quòd homo possit solui, intelligitur antequam stipulatio committatur ad pęnam, & isto modo, nihil facit iste text.vnde pro isto not.melius facit secundum Imo. & Alexand. quia nihil repugnat, quòd vnum sit in obligatione, & aliud in solutione tantum.l.si quis stipulatus fuerit decem in mille. infra de solu. & l. item veniunt.§.cùm prædixerimus.supra de peti.hæred.Barto. in l.si insulam.in 7.oppo. primæ partis. supra eod. & ita etiam ibi tenet Dom.Alexand.in 2.fallent. ¶ Glo.1.diuiditur in duas partes. In prima declarat bimembrem distinctionem text. & assignat rationem diuersitatis. In secūda per viam limitationis remouet vnum contrarium. Secunda ibi, quòd intellige, & dū glo.dicit, quòd tota ista lex summatim hoc vult, non bene dicit, quia gl.non summat aliquid de 1.par.prin.huius. l. loquēte de quadruplici incertitudine, sed solū summat.2.par.princ.tractantem, qn̄ stipulatio committatur.item dum gl. assignat rōnem diuersitatis ad duas regulas tex. in quibus consistit medulla huius text. quare stipulatio pœnalis incipiens à conditione tardius committatur, quàm quando incipit à conuentione pura, & ratio est secundum. glo. quia ante euentum conditionis agi non potest, cùm ante non cedat dies, nec ante est obligatus ad id, quod est in conditione, sed quando incepit à conuentione, illa conuentio est pura, & sic statim est obligatus, & cum ista ratione omnes tenent.confirmat Barto.in 2. oppo. 2. par.quia facilius debet in pœnam incidere, qui non facit id, ad quod

quod eſt obligatus, quàm quando obligatus non eſt. l. ſi quis ſub conditione dandorum decem. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam.
* ¶Contra iſtam rationem gl. *communiter facere videtur*, quia iſtud ꝙ agi non poſſit, non debet impedire commiſſionem ſtipulationis pœnalis, vt patet in ſimili in l. nuda. cum gl. C. de cõtrahen. & commit. ſtip. & gl. hic in verb. agendum. de quo vltimo vide latè Bar. ſ. in tota. 6. oppo. 5. partis. ¶In ea. glo. ibi, quod intellige, cùm extra iudicium. cum gl. transeunt Doc. & Bar. in 6. oppo. 5. partis. & ẽt in 6. q. quamuis contrarium velit gloſſ. ſ. in verb. agendum. ſed iſta eſt vera per l. ſi penum. ff. quando dies leg. ced. & quia non dicitur per promiſſorem ſtare, niſi cùm interpellatus fuerit. l. ſi ex legati cauſa. ff. eo. & l. quòd te. ff. ſi certũ petatur. ¶Gloſſ. in verb. certo die. iſta gl. contra primam partẽ tex. volentem, ꝙ omiſſio diei vitiet ſtipulationem, opponit tribus mod. primò, ꝙ non vitiet, ſed intelligatur repetita illa dies, de qua agebatur prius inter partes, vt l. triticum. ff. eod. & l. cùm quidam. ff. ſi cer. pet. ſecundò, ꝙ non vitiet, ſed ſubintelligatur dies conſuetus, vt. l. ſi finita. in prin. ff. de damno infect. tertiò, ꝙ non vitiet, ſed iudex habeat diem declarare. l. de die. in prin. ff. qui ſatiſd. cog. Secunda ibi, vt. ff. de dam. infec. Tertia, & vlt. eſt prope fi. gl. ibi, item contra. ſupra qui ſatiſd. cog. ¶In ea. glo. ibi,
* ſed hic agebatur & c. iſta prima ſol. *communiter approbatur*, quia id quod agitur ab vno tantum, habetur pro non acto. l. ſi repetendi. C. de condi. ob cauſ. Item ſi à ſtipulatore tantum agebatur, deberet vitiari ſtipulatio potius propter diſſenſum. l. inter ſtipulantem. §. 1. ſupra eod. & non propter errorem, vt hic dicit tex. ¶In ea. glo. ibi, vel quia dicitur reſiſti, &c. habes ſecundam ſolutionem glo. quòd inter nos conuenerat, vt certa die ſiſteres, & ante diem te certificarem, & iſtud, quod propoſueram, per errorem omiſi, ideo ſtipulatio non valet, vt hic. iſtam ſolutionem reprehendit Barto. ex duob. Primò, quia ſi tunc, quando agebatur de ſtipulatione interponenda, fuiſſet dies certa expreſſa, certè illa intelligeretur tacitè repetita poſteà in ipſa ſtipulatione. l. Titia. §. idem reſpondit plerunque. ſ. eodem. ſed iſtud fundamentum Bar. non eſt generale, & non procedit, quñ ſtipulatio eſſet interpoſita ex interuallo, quo caſu dicta in præfationib. non videntur repetita in actu poſteà ex interuallo facto, ſecundum Bartol. met in d. §. idem reſpondit. tamen quia iſte tex. loquitur indiſtinctè, ſiue ſtipulatio ſequatur incontinẽti, ſiue ex interuallo, ideo iſta ſolutio glo. non eſt tenenda. Secũdo contra ſolutionem gloſſ. facit ſecundum Bar. quia ſi te non certificarem ante illam diem, tunc ſtipulatio non committeretur potius propter defectum omiſſæ certificationis, quã propter errorem, & ſic iſta ſolutio non eſt de mente huius. l. Præterea, & tertiò vltra Barto. iſta ſolutio eſt diuinatiua ad tex. quòd ego ſtipulator deberem te certificare ante illam diẽ. iſtud eſt
* alienum à tex. & manifeſta diuinatio, vnde Bar. *& communiter Doct.* intelligunt iſtum tex. quòd inter partes in tractatu conuenerat de ſiſtendo certa die, quam tamen non expreſſerunt, ſed in ipſa ſtipulatione debebat exprimi, poſteà in ſtipulatione dies fuit per errorem omiſſus, & ſic non poteſt videri dies repetita in ſtipulatione, ex quo nunquam fuit in tractatu expreſſa, & ſic vitiatur ſtipulatio vt erronea, vt hoc tex. Huius dicti, & ſic huius tex. duplicem rationem aſſignat Barto. Prima, quia in ſtipulatione requiritur conſenſus. l. 1. ſupra de pact. ſed hic non eſt conſenſus propter errorem, qui conſenſum impedit. l. ſi per errorem. ſupra de iuriſd. omn. iudic. Secunda ratio, quia partes videntur in tractatu proteſtari, ꝙ non volunt contrahere, niſi cum adiectione diei certi, ergo abſque die illa certa videtur denegata obligatio, quia qui vult obligari ad talem diem, ad aliũ non vult obligari. l. ſtatuliberum. §. Stichum. de leg. 2. & l. Imperator. ſupra de poſtulan. nam proteſtatio præcedens facit in futurum deficere conſenſum. l. qui in aliena. §. fin. ſupra de acqui. hære. l. ſi quis in prin. teſt. de leg. 3. & l. at ſi quis. §. plerique. ff. de relig. & ſump. fune. Iſta ſecũda ratio Bar. non videtur bona duplici fundamento. Primò, quia iſta eſt quædam tacita proteſtatio, quæ reſultat à contrario ſenſu tractatus præcedentis, ſed ſic eſt, ꝙ proteſtatio tacita præcedens non inualidat actum ſequentem. tex. eſt ſing. & no. dignus in l. fi. in princ. & ibi gloſſa. & Barto. ſupra de lega. 2. Bal. in l. humanum. C. de legi. facit tex. in capitu. dilectus. ſecundo. vbi Abb. & Imo. ad hoc no. de præbẽ. ſed ad hoc reſpondet Imo. & Alex. ſimpliciter ſequitur, quòd contrarium procedit, quando tacita proteſtatio inducitur ex actu declaratiuo voluntatis, ſecus ſi ex actu diſpoſitiuo, vel limitatiuo, ſed iſtam differentiam reprobat Are. hic col. 10. poſt Barto. in l. ſi quis in prin. teſtamenti. colum. 1. de leg. 3. Secundo contra dictam rationem facit, quia ſi obligatio deberet reddi inutilis virtute proteſtationis, vt vult Barto. oporteret, quòd actus incontinenti ſequeretur proteſtationem, aliàs ſi ſequeretur ex interuallo, videretur receſſum à proteſtatione. l. cùm in plures. §. locator horrei. ff. loc. niſi verba proteſtationis eſſent in futurum concepta, vt declarant Bart. & alij in l. pacta nouiſſima. de pac. & in l. non ſolùm. §. morte. de oper. nou. nunc. in 1. q. proteſtationis declaratoriæ, & ſic iſte tex. non procedit indiſtinctè, quod eſſet violare literam. Præterea, & fortius ſecundũ Aret. ꝙ ſtipulatio ſequitur ex interuallo ad tractatũ, bene operatur, ꝙ dicta in præfationibus, nõ videantur repetita in ſequẽtib. ſed non operatur, ꝙ contractus, qui ſequitur, non præſumatur factus per errorem, ſecundum Bar. ita expreſsè diſtinguentem in d. §. idem reſpondit plerunque. ergo hæc ſtipulatio licèt facta ex interuallo, tamen propter errorem non deberet valere, ſed aduerte in hoc vlt. quia Alex. hic in 10. col. in duobus locis, præſertim in prima limitatione tenet contrarium ꝓ Are. & refert, ꝙ Imo. in d. §. idem reſpondit. & in l. quoties. §. ſed ſi cũ primum. ff. de hære. inſti. reprehendit in hoc eleganter Bar. contra quem etiam videtur tenere ipſemet Are. in d. §. idem reſpõdit. col. 1. ibi dicetur. ¶Succeſſiuè opponitur per Bar. de l. cùm pater. §. fi. de leg. 2. & de. l. pe. C. de inſti. & ſubſti. & ſoluit, vt hic per eum. Adde, ꝙ ſolutio Ray. quam Bar. impugnat, videtur ſuſtentabilis, ꝙ quicquid ſit in alia materia, tamen in propoſito noſtro dies dicatur eſſe de ſubſtantia ſtipulationis, nã ex quo partes egerunt apponere certam diem in ſtipulatione, & ſic voluerunt ſtare diei legali arbitrandæ per iudicem, iuxta. l. de die. in prin. ff. qui ſatiſd. cog. vnde ſi poſteà per errorem omiſerunt apponere diem conuentionalem, omiſſio talis diei vitiat ſtipulationem, vt hoc tex. ergo dies in hac materia poteſt dici eſſe de ſubſtantia. Confirmatur, quia ex quo partes egerunt apponere certum diem in ſtipulatione, ergo voluerunt, quòd illa dies eſſet de ſubſtantia actus, quo poſito ponitur actus, & quo remoto remouetur actus, vt no. Bar. in l. prolatam. C. de ſen. & interloc. & magis in ſpecie Abb. in conſi. 103. 1. partis incip. ſtatuto ciuitatis Groſſetanæ. circa fi. Accedit, quod no. Bal. & Salyce. in Auth. quæ ſupplicatio. C. de preci. Impe. offe. per illum text. in verb. ſub hac forma. vbi not. ꝙ dies, ſeu tempus dicitur eſſe de forma. & ibi plenius dixi de hoc. ¶Circa ſecundum cõtrarium glo. de. l. ſi finita. in prin. in verb. in quem caueri ſolet. ff. de dam. infect. Barto. ibi dicit, quòd iſtud contrarium eſt valde
* difficile, *communiter tenetur ſecunda* ſolutio glo. noſtræ declarata, vt hic per Bar. & in l. de die. in prin. in 3. oppo. ff. qui ſatiſda. cog. ¶Circa tertium, & vltimum contrarium gl. de l. de die. in prin.
* ſolue, vt hic per Barto. cum quo *communiter alij tranſeunt*. vnum adde dum Bar. tenet, ꝙ in ſtipulationib. prætorijs, puta de iudi
a cio ſiſti, quñ dies non exprimitur, intelligitur arbitrio iudicis.[a] d.
10 l. de die. in prin. ſed† in ſtipulatione conuentionali de ſiſtendo in alio loco, intelligitur cũ fuerit interpellatus promiſſor congruo loco, & tempore, ꝙ ſiſtat. Cum. impugnat Barto. & bene, quia ex quo iſta ſtipulatio conuentionalis continet locum, in quo debet ſiſtere, certè ratione loci debet intelligi continere tẽpus, intra quod poſſit ad illum locum deueniri, & illud tacitũ tempus, quod ineſt ratione loci, cõſtituit in mora abſque alia interpellatione. l. idem erit. vbi dixi. ff. eo. l. continuus. §. cùm ita. ſ. eo. & cum Cum. tenet Do. Alex. ſaluat tamen Bar. vno caſu, quando promiſſor promiſit ſiſtere in loco, in quo erat, nã tunc non poteſt intelligi tempus ſecundum diſtantiam loci, ex quo non eſt diſtantia cum ſit in ipſo loco. ¶Gl. parua in ver. ſtipulatus eſſem. ibi, & de leg. 2. l. quidam in teſtamento. licèt glo. alle-
* get iſtam. l. pro concordanti, tamen ſm̃ *Bar. & omnes facit in contrarium*, quia ibi valet relictum in refectionem viæ non adiecta quantitate, & ſic ibi incertitudo quantitatis, vel ſummæ nõ vitiat, ſicut facit hic in ver. non ſecus. ſed tu ſalua glo. quæ allegauit illum tex. pro concordanti arguendo à ſpeciali, quia ſi ibi eſt ſpeciale in relicto facto in refectionem viæ, & ꝙ propter incertitudinem non vitietur, ergo regulariter incertitudo quã-
11 titatis vitiat actum. ¶†Et ideo gl. ibi in l. cùm poſt. §. gener. ff. de
* iure dot. quam ſequuntur Bar. Ang. & *magis communiter alij*. Bar. & Ang. in l. 1. ff. ſol. matr. dicunt, ꝙ regula eſt hic, ꝙ incertitudo vitiat. Fallit primo in d. l. quidam in teſtamento. in legato relicto ad refectionem viæ publicæ, quòd eſt fauorabile. l. ad inſtructiones C. de ſacroſa. Eccl. ¶Secundò fallit in dote, vbi incertitudo quantitatis, vel rei non vitiat d. l. cũ poſt. §. gener. adde, ꝙ ſimiliter valet promiſſio dotis pro muliere incerta, & ſic pro quacunque duxeris in vxorem. l. à Titio. in prin. ff. eodem. ¶Tertiò fallit fauore alimentorum. l. ſi cui annuum. ff. de ann. leg. Cyn. in l. 1. C. de dot. promiſ. tenet, ꝙ in iſtis caſibus non ſit ſpe-

ADDITIO.

a ¶Iudicis. Adde, ꝙ idem eſt in quocunque tempore non taxato, quia tunc etiã intelligitur arbitrio iudicis. glo. & ibi Docto. in l. ſi conſtante. §. pen. in verſi. temporis. ſupra ſolu. matrim. & in l. 1. §. ait prætor. & ibi Barto. ſupra de iure dot. glo. in c. 1. de reſti. ſpol. in 6. & Spec. in tit. de inſtru. edi. §. tertio. verſ. no. etiam.

speciale, imò ex illis tribus facit vnam regulam, quòd vbicunque incertitudo potest certificari ratione adiuncti, tunc non vitiat, vt patet in dote, quæ certificatur ex qualitate personarũ. Item in legato refectionis viæ, cuius quantitas certificatur ex impensa necessaria ad talem viam, & idem in alimentis. istam sententiam reprehendit Barto. hic, & in l. 1. supra solu. matr. per duo fundamenta, de quibus hic per eum, sed Cu. & d. Petr. de Bel. defendunt Cy. opinionem, quam etiam in puncto iuris pu tant posse sustineri, & eam tenet Bal. Nouel. in trac. de do. in 11. speciali. 7. parris, quamuis de Cu. & Bel. non faciant mentionẽ, & in puncto iuris ista opin. Cyn. contra Bart. mihi placet, quia est de mente iurium. ¶ Vnde aduerte, quòd text. in d. l. quidam in testamento. non se fundat in aliqua specialitate refectionis viæ, sed fundat se ratione adiuncti, & sic super incertitudine resultante ex causa adiecta legato, habente in se tacitam quantitatem, pro modo, & quãtitate operis, nam dicit ibi tex. quod tanta summa censetur legata, quanta ei rei sufficeret, nisi ex ma gnitudine pecuniæ, & mediocritate facultatum testatoris appa reat aliam fuisse voluntatem testatoris, tunc officio iud. secundum æstimationem patrimonij quantitas legati diffiniri potest, ita ibi formaliter dicit tex. & sic ibi fit certificatio habita ra tione impensæ, & patrimonij, & secundum Cyn. in d. l. j. C. de do. promis. & Cu. hic ille tex. procedit non solùm quando relin quitur pro via reficienda, vt ibi, sed etiam quando relinqueretur pro ædificanda domo alicui, vel pro reficienda domo Titij non expressa aliqua quantitate, quia intelligeretur relicta quan titas necessaria pro ædificanda, vel reficienda domo: similiter text. in d. l. cum post. §. gener. ponit ad literam rationem Cyni, nam dicit ibi tex. quòd non est idem in dote, ꝙ in fundo simpliciter promisso, vel legato, quia licèt promissio fundi propter incertitudinem vitietur, tamen istud non potest dici in dote, quia dos debet constitui secundum qualitatẽ personæ, & quãtitatẽ patrimonij, ita ibi dicit tex. facit. l. qui liberos. ſ. de rit. nup. & l. quæro, & l. siue generalis. ſ. de iu. do. & l. fi. cum mille simi lib. C. de do. promis. non est ergo verum, ꝙ sit speciale in dote, sed quia incertitudo dotis potest certificari ex adiuncto causę. similiter in d. l. si cui annuum. ſ. de an. leg. in alimentis incertitudo certifica tur ex causa, quia intelligitur relictum quãtum est necessarium ad alimenta secundum conditionem personæ. l. ex annuo. ſ. de don. inter vir. & vxo. l. cùm vnus. §. fi. ſ. de ali. leg. & l. cùm hi. §. modus autem. ſ. de transl. ¶ Nec obst. fundamẽta Bar. & primò dum dicit, quod si vera esset opi. Cyn. quælibet stipulatio valeret, quæ fieret ex causa, quia ex illa causa posset quãtitas certificari, & sic sequeretur in emp. & ven. valere promissionẽ pretij incertam, quod tamen est falsum, quia in emp. & vend. item in locatione, & conductione pretium debet esse certum. §. pretium. inst. de contrah. emp. & l. si merces. in prin. ſ. loc. respondetur secundum Cu. & Pet. de Bel. ꝙ pretiũ, vel æsti matio alicuius rei venit ex alia causa quàm venditionis, & tũc bene potest certificari habita relatione ad rem, vel ad valorem rei. l. fundum cornelianum. j. de nou. secus in emp. & ven. quia facta simpliciter sine pretio certo nihil valet, vt iuribus præalle. quia pretia in venditione solent taxari secundum voluntatem cõtrahentium, & non secundum valorẽ rerum. l. si voluntate. C. de rescin. ven. quia venditor vult vẽdere quãto plus potest, & emptor vult emere pro minori quàm possit, ideo certifica-
12 tio pretij non potest in venditione fieri a vero valore rei. † Tu responde clarius, ꝙ in emptione, & locatione requiritur pro forma, ꝙ pretium a principio sit certum in quãtitate, ideo nisi exprimatur pretium certũ, quia actus peccat in forma, non valet tanquam ꝯctus innominatus, & quantitas posteà declarabitur arbitrio boni viri. tex. est ad literã in §. qua de causa. insti. loc. per quẽ tex. ita declarat Bald. in l. ꝯtus. C. de fid. instr. vide tñ tex. & ibi Bal. in d. l. si merces. in prin. Nõ obst. secundũ fundamẽtum Bar. ꝙ legata fiant ꝑ benemerita. l. nec adiecit. ſ. pro soc. ergo nullum legatũ posset censeri incertũ, cùm ex benemeritis lega tarij semper possit certificari, ꝙ est cõtra tex. in d. §. gener. rñdet Bel. ꝙ talia benemerita possunt esse incerta, & vnũ incertũ per aliud incertum nõ potest declarari: præterea est in arbitrio cuiuslibet remunerare benemerita in qua velit quãtitate, vel parua, vel magna. l. si non sortem. §. libertus. ſ. de cond. ind. & l. sed & si lege. §. consuluit. ſ. de pet. hær. ideo non potest bene haberi notitia, in qua quantitate voluerit promissor, vel testator remunerare, & sic habes bene defensatam opinionẽ Cy. contra Bar.
13 ¶ † Tenendo tamen opi. Bar. quæ *videtur magis communis*, ꝙ isti
* sint tres casus speciales, in quibus incertitudo [a] nõ vitiat. d. Ale.
a addit quartum casum specialem in dispositione facta ad vtilitatem ecclesiæ, vel piæ causæ, vbi incertitudo non vitiat. gloss. est in c. nos quidem. in gloss. pe. & ibi Doc. de test. glo. & Barto. in l. si cui annuum. supra de an. leg. glos. in l. priuilegia. C. de sac. san. eccle. Bald. in l. 1. colum. 5. C. eod. de sacrosanct. eccle. facit. l. id quod pauperibus. C. de epis. & cler. quicquid teneant Cy. & Bald. in d. l. priuilegia. Adde, quòd si testator moriens simpliciter dicat, relinquo pro anima, & non exprimat, quid aut quantum, non per hoc vitiatur legatum incertum, sed taxabitur quantitas arbitrio boni viri, considerata qualitate personæ morientis, & consideratis facultatibus, secundum Card. Flo. in clem. 1. 79. quæst. de test. & latè Imo. post d. Ant. in cap. indicante. de testa. confirmatur, quia si de æquitate canonica incertitudo non vitiat, quia debet declarari arbitrio boni viri, per dictũ singulare Arch. in cap. sunt nonnulli. j. quæst. j. quod dictũ examinaui in l. triticum. supra eo. quantominus debet vitiare, quãdo est relictum incertũ pro anima, & sic ad pias causas? ¶ Quintus casus specialis est secundum Alex. in relicto incerto, facto causa studij, vel alterius artificij adiscendi, quia non vitiatur incertitudine. tex. no. in l. Stichus. de leg. 3. no. gl. in d. §. gener. in gl. magna ad fi. confirmatur, quia causa dotis, & studij æquiparatur, vt per Bar. & alios in l. 1. col. fi. vbi dixi, sol. ma. sed causa do tis non vitiatur propter incertitudinem. d. §. gener. ergo nec relictum incertum causa studij: alios casus in quibus incertitudo
14 non vitiat, dixi. ſ. in j. no. ¶ † Vltra Bar. contra istum tex. in ver. non secus, dum vult, ꝙ non valeat promissio consistentiũ pon dere, numero, vel mensura, nõ expresso pondere, numero, vel mensura fortiter obst. tex. mirabilis in l. quidam. ſ. de triti. vi. & oleo lega. vbi testator legauit vxori vinum, oleum, frumẽtum, acetum, mel, & salsamenta, & non expressit in aliquo quantitatem, & quantum ex quacunque re dari vellet, fuit dubitatum inter Iurisc. an tale legatum valeret, an vitiaretur propter incertitudinem, decidit ibi tex. ꝙ valet legatum, & intelligitur testator legasse omne, & totum illud, quod de prædictis in patrimonio reliquisset. gl. ibi distinguit, ꝙ ille text. procedit in legato, secus in stipulatione, per hunc tex. cum simi. & sequitur Cu. hic Bar. verò ibi aliter respondet, ꝙ ibi loquitur, quando reliquit ali quid pertinens ad alimenta, vnde fauore alimentorum interpretantur omnia videri relicta, & sic indefinita æquipollet vniuersali, secus in his, quę ad alimenta principaliter non pertinẽt, sed trussã est secundum Cu. hic, & licèt Cu. aliter non declaret, quomodo sit trussa, dic ideo esse, quia omnia ibi relicta non erant necessaria pro alimentis, quæ intelliguntur secundũ conditionem personæ, vt. ſ. dixi, ergo non est incertitudo, cùm omnia intelligantur relicta, quæ testator in patrimonio habuisset, & sic loquitur in legato, secus autem si in stipulatione, vt hic, & no. bene illum tex. & puto, ꝙ ratio diuersitatis sit, licèt nemo declaret, quia ibi legatum debetur post mortem ipsius testatoris, ideo testator præsumit indefinitè loquendo legasse totum illud, quod habet in patrimonio de vino, frumento, & similib. ex quo, vt dixi, legatum non habet effectum nisi post mortem testatoris, sed istud non præsumit in stipulatione, & sic in actu inter viuos, quia tunc ipse promissor indigeret, si indefinitè loquendo intelligeretur promisisse totum frumentum, vinum, & similia, quæ habet in patrimonio, hoc modo ipse indigeret ad victum suum, quod cessat in testatore, & hoc modo cessat obiectio, quam facit Barto. in d. l. quidam. arguendo de legato ad stipulationem in ista materia incertitudinis, vt æquiparatis tex. in d. l. cum post. §. gener. quia hic apparet ratio diuersitatis in d. l. quidam. ¶ Gloss. in ver. nomine. ista glos. format quatuor op. Sed 4. op. cõcordat, & non ꝯriatur, & sic sunt tres tantũ op. Secũda ibi, item op. Tertia ibi, & eodẽ modo. Quarta, & vlt. ibi,
15 item videtur contra. ¶ † In ea. gloss. ibi, & eodem modo opponitur, & respondetur & c. gl. vult, ꝙ sicut homo nõ habet fines destinatione patrisfam. sed natura, quia homo liber certa specie continetur, vt dicit tex. quem gl. allegat in l. inter stipulantem. §. sacram. ver. vini autẽ. ſ. eo. ita nec domus habet certos fines sola destinatione patrisfa. sed requiritur factum hominis. l. constructio parietis medij. l. si quis duas. §. si quis partẽ. ſ. com. præd. secus autem fit in fundo, qui sola destinatione patrisfa. ha bet fines, & potest de vno plures facere. l. quod in rerum. §. si quis post. ſ. de leg. j. allegata in gl. & est tex. melior de iure in l. locus. in prin. j. de verb. sig. vbi tex. dicit nostra affectione etiam quælibet portio fundi poterit fundus dici, & sic si quis promittit, & legat fundum simpliciter, etiam si haberet fundos in patrimonio, non valet actus, quia solo animo, & sola destinatione posset constituere vnum fundum vnius palmitis, vel bipedalem, quem dando liberatur, quod esset derisorium, vt est gl. in l. legato generaliter. de leg. j. & in l. cùm post. §. gener. de iu. do. sed si quis promittit, vel legat domum simpliciter, si habet domos in patrimonio, valet legatum, & tenebitur ad vnam de illis. d. l. si domus. in prin. de legat. 1. quia domus sola destinatione non

ADDITIO.

a * Incertitudo. Adde, quæ idem Ias. scribit in l. triticum. supra eod. titul. vbi in apostil.

ne non conſtituitur,vt dixi. Iſtam differentiam gloſſ. inter fun-
dum & domum tenent Barto. Ang.Imo.& d.Pet.de Bex.hic.
& Ang.in d.l.ſi domus.in prin. Adde,quod ſimiliter feuda poſ-
ſunt conſtitui ſola deſtinatione domini, qui poteſt de vno plu
ra feuda facere per iura. ſ. alleg. ſecundum And. de Iſer.ſum-
mum feudiſtam in cap.1.col.pen.de contro.feu.apud par.ter-
mi Ia. Alna.in cap.1.§ hoc quoque.in j.col.de ſuc.feu.in feud.
¶Subtilis Pet.de Bellaper. tenet opin. quam tangit gloſ. in d.§.
gener.in prin.gl.magnæ, ꝙ idem ſit in feudo, quod in domo,
ideo in vtroque debet diſtingui eo modo,aut teſtator,vel pro-
miſſor habet fundos, vel domos in patrimonio, & debetur
vnus ex eis, & ſic valet ſtipulatio, & legatum.d. l. ſi domus.in
princ.aut non habet fundos, vel domos, & tunc neutrum va-
let propter incertitudinem,vt hic,& d.§.gener. Iſtam opi. Pet.
ſequuntur Cum.Pau.de Caſt.& Alex.hic. Angel.de Aret.Dyn.
Bal.Nic.de Nea.Imo.met.Pau.de Caſt.in d.l.ſi domus. in prin.
eo quia non eſt verum aſſumptum gloſſ. & Barto.ſimpliciter,
quod fundus ſola deſtinatione, & ſic ſola voluntate conſtitua-
tur.nam text. allegatus per gloſſ. & Barto. probat contrarium,
ſcilicet in d.l.ꝙ in rerum.§.ſi quis poſt. nam text. ibi æquiparat 1
fundum, & domum: & gloſſ.ibi expreſſè dicit, quod ſicut pa-
riete medio poſito de vna domo efficiuntur duæ, vel plures,
ita fundo diuiſo per regionem duo fundi, vel plures efficiun-
tur. alleg. inter alia iura. d. l. locus.in princ. quæ tamen reuera
vult,quod ſolo animo conſtituatur,& ſic illa gloſſ. vult, quod
de vno fundo non conſtituantur plures ſola nuda voluntate,
ſed per ſepes,& regiones,vel per ſulcos, ſeu per appoſitionem
terminorum,vel per foſſam diuiſoriam,prout etiam tenet Cu.
& Paul.de Caſt.hic.& illam glo.in d.§.ſi quis poſt. etiam ſequi-
tur Alex.in conſi.169.5. vol. quod incip.viſo themate, & ſcri-
pturis.colum.pen.& in conſi.171.5.volum. quod incip. accu-
rate perſpectis his,quæ in themate. Nō quoque eſt verum fun
damentum Bartol. quod qui promiſit fundum ſimpliciter, ſi
habeat fundos in patrimonio, poſſit de vno plures facere, &
ſic conſtituere fundum, qui ſit vnius palmitis terræ, & illum
dando liberari, quia hoc non poteſt facere in præiudicium ſti-
pulatoris,ſed debet dare vnum ex his,quos habet nō facta alia
variatione.l.cætera.in fin.de leg.j.& ita intelligendo valebit ſti-
pulatio fundi ſimpliciter facta. l. quoties in ſtipulationibus,
cum gloſ.fin. ſ. eo. confirmatur, quia qui permittit fundum,
vel legat, videtur deducere fundum in obligationem, qualis
eſt tempore diſpoſitionis, & qualem tunc habet. l. ſi ita. ſ. de
au. & arg. leg.l.fin.§.j. ſup. de leg.2.l.Rutilia Polla.ſ.de cōtrah.
emp.dixi in l.ſi ſtipulatus fuerim illud.§. cùm ſtipulamur.ſ.eo.
ergo præſtatio non poteſt poſteà variari, quicquid ad hoc co-
netur reſpondere Aret.hic in duobus locis in 13. & in 15. col.
& minus bene reſpondet.Ego confirmo iſtam opin. Pet.opti-
mo fundamento. nam ſi promiſſor habēs fundos in patrimo-
monio promittit fundum ſimpliciter, ſi vult dicere, quod in-
tellexit de fundo vnius palmitis terræ, ex quo iſtud nō expreſ-
ſit,ſed in ſe retinuit, propoſitum in mente retentum nihil ha-
bet operari in præiudicium ſtipulantis.l.ſi repetendi. C.de cōd.
ob cau. item promiſſio ſimplex intelligitur fundis ſic ſtātibus,
prout tunc non facta aliqua variatione.l.ꝙ ſeruius. de cōd. ob
cau.& c.cùm inter.P.Gaufredi.de renun.& dato, quod fundus
potuerit ſolo animo conſtitui, qui eſſet vnius palmitis terræ,
tamen talis animus debuit factis aut verbis declarari, alias ni-
hil operatur. l.Paulus reſpondit non tantum verbis ſ. rem ra.
hab.ſicut dicimus,quod ſolo animo poteſt adiri hæreditas,ta-
men requiritur, quod talis animus ſit declaratus verbis aut fa-
ctis.l.pro hærede.in prin.vbi Bald.& alij.ſ.de acquir.hær. & latè
Barto.in l gerit.eo.tit. & iſta opin. Pet. habet magnam æquita-
tem, quia iſto modo promiſſio fundi ſimpliciter facta valet,
quando promiſſor habet in patrimonio fundos,& iſta opin.ve
rior videtur.¶Sed ſi velles tenere aliam opin. Bart. poſſes eam
fundare ex mente Bexu. quod ſit magna diuerſitas inter fun-
dum, & domum. nam fundus ſimpliciter prolatus eſt termi-
nus valde generalis,quod patet,nam fundi appellatione venit
pratum,vinea,terra cultiua, & etiam inculta; & quicquid im-
mobile inædificatum in patrimonio habetur. l. fundi appella-
tione.& l.locus.ſ.de verb.ſign. & ſic in termino fundus eſt lon-
ge maior incertitudo, adeo quod faciendo fundum in arena
maris poſſet liberari,non ſic eſt in domo,quæ eſt terminus ſpe
cificus,& ſolùm poteſt verificari in ſua ſpecie,& nō habet ſub
ſe tot ſpecies ſeparatas,ſicut habet terminus fundus,qui magis
latè patet,& ſic magis poteſt reddi eluſoria promiſſio, vel ob-
ligatio fundi, quàm promiſſio domus, & ſi diceres iſtud fun-
damentum procedit capiendo fundum ſimpliciter, vel in ge-
nere abſoluto, ſed nos loquimur quādo domus,vel fundi ſunt
in patrimonio teſtatoris, & ſic promittitur incertus de certis,
vt.l.qui ex pluribus.ſ. eo. aliàs ſi non eſſent in patrimonio pro-
miſſoris, propter nimiam incertitudinem vtrunque vitiatur,
tam promiſſio fundi quàm domus,quia dicō, quod adhuc exi
ſtētibus fundis, & domibus in patrimonio promiſſoris,adhuc
maior eſt incertitudo in fundo, qui eſt terminus latior, & la-
tius patet,vt prædixi,quàm ſit in domo, quæ eſt terminus ſpe-
cificus, mihi tamen, vt prædixi,magis placet ſubtilis opin. Pet.
de Bellaper.¶Vltimo dum Bart. cōſtituit differentiam inter le
gata,quæ conſiſtunt ex voluntate ſolius teſtatoris,quia ſi teſta-
tor ſenſit de certo,valet legatum,vt dicit tex.in d.l.ſi domus.in
prin.ſ.de leg.j.& reputatur eadem perſona.& ita tenet glo. no.
in l.ſi quis a filio.§.ſi quis plures.ſ.de leg.j.ſecus eſt in ſtipulatio-
nibus,quæ conſiſtunt ex voluntate duorum, quia ſi contrahen
tes ſentire voluerunt de certo, & non conſtet de quo, vitiatur
ſtipulatio,cùm non ſit per quem declaretur,vt hac.l.& hoc di-
cit Bart.voluiſſe glo.in d.§. gener.ſi bene aduertatur ſecundum
eum,quod eſt bene notandum ſecundum Paul.de Caſtr. quia
iſto modo dictus.§. ſi quis plures. & d.l.legato generaliter.in d.
§.fi.non habent locum in contractib. & cum Bart. etiam tenet
Cu.in d.l.ſi quis a filio.§.ſi quis plures.ſed aduerte, quia contra
Bart.in 2. membro de ſtipulatione eſt tex. in l. qui ex pluribus,
vbi dixi.ſup.eo.vbi fuit dictum, promitto fundū Seianum, &
plures erant Seiani, vt ibi exemplificat gl. vel fuit dictum pro-
mitto vnum ex fundis meis Seianis,vt ibi Imo.& Mod.exem-
plificant,& ſic fuit promiſſus incertus de certis, vt etiam gloſſ.
hic exemplificat, & valet promiſſio, vt ibi in tex. ſecus ſi pro-
mitteretur fundus ſimpliciter non expreſſo aliquo nomine, &
tunc ſtipulatio non valeret.ita loquitur gloſ.in d.§. gener. in gl.
mag.circa medium.ita etiam tenet Alex.hic in d.l. qui ex plu-
ribus.nec eſt verum fundamentum Barto. quod in ſtipulatio-
ne non eſt,per quem declaretur incertitudo, quando contra-
hentes de certo ſenſerunt, quia imò in re dubia ſtatur interpre
tationi,& declarationi promiſſoris.l.ſtipulatio iſta. §. in ſtipula-
tionibus,vbi glo.ſ.eo.& iſto modo ſtipulatio valebit.¶ Glo.in
ver.quocunque die.iſta glo.timore contrarij, quod nunc for-
mabo, ponit duas ſolutiones, & ſic duos intellectus ad ver. qđ
ſi ab initio. Secunda ibi,alij dicunt.& quia iſta gl.eſt difficilis,&
obſcura,pro eius declaratione opp.contra tex.qui vult,quod ſi
dies ex certa ſcientia fuit in ſtipulatione omiſſa,quia fuit ab ini
tio actum,quod quacunque die ſiſteres, quod ſtipulatio valet:
contra, quia dies fuit omiſſa a verbis, habetur pro omiſſa. l.
quicquid aſtringendæ. in prin.ſ.eo. ergo ita debet vitiari ſtipu-
latio, ſicut quando a principio fuit per errorem omiſſa, vt in
prin.huius.l.In gloſ.ſunt duæ ſolutiones, vna Otonis gloſſato-
ris antiqui, qui per verba obſcura fatetur oppoſitionem eſſe
veram quantum ad principalem ſtipulationem de ſiſtendo,
quia illa eſt nulla.adeo quod ex ea non poteſt agi,& talis ſtipu
latio principalis de ſiſtendo ſine die habetur pro non facta: ſed
ſtipulatio pęnalis bene valet, & perinde committitur, ac ſi in-
cepiſſet a præcedenti conditione, licèt hic præceſſerit pactio
veſtita,ſed fuit nulla propter omiſſionē diei, & ſic habetur pro
non facta, & iſtud eſt quod vult dicere iſte tex. ſimilitudinariè
loquendo ibi [quaſi quælibet ſtipulatio ſub conditione cōce-
pta vires habebit,nec antè committetur ſtipulatio,quàm fue-
rit declaratum reum promittendi ſiſti non poſſe] & tamen ſi
incepiſſet a præcedenti diſpoſitione, quæ fuiſſet valida,ſtatim
committeretur,cùm potuiſſet ſiſtere,& non feciſſet, vt in verſ.
itaque.j.ea.l.& differt iſte ver.a principio huius.l. quia quando
dies omittitur per errorem, & tunc nec principalis ſtipulatio
nec pęnalis valet,vt in prin.huius.l. ſecus quando ex certa ſciē-
tia,quia tunc non valet principalis, ſed bene valet pęnalis, vt
hic in verſ. quod ſi ab initio.¶ Iſta ſolutio.Oto.reprobatur per
Bar.& alios.Primò,quia fundatur in falſo fundamento,ꝙ ſtipu
latio de ſiſtendo iudicialis non valeat ſine die,contra.l.de die.in
prin.ſ.qui ſatiſ.cog & l.pe.C.de fideiu.& l.grecè.§.& poſt litē.j.
eo.de fideiu.ſed ab iſta ratione poteſt defendi iſta opi.quia non
intellexerit Oto,ꝙ ſtipulatio vitiaretur, eo quia dies requirere-
tur in ea,ſed quia precesserat tractatus de apponenda die,ſicut
in primo reſponſo tex. Secūdo reprobatur ex alio,quia aſſum-
ptum Oto.eſſet verum,ꝙ ſtipulatio principalis vitiaretur pro-
pter incertitudinē,ſimiliter etiā vitiaretur ſtipulatio pęnalis,qa
quādo principalis vitiatur ꝑ incertitudinē quātitatis, vel loci
vel rei,vitiatur ēt pęnalis, vt.ſ.in ver.nō ſecus.ita etiā hic debet
vitiari pęnalis vitiata principali ꝑ omiſſionē diei, ſed ad hoc
poteſt etiā rñderi,ꝙ omiſſio quantitatis,uel loci,uel rei ideo ui
tiat ſtipulationē,quia ſunt de ſubſtātia,ſed dies nō eſt de ſubſtā
tia ſtipulationis de ſiſtēdo. patet quia ualet ſine die.d.l.de die.in
prin.& firmat Bar.met.ſ.in p̄cedēti fundamēto.¶ Scđa ſolutio.
gl.eſt,ꝙ hic nō fuit omiſſa dies,ſed fuit poſita in arbitrio ꝓmiſ-
ſoris,ut quocūq; die ſiſteres. ſ.qui tibi promiſſori placuerit,iux-
ta.l.cēteſimis.§.fi.ſ.e.& iſto modo utraq; ſtipſo tenet. & princi-
palis,& pęnalis.Iſta ſol.approbatur ab oīb. præterquam a Pau.
de Caſt.

de Cast. qui dicit, ꝙ ista solutio sibi plus displicet quàm præcedens, cùm proprium eorum sit fugere, verisimiliter in cuius voluntate positum est tempus sistendi nunquam illud declarabit, & sic fiet ↄ̃ naturam iudicij, quæ est, vt exerceatur in inuitum. l. inter stipulantem. §. 1. ſ. eo. sed ad hoc respondet dupliciter Alex. primò, quòd imputandum est stipulatori, qui tp̄s sistendi in volūtatem promissoris contulit. secundò, timore pœnæ stipulationis pœnalis, quæ committitur, cùm cōstat reum sisti non posse, satis est consultum stipulatori, & ita etiam re-
* spondet Aret. tenendo istum s̄m intellectum gl. *communiter approbatum.* Subdit Bart. in 11. oppo. esse aduertendum, quòd in voluntate promissoris non est appositum an sistat, & sic substantia promissionis, quia hic fuit actum, quòd omninno sisteret, sed bene dies fuit collata in arbitrium promissoris, non est ergo in arbitrio suo an sistat, sed bene, quādo sistat, aliàs si decederet promissor antequam declaret se velle, euanesceret stipulatio, vt l. centesimis. §. fi. in versi. alij ita inutilem. ſ. eo. & cum Bart. tenent Ang. Imo. & Alex. hic. idem tenet Bart. in d. l. centesimis. §. fi. in 1. col. sed ista solutio Bar. non bene eneruat difficultatem, & vt dicit Pau. de Cast. Bart. musauit super hoc ↄ̃rio, & non bene declarauit, sed diuinat. Tu ergo dic planius secundū Cu. hic, qui reputat singulare, & notandum, & eundem Cu. in d. l. centesimis. §. fi. quòd iste text. porocedit, quia promissioni de sistendo quacunque die placuerit promissori, fuit adiecta pœna, quo casu ne pœna frustratoriè adiecta censeatur, intelligitur collatum in potestatem prmissoris, quando sistat, & sic dies sola, nō autem an sistat, & sic substantia obligationis, quo casu decedente promissore antequam sistat, vel antequam declaret se velle sistere, committitur stipulatio pœnalis, perinde ac si declarasset, vt probat in l. fi. ſ. qui sin. ma. ad liber. perue. allegata hic per Bart. & sic d. l. centessimis. §. fi. non procedit, quando promissioni cùm voluerit, vel qua die volet, esset subiecta stipulatio pœnalis, quæ esset frustratoria, si diceremus, quòd etiam pœnæ commissio intelligeretur remissa ad voluntatem promissoris, quamuis contrarium, & malè teneat Alex. hic, & sic teneas responsionem Cu. quia melius dici nō potest, quamuis eam impugnet Paul. de Castr. vno fundamento, cui respondet Alex. & bene. ¶ Glo. in versi. agendum. diuiditur in quatuor par. In prima infert ex text. In secunda ponit, quæ requirantur, vt promissor hic dicatur esse in mora. In tertia remouet in prædictis oppo. In quatra querit & si remittit. Secunda ibi, in mora ergo videtur. Tertia ibi, nec est ↄ̃. Quarta & vlt. ibi, sed an possit hæc mora. ¶ In gl. ibi, vt in distinctione, quia gl. non ponit, vbi hoc dixerit, dixit in l. mora in prin. ſ. de vsu. & in l. quod te. ſ. si cer. pet. ¶ In ea gl. ibi, vel fortè non exigitur mora, &c. dic verius esse, ꝙ imò requiratur interpellatio, vt tenet. ſ. gl. 1. ad fi. vbi dixi, & gl. in d. l. & si post tres. & probat̄ expresè in l. si penum. ſ. qn̄ dies leg. ced. & in l. si quis filiū. §. stipulatio. ſ. de collat. bo. & in l. si duo. § ait pretor. versi. ergo. ſ. de ↄsti. pe. & ibi Bar. in §. fi. ad hoc no. & facit iste tex. in ver. q̄diu p̄ promissorē non steterit. nā per promissorē nō dr̄ stare, nisi fuerit interpellatus, vt l. si ex legati. causa. ſ. eo. l. ꝙ te. ſ. si cer. pet. & ita latè tenet Bar. vbi istas gl. plenè examinat. j. in 6. q. prin. istud est clarū, qn̄ stipulatio incepit à præcedenti conditione pura, tunc bene requiritur interpellatio, vt dixi. si autē incepit à præcedenti conditione, tunc interpellatio non ↄgruit, ex quo nihil est in obligatione, sed in ↄdōne, vt dicit. ſ. gl. 1. vnde pena debet cōmitti ex conditionis euentu, vt dicit ista gl. quæ isto casu p̄cedit, & sic habes latuis per Paul. de Castr. Alex. & Aret. col. 22.

26 ¶ † Gl. in versi. penus legatæ. ex ista gl. habes, ꝙ in vltimis voluntatib. non fit differentia, an incipiat à præcedenti conditione, an à dispositione pura, vt cōmittatur pena. nā vtroque casu comittitur statim cū potuit fieri, & est cessatū, & ita latè tenet Bart. hic in versi. venio ad quartam particulam per plura
* iura per eū allegata, *& sequuntur communiter Scribenres, hic*, & bene facit iste tex. ibi, idque vtilitatis causa receptū est ob defuncti voluntatē, & sic fauore vltimæ voluntatis, quia reipublicæ interest, ꝙ voluntates defunctorū exitū ↄsequant̄. l. vel negare. ſ. quē test. aper. & cū istud specialiter sit receptū in vlt. voluntate, apparet secus esse in ↄ̃ctib. in quib. bene fit prædicta distinctio, vt hoc tex. in versi. itaque. rō diuersitatis est, quia in ↄ̃ctib. verba dubia interpretantur ↄ̃ stipulatorē. l. stipulatio ista. §. in stipulationib. ſ. eo. cū potuerit legem apertius dicere. l. veterib. ſ. de pact. illa verba si Stichū non dederis. 10. dare spondes, interpretantur ↄ̃ stipulatorem, vt promissor non teneatur ad pœnam, q̄primum potuit dare Stichū, & non dedit, sed tunc demum, qn̄ desinit posse Stichū dare, sed in vltimis voluntatib. verba latissimè interpretant̄ in fauorē illius, in cuius personā ↄonfertur dispositio. l. in testamentis. j. de re iu. & c. cū dilecti. de dona. & ideo illa verba si penū nō dederis decē dato, intelliguntur q̄primū possit hæres dare, & non dedit, statim cōmitti-

17 tur pena. ¶ † Sed hic cadit pulchrum, & necessarium dubium quid in dispositionib. legalib. vel statutarijs, an æquiparentur in hoc vltimis voluntatib. an ↄ̃ctib. & sic distinctio versic. itaque. habeat locum in legibus, & statutis. in hoc gl. solennis in l. 1. in gl. 2. C. de his, qb. vt indi. quam Bar. ibi dicit perpetuò tenēdam menti, vult, ꝙ dispositio legalis, vel statutaria æquiparet̄ potius vltimæ voluntati q̄ contractui, ideo impleri debet, quāprimum fieri pōt, aliàs incidit in pœnam absque alia interpellatione, ideo tenet illa gl. ꝙ si lege, vel statuto cautum sit, ꝙ si hæres occisi nō vindicauerit necē defuncti, quòd auferatur ei hereditas, & applicetur fisco eo ipso, ꝙ transiuit tempus intra, ꝙ potuit vindicare necem defuncti, & non fecit, debet auferri sibi hæreditas, & non debet expectari, ꝙ desinat posse vendicari. ita tenet gl. solennis. in d. l. 1. quam ēt Bal. & alij ibi sequuntur per l. 3. §. confestim. iūcto. §. si mater non petierit. ſ. ad Tert. idem tenet Bart. in l. in cognitione. ſ. ad Sylla. Bart. & Imol. in l. non solùm. §. morte. col. pe. ad fi. de ope. nou. nun. Idem Bar. in l. fi. circa fi. ſ. de reg. Cato. Bal. in tit. de pace constan. in versi. in criminalib. & in l. & si post tres. in 9. col. ſ. si quis cau. & in l. pen. in 2. col. C. de verb. sig. & in c. 1. in 7. col. de constitu. latè p̄ Imol. in l. diuortio. §. si fundum, & in l. si mora. ſ. sol. mat. Lud. in l. 4. §. Cato. in vlt. char. ſ. eo. & in l. vnica. in 3. q. C. qn̄ non pet. par. quamuis ipsemet Bar. alibi de hoc dubitauerit, & istum passum reliquit indecisum in l. suus quoque. §. sed & si filio. ſ. de de hæred. insti. & idem Bar. in l. 1. supra de in diem addict. sed d. Alexan. hic latè in 4. not. & Aret. in gl. 1. tenet, ꝙ requiratur, quòd præcedere debeat monitio, seu interpellatio, vt quis incidat in pœnam legalem, vel statutariam, & ita intelligunt ipsi gloss. in dicta l. prima. C. de his, quibus vt indignis. moti per egregiam doctrinam Innocen. & Cano. in capitul. extirpandæ. §. quia verò. de præbend. vbi tenent requiri, quòd præcedat
a monitio, [a] seu interpellatio, vt quis incurrat pœnam legalem, vel statutariam impositam pro negligentia, vel culpa commissa in non faciendo, vt ibi per Canon. cum multis concordan. traditis per Alexand. hic, & in l. si mora. in 10. colum. supra solut. matr. & vltra eum idem tenet Abb. in c. 3. de rapt. idem tenet Bart. in l. inficiando. §. infans. colum. 1. infra de furt. quamuis non bene referat Innocen. facit bene text. in c. excommunicamus itaque. §. moneantur. de hæreti. vbi Abb. not. & limitat illud dictum Innoc. ¶ Vltra Scrib. pro prima decisione, quòd dispositio legalis, vel statutaria magis æquiparetur vltimis voluntatibus quàm contractibus, adde facere, quia bonum est argumentum à testamento ad statutum &ècontra, l. fi. C. de reb. alie. non alie. § disponat. in Auth. de nup. Ang. in l. 1. supra de acquiren. hæredita. vbi Angel. addit text. quem ad hoc reputat singular. in l. 4. C. de omni agro desert. libr. 11. Item bene facit, quia per omnes modos, per quos coniecturatur mens testatoris, per eosdem cōiecturatur mens statuti, secundum Bald. inter consilia Angel. in consilio 281. quod incipit. Martinus Ioan. de Floren. columna secunda. ad finem. bene facit, ꝙ tenet Bar. in l. hæredes mei. §. cū ita. ſ. ad Treb. & in l. vt iurisiurandi. § si liberi. ſ. de ope. lib. Ad idem facit, quia prohibitio testatoris æquiparatur prohibitioni statutariæ, s̄m Petr. de Anch. in cons. 152. ꝙ incip. plura sunt dubia. notat̄ in l. filiusfa. §. diui. el. 2. de leg. 1. & in l. ea l. C. de ↄdi. ob. cau. ¶ In ↄ̃rium duo facere vīr, ideo non sine causa Bart. alibi indecisum reliquit, vt ſ. retuli. primò, quia statuta sunt stricti iuris, & strictè sunt intelligenda, & quicquid est omissum à verbis, hr̄ pro omisso. l. quicquid astringendæ, & ibi Bar. no. ſ. eo. sed in vltimis volūta. fit larga, & benigna interpretatio. l. in testamentis. de reg. iur. & c. cum dilecti. de don. Secundò facit, ꝙ pulchrè dicit Bald. in l. ↄ̃ctus. de fide instr. vbi dicit, ꝙ verba statuti debent intelligi, sicut verba stipulationis, quia statutum fit ad instar stipulationis per interrogationem, & responsionem. l. 1. §. 1. supra de leg. ¶ Glo. in verb. naturam. diuiditur in duas. In prima remouet vnum ↄ̃rium. In secunda circa legatum penus refert opin. Secunda ibi, & in pen. ¶ In prima ergo parte gl. vr̄ formare vnam oppo. ꝙ nullo casu debeat expectari, quòd desinat posse dari, vel fieri, imò ille, cui factum est legatum sub cōditione negatiua si non ascenderit capitolium, præstando cautionem Mutianam statim percipit legatum. l. Mutianæ. ſ. de condi. & demon.

ADDITIO.

a [*] Monitio. Adde, quòd quotiescunque ob cessationem, vel non factum debet quis incidere in pœnam, nunquam pœna committitur, nisi monitione, vel interpellatione præmissa, teste Dec. consilio 37. columna quinta. in fin. Felyn. in cap. si autem. versi. negligentia. de rescrip. fac. quæ scribit idē Dec. consil. 2. colum. 2. circa fin. consil. 615. colum. 1. Alexan. in l. si mora. nu. 12. ff. solu. matrimo. Aym. consil. 59. nume. 7. consil. 103. nu. 9. distinctio autem Inn. in d. c. extirpandæ. de qua per Ias. hic, locum nō habet in feudis, sed iure cōi, teste Rolan. consil. 18. colum. fin. in princip. libr. 3. MASVER.

demonſtr. Sed certè hoc contrarium non meruit ſignari, quia loquitur, quando conditio negatiua apponitur legatario, & ſic honorato, quo caſu non dicitur implere eo ipſo, quòd potuit implere, & non impleuit, aliàs non eſſet tunc neceſſaria cautio Mutiana, ſed hic loquitur, quando conditio apponitur hæredi, & ſic grauato, quo caſu diſtinguitur, vt in tex. hic, & ita in ſimili dicit Bart. ꝭ. in gl. in verſi. ſpondes. in pe. contrario, quod ibi format gl. de l. libertas. §. 1. ſ. de man. teſt. ¶In ea. gl. ibi, pēdet enim conditio, &c. habes expoſitionem ad text. dum dicit, & ipſius rei naturam, quia cōditio eſt appoſita hæredi, ideo eius natura vr̃ eſſe, vt ſi hrs non dat, vel nō, facit quamprimū pōt, dicatur impleta conditio, & iſtā expoſitionem gl. ēt ſequitur Bart. in j. opp. 4. partis prin. ad fi. ratio eſt, quia qn̄ ꝯditio apponitur hæredi, & ſic grauato, tunc legatū fit in pęnam, qa intentio teſtatoris eſt, quia qui non dat, vel non facit, incidat in pœnam, per quam inducatur, vt faciat quamprimum poteſt, & per hoc magis impleatur voluntas teſtatoris, ſed iſta expoſitio gl. & Bart. non placet, quia non eſſet natura rei, quæ operat̃, vt dicit text. ſed eſſet perſona hæredis, cui eſſet iniuncta conditio, & ſenſus tex. eſt, ꝙ natura rei legatę. i. penus ēt hoc inducat, & faciat, quòd ſi penus non præſtatur quamprimum poteſt, committitur pœna, & ſic videtur ſpeciale in legato penus, prout etiam voluit gl. ꝭ. in verſic. ſpondes. circa fi. ſed tunc quæritur, quæ ſit natura penus legatæ, propter quam videatur agi, vt legatum præſtetur quamprimum poteſt. Bartol. in 1. oppo. 4. partis. refert quoſdam dicere, quòd legatum penoris in alimentis cōſiſtit, vt l. 3. ſ. de penu leg. quibus alimentis maximè fauetur à iure. l. cùm hi. per totam. l. ſ. de trāſac. & l. ſi cui annuum. ſ. de an. leg. alibi Bal. in & l. ſi poſt tres. ſ. ſi qs cau. in lec. in 2. col. in 3. oppo. dicit, quod legatum penoris cùm tendat ad alimenta, habet diem tacitam, quæ facit, vt non expectetur, quod deſinat poſſe fieri, ſed ſtipulatio committatur ex lapſu taciti diei ſicut expreſsè, alleg. text. in l. ne ſemel. §. ſi in habitatione. & in l. Firmio. §. fi. ſupra, quando dies leg. ced. ſed illa iura nō faciunt, prout dicit Aret. quia non loquuntur in legato alimentorum, ſed in eis dies talis tacitè ineſt ex alia cauſa, quia præſtatio fit ob aliquam neceſſitatem, ideo tempus neceſſitatis inſpicitur, ita loquitur. d. §. ſi in habitatione, vel qn̄ debēt præſtari fructus certæ rei, tunc ineſt tp̄s tacitū quo naſcantur. ita loqtur. d. §. fi. ita declarat Bar. in l. q hoc anno. circa fi. ſupra eo. Itē legatum penoris de quo in tex. nō habet certā diem, ſed debet præſtari poſt interpellationē interiecto modico ſpatio, vt dicit text. in l. prima. §. item ſi ita. ſupra ad legem Falcid. Aret. aliter dicit, quod natura legati alimentorum eſt cùm fiat pro victu, quod non recipiat dilationem, ſed debeat præſtari ſine dilatione. l. ſi res. infra de appellat. recí. vbi à ſententia lata ſuper alimentis præſtandis non poteſt appellari, quia non recipiunt dilationem, hæc eſt ergo natura rei, quæ facit, vt ſi teſtator legat penum, videatur ſenſiſſe, vt præſtetur quamprimū poteſt. Cuma. aliter intelligit iſtum text. ibi, & ipſius rei naturam, quòd ſi expectaremus, donec hæres penum legatam poſſet præſtare, cùm legatum penoris contineat ea, quæ eſui, & potui ſunt deſtinata, vt l. 3. in princip. ſupra de pen. legat. vinum fieret acetoſum, frumentum, & ſimilia corrumperentur, quod non eſt in alijs rebus, quæ ſeruando ſeruari poſſunt. l. 1. §. fuit quæſitum, cum gloſſ. ſupra ad Trebel. & l. 1. C. ſi aduer. tranſa. *communiter tamen tenetur*, quòd iſte text. procedit non ſolùm in legato penus, ſed etiam in omni alio legato, & ſic in omni vltima voluntate, ne ſtet in ſuſpenſo ſecundum gl. & Ang. in d. l. & ſi poſt tres, & latè Bart. hic in 1. oppo. 4. partis. vbi dicit iſtud communiter teneri, & ita Scribentes tenent, & licèt iſte text. videatur ponere duas rationes copulatiuè. ſ. ob defuncti voluntatem & rei naturam, tamen ſecundum Bar. quando ſunt duę rationes finales, ſufficit vnam militare, vt habeat locum iuris diſpoſitio, ſecundum. gl. in §. affinitatis. inſti. de nup. & gl. in l. ſi quis ad exhibendum. cum concordan. ſupra de excep. rei iudica. Secundò prima ratio aſſignata in text. de publica vtilitate eſt gn̄alis in qualibet re relicta in vltima volunta. Tertiò text. ſupra dicit id, quæ defendebat exemplo penus legatæ, quòd illud, quod ponitur gratia exempli non reſtringit, quin idem ſit in alijs legatis. l. damni infecti ſtipulatio pertinet. in principio ſupra de damn. infect. & l. 1. §. quòd vulgo. ſupra de vi, & vi ar. ¶Quartò tex. in l. ſi penum. ſupra quando dies lega. ced. ponit idem in penu, & in fundo. ¶Gloſſ. mag. in verb. ſpondes. diuiditur magiſtraliter in duas partes princip. In prima aſſumit vnum caſum text. quando ſtipulatio pœnalis incepit à præcedenti diſpoſitione pura, & veſtita, quo caſu habet locum opin. Sabin. vt in verſicul itaque, vt committatur pœna, cùm per promiſſorem ſtetit quominus daret, vel faceret, & nō ſit neceſſe expectare, quòd deſinat poſſe dare, vel facere, & contra illum caſum gloſſ. format duas oppo. & ſic iſta prima pars ſubdiuiditur in tres particulas. In prima ponit vnum dictum text. In ſecunda contra illud opponit vno modo. In tertia opponit alio. Secunda ibi, ſecus ſi nuda pactio. Tertia ibi, ſed contra ſupra eodem. In ſecunda parte princip. quæ eſt ibi, ſi verò à conditione cęperit. gloſſ. capit ſecundum caſum, quando ſtipulatio pœnalis incepit à pręcedenti condi. ſi Stichum non dederis, promittis decem. quo caſu procedit opi. Pegaſi, ꝙ ſtipulatio pęnalis non committatur, donec deſinat poſſe dari, vel fieri, & ſic quouſque tu promiſſor viuis, & etiam Stichus promiſſus, licèt ipſum tradere nō poſſis, quia ſit in loco remoto, tamen non committitur pœna de decem, quia poſſibile eſt, quod aliquando poteris dare, nec etiam ſi habes facultatem dandi, & requiſitus à me noluiſti dare, per hoc non committitur pęna, ſed tunc demum cùm vel tu morieris, vel Stichus, quia facultas implendi conditionem, vel faciendi eam deficere non tranſmittitur ad hæredes, vt not. per Bartol. & alios in l. ſi decem cùm petiero. ſupra eodem. facit l. qui Romæ §. Augerius. ſecundum vnum intellectum Bart. ꝭ. eodem. Contra iſtum ſecundum caſum gloſſ. format quatuor oppo. & ſic iſta ſecunda ſubdiuiditur in quinque particulas. Secunda ibi, & ſic oppo. ꝭ. de fideiuſ. Tertia ibi, item opponitur ſupra eodem. l. ſi Titius Quarta ibi, item opponitur ſupra de manumiſ. teſta. Quinta, & vltima ibi, item in penu. ſimiliter alibi glo. in d. l. & ſi poſt tres. breuius reducit ad quatuor fallentias. Bart. hic eas multum plenè proſequitur in quinta parte principali, reiecta. 3. oppo. quam dicit non mereri ſignari pro contrario. ¶In eadem. gloſſ. ibi, ſecus ſi nuda. habes ſolutionem primi contrarij primæ partis, quòd iſte text. procedit, quando præceſſit conuentio pura veſtita, quo caſu, quando debitor interpellatus potuit dare, vel facere, & non fecit, dicitur contracta mora, & ſic ſtipulatio pœnalis committitur, ſed contrarium loquitur, quando præceſſit conuentio nuda, & ſequuta eſt ſtipulatio pœnalis, tunc non contrahitur mora per ſolam interpellationem, quia eius, quod in pactione nuda deuenit, non eſt petitio, nec actio. l. iuris gentium. §. ſed cum nulla. ſupra de pactis. ergo nec in dicta. l. ſi pupillus. infra eodem. & l. nulla intelligitur mora. de regulis iuris. & ſic ſtipulatio pœnalis non committitur, licèt promiſſor potuerit dare, & non dederit, ſed requiritur litis conteſtat. l. nuda. C. de contrahenda, & committenda ſtipulatio. & ſic tardius committitur pœna per litis conteſtatio. quando incipit à conuentione nuda, quàm quando à veſtita, & ſi dicatur, quod talis conteſtatio non poſſit fieri, nec ſuper nuda conuentione, quia ex illa non eſt orta actio, nec ſperatur oriri. dicta. l. iuris gentium. §. ſed cum nulla, nec ſuper pœnali ſtipulatione, quia nec ex illa orta eſt obligatio, nec actio ante exiſtentiam conditionis. l. ſi quis ſub conditione dandorum decem. ſupra ſi quis omiſſa cauſa teſtament. dic, quòd ex hoc remanet alia difficultas, quomodo debeat fieri iſta litis conteſtatio, an ſuper conuentione nuda, vt innuit dict. l. nuda. an ſuper ſtipulatione pœnali, prout innuit. l. ſi pacto quo pœnam. C. de pactis, & ſuper hoc paſſu referuntur quatuor opiniones per diuerſas rationes, quas ad plenum recitat Bartol. hic in ſexta oppoſit. quartæ partis. finaliter Bartol. ſequutus Petr. de Bellaper. & Iacob. de Are. concludit, quòd non requiratur litis conteſtatio, ſed ſtipulatio pœnalis committatur per ſolam interpellationem extraiudicialem, quæ ſufficit ad faciendum committi ſtipulationem pœnalem. Et ad dict. l. nuda. reſpondet Bartol. quòd intelligitur, quando non præceſſit interpellatio extraiudicialis, tunc contrahitur per litis conteſtationem, & ſic conditio exiſtit poſt motam litem, vt ibi dicit text. ſi non præceſſit interpellatio extraiudicialis, ſicut in ſimili lex, quæ dicit, quòd periculum rei deterioratæ incipt à litis conteſtatione, niſi præceſſit interpellatio extraiudicialis. l. in hac, & l. final. ſupra de tritic. & l. quarta. §. in hac. ſupra commodat. vidimus in l. nemo rem ſuam. 1. §. primo. ſupra eodem. & cum Bartol. tenet Angel. Cuman. Paul. & ſubtiliter Aret. hic. idem tenet Bartol. in dicta. l. ſi pacto quo pœnam, & ibi Fulgoſ. & Paul. Bartol. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. columna ſecunda. ſupra eodem. & in dicta l. nuda. mouetur principaliter Bartol. per duos textus. Primò per textum in dicta l. ſi pacto quo pœnam. in verſicul. more iudiciorum, & ſic vult non eſſe aliquid ſpeciale, cùm præceſſit nuda conuentio. Sed aduerte, quòd text. ille cum myſterio dicit, vel pœnam exiges, quòd ſignificat ab inuito, vt ibi in gloſſ. vel id, quod in conuentione nuda deuenerat conſequeris, quod ſignificat à volēte. ſ. ſi vult eua dere pœnam, & text. ibi dicit more iudiciorum, non quia ſignificet de iure ibi agi poſſe ante conteſta. ſed propter illud, quod ibi ſubdit text. quod creditor iniuſtè poſtulabat volens incipere ab executione petendo ſibi dari tenutam bonorum debitoris non præcedente ordine iudicij, iſtud facere non

poteſt

potest,hoc est,quod vult.ille text.¶Secundò mouetur Bar.per rationem, vt ipse dicit expressam in l.si cum dies.§.fi.ff.de arb. iuncta.l.1.C.eo.vbi ex sententia arbitri non oritur actio, quando factum fuit compromissum pacto nudo. d.l.1. & tamen si arbiter iussit aliquid dari,& debitor interpellatur extra iudiciũ, committitur pœna absque lit.contest.facta super eo, quod arbiter laudauit,ergo idem dicendum in casu nostro,quando id erat in obligatione principaliter non poterat peti, quia erat pactum nudum, debet sufficere interpellatio extra iudicialis, sed illum text. posses euadere respondendo, quòd d.l.si cùm dies.§.fi.loquitur,quando compromissum fuit factum per stipulationem, & non pacto nudo s*m Franc.de Ram.& Saly.in d.l.si pacto quo pœnam.sed quia ista videtur dinatio,& restrictio ad illum text.ideo potes secundum Imo.aliter respondere altero de duob. mod.vel quòd ibi non exigatur contestatio fauore litium dirimendarum,ne lites ex litib.oriantur.l.non distinguemus.§.fi.& §.de officio.ff.de arbi. & l. terminato. C. de fruc.& lit.expen.vel quòd ille text. loquatur, quando dies fuit expressa ab altero arbitro ,vel tacitè inerat tempus quadrimestre,quod datur iudicatis ad soluendum , nimirum si postquã transiuit illud tempus,cõmittitur pœna absque alia lit.contest. l.quicquid astringendæ.§.fin.ff.eo.licèt Aret. conetur vtranque
18 solutionem impugnare. ¶† Quid tenẽdum? ego non possum discedere à text.in d.l.nuda.qui vult,quòd mora committatur per litis contesta. & solutio Bart. violat illum text. ideo tene,ꝙ fiet litis contest.vel super conuentione nuda.d.l.nuda. non vt ex ea fiat condemnatio, sed quantum ad committendam pœnam per l.si Titius,& quòd ibi tenet Bartol.col.2.ff.eod.vel fiet contestatio super stipulatione pœnali.per d.l.si pacto quo pœnam.& ita tenet glo.in d.l.nuda.Imo.& Alex. hic.Bald.in d.l.si pacto. Ang.de Aret.insti.de act.in prin.& huic opinioni adhærent Antiqui,quos hic refert Bart. & ista plus placet.¶In ea.gl. ibi sol.vt ibi dixi.nam ibi loquitur , quando dies sistendi, & sic implementi fuit collatus in potestatem , & arbitrium promissoris.hic secus.¶In ea.glo.ibi,quia mora. idem dicit glo.pe. in in d.l.fideiussor obligari.§.fi.sed non intelligas gl.velle, quòd in d.§ final.mora rei principalis noceat fideiussori,ibi promiserat sub conditione,si principalis non solueret , ergo mora rei non debet posse nocere fideiussori,sed intelligas , quòd mora principalis in non soluendo purificat obligationem fideissoris , vt postea fideiussor possit interpellari , & in mora constitui. ¶In ea ibi,item opp.ff.eod.l.si Titius.vbi stipulatio inci.à conditione negatiua,& tamen solùm spectatur lit.contest.non autem , quòd desinatur posse dari,gl. respondet, quod ibi loquitur in implicitis seu ,perplexis,in quib. regulæ Legistarũ seu dialecticorum deficiũt,& vide aliud indissolubile,quod iudices indissolutum reliquerunt,ꝙ ponit Aulus Gellius in 5.noctium Atticar.c.10.de Protagora magistro,& Euthalo adolescente eius discipulo,sed hoc,quod dicit gl.de implicitis nõ tollit difficultatem illius text.ideo omissis trufis,& alijs solutionibus ibi traditis, dicit , quòd d. l.si Titius. non loquitur in casu ita implocito,quin possit explicari, & quin valeat stipulatio,nam ibi cõmittitur per lit.contesta.eo quia illi stipulatores habent similitudinem cum duob.reis credendi,de quorum natura est,vt sit locus preoccupationi per lit. contesta. l.ex duob.2.ff.de duob. reis, vnde si vnus præuenit litem contesta.stipulatio committitur, quia tunc alteri dari nõ põt,vt hic latè ꝑ Bar.referentẽ varias sol.in 2.opp.5.partis.¶In ea. ibi,item oppo.ff.de manu.&c. gloss. respondet , quòd ibi sit speciale fauore libertatis , & ita etiam respondet gloss.in dict.l.& si post tres.supra si quis cauti. sed Bartol.hic in 1.oppo.5. partis dicit , quòd illa l. non meruit signari pro contraria ad l.nostram , quia sunt casus diuersi , & non aduersi, quia ibi conditio apponitur in persona honorati, an ex implemento aliquid veniat acquirendum , sed ista lex loquitur , quando conditio aponitur in persona obligati, bene verum est,quòd in alijs relictis sub conditione negatiua requiritur cautio Mutatiana, quæ habet vim implementi.l. Mutianæ.ff. de condi. & demonstr. in hoc est speciale in legato libertatis relicto sub condi.negatiua,nam eo ipso , quòd potuit facere, & non fecit,dicitur impleta conditio , & sic non requiritur cautio Mutiana , ita loquitur d. l. libertas. §.1. quæ melius signatur pro contrario ad dict.l.Mutianæ.& cum Barto.tenent Imol. & Paul. hic. sed caue, quia in tali relicto libertatis facto sub conditione negatiua non potest congruere cautio Mutiana,quæ interponitur,vt si contra cautionem fiat,restituatur cum fructibus.l.hæres meus. §.1.ff.de condi.& demonstr. istud non cadit in libertate,quia libertas semel data non potest reuocari.l.si. C.de testa.mili.& l.1.& 2.C.si aduer.libr. ideo tunc nõ posset esse consultum hæredi per cautionem Mutianam. & ita opponit subtilis Cuman.hic , & ita impugnat , tu aduerte, quòd Bartol.met in d.l.Mutianæ.in 2.oppo. sentiens istam difficultatem,subtiliter respondet , quòd etiam in legato libertatis , relicto sub conditione negatiua , potuisset prouideri per cautionem Mutianam,nisi in ea esset speciale,quia licèt libertas semel quęsita nõ possit restitui iuribus prealiegatis, tñ bene potest restitui ęstimatio talis serui,quanti erat ante libertatem assequutam.alleg.ad hoc.l.cùm filius.§. qui Mutianam.de leg. 2.& l.seruo inuito.§. fi. ff.ad Treb.bene facit tex. in l. Papinianus.§.fi. cum l.seq.ff.de inoffic.testa. qui ponit quanti æstimari debeat talis seruus,quem text.alleg.Are.hic.¶In eadem ibi, itẽ in pen.&c.dic,ꝙ imò non est speciale in penu , sed tex.iste generaliter procedit in vltima voluntate , & sic in alijs legatis , vt dixi in gl.in versi.naturam . ¶Gl.in verbo probatur. diuiditur in duas.In prima infert vnũ ex hoc tex. à contrario sensu.In secunda remouet aliud contrarium illud fatendo. Secunda ibi,hodie verò, &c. ¶In eadem gloss.ad fin.habes ex gloss.duas conclusio. quæ sunt valdè dubiæ , & valdè disputabiles. Prima conclusio est,quod stipulatio pęnalis in dubio nouat principalem obligationem . Secunda conclusio , quòd l.final. C. de nouationib. disponens , quòd hodie non fiat nouatio, nisi expresse agatur, habet locum etiam in stipulatione pęnali , licèt illa non sit vera nouatio, sed quasi, & sic impropria, vt di-
19 cit tex.in l.obligationum ferè.§.fina.ff.titu. 1.¶† Circa primam conclusionem reassumo in dubium illud, quod tenet gloss. an stipulatio pœnalis nouet obligationem præcedentem principalem , pone. T.per solennem stipulationem promisit mihi fundum, & si fundum non dederit promisit mihi mille nomine pœnæ. T. interpellatus congruo loco , & tempore potuit dare, & non dedit , & sic commissa est stipulatio pœnalis , an prima stipulatio ad fundum sit nouata propter stipulationem pœnalem, ita vt ex prima agi non possit ad fundum , sed tantum est stipulatio pœnalis , an verò ad vtrunque possit agi, ita ꝙ vno exacto possit agi ex reliquo in eo , quod plus est , vt l.si quis à socio.& l.duo societatem. supra pro socio. & l. prædia. supra de actionibus empti. Iste articulus est necessarius ad intellectum huius text. ad versicul. final. qui à contrario sensu videtur probare, quod si actum non esset vtrunque deberi , deberetur tantum pœna , & per consequens nouata esse principalis, sed caue , quia iste idẽ text.in versi. sequen. ibi, sed & si ita cautum sit,dicit , quòd si cautum sit, vt sola pecunia non soluto homine debeatur, ergo sumpto argumento à contrario sensu,probat, quòd si actum non esset solam pecuniam deberi,ꝙ tunc vtrunque deberetur , & sic non fieret nouatio principalis per pęnalem , & sic iste facit pro & contra, si ab vtroque responso sumatur argumentum à contrario sensu,& prout etiam ponderauit glo.nostra,& isto modo erit adinuicem quædam repugnantia.Iste articulus est terribilis,& secundum Bartol. est valdè difficilis , in tantum, quòd Cyn.in l. si pacto quo pœnam.in 3.q. C.de pact.dicit, quòd ista quæstio est subtilis,dubia,& incerta,in qua mauult tacere,quàm loqui. & Cuma. hic dicit se nescire quid dicere in hoc vasto,, & procelloso passu.alibi dicit Paul.in dict.l.prædia.de act.emp.ꝙ super solutione huius dubij quot fuerunt capita, Scribentium tot fuerunt opiniones.¶Pro parte affirmatiua, quòd stipulatio pęnalis nouet præcedentem , & solum possit agi ad pœnam, est text.formalis in l.obligationum ferè. in §.pen.& fin.ff. titul. primo.& text.in l.cùm sine præfinitione.in princip.& in l. si penum.supra quando dies legat.ced. vbi sunt text. quòd quando testator legat penum , & si hęres penum non dederit,legat cẽtum nomine pœnæ , sola centum sunt in obligatione , & sola centum peti possunt. Ad idem l. prima. supra de penu legat. & l.prima.§.item si ita.supra ad legem Falcid.¶In contrarium pro parte negatiua , quòd stipulatio pœnalis non nouet primam,sed ex vtraq; possit agi, prout elegerit stipulator, est tex. in l.rescriptum.§.si pacto.supra de pactis. & l.si quis à socio, & in l. duo societatem. supra pro socio. & in l.prædia. supra de actionib.empti. & in l.apud Celsum. §.Labeo.primo.supra de excep.dol.& in l.traiectitiæ.§.de illo.supra titul.primo. & in l.si quis rem.supra de arbtr.& in l.qui Romæ. §.Flauius. infra eod. & in l.si tibi liberam.C.de euictionib.alibi text.in l. prima.§.fin. infra de stipula. seruor. videtur velle, quòd pęnalis nouet præcedentem ope exceptio. tantum , sed ille text.non loquitur in materia nostra , quando principalis , & pęnalis non conferuntur in eadem persona creditoris, sed loquitur, quando principalis confertur in personam vnius,& pœnalis in personam alterius,tunc non fit nouatio ipso iure, sed ope exceptionis tantum ,vt ibi secundum Bartol.Imol.& Cuman.Bal.in d.l.rescriptum.§.si pacto.in penultima columna. sed tu allega. text. loquentem in eadem persona in d.l.apud Celsum. §. Labeo.primo, vbi stipulator non impedit ipso iure, sed ope exceptionis agere ad id , quod in principali obligatione deuenit , ergo ipso iure non est facta nouatio,sed ad istum tex.rñde, vt per Bar

hic in secunda opposi. huius vltimæ partis. Item cùm stipulatio pœnalis contineat diuersum à principali, ergo nouatio nõ præsumitur. l. fundum Cornelianum, & l. 4. per totum. ff. de noua. ¶In hoc ergo terribili articulo Bart. in 11. opp. vltimæ partis, & præsertim in prima multum se extendit, & refert quatuor opiniones glossarum, & tres alias Antiquorum, & omnes reprobat. Deinde ponit suam octauam opinionem, quasdam alias opiniones referunt Imol. & latius Alexand. & Aret. hic, & Moder. in dicta l. si pacto quo pœnam. Tu insistendo circa dicta per Bartol. adde dum Bartol. refert quartam opi. glo. in l. prædia. in gl. mag. ante fi. ff. de act. emp. quæ dicit, aut præcedit obligatio, quæ contrahitur solo consensu, vt emptio, societas, & similes, & tunc non fit nouatio: aut præcedit obligatio, quæ contrahitur verbis, & fit nouatio. postea subdit Bart. quòd quinta opi. Fran. Accur. qui dicit, aut præcedit conuentio bonæ fidei, & non habet locum nouatio, secus si stricti iuris, reincidit in idem cum præcedenti opi. in hoc Bartol. videtur malè dicere, quia inter contractus bonæ fidei sunt aliqui, qui consensu non contrahuntur, prout est depositum, qui est contractus bonæ fidei, & celebratur re. & non solo consensu. §. pen. insti. quib. mod. re contrahi. obl. Item dum Bartol. reprobat istam quintã opi. eo quia vltimæ voluntates habent naturam contractuũ bonæ fidei, l. in minorum. C. in quib. cau. in integ. rest. non est necess. & tamen in vltimis volun. stipulatio pœnalis nouat præcedentem. d. l. 1. de pe. leg. & l. 1. §. item si ita. supra ad l. Falc. dic, quòd istud est fragile fundamentum, & reprehenditur per Bal. in d. §. si pacto. per Raph. Alex. & Aret. hic, quia vltima volun. est propriè stricti iuris quantum ad primæuam eius naturam, & solum æquiparatur contractibus bonæ fidei quo ad duo. s. quo ad fructus, & interesse, vt veniant à tempore moræ, & vt possit agi prima actione, si res deteriorata fuerit tradita, vt declarat Bart. in l. si hæres. supra de eo, quod cer. loc. & probatur in l. alias, vbi Bart. ff. de in lit. iur. facit bene text. in l. fi. ad fi. supra de condi. ob turp. cau. ¶Item dum Bart. referendo. 6. opi. dicit, quòd de iure fforum stipulatio secunda continens tantundem, seu idem quod prima, inducit nouationem. in hoc Bart. malè loquitur, & contrarium tenuit ipsemet *Bartol. & omnes sequuntur* in l. qui vsumfructum. supra eo. & ibi Alex. in specie reprrobat illud, quòd tenet Bar. hic, quia non fit nouatio, si secunda continet tantumdem, vel minus prima, secus si continet plus l. scire debemus. secundo responso, vbi gl. supra eod. & ita etiam tenet Bar. in l. pe. in vlt. col. ff. de præt. stip. ¶Septima est opi. Dy. & Iac. de Are. quod aut præcessit cõtractus bonæ fidei, & nullo modo fit nouatio. d. l. si quis à socio. & l. duo societatem. pro socio. & d. l. prædia. eo quia in contractibus bonæ fidei venit exuberantior bona fides, quàm in contractibus stricti iuris. §. in bonæ fidei. insti. de act. & l. mora. §. in bonæ fidei. & l. videamus. el 2. §. si actionem. supra de vsur. ideo æquum est, quòd ex mora, & perfidia debitoris non obseruantis promissa non inducatur liberatio à facto principali secundum Bald. in d. §. si pacto. l. rescriptum. supra de pactis. aut præcessit contractus stricti iuris, & fiat nouatio, si actor eligit ad pœnam agere, secus si ad factum principale. d. §. si pacto. & d. l. apud Celsum. §. Labeo. primo. l. quamuis. secunda. C. de vsur. & secundum istam opi. nõ obst. d. l. obligationũ ferè. §. fi. quia litera ibi dixit quasi nouatio, & sic nõ est propriè nouatio, cùm non fiat nisi actore eligente agere ad pœnam, & istam opin. sequuntur Cum. & Alex. hic, & Bal. in d. §. si pacto. sed aduerte, quòd Alex. non rñdet ad tex. allegatos per Bar. hic, & ad istã opi. s. in d. l. si quis à socio. & in d. l. prædia. qui tex. necessario confundunt istam opi. vbi ẽt si quis eligat agere ad pœnã, non tamen fit nouatio, sed potest agere in eo quòd plus est in altero. ¶Octaua est opi. Bar. quòd aut principalis obligatio est causa lucratiua, & tunc stip. ipso pœnalis, q̃ similiter dr̃ esse causa lucratiua, bene nouat præcedentem, nõ distincto an ꝯtineat plus, vel minus quàm prima, ita loquitur d. l. 1. supra de pe. leg. & l. 1. §. item si ita. supra ad l. Fal. cum sim. & ita intelligit istam. l. fi. & d. l. obligationum ferè. §. pe. & fin. facit ratio, quia duæ causæ lucratiuæ non ita faciliter simul stare possunt, sicut quando est aliqua onerosa. l. omnes debitores. supra tit. 1. & si dicatur, quis reuelauit, quòd ista. l. & d. §. fi. loquantur de obligatione ex causa lucratiua? respondet, quòd ad hoc vrget contrarietas iurium prædictorum, quæ alio congruo modo solui non potest. Item cùm non dicatur ex qua causa, in dubio in stipulatione intelligitur causa donationis, & sic causa lucratiua, vt l. campanus. ff. de ope. lib. & not. gloss. in l. 2. §. circa. supra de do. excep. si autem principalis est ex causa onerosa, tunc stipulatio pœnalis non nouat, sed potest ex qualibet agi, & vna exacta poterit agi ex reliqua in eo, quod plus est. d. l. prædia. & d. l. si quis à socio, & d. l. duo societatem. ratio est secundũ Bartol. quia quando causæ onerosæ apponitur pœna, videtur apposita ad maius robur, vt metu pœnæ citius consequatur debitum principale. l. 4. §. sed & si pignora. supra de re iudi. ideo non inducitur nouatio. Item non est par ratio lucri, & oneris seu damni. l. fin. §. licentia. C. de iur. deli. & l. final. ad fin. C. de codi. & dicit Bart. quòd iste videtur esse proprius intellectus præsentis materiæ. istam opin. sequuntur Imol. & Alex. hic, & dicit Cu. quòd ista opi. videtur satis æqua, tñ fatuum est credere secundum eum, quòd semper stipulatio præsumatur fieri ex causa lucratiua, & sic, quòd omnes leges loquentes de stipulatione intelligantur ex causa donationis. istam opi. etiam tenet Bal. in d. l. predia. & in d. l. si qs à socio. & in l. vnic. C. de his quæ pe. no. Fran. Tig. Sal. Fran. de Rampo. & Ful. in d. l. si pacto quo pœnam. & dicit ibi Sal. quòd ista distinctio tradita per Bartol. fuit ante eum Ricar. de Sal. patrui sui, & eam approbat tanquam veram, *& ista videtur magis communis opin.* quamuis Ang. in d. §. si pacto, & in l. si insulam. ff. eo. eam reprobet rationib. satis leuibus, quibus facile potest responderi sm̃ Alex. hic, & licèt Alex. nõ referat, tñ Imo. refert in specie fundamenta Ang. & eis latè respondet, quibus etiã subtiliter respondet Aret. hic. ¶Contra istã opi. Bart. Pau. adducit text. in l. quamuis secunda. C. de vsur. vbi si fui primò stipulatus minores vsuras, & si intra certum tempus mihi eas non dederis, in locum pœnæ stipulatus sum maiores vsuras, tamen si in termino non soluisti minores vsuras, & sic fuit commissa secunda stipulatio, nihilominus adhuc possum agere ex prima stipulatione, & sic non est facta nouatio, & tamen ambæ sunt ex causa lucratiua, & dicit Pau. quòd Doct. illam. l. non ponderarunt ad hoc. Tu responde secũdum Alex. hic ad fi. & bene, quòd illa. l. loquitur in stipulatione vsurarum, quæ non dicitur facta ex causa lucratiua, quia vsuræ videntur subrogatæ loco particularis interesse, vt declarat Bart. hic in 10. oppo. vltimæ partis. facit. l. cùm quidam. §. si pupillo. supra de vsur. vbi text. dicit, vsuræ. n. non propter lucrũ petentium, sed propter moram non soluentium infliguntur. ¶Insignis Doctor. do. Petr. de Bexu. Medio. dicit, quòd per punctum rationis Bar. deberet dicere totum contrarium eius, quod dicit, quòd non fiat nouatio, quando præcedit causa lucratiua seu potius fieri debeat, quando præcedit causa onerosa, eo quia excercenti actum liberalem leges magis fauent quàm alteri l. sunt, qui in id. & l. sequen. supra de re iudi. & l. ad res donatas. supra de ædi. edi. ideo si præcedat conuentio ex causa donationis, potius debemus dicere, quòd non fiat nouatio, quam quòd fiat, ad hoc, vt donator habeat magis latas habenas, vel soluendi illud, quod est in principali obligatione, vel soluendi pœnã si vult, sed non respondet Bexu. ad leges allegatas per Bartol. ideo tu potes respondere ad fundamentum Bexu. ex eo, quod tenet Bartol. in fin. 1. opposi. vltimæ partis, dum declarat. d. l. obligationum ferè. §. final. & vult, quòd ista quasi nouatio non impediat, quin promittens vsque ad litem contest. possit soluere, quòd est deductum in principali obligatione, quòd non est in vera nouatione. & ita dicit tenere Cyn. in l. nuda. in fin. C. eod. de contrahend. & commit. stipu. tamen istud non ex toto tollit difficultatem Bexu. Item adde, quod Bald. in d. l. rescriptum. §. si pacto in 1. quæstio. etiam reprobat istam distinctionem Bartol. præsertim, quia est diuinatio ad d. l. obligationum ferè. §. final. vbi text. non facit mentionem causæ lucratiuæ, vel onerosæ. Item per text. in dict. l. duo societatem. inducendo, vt ibi per eum. plures alias opinio. referunt Imol. Alexand. & Aret. hic, vide per eos, qui illas impugnant.

a ¶Quid tenendum [a] in tam difficilimo, & ancipiti passu? Aduerte, quòd in vltimis voluntatib. iura sunt plana, quòd per stipulationem pœnalem inducatur nouatio. text. sunt formales in l. prima. de pen. leg. in l. 1. §. item si ita. supra ad leg. Falcid. in l. cùm sine præfinitione. in princip. & in l. si penum. supra quando dies leg. ced. & tunc procedit opi. Bar. quia tunc causa principalis est ex causa lucratiua, & similiter causa pœnalis est ex causa lucratiua, ideo non ita faciliter simul stare possunt. l. omnes debitores. supra titul. prin. so. & l. Meuius. §. duobus, vbi glo. & Bartol. supra de legatis secundo. ideo tunc inducitur nouatio. Item vltimæ voluntates non debent stare in suspenso. l. fi. in fi. supra commun. prædior. ideo in eis fit facilius transfusio,

ADDITIO.

a ¶Tenendum. Adde eundem Ias. in l. rescriptum. §. si pacto. ff. de pactis, & dic, quòd si obligatio principalis est bonæ fidei, nunquam per stipulationem pœnalem videtur facta nouatio, secundum communem per Deci. consilio 12. colum. penul. in fin. vide tamen Bartol. hic numero 27. & qui Dec. d. consil. 12. distinguit inter obligatio. ex causa onerosa, & lucratiua, quem vide etiam in l. si pacto. circa fin. C. de pactis. vbi sequitur opin. Bartol. & dicit communem, quòd principalis obligatio ex causa onerosa non censeatur nouata per stipulationem pœnalem, secus ex causa lucratiua. de quo vide Marian. Soc. in repe. hic, numer. 144. MASVER.

sio, & executio l. apud Aufidium. supra de opt. leg. vt heres me tu pene citius adimpleat voluntatem testatoris. Item vltimæ voluntates pendent ex sola voluntate testatoris, qui præsumitur voluisse primum legatum transferre in secundum, & sic nouare, vt sua voluntas non staret in suspenso, sed haberet executionē, & istud primum membrum de vltimis voluntatibus procedit sine vllo scrupulo, & iura sunt plana. Aut loquimur in cōtractibus, & hic est difficultas, & tunc tene, quòd si prima obligatio fuit cōtracta verbis, & sic stipulatione, & similiter secunda pœnalis fuit contracta verbis, & tunc secunda pœnalis nouat primam. ita propriè loquitur text. non cauillando nec calumniando in d. l. obligationum ferè. §. pen. & fi. & text. hic in versi. fi. & est ratio, quia in habentibus similitudinem facilior est transitus. l. in rem. §. item quemcunque. cum §. seq. supra de rei ven. & ita tenet gl. in d. l. prædia. in gl. mag. circa fi. & refert Bart. hic in 4. opp. & dicit Imo. quòd ista opi. est satis sustentabilis, & quòd eam tenet etiam Bal. hic, & ego non video, quomodo realius possit responderi ad d. l. obligationum ferè. §. penul. ad fi. & pro ista opinione statim. ꝟ. allegabo bonum text. & licèt Alex. reprobet per text. in d. l. quamuis. secunda. C de vsur. vltra responsinem quam ad illum text. tradit Aret. hic, tu potes planè dicere, quòd ille text. procedit odio vsurarum, vt grauiores vsurę euitentur. Aut prima obligatio erat contracta consensu, vel aliter, & tunc aut in stipulatione pœnali erat tantum quantum in prima, & tunc stipulatio pœnalis nouet. d. l. si quis à socio. aut erat minus, & non fiat nouatio. text. est in d. l. prędia. & pro ista theorica est bonus text. in d. l. duo societatē. vbi text. facit prædictam differentiam, an contractus principalis societatis, & etiam pęne fuerint ambo deducti in stipulationem, & tunc inducatur nouatio præcedentis stipulationis per sequentem stipulationem, cùm habeant similitudinem, vt dixi, secus si sola pœna fuerit deducta in stipulationem, & non contractus principalis societatis, & tūc ex vtroque potest agi, & sic non fit nouatio, & ille text. semper me traxit in hanc opi. & ista opinio videtur mihi esse amica iurium, ideo eam consulendo, & iudicando tenerem. alias opin. vide, & reproba, vt
20 hic per Mod. ¶† Secunda conclusio gloss. est, quòd l. final. C. de nou. & §. prętereà. inst. quib. mod. tol. obig. quę disponunt, ꝙ hodie non fiat nouatio nisi expresse agatur à partibus, habet locum etiam in stipulatione pęnali, licèt ibi non sit vera nouatio, sed quasi, & sic impropria, vt dicit l. obligationum ferè. § fi. ꝟ. titul. 1. & sic habes, quòd d. l. final. quæ loquitur in stipulatione coæquea. l. continente illud idem per omnia, quod continet principalis, vt habes text. & exemplum in l. societatem. in prin. ꝟ. pro soc. habeat locum etiam in stipulatione pœnali continente quid diuersum à principali, & sic quòd stipulatio pœnalis hodie non nouat principalem obligationem præcedentum, nisi expressè fit actum, idem tenet gloss. in d. l. obligationum ferè. §. final. in l. rescriptum. §. si pacto. ꝟ. de pact. & in l. prædia. ꝟ. de act. emp. & in l. fi. ꝟ. si quis in ius voc. non ier. idem tenent Pet. de Bell. Io. de Rau. & quidam alij, vt hic refert Bar. in 9. oppo. vltimæ partis Alb. de Ros. in l. si pacto quo pęnam. C. de pac. Iac. de Bel. in disputatione, quæ incip. cauetur. l. municipali, quòd qui alium. quam ponit in l. postquam liti. C. de pact. quia d. l. final. corrigit in omnibus casibus, in quibus iure veteri fiebat nouatio, vt ibi in versicul. aliquid fecerit, ex quo veteres, &c. sed in casu isto fiebat nouatio principalis obligationis propter stipulationem pœnalem. d. l. obligationum ferè. §. pen. & fin. ergo hodie pœnalis non nouabit principalem, nisi expressè sit actum. ¶ Contrariam opin. tenent Iacob. de Aret. Gul. de Cu Rayn. de For. quos refert, & sequitur Bartol. hic in 8. oppo. vltimæ patris. idem tenent Angel. Imol. Cum. domin. Alexand. & Bexu. hic, & dicunt Cuman. Bexu. & Alexand.
* *quòd ista est communis opin.* & quòd ita communiter tenetur, idem tenet Cy. in l. si pacto quo pœnam. circa fin. & ibi Fran. de Ram. C. de pact. idem Bart. in l. prædia. ꝟ. de act. emp. Bald. Ange. & Pau. de Cast. in d. l. si pacto. Cy. in d. l. nuda. moti, quia d. l. fi. C. de nou. loquitur in casibus, in quibus fiebat vera nouatio, vt est, quando prima, & scđa stipulatio est pariter pricipalis, & sic coęquena, sed in casu nostro, quando prima est principalis, & secunda pœnalis, tunc non fit propriè nouatio, sed quasi nouatio, vt est text. in d. l. obligationum ferè. §. fi. patet, quia vsque ad lit. contest. potest offerendo, quod deuenit in prima obligatione, liberari à pena. l. 1. ꝟ. de pec. leg. quòd non est in vera nouatione, vt declarat Bart. in prima oppo. vlti. partis, ad fi ergo per iura noua nihil est hodie immutatum. Confirmatur quia cùm d. l. fi. C. de nou. sit correctoria, ergo nō debet extendi ad istum casum proprium, vbi non fit propriè nouatio, vt dixi, quia. l. corrigens non debet extendi, vt l. pręcipimus. §. fi. C. de appe. no. per gl. & Scrib. in Auth. quas actiones. C. de sacr. san. Eccl. ¶ Quid tenendum? licèt ista sit communis opinio, vt prædixi, tamen in puncto iuris potest teneri prima opi. gl. & aliorum, quos ꝟ. retuli, quòd d. l. fi. habeat locum etiā in stipulatione pœnali, vt illa hodie non nouet, nisi expressè sit actum. nam d. l. fi. emanauit ad tollendas difficultates, & ambiguitates, quæ erant de iure veteri circa materiam nouationis, sed de iure veteri nulla erat maior dubitatio, quàm ista, an stipulatio pœnalis nouet pręcedentem, vt dixi in articulo præce. confirmatur ex ratione procemiali. d. l. fi. nam procemium denotat causam finalem, vt est tex. melior de iure in l. fi. vbi Bart. Bald. & alij ad hoc not. ꝟ. de hære. inst. Bart. in l. cùm hi. in prin. per illum text. de transactio. not. d. Abb. in c. ex multa. per illum text. de voto. d. Anto. Imo. & Car. in cap. pen. per illum text. de cle. coniug. facit text. in l. regula. §. & licèt, & quod ibi not. Bart. ꝟ. de iur. & fact. igno. sed ex procemio. d. l. fi. apparet, quòd illa l. est facta ad tollendum contrarietatem legum antiquarum, quæ ꝯrietas propriè est in hoc, an stipulatio pœnalis nouet præcedentem, vnde cùm ratio sit expressa in l. corrigente, fit extensio ex identitate illius rationis. l. his solis. in versi. satis etiam tacitè cautum. vbi Bald. ad hoc not. C. de reuo. do. not. Bald. & alij in Auth. quas actiones. vbi dixi. C. de sac. san. Eccl. & per hoc non obstant fundamenta Bart. & aliorum hic, quos supra retuli, quòd ista non est propriè nouatio, sed quasi. d. l. obligationum ferè. §. fi. quia dico, quòd saltem largo sumpto vocabulo appellatione nouationis venit ista pœnalis, sed sic est, quòd in correctorijs, quando ratio est expressa in l. corrigente, licita est extensio de stricta significatione vocabuli ad latā, iuxta gl. in cle. 1. in versi. eligatur. de ele. Bald. in d. Auth. quas actio. col. 2. Pau. in l. quamuis. C. de fideicommiss. & si dicis, tenendo istam opin. quòd d. l. fi. C. de noua. habeat locum etiam in stipulatione pœnali, & consequenter, ꝙ stipulatio pęnalis hodie non nouet nisi expressè sit factum à partibus, ergo hodie frustratoria est disputatio art. præce. posses dicere, ꝙ in casibus in quibus de iure antiq. vel de iure ff. orum fiebat nouatio ipso iure, etiam hodie fiat saltem ope exceptionis, quia d. l. fi. solum corrigit iura antiqua ad inducendum nouationem ipso iu. ita tenent gl. & Bart. in l. 2. ꝟ. de noua. & sentit gl. in d. l. fi. & ibi expressius Bald. idem tenet Bart. in l. pe. col. fi. & ibi Ang. ꝟ. de præt. stip. Bart. Bald. Angel. & Paul. in l. pecuniam. ad fi ꝟ. si cert. pet. Ang. in l. certi condi. §. si nummos. eo. tit. Ioan. de Imo. in consi. 37. inci. visis ac consideratis, quæ latè scripta sunt. col.
* fi. vbi dicit, *quòd cum ista opi.* communiter transeunt Doctor. ideo consulendo, & iudican. non vr̄ ab illa recedendum ſm eum. idem tenet Alexand. in l. 4. §. si ex conuentione. supra de re iu. vbi dicit, quòd ista est magis communis opi. & ꝙ durum esset obtinere contrarium in practica ſm eum, sed caue, quia videtur, ꝙ hodie nec ipso iu. nec ope exceptio. fiat nouatio, nisi hoc expressè agatur per dict. l. fi. quę aliàs esset imposita verbis, & non rebus, ita expressè tenent Imo. Cum. & Pau. de Cast. in d. l. pe. ꝟ. de præt. stip. & in d. l. 2. ꝟ. de noua. latè Alex. sibi ꝯrius in l. qui vsumfr. supra eo. vbi adducit quamplures alios idem tenentes, quos vide per te, & ad hoc bene inducitur. d. l. fin. vt per eum. idem vbique consulendo tenuit Alex. in consi. 10. 2. vol. quod incip. visis dispositionibus, & in consi. 12. 2. vol. quod incip. visis, & consideratis verbis. in pe. & vlt. col. & in consil. 72. 2. vol. quod incip. visis, & diligenter ponderatis. & ista secunda solet in practica teneri, quam etiam tenui in l. singularia. supra si cer. pet. licèt passus non transeat sine magna difficultate propter multas auctoritates Doctorum contrarias, quę sunt hinc inde. ¶ Extra glo. Bart. per sex quæstiones princ. & multas alias accessorias examinauit latè materiam, qualiter stipulatio committatur, sequutus glo. magistrā in l. & si post tres. supra si quis cau. quarum tres cōcernunt stipulationem simplicem, & aliæ
21 tres stipulationem pœnalem. ¶† Primò quærit, qualiter stipulatio pura committatur quo ad obligationem, petitionem, excussionem, & moram, & ꝯcludit, ꝙ obligatio pura statim cōmittatur, nisi insit dies tacitè ex natura rei in obligationem deductæ, vt quando promisi facere domum, vel dare decē Romæ, vt l. ꝯtinuus. §. item, qui insulam. ꝟ. eod. vel nisi insint tacitę conditione, vt quando promitto fructus nascituros, vt l. interdum. vbi dixi. supra eod. & l. 1. C. de condi. & dem. in omni tñ obligatione quantūcunque purissima indulgetur tempus ad soluendum miserationis gratia. l. si cùm militi. ad fi. ꝟ. de compensa. de quo vltimò ponit hic latè Bart. & post eū Ang. Imol.
22 & Arc. ¶† Secundò tangit Bart. de stipulatione in diem qualiter, & quando committatur, posteà ponit, quid de die tacita, & sic legali, an interpellet, & constituat in mora, & quid in die incerta, & de his plenè, & notabi. posui in l. quoties in diem. supra eo. de die autem certa posui multas notabi. limitationes in
23 l. si ex legati causa. supra eod. ¶ Tertiò quærit Bart. de stipulatione cōditionali qualiter, & quando committatur, & posteà vuit, ꝙ euentus conditionis non constituat in mora, prout et tenui

tenui in l. quoties in diem, ſupra eod. vbi tetigi, & examinaui.
24 ¶† Quarto quærit Bartol. qualiter ſtipulatio pœnalis incipiens à præcedenti diſpoſitione veſtita committatur. ¶Quintò quando incipit à præcedente diſpoſitione nuda, in quo Bar. ſe remittit, latè examinaui ſupra in gloſſ. mag. in verſi. ſpondes. circa prin. ¶Sextò, & vltimo tractat, quando inci. à præceden. conditione, & de hoc, & quarto præceden. propriè tractat iſte text. & vidimus in gl. 1. & latius per gl. in verſi. ſpondes, & quia ſubſtantialia iſtarũ quæſtionũ tetigi. ſ. in locis ſuperius notatis, in reliquis remitto te ad Bartol. ad cuius dicta ſemper recurritur, & ita cum laude Dei remanet vtiliter, & perfectè, vt puto, expedita iſta ſolenniſſima lex in vigilia Beatæ Virginis 14. Auguſti. 1506.

SVMMARIVM.

1 *Priuatio præſupponit habitum. & nu. 17. & 18. & 44.*
2 *Vbi non eſt obligatio non cadit liberatio.*
3 *Promiſſio quantitatis incertæ non valet.*
4 *Qui dicuntur duo rei debendi.*
5 *Quis poteſt ſe ſubmittere periculo alienæ obligationis etiam incertæ.*
6 *Fideiuſſor dicitur propriè, qui promittit certum.*
7 *De iure Digeſtorum, & C. non requirebatur excuſſio principalis.*
8 *Verbum indemnitatem in fideiuſſione poſitum, quid importat.*
9 *Exceptio excuſſionis debet per fideiuſſorem ante litem conteſtatam opponi.*
10 *Qui promittit quantominus à principali conſequi poterit, vel fideiuſſor indemnitatis, poſſunt opponere exceptionem excuſſionis, etiam poſt litis conteſta.*
11 *Per ſolam petitionem extraiudicialem non factam à principali debitore, non liberatur, qui in ſubſidium promiſit.*
12 *Promiſſio ſemper eſt intelligenda, vt non ſit fruſtratoria.*
13 *De iure Digeſtorum conuento vno ex reis debendi, alter liberatur.*
14 *Litis conteſta. non debet actori nocere, ſed prodeſſe.*
15 *Per petitionem totius debiti factam ab vno ex reis debendi, & eius perceptionem, bene liberantur alij, ſecus tamen per ſimplicem petitionem etiam iudicialem.*
16 *Obligatus ſub conditione ſi conditio deficiat, non liberatur.*
19 *Qui promiſit in ſubſidium quantominus à principali conſequi poſſit, non poteſt conueniri ante principalem excuſſum. & num. 22.*
20 *De iure præſumitur, quòd quis efficiatur in futurum ſoluendo.*
21 *Sermo negatiuus non finitur in primo actu, nec intelligitur de primo actu.*
23 *Iuramentum debet intelligi ſecundum naturam actus, ſuper quo interponitur.*
24 *Iuramentum recipit omnes conditiones à iure ſubintellectas.*
25 *Poſt principalem debitorem excuſſum, & repertum non ſoluẽdo, poteſt qui promiſit in ſubſidium conueniri.*
26 *An qui promiſit ſub conditione, interim dicatur obligatus.*
27 *Quando certum eſt principalem debitorem non eſſe ſoluendo, poteſt agi contra fideiuſſorem, non excuſſo aliter principali.*
28 *Super notorio requiritur ſententia.*
29 *Notorium æquiparatur ſententiæ.*
30 *Superfluis cautionibus non eſt vtendum.*
31 *Si fideiuſſor intercedat pro obligato naturaliter tantum, ibi non eſt neceſſaria excuſſio.*
32 *Fideiubens pro fiſco, vel Principe, non poteſt petere, quòd fiat excuſſio principalis.*
33 *Qualiter fiat certum ſeu notorium iudici, principalem debitorem non eſſe ſoluendo ſine excuſſione.*
34 *Paupertas non eſt habitus permanens.*
35 *Aeſtimum fidem facit contra deſcribi facientem, vel conſentientem.*
36 *Publicum officium bonæ fidei præſumptionem inducit.*
37 *An in excuſſione bonorum principalis, & iudicis pronunciatione, qua pronunciatur poſſe agi contra fideiuſſorem, vel tertios poſ. bonorum, quia principalis non eſt ſoluendo, requiratur citatio fideiuſſoris. & nu. 40. & an ſufficiat generalis. nu. 43.*
38 *Non eſt citandus ille, de cuius præiudicio principaliter non agitur, licèt in conſequentiam poſſit tractari.*
39 *Actus non dicitur verti in præiudicium alterius, quando principaliter non affert detrimentum, ſed ſecundariò.*
40 *Quando fit excuſſio principalis debitoris, eius fideiuſſor non eſt de neceſſitate citandus.*
41 *Mora, & contumacia principalis nocet fideiuſſori.*
42 *Quando eſt quæſtio de proceſſu iudicis coram ſuperiore per viam appellationis, vel nullitatis, licèt non citetur iudex, tamen tenet proceſſus.*
45 *In his, quæ non dependent à voluntate nec poteſtate noſtra, tunc priuatio nullo modo præſupponit habitum.*
46 *Confeſſio ſeruitutis, vel manumiſſionis non præiudicat quo ad veram amiſſionem ſtatus.*
47 *Qui aliquid dicit excipiendo, non intelligitur illud fateri. & num. 49.*
48 *Si replicans contra exceptionem excommunicationis de abſolutione, & excipiens eam non probat, an intentio excipientis ſit fundata.*
50 *Per petitionem veniæ non inducitur confeſſio delicti.*
51 *Excommunicatio debet apertiſſimè probari.*
52 *Sicut negans factum non poteſt ex eo ſe fundare, ita negans iure factum.*

LEX CXVI.

1 DEcem ſtipulatus. † Nõ ſequit priuatio, niſi præcedat habitus. h. d. ſecundum Bartol. Bald. & Imo. iſtud ſummarium eſt verum in ſe, ſed eſt defectiuum, quia non complectitur totum tex. & congruentius
2 cadit pro notabili, vt ſtatim ĩ. colligam. ego ſummo ſic. ¶† Promittens quantominus creditor à principali debitore conſequi poterit, tenetur ſub conditione, & non dicuntur eſſe duo rei debendi, ideo conueniri non poteſt, niſi primo illo excuſſo, & reperto non ſoluendo, illo autem conuento nõ liberatur, quia adhuc non obligatur propter incertam conditionem, nec etiam eo ſoluente, quia tunc deficit conditio, & vbi non eſt obligatio, non cadit liberatio. h. d. totus tex. nihil omittendo, & eſt magiſtralis lex, & erit ſutbilis, & ſubtilem habet materiam. ¶Diuiditur in ſeptem partes. In prima ponitur thema, & deciſio in genere. In ſecunda ponitur vna deciſio in ſpecie cum notatione Pauli. In tertia per modum rationis ponit aliam deciſio. In quarta aliam. In quinta ponitur vna illatio cum eius ratione. In ſexta alia. In ſeptima alia. Secunda ibi, ſed & ſi decem. Tertia ibi, non enim ſunt duo rei. Quarta ibi, ſed Meuius ſub conditione debet. Quinta ibi, igitur nec Titio conuento. Sexta ibi, & ſoluente Titio. Septima, & vlt. ibi, nec Meuius, & ſic ſunt tres deciſio. in ſpecie vſque ad verſi. igitur, poſteà ponuntur tres illationes. In text. ibi, ſine dubio Meuius periculum poteſt ſubire, ideſt incidentiam obligationis, & ſic
3 poteſt obligari ex tali promiſſione. ¶† Dubium faciebat, quia talis promiſſio continebat quantitatem incertam, ideo videbatur non valere, per reg. l. ita ſtipulatus. ſupra proximè præce. Contrarium deciditur in hoc text. & ratio decidendi eſt, quia licèt talis promiſſio à principio ſit incerta, tamen ſatis eſt, ꝙ poſteà poſſit certificari, & declarari facta excuſſione prin-
4 cipalis debitoris, vt in fin. iſtius legis. ¶† In text. ibi, non enim ſunt duo rei Titius, & Meuius eiuſdem obligationis, dic quia illi ſunt duo rei debendi, qui in eandem quantitatem ſimul, & eodem tempore concurrunt, & æquè principaliter. nam diſparitas impedit conſtitutionem duorum reorum. l. eandem. ff. de duobus. reis. Item vno ſoluente alter liberatur, quorum neutrum eſt in iſta. l. iſti enim non ſunt obligati æqualiter, ſed diſpariter, quia vnus primò debet exigi, & alius poſteà ſi primus ſoluere non poſſit. Item nec vnus eſt principalis, & alius fideiuſſor, quia tunc poſſet ſtipulator iſto iure Digeſtorum agere contra quem vellet. l. iure nr̃o. C. de fideiuſſorib. ſed hic non poteſt incipere à Meuio, ſed habet neceſſe prius conuenire Titium principalem debitorem, & eum excutere, vt in fine huius legis dicitur. ¶Nota primò ex prima parte, quòd quis poteſt promittere ſoluere, quantominus poterit creditor conſequi à ſuo de-
5 bitore, ex quo correlariè not. † quòd quis poteſt ſe ſubmittere periculo alienæ obligationis etiam incertę facit. l. ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti. §. poſſum. & l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. §. final. ſupra eodem. & l. ſi decem. ff. de ſolut. & l. ſi quis ab alio. ff. de re iudic. ſed aduerte, quòd iſte Meuius, qui ſecundo loco promittit in defectum principalis debitoris, non exiſtentis ſoluendo, videtur poſſe dici fideiuſſor, nam ille dicitur fideiuſſor, qui promittit, quantominus poteſt exigi à principali, etiam ſi ſimpliciter promittat. §. finali. Inſtitu. de repli. ergo expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur. l. tertia. ff. de legatis primo. & l. non rectè. C. de fideiuſſorib. ad idem facit text. in l. ſi fideiuſſores. ff. de fideiuſſor. tutor. vbi text. dicit, qui promittunt ſe reddituros, quod ab alijs haberi non poteſt, onus fideiuſſorum ſuſcipiunt, & ſic videtur, quòd eis competunt priuilegia, quæ competunt pro fideiuſſoribus, tenę contrarium, quòd iſte Meuius, qui ſecundo loco promi-
6 ſit non eſt propriè fideiuſſor, eo quia † fideiuſſor dicitur propriè ille, qui promittit certum, quia tamen ſimpliciter intercedendo promittit illud, ad quod tenetur principalis debitor, ſemper tamen tenetur ad certum, vt toto titul. C. & ff. de fideiuſſorib. & gloſſ. magiſtra. in Authent. de fideiuſſor. in prin. fideiuſſor dicitur ergo, qui promittit certũ, ſed in iſta l. iſte Meuius non promittit illud idem, quod principalis, ſed promittit incertum, quantominus à principali poterit exigi, & non ſcio meliorem dr̃iam inter iſtos duos terminos quàm iſtam, quia

fideiuſſor

fideiussor promittit certum, hic promittit incertum, ergo non
est propriè fideiussor, & per hoc infert not. in l. fin. in princip. ff.
si cert. petat. quod in ista, & in illa. l. Meuius qui promittit quã-
tò minus à Titio consequi possit, etiam si renuntiaret benefi-
cio de fideiussoribus, non potest cõueniri ante Titium excus-
sum, quia ista excussio ponitur hic pro complemento con-
ditionis: nam iste Meuius promittit sub conditione, si non exi-
gatur à primo, ergo primo oportet, quod adimpleatur condi-
tio, & sic, quòd prius excutiatur Titius ad hoc, vt sit locus pro-
missioni Meuij, & hoc reputat multum not. & sequitur ibi. d.
7 Alex. † nam iure isto fforum, & C. non requirebatur excussio
principalis ad hoc, vt fideiussor posset conueniri. l. iure nostro.
C. de fideiussorib. & tamen isto casu secus erat etiam iure isto,
vt hic, & d. l. fin. sicut etiam in simili in fideiussore indemnita-
tis, qui promisit in defectum alterius, scilicet alium cõseruare
indemnẽ, qui etiam si renũtiaret beneficio de fideiussorib. ta-
8 men non potest conueniri ante principalem excussum, † quia
verbum indemnitatem hoc sonat, quòd promittens ita de-
mum teneatur, si non possit consequi a principali, & ita not. te-
net Bar. in l. 1. C. de conue. fis. debi. libr. 10. & idem Bar. in l. quæ-
ro, & ibi Salic. & Raph. Ful. ff. loca. Bald. in l. 1. C. de reuoc. his,
quæ in frau. credit. Salic. in l. 1. in 2. colum. C. ꝙ cum eo. & in l.
1. C. de fideius. tut. & in l. 2. C. si mater indẽ. prom. & simpliciter
Aret. in l. si ita stipulatus fuero te sisti. §. pe. ssum. ſ. eod. & multũ
latè dom. Alex. in consil. 32. 4. volum. incip. in causa executio-
9 nis motæ contra Bartholomeum. ¶† Alia est notab. differen-
tia, quia fideiussor conuentus debet ante lit. contesta. oppone-
re exceptionem excussionis, quia lite cõtest. amplius oppone-
re non pot, quia ista est exceptio dilatoria, ergo ante litem con-
testa. opponenda. l. ita demum. cum similib. C. de procur. & ita
expresse tenent Cy. Bald. & Sali. in l. exceptionem. C. de proba.
Cyn. in Authen. præsentæ. in 3. quæst. C. de fideiussor. Bald. in l.
1. in 3. colum. C. de conue. fisc. debi. libr. 10. Sal. in l. 2. C. commu.
diuidun. & in Authen. hoc si debitor. in pen. quæst. C. de pigno.
Pau. de Castr. in l. fi. ff. si cert. pet. d. Alex. in consil. 78. primæ par-
tis, quod incip. & in causa, lite vertente per Bartol. in 5. colum.
10 † non sic est in isto, qui promittit quantominus à principali
consequi poterit, vel in fideiussore indemnitatis, quia isti pos-
sunt opponere exceptionem excussionis etiam post litem cõ-
testa. quia istud prouenit ex natura conuentionis. Item, quia
hic ante conditionem impleram, & sic ante Titium excussum
non videtur esse nata actio neque petitio, & sic videtur sine
actione agere, ergo videtur ipso iure posse per iudicem expel-
li. l. si pupilli. §. videamus. cum similib. ff. de negot. gest. ergo
etiam post lit. contest. debet posse per Meuium opponi, sed si
non opponeretur, Bar. tenuit singulariter in dict. l. fi. in fi. ff. si cer.
peta. quod iudicium procederet, quod vltimum an sit verum,
ibi satis dixi. Item ista exceptio est exceptio dubia propter in-
certum conditionis, vt in litera, ergo habet vim exce-
ptionis peremptoriæ, ergo potest etiam post litem contesta,
tam opponi, vt not. in l. exceptionem. C. de probationibus, &
ita tenet Raph. Cuman. hic, & eum refert, & sequitur Paul. de
Castr. hic circa finem, & licèt ipsi non dicant, idem in terminis
11 tenet Bald. in capitul. ex rescripto. de iureiurand. ¶† Secundo
principaliter not. ex secunda parte text. ibi, sed & si decem
petieris à Titio. quòd per solam petitionem extraiudicialem
factam à principali debitore non liberatur Meuius, qui in
subsidium promisit, rationem assignat iste text. quia iste Me-
uius non promisit purè, sed sub conditione si à Titio exigi
non poterit, ergo cùm incertum sit an Titius conuentus
possit soluere, & sic conditio adhuc pendeat, ergo Meuius non
potest interim conueniri. Adde declarando istam rationem,
nam Mæuius promsit quantominus poterit exigi à Titio, illa
verba quantominus faciunt conditionem, si & quatenus non
poterit exigi à Titio, vt hic, & l. si decem. ff. de solutionib. ergo
oportet primò, quòd conditio verificetur, antequam Meuius
possit conueniri, ergo per solam petitionem factam à Titio
cùm nondum per hoc sit purificata conditio, non poterit
Mæuius conueniri. ¶ Aliam rationem assignat text. in dict. l.
final. in princi. ff. si certum petatur, quia si per solam petitio-
nem iudicialem factam à Titio liberaretur Meuius, illa pro-
missio Meuij esset inutilis, & nihil operaretur, quia nunquam
ex promissione sua posset Meuius cõueniri, nam ante Titium
conuentum, & excussum non potest agi contra Meuium, vt
hoc text. in fin. nec etiam post Titium conuentum, quia iam
esset liberatus, & sic frustratoriæ esset receptus in promissio-
nem, sed promissio semper debet intelligi, vt non sit frustra-
toria. l. hanc legem. ff. de contrahen. emptio. & l. si quando. ff.
12 de legat. primo. ¶† Sed aduerte, quòd ista secunda ratio Iuris-
consul. non videtur esse generalis, tenendo illud, quod tenet
gloss. Bartol. & Doctor. hic, & ibi, quòd quando notorium es-

set Titium principalem non esse soluendo, tunc potest agi cõ-
tra secundum, qui in subsidium promisit, absque eo, quod pri-
mus aliter conueniatur, ergo promissio secundi non esset
tunc frustratoria, ergo ratio Iurisconsulti non esset generaliter
vera, aut gloss. & Doctor. malè loquuntur. Aret. hic in secundo
notab. respondet, quòd regulariter esset frustratoria promissio
Meuij, nisi in casu notorietatis, sed ista responsio non tollit dif-
ficultatem, quia isto modo ratio non esset generalis, & ad tol-
lendum consequentiam sufficit dare vnam instantiam, iuxta
glo. in l. creditori. ff. de operis noui nuncia. & in c. sicut vrgeri.
2. q. 1. nisi dicas, quod illa ratio Iurisconsulti à princip. genera-
liter procedit in omni promissione in subsidium facta simpli-
citer, & indefinitè. ¶ Amplia istud notabile, & istum textum.
quòd non solùm per solam petitionem factam à principali
debitore non liberatur Meuius, imò etiam si principalis fuerit
per sententiam condemnatus, adhuc non liberatur Meuius,
nisi sequuta solutione, per rationes prædictas, vt dicit text. ibi,
nisi iudicatum Titius fecerit, idest nisi satisfecerit sententiæ,
quo casu adhuc non propriè liberatur, sed non incidit in obli-
gationem, vt in glo. in verb. non erit solutus. ¶ Contra istud
not. & sic contra istum text. allego fortem text. qui non allega-
tur à Scribentibus in d. l. fideiussor obligari. §. fin. ff. de fideiusso.
vbi est tex. quod per solam interpellationem factam à princi-
pali debitore, si tunc non soluit, statim tenetur, qui in subsidiũ
promisit, ergo de directò contra istum textum, sol. per illum
text. limitatur ista. l. & d. l. fi. nam ibi dictum fuit, si reus quadra-
ginta, quæ ei mutuaui, non soluerit, Seius promisit, & sic par-
tes ibi considerauerunt actum non factæ solutionis, vt ibi dicit
text. & ideo si petatur à reo, & non soluat, statim potest Seius
conueniri, qui in subsidium promisit, ita punctualiter loquitur
ille text. sed hic termini sunt diuersi, quia hic Meuius promisit
quantominus à Titio consequi posset, & sic partes considera-
uerunt impotentiam, sed non potest sciri, an vel quãtum pos-
sit Titius soluere, nisi prius cõueniatur, & excutiatur, ergo per
13 solam conuentionem primi non tenetur secundus. ¶† Ter-
tiò diligenter not. ex text. ibi, non etiam sunt duo rei, quòd isto
iure fforum conuento vno ex reis debendi, alter liberatur, &
sic iure isto per petitionem factam aduersus vnum ex reis de-
bendi alter liberatur, nam text. iste dicit, quod Meuius non li-
ratur, quando principalis conuenitur, quoniam non sunt duo
rei debendi, ergo si essent duo rei, text. vult, quòd per conuen-
tionem vnius alter liberetur, & ita est text. in l. 2. ff. de duob. reis.
hodie secus videtur per l. final. in versic. idemque. C. de fideius-
sor. vbi etiam per sententiam latam contra vnum ex reis. de-
bendi alter non liberatur, nisi sequuta sit actualis exactio, & est
ratio. quare per petitionem, & sic per litis contest. factam con-
14 tra vnum ex reis debendi, alter non debeat liberari, † quia litis
contesta. non debet nocere actori, sed prodesse. l. non solet de-
terior. & l. nemo enim. ff. de reg. iur. & l. aliã. ff. de noua. Rapha.
Cum. hic ingenuè fatetur, ꝙ hodie istud corrigatur per d. l. fi. &
sic, quòd ista. l. & d. l. 2. in hoc sint hodie correctæ. idem, & ple-
nius tenet ipse Raph. Cum. in d. l. 2. ff. de duob. reis, sed istud nõ
est tenẽdum, quia euitanda est legum correctio. l. præcipimus.
15 in fi. C. de appellat. & c. cum expediat. de elect. in sexto. ¶† Vn-
de dic melius, quòd per petitionem totius debiti factam ab
vno ex reis debendi, & eius perceptionem, bene alij liberantur,
secus per simplicem petitionem etiam iudicialem. dicta l. fi-
nal. C. de fideiussorib. etiam de iure isto fforum secundum
* glo. *& communiter Docto.* in dict. l. 2. ff. de duob. reis, & plenius
Bartol. in l. ex duobus. 2. in 3. quæst. ff. de duob. reis. & ad istum
text. dic, quòd licèt dicat, non enim sunt duo rei, non istud di-
xit, quia velit per simplicem petitionem factam ab vno reo
alterum liberari per prædicta, sed istud ideo dixit, vt ostende-
ret, quòd quando sunt duo rei debendi, creditor potest eligere
quem vult, secus est in casu huius legis, vbi de necessitate de-
bet prius excuti principalis, vt hoc text. in fin. & ita etiam re-
spondet domin. Alexand. hic, licèt Raphael. non faciat men-
16 tionem. ¶† Quartò not. quòd obligatus sub conditione, si
conditio deficiat, non liberatur, & sic videtur hic esse text. qđ
ab obligatione conditionali nõ cadit liberatio, intellige, quod
propter defectum conditionis non liberatur, sed eximitur, vt
non incidat in obligationem, ita propriè loquitur text. hic, si
autem pendente conditione fiat solutio, aut pactum libera-
torium, interim non potest liberari, cùm non sit obligatus, sed
si posteà existat conditio liberatur, vt ex tunc, quia fingitur
prius obligatus, & posteà liberatus. l. sub conditione, & ibi
Bartol. infra de solut. Pau. de Castr. & Aret. hic, & vide Aret. in
l. 1. §. si vir. in antepen. & penult. colum. ff. de acquirend. possess.
¶ Quintò not. ex text. ibi, & soluente Titio non liberatur Me-
uius, quia nec tenebatur, ꝙ vbi non est obligatio, non potest
cadere liberatio. ꝯcordant. l. sub ꝯditione. ff. de solu. & l. 1. versi.
cæterum.

cæterum.ff.quib.modis vſusfr.amit. & ibi gloſſ. plurimas concordantes ad hoc alleg. ex hoc text. not. Bartol. & Doctor. &
17 ad hoc quotidie allegatur, quod † non poteſt ſequi priuatio, niſi præcedat habitus, & ſic priuatio præſupponit habitum. concordat.l.manumiſſiones, & ibi Scribentes.ad hoc not.ff.de iuſtit.& iur.& l.remittit.in fin.& ibi Salic.Fulg.& Ludo. ad hoc not.ff.de iureiuran.& in l.1.§.1.ff.de remiſ.& in c.ad diſſoluendum.& ibi Abb.ad hoc not. de deſpon. impub. & text. in cap. de infidelibus, & ibi dom. Abb.in vlt. not.ad hoc not. de conſang.& affin.& in c.1.§.1.& ibi Gem.ad hoc not.de reſtitu.ſpo. in 6.& text. in c. quod verò non formatum.32.q.2. & ibi vide glo.not.quę ad hoc multa ſimilia adducit.¶Secundò ad iſtam regulam adde, quòd non poteſt poni priuatio, vbi non cadit habitus, vnde non rectè diceretur, equus eſt mutus, quia habitus loquendi non cadit in eo, nec lapis dicitur eſſe cæcus, q̄a habitus videndi non cadit in eo, & ſic pupillus non eſt propriè inteſtatus, quia in eo non cadit habitus faciendi teſtamentum, vt l.1.in princip. ff.de ſuis, & legit.& ita declarat Bart.in conſil. 138.incipien. hæc eſt copia cuiuſdam ſtatuti Sancti Seueri.
18 ¶† Tertiò adde, quòd ſemper priuatio præſumitur poſterior, ſicut natura, ita & tempore, ſecundum Bald.in l. final.in quinta quæſt.C.de edict.diui Adr.tol.¶Quartò per inſtrumentum legitimationis probatur quem fuiſſe illegitimè natum, ita not. Bal.in l.2.per illū tex.C.de iure aureo.anul.quia omnis diſpenſatio præſupponit contrarium veritatem eſſe, & reputat not. dignum, & ſequuntur ſimpliciter Paul.de Caſt.& Alexan.hic. ſed Ludouic.Roma.in l.1.in princip. ff.de oper.nou.nunc.ſimpliciter dicit, q̄ dictum Bald. eſt falſum, & malè, vt patet ex prædictis. ¶Quintò per inſtrumentum emancipationis probatur patriam poteſtatem præceſſiſſe, ita not. Bald.in l.final.§. final.in quinta colum. C. de ſen. paſ.per illum text. in verb. teſtem habeant. ¶Sextò faciens repudium confitetur matrimonium, vt eſt text.in §.quoniam.in Authen. quib.mod.natu. effic.legit.& in l.Iulianus, in fi.ff.de repud.glo.& Bart.in l. ſi mihi, & tibi.§.fi.ff.de leg.1. Bart.in l.legata inutiliter.ff.de adimen. leg. ¶Septimò per inſtrumentum refuſionis probatur dos cōſtituta. ita not. Bald.in l.ſemel.per illum text. C. de apo. publi. libr. 10.¶Octauò per inſtrumentum treugæ probatur guerra præceſſiſſe, ſecundum Bartol. in l.legata inutiliter. in princip.ff.de adimen.legat.Bald.& Imol. in l.cùm tale. §.finali.ff.de condi.& demonſtr.¶Nonò monachus, qui reperitur obtinuiſſe licentiam tranſeundi ad aliud monaſterium, præſumitur, quòd receſſerit, & qui reperitur in libro bannitorum, præſumitur fuiſſe bannitus, ſecundum Bald. & Salyc.in l.moueor.C.ſi ſer. expor. vene.iſtud not.ſic ampliatum quomodo procedat,
19 latè examinat Bart.dicam infra poſt gloſſ.¶† Decimò, & vltimò not. ex fin. text. quòd iſta promiſſio quantominus à debitore conſequi poſſit, demum committitur facta excuſſione contra principalem debitorem, & nō prius, & ſic, qui promittit in defectum alterius, demum tenetur excuſſo principali, & non aliter. ratio eſt in promptu, quia aliter ſciri non poteſt, an principalis poſſit facere, niſi fiat eius excuſſio, & ſic iſta conditio non poteſt impleri, niſi facta eius excuſſione, & ſic habes ex textu duas regulas, vnam expreſſam, aliam à contrario ſenſu: prima expreſſa, negatiua eſt, quod qui promittit in ſubſidium, quantominus à principali conſequi poſſit, non poteſt conueniri ante principalem excuſſum. ſecunda regula tacita, & affirmatiua, quæ venit à contrario ſenſu text. eſt, quòd poſt excuſſum principalem, ſi reperiatur non ſoluendo, quod tunc poterit conueniri Meuius ſecundus promiſſor. ¶Sed opponitur contra iſtum text. quòd etiam facta excuſſione principalis Meuius conueniri non poſſit, nam iſta verba quantominus à Titio conſequi poſſes, ſunt extēſiua in futurum tempus, & indeterminata, vnde verbum poſſes, extenditur ad futurum.l.ſi ita quis.ff.de legatis ſecundo.& l.quod ſeruus.in fin. ff.de condictio.ob cauſam.& ibi gloſſ.in l.fin. dicit, quòd verbum poſſes, eſt multum extēſiuum in futurum, quandiu poſſibile eſt. Bar.no.in l. ſuus quoque. §. ſed & ſi filio. ff.de hæred. inſt.vnde licèt creditor non potuerit exigere nunc, tamen quia conditio negatiua negat in perpetuum, non eſt verificata hæc
20 conditio, quoniam poterit in futurum conſequi. † Nam etiā concurrit præſumptio iuris, quòd in futurum efficietur ſoluendo. l. ſi defunctus. C.arbitr.tutel. & l.cura. §. deficientium. ff.de munerib.& honorib.reſpondet Raphael.Cuman. per no. in l.præceden. quod quia ſecunda promiſſio habet reſpectum ad primam obligationem puram, intelligitur ſecundum eam, nam inſpicitur, quòd Titius poſſit facere tempore quo ſtipulator eum conuenerit, & hoc quando promiſſio Titij eſt pura non habens diem, nam ſi haberet diem, intelligeretur tēpore illius diei, vt hic per eum, alij nihil tangunt de hoc.¶Iſta reſponſio Raph. licèt videatur colorata, tamen redditur dubia, quia in ſecunda promiſſione ſunt diuerſa verba, quàm in primam, nam prima fuit pura, & ſimplex, & non habens tractum in futurum, vnde intelligitur promittere de præſenti. §. omnis.inſtitu.de verbo.oblig.& l.centeſimis.§.fi. ſ. eod. ſecunda autem non eſt ſimplex, ſed facta per verbum indeterminatum habens tractum in futurum. ſ. ſi conſequi non poſſet, vnde ſi ſecunda fuiſſet ſimplex, bene intelligeretur ſecundum præcedentem, per notata in legib. præced. quæ ita loquuntur, ſed iſta non fuit ſimplex, ſed facta per verba multum diuerſa, & indeterminata, & habentia tractum in futurum. Præterea, & fortius, q̄ ſolut.Raph. non ſit vera, & ſic, quod iſta ſecunda promiſſio non poſſit intelligi ſecundum præceden.quæ eſt pura, patet, nam ex præcedenti ſtipulatione cùm fuerit pura poteſt Titius de præſenti conueniri, vt in iuribus præallegat. ſed iſtud non poteſt dici in ſecunda promiſſione, quia licèt Titius primus promiſſor poſſit de præſenti conueniri, tamen non ſic ſecundus, imò primo conuento adhuc non poteſt conueniri ſecundus, niſi primò excutiatur primus, vt hoc text. ergo ſecūda non intelligitur ſecundum primam, imò habet omnino diuerſam, & ſeparatā, naturam à prima, niſi intelligas, q̄ ſecūda promiſſio habet reſpectum ad primam principalem puram, vt quemadm. prima non habet tractum in futurū, ita quam primum per primam excuſſionem reperitur principalem debitorem non poſſe de præſenti ſoluere, ſtatim tenetur ſecundus, qui in ſubſidiū promiſit, nō cōſiderato aliter futuro tēpe, quia verbum poſſes, iſto caſu limitatur per pręcedentem promiſſionem puram.l.ita ſtipulatus.in verſ.Sabinus.in verb.confeſtim, & in verſ.ſeq.cum ibi not.ſ.eod. quantomagis in ſecunda promiſſione facta in ſubſidium, vt non reddatur inutilis; & credo, quod iſta fuerit mens Raph.¶Vltra Raph. poſſet ſecundo modo reſponderi, quòd illa verba quantominus à Titio conſequi poſſes, licèt ſint indeterminata, & habentia tractum in futurum, tamen primo excuſſo, ſi reperiatur eum non poſſe facere, committitur tunc ſtipulatio ſecundi, quia illa intelligitur de prima excuſſione, & de prima impotentia per regulam.l.boues.§ hoc ſermone.ff.de verb. ſignifi.& l.dotis promiſſio.in verſi.fin.& ibi Bart.not.ff.de iure dotium, & latè cumulaui iſtam reg in l.diuortio.§.quod in anno. ff.ſoluto matrimon. facit.l.eum qui calend.s.in princip.ſ.eod.& hoc fortius, vt dixi in caſu præſenti, ne aliàs ſecunda promiſſio reddatur fruſtratoria, & inanis. ¶Sed huic reſponſioni licèt coloratæ fortiter obſtat, quia prędicta regula, quòd promiſſio intelligatur de primo actu, procedit in promiſſione affirmatiua, & ſic pro-
21 miſſiua, ſecus eſt in negatiua, † quia ſermo negatiuus non finitur in primo actu, nec intelligitur de primo actu, vt eſt gl. valdè not.in l.hoc genus. ff.de condi.& demonſtr. & ibi Bart. multum no.& repuat eam multum tenendam menti, & ibi etiam not.Pau.de Caſtr. qui hoc reducit ad practicam, & licèt illa gl. & Doctor.non allegent, pro ea eſt text. not.in l. ſi ſic ſtipulatus ſum.vbi dicetur.infra e. d. ſed in iſto text. ibi à Titio exigi non poterit, ſunt verba negatiua, & indeterminata in futurum, ergo non debent intelligi de prima impotentia, & excuſſione.
22 ¶† Primam regul.huius text.quæ eſt negatiua, quòd ante Titium excuſſum non poteſt Meuius conueniri, limita ſingulariter, quando Meuius, qui promiſit, in ſubſidium iuraſſet, tunc virtute iuramenti poterit conueniri ante principalem excuſſum, ita ſingula, tenet Bald.in cap.ex reſcripto.de iureiuran.per illum text. vbi facta erat promiſſio per ſecundum in ſubſidiū, ſicut & hic, ita quòd virtute pacti requirebatur excuſſio principalis, ſicut & hic, tamen iuramentum facit, quod poſſit conueniri ante principalē excuſſum, & iſtam limitatio. ſequitur dom. Alexand.in conſil.32.4. volum.incip. in cauſa executionis motæ contra Bart.in vlti. colum. ſed eam reprobat ipſemet dom.Alex.ſibi contrarius in l.fin.in princip. ff.ſi cert. petat,
23 motus, † quia iuramentum debet intelligi ſecundum naturam actus, ſuper quo interponitur.l.fin.C.de non numer. pecu. ergo debet intelligi excuſſione prius facta. Ego ſæpè per multa oſtendi non eſſe verum, q̄ iuramentum intelligatur ſecundum naturam actus, ſuper quo interponitur.dixi in l.ſi conuenerit.ff.de iuriſdictio.omniū iudicum, & in l.ſed & ſi poſſeſſori. §.item ſi iurauero.ff.de iureiurand. & ad dict. l. fin. reſpondeo, quod procedit, quando adeſt defectus conſenſus, vel eſt limitatus, nam tunc iuramentum bene intelligitur ſecundum naturam actus, ſuper quo interponitur, vt in eo, qui iurauit ſub ſpe futuræ numerationis, aliàs ſecus, vt declarat magiſtraliter Bartol.in l.ſi quis prò eo. in vltima columna. ff. de fideiuſſorib. ¶Prædictam limitationem Bald.etiam reprobat domin. Fely. in dict. capit. ex reſcripto. in vltima columna. licèt nullam de d.Alex.faciat mentionem, nec de eius contrarietate.motus per fundamentum domin. Alexand. ſupra proximè factum, quia iuramentum debet regulari ſecundum naturam actus, ſuper

quo

24 quo interponitur.d.l. fi.item, † quia iuſm recipit omnes con-
ditiones à iure ſubintellectas.c.quemadmodum. de iureiur. &
iſta eſt vna dubia limitatio de excuſſione, quãdo quis promit-
tit in defectum alterius. ¶Ego alia ratione ſoleo reprehendere
limitationem Bal. quia cùm iſte ſecundus teneatur ſub condi-
tione, vt hoc text.ante purificatam cõditionem non põt iuſm
operari purificationem conditionis,vt eſt tex.in d.cap. quem-
admodum.de iureiur.Bald.in rubr. C.de rer. pemu. ergo iuſm
non poteſt facere, ꝙ non impleta conditione, & ſic non facta
excuſſione primi,ꝙ ſecundus conueniri poſſit,& Bal.ſibi ꝯrius
in c. cùm contingat.in 12. col. de iureiur. tenet competere ex-
ceptionem excuſſionis non obſt.iuro. ¶Secundam regul.text.
25 affirmatiuam, ꝙ † poſt debitorem principalem excuſſum, &
repertum non ſoluendo poteſt Meuius conueniri,limita ſing.
niſi ſtipulator fuerit in negligentia exigendi à Titio,tempore
quo erat ſoluendo: nam licet poſteà efficiatur non ſoluendo
poſt eius excuſſionem, non poterit conuenire Meuium, quia
negligentia ſtipulatoris debet ſibi nocere,vt eſt text.valdè ſing.
præſertim in ratione ſui in l.ſi fideiuſſores in id.in princi. & ibi
Pau.de Caſt.ff.de fideiuſ.Bald.in l.fi.in prin. & ibi Saly. Paul.de
Caſt.& d.Alex.ff.ſi cer.pet.& latè do.Alex.hic,quicquid teneát
Imol.& Raph.Cum.& hic plenè per d. Alexan. ¶Capio glo.in
verbo non erit ſolutus.quę timore ꝯrij,quod ſtatim.j.forma-
bo,ponit duplicem intellectum ad text. ſecundum primum
Paul.not.i.approbat, ſecundum alium notat.i. corrigit, & re-
prehendit.opponitur ergo, quòd iſte text.in ſe continet cõtra-
dictionem, nam primo dicit, ꝙ conuento Titio non eſt abſo-
lutus Meuius, niſi iudicatum fuerit, & ſic ſi Titius fecerit iudi-
catum, Meuius eſt abſolutus, ſed contrarium dicit expreſsè
text. j. ibi, & ſoluente Titio non liberatur Meuius, quia nun-
quam incidit in obligationem, ergo ſolui, & liberari non po-
tuit.dic,vt in gloſſ.& quod interdum verbum abſolutus, & li-
beratus,ponatur impropriè, patet etiã in diuina ſcriptura, vbi
dicitur,eripuiſti animam meam de inferno,hoc eſt, non per-
miſiſti animam meam ire in inferno, vt l.conditio in præteri-
tum.& ibi glo.ſ.eo.& vide glo.in l.creditores.in verb. ſub con-
26 ditione.ff.de verbo.ſignifi.† quæ ponit,an in iſta l.Meuius pro-
mittens ſub conditione interim dicatur obligatus, & tenet, qđ
non, ſi conditio deficiat,ſic intelligit iſtum text.ſed ea penden-
te bene dicetur obligatus,& ſic debitor per iſtũ tex.& l.is cui.ff.
de actio.& obliga.ꝙ intellige eſſe verũ impropriè,& quantum
ad ſpem dubiam ſecundum Dy.& Alb.de Roſ.ibi. Item dum
gl.allegat pro concordanti. l.inter cauſas.§.fi. ff.mand.ille §.ni-
hil facit. debet allegare legem ſequentem, quæ incipit ſi quis
alicui. §.final. vbi etiam gloſſ. idem dicit allgando. l. noſtram,
& illam.l.ſi quis alicui,aliàs eſt. §. & gloſſ.noſtra debuit habere
27 pro §.¶† In gloſſ. final. in verb. excuſſum. not. ex gloſſ. quòd
quando verum eſt,quòd principalis debitor non poteſt ſolue-
re niſi partem debiti.puta quinque,quòd in reſiduo poteſt cõ-
ueniri, qui in ſubſidium promiſit, non facta aliqua excuſſione
principalis, & ſic, quando certum eſt principalem debitorem
a non eſſe ſoluendo,[a] poteſt agi contra fideiuſſorem non ex-
cuſſo aliter principali, & ita limitatur Auth.præſente. C.de fi-
deiuſſorib.& ſic certa, & notoria inopia debitoris habetur pro
excuſſione.idem tenent gloſſ.Bartol.& Docto.in d.l.fi. in prin.
ff.ſi certum peta.gloſſ.in l.niſi hoc actum, & ibi Angel. ad hoc
not.ff.de pact.Bartol. in l.3. §.ſi is pro quo.circa fi. ff.quod quiſ-
que iuris,& in l.hæredi.§.fi.ff.de pact.Ang.in l.ſecunda.in prin-
* cip.ff.qui ſatiſdare cogant. *& iſta eſt magis communis opin.*quam-
uis Iacob.Butr. teneat contrarium in Authent. hoc ſi debitor.
C.de pignor. per duo leuia,quibus reſpondent Imol. & domi.
Alexan.& Aret.hic,Ludo.& domi.Alexan.in dict.l.fin.in prin-
cip. ¶Tu autem vltra Scribentes pondera, quòd iſta gloſſ.
fortius vult, quam Bart. & Doctor. notent, quia vult, quòd ſi
eſt certum, quòd principalis non eſt ſoluendo, ſufficit ad tol-
lendam excuſſionem, quæ eſt neceſſaria vigore pacti, & con-
uentionis, vt in caſu huius legis, & d.l.fin.prout volunt iſte gl.
quãto magis fortius, quando excuſſio ſolum requiritur ex di-
ſpoſitione legis,vt in caſu. d. Authen. præſente, & in caſu Au-
then.hoc ſi debitor.C.de pignor. prima enim excuſſio,quæ re-
quiritur vigore contractus, eſt fortior, & difficilius tollitur
quàm ſecunda, quæ ſolùm requiritur ex diſpoſitione legis.pa-
tet, quia prima non tollitur renunciando beneficio de fideiuſ-
ſoribus, nec etiam tollitur per litis conteſta, prout tollitur ſe-
cunda,prout dixi in text.in primo notab.domin. Alexand.hic,
& in dicta l.fina.in princip.tenet opin.Iacob.Butr.contra com-
munem opinionem,motus tali ratione, quia excuſſio princi-
palis non ſolùm requiritur ad hoc, vt fideiuſſor poſſit conue-
niri, ſed etiam requiritur pronunciatio iudicis ſuper tali ex-
cuſſione, quòd ſit legitimè facta ſecundum Bartol. in l.ſtipu-
latio. §.habet. ff. de operis noui nuncia.ergo ſuper tali notorio
28 requiritur ſententia, † nec notorium tunc operatur, quin de-
beat ſententia ſuper hoc interuenire.capitul.cum ſit Romana.
§.final.de appellat. Bartol.in l.emptorem.in princip.ff.de actio.
empti, & ſic illud, quod volunt gloſſ. procederet, quando re-
quireretur ſolùm excuſſio, ſed cùm hic vltra excuſſionem re-
quiratur ſententia,notorium non poteſt releuare,quin illa ſen-
tentia debeat interuenire, ergo ante ſententiam non eſt verũ,
quòd poſſit agi contra fideiuſſorem, ſed æquiuocat dominus
Alexand. quia Bartol. in dicta l.ſtipulatio.§. habet. loquitur in
terminis valdè diuerſis à noſtris, loquitur enim quando excuſ-
ſio fuit facta miſſo ad hoc nuncio publico, qui retulit iudici ni
hil reperiri in bonis principalis,tunc verum eſt, quòd non ſuf-
ficit talis relatio nuncij, ſed etiam requiritur, quòd iudex pro-
nunciet talem excuſſionem fuiſſe legitimè factam, ad hoc, vt
poſſit agi ꝯ fideiuſſores, ſed nos non loquimur in iſtis termi-
nis, nos loquimur, quando fit excuſſio propter notorium fa-
cti, quod releuat à tali excuſſione, & ſic non ſolùm dicimus,
quod quando eſt certum, & notorium principalem non eſſe
ſoluendo, quòd tunc non requiritur alia excuſſio, iſti ſunt
termini noſtri, qui ſolùm volunt hoc, quòd notoria inopia
habeatur pro excuſſione, & ad hoc non contradicit funda-
mentum domin.Alexand.ſed an tunc etiam requiratur, quòd
iudex pronunciet eſſe tale notorium,Bartol.& Docto. non ne-
gant, imò ſatis vult Barto. quòd ſic,dum ſtatim quærit, quali-
ter fiet iſtud notorium iudici, ꝙ apertius dicit in ſequent.quæ-
ſtion.dum quærit, an in excuſſione, & pronunciatione qua ꝓ-
nunciat iudex deueniendum ad poſſeſſores bonorum, vel fi-
deiuſſores,requiratur citatio poſſeſſorum, & fideiuſſorum, &
ſic Bartol.in dicta l.ſtipulatio.§.habet. quem allegat dom. Ale-
xand.in contrarium,non eſt ad propoſitum noſtrum, quia ibi
excuſſio bene erat neceſſaria, cùm non eſſet certum, ſicut hic.
¶Sed aduerte,quòd iſta ſolut.gloſ.licèt in ſe ſit vera, tamen eſt
diuinatiua ad dict.l.fina.in verſicul.ſed ſi cum Seio ſupra ſi cer.
petat. prout etiam ibi dici Bartol. quia quòd ibi eſſet certum
Titium principalem debitorem non eſſe ſoluendo, iſtud ibi
nullatenus apparet.vnde melius poteſt reſponderi ad illum te-
xtum ſine diuinatione, quòd ex ordine illius literæ apparet,
quòd prius fuit actum contra Titium principalem debitorẽ,
& quia totum non potuit ab eo exigi, fuit poſtea actum con-
tra Seium, qui in ſubſidium promiſit, & hoc modo non eſt
contra iſtam. l. ita etiam intelligunt Iacob. Butr. & Alberic.de
Roſ. ibi, prout etiam ibidem tenui. ¶Quia ergo concluſio
* iſtarum glo. *quæ eſt vera, & communis,non bene probatur* in dict.l.
fi.in princip.melius videtur facere aliud fundamentum, quòd
ſenſit gl. noſtra.alleg. l.emptorem.in princip.ff.de actio.empti,
29 vbi † notorium æquiparatur ſententiæ, ergo eſt perinde, ac ſi
eſſet pronunciatum principalem non eſſe ſoluendo. intellige
tamen, quòd notorum, & ſententia æquiparentur quo ad ali-
quid declarandum,vt ibi,& hic,non autem quo ad aliquid di-
ſponendum, vel inducendum, eſt gloſſ. notabil. in l. ſed & ſi
poſſeſſori.§.item ſi iurauero.vbi dixi.ff.de iureiur. Item pro iſta
concluſio.glo.bene facit,quia ars,& natura nihil agunt fruſtra.
l.qui bis idem. ff. de verbor. obligat, vnde quando certum, &
notorium eſt principalem non eſſe ſoluendo, fruſtratoriè fie-
30 ret excuſſio, vnde † ſuperflua excuſſione non eſt vtendum, ſi-
cut nec ſuperfluis cautionibus. l.non cogendum. §.Sabinus.ff.
de procuratorib.& l.hæc ſtipulatio.§.diuus.ff.vt legat.nom.ca.
7 seruo. in ver. & regulariter. ff. de vsufr. † quòd quis ab alio stipulando mihi acquirit, à me stipulãdo nihil agit, & est ratio, quia si obligaretur sibi, illa obligatio reacquireretur mihi incontinenti, quod est impossibile, quia idem esset debitor, & creditor, secundum glo. in l. frater à fratre, in gloss. mag. ad fin. ff. de condi. indebi. Ista regula Iuliani procedit in obligatione ciuili, non autem in naturali. Nam seruus, & filius in potestate stipulando acquirunt domino, & patri, & tamen dominus, & pater eis promittendo obligantur naturaliter, vt l. si id quod. ff. de cõdi. indeb. quia illa naturalis, quæ est de iure gentium, non reacquirĩt domino, vel patri inspecto iure naturali, & sic primæuo iure gentium, quo omnes erãt liberi. & sui iuris, & sic cessat dictum inconueniens. vt declarat Bartol. in d. l. frater à fratre. in 8. colum. & ibi Scribentes, & idem Barto. in l. si quis pro eo. §. 1. ff. de fideiuss. ¶ Vltimo not. ex vlt. parte tex. & sic ex ver. seruus
8 autem. limitationem ad totum titulum de peculio, † vbi seruus obligat dominum de peculio, vt procedat, quando contrahit tanquam seruus domini, secus si contrahat tanquam alterius, vel tanquam fructuarius, quia tunc non credit alium dominum, text. est hic. Et sic not. ex hoc text. in fin. quòd qui habetur quasi dominus, & fructuarius, vel bonæ fidei possessor, non agit contra dominum de peculio serui, vide tamẽ l. si creditor. §. fin. ff. de peculio. de qua l. gloss. hic in verbo actio. opponit, & dupliciter soluit, & secundum Bartol. & Rapha. Cu. vtraque sol. est bona, licèt secundum Angel. & Imo. prima sit melior, & notabilior, & circa vtranque sol. plenius insistit Arc. hic, quem per te videas.

SVMMARIVM.

1 . *Dies celebratæ stipulationis expressus in stipulatione, non facit censeri stipulationem esse in diem factam, ideo debitor potest eadem die conueniri, fallit, vt infra num. 5.*

2 *Stipulatio simplex intelligitur esse pura.*

3 *In contractibus nedum clausula, sed etiam minimum verbum non debet esse sine virtute aliquid operandi.*

4 *Quando stipulatio est omnino pura, debitor non potest constitui in mora nisi interpelletur.*

6 *Iudex si citauit partem, vt hodie compareret ad audiendam sentẽtiam, an teneatur expectare vsque ad finem diei, antequam sententiam proferat.*

7 *Citatio sine termino an valeat.*

§. Decem hodie. Adiectio instantis tẽporis exactionem non differt. h. d. secundum Bart. & Imo. sed dum dicunt exactionem non differt, melius dixissent petitionem, prout propriè dicit text. non autem exactionem per ea, quæ inferius dicã in prima limitatione, Vnde summa aliter. Promittens hodie dare vr̃ purè promittere, hoc dicit, & non est alibi in iure secundum Dyn. & Doct. & ſm Bart. iste casus est notabilis, & singularis. ¶Diuiditur in tres partes. In prima ponitur decisio. In secunda contra illam opponitur de reg. l. q hoc anno, cũ similib. s̃. eod. vbi qñ tp̃s apponitur in stipulatione, non potest agi efficaciter nisi illo finito. In tertia rñdet, ꝙ illud procedit in alijs tẽporib. in quibus peti non potest anteq̃ illa sint transacta, secus est in die, in qua est interposita stipulatio, qa si imprimatur, non censetur apposita causa differendæ solutionis, sed causa demonstrationis, vt hic. Secunda ibi, nec videri. Tertia ibi, in proposi-
1 to enim. ¶Not primò ex isto tex. ꝙ † dies celebratæ stipulationis expressus in stipulatione non facit censeri stipulationẽ esse in diem factam, ideo debitor potest eadem die conueniri, qa censetur appositus causa demonstrationis, & non causa differendæ solutionis, & sic si promittis 10. hodie dare, ista adiectio instantis temporibus non impedit petitionem, nec exercitium actionis, imò statim potest agi, & sic eadem die qua celebratus est contractus, potest creditor promissorem conuenire, & istud non reperitur alibi in iure, vt prædixi. Sed pro certo hoc vr̃ mirabile ſm Raph. Cu. & Pau. de Cast. nã hoc modo istud verbum hodie superuacuè est appositum, qa si non fuisset ex-
2 pressum, † tñ stipulatio simplex intelligitur esse pura, vt l. eum, q calendis. §. fin. & l. interdum. s̃. eod. & §. omnis. insti. de verb. oblig. & sic iste text. vult, ꝙ potius tolleretur ista superfluitas, q̃ ꝙ dicto hodie, faciat censeri stipulationem esse factam in diẽ. ¶Pau. de Cast. ingenuè fatetur ꝯrium, ꝙ ista dictio hodie, est superflua in stipulatione, & pro eo est text. in l. talis scriptura, in prin. in vers. ꝙ si forte. ff. de leg. 1. vbi est text. ꝙ si testator legauit mihi centum in præsentia seu præsenti, illa adiectio p̃ntia, est superuacua quantum ad vim, & effectum legati, sed certè hoc non vr̃ dicendum, ꝙ verba in ꝯtib. sint superflua, & nihil operentur, qa hoc esset ꝯ l. hanc legem. ff. de ꝯhen. emp. & in l. fi. in prin. ff. si cert. pet. & est in proposito bonus text. in l. eum, q calen. in prin. in vers. planè s̃. eod. vbi stipulatio facta in ipsa die calendarum non intelligitur de p̃tib. quæ erant tunc, sed de futuris ad hoc, vt stipulatio contineat aliquid plus, quàm si
3 nullum tempus esset expressum. † imò in contractib. nedum clausula, sed ne quidem minimum verbum debet esse sine
a virtute aliquid operandi, [a] secundum Bald. qui frequenter allegatur in rubrica. C. de contrahen. emptio. in 9. quæstio. & in l. nec quicquam. §. de plano. in vlt. colum. ff. de offi. proconsu. & lega. & ante Bald. glos. notabilis in c. solitæ, in verbo tanquam. de maio. & obedi. & glo. in capit. si Romanorum. in glos. 4. in versic. membranas. 19. distin. & glos. in l. 1. in glos. 1. ff. quod met cau. & glos. in l. 1. §. ait prætor, in verbo si familia. ff. de vi, & vi arm. Vnde in proposito ista dictio hodie, vt non sit superflua, sed aliquid operetur, deberemus dicere, quòd imò suspendat petitionem vsque in finem diei hodierni. Alio modo respondet Raph. Cum. quòd ratio potuit esse propter breuitatem tẽporis, vel forsan, quia ita se habet communis mos loquendi, & plus non dicit. ¶Tu responde melius ex mente Aret. hic, quòd illud operetur hic expressio facta per eum modum, per quem tacitè inest, quæ habet hanc naturam, vt nihil soleat operari vltra illud, quod inest, vt l. 3. cum materia. ff. de lega. 1. & l. non rectè. C. de fideiusso. facit bene text. in l. si decem cum pe tiero. s̃. eod. vbi conditio expressa in stipulatione, quæ tacitè inerat, non facit eam minus puram quàm esset, & ita hæc dies, quæ tacitè inerat, non suspendit dispositionem, & hoc est, quod propriè voluit dicere Iurisconsul. hic, dum dicit, in proposito enim diem non differendæ actionis causa insertum videri, sed quo præsens ostendatur. Item ista expressio præsentis temporis, & sic hodie licèt non fuerit necessaria, quia nihil inducit de nouo, est tamen declaratoria ad cautelam, vt manifestius appareat, quòd stipulator voluit pecuniam deberi incontinenti, & sic ista dictio hodiè, est apposita excitatiuè ad excitandum debitorem, quòd immediatè soluat. vnus ex vobis dicebat, quòd imò dictio hodiè, in isto text. non est superflua,
4 imo potest operari effectum. † Quia quando stipulatio est omnino pura, debitor non potest constitui in mora nisi interpelletur. l. si ex legati causa. supra eo. & l. quod te. sup. si cert. pet. sed quando dictum est hodie, ista dictio hodie, constituit in mora sine alia interpellatione, per reg. l. magnam. C. de contrahen. & commit. stip. vbi dicitur, quòd dies constituit in mora absque alia interpellatione, & est probabiliter dictum, tamen non credo, quòd sit verum duplici fundamento, quia idem tempus non potest inducere obligationem, & cõstituere in mora, ideo euentus conditionis non constituit in mora, quia esset iniquũ, quòd eodem instanti, & eodem tempore quis obligaretur, & constitueretur in mora, ita dicunt *Bar. & omnes Doct. indifferenter* in l. quoties in die. supra eo. Secundò in dictione hodie, breuitas temporis facit, vt non constituatur in mora secundum Bal. in l. si mihi, & tibi. §. j. per illum text. ff. de leg. 1. vbi ita limitat d. l. magnam. & retuli in d. l. si ex legati causa. sup. eo. Nec credo, quòd Iurisconsultus hic habuerit hunc respectum constitutionis
5 in mora. ¶ † Limita decisionem huius tex. quatuor notabilib. modis. Primò, quòd promittens hodie decem dare potest statim conueniri, quia obligatio censetur pura, intellige verum, quo ad obligationem, & actionem, & sic quo ad petitionem, vt dicit text. quantum autem ad executionem inest aliquantum tempus ad soluendum miserationis gratia. l. si cùm militi. §. fin. ff. de compensa. arbitrio iudicis inspecta qualitate personæ, & qualitate debiti, quia non debet creditor confestium, & tam cito venire cum sacco paratus, vt l. ratum, & l. quod dicimus. ff. de sol. & §. fin. institu. de inuti. stipula. & glo. notabilis 31. distin. in cap. quoniam. & sic potest statim peti, non vt statim soluat, sed vt se præparet ad soluendum infra modicum tempus, & ita declarat plenè Barto. in l. ita stipulatus. in 1. & 2. quæstio. principali, vbi dixi. sup. eod. & ita tenet Imo. Raph. Cuma. Pau. de Cast. & do. Pet. de Bexu. hic, vltra Scribentes confirmo optimè, quia interpellatio hominis, vel legis constituit debitorem in mora, l. si ex legati causa. sup. eo. & l. optimam. C. de cõtrahen. & commit. stipu. Sed non sic ad vnguem, imò ad hoc, vt constituat in mora, debet continere aliquod spatium temporis, vt est glo. valde nota in l. Aemilius. in princ. ff. de mino. quæ glo. non est alibi in iure secundum Bald. in c. 1. in 2. col. de noua for. fide. in feud. & latè ponit do. Alexan. in d. l. j. §. item si ita. ff. ad l. Fal. vbi pro illa glo. allegat bonum tex. in l. si quis filiũ. §. fin. ff. de colla. bon. Vnde aduerte, quòd Barto. in quęst. quam format, dum dicit, quòd ista dictio hodie, in isto tex. nõ differt executionem, & ita etiam dicit Barto in summario suo, prout sup. illud notaui, non videtur bene dicere per prædicta. Est verum, quòd posses dicere, quòd dictio hodie, non est illa, quæ impedit executionem, quia si esset omnino pura, absque dictione hodie, tamen impediretur executio intra illud modicum spatium, vt prædixi, licèt videretur prima fronte, quod ex quo in hoc text. promisit hodiè dare, est sibi imputandum, quare ita se astringit ad breue spatium temporis, quia videtur, quòd habeat pecuniam paratam, quòd non est ita, quando simpliciter promittit. ¶Secundò limita nisi ratione adiectionis loci alia præsumptio induceretur, vnde si existens hic Papiæ dicat, promittis mihi hodie dare centum Cremonæ, illa dictio hodie, non præsumitur adiecta ad demonstrandum tempus, in quo contrahimus, sed præsumitur adiecta ad executionem obligationis, & etiam ad petitionem, vt ante peti non possit, quàm ad illum locum Cremonæ hodie potuerit perueniri, vel transiuerit tantum de hodierna die, quòd amplius accedi non possit, vt l. eum qui calendis, §. fin. supra eodem, & l. 3. §. si quis itaque stipuletur. ff. de eo, quod certo loco, & est text. not. in l. fin. §. si inter eos. infra eodem. Tertiò not. limita secundum Ange. hic,

A D D I T I O.

a * Operandi. Adde, quæ scribit Boer. q. 33. nu. 24. 1. par. & ꝙ nullum verbum etiam minimum in contract. superfluum esse debeat, no. Dec. consi. 2. nu. 5. & non tantum verba non debent esse superflua, sed nec etiam syllabæ, imò aliquid semper operari. gl. in c. solitæ. de maio. & obe. in c. si Romanorum. 19. dist. Bal. d. Rub. q. 9. & quæ verba licèt ita intelligi debeant, vt aliquid operentur, non tamen operari debent, nisi secundum naturam actuum, super quib. interponuntur, teste Bal. vbi supra. Dec. consi. 278. col. pe. post prin. nu. 9 proceditq; Regula, & intelligitur, si apto, & legitimo modo prolata fuerit, secus, si inepto, ex no. per Boer. q. 57. nu. 6. par. 1. de quo aliqua ponit Neuiz. consi. 33. nu. 7. & 8. & vide Alex. consi. 118. nu. 6. lib. 5. Dec. consi. 401, nu. 4. MASVER.

hic, q̄n adiectio alicuius extrinſeci vltra obligationem principalem aliud inducat, puta promittis hodie dare 10. ſub tanta pœna, tunc iſta adiectio pœnæ facit, vt talis obligatio dicatur habere diem, & dies hodie intelligatur appoſita cauſa differendæ ſolutionis, q̄n non eſt appoſita propter ſe tm̄, ſed propter aliud extrinſecum, & ideo non incidit in pœnam, niſi elapſa tota die hodierna, & elapſo hoc die nō poterit poſteà mora purgari, cùm ſit appoſita pœna, & dies, licèt hodierna, prout tenet Ang. in l. ſi in inſulam. ſ. e. & pro iſta limitatione adducit Ang. tex. iuncta gl. no. in l. talis ſcriptura. in 1. reſ. ff. de leg. 1. ſequunt ſimpliciter Io. de Imo. & d. Pe. de Bexu. hic, & dicit do. Pet. de Bexu. ꝙ Ang. in hoc non habet ꝯdicentem. Iſta limitatio Ang. etiam mihi placet per tex. in d. l. talis ſcriptura. in prin. in ver. ꝙ ſi fortè, vbi eſt tex. ꝙ q̄n ſunt alicui legata 100. in p̄ſentia, illa expreſſio præſentia, quæ tacitè ineſt, nihil operatur quantum ad vim, & effectum legati: operatur tn̄ extrinſecus, quo ad clauſulam generalem poſteà appoſitam à teſtatore, ꝙ legata, quibus appoſitus non eſt dies, præſtentur annua bima trima die, & talis clauſula non referatur ad iſtud legatum, quia quantum ad iſtud extrinſecum dr̄ habere diem de præſenti, & gl. ibi in verbo præſenti die, opponēdo de iſto tex. noſtro, ꝙ imò legatum debeat cenſeri omnino purum, & non in diem, ſicut hic, reſpōdet, ꝙ hic effectum conſiderauit, & nihil extrinſecus, ergo q̄n vltra obligationem prin. eſſet adiectio alicuius extrinſeci, vt in caſu proximè relato, non procederet iſte tex. & ita tene, quãuis Pau. de Caſt. hic teneat ꝯ Ang. ꝯ eum retorquendo text. illum in d. l. talis ſcriptura, primo reſponſo, cùm ēt ibi dicatur, ꝙ ille dies non cenſetur appoſitus cauſa differēdæ ſolutionis, ſed potius cauſa demonſtrationis, ſicut & hic, ſed Pau. de Caſt. nō bene aduertit ad illum text. quia text. ibi hoc expreſsè declarat in ver. quamuis. & dicit hoc eſſe verum, quo ad vim extrinſecã ſubſtantiæ legati, ſed nō quo ad extrinſecam excluſionis dictæ clauſulæ, quia quo ad eam bene cenſetur habere diē, licet præſentem, & iſta eſt veritas. ¶Quartò no. limitat iſtum tex. Bar. in q. quam format, vt procedat, q̄n dictio hodie, refertur ad verbũ ſpondes, & ſic ad promiſſionem, ſecus ſi referatur ad ſolutionem, nam in iſto text. eſt ſenſus ſ᷑m eum hodie ſpondes mihi dare 10. hoc eſt in iſto die hodierno facis mihi promiſſionem de dando decem: & tunc, quia dies non eſt appoſita ſolutioni nec dationi, ſed actui ipſius promiſſionis, ideo ſtatim poteſt fieri petitio ante lapſum ipſius diei. ita procedit iſte text. ſecus q̄n dies hodie fuiſſet adiecta ipſi ſolutioni, vt promittis dare 10. quæ ſolues hodie, tūc proculdubio deberet expectari tota dies, prout dicit patere in iſto tex. quia tunc dictio hodie, apponeret ad differēdam ſolutionem, & ſic non poſſet agi neque peti ante lapſum diei. ¶Iſtam limitationem ſequuntur Pau. de Caſt. hic in fi. Raph. Cuma. & do. Pet. de Bexu. hic, & hoc etiã voluit do. Alex. hic in primo no. licèt non ſic aperiat, hoc vr̄ etiam ſequi Ang. licet Aret. hic reprobet iſtam limitationem Bar. & iſtã differentiam per tex. in l. talis ſcriptura, in ver. ꝙ ſi fortè, inducēdo vt hic per eum, & induxi in præcedenti limitatione. Item quia ridiculum eſſet dicere, ꝙ dictio hodie, exprimat ſe hodie promittere, quia iſtud patet euidēter ex natura actus, quia quilibet actus limitatur tempore hoc ipſo, quo fit, vt declarat Bar. in Auth. at qui ſemel. C. de proba. Sed tu tene limitationē Bar. * quæ eſt vera, & quæ *communiter approbatur*, vt per prædicta apparet, vt ſit differētia, an dictio hodie, apponatur actui promiſſionis, & tunc procedat iſte tex. an verò poſt promiſſionē adijciatur actui ſolutionis, & tunc ſit ſecus, vt in exemplo Bar. Vlti
6 mò inducitur iſte tex. per Bar. ad quæſtionem diſputatam, † Iudex citauit partem, vt hodie compareret ad audiendam ſententiam, an teneatur expectare vſque ad fi. diei, antequam ſententiam proferat, & tenet, ꝙ ſic per iura per eum allegata. præſertim in c. conſuluit, vbi eſt bonus tex. & ibi gl. Inno. & alij de offi. delega. & reſpondet ad iſtum tex. quòd hæc dictio hodie, non reſpicit ſolutionem, ſed actum factæ promiſſionis, & ſic non importat dilationem, & ſtipulatio facta ſine die, bene valet, & tenet l. eum qui calendis. §. fi. cum ſimilib. ſ. eo. ſed dictio hodie, appoſita in citatione de neceſſitate importat terminũ, quia citatio ſine termino nihil valet. l. aut qui aliter. §. j. ff. ꝙ vi aut clam. & *cum Bar. tranſeunt omnes hic*, & dicit Raph. Cuma. ꝙ hæc res videtur ſibi clara. Idem tenet Bal. in l. ſi vt proponis. ſecunda. C. quomodo & quando iudex. d. Alex. in l. qui hoc anno. ad fi. ſ. eo. cũ cōcor. per eum alleg. Sed aduerte inquantum
7 Bar. † hic tenet, ꝙ citatio non continens certum terminum, in quo citatus comparere debeat, tanquã obſcura non tenet per l. aut qui aliter. §. j. vbi Bar. etiam idem no. ff. ꝙ vi aut clam. Adde tex. in l. ij. in ver. ſinautem nullatenus. in verbo *certo dierum ſpatio*. & ibi Bal. ad hoc no. C. vbi in rem actio. & in l. fi. in verſi. igitur. in verbo *certum tempus*. & ibi Bart. ad hoc not. C. de iure do. impe. & in §. ſi verò etiam quidam iurent. in verbo *inducias* * *certas*. in Authen. de exhib. reis. ¶*Contrarium communiter tenetur*, præſertim per Cano. ꝙ valeat citatio ſine appoſitione termi-
a ni, [a] & ſic, ꝙ ad eſſe citationis non eſt terminus, quo caſu citatus tenetur comparere, quamprimum poteſt, cum aliquo tēporis temperamento, vt eſt tex. in c. eos in verbo quam cito cōmodè poterant. de ſent. excō. in 6. Et tex. in c. cum parati. ad fi. vbi Can. ad hoc no. de app. vbi valet citatio à ſede Apoſtolica de abſente ſine aliqua expreſſione termini. & ibi do. Abb. in vlt. no. ad hoc multum no. illum tex. quem dicit nunquam tradēdum obliuioni, & ꝙ quotidiè ſolet ad hoc allegari, & quòd ita communiter tenent Docto. Canon. Idem tenet Spec. & Ioan. And. in tit. de citatione. §. viſa in ver. *quid ſi non præfixus*. cũ multis concor. copioſè traditis per do. Alex. hic, ad quem te remitto. & vide etiam per Imo. & latè Aret. hic. ¶Tamen defendendo Bar. poteſt bene reſponderi ad illos duos tex. iuris canonici, ſcilicet ad d. c. cum parati. & ad c. eos. quòd loquuntur in citatione generali ad procedendum in cauſa, & ſic quando quis ſimpliciter citatur ad cauſam. ſecus, quando quis citatur ad aliquem actum particularem, vt eſt hic ad audiendum ſententiam, tunc non debet valere citatio ſine termino, per iura primò alleg. & ita in ſpecie tenet Ange. in l. j. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi cui plus quam per l. Fal.

ADDITIO.

a † Termini. Adde, ꝙ q̄n in citatione ad comparendum nullum præfigitur tempus, ꝙ tacitè intelligitur tempus, intra quod citatus comparere poſſit, ſecundum communem per Alex. in l. j. §. nũciatio. col. pen. nu. 29. ff. de ope. no. nun. in l. liber homo. §. j. hoc tit. Fely. in c. conſuluit. col. 3. ver. ſed tenendo opi. de offi. deleg. Boer. q. 225. Seb. Vant. de nullit. tit. ex defect. citationis. nu. 71. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Quando datio confertur in perſonam ſtipulatoris, dicitur continere certum, ſed ſi in perſonam alterius, dicitur continere incertum. nu. 2.*
3 *Paria ſunt promittere ſoluere, & promittere dare.*
4 *Stipulatio dandi eſt certa, & inuariabilis.*
5 *In pecunia non cadit intereſſe intrinſecum.*
6 *In vino, frumento, & alijs ſimilib. reb. æſtimabilib. eorum pretia, & valores variantur ex ſolo temporis curſu.*
7 *In pecunia, & florenis valor eſt de iure certus.*
8 *Impenſa cudendi debet fieri de publico.*
9 *Pecunia largè comprehendit non ſolùm pecuniam numeratam, ſed etiã frumentum, vinum, oleum, & ſimilia, quæ conſiſtunt pondere, nu. vel menſura.*
10 *Certi condictio competit ad intereſſe.*
11 *Quãdo ſtipulor dari alteri, an ſtipulatio committatur ad intereſſe meũ, non ſolùm ad id, quod erat tempore ſtipulationis, ſed etiam quod poſtea cœpit ſuperuenire.*

1 §. Decem mihi. † Stipulatio dandi ſibi continet certum, ſed dandi alteri continet incertum, & tunc habetur conſideratio etiam pœnæ. hoc dicit. Et primò ponit deciſionem, ſecundò illam declarat. Secunda ibi, finge mea intereſſe. ¶In text. ibi, vtri ego velim, nam ſi electionem ſibi expreſsè non reſeruaſſet, electio fuiſſet promiſſoris. vt l. verò procuratori. §. fin. & l. ſi quis ſtipulatus fuerit. 10. in melle. §. j. & l. qui res. §. qui ſtipulatur. ff. de ſol.
2 ¶ † Not. primò ex iſto text. quòd quando datio confertur in perſonam ſtipulatoris, dicitur ſtipulatio continere certum, ſed in perſonam alterius dicitur continere incertum, ſcilicet intereſſe, vnde ſi eligo mihi dari centum, & non das, propter hanc moram non poſſum aliud petere, quàm ipſa centum, quia in obligationibus dandi non ſuccedit obligatio ad intereſſe. l. vbi autem non apparet. §. fin. & l. ſi mora. ſ. eo. tit. ſed ſi eligo dari Titio, & non das, poſſum petere plus, ſi mea intereſt in plus, vt quia promiſeram dare illi Titio. 10. in termino tali ſub pœna maiori, & quia non dediſti, pœnam incurri, certè potero petere ipſam pœnam, vt hic ſubijcit litera. ¶Et aduerte, ꝙ quando eſt dandum ſibi ſtipulatori, tunc dari ſtat in propria natura. d. l. vbi autem non apparet. §. fin. & tunc continet certum, ſed quãdo eſt dandum alteri, tunc dari redigitur ad naturam fieri, ꝙ ſic probatur, iſtud dari non eſt in obligatione, propter ſe, ſed propter intereſſe ſtipulatoris, ſed omnis obligatio, quæ fundatur ſolùm ad intereſſe, redigitur ad inſtar facti, quia in factis, niſi interſit, obligatio non contrahitur, ergo vbicunque hoc reperitur in dandis, obligatio dari redigitur ad naturã fieri, & propterea dicit̄ ſtipulatio incerta. Iſte eſt intellectus huius §. quem ſic ſubtiliter declarat Bal. in l. debitori. in pen. col. C. de pact. de quo nullus Scribentiũ facit hic mētionem. Item ponderа,

dera, ꝙ iste tex. vr velle, ꝙ respectu mei est mihi datum, sed respectu Titij est sibi soluendum, & sic est factum, & sic incertū, & sic tex. vr cum mysterio dicere mihi dandum, & illi soluendum, & ita ponderauit istum tex. subtilis Pet. de Bel. quem refert Cyn. in l. vnica. in §. secunda diuisio. in ver. sed opponitur. C. de senten. q̃ pro eo, ꝙ interest. Tn̄ Bar. ſ. in vlt. opp. istud impugnat, quia ēt in persona Titij est datio, & non est merum factum solutionis. Tu confirma, † quia paria sunt promittere soluere, & promittere dare, qn̄ debet trāsferri dn̄ium sicut hic f̄m Bar. in l. si ita stipulatus fuero te sisti. §. j. s̄. eo. & Bart. in rub. ff. de sol. ¶Secundò no. ex isto tex. duas limitationes. prima est ad l. vbi autem non apparet. §. fi. s̄. eo. vbi dr̄, ꝙ † stipulatio dandi est certa, & inuariabilis, nam procedit, qn̄ stipulatur dari sibi stipulanti, secus si alteri, vt hic, & ponit Bart. ſ. in vlt. opp. secundò limitatur. d. l. vbi autem nō apparet. §. fi. per §. qui illud aut illud. eiusdem. l. vbi stipulatio alternatiua continet certum, qn̄ seruata est electio stipulatori, nam procedit, qn̄ in vtraque parte alternatiuè venit certum, vt ibi, vbi stipulatus sum Stichum aut Pamphilum, vtrum ego stipulator vellem, secus qn̄ ex altera parte venit incertum, vt hic. ¶Tertiò no. ꝙ in ista stipulatione inquantum est Titio soluendum, venit interesse extrinsecum, qn̄ sibi pœnam promiseram, si ei non soluissem tali die, & qa nec mihi nec Titio soluisti, ideo incidi in pœnā, tu teneris mihi ad talem pœnam, nec obstat tex. in l. si sterilis. §. cùm per venditorem. ff. de act. emp. vbi dr̄, ꝙ non venit interesse extrinsecū, & sic pœna, & stringe fortius illum tex. quia si interesse extrinsecum, prout pœna, non venit in emptione, & venditione, & sic in ꝯctib. bonæ fidei, vt ibi, quanto minus in stipulatione, & in ꝯctib. stricti iuris, cùm in stipulatione oīa strictè procedant, & quicquid est omissum à verbis, hr̄ pro omisso. l. quicquid astringendæ. in prin. s̄. eo. respondet vbique *Barto. & Doct. communiter* sequuntur Bar. hic, & in l. si pœnam. s̄. eo. & in l. vnica. in 8. col. C. de sen. quæ pro eo, ꝙ interest. † ꝙ hic loquitur in pecunia, in qua non cadit interesse intrinsecum, ideo venit extrinsecum. l. nummis, & ibi glo. ff. de in lit. iur. & est tex. multum not. in l. 3. §. pe. ff. de eo, quod certo loco. secus in alijs reb. puta vino, frumēto, oleo, & similib. quia cùm in eis cadat interesse intrinsecum, ꝙ est valoris, & æstimationis ipsarum rerum, ideo non venit extrinsecum. d. §. cùm per venditorem, & sic in eis solùm consideratur, vtrum in eis valor crescat, vel decrescat. istam sol. sequuntur Ang. & Imo. & Pau. de Cast. hic, *& communiter Doct.* in d. l. si pœnam. s̄. eo. Sed do. Alex. eam reprehendit quantum ad d. l. nummis. & ad istum tex. quia si quis promittat mihi per stipulationem decem aureos, & potuisset cadere interesse intrinsecū, quia valor aurei posset crescere, & decrescere, vt de se patet, & quotidie videmus, & clarè firmat Bar. in l. Paulus. j. in pe. col. ff. de sol. vbi fatetur Barto. ꝙ in florenis est dare interesse intrinsecum, ergo d. l. nummis. est de directo ꝯ. d. l. si sterilis. §. cū per vēditorem. & super solutione reliquit cogitandū. ¶Aequiuocat d. Alex. quia † in vino, frumento, & alijs similib. reb. æstimabilib. eorum prætia, & valores variantur ex solo tpis cursu, ideo cùm in eis possit eorum pretium, & valor crescere, & decrescere, ꝙ est interesse intrinsecum circa valorem ipsius rei, iō tunc non consideratur interesse intrinsecum. ita propriè loquitur tex. in d. §. cùm per venditorem. sed in pecunia, & in nummis æstimatio semper est vniformis, & non variatur solo cursu temporis, ideo non cadit interesse intrinsecum æstimationis seu valoris. d. l. nummis. ideo bene tunc venit interesse extrinsecum & sic pœna, vt hic, & d. l. si pœnam. s̄. eo. & ita etiā ibi declarat Pau. de Cast. † Item in pecunia, & florenis valor de iure est certus, quia tantum debent valere floreni in forma, quantū in materia, † & expensa cudendi debet fieri de publico impensa publica. l. j. in prin. ff. de ꝯhen. emp. & l. j. & ibi no. Bar. C. de vete. numis. po. lib. 11. sed pretium vini, olei, frumenti, & similium non est certum, nec vniformè, sed vt dixi, variatur solo temporis cursu. ¶Ego vltra Alex. istam so. Bar. & magis communem fortius impugno, quia ea attenta sequeretur, ꝙ si debebam Titio certam quantitatem frumenti tali die sub tanta pœna, & stipulatus sum à te illam quantitatem frumenti mihi aut Titio dari, & tu fuisti in mora, quia non soluisti mihi neque Titio, ꝙ non potero agere ꝯ te ad pœnam, in quam incidi aduersus Titium, eo quia non soluisti frumentum, quia cùm in frumento cadat interesse extrinsecum æstimationis, & sic valoris, ergo nō potest cadere extrinsecum pœnæ, per d. §. cum per vēditorem, ꝙ non vr̄ dicendum, quia isto modo nimium restringeret iste tex. vt non procedat, qn̄ essem stipulatus decem saccos frumēti, aut 10. brentas vini mihi aut Titio, vnde cùm text. simpliciter dicat decem, intelligam generaliter non solum de pecunia, sed etiam de frumento, vino, & alijs, & non restringam istum tex. ad pecuniam tantum, prout Bar. & communiter Doct. restringunt, tamen tex. in §. præcedenti etiam simpliciter dicit decem, & tn̄ intelligitur de pecunia, cū ibi subdat tex. illo eo. dic pecuniam peti posse, licèt posset dici, ꝙ etiam † pecunia largè comprehendat non solùm pecuniam numeratam, sed ēt frumentum, vinum, oleum, & similia, quæ consistunt pondere, numero, vel mensura. l. 2. §. creditū. & ibi glo. in verbo pecunia. & Doct. ff. si cer. pet. & l. talis scriptura. in prin. ff. de leg. 1. tn̄ credo, ꝙ ibi in §. præcedenti intelligitur strictè de pecunia numerata. Item cum facto, & mora tui promissoris inciderim in pœnam aduersus Titium, quia non soluisti frumentum debitum tempore assignato, debes mihi ad dictam pœnam teneri, vnde reiecta solutione Bar. ad ꝯrium. §. cum per venditorem. responde melius, f̄m Raph. Cuma. hic, ꝙ ille. §. procedit, qn̄ quis stipulatur sibi, aut ꝯhit sibi, sed hic stipulatur alteri. s. Titio, quo casu semper venit interesse extrinsecum, ēt si esset dare interesse intrinsecum, & sic non solùm in pecunia, sed etiā in frumento, & alijs rebus æstimabilibus, vt si promitteres dare decē modios frumenti mihi aut Titio, tunc licet sit dare interesse intrinsecum. s. æstimationem, & valorem frumenti, tn̄ si nō das, possum petere pœnam, quam incurri, & omne aliud interesse intrinsecum, vt est tex. in l. stipulatio ista. §. si quis insulam. s̄. e. vbi stipulando factum fieri alteri, vel alteri dari frumentum, hr̄ ratio pœnæ, & sic interesse extrinseci, quia respectu stipulantis est in effectu interesse intrinsecum, quia aliud pro eo venire non potest, & ista est veritas, & istam sol. Raph. etiam sequuntur, & commendant Pau. de Cast. d. Pet. de Bexu. do. Alex. & Are. hic. ¶In gl. secunda in verbo incerti. opponitur, dicit tex. ex eo, ꝙ illi soluendum non est, stipulatio est incerta, quia in ea venit interesse. ꝯ † quia certi condictio competit ad interesse, vt l. certi condictio. in prin. & ibi glo. & Doct. ff. si cer. pet. sed certi condictio non posset competere si interesse esset incertum. gl. respō. ꝙ interesse est incertum inspecto prin. & in sui conceptione, quia ignoratur quantum intersit, sed quia certum est de præsenti in rerū natura, & liquidabitur per sententiā iudicis. l. vnica. §. in alijs. C. de sen. quæ pro eo, quod interest. & §. curare. inst. de act. ideo ad interesse competit certi condictio, ita etiam dicit gl. in l. si pœnā. s̄. eo. & latius explicat gl. in d. l. certi cōdictio. in prin. in verbo ex certo. & ibi Doct. & vtrobique dixi. ¶Gl. fi. in verbo pœnam, restringit istum tex. ꝙ intelligatur de pœna promissa post stipulationem, tunc continet incertum, quia tēpore stipulationis erat incertum, nam si ante stipulationē promisissem pœnam, stipulatio contineret certum, quia pœna est certa, istam gl. sequitur Io. de Imo. & dicit esse bene notandam iuncto tex. quia facit, ꝙ stipulatio conualidetur propter superueniens interesse, de quo fuit dictum in l. existimo. s̄. eo. Ita vult ista glo. † ꝙ qn̄ non stipulor dari alteri, stipulatio committitur ad interesse meum, etiam ꝙ posteà cœpit superuenire non tm̄ ad id, ꝙ erat tempore stipulationis, de quo an sit verum, ponit Bar. qui ꝯrium tenet in l. stipulatio ista. §. alteri, vbi dixi. s̄. eo. verùm quia hoc modo f̄m gl. & Imo. restringeretur iste tex. ideo Raph. Cuma. intelligit istum tex. generaliter, & melius, vt procedat etiam qn̄ pœna erat promissa tpe, quo fuit stipulatus sibi aut Titio. Tu pondera vltra eum, ꝙ ita etiā sonant verba istius tex. ibi, quoniam pœnam promiseram, & sic in præteritum, & ad argumentum respondet, ꝙ licèt pœna esset certa, tn̄ stipulatio dr̄ incerta, quia ex ipsa pronunciatione non apparet, quid quale, & quantum. l. vbi autem non apparet, in prin. s̄. eo. quia non apparet tempore stipulationis quantum mea intersit, ꝙ detur illi tertio, & ita remanet expedita lex ista.

SVMMARIVM.

1 *Clausula generalis non refertur ad specificata. limi. vt inf. nu. 3. 7. & 8.*
2 *Generalis confirmatio non porrigitur ad id, quod specialiter est cassatum.*
4 *Si testator reliquit cuilibet fratrum prædicatorum capam, & priori bibliam, tunc prior debet habere capam, & bibliam.*
5 *Appella. simplicis fratris, quando continetur prælatus.*
6 *Interdictum, quod vi aut clam, quod est generale, competit etiam pro casibus, in quib. specialib. interdictis est prouisum.*

LEX CXIX.

1 DOli clausula. † Clausula generalis non refert ad specificata. h. d. Et ad hoc quotidiè allegatur. Illud enim, ꝙ specialiter excluditur, generali sermone non includitur, quia species eximitur à genere. concordantes sunt in glo. & vltra glo. adde l. vxorem. §. fœlicissimo. ad fin. ff. de lega. 3. Item breuiloqua substitutio, quia est generalis, non refertur ad illas personas, quibus est specialiter prouisum de substitutione. l. cohæredi. §. qui partem. ff. de vulga. pupilla. allegata in glo.

in gl.item adde gl.in l.ſi adulterium.§.liberto.ff.de adul.vbi diſpoſitio generalis Galli permittens occidi adulterum,non procedit in liberto,qui ſpãliter prohibetur occidere patronũ, licèt
2 in adulterio repertum.† Item generalis confirmatio non porrigitur ad id,ꝙ ſpecialiter eſt caſſatum.gl. ad hoc in l. ſi quis propriè.in gl.fi.& ibi Bar. ff.ad Treb. q̃ gl. ad hoc reputat ſingularẽ Bal.in c.ſi proponente.de reſcri.& ſm Bar. exemplifica iſtũ tex. per l.ſtipulationes commodiſſimum. s̃.eo. vbi dat conſiliũ, ꝙ poſt ſtipulationes ſpeciales ſubijciat̃ clauſula generalis doli, q̃ ad caſus incertos refert̃. Sed per illam.l. non exemplificatur in ſpecie iſta lex.Item gl.noſtra intelligit, qñ caſus fuerunt ſpecificati circa dolum non committẽdum, ſed iſto modo prouiſio eſſet inutilis,quia nihil referret,an clauſula generalis doli referatur an non, ex quo ſpecialiter circa dolum non committendũ eſt prouiſum.l.qui bis idem.s̃.eo.niſi eſſet adiecta pœna,vel eſſent appoſita pignora,& circa exemplum iſtius tex.multũ laborat do.Pet.de Bexu.quia illud non ſcribit in hac.l. ſed pone notabile exemplum, vendidi tibi rem, quæ erat valoris vltra duplum pretij conuenti, & renunciaui beneficio.l.ij. C.de reſcin. vend.& c.cùm cauſa.de emp. & vend. poſteà in inſtr̃o fuit appoſita clauſula generalis dolum malum abeſſe, & abſuturum fore. ego dico me deceptum vltra dimidiam iuſti pretij, & ꝙ tu emptor es in dolo, qui ſciuiſti iſtam magnam deceptionẽ, & ꝙ tu teneris mihi virtute clauſulæ generalis, dolum abeſſe, certè non debeo audiri, quia clauſula generalis doli non debet referri ad iſtum caſum,de quo fuit ſpecialis conuentio, vt hic, & bene facit.l.ſi ſine.§.ſi in ſtipulatione.ff.rem rat.hab. Et intelli ge,ꝙ clauſula generalis doli non refertur ad ſpecificata,quo ad mentem,& effectum,ſed bene quo ad verba.¶Limita reg.huius tex. quatuor notabilib.modis complectendo oĩa dicta glo.
3 Bar.& Doct.clarius,& ordinatius,quàm ipſi loquantur.¶† Primò notabiliter limita,vt iſta reg.procedat,qñ clauſula generalis ponitur poſt ſpecificata,ita propriè loquitur iſte text.dũ dicit, ſubijcitur.pondera bene illud verbum ſubijcitur, ſi autem ècõ clauſula generalis præcedat,& ſequantur ſpecialia, tunc refertur ad omnia ſpecialia, ẽt quibus fuit ſpecialiter prouiſum, p̃ſertim,qñ ſpecialia ob diuerſam cauſam emanant,vt eſt text. in l.4.ff.de ſtip.ſer.& in l.Titia.§.qui Marco. aliàs eſt.l. qui Mar-
4 co.ff.de annu.leg. ¶† Et ſm iſta deciditur quæſtio, ꝙ ſi teſtator reliquit cuilibet fratrum prædicatorũ capam, & priori bibliã, tunc prior debet habere vtrumque & capam & bibliã,ex quo præceſſit genus,quia primò in genere reliquit omnib. fratribus prædicatoribus capam, deinde in ſpecie reliquit priori bibliã, per d.l.4.& d.l.qui Marco.vbi ſunt boni tex.de hoc: ſecus ècõ,ſi primò reliquiſſet priori fratrum prædicatorum bibliã, & poſteà cuilibet ex fratribus reliquiſſet capam, tunc prior nõ debet habere capam, eo quia generale relictum ſequẽs non includit priorem,cui prius fuerit ſpecialiter legatum,per iſtam l.cum ſi.
* & ita determinauit Cyn. *& communiter Doct.* ſequuntur in l. cũ quæſtio.§.fi.C.de leg.& ſequuntur Bar.hic in fin. & Ang.Et expreſſius Imo.& Pau.de Caſt.hic,& Bar.in d.l.qui Marco,per illum tex.& in d.l.4.& ibi Imo.ff.de ſtip.ſer.& in l.quæſitum.§.fi. in 5.col.ff.de fun.inſtr.Ang.& do.Alex.in l. cohæredi. §.qui patrem.ff.de vulg.& pup.Io.And.in addi.Spec.in tit.de inſtr.edi.§. nunc verò aliqua.in verſi.ſed an pauperes.Idem determinauit Bar.in ſimili quæſtione in l.ſi conſul. in 1.col. ff.de adop. quando teſtator reliquit prioribus iſtius ciuitatis centum diſtribuẽda inter eos. Item reliquit Titio quinquaginta, qui etiam erat de prioribus,certè Titius poterit petere 50. & etiam partẽ illo-
* rum centum,per d.l.Titia.§.qui Marco. *& iſta eſt magis cõis opi.* quamuis cõrium tenuerit ipſemet Io.de Imo.ſibi contrarius in d.l.cohæredi. §. qui patrem. vbi tenet non eſſe differentiam,an præcedat genus an ſpecies,cùm non poſſit bene reddi ratio diuerſitatis,& quia ſemper ſpecies derogat generi, & legatum in ſpecie tantum tenet.¶Iſtam opinionem Imo. latè reprobat Are.hic,& tenet totũècontra,quòd indiſtinctè ſiue genus præcedat ſiue ſpecies, ſemper debetur priori vtrunque legatum, tanquam cẽſeatur duplex perſona, quia biblia debetur priori
5 vt prælato,& aliud legatum capæ vt ſimplici fratri, † nam etiã prælatus aliquando continetur appellatione ſimplicis fratris.c. fi. & ibi per Doct. de ſen. excommu. Item dictam opinionem Imo.in d.§.qui patrem.etiam ibi repræhendit do.Alex.& ipſemet Imo.ſeipſum correxit,& melius in d.l.4. ff.de ſtipu.ſer.vbi melius loquitur in hoc.¶Iſtam communem deciſionem limita duob.modis. Primò niſi prior fuiſſet vocatus per aduerſatiuam,puta lego fratribus capam,priori verò bibliam, quia aduerſatiua facit, vt tantum bibliam habere poſſit, ſecundũ Bal. & Saly.in d.l.cùm quæſtio.§.fi. Secundò limita dictam deciſionem non procedere in legato alimentorum relicto fratrib. & priori, quia cùm tale legatum non ſit multiplicabile, non admitteretur prior niſi ſemel tm̃,ſm Ang.Saly.& Pau.de Caſt. in d.l.cùm quæſtio.§.fi.ſecus ergo in legato quantitatis,vnde ſi teſtator legaſſet omnib.fratrib.p̃dicatorib.& priori.100. inter eos diſtribuenda,tunc prior dẽt habere duas partes de illis.100.tanquam bis diformiter nominatus per tex.in d.l.4. ff.de ſtipu. ſer. ſecundum Raph.Fulg.in d.l.cùm quæſtio.§.fi.& hoc vltimum etiam voluit Bar.in d.l.ſi conſul.in 1.col.quem s̃.proximè retu-
6 li. ¶† Secundò principaliter limita regulã tex.noſtri non procedere,quando clauſula generalis,quę ſubijcitur,apponitur,vt omnia ſpecificata comprehendat,quia hoc exprimitur,vel qa omnia ſpecificata ſunt expreſſa, & ſic propter aliud fieri non poteſt,& tũc illa clauſula generalis ſtat collectiuè, ita procedit tex.in l.ſi ſeruus ſeruum.§.inquit lex.ad fi.ff.ad l.Aquil. De quo gl.opp.& ſoluit, & eius ſolutionem ſic dupliciter declarãt Bar.
7 & Doct.¶† Tertiò limita,quando in eadem ſcriptura, & ex eadem cauſa eſt facta mentio generis,& ſpeciei, tunc non fit relatio ad ſpecies enumeratas.l.alimenta.§. baſilicę,& l.Stichus nutricis.ff.de alim.lega.ſecus ſi fiat in diuerſis ſcripturis,puta in teſtamento, & in codicillis, & tunc ſi ob eandem cauſam, puta alimentorum per generalem diſpoſitionem ſubſecutam, in alia diſpoſitione cenſetur receſſum à ſpeciali contenta in alia ſeparata diſpoſitione,& ita loquitur.l.libertis,quos.in prin ff.de ali.leg.de quo gl.fi.opponit,& non ſol. ſecus ſi ob aliã cauſam, vt ibi no.per Bar.& l.cùm centum.ff.de ali.leg.& l. quinquagin-
8 ta.ff.de probatio.¶† Quartò limita,vt prædicta procedãt in diſpoſitione hominis,puta teſtatoris,vel contrahentium,ſecus in diſpoſitionibus legalib.etiam in diuerſis partib.tũc generalis,& ſpecialis ſimul concurrunt, & habet locũ generalis in caſib. ẽt in quib. fuit ſpecialiter prouiſum, & ſic competit duplex via,
9 vt eſt tex.in l.j.§.j.ff.de ope.no.nun. † vbi interdictum, ꝙ vi aut clam,ꝙ eſt generale,cõpetit ẽt pro caſib.ſpecialib. in quib. ſpecialib.interdictis eſt prouiſum,& ibi oĩno vide Bar. poſt Dy. & Bart.in l.Senatus. ff.de accuſa. & in l. ſanctio legum.ff.de pœn. Doct.in l.qui ſepulchra.C.de ſepul.vio.& ibi in diſpoſitione teſtatoris diuerſa ſcriptura ſequens venit correctiuè ad aliam.d. l.libertis quos.in prin.in legib.venit additiuè.d.l.j.§.j.ff.de oper. no.nun.ſm Bar.hic.¶Capio gl.fi.in verbo cauetur. quam diuide magiſtraliter in quinq; partes.In prima declarat tex.ꝙ clauſulæ ſpeciales etiam contineant dolum non committi,ſicut & generales,ſed tunc fatua,& inutilis eſſet deciſio huius tex. quia parum vel nihil referret,an clauſula generalis doli referatur ad ſpeciales, quæ ſimiliter continebat dolum committi. l. qui bis idem.s̃.eo.vnde declara,& exemplifica melius iſtum tex. prout.s̃.dixi in tex.In ſecunda refert opinionem quorundam, qui ſubaudiunt ad fi.tex.tm̃, & fuit opinio Rogerij relata per gl. in l.ſtipulationes cõmodiſſimum.s̃.eo. Et hoc modo eſſet ſenſus, ꝙ clauſula generalis non tm̃ refert̃ ad ſpecificata,ſed ẽt ad alia. Sed iſta ſuppletio violat,& deſtruit tex.& gl.in ſeq.no. tenet cõrium.In 3.gl.colligit ex tex.no. & ad illud allegat quinq; cõcordantes.In 4.opp.& ſol.dic vt dixi. s̃. in ſecunda limitatione. In quinta,& vlt.opp.& nõ ſol.ſed rñde prout dixi.s̃.in tertia limitatione. Secunda ibi, & ſubaudiunt quidam. Tertia ibi, & not. generale verbum.Quarta ibi,ſed argumentum cõ.s̃.ad l.Aquil. Quinta & vlt.eſt ibi,item argumentum contra s̃.de ali.leg.

SVMMARIVM.

1 *Conditio de præſenti,vel de præterito non eſt propriè conditio.*
2 *Ita valet inſtitutio per hæc verba,hæres eſto mihi præſenti, ac ſi hæredẽ proprio nomine nominaret.*
3 *Dictio,& ſi maximè,eſt implicatiua.*
4 *Qui ſtipulatur pecuniam præſentem cum adiectione certi numeri, non poteſt agere ex ſtipulatione,ſi ſumma reperiatur minor.*
5 *Falſa demonſtratio vitiat diſpoſitionem in totum ex voluntate diſponẽtium,quando conſtat de eorum mente,quòd noluerunt aliter valere.*
6 *Conditio propriè eſt illa,quæ eſt de futuro.*
7 *Licèt diſpoſitio ſub conditione facta de præſenti,vel de præterito non ſuſpendatur,dicitur tamen diſpoſitio eſſe incerta,quo ad nos.*
8 *Ad validitatem inſtitutionis filij in poteſtate non requiritur,ꝙ ſit liquida,& certa inſtitutio,dummodo ſecundum veritatem ſit pura.*

LEX CXX.

SI ita ſtipulatus fuero
1 hanc ſummam. ¶† Cõditio de præſenti,vel de præterito non eſt propriè conditio, & ſi deficiat, reddit ſtipulationem inutilem à principio, etiam ſi partes rei veritatem ignorent. hoc dicit. ¶Diuiditur in tres partes. In prima ponitur thema cum ratione dubitandi, & deciſio. In ſecunda ponitur ratio deciſionis. In tertia reſpondetur tacitæ obiectioni.Secunda ibi,quoniam ſi centum nõ ſint.Tertia ibi, nec placuit. ¶In text. ibi,hanc ſummam, facta demonſtratione ad oculum,quæ præſumitur propter dictionem hanc.l. nemo

mo dubitat. in prin. de hær. insti. Et amplia, quòd ille tex. etiam procedit in institutione, quæ est fauorabilis, vnde si testator di-
2 cat,† hic mihi hæres esto, qui est præsens, valet institutio, ac si hæredem proprio nomine nominaret, prout requirit. l. iubemus. C. de testa. nam ille tex. procedit etiam in exhæredatione, quæ est odiosa. l. cùm quidam. ff. de lib. & posthu. vnde si testator demonstratis filijs præsentib. dicat, cæteros hos filios exhæredo, diceretur exhæredatio nominatim facta propter dictionem hos. ita sing. tenet Bal. in l. Titius. in prin. & ibi sequitur Io. de Imo. ff. de lib. & posth. quod bene not. ¶In tex. ibi, & si maximè ita exaudiatur, idest dato, ꝙ partes ita intellexissent, valet,
3 dato quod ita exaudiretur ab eis, † nam illa dictio, & si maximè, est implicatiua, & implicat idem esse in casu diuerso. l. scire oportet. §. sed & si maximè. ff. de excus. tut. & l. si maximè. ff. de ser. leg. gl. in l. ꝙ si minor. §. restitutio. ff. de minor. & in l. illud. ff. ad l. Aquil. nam dictio maximè, stat cõparatiuè, & sic includit positiuum in dispositione, in qua profertur, vt est gl. in c. 1. in verbo maximè, & ibi Gemi. ad hoc not. de renun. in 6. Et sic dictio, & si maximè, habet istũ sensum, ꝙ siue partes ita exaudirent, quòd importaret conditionem siue non, stipulatio est in totum nulla, si minor summa reperiatur. Not. primò ex isto
4 tex. quòd † qui stipulatur pecuniam præsentem cum adiectione certi numeri, vt hanc summam centum ducatorum, non potest agere ex stipulatione, si summa reperiatur minor, quia in minorem summam non videntur partes vllatenus consensisse, & per istum tex. videtur inferri decisio, ꝙ si in ludo taxillorum, vel chartarum vnus diceret, pono istam postam præsentem, quæ est scutorum centum, & alius teneret, & vinceret, ꝙ si posteà reperiatur minor centum scutis, vincens nihil deberet habere, per istum tex. quia demonstratio summæ si sit falsa, nihil debet obtinere, & si hoc esset verum, esset magna cautela in ludo. vide quòd statim dicam in seque. limitatione, per quã apparebit, an istud sic passim, & indistinctè de iure procedat. ¶Istum tex. intelligunt gl. & Bar. ideo procedere, quia hic specialiter fuit actum, ꝙ conditionalis esset, si tanta summa esset in ea, secus si non fuisset expressè actum, quia illud quod est, quamuis minus, deberetur per l. si seruus legatus. §. qui quinq;. ff. de leg. 1. & ille tex. loquitur non solùm in legato, & sic in actu lucratiuo, sed etiam in stipulatione, ꝙ si stipulor. 10. quæ sunt in arca, & non sint nisi quinque, valet stipulatio in illa quinque, quę reperiuntur, de quo tex. gl. hic oppo. & ita sol. Et ex ista sol.
5 not. Bar. † quòd falsa demonstratio vitiat dispositionem in totum ex voluntate disponentium, quando constat de mente ꝯhentium, ꝙ noluerint alitèr valere, & ita limitatur. l. demonstratio falsa. in prin. ff. de condi. & demon. Idem sequuntur Bald. & Pau. de Cast. hic. Sed aduerte, ista sol. est vera in se, sed est nimia diuinatio, & restrictio ad istum tex. & iste tex. loquitur in casu dubio, non autem quando fuit specialiter, & expressè actum, ꝙ nihil debeatur, & stipulatio sit nulla, nisi tota summa de centum reperiatur. Et isto modo intelligendo istum tex. vltra diuinationem iste redderetur de indubitabili, vnde ista solutio glo. & Bar. non videtur vllatenus tenenda ad istũ tex. ¶Circa istud contrarium de d. §. qui quinque. etiam insistunt Io. de Imo. & Are. sed non tollunt contrarietatem istarum duarum. ll. cum tñ vterque tex. loquatur in stipulatione, & iste tex. vult, quòd si summa sit minor, quàm centum, stipulatio in totum sit nulla, sed in d. §. qui quinque, dicitur totum ꝯrium, ꝙ quamuis summa sit minor, quàm sit deducta in stipulatione, tñ valet in eo, ꝙ reperitur, licèt sit minus, & illud debetur. Vnde tu rñde alio modo, quia isti duo tex. loquuntur in diuersis terminis, nã hic fuit numerus taxatus cum demonstratione ad oculũ, quia hic pecunia erat præsens, & fuit demonstratio per dictionem hãc, ibi hanc summam centum aureorum, & illa verba referuntur ad substantiam rei, quæ deducitur in stipulatione, ideo vitiatur in totum, quia non reperitur subiectum demonstratum. l. si sic. §. j. ff. de leg. 1. Sed in ꝯrio fuit solus numerus sine præsentia, & sine demonstratione ad oculum, sed cum simplici relatione ad locum. s. decem quæ sunt in arca, & sic hic fuit dictio hanc, demonstratiua ad oculum, ibi pecunia erat absens, & clausa in
6 arca. ¶† Secundò no. ex isto tex. ꝙ conditio propriè est illa, quę est de futuro, nam conditio de præsenti, vel de præterito non est propriè conditio, cùm non habeat se ad esse, vel non esse, & cùm non suspendat dispositionem in futurum euentum, vnde aut est vera, & statim dispositio est pura, & non suspensa, etiam si partes ignorent: aut est falsa, & statim vsque ab initio est nulla, vt hic, & in l. cùm in secundo. in prin. ff. de iniu. rup. & in l. cũ ad præsens. cum duab. seq. s. si cer. pet. & in l. conditionib. §. j. ff. de cond. & dem. & §. conditiones. insti. de verb. ob. gl. in l. si sic. §. j. & ibi Bar. ff. de leg. 1. Bar. in l. j. in j. col. ff. de condi. & dem. Intellige, qñ talis cõditio de præsenti, vel de præterito fuit impossibilis, nam si tunc est falsa, nihil valet, vt hic. secus si cõditio de præsenti, vel de præterito non sit falsa, sed impossibilis, tunc nõ impedit, quin debeatur, vt est tex. notabilis in l. si Mæuia, & ibi gl. 2. ff. de hære. insti. & ibi Bald. ad hoc not. illum tex. & reputat sing. & bene declarat iuncta illa gl. 2. ibi, quamuis Io. Fab. in d. §. conditiones. reprobet illam gl. sed nihil sufficiens allegat ꝯ eã.
7 ¶† Aduerte etiam, ꝙ licèt dispositio sub conditione facta de præsenti, vel de præterito non suspendatur, dicitur tñ dispositio esse incerta, quo ad nos, prout etiam dicit iste text. ibi, & si ꝯhentes rei veritatem ignorent, tñ filius in potestate licèt non possit institui sub conditione de futuro casuali vel mixta, nisi in defectum exhæredetur, aliàs testamentum est nullum. l. si pater. C. de insti. & substi. tñ bene potest institui sub conditione de præsenti, vel de præterito, quæ non suspendit institutionem, q̃uis sit incerta, ſm Bald. in d. l. cùm ad præsens, qui pro hoc allegat gl. in l. posthuma. in verbo pendente. ff. de lib. & posthu. sed ego alle. tibi tex. expressum & singularem in l. institutio talis. §.
8 j. ff. de condi. insti. quem tex. no. ibi Bal. † ꝙ ad validitatem institutionis filij in potestate non requiritur, ꝙ sit liquida & certa, dummodo secundum veritatem sit pura, quod reputat mirũ Aret. in l. impossibilis. in secundo notabili. supra eod. intellige tamen sanè, quando talis conditio de præsenti, vel de præterito euenit, aliàs secus, præsertim hodiè de iure. C. quo iure omnis dilatio tollitur ipso iure de legitima filij. l. quoniam in priorib. C. de inoffi. testa.

SVMMARIVM.

1 *Ex stipulatione dolum abesse si contrahat, datur actio ad interesse.*
2 *Qui promittit facere instrumentum ad sensum, & dictamen sapientis, & non vult, quòd fiat, tenetur ad intereße.*
3 *Quando contractus debet fieri ad sensum sapientis, nihil potest addere in facto, sed solùm in iure.*
4 *Sapiens non potest aliquid addere, quod non fuerit à partibus expressum, vel quod immutet substantiam actus.*
5 *Sapiens potest declarare pœnam debere apponi in instrumento, quando de consuetudine in similibus contractib. solita est apponi.*
6 *Consilium sapientis non debet exorbitare à iure communi.*
7 *Clausula de consilio sapientis sonat in ius, & non in factum.*
8 *Sapiens non potest aliquid addere in contractib. qui celebrantur verbis, vel qui requirunt scripturam.*
9 *Iuramentum requirit formalitatem verborum.*
10 *Vendens rem alicui, cogitur ei facere instrumentum venditionis.*
11 *Qui dat alicui dotem, tenetur ei facere instrumentum.*

LEX CXXI.

EX ea parte. Istud princ. legitur altero de trib. modis. duob. in gl. & tertio extra gl. & vno modo, ꝙ loquatur de stipulatione iam interposita, alio modo ꝙ loquatur de
1 stipulatione interponenda, ſm primam lecturam glo. h. d. † Ex stipulatione dolũ abesse, si ꝯfiat, dat̃ actio ad interesse. h. d. ſm istam primã lect. ista l. nihil habet vtilitatis ſm Bar. & tũc exponitur text. ibi interponendæ. i. interpositæ, & sic tps pro tpe ſm gl. vel sic ſm secundã lecturã gl. Qui promisit cauere ad sensũ sapientis, & non cauet, ad interesse tenet̃. h. d. Et tunc verbũ interponẽdæ, stat propriè, & ista est notabilior lectura cæteris ſm Bal. & Ang. vel sic ſm tertiam lecturam Doctorũ extra gl. Qui promissionis instrm non vult facere, ad interesse tenetur. h. d. & est vtilis ſm Bar. & est vera in se, vt dicetur. j. in 3. no. tñ non vr prima fronte bene ꝯgruere verbis literæ, vbi de instrõ ꝯficiendo verbũ nullum, sed salua, vt j. dicã super 2. intellectu. ¶No. primò ex isto text. ꝙ stipulatio dolum malum abesse, & sic ꝙ aliquid dolosè non fiet, dr continere incertũ, cùm contineat factũ, & sic succedat obligatio ad interesse, vt hic, & l. stipulationes ꝯmodissimũ. s. eo. & hic in gl. ¶Scdõ no. ex isto tex. ſm ſm
2 intellectũ glo. † ꝙ qui promittit facere instrm ad sensum & dictamen sapientis, & non vult, ꝙ fiat, tenet̃ ad interesse, & sic valet promissio, si promitto facere instrm ad consiliũ sapientis, &
* istum. 2. intellectũ gl. tenent Bar. & cõiter Doct. & est verus in se, sed Raph. Cuma. dicit se non videre, quid faciat iste intellectus de sensu sapientis ad istũ tex. qui loquit̃ de clausula de dolo, & nihil de sensu sapientis, tu defende istum cõem intellectũ, quia tex. dicit, ꝙ poterit agere stipulationis vtiliter interponẽdæ gratia, illud verbũ vtiliter, põt exemplificari ſm consilium sapiẽtis cum promissione dupli, vel cũ alia vtili cautione: & ſm gl. poterit sapiẽs declarare, ꝙ in stipulatione apponatur pœna dupli, si ei ꝯueniatur. ¶Contra istud opponitur, † qñ ꝯtus debet fieri ad sensum sapientis, sapiens nihil potest addere in facto, sed solùm in iure, & in ijs, quæ veniũt ex natura ꝯtus, vt est gl. no. in l. si mandato Titij. §. fi. ff. man. qũo ergo potuit sapiens adde

re, q de culpa caueretur, vel q interponeretur pœna dupli, ex quo istud non erat actum inter partes, nec expressum à partib. Respondent Bal. & Doct. post Ray. de For. q istud erat de consuetudine, quia de consuetudine solitũ est in instrumentis pœnam dupli apponi, & ideo sapiens potest addere in facto illud, q est de consuetudine. l. q si nolit. §. quia assidua. ff. de ædil. edi.
4 † Sapiens ꝯ non potest aliquid addere, q non fuerit à partib. expressum, vel q immutet substantiã actus, nec addere, nisi istud veniat de consuetudine, sed solùm potest consulere circa ea, q̃ veniunt de iure, & ex natura ꝯctus, vt dixi, & sic potest addere circa solennitatem eorum, quæ sunt expressa à partib. vt taliter scribantur, q habeant efficaciam, & apertius, & clarius formare, & exprimere ea, quæ tacitè veniunt ex natura ꝯctus. de quo vide gl. in l illa institutio. & ibi plenè Bar. & Scriben. ff. de hære. insti. Spe. in tit. de emp. & vend. §. sciendum. ver. quid si in instr̃o. & versi. seq. & ibi Io. An. in addi. & plenius, quàm alibi Io. And. in addi. Spe. in tit. de fid. instr. §. postremo. in versi. quid si à ꝯhentib. & in §. instr̃m. in versi. nunquid confecto. cuius dicta plenè declarat d. Ant. de But. in c. ex literis. & ibidem Ioan. de Imo. de. fi. instr. cum alijs concordantijs hic traditis per d. Alex. ista materia est vtilis, & quotidiana, quia quotidie partes committunt Notario, q conficiat instr̃m ad dictamen sapientis, quid possit tunc sapiens declarare esse apponendum in instr̃o, dictum est. s. aliquid sed ego melius attingam procedendo per veras conclusiones. ¶ Adde primò dictis Doctorum inquantum volũt,
5 † q sapiens potest declarare pœnam deberi apponi in instr̃o, qñ de consuetudine in simi. ꝯctib. solita est apponi, sed vbi non esset consuetudo, tenet Doct. q sapiens non possit ordinare pœnam debere apponi, dic q ratio est, quia regulariter non tenet quis promittere pœnã, vt est gl. in l. fi. in gl. mag. ad fi. & ibi Bar. ff. de præt. stip. & in l. ij. §. fi. ff. qui satis. cog. & in l. ij. in fin. ff. si quis cau. ergo ad illam non potest sapiens obligare. ¶ Secũdò adde Bal. in l. executorem. 5. col. C. de execu. rei iu. vbi concordando cum prædictis tenet, q sapiens potest declarare, q apponatur consuetudinaria pœna, si hoc consuetudo dictat, aliàs nõ. & ibi assignat aliam rationem, quia pœna est. s. rem sapienti commissam, per hic no. Ideo egreditur manifestissimos terminos commissionis, sicut nec posset sapiens declarare, q detur fideiussor, nec q persona extrinsecus subintelligatur, quia sapiens solùm assumitur, vt significet, quid legitimè fieri debeat, & sic f̃m ius. ¶ Tertiò adde, q ꝯ prædicta tenet Bal. Ang. & Rapha. Fulg. in l. pacta conuenta. ff. de transa. vbi per illum tex. tenet, q sapiens possit semper consulere pœnam esse promittendam in ꝯctu, sicut ibi Iurisconsultus consulit. & in l. fi. ff. de præt. stipu. q pœna in ꝯctib. adijciatur. sed certè ille tex. nihil facit, q̃a licèt istud ibi detur de cõsilio legis stipulatori, non tñ sequitur, q promissor ꝯ quem est illud consilium videatur velle ad hoc se obligare ex potestate data sapienti, qñ nõ fuit exprefsè dictũ. Quartò adde pro cõfirmatione prædictorum, q sensus sapientis debet esse, vt legitimè liget, & cautè, sed non cum fideiussore nec
6 cum pœna, † quia consilium sapientis non debet exorbitare à iure communi, f̃m Bal. in l. sancimus. circa med. C. de verb. sig. vbi alleg. gl. ad hoc in l. si mandato Titij. §. fi. ff. mand. ¶ Quintò fortius amplia prædictam communem conclusionem Doct. q notarius, cui fuit dictum, q aptet instr̃m ad consilium sapiẽtis, non potest apponere pœnam in instr̃o, ẽt si sapiens mandat eam apponi, ex quo in ꝯctu firmato non interuenit promissio pœnæ. Item quia pœna non est vniformis, quia aliqñ maior aliqñ minor, & sapiens non potest addere facto nec substãtiæ facti, nec ẽt quo ad voluntatem partium, sed debet interponere partes suas circa solennitatem, ita q actus valeat de iure, facti substantia non immutata, quia semper vr̃ actum, q solenniter aptetur, ita q valeat de iure. & hoc tex. in versi. vtiliter. & ita notabiliter declarat Bal. in l. cùm quid. in 2. col. ff. si cer. pet. alibi
7 dicit Bal. in l Imperator Adrianus. in pen. col. ff. de sta. hom. † q
a clausula de consilio sapientis [a] sonat in ius, & non in factum. Ideo non potest in facto extendere, sed benè in iure ordinare.
8 ¶ † Sextò adde, q sapiens non potest aliquid addere in ꝯctib. qui celebrantur verbis, vel qui requirunt scripturam, quia quicquid in eis omissum est à verbis, hr̃ pro omisso, ita singulariter Ang. in l. quicquid astringendæ. in prin. per illum tex. & ibi Ioã. de Imo. s. eo. similiter non posset sapiens ordinare, q iur̃m apponatur in instr̃o, quamuis q fortius est solitum sit apponi, eo
9 † quia iur̃m requirit formalitatem verborũ, q formaliter verbis iuret, & non potest aliter suppleri, vt est tex. not. in c. pen. de iureiur. per quem tex. ita in specie tenet d. Ant. de But. d. Abb. & Io. de Imo ibi, q bene liga ad digitum, quia aliàs vidi de facto in ciuita. Flor. in causa valde ardua. ¶ Septimò, & vlt. adde, q sapiens bene potest facere apponi in instrumento constitutum, per quod transfertur dominium, & vera possessio. l. q meo. in prin. ff. de acq. pos. glo. & Doct. in l. ab emptione. ff. de pact. quia est de natura ꝯctus, & cõsuetum est apponi in ꝯctib. & instr̃is, & per ipsum constitutum mens ꝯhentium facilius, & efficatius consequitur finalem effectum, ita tenet Old. Lau. in consi. 139. q incipit ad habendum aliqualem notitiam. in vlt. colum.
10 ¶ Tertiò prin. no. ex isto tex. f̃m 3. lect. Doct. † q si aliquis vendit mihi rem, cogitur ad faciendum mihi instrumentum ven-
11 ditionis, † & si do tibi dotem, teneris mihi facere instr̃m dotis, & sic qui promittit alicui, tenetur facere instr̃m illius promissionis. facit l. sicut datã. C. de liberali causa. & l. plures apochis. C. de fide instr. gl. in l. ij. in prin. in verbo suspectum, & ibi Bart. & alij. ff. sol. ma. gl. & Bar. in l. ne casu. C. de discus. lib. 10. Bar. in l. 3. ad fi. prin. ff. de condi. ob cau. & latius in l. si finita. §. eleganter. ff. de dam. infect. cum concor. ibi traditis per d. Alex. & si aliquis confitetur se esse vasallum alicuius, tenetur facere instrumentũ recognitionis feudi, secundum Bal. in d. l. sicut datam, & in prædictis, & similib. casibus si non vult pati, q fiat instrumentum, tenetur ad interesse per istum tex. secũdum tertiam lecturam. ¶ Limita, qñ per tale instrumentũ ius debitoris fieret in aliquo deterius, tunc non tenetur facere, puta si esset statutum, q instrumenta publica habeant executionem paratam, secundum Ang. in l. in omnib. ad fin. ff. de iudi. quem simpliciter sequitur Are. hic, & patet instrumentum confici secundum consue. ciuita. quia promissor ad hoc tenetur, ita q in eo apponantur omnia, quæ de consuetu. solita sunt apponi, vt est tex. melior de iure in l. fi. in fi. & ibi notabiliter Bal. C. de fideius. Barto. in l. si prius. §. placuit. aliàs incip. Plautius. ff. de aqua plu. arcen. cũ multis concor. hic traditis per d. Alex. & de hoc vltimò aliàs plenè, & cumulatè dixi in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cer. pet. & in l. si donatione. C. de colla. Remitto me ad ea, quæ vtrobique dixi.

ADDITIO.

a ¶ Sapientis. Adde, quæ de hac clausula scribit Neuiz. consi. 64.

SVMMARIVM.

1 *Maritus potest se obligare vxori ad pœnam, si concubinam tenuerit. & num. 2.*
3 *Maritus est caput vxoris, & non ècontra.*
4 *Habere concubinam, quando quis tenet vxorem, est cõtra bonos mores.*
5 *Iuramentum contra bonos mores non est obligatorium, si est contra bonos mores de iure canonico.*
6 *De iure canonico concubinatus est illicitus etiam non habenti vxorem.*
7 *Vbicunque aliquid fit contra bonos mores, potest ad illud cohibendum pœna induci, & nu. 8.*
9 *Stipulatio pœnalis interposita ex honesta causa valet, & tenet, quamuis nullum contineat peculiare interesse.*
10 *Stipulationes inuentæ sunt, vt quis stipuletur, quòd sua interest.*

1 §. Mulier ab eo. † Vxor potest stipulari à marito pœnam, si cõcubinæ cõsuetudinem repetierit, & talis pœna est exigibilis, quia causa est honesta. hoc dicit. Istud summarium est verum in se, & procedit exponendo tex. ibi, in cuius matrimonium conueniebat, * idest reconciliabatur, prout exponit glo. *& communiter Scribentes* sic intelligunt istum tex. sed quia ista est impropriatio literæ, tu potes sic summare. Mulier tp̃e, quo ꝯhit matrimonium, stipulari põt à viro pœnam, si consuetudinẽ concubinæ repetie-
2 rit. h. d. non impropriando literam. ¶ † Not. primò, q maritus potest se obligare vxori ad pœnam, si cõcubinam tenuerit, vel concubinç consuetudinẽ repetierit, quia interest vxoris, q non teneat, ne fraudetur debito naturali. & hoc ẽt tendit ad conseruandũ bonos mores, nam exasperãtur vxores quantumcunq; castissimæ per retentionem cõcubinarum. ita dicit tex. in §. mitiores. in Auth. de nup. non tñ per hoc, q maritus teneat cõcubinam, potest vxor accusare de adulterio, imò nec si maritus committeret adulterium cũ vxore alterius, potest per propriã vxorem accusari de adulterio. tex. est in l. j. & ibi gl. & Cy. C. de adul. qui tex. est canonizatus de iure cano. 32. q. 5. c. Christiana. facit, q habetur in §. si quis in sua domo. in Auth. vt liceat matri, & auiæ. & ita etiam dicunt Imo. Ang. & Pau. de Cast. hic.
3 ¶ † Adde, q ratio diuersitatis est duplex, quia maritus est caput vxoris, & non ècontra. c. continebatur. de despon. imp. Secunda melior ratio est, quia maius præiudicium generatur marito ex adulterio vxoris pp̃ dubium prolis, quàm vxori ex adulterio mariti, f̃m d. Abb. in c. tuæ. in vlt. col. de procur. & intellige, & limita, vt per do. Abb. in c. j. in 2. no. per illum text. vt lit. non conte. & per gl. & Doct. in d. l. j. C. de adul. ¶ Item adde, q licèt vxor non possit accusare maritum dè adulterio pp̃ retentionẽ concubinæ, dato q illa concubina haberet maritum, potest tñ vxor compellere maritum ad dimittendũ ꝯcubinam per iudi

cem

cem eccleſiaſticum ſub pœna excommunicationis,vt c.ſi cō-
cubinæ.de ſen.excom.in antiquis.gl.in c.Romana.in ver.oſten
ſa.de ſen.excom.in 6.& dicit Bald.hic per iſtum tex.ꝙ Epiſco-
pus poteſt excommunicare vxoratos tenētes cōcubinas, imò
fortius tenet Pau. de Caſt. hic , ꝙ etiam iudex ſecularis poſſet
compellere maritum remedijs ſecularib. ad dimittendum con
cubinam,cum ad eius officium pertineat, ꝙ homines honeſtè
viuant.l.iuſtitia.ff.de iuſti.& iu.non tñ iudex ſecularis poſſet eū
punire,cùm iſtud ſit crimen de iure canonico,vt dicam ſtatim
in ſequenti notabili,ergo iudex ſecularis non poteſt ſe de eo in
tromittere ad puniendum,vt c.vt inquiſitionis.§.prohibemus.
de hæret.in 6. & quod plenè notatur in c. cùm ſit generale. de
fo.compet.& ita etiam tenet Aret. hic. vnde alibi diſputat latè
Pet.de Anch.in repe.c.ea quæ.de reg.iu.in 6. An princeps ſecu
laris poſſet facere ſtatutum validum,per quod imponat pœnā
concubinis clericorum,quæ ſunt laicæ. ¶Secundo no. ex text.
4 ibi,quæ ex bonis morib.concepta. à contrario ſenſu, † ꝙ tene-
re concubinam, quando quis habet vxorem,dicitur eſſe ɔ̃ bo-
nos mores,licet concubinatus ſm ll.ciuiles non ſit improbatus
nec puniatur.l.in concubinatu.& ibi Bar.ff.de concu.& eſt glo.
no.in l.in liberæ.ff.de ritu nup. ex quo infert Are. hic, ꝙ aliqua
ſunt ɔ̃ bonos mores,quæ tñ non puniuntur ſm ius ciuile. Ad-
de,ꝙ de iure ciuili dr̃ ɔ̃ bonos mores,quicquid eſt improbum
& inhoneſtum , licèt de iure canonico illud ſolùm dicatur ɔ̃
bonos mores,quod inducit peccatum,ſm Bal.in l.pacta, quæ
ɔ̃.in 2.no.C.de pact. & in l. pactum quod dotali. in 19.q.C.de
colla. & in l.nō dubiū.in 17.opp.C.de legi.& notabiliter in rub.
C.de condi.ob turp.cau.& c.1.§.ſacramenta.de pa.iu. fir.& ad-
uerte,ꝙ regula.c.non eſt obligatorium. de reg. iur.in 6.quæ di-
5 cit, † ꝙ iuramentum ɔ̃ bonos mores non eſt obligatorium,de
bet intelligi,qñ eſt contra bonos mores de iure canonico,& ſic
qñ inducit peccatum,ſecus, qñ eſt ɔ̃ bonos mores de iure ciui
6 li, ſm Pau. de Caſt.in d.l. pacta, quæ ɔ̃.Item adde, † ꝙ de iure
canonico concubinatus eſt illicitus etiam non habenti vxorē.
32.q.4.c.nemo.& c.dicat aliquis.Bar.in d.l.j.ff.de concu.vnde ſa
cerdos dando pœnitentiam in confeſſione,non poteſt permit-
tere retinere concubinam,ita dicit gl.iuris ciui. in §.clericos au
tem.verſi. ſi verò futurus ordinari diaconus. in Auth. de ſanc.
7 Epiſc.¶Tertiò no.ex hoc tex.† ꝙ vbicunq; aliquid fit ɔ̃ bonos
mores, poteſt ad illud cohibendum pœna induci. & ideo dicit
8 Bar.& cæteri ſequuntur hic eſſe caſum , † quidam multum lu-
debat,nec poterat contineri,fecit inſtr̃m amico,ꝙ nūquam lu-
deret,& ſi luderet,daret tantam pecuniam noīe pœnę,ꝙ valet
iſta promiſſio,& eſt iuſta cā ad conſeruandos bonos mores,vt
hoc tex.& eſt bona cautela ad refrenandum quē à ludo , per q̃
trahi poterit à conſuetudine ludendi per promiſſionē pœnæ,
quæ eſt valida, & exigibilis per iſtum tex. ¶Sed aduerte, ꝙ iſte
tex.non vr̃ facere,quia hic vertebatur intereſſe vxoris ſtipulan-
tis pœnam , ne fraudetur debito naturali, vt dixi. ſ̃.in 1.not.ꝙ
non eſt in iſta q.vide tñ circa hoc,ꝙ ſtatim ſubijciam. Adde,ꝙ
9 ex iſta deciſione Bar.& Doct.ſubtiliter not.Are. † ꝙ ſtipulatio
pœnalis interpoſita ex honeſta cauſa valet , & tenet , quamuis
nullum contineat peculiare intereſſe, nam hic iſte,qui ſtipulat̃
pœnam ab amico,ſi vlterius luſerit,non prętendit in hoc aliqđ
intereſſe pecuniarium, ſed ſolùm intereſſe honeſti affectus , &
beneuolentiæ,& tamen valet ſtipulatio, vt hic ſecundum Bar.
& Scribentes.& facit ſecundum eum text.in l.ſeruus ea lege.ff.
de ſer. expo. in verbo etiam affectionis ratione rectè aget . Sed
errat Aret.& inaduertenter loquitur, quia iſte text. loquitur de
ſtipulatione pœnæ,in qua non attenditur nec curatur aliquod
intereſſe.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ſ̃.eo.& l.fin.ff.de præt.ſtipu. vn-
de Pau.de Caſt.hic formaliter dicit, quòd iſta deciſio Barto.&
Doct.procederet,ſi ſolùm ſtipularetur ab amico, quod non lu
10 deret non apponendo pœnam, eo † quia inuentæ ſunt ſtipula
tiones,vt quis ſtipuletur,quòd ſua intereſt.d.§.alteri. ſed hic nō
intereſt ſtipulatoris,ſed promiſſoris , vnde non poſſet agere ad
intereſſe,quod non eſt,ideo Bar. & Docto.ſecundum eum lo-
quuntur,quando non eſt ſubiecta pœna. Item non eſt verum
aſſumptum Are. ꝙ ſufficiat intereſſe affectionis,vt valeat ſtipu
latio. iſtud eſt falſum,imò requiritur , quòd interſit pecuniari-
ter,vt eſt tex.in l.3.§.ſed & ſi forte.ff.iudi.ſolu. & eſt glo. ordi.&
approbata in l.fideiuſſoris. & ibi Bart.& ibi dixi.ff. de pact.& ibi
Bar.reſpondet ad d.l.ſeruus ea.l. alleg. per Are. & ita etiam te-
net Bar.& alij ſequuntur in d.l.ſtipulatio iſta.§.alteri. vbi etiam
dixi cum concordantijs vtrobique traditis per me. ¶Capio gl.
in ver.non poſſit,quæ allegat pro concordanti.l.ſi ita ſtipulatio
facta fuerit.ſ̃.eo.ſed illa facit in contrarium,dum dicit,quòd in
matrimonijs debemus eſſe contenti pœnis legalibus,& ideo ſi
mulier ſtipuletur à marito pœnam in caſu ibi poſito,nihil va-
let ergo contra iſtum tex.ſed reſponde,ꝙ ibi loquitur,quando
pœna apponitur circa matrimonium culpa diſſoluendū, quia
talis pœna auferret libertatem matrimonij ex culpa diſſoluen
di , ideo non valet,vt l.Titia.in prin.j.eo. ſed iſte text. loquitur,
quando pœna apponitur circa aliud extrinſecum à matrimo-
nio,quod obſeruari eſt ſecundum bonos mores, nam hic pœ-
na interponitur gratia fornicationis euitandæ, & caſtitatis ma-
ritalis ſeruandæ,ideo valet,quia eſt ſecundum bonos mores,vt
dicitur in litera .

SVMMARIVM.

1 *Verba debent intelligi naturaliter non autem ciuiliter,item etiam in po tiori ſignificatu.*

2 *Mortis appellatione intelligitur de naturali,non autem de ciuili.*

3 *Pactum de lucranda dote in caſum mortis , purificatur in morte ciuili per ingreſſum religionis.*

§.In inſulam. Stipulatio collata in tēpus mor-
tis committitur per mortem na
1 turalem,& non per ciuilem.h.d. ¶† Not.primo ex iſto tex.ſm
Bart.& alios, ꝙ non ſufficit ciuiliter fieri , ſed debet naturaliter
impleri.facit l.ſi ita quis.§. is cui. ff.de leg. 2.verba enim debent
naturaliter intelligi non autem ciuiliter.l.fi.C.de his,qui ve.ęta.
impę.& l.fideicom.in prin.ff.de cond. & demon.Item verba de
bent intelligi in potiori ſignificatu.§. ſed ius quidem. inſtitu. de
iur.nat.gen.& ciui.& l.j.§.qui in perpetuum.ff. ſi ager. vect. vel
2 emphy.pet.& c.ſi pater.de teſta. in 6. † vnde appellatione mor
a tis [a] intelligitur de naturali , & non de ciuili , & ſic deportatio,
quæ eſt mors ciuilis non æquiparatur naturali,de quo ſtatim di
cetur in glo ¶Capio gl.in verbo niſi moriente,quam diuide in
tres partes.In prima declarat tex.& illa eſt plana.In ſecunda col
ligitur ex tex. no. & ad illud allegat quatuor concordantes . In
tertia dupliciter oppo.& non ſoluit. Secunda ibi, & ſic not. ꝙ
appellatione mortis. Tertia ibi, ſed argumentum ɔ̃.ſ̃. pro ſoc.
* Reſponde ad vtrunque ɔ̃rium ſm Dyn. & Bart. *& communiter*
Doct. ꝙ in illis legib. ciuiliter factum , quo ad id de quo agitur,
per omnia repræſentat naturaliter factum,& tunc mors ciuilis
æquiparatur naturali,nam in d.l.actione.§.publicatione.ff. pro
ſoc.alle.in gl.ſocius fuit deportatus, & ſic amiſit bona , per de-
portationem finitur ſocietas,quia in effectu impeditur operari
in ſocietate,ſicut ſi eſſet mortuus naturaliter ſimiliter in l.j.§.fi.
ff.de bon.poſ.ɔ̃ tab.alle.in gl.prior in gradu deportatus non po
teſt ſuccedere , & deſinit eſſe in poteſtate patris ſicut naturali-
ter mortuus,ideo ibi hr̃ pro mortuo,vt non obſtet ſequenti in
gradu,vt ibi,& l.ſi necem.§.ſi deportatus. ff. de bon.lib.Ad idē
tex.qui quotidie ad hoc allegatur in l. Deo nobis. in prin.C.de
3 Epiſ. & cle. † vbi pactum de lucranda dote factum in caſum
mortis purificatur in morte ciuili per ingreſſum religionis . ad
idem.l.intercidit.in fi.ff.de condi.& dem. vbi mors ciuilis, quæ
cauſatur per pœnam irrogantem ſeruitutem,æquiparatur na-
turali,quia habet per oīa eundem effectum.Adde tex.in c.j.§.j.
& ibi Gemi.ad hoc notat.ne ſede vacante.in 6.vbi ad collatio-
nem beneficiorum pariter eſt inhabilis mortuus, & ſuſpenſus.
Ideo ibi mors ciuilis æquiparatur naturali , quia ciuilis, quo ad
illum effectum collationis beneficiorum eſt eiuſdem effectus.
Ad idē tex.no.in c.pe. & ibi gl. 4.ad hoc no.de ſupplē. neg. p̃la.
in 6. ſecus eſt, qñ mors ciuilis non affert eundem effectum per
oīa, vt habes exemplum in iſto tex. vbi pp dilationem haben-
dam ad ſoluendū , fuit appoſitum tp̃s mortis in promiſſione,
planum eſt, ꝙ maior erit dilatio,ſi expectemus mortem natu-
ralem,quàm ſi attēdamus ciuilem,& ſic deportationem. ideo
hic non repræſentat eundem effectum mors ciuilis, ſicut natu
ralis,ideo nimirum ſi ei non æquiparatur.ad idem text. in l.cū
pater.§.hæreditatem filius.ff.de leg.2.vbi obligatus ad reſtituē-
dum certa bona in caſum mortis,non tenetur reſtituere ſequu
tā deportatione,ſed debet expectari mors naturalis. Ad idem.
l.ſed ſi mors.in prin.ff.de don.inter vir.& vxo.alle.in gl.vbi do-
natio facta inter vir.& vxo. conſtante matri. quæ confirmatur
morte donatoris,puta mariti,nō confirmatur per deportatio-
nem,& ſic mortem ciuilem. ad idē tex .in l. Statius.§.fi.ff.de iu.
fiſ.Ad idem facit,quia per mortem naturalem diſſoluitur ma-
trimonium.c.pe.& fi.de ſecun.nup.& tñ non diſſoluitur per in
greſſum religionis,qñ matrimoniū fuit cōſumatum. 32.q.7. in
c.licitè.& c.cū ſis de cōuer.ɔiug.& tñ ingrediens monaſterium
dicitur

ADDITIO.

a † Mortis.Adde Alex.conſi.2.lib.1.Iaſ.in l.Gallus.§. & quid ſi tm̃. ff.de libe.& poſth.Doct.in apoſtil.ad gl.in §.hæc quidē.verſi.mors.in Auth.de hęre.& fal.& fac. ꝙ qñ mors ciuilis hēt effectū mortis naturalis, æquiparat̃ morti naturali,teſte Rol.conſi.97.nu.39.lib.2.de quo plura notat Alex.conſi.139. lib.2. Fely.in c.licet.de off.dele.poſt Bar.in l.j.C.de ſac. ſan.& notat idem Iaſ.in l.in pupillari.nu.9.ff.de vulg.Iodoc.Pract.Crim.c.58.nu.4. MASVER.

dicitur mori ciuiliter. Auth.ingressi. C.de sac.san.eccle. 16.q.1. in c. placuit. 2. & ista *distinctio approbatur communiter per Scriben.* hic.per Cyn.& Bald.in d.l.Deo nobis.Bar.in l.si cum dotem.§. fi.ff.sol.mat.& in Auth.si qua mulier. C.de sac.sanc.eccle.Imo. & d.Alex.in l.ex facto.el 2.ff.ad Treb.tamen gl.Canonista.tenet ꝙ appellatione mortis venit naturalis non autem ciuilis nisi in casib.à iure expressis,ita tenet gl.no.in c. susceptum.de rescrip. in 6.& gl.in c.placuit.2. 16.q.1. verùm quia in hac materia iura videntur vario modo loqui,vide d.Ant.de But. plenius distinguentem,in c.licet vndique.de offi.deleg. quem refert Gemi.in d.c. susceptum. item vide d. Abb. referentem in hoc quinque opin.post Ioan.And.& alios ibidem relatos in c.cum sis. de cõuer.coniug. & vide plene per Scriben. & maximè per repetentes in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de lib.& posthu.vbi etiam est tex.de hoc.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio doli committitur contra hæredem ex facto defuncti.*
2 *Dolus est delictum.*

1 §. Ex facto. † Stipulatio doli committitur contra hæredem ex facto defuncti.h.d.Ratio est secundum Bar. quia quando dolus purgatur per actionem ex contractu, tunc hæres tenetur insolidum ex dolo defuncti, etiam si nihil ex ipso contractu peruenerit ad hæredem,& quãuis etiam lis non fuerit contestata cum defuncto, & sic quando agitur ad dolum actione ex contractu, actio transit ad hæredem.l.si hominem.§.datur.s̃.depos.allegata in gl.Secus,quãdo purgatur per actionem ex delicto vel quasi, tunc non transit contra hæredem nisi lite contestata cũ defuncto. l.j. C.ne ex deli.defuncto.alle.in gl.& l.j. & ibi latè Bar. ff.de pri.delic. & sic quãdo agitur ad dolum ratione delicti, vnde simile, quod adducitur in tex.de contractu depositi, vel mandati, & sic bonæ fidei ad stipulationem, & sic contractum stricti iuris procedit cùm sit eadem ratio purgationis,vt tex.iste dicit,sicut & in cæ-
2 teris alijs contractibus. † Aduerte tamen, ꝙ dolus dicitur esse delictum,vt est text. melior de iure in l. j.§. nunc tractemus.in ver.planè.ff.de tut.& ra.dist.& in l.si ex causa.§. nunc in minorib.videndum.ff.de mino.& in l.j.§.si apud.ff.depositi.gl. & Bar. in l.j.in prin.ff.de fideiuss.tuto. licèt Barto.ibi prædicta iura non alleget.

SVMMARIVM.

1 *Testatio quid sit, & quæ differentia sit inter testationem, & denunciatio.& nu.2.*
3 *Qui promisit se soluturum certo loco, & tempore non potest inuito stipulatore soluere alio loco,nec ante illud tempus, quando interest creditoris soluere in alio loco.*
4 *Creditor non cogitur recipere ante tempus solutionem rei, quæ cursu tẽporis potest deteriorari.*
5 *Debitor potest inuito creditore renunciare diei indulto debitori ad soluẽdum miserationis gratia.*
6 *Hæredes mariti inuita muliere possunt ei incontinenti restituere dotem consistentem in rebus immobilib.non expectato anno.*
7 *Quãdo aliquid est in obligatione, & aliud in solutione ex dispositione l. admittitur variatio etiam post sententiam.*
8 *Sola verbalis oblatio sufficit ad constituendum creditorem in mora.*
9 *Vbi opus est facto,verba non sufficiunt.*
10 *Qui semel citatus dixit nolo comparere,non est amplius citandus.*
11 *Depositum debiti debet fieri penes tertiam personam idoneam eligendã arbitrio iudicis.*
12 *Roma est communis patria.*
13 *Oblatio facta in congruo loco, & tempore, non valet nec habet effectũ.*
14 *Reus non potest cogi inuitus soluere alibi quam in loco destinato solutioni.*
15 *Quando debitor est contumax, & non soluit in loco destinato, potest tunc contra contumacem, & sic contra dolosum interesse probari per solum iuramentum.*
16 *Qui nititur cõtra regulam,debet probare qualitates per quas sibi liceat a regula discedere.*
17 *Probatio interesse prouenientis ratione lucri,quod pendet à futuro euẽtu,cuius est non determinata veritas,redditur difficilis.*
18 *Ante terminum anni potest debitor soluere vsuras duorum mensium tantum inuito creditore.*
19 *Vsuræ pro futuro tempore debentur sub conditione,si sors remanebit penes debitorem, & non aliter.*
20 *Quando sunt plura debita, potest debitor soluere vnum sine alio inuito creditore.*
21 *Creditor sortis & vsurarum præteritarum non cogitur etiam in vsuris particularem solutionem recipere, secus tamen respectu vsurarum futurarum.*
22 *Creditor potest petere sortem,quamuis debitor velit soluere vsuras.*
23 *Si dedi Titio fundum in pignus pro cẽtum mutuatis,cum hoc ꝙ fructus fundi loco vsurarum ad eum pertineant, & mihi nunquam liceat luere,tale pactum non valet.*
24 *Locationes rerum ecclesiasticarum valent,nisi transcendant.30.ann.*
25 *Quid sit pactum.l.commissoriæ.*
26 *Mutuum communiter est multo minus,quàm valeat res.*
27 *De substantia pignoris est ꝙ soluta pecunia debita pignus restituatur.*
28 *Contra substantiam dona.causa mor.est donare hoc acto,quòd non possit reuocare.*
29 *Licèt debitor exhibeat creditori alium æquè idoneum, qui sit paratus recipere mutuo sub eisdem vsuris pro toto tempore, tamen non debet esse in potestate debitoris discedere à contractu limitato,& soluere aliter,quàm quod conuentum fuerit.*
30 *Contractus mutui est contractus nominatus.*
31 *In frumento,vino,& oleo,& similibus, in quibus vsuræ debentur nudo pacto,locus est pœnitentiæ soluto interesse.*
32 *In contractibus innominatis non tenetur quis præcisè dare,sed soluendo interesse liberatur.*
33 *Qui promisit soluere ad tempus,an & quando possit ante soluere.*
34 *Quando dictio in,est iuncta accusatiuo significat tempus perfectum.*
35 *Quando fuit actum,quòd creditor fructus prædij pignorati haberet pro vsuris,& debitor soluit fructus collectos, dum adhuc pendent in fundo,tunc est fienda diuisio pro rata temporis.*
36 *Quando factum est pactum de retrouendendo fundum, ea quæ sunt percepta ex dicto fundo post oblationem factam debent restitui volenti retroemere.*
37 *Emptor, qui tenetur ad retrouendendum ex pacto lucratur omnes fructus,quos in præteritum percepit,nisi fuisset in mora retrouendendi.*
38 *Si quis vendat cum pacto, quòd quamprimum offerat pretium retrouendatur, & offert pretium tempore messium, vel vindemiarum, an fructus erunt sui.*
39 *Quando fit restitutio dotis constan. matrimonio non debet fieri diuisio fructuum,sed omnes fructus extantes debent restitui mulieri.*

LEX CXXII.

Qui Romæ. Ista lex sm̃ Bar.est tota notab.& sm̃ Pau.de Cast. tota ista lex pulchra, & ponit casus valde singulares,
1 & secundum Bal.prin.huius l.est singulare.¶† Promittens soluere certo loco, & tempore non potest alio loco, nec ante terminum soluere,si interest stipulatoris non solui.Itẽ oblatio facta incongruo loco, & tempore non prodest offerenti.h.d.vsque ad §.Callimachus. ¶Diuiditur in tres partes. In 1. ponitur thema.In 2.ex eo elicitur quæstio. In 3.ponitur responsio. Secunda est ibi, quæsitum est. Tertia & vlti. ibi, respondi posse. ¶In text. ibi, eamque ibi dari stipulanti spoponderat.s. cum vsuris, puta 10.pro centenario quolibet mense,& statim soluit vsuras pro duob.mens.vt innuit. ĩ text. dũ dicit detracta ea summa, q̃ creditori suo vsurarũ noĩe dederat, & licet Pau. de Cast.& d.Alex.exponant detracta.i.ꝯputata, vt dicũt innuere gl.in verbo integram.dic ꝙ tex.bene stat detracta.i.diminuta de sorte prin.¶In tex.testato,exponit.i.corã testibus & hoc vocabulo vtitur ẽt tex.in §.cohæredes.ĩ.ea.l. ibi,tutores sæpius testato ꝯuenerit,& ibi gl.intelligit testato extra iudi.& tex.in l.j.in prin.in ver.siue testato quis siue per epistolã.ff.ꝙ iussu, & ibi ẽt gl.ponit testato.i.corã testib. inter pñtes.& tex. in l.j.§. licet aũt. ff.de peri.& ꝯmo.rei ven.ibi, prius q̃ testato denũtiet emptori. & in l.qui testõ.§.fi.ff.de test. ibi,donec suprema ꝯtestatio pera-
2 gatur.& gl.ibi dicit ꝯtestatio, † quia corã testib.fit, & l. detestatio.in prin.& ibi gl.ff.de verb.sig.hinc est, ꝙ differentia est inter testationem & denunciationẽ testatio est coram testib.denunciatio verò est sine testib.vt no.gl.in l.j.§. sed & si quis. ff. ꝙ vi aut clam.& in l.j.C.si minor se ab hæredi.absti.& in l.testi. C. de inoffi.test.& in l.fi.ff.pro derelic. & in l. ergo sciendum.ff.ex quib.
3 cau.ma.¶No. 1.ex isto tex.ꝙ † qui promisit se soluturum certo loco & tpe, non potest inuito stipulatore soluere alio loco, nec ante illud tempus,qñ interest creditoris solui in loco destinato,& non alibi,nec ante terminum, & sic pecunia mutuata non potest offerri alio loco,vel tpe, quã sit inter ꝯhentes actũ, & sic non licet debitori præuenire terminum gratia creditoris, vel vtriusque appositũ,& ꝙ hic dr̃ in loco,& tpe procedit etiã in reb.quia vna res pro alia, & sic aliud pro alio inuito creditore solui non põt.l.ij.§.mutui datio.ff.si cer.pet. & bonũ est argũ de loco ad rem.l.fi.in fi.ff.de condi.triti. & de tpe ad res.l. miles
4 ita.in prin.ff.de re mil. ¶† Adde, ꝙ si aliquis promisit ad tẽpus bladum, vel vinum,vel quid aliud, ꝙ cursu tpis potest deteriorari,nõ cogitur creditor illud recipere ante tempus, quia interest sua

eſt ſua ante non recipere ſecundum Bal. poſt Guli. de Cun. in l.
plures apochis. ad fin. C. de fid. inſtr. & l. in annalib. C. de leg. be-
ne facit, quod vult glo. in l. ſtipulatio iſta. §. inter certam. ſ. eod.
¶ Limita iſtum text. & iſtud notabi. vltra Scriben. procedere in
tempore, qđ inerat obligationi ab initio fauore creditoris, vel
5 vtriuſque. ita procedit iſte tex. † ſecus in die indulto debitori ad
ſoluendum miſerationis gratia, quia poteſt debitor inuito cre-
ditore renunciare illi termino, & ante ſoluere, non obſtante, ꝙ
creditoris interſit, vt ante non ſoluatur, vt no. Bald. in l. ita ſtipu-
latus. in 1. q. ſ. eo. vbi ponit multas differentias inter diem datũ
ad ſoluendum miſerationis gratia, & aliam diem, quæ inſit à
6 prin. actioni & oblig. ¶ † Et per hoc infertur in ſpecie ad practi-
cam, ꝙ ſi mortuo marito eius hæredes volunt incontinenti re-
a ſtituere [a] vxori dotem conſiſtnetem in reb. mobilib. non expe-
ctato anno, quem à lege habent l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo.
actio. & per conſequens interim eam non alere, ꝙ eſt in eorum
elect. dotem prædictam incontinenti reddere, per tex. in l. ſi cõ-
ſtante. §. quoties. ſ. ſolut. matr. non obſtan. ꝙ mulieris interſit, ꝙ
ante non ſoluatur propter alimenta, quæ interim medio tem-
pore debet habere, eo quia illud tempus anni nõ ineſt ab initio
obligationi & actio. ſed eſt indultum à lege ad ſoluendum do-
tem hæredib. mariti miſerationis gratia, ergo illi poſſunt renun-
ciare, & ſtatim ſoluere non obſtan. intereſſe mulieris per d. §.
quoties. & ita tenet Bald. in Auth. & qui iurat. C. de bon. auth.
iud. poſ. in 16. col. in verſic. quæro mulier eſt miſſa in poſ. in fin.
illius verſi. Idem tenet Raph. Cu. in l. diuortio. in prin. ff. ſol. mat.
& ibi d. Alex. in 3. char. quamuis contrarium teneat Iac. de Are.
hic, & in d. l. ſi conſtan. §. quoties. motus per iſtum tex. cum glo.
ſua. nam cùm hæredes mariti ſint debitores vxoris in diem, er-
go ante diem ſoluere non poſſunt, ſi mulieris intereſt ne ante
ſoluatur. ſed reſponde, vt dixi, ꝙ iſte tex. loquitur, quando dies
inerat ab initio obligationi, & actioni fauore creditoris, vel vtri-
uſque, ſed in prædicta q. illud tempus anni eſt indultum ad ſol-
uendum miſerationis gratia, & ita etiam limitat iſtum text. do.
Alex. in d. l. diuortio. ¶ Ego vltra prefatos Doct. teneo iſtam li-
mita. & vltra eos moueor ad ita tenendum triplici fundamen-
to. ¶ Primò, quia iſte tex. loquitur in termino conuentionali cõ-
uento inter partes. Sed in prędicta q. eſt terminus legalis, qui in-
dulgetur à lege gratia miſerationis; ſed mitius agitur cum lege,
quàm cum homine. l. Celſus. in prin. & ibi glo. ff. de arbit. decla-
rando tamen, vt per Bart. in l. amplius non peti. ff. rem rat. habe.
7 Hinc videmus, † ꝙ quando aliquid eſt in obligatione, & aliud
in ſolutione ex diſpoſitione legis admittitur variatio etiã poſt
ſententiam, vt l. item veniunt. §. idem rectè ait. ff. de pet. hæred.
& tamen quando vnum eſt in obligatione, & aliud in ſolutio-
ne ex diſpoſitione contrahentium, ibi non admittitur variatio
niſi vſque ad litem conteſta. vt l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem
in melle. ff. de ſol. eo quia mitius agitur cum lege, quàm cum
homine. ¶ Secundò moueor, quia iſtud tempus miſerationis
gratia principaliter indulgetur fauore debitoris. l. ſi cùm militi.
in fin. ff. de compen. licèt in conſequentiam etiam conſulatur
creditori, ergo illi debet poſſe debitor renunciare, quia quilibet
debet poſſe renunciare ei, quod eſt inductum fauore ſui. l. ſi qs
in conſcribendo. C. de pact. & c. ſi diligenti. de for. compet. non
ſic eſt in hac l. vbi tempus eſt appoſitum fauore creditoris, aut
vtriuſque, ideo non poteſt debtor ei renunciare, nam ſi ſolùm
fauore debitoris fuiſſet appoſitum, poſſet debitor illi renuncia-
re, & ſtatim ſoluere, vt l. ꝙ in diem. ff. de ſol. & l. ꝙ quis. ſ. tit. 1. &
l. ſtipulatio iſta. §. inter certam. ſ. eo. & hic in glo. fin. ¶ Tertiò, &
fortius moueor, quia mulier in prædicta q. non poteſt prætẽde-
re niſi intereſſe alimentorum, ſed ſi dos ſibi incontinenti reſti-
tuatur, quia debet ſe alere ex ſua dote, ceſſat intereſſe, ergo ſta-
tim poteſt ſolui ſicut etiam poſſet hic, quando ceſſaret omne
intereſſe ſtipulatoris ratione loci & temporis, vt hic in gl. mag.
in prin. vbi dicã. imò fortius, & ſingularius tenet Bal. in d. Auth.
& qui iurat. in 16. col. ꝙ non ſolùm hæredes mariti poſſunt in-
continenti reſtituere talem dotem, & euitare ne alimenta co-
gantur pręſtare vxori, imò ſi incõtinenti reſtituunt, poſſunt re-
tinere interuſurium medij temporis, quod percepiſſent ex tali
dote, & ſic ex vſu pecuniæ dotalis per d. §. quoties. quod vlti-
mum commendat, & reputat mirabile, & ſequitur ſimpliciter
do. Alex. in d. l. diuortio. in princ. in 3. char. Et vltra eum addo, ꝙ
idem etiam ſequitur Ange. de Aret. in §. fuerat. in 6. col. Inſti. de
act. ¶ Aliam limita. ad iſtud notabile; & ad iſtum text. ponit. ſ.
glo. magn. in verbo obtulerit. in princ. vbi videbimus. ¶ Quaſ-
dam alias limit. ponit glo. notabi. in l. vſuras. in gl. mag. C. de ſol.
quam Bald. hic reputat notabi. & ſing. ¶ Secundò no. ex tex. ibi,
dixit paratum ſe eſſe Romæ ea numerare, & infra dum dicit
8 integram ſummam obtulerit, hic ſubtiliter probari †, quòd ſo-
la verbalis oblatio ſufficiat ad conſtituendum creditorem in
mora, aliàs ſi verbalis oblatio non fuiſſet legitima & ſufficiens,
fruſtra diſputaretur in iſto text. de inualiditate ipſius, ratione lo-
ci vel temporis, ſed iſtud non vr̃ verum, quia imò requiritur
realis & actualis oblatio cùm pecunia in manu, & non ſufficit
verbalis, vt creditor in mora conſtituatur, vt l. ſeruus ſi hęredi.
§. fin. ff. de ſtatuli. & l. qui decem. §. 1. verſi. idem reſponſum. ff. de
ſol. & ita tenẽt Bart. & Docto. in l. prætor. §. ſi quis paratus. ff. de
ope. no. nun. & in l. acceptam. C. de vſu. facit text. in l. conſigna-
9 tione, & ibi glo. C. de ſolu. † quia vbi opus eſt facto, verba non
ſufficiunt, vt per glo. in c. paſtoralis. in gl. fi. de offi. ordi. & glo. in
c. vt circa. in verbo præſtito. de elect. in 6. imò fortius cùm hic
agatur de curſu vſurarum iam inchoato non impediendo, vt
patet in tex. ibi, detracta ea ſumma, quam creditori ſuo vſura-
rum nomine dederat, videtur ꝙ etiam verbalis oblatio nõ ſuf-
ficeret, ſed ꝙ requiritur conſignatio, & depoſitio, vt eſt gl. in l.
ſi per te non ſtat. in verbo depoſuiſti. C. de vſur. & glo. approba-
ta. in d. l. acceptam. in gl. magn. C. de vſur. & glo. fin. in c. paſtora.
de offi. ordi. propter iſtam difficultatem Iaco. de Are. & Pau. de
Caſt. intelligunt iſtum tex. ꝙ hic fuit facta iſta oblatio legitimè,
& validè, offerendo actualiter pecuniam, nam in iſto tex. diſpu-
tatur ſolùm de inualiditate oblationis ratione temporis vel lo-
ci, ergo alio reſpectu Iuriſconſ. præſupponit oblationem fuiſſe
validam, aliàs fruſtratoria fuiſſet diſputatio iſtius text. & iſtud
videtur ſatis tollerabile, tamen quia in iſto text. nihil dicitur de
oblatione reali, ideo ſubtilis Raph. Cuma. vt vitiet iſtam diui-
nationem intelligit, ꝙ ideo ſufficit oblatio verbalis, quia credi-
tor expreſsè dixit ſe nolle accipere ſolutionem Romæ, vnde
non erat vlterius facienda oblatio realis, quoniam tunc etiam
fruſtra fuiſſet facta oblatio realis, ex quo creditor expreſsè recu-
ſat velle recipere ſolutionem Romæ, & licèt Raph. non dicat,
iſtud tenet gl. in d. c. paſtora. in gl. fi. de offi. ordi. expreſsè Bal. in l.
vnica. in 7. col. C. ne liceat in vna ea. cauſa ter. prouo. vbi pro
hoc alleg. l. ſi reſiduum. C. de diſt. pig. & l. fundus. qui Lucij Ti-
tij. ff. de reſcind. vend. nam intelligit, ꝙ ideo ibi ſufficit verbalis
oblatio, quia creditor recuſauit accipere ſolutionem, quòd ſi
eſt verum, eſſet notabi. pro intellectu illorum iurium, ſed eſt di-
uinatio, & illa iura non probant. Iſtam opin. Rapha. etiam ſe-
quuntur Pau. de Caſt. & d. Alex. hic, & idem d. Alex. in l. ſi mo-
10 ta. in 5. fallen. ff. ſol. mat. † Et pro ea mouentur per ſimile, quia
ille, qui ſemel citatus dixit nolo comparere, non eſt vlterius ci-
tandus, quia eſt verus contumax, vt c. venerabilis. circa med. in
verſi. ſecus de ſenten. excom. in 6. & c. 2. de dol. & contu. in 6. &
no. glo. in l. fi. in glo. mag. & ibi Bar. ff. de in integ. reſt. ita credito-
ri non expedit vlterius offerri realiter, ex quo dixit ſe nolle ſolu-
tionem ibi recipere, quia fruſtra fieret. ¶ Sed tu aduerte, ꝙ iſtud
ſimile Pau. de Caſt. & do. Alex. poſſet de facili euadi, prout etiã
aduertit Aret. quia quando citatus legitimè reſpondet ſe nolle
b comparere, æquum eſt, ꝙ vlterius non ſit citandus, [b] quia cita-
tio legitimè facta reum efficit, & eum contumacem cõſtituit,
ſed hic ſola oblatio verbalis non fuit legitima, vt ſupra dixi, &
habetur pro non facta l. ſi ſoluturus. in fin. ff. de ſolu. & l. Titiæ
textores. §. pen. ff. de leg. 1. ergo nõ eſt bona argumentatio à cita-
tione legitima ad verbalem oblationem, quæ non eſt legitima:
licèt Mod. Senen. ad hoc reſpondeant, ꝙ quemadmo. citatio,
quæ non eſt legitima, conualidatur ſi citatus compareat, ita hic
licèt verbalis oblatio non ſit legitima, tamen ſi creditor eam
recuſet, iſta expreſſa recuſatio cõualidat illam oblationem ver-
balem, ſed iſtud ſtare non poteſt, & confunditur per tritam re-
gul. quia inducta ad vnum effectum, non poſſunt operari con-
trarium effectum. l. legata. inutiliter. cum ſimi. ff. de lega. 1. ergo
recuſatio recipiendi ſolutionem non debet operari contrariũ
effectum, ꝙ per hoc conualidetur oblatio verbalis, ſecus quan-
do quis citatur, & citatio eſt inutilis, quia ſi comparet, propter
illam citationem eam videtur approbare, & ſic non eſt facere
contrarium actum. ¶ Item aſſumptum, quod faciunt Pau. de
Caſt. & do. Alex. ꝙ citatus dixit ſe nolle comparere, ꝙ vlterius
non ſit citandus, non eſt expeditum, quia multi tenet contra-
rium, quos latè refert ipſemet. d. Alex. in l. contumacia. in 4. col.
ff. de re iudi. & ipſe d. Alex. tenet contrarium. Iſtam ſolu. Raph.
& ſequa. reprobant ſubtiliter Mod. Sen. hic noua, & concluden-
ti, vt ipſi dicunt, ratione: nam vbi requiritur non ſolùm realis
oblatio, ſed etiam depoſitio, ſi recuſetur realis oblatio, iſta rea-
lis oblatio recuſata non producit effectus depoſitionis, vt l. ac-
ceptam. in prin. C. de vſur. ergo multo minus, vbi requiritur rea-
lis oblatio, verbalis recuſata non debet producere effectum
realis

ADDITIONES.

a ¶ Reſtituere. Adde eundem Iaſ. in l. ſtipulatio iſta habere. §. inter certam. ſupra
hoc titul.

b ¶ Citandus. Adde, ꝙ de hoc diſputat Gabriel. commun. opin. lib. 2. tit. de cita.
conclu. 1. nu. 417. & diſtingue, vt per eum nu. 418.

realis oblatio.cùm potentior sit realis oblatio, quàm verbalis.
Est coloratum,& subtile fundamentum. Sed responde dupli-
citer,primò, ꝙ text.in d.l.acceptam.loquitur,quando creditor
simpliciter noluit recipere pecu.realiter oblatam,non tamẽ ex-
presè contradixit,ꝙ nollet solutionem recipere,hic autem nõ
solùm recusauit pecuniam oblatam, sed etiam dixit se nolle
recipere talem solutionem, quo casu etiam intelligitur recusa-
re realem,eo quia tunc frustratoriè fieret alia realis,vt superius
dixi.Secundò responde, ꝙ dato, ꝙ verbalis recusata haberet ef-
fectum realis obla.ambæ sunt oblationes, & inter easdem per-
sonam, & in habentib.symbolum facilior est transitus, fuit di-
ctum Philosophi,& l.in rem.§.item quæcunque.ff.de rei vend.
& l.an inutilis.§. acceptum fieri. ff.de accepti. & l. sed cum pa-
trono.in prin.ff.de bono.poss. per hoc non sequitur, ergo realis
31 recusata habet vim depositionis, † quia depositum debet fieri
penes tertiam personam idoneam eligendam arbitrio iudicis,
vt dicit tex.in d.l.acceptam. sed persona extrinsecus nunquam
subauditur.l. si ita stipulatus fuero, si Titius. §. Chrysogonus.ſ.
eo.¶Ista sol.Raph.licèt in se possit esse vera,& defendi,vt patet
ex prædictis,tamen diuinat ad istum tex.vbi non apparet,quòd
creditor dixerit se nolle recipere solutionem, imò nec apparet
in tex.de aliqua contradictione,nec in tex.exprimitur,an credi-
tor tacuerit, an expresè dixerit se nolle recipere, vnde vltimo
loco,vt nihil omittatur,considera si posset dici,ꝙ iste tex.intel-
ligatur de oblatione verbali facta in iudicio, quæ tantum ope-
ratur,quantum realis facta extra iudicium cum depositione,&
consignatione,vt l.si rem alienam mihi.§.fi.& ibi Bart.in fin.ad
hoc no.ff.de pig.act.& Bar.in l.interdum.§.fi.ſ.eo. Sed huic re-
sponsioni tria obstant,primò,quia de oblatione facta in iudicio
in tex.verbum nullum, & sic esset diuinare, & restringere text.
secundò obstat dictio testato, quæ intelligitur extra iudicium,
vt est glo.approbata in §.cohæredes.in verbo testato.ſ.ea.l.ter-
tio & fortius,quia imò per oblationem verbalem factam in iu-
dicio licèt pignora liberentur, vt possit agi pignoratitia, prout
propriè loquitur tex.in d.l.si rem alienam mihi.§. fi. non tamen
per eam tollitur debitum principale,nec debitor ipso iure libe-
ratur,vt declarat magistraliter Bar.in l.si debitor.1. ff.de sol.Bal.
in d.l.acceptam.in 3.col.Rapha. Cuma.& do.Alex.in d.l.inter-
dum.§.fin.vbi dixi.ſ.eo.vnde tene pro minus periculosa primã
solu.Iaco.de Are.& Pau.de Castr.superius relatam. ¶Tertiò in
32 prin,no.ex isto tex.secundum Ang.Imo.& d.Alex.† quòd licèt
Roma sit communis patria.l.Roma.ff.ad munic. & licèt ibi cõ-
trahatur,tamen si alio loco solutio destinatur,nõ dicitur in effe-
ctu Romæ contractum, vt inuito creditore possit Romæ so-
lus,aut ibi offerri,vel deponi.Adde, ꝙ Roma dicitur commu-
nis patria,quia quilibet potest ibi conueniri ea ratione,quia pa-
tria communis est, secundum gl.& Bar.in d.l.Roma. & gl.in l.
hæres absens.in fi.ff.de iud. Item quilibet de Imperio Romano
est Rom. ciuis, licèt non incola secundum glo.in l.ciues. C. de
incolis.lib.10.& in l.hostes,ff.de capti.Bar.in d.l.Roma. Item cui
interdicitur ciuitas propria,dicitur etiam interdicta ciuitas Ro-
ma.vt est tex.in l.fin.& ibi Bar. C.si ser.expor.ve.intellige prædi-
cta vera considerato isto iure, quo tempore Roma erat Impe-
rij Rom.& sic Imperatoris, hodie secus, cùm dominium Ro-
mæ sit Papæ.c.fundamenta.de elec.in 6.& 63.distin.in cap. ego
Ludo.& gl.in l.1.§.cùm vrbem.& ibi Bart.ff.de offic.præfe.vrb.
Ideo hodie de delicto alibi commisso per laicum Romæ co-
gnosci non posset,vt signanter tenet do.Ant. de Butr.in c.fin.de
foro compe.in 22.col.in ver.ad primum.¶Quartò, & vlti.not.
33 ꝙ † oblatio facta incongruo loco, & tempore non valet, nec
habet effectum,vt hic,& l.si soluturus.in fin.glo.ff.de solu. & sic
non liberat offerentem, aliàs autem oblatio valida in debitore
quantitatis,prout erat hic,liberat eum ope excep.si illa pecunia
posteà pereat sine culpa debitoris, vt est text.in l. qui decem.in
prin.ff.de sol.Barto.in l.quod te.in 1.col. & in l.quidam æstima-
uerunt in fin.ff.si cer.pet.Bald.in l.acceptam.in 6.q.C.de vsur.&
latius do.Alex.in l.si mora.8.& 9.col.ff.sol.mat. ¶Capio gl.ma-
gnam in versi.obtulerit.ista gl.secundum Bald. hic est notanda,
quia est singularior de corpore iur.in materia dilationis. ¶Di-
uide eam in quinque partes. In prima declarando text.ponit à
contrario limitationem ad istum text. posteà format quatuor
quæstiones,& differunt istæ quatuor quæstiones glo.à text.quia
eis est tempus tantùm,sed in tex.est locus & tempus, & sic tex.
loquitur, quando promisit in alio loco, & post certum termi-
num,sed quæstiones gl.loquuntur, quando in eodem loco, li-
cèt post certum terminum. Secũda ibi, & caue. Tertia ibi,quid
ergo si ab initio. Quarta ibi,itẽ quid si dedit pignus. Quinta &
34 vltima est ibi,item quid si nihil est actum. ¶†In prima parte gl.
ibi,vt supra de eo,quod certo loco.l.is qui. habes notabilem li-
mita.ad istum text.vt non procedat, quando debitor obtulisset
integram pecuniam Romæ cum vsuris promissis,& cum om-
ni interesse, quod possit prætendere creditor ratione loci, vel
temporis, tunc cogeretur creditor recipere talem solutionem
etiam ante tempus,mouetur gl.per tex.in d.l.is qui.sed ille text.
secundum do.Pet.de Bex.non probat dictum gl.& secundum
eum reputat singulare, cùm ibi simpliciter dicatur, ꝙ qui pro-
misit certo loco soluere, in nullo alio loco potest soluere, quã
in quo promisit. Sed tu potes inducere illum text.pro glo.hoc
modo,nam nulla alia potest esse ratio in illo text.nisi quia debi-
tor non potest auferre vtilitatem loci creditori, vt dicit tex.in l.
2.§.fin.ff.de eo, quod certo loco. ergo si debitor offerat omnẽ
vtilitatem, & omne interesse, creditor debet cogi alibi recipe-
re, isto modo inducendo ille text. faceret pro ista limitatione
glo.Ad idem ponderat Bar.tex. hic ibi, detracta ea summa,vbi
à contrario si summa vsurarum non fuisset detracta,oblatio
fuisset legitima ratione temporis,ergo si etiam fuisset oblatum
interesse loci omni respectu fuisset legitima, & creditor fuisset
coactus ibi recipere.Ita potest induci iste tex.licèt Bar. eum nõ
* inducat.¶Cum ista limit.glo.transeunt Bart. *& communiter alij*
hic,glo.& Bart.in d.l.is qui.& in l. qui pecuniam.ff. si cer.pet.&
gl.l.vtique.ff.de arbi.& ista est communis opi.secundum dom.
Alex.& isto modo communiter respondetur ad text.qui forti-
ter vrget in oppositum,in l.continuus.§.cùm ita.ſ.eo.ibi, quia
vbique potest soluere,vt intelligatur,quandò offerebatur tota-
le interesse.ita respondent Ange. Imo. & do.Alex. & Aret. hic.
glo.& Bar.in d.l.is qui.& ibidem gl.& Bart.etiam alio modo re-
spondent, ꝙ ibi tempus fuit adiectum gratia promissoris, ergo
potest vbique soluere.vel tertiò intelligitur vbique, & sic quo-
libet loco,scilicet idoneo secundum Angel.& Imo. hic, & pro
ista vlt.sol.adde glo.in d.l.2.§.fi. in versi.detracto.& ibi Barto.&
Doct.ff.de eo quod certo loco,quę exponit tex.ibi,quocunque
loco,scilicet habili,& idoneo,& glo.Bart.& Doct.in l.1.C.eo.&
gl.in l.eum qui insulam.ff.de iudi.facit.l.vt gradatim. §. sed & si
lege.ff.de mune.& hono.& l.1. in verbo vnusquisque cum glo.
C.de sacrosan.eccl.latè Bart.in l.1.§.nunciatio ex hoc.vbi plenè
dixi.ff.de oper.nou.nun.tamen istæ sol. sunt diuinationes,& re-
strict.sed aliter dici non potest ad ista duo iura, scilicet ad d.l.is
qui,& ad d.§.cum ita.quæ de directò contrariantur.Pro ista cõ-
clus.glo.hic,& Doct. adde, ꝙ similiter est ècontra,nam reus si-
militer non potest cogi inuitus soluere alibi, quàm in loco de-
stinato solutioni.l.vsuras.& ibi gl. notab. C. de sol.in gl.in l.2.in
prin.ſ.de eo,quod certo loco, & tamen etiam reus potest com-
pelli alibi soluere, quando habetur ratio sui interesse diminuen-
do de sorte principali quantum interest debitoris in loco desti-
nato,secundum gl.in d.l.2. in prin. ff.de eo quod certo loco.fa-
cit l.si res mobilis.cum l.seq. ff.de rei vendi. Ad idem facit,quia
quando debitor offert pecuniam,quam accipit mutuo,& etiã
offert vsuras, & omnes vtilitates, quas creditor potest pręten-
dere ex solutione, si fieret in loco destinato, certè non potest
tunc creditor prætendere aliud interesse, quod magis intersit
sua solui in prouincia remota quàm Romæ: ergo non debent
audiri,quorum non interest l.1.in prin.cum simi.ff.de app.reci.
¶Contra istam communem conclu.gl.& Doct.Raph.Cuma.
hic pro subtili ingenio mouet aliam difficultatem, nam si sol-
ueretur in loco destinatæ solutionis, creditor nullum subiret
onus probationis,sed quando soluitur alibi cum oblatione to-
tius interesse,tunc creditor grauatur ad probandum de inter-
esse suo,quod prætendit ratione loci,quod interesse est difficile
probare, vt inquit tex.in l.fi.ff.de præto. stipu.& si non doceret,
simplex oblatio sine interesse valeret,hoc autem videtur valde
absurdum, & iniustum, ꝙ creditor teneatur docere de suo in-
teresse, quando sibi expresè prouidit apponendo locum,vbi
deberet solui, ergo propter istud onus probationis videtur in-
teresse creditoris non recipere talem oblationem alibi, quàm
in loco destinato.confirmatur difficultas secundum do.Pet.de
15 Bex. † nam quando non soluitur in loco destinato, tunc ratio-
ne loci venit etiam interesse lucri cessantis, quod in futurũ fieri
potuisset,vt est text.in l.3.§.fin.& l.seq.ff.de eo quod certo loco.
Sed probari de futuro euẽtu est valde difficile, & quasi impos-
sibile.Huic difficultati respondet Are. ꝙ sicut debitor non sol-
uendo in loco destinato solutioni potest grauare creditorem
onere probandi quantitatem sui interesse.l.3.§.fin. & l.seq.ff.de
eo quod certo loco, ita poterit grauare creditorem in proba-
tione interesse si non sit contumax, sed sponte velit soluere sor-
tem,& omne interesse extra locum destinatum. Ista solu.nihil
valet,quia quando debitor est contumax,& non soluit in loco
destinato, tunc contra contumacem, & sic contra dolosum
potest interesse probari per solùm iuramentum creditoris.l.
semper.§.hoc interdictum, & ibi gloss.quod vi aut clam, & §.
fin.& ibi no.Insti.de verbo.oblig.& plenius no. in l. vnica.C.de
sent.quę pro eo,quod interest, & sic non grauatur tunc onere
probandi, imò releuatur per iuramentum, sed in casu nostro

debitor

debitor non est cõtumax, sed vult sponte soluere sortem cum omni interesse extra locum, & tunc tale interesse deberet verè probari, quod est difficile probare, vt dixi. ¶ Secundo modo respõdet d. Alex. ꝙ si circa probationem interesse creditor faciet aliquam impensam, aut aliquod damnum pateretur, tunc debitor debet illud offerre, & soluere si vult in alio loco, & ante terminum soluere. l. quantitas. cum si. ff. ad l. Falc. & vbi creditor nõ probaret interesse, perinde est, ac si nullum haberet interesse, quia paria sunt non esse, vel esse, & non apparere l. duo sunt Titij. ff. de testa. tute. l. in lege. ff. de contrah. emp. l. cùm res. versi. itẽ si res. & ibi no. Bar. ff. de leg. 1. Ista solu. d. Alex. non tollit difficultatem Raph. quia creditor facto debitoris volentis alibi soluere cum totali interesse incidit in damnum difficilis probationis interesse, & sic per indirectum tollitur sibi vtilitas loci, contra l. 2. §. fin. ff. de eo, quod cer. loco, quod est iniquum & absurdum, & sic prouisio, quam sibi fecerat creditor apponendo locum, in quo soluente debitore nihil cogebatur probare, sibi tollitur, & ad hoc non respondet d. Alex. ¶ Tertio modo respondent Mod. Sen. & pro certo mirabiliter, ꝙ sicut, quando creditor conuenit debitorem in alio loco, quam solutioni destinato petẽdo etiam interesse, cùm eius probatio sit fundamẽtum intentionis actoris, tunc ad eum pertinet onus probandi, per l. actor, qđ asseuerat. C. de proba. no. Bart. in l. in illa stipulatione si calendis. s̃. eod. Item quando debitor vult in alio loco soluere cum omni interesse, tunc probato interesse est funda. intentio. debi. soluentis, qui non potest alio loco soluere, nisi cum omni interesse, vt dictum est. s̃. ideo probatio pertinet ad debitorem ad legitimandum actum suæ oblationis per regu. quam ponit Bar. in d. l. in illa stipulatione. s̃. eo. item cùm debitor velit soluere sortem & interesse in alio loco quàm destinato solutioni, qđ

16 est contra reg. l. is qui. ff. de eo quod certo loco. † vnde qui nititur cõtra regulam, debet probare qualitates, per quas sibi liceat à regula discedere, ꝑ notata per Spec. in tit. de proba. §. probare. in ver. sequitur videre, alleg. etiam quod not. voluit Imo. in c. super his. de accu. & hoc modo euadunt difficultatem Raph. vno verbo, ꝙ hic creditor non grauatur onere probandi suum interesse, cùm onus probandi tale interesse spectet ad debitorem alio loco soluere volentem. ¶ Truffa est, quia onus probandi interesse creditoris spectaret ad debitorem, cùm istud sit cõtra ipsum debitorem probaret minimum interesse, quod posset, & concluderet quantum posset cum testib. argu. l. si suspecta. in prin. ff. de inoffi. testa. & sic hoc modo creditor magis grauaretur per solutionem, quæ fieret in alio loco, quàm si fieret in loco destinato solutioni. Præterea si debitor volẽs soluere in alio loco teneretur ipse probare interesse creditoris sui, & sic aduersarij, prout volunt Mode. Sen. posset de facili probare hoc modo, & sic cludere creditorem: dico, ꝙ interesse mei creditoris est tantum, & sic aliquid parum, & non plus, qui vult dicere ꝯrium, & sic, ꝙ sit plus, illud probet per gl. in l. cùm de lege. ff. de proba. Bar. in l. decem. in .. q. s̃. eo. & de illa gl. plenè dixi in l. fi. §. licentia. C. de iur. deli. & hoc modo creditor remanebit in onere, & grauamine probandi suum interesse, & sic adhuc militat difficultas Rapha. ¶ Ego postremo teneo in hac difficultate solutionem Pau. de Cast. & latius d. Pet. de Bex. ꝙ cõclusio huius gl. & Doct. debet sanè intelligi, qñ creditor, & debitor erant concordes de quantitate istius interesse, quia cõcordabant, ꝙ ascendebat ad tantam summam, puta centum, tunc si debitor offerat sortem, & interesse de centum, non poterit creditor recusare solutionem, quamuis fiat alio loco quàm destinato solutioni, vel qñ debitor esset contentus de quantitate interesse stare iuramento debitoris, tunc in istis, & similib. terminis procedit ista gl. licèt qñ non essent concordes de quantitate interesse ratione loci, vel de quantitate vtilitatis ratione loci, quia debitor ex capite suo diceret tuum interesse non ascendit nisi in tantũ, creditor vero dicit, ꝙ ascendit ad multo plus, & ꝙ si soluerit ei in loco, & tempore determi. ex hac pecunia posset multum lucrum facere expediẽdo merces suas ibi positas, cuius lucri cessantis debet haberi ratio si alio loco soluatur. l. 2. §. fi. ff. de eo, qđ cert. loc. non videtur, ꝙ creditor tunc teneatur probare istud

17 suum interesse per hoc, ꝙ fiat sibi oblatio in alio loco, † cùm probatio talis interesse sit multum difficilis, vt dixi in l. fin. ff. de præto. stipu. & tanto magis, quando est interesse proueniens ratione lucri, quod pendet à futuro euentu, cuius non est determinata veritas, & sic probatio redditur difficilis, nam tũc propter talia grauamina probationum potest creditor iustè petere, ꝙ sibi soluatur in loco & tempore conuentis, & destinatis solutioni, nec tunc audiretur debitor volẽs alibi soluere cum obligatione totalis interesse, sed incerti, & indeterminati, ita videt temperanda conclusio istius glo. & Doct. nec vr̃, ꝙ aliter possit intelligi, quamuis d. Alex. dicat, ꝙ ista sol. non caret diuinatione. Sde est vera, & rationabilis. Et si diceretur, ꝙ secundum istam solu. esset in potestate creditoris facere, ꝙ conclusio istius glo.
* *communiter approbata* non procederet, scilicet non concordãdo se de suo interesse cum suo debitore. Et sic isto modo debitor offerens sortem principalem cum omni interesse in alio loco, quàm destinato solutioni non posset liberari, nisi creditor concordaret secum de interesse, & isto modo esset in potestate creditoris reddere istam conclu. gl. & Doct. inanem. quod est absurdum. contra l. si prætor. in prin. ff. de iud. & c. commissa. §. porrò. de elec. in 6. Responde, ꝙ qñ debitor offerret sortem principalem, & interesse congruum, & verisimile, tunc creditor non ꝯdicet, sed concordabit, & calumniosa ꝯdictio debitoris non impedit remediũ huius gl. prout alibi vult gl. no. & approbata in l. post rem. ff. de transac. qđ arbitrabitur iudex, ad quem aliàs spectat interesse liquidare, vt l. vnica. §. in alijs. C. de sen. q̃ pro eo qđ interest. & in §. curare. Insti. de act. Et sic est expedita prima pars gl. Secunda pars est clara. ¶ In tertia parte glo. ibi, cùm nihil intersit creditoris. Ista secunda quęstio, & decisio glo. est breuis in verbis, sed in eorum intelligentia cadunt multę varietates, ha-

18 bes ex gl. † ꝙ ante terminum anni potest debitor soluere vsuras duorum mensium tantum inuito creditore, & cum gl. tran-
* seunt Bart. *& communiter Doct.* Adde dum gl. format quæstionem, quid si ab initio soluerit vsuras duorum men. dum dicit soluere, intellige. i. soluere voluit, aliàs quæstio esset de indubitabili si eam soluisset, & sic creditor recepisset, & dũm subdit rñ. benè potest etiam ante soluere, dum dicit simpliciter ante, intellige. s. ante annum, quia gl. se continuat cum quęstione pręcedenti, vt s̃. statim subijciam. ¶ Secundò adde, ꝙ istud dictum gl. videtur cõtradicere proximè præcedenti, vbi gl. tenet, ꝙ ante terminum anni elapsum non potest fieri solutio, nisi soluatur totale interesse etiam pro tempore futuro. Io. de Imo. intelligit istam gl. procedere altero de trib. modis, vel quando terminus duorum mensium tantum fuit appositus, & non plurium, & hoc modo totum interesse erat solutum pro tempore futuro. vel secundò, quando tempus fuit appositum gratia solius debitoris. tertiò quando vsuræ etiam residui temporis offerebantur. Et isto vltimo modo etiam intelligit istam glo. procedere Pet. de Bexu. hic. ¶ Sed istę tres sunt manifestæ diuinationes, vnde eis reiectis dic melius, ꝙ gl. in q. præceden. loquitur, quando debitor volebat soluere sortem, & interesse pręteritum, nam non potest, nisi etiam soluat pro tempore futuro totius anni, quia aliàs recepta sorte non possent in futurum posteà currere

19 vsuræ. l. lecta. ver. sed cum sortis. ff. si cert. pet. † Nam vsuræ pro futuro tempore debentur sub conditione, si sors remanebit penes debitorem, & non aliter, vt l. vbi autem non apparet. § pen. & ibi no. Bar. s̃. eo. ergo si creditor reciperet sortem, deficeret cõditio vsurarum, ergo vsuræ amplius pro futuro tempore deberi non possent. Sed in ista q. loquitur gl. quando debitor non volebat soluere sortem, imò ab initio, quando sortem recepit, volebat tunc soluere solùm vsuras pro duob. mensib. futuris, & hoc potest absque eo, ꝙ offerat vsuras residui temporis, quia nihil interest creditoris, vt dicit glo. & facit iste tex. in ver. detracta ea summa, quam creditori suo vsurarum nomine dederat. & tex. in l. statuliberos conditioni. §. Stichus annua. ff. de statuli. vnde si isto casu creditor recusaret recipere tales vsuras duorũ mensium, quæ sibi offeruntur, talis quãtitas oblata tunc periret damno creditoris. l. qui decem. in prin. ff. de sol. & dixi in text. in vlt. no. ¶ Tertiò intelligit d. Alex. istam q. gl. quando vsura fuit à prin. diuisa per menstruas pręstationes, puta decem pro centenario singulo mense, vnde quot sunt menses, tot censentur esse stipulationes vsurarum. l. scire debemus. in prin. & l. vbi autem non apparet. §. pen. cum glo. & ibi Bar. s̃. eo. ergo potest debitor inuito creditore soluere vsuras vnius mensis, vel duorum sine

20 vsuris residui temporis, † quia quando plura sunt debita, potest debitor inuito creditore soluere vnum sine alio l. fi. ff. quib mo. pig. vel hyp. sol. gl. Bart. & Doct. in l. quidam extimauerunt. ff. si cer. pet. sed aduerte, ꝙ isto modo intelligendo, quæstio gl. haberet parum dubij, & glo. non dicit, ꝙ vsura esset diuisa per menstruas pręstationes, vnde gl. continuata cum pręcedenti. l. loquitur, qñ quis accepit pecuniam mutuatam ad annum non restituendam ante annum, & à prin. promisit vsuras vnius anni nõ diuisas per menstruas præstationes, & tunc gl. notab. decidit, ꝙ debitor ab initio recepti mutui potest soluere vsuras duorum mensium futurorum absque eo, ꝙ soluat vsuras residui temporis, quia nihil interest creditoris à prin. recipere vsuras pro duobus mẽsibus futuris, imò dicitur recipere plus tempore. §. plus. Instit. de act. & l. eum qui, aliàs incipit Iabolenus. in fin. ff. de ann.

21 leg. † quia dies est pars summæ. l. 1. §. diem. ff. de eden. & ex hac glo. sequitur secundum Mod. Sen. hic, ꝙ licèt creditor sortis, & vsurarum præteritarum non cogatur etiam in usuris particularem solutionem recipere, ut l. tutor. §. Lucius. ff. de usur. tamen respectu usurarum futurarum cogitur recipere particularem

cularem solutionem, per rationem gl. hic, quod est bene notabile ad materiam d.l. quidam existimauerunt. ¶Quartò & vltimò dicit Pau. de Cast. mirandum esse de ista gl. cum qua Doct. *communiter transeunt*, quæ dicit, quòd debitor ab initio possit soluere vsuras pro futuro tempore, quia nihil interest creditoris, nam secundum Pau. de Cast. videtur, ꝙ imò intersit creditoris, quia recipiendo videtur facere pactum de non petendo fortè durāte illo tempore, pro quo recipit vsuras. l. qui in futurum. in prin. ff. de pac. Et hoc facere non tenetur, † quia creditor potest petere sortem, quamuis debitor velit soluere vsuras. l. fin. §. fi. ad fi. C. de iu. dom. impe. sed responde ſm d. Alex. & Are. & bene, ꝙ ista quæstio gl. intelligitur secundum terminos quæstionis præced. quando actum fuit, ꝙ pecuniæ retinerentur vsque ad annum, nec ante possent per creditorem peti, & sic licèt creditor nō recepisset vsuras futuras, non tamen potuisset ante annum petere sortem, & per ista remanet bene enucleata ista 2. qō. glo. seq. ¶In quarta parte gl. ibi, quia magis alienare, quàm obligare vr. ista ratio gl. non est bona secundum Imo. & d. Alex. quia dato, ꝙ esset quædam alienatio, per hoc non sequitur inconueniens, quin debitor potuerit facere pactum de nō luendo rem suam in perpetuum, cùm debitori sit licitum alienare, & de re sua disponere, vt vult tex. in l. in re manda. ff. mand. & in l. non vsque adeo. ff. si à par. quis fue. ma. quia quisquis in re sua est moderator, & arbiter etiam in abutendo. l. sed & si lege. §. consuluit. in versi. [cum re sua se abuti putant.] ff. de pet. hæred. licèt intersit Reipub. ne quis re sua malè vtatur. §. pen. Instit. de ijs, qui sunt sui vel alie. iur. & l. 1. ff. eo. sed tu aduerte, ꝙ alia fuit intentio gl. quàm dicant Imo. & d. Alex. prout etiam aduertit Are. nam gl. vult, ꝙ ideo non valet pactum, quia magis alienare, quàm obligare videtur, si ergo vr alienare, ergo est cōtra naturam, & substantiam pignoris, quia per pignus non fit alienatio, vt l. Paulus. ff. de pign. item si per tale pactum videretur pignus alienatum, & sic efficeretur irreuocabiliter creditoris, nō posset consistere pignus in re, quæ sit irreuocabiliter creditoris. l. neq; pignus. ff. de regu. iur. l. ex sextante. §. Latinus. & ibi Bar. ff. de excep. rei iudi. & plenè declarat Bar. in l. 1. ad fi. ff. de leg. 1. & sic gl. voluit per hoc concludere, ꝙ tale pactum non valeat, & hoc etiam sensit inferius ipsemet d. Alex. dum dicit, ꝙ ista adinuicem repugnant, ꝙ eodem tempore res mihi sit pignorata, & constituatur mea. l. si rem alienam bona fid. cum sim. ff. de pig. act. Ideo pactum non valet. ¶Secundò contra istam rationem gl. facit ſm Rapha. Cu. quia si tale pactum esset potius alienatio, quàm obligatio, vt dicit gl. ergo deberet valere vt alienatio, quia videtur fundus pro pecunia mutuata vendi, quamuis mutuum simuletur, vt l. si ex pretio. C. si cer. pet. & toto titu. plus valere, quod agit. quàm, qđ simulatè concipitur. sed an istud sit verum, dicam ī. plenè, & tenebo contrarium, ꝙ imò sit pignus, & non vēditio. Item dum ista gl. alleg. tex. in §. locationes. in Auth. de alien. & emphyt. est corrupta, & debet allegare. §. alienationis. in Auth. de non alien.

23 ¶† Tertiò inquantum gl. in ista parte concludit, ꝙ si dedi tibi fundum in pignus pro centum mutuatis, cum hoc, ꝙ fructus fundi loco vsurarum ad te pertineant, & mihi nunquam liceat eum luere, & sic, ꝙ mihi nunquam liceat pignus liberare, ꝙ tale pactum non valet, & sic non valet pactum factum in datione pignoris, vt nunquam liceat pignus reluere, & cum ista conclu. gl. transeunt Bar. & *communiter Doct.* hic, & pro ea alleg. gl. no. in l. fi. C. de pac. pig. quæ fortius tenet non valere pactū, ꝙ non liceat debitori luere pignus ante 30. annos. & illam gl. etiā sequitur Ange. hic, & est bene notanda, & fortè, ꝙ isto modo etiam posset intelligi gl. nostra, dum dicit in perpetuum nō luere, vt illud in perpetuum intelligatur pro 30. annis, vt Instit. de perpe. & temp. act. in prin. & glo. no. in l. 1. ff. pro soc. & hoc modo intelligendo gl. nostra notabilior redderetur, tamen Docto. intelligunt istam gl. in perpetuum indefinitè, & sic nullo vnquā tempore. Sed fortè illud, quod tenui contra Docto. est verius, quia glo. in l. fin. C. de pac. pig quæ expressè loquitur de tempore 30. ann. alleg. eundem tex. in §. locationes. in Auth. de alien. &

24 emphyt. quem tex. etiam alle. gl. hic. & ille. §. est ibi. in 3. col. † & vult, ꝙ locationes rerum ecclesiasticarum valeant nisi transcendant 30. annos, ergo glo. hic etiā alleg. illum, §. locationes. & intellexit in perpetuum pro 30. annis. & hoc videtur verius, & per illam gl. in d. l. fi. C. de pact. pig. alibi tenet not. Bal. in c. 1. in 1. col. de feud. dato in vicem l. commissoriæ. in feud. ꝙ si pignoro tibi istum fundum pro centum cum pacto, ꝙ si non luero infra mensem, ꝙ nunquam amplius possim luere, tale pactum non valet, quia est pactum legis commissoriæ, quod est in pignoribus a iure reprobatum, [a] licèt non dicatur, quòd dominium sit apud creditorem, ita ibi dicit Bald. Item etiam in quæstione glo. nostræ istud pactum videtur appositum in fraudem l. commissoriæ. secundum Imo. hic per d. l. fin. cum ibi not. C. de pac. pig. & istud est etiam est de mente Bar. hic, dum se remittit ad

25 d. l. fin. vbi plenè ponitur, propriè † tamen pactum legis commissoriæ dicitur, quando à prin. agitur, ꝙ si quantitas mutuata nō fuerit certo tempore soluta, ꝙ creditor habeat in solutum rem pignoratam, & sic propter moram debitoris in non soluendo, vt l. 1. & l. fin. C. de pac. pign. & tale pactum in pignorib. est reprobatum, quia censetur appositum in fraudem, sed in quæstione gl. pactum fuit à prin. factum, ꝙ nunquam liceat pignus luere, & sic cùm nunquam potuerit luere, nunquam debitor potuit esse in mora, tamen secundum Pau. de Cast. licèt non sit propriè pactum l. commissoriæ, tamen habet similitudinem cum eo, ideo non valet, imò fortius tenet Are. quòd pactum l. commissoriæ videtur durum, & asperum legi, ꝙ debitor amittat dominium pignoris, eo quia cessauit aliquo tempore soluere, vt dicit tex. in d. l. fin. C. de pac. pig. quanto durius, & asperius debet videri, quòd dominium pignoris in effectu vsque à princi. per tale pactum amittatur, hoc non videtur mi-

26 hi rationabile, † præsertim cùm mutuum communiter sit multo minus, quàm valeat res pignorata, vt l. creditor, qui non idoneum pignus. ff. si cer. peta. ¶Et si tu diceres prout contra Aret. dicunt Mod. Sen. ꝙ similiter debitor non pignoraret rem pro multo minore quantitate, quàm valeat, quando ab initio facit tale pactum, per quod scit se amplius luere non posse, cùm censeatur perpetua alienatio, vt hic in gl. sicut ècontra, quādo debitor pignorat pro maiori summa, quàm valeat, tunc, quia nō est spes reluitionis, censetur alienata, & esse in dominio creditoris, vt est tex. no. in l. qui habebat. & ibi Bart. ff. de leg. 3. dixi in l. si res obligata. ff. de leg. 1. & latius in l. manumissiones. ff. de iusti. & iur. Ad hoc tamen respondeo, ꝙ debitor propter indigentiam pecuniæ, quam mutuo petit, patitur ab initio apponi tale pactum in re pignorata, & omne aliud, quod placet creditori, vt habeat pecuniam mutuo, quia sperat, ꝙ in futurum non obst. tali pacto creditor patietur redimi pignus soluta pecunia cum omnib. vsuris, vel sperat, ꝙ ipsemet creditor aliquando in futurum debeat petere pecuniam, & restituere pignus, vel sperat, ꝙ in futurum creditor debeat sibi facere pactum contrarium de petendo, & luendo pignus, ꝙ pactum quantumcunque nudum sufficeret ad replicandum contra præcedens pactum, per l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. Nam ꝙ miseri cupiunt, illud facilè credunt, vt inquit Seneca, & docet quotidiana rerum experientia, quæ est rerum magistra. c. cùm sit. in princ. de elec. in 6. sicut quando debitor indiget pecunia, facit instrumentum receptionis pecuniæ sub spe futuræ numerationis, & quia plerunque fallitur, lex ei concessit exceptionem non numeratæ pecuniæ, contra talem confessionem licèt instrumentalem, vt toto titu. C. de non nume. pecun. & Insti. de lit. oblig. ¶Vltimò Rapha. Cuma. & Pau. de Cast. tenent, ꝙ in terminis glo. nostræ verè sit celebratus contractus venditionis sub simulato contractu pignoris, quod indicat pactum de nunquam redimendo, quod est proprium venditioni, & contrarium pignori, cum limitatione de qua hic per eos, sed istud reprobant dom. Alex. & Aret. & benè, ꝙ ex quo dedit in pignus, vt dicit gl. nullo modo pignus potest conuenire venditioni propriè sumptæ, & sic verborum significatio repugnat, ꝙ sit venditio. Secūdo, & fortius vltra eos, ex quo in pacto fuit expressè dictum, ꝙ creditor fructus rei pignoratæ loco vsurarum caperet, certum est per hoc, ꝙ noluerunt facere contractum venditionis, in quo fructus capiuntur iure dominij, vel quasi, & non loco vsurarum, prout fit in mutuo, & in pignore. ¶Conclude ergo, ꝙ in quæstione gloss. fuit, pignus prout clarè sonant verba contractus, & non venditio. Et cùm tale pactum de nunquam reluendo sit contra naturam, & substantiam contractus pignoris. §. item Seruia-

27 na. Instit. de acti. † quia de substantia pignoris est, quòd soluta pecunia debita pignus restituatur. l. itē liberatur pignus. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. ergo est nullum, vt est tex. in l. cùm precario. ff. de prçca. declarando, vt no. per Bar. in l. vbi ita donatur. ff. de don. cau. mort. Et sic conclude, ꝙ tale pactum sit nullum, vel quòd sit contra substantiam contractus pignoris, vel quia censeatur factum in fraudem l. commissoriæ, per ea quæ superius dicta sunt. Et sic tene, quòd vera sit determinatio glo. quicquid

ADDITIO.

a ¶Reprobatum. Adde, facere quæ scribit Alex. consi. 10. lib. 1. Siluestr. in summa. versi. pactum. nu. 14. Guid. Pap. q. 6. & dic, quòd etiam in debito ex causa dotis reprobatum est pactum l. commissoriæ secūdum communem per Alex. consi. 178. col. fin. libr. 7. vbi Docto. in apostil. Quæ quidem conclusio procedit etiam in pignore, teste Neuizan. consi. 86. nume. 11. & 12. fallit tamen si ponatur ex interuallo, vt ibi nume. 12. Item fauore dotis, vt ibi nume. 7. Item si sit iuratum. ibi nume. 15. Quæ omnia etiam declarat, & quibus casibus licitum sit pactum de acquirendo pignore pro summa pignoratitia, ponit Rub. Alex. consi. 134. post Bar. in l. si fundus. §. fin. ff. de pign. in l. quamuis. ff. de solu. MASVER.

* quid teneant Mod.Sen.hic, qui tenent contra iſtam gl. *commu-
niter approbatam, ꝙ tale pactum valeat, nec eſt verum illud, qđ
volunt d.Pet.de Bexu.& Mod.Sen. hic, ꝙ cùm tale pactum ſit
contra ſubſtantiam contractus pignoris, illud transformat in
aliam ſpeciem , ſic facit illud pignus eſſe venditionem.l. 1. §. ſi
quis ſeruum.ff.depoſit.& l.naturalis.§. fi. & l.inſulam.ff.de præ-
ſcrip.verb.quia illud procedit, quando ad illam aliam ſpeciem
contractus poſſunt verba aliquo modo adaptari, vt eſt in dona.
28 cauſa mor. & in donatione inter viuos. † Nam ſi quis donat
cauſa mort.hoc pacto, ꝙ non poſſit reuocare, iſtud eſt contra
ſubſtantiam donatio.cauſa mortis, certè transformatur, vt ſit
donatio inter viuos, quia verba poſſunt aliquo modo adaptari.
tex.eſt in l.vbi ita donatur. ff.de donatio.cauſa mortis, ſed quan
do non poſſunt adaptari, vt eſt hic nomẽ pignoris, quod nullo
modo adaptatur venditioni, tunc pactum, quod apponitur cõ
tra ſubſtantiam pignoris, nõ facit tranſire in ſpeciem venditio-
nis, ſed eſt nullum.d.l.cùm precario.& declarat Barto.in d.l.vbi
ita donatur.¶In quinta, & ſic in vlt.parte glo.in fin.ibi, videtur
diſtinguere, an poſſit alij æque benè mutuare, vel non. Iaco.de
Are. Imo.& do. Alex.dicunt, & benè, ꝙ iſta diſtinctio nonſit in
ll.hic alleg.per gl.Sed benè diſtinguitur cuius fauore ſit adiecta
dilatio an creditoris, an debitoris, prout ẽt diſtinguit text. in l.ſi
ita relictum.§. Pegaſus. ff.de lega.2. vnde pro diſtinctione glo.
melius facit. l.diem functo. cum glo. in verſic.eod.tempore.ff.
de offi.aſſe.& l.ſed addes.§. pen. cum glo.fin.ff. loc. vbi aſſeſſor,
qui potuit alteri locare operas ſuas, & non fecit, ſibi imputet, vt
non poſſit petere ſalarium ab heredibus Poteſtatis mortui, ſed
ibi propter caſum fortuitum mortis non poteſt aſſeſſor ſtare
cum prætore mortuo, & ſic ibi non poteſt imputari culpa de-
bentis ſalarium, ſi non præſtat officium aſſeſſor, quod præſtare
non poteſt, vnde tunc æquum eſt, quòd ſi cum alio potuit ſe
locare, vel operas ſuas, quòd nõ debeat habere ſalarium ab hæ
redibus prætoris mortui, ſed hoc eſt imputandum debitori, ſi
non ſeruat promiſſa, & ſi ipſe non eget pecunia, debet mutuare
alteri æque idoneo ſub vſuris quem reperit. Item pro diſt.glo.
videtur facere text.in l. qui autem.§. ſed & ſi quis.ff.de conſtit.
pec.ibi, [vel vt aliam perſonam non minus idoneam fideiubẽ-
29 tem preſtet.] † *Communiter tenetur* contra iſtam diſtin.glo.licèt
* debitor exhibeat creditori alium æque idoneum , qui ſit para-
tus recipere mutuo ſub eiſdem vſuris pro toto tempore, tamẽ
non debet eſſe in poteſtate debitoris diſcedere à contractu li-
mitato, & ſoluere aliter, quàm quod conuentum fuerit.l.5.§.1.
ff.ſi cert.peta.& l.ſicut.C.de actio.& oblig.quia iſta eſt obligatio
rem dari, & eſt preciſa, & ſic regulariter aliud pro alio ſolui nõ
poteſt.l.vbi autem non apparet.§.fin.ſ. eo. & d.l.2.ff. ſi cert.pet.
Item non cogitur creditor mutare obligationem , & accipere
alium debitorem quantumcunque magis idoneum, vt eſt tex.
not.in l.ſi mandato.§.1.ff. mand.ibi, [an ſi nolit creditor obli-
30 gationem mutare], & l.ſi Stichum.§.fin.ff.de do. † Item con-
tractus mutui eſt contractus nominatus, ergo etiam re integra
non eſt locus pœnitentiæ.l.1.& 2.C.quãdo lice. ab emp.diſced.
& l.ab emptione.ff. de pact. aliàs ſequeretur ſi vera eſſet diſtin-
ctio gl.quòd ſi vendidiſſes mihi domum pro mille ducatis ſol-
uendis hinc ad annum, & ego poſt mẽſem dicerem nolo eam
emiſſe, quia hic eſt vnus æque idoneus, qui vult pro eodem
pretio emere, quòd eſſet licita pœnitentia, quod tamen eſt fal-
ſum per iura præalleg. & ſic per prædicta conclude contra iſtã
glo.quòd debitor, qui accepit pecuniam ſub vſuris ad certum
tempus, non poteſt ante tempus ſe liberare niſi ſoluat vſuras
totius futuri temporis, etiam ſi exhibeat creditori alium æquè
idoneum, qui ſit paratus recipere mutuo ſub eiſdem vſuris pro
toto tempore. ¶Limitat mirabiliter Bar. in l.qui pecuniam.ff.ſi
cer.pet.poſt Iac.But.ibi, vt prædicta concluſio procedat in vſu-
ris promiſſis per ſtipulationem, quæ eſt neceſſaria, quando pe-
31 cunia eſt mutuata.l.quamuis.C.de vſur. † ſed in frumento, vi-
no, oleo, & ſimilibus, in quibus vſuræ debentur pacto nudo.l.
frumenti.C.de vſur.tunc quia habita relatione contractus mu-
tui ad pactum nudum de ſoluendis vſuris reſultat contractus
innominatus, do vt des, vt no.in l.in bonæ fidei.C.de pacti.ideo
tunc locus eſſet pœnitentiæ, ſoluto intereſſe, quod poteſt eſſe
multominus, quàm ſint vſuræ l. ſi pecuniam.in prin.ff.de con-
ditio.ob cau.. Et tunc liberaretur debitor ſoluendo vſuras præ-
teriti temporis, & offerens alium æquè idoneum volentem re-
cipere pro futuro tempore ſub eiuſdem vſuris, quia tunc ceſ-
ſat intereſſe creditoris, & cum iſta limita. tenet Ioan. de Imol.
32 hic, & videtur etiam tranſire Are.& Mod.Sen.hic. ¶ † Confir-
mo, quia in contractibus innominatis non tenetur quis præci-
sè dare, prout tenetur in contractibus nominatis, imò ſoluen-
do intereſſe liberatur.l.naturalis.§. 1. ff. de præſcrip. verb. & de-
clarat Bart.aſſignans rationem diuerſi.in l.ſtipulationes non di-
uiduntur.in decima oppo.ſ.eod.ſed Bar.in iſta limitatione ma-
lè loquitur, quia in contractibus innominatis benè eſt locus pe-
nitentiæ ex parte creditoris adimplentis, ſed nonècontra ex par
te debitoris, cui fuit adimpletum, vt no.glo.in d.l.ſi pecuniam.
in verſic.liceat pœnitere, & ibi plenius Bart.& ita impugnat, &
benè Rapha.Fulgo.in d.l.qui pecuniam. & do.Alex.hic, ipſi ta-
men ſaluant limitationem Barto.quando vinum, vel frumen-
tum non fuit actualiter mutuatum, ſed ſolùm conuentum de
mutuando, & ſic mutuans nondum adimpleuerat. Sed certè
iſta eorum ſaluatio non eſt ad propoſitum, prout etiam aduer
tunt Moder.Sen. hic, quia ſi eſſemus in caſu, in quo mutuans
non impleſſet, & ſic nondum mutuaſſet, certè poſſet futurum
debitorem pœnitere etiam non dando alium æque idoneum,
quia tunc in poteſtate ſua non eſt accipiendo ſe non aſtringe-
re, vt dicit tex.in d.l.qui pecuniam, & quòd iſta ſaluatio non ſit
ad propoſitum , patet etiam vltra hoc euidenter, quia in iſta
quæſtione dubitatur, an debitor poſſit ſe liberare dando alium
æque idoneum, ergo de neceſſitate ſequitur mutuum iam eſſe
ſecutum, & ſic, quòd mutuans pro parte ſua impleuerat.
33 ¶ † Circa quæſtionem princip. glo. quando quis promiſit ſol-
uere ad tempus, an & quando poſſit ſoluere, diſtingue melius,
vt per Barto.hic, cum quo alij tranſeunt. Et eius diſtinctionem
formaliter refert Ioan.de Imol. & in effectu Pau. de Caſt.& li-
cèt alij nihil addant, ad iſtam doctrin. Bar. quæ eſt bona, & ple-
na, tu adde primò, inquantum Barto.in tertio membro diſtin-
ctionis Dyn.dicit, quòd in dubio tempus cenſetur appoſitum
fauore debitoris, alleg.text.in l.eum qui, aliàs incip. Iabolenus.
ff.de annu.leg.qui hoc benè non probat, dic, quòd Dyn.in diſt.
ſua alleg.de hoc text.ad literam in l. cùm tempus. ff.de reg.iur.
¶Secundò inquantum Bart.tenet, quòd quando apponitur di-
ctio intra, vel ante, poteſt debitor quandocunque ſoluere non
obſtã. quòd tempus videatur appoſitum gratia vtriuſque pro-
pter vſuras, adde idem eſſe ſi dicatur in annum, vel in menſem,
puta debitor promittit in omnes nauigij dies ducentos, vt in
§.Callimachus. ſequenti, & ibi gloſſella in verbo in omnes.ex-
ponit, ideſt inter omnes, & ſic vult, quòd iſta duo æquipolleãt,
promitto in dies, vel intra dies, & iſto ſecundo modo poteſt an-
te ſoluere, vt hic per Barto. ergo etiam in primo caſu, quando
promittit in dies, & ibi Aret.in primo notab.ad hoc not.illum
text.& pro extenſione doctrin.Bart.hic, ſed vt ibi dicunt Mod.
34 Sen. † & melius hoc videtur dubium, cùm dictio in, ſit iuncta
accuſatiuo, ergo debet ſignificare tempus perfectum ſecũdum
Bar.& Docto.in l.ſi cui legetur.in princip. ff. de lega.1.& text.ibi
procedit, quando dicitur in omnes dies ducentos, cùm videa-
tur promittere in omni die illorum ducentorum, ſecus ſi ſim-
pliciter dicatur in dies ducentos. ¶Tertiò aduerte inquantum
Bar.tenet, quòd diſtinctio Dyn. quæ fit in tempore, non proce-
dit in loco, in quo indiſtinctè habetur ratio vtriuſque, ſiue lo-
cus fuerit poſitus pro ſtipulatore ſiue pro reo, per l.2.& l.quòd
ſi Epheſi.ff.de eo, quod certo loco, nam in contrarium facit tri-
ta reg.quòd bonum eſt argum.de tempore ad locum, &ècon-
tra.l.vinum.& ibi Barto.not.ff.ſi cert.peta.& l.fin.vbi etiam Bar.
not.ff.de condi. triti. Item bona eſt argumentatio de diſtantia
temporis ad diſtantiam loci.c.1.de plus peti. ſecundum Gemi.
in cap.1.in 4.colum.de confeſ.in 6.nec Barto.hic aſſignat ratio-
35 nem diuer.quamuis dicat aliud eſſe. ¶†Extra glo.Bar.in fin.vlt.
quærit, quando fuit actum, quòd creditor fructus prædij pigno
rati haberet pro vſuris, & debitor ſoluit ante fructus collectos,
dum adhuc pendent in fundo, putat Barto.debere fieri diuiſio-
nem fructuum pro rata temporis, ſecundum formam l.diuor-
a tio.in prin.& l.de diuiſione.ff.ſolut.matrimo.[a] Iſtud dictum di-
cit Rapha.Cuma.in fin. eſſe multum notandum pro venditio-
nibus, quæ tota die fiunt cum pacto de retrouendendo: ſi ven-
didi tibi fundum cum pacto, quòd ſis mihi obligatus ad retro-
uendendũ intra viginti annos. pro eo.pretio, & venio ad redi-
mendum , quando fundus eſt plenus fructibus, & ſic fructus
ſunt pendentes in fundo, quòd tales fructus debent diuidi inter
te, & me, pro rata temporis, ſecundum formam d.l.diuortio.&
d.l.de diuiſione. & ita dicit Rapha. notab. limitari text.in l.2. C.
36 de pact.inter empto.& vendito.vbi eſt text.in princip. † in ma-
teria, quòd quando factum eſt pactum de retrouendendo fun-
do, ea quæ ſunt percepta ex dicto fundo poſt obligationem fa-
ctam, debent reſtitui volenti retro emere, quod benè no. Iſtam
quæſtionem etiam tangit Raph.Cuma. in d.l.diuortio.in prin.
in 6.colum.ad fin.& non decidit, ſed inter alia dicit eſſe abſur-
dum, quòd venditor debeat venire ad redimendum tempore

fructuum

A D D I T I O.

a ¶Solut.matrimo.Adde Cagno.in l.2.nume.102. C. de pact. inter empto. Ti-
raquel.de retract.conuentional.§.5.glo.4.nume.4. Didac.variar.reſolu. lib.
1.c.15. nume.6. PANCIR.

fructuum percipiendorum.d.Alex.dicit,ꝙ non meminit istam
quæstionem esse tactam per alium quàm per Raph.Cuma.vbi
dicit, ꝙ licèt decisio Rapha. Cuma. videatur sapere aliqualem
æquitatem,tamen non putat eam esse veram.mouetur vrgen-
ti fundamento,ꝙ in casu isto attendi non possit.d.l.diuortio,eo
quia ibi etiam fructus iam percepti in præteritum veniunt di-
uidendi pro rata temporis,vt ibi,& l.si ante, & l.fructus.eod.tit.
37 solu.mat. † Et tamen emptor,qui tenetur ad retrouēdendum ,
ex pacto lucratur omnes fructus, quos in preteritum percepit,
nisi fuisset in mora retrouendendi, quia solùm tenetur reddere
fructus quos percepit post,vt probatur in d.l.2.C.de pact.inter
empt.& vend.& clarè tenet glo.in c.illo vos , in versi.fructus.de
pign.& in c.conquestus.de vsur.ergo apparet, ꝙ diuisio,quæ fit
in d.l.diuortio. & in d. l. de diuisione. non habet locum in casu
presenti . Et ratio diuer.est secundum eum, quia in casu d.l.di-
uortio.fructus dotis debent esse mariti pro oneribus supportā-
dis l.pro onerib.C.de iur.dot.Nimirum si ibi fit diuisio pro rata
temporis,& oneris,& similiter in quæstione fi.Bar.hic,cùm vsu
ræ debeantur in recompensationem cessationis , quæ fit in sol-
uenda sorte.l.lecta.in ver.sed cùm sortis.s̃.si cer.pet.idem debet
esse in fructib.rei pignoratæ,quando est actum, ꝙ fructus loco
vsurarum spectēt ad creditorem.Sed in q.prędicta fructus spe-
ctant ad primum emptorem iure dominij, vnde non debet at-
tendi pro quanta parte temporis fuerit dominus.l.Herennius,
prima aliàs incipien.l.fructus.ff.de vsu.& d.l.2. C.de pact.inter
emp.& vendi. Ista quæstio si eueniret in facto esset pro amico.
¶ Vnde aduerte,ꝙ tenendo decis.Rapha. Cuma.quæ est æqua,
prout etiam ipse d.Alex.fatetur,adde,ꝙ idem tenet ipse Raph.
Cuma.in l.fi.ff.de iur.fis.de quo nec d.Alex.nec alij faciunt men
38 tionem,† vbi dicit,ꝙ si quis vendat cum pacto,ꝙ quamprimū
offerat pretium retrouēdatur,& offert pretium tempore mes-
sium,vel vindemiarum,videtur, ꝙ fructus debeant esse sui,per
d.l.2.C.de pact.inter emp.& vend. nā emptio videtur esse per-
fecta,cùm stat per emptorem,æquitas tamen bonæ fidei dictat
pro rata anni fructus diuidi.arg.d.l. diuortio. quia fit ex necessi-
tate ista retrouenditio,sicut & ibi restitutio dotis.alleg.etiam ad
hoc l.sed & si ideo.in versi.cùm enim.ff.sol. mat. & l.huiusmo-
di.§.qui seruum.ff.de leg.1.quæ duo iura videntur parum face-
re.pro ista opin.Rapha.benè facit secundum Moder. Sen.illud,
quod tenet Bar.in d.l.diuortio.in pen.colum. ad fi. vbi dicit esse
aliud in dote,& aliud in venditioné,vt l.Iulianus.§.si fructibus.
ff.de act.empt.quia venditio fit ex voluntate, & restitutio dotis
fit ex necessitate,ergo clarè sentit Bar.ꝙ si venditio fieret ex ne-
cessitate,prout in casu præsenti, ꝙ idem esset , quod in dote, &
sic,ꝙ ibi seruaretur diuisio,quæ fit in dote in d.l.diuortio.¶ Ad-
de etiam vltra Scrib.pro decisione Rapha.Cuma.facere illud,
quod signanter tenet Bar.in repet.l. si constante.in prin.ff.solut.
39 mat.in 5.q.3.partis princ.† vbi signanter tenet,ꝙ quando fit re-
stitutio dotis constante matrimo. eo quia maritus vergit ad
inopiam,vt l.vbi adhuc.C.de iur.dot. tunc non debet fieri diui-
sio fructuum.d. l. diuortio. sed omnes fructus extantes debent
restitui mulieri,consumpti non. Et mouetur Bart.tali ratione,
nam quando fit repetitio dotis in totum, vt sit penes vxorem,
& ea vtatur vt domina rei suæ,quod est, quando matrimoniū
dissoluitur morte,vel aliter,tūc sibi fit restitutio fructuum, qui
spectant ad eam pro rata temporis, quibus potest vti , vt de rē
sua,secundum diuisio.quæ traditur in d.l.diuortio. sed quando
restituitur dos, quia maritus vergit ad inopiam , vt mulier fru-
ctus in causa matrimonij expendat,tunc omnes fructus extan-
tes, qui sunt in causa matrimonij expendendi , sunt mulieri
restituendi.Sed in casu nostro sumus in casu primo Bar.vbi re-
trouenditio debet fieri,vt res sit penes eum,& ea vtatur vt do-
minus,ergo tunc restitutio fructuum debet fieri secundum di-
uisionem,quæ traditur in d.l.diuortio.tenēdo istam opi.Raph.
Cuma.potest responderi ad fundamentum do.Alex.licèt mul-
tum vrgeat , quod diuersitas, quam assignat do. Alex.inter d.l.
diuortio.& casum nostrum procedit quo ad fructus iam per-
ceptos , sed iste non est casus noster, nos loquimur in fructibus
pendentibus , in quibus est æquum , quòd fiat diuisio pro rata
temporis , secundum iura prealleg. cùm ista retrouenditio ita
fiat ex necessitate sicut ibi restitutio dotis, secundum Bar.in d.l.
diuortio.in princ.in pen.col.quem supra retuli,& istam partem
sequor,quia est æquior, & tutior.

SVMMARIVM.

1 *Merces emptæ ex pecunia mutuata non censentur tacitè hypothecatæ creditori mutuanti,nisi hoc sit expressum. & nu.2.*

3 *In generali obligatione mercium veniunt tantum præsentes, & non futuræ.*

4 *In generali obligatione bonorum veniunt etiam futura.*

5 *Legando omne argentum non venit argentum venale.*

6 *Ex narratione facti in iure posita non est licitum arguere ad decisionem iuris vel causarum.*

7 *An qui promisit ire de vno loco ad alium intra certum tempus,satisfaciat promissioni si incipiat intra termi. proficisci , licèt iter in termino non compleuerit.*

8 *An conductor excusetur à periculo propter nuncium missum à locatore,vt posteà reducat equum.*

9 *Deputatus simpliciter ad solutionem recipien.non potest terminum solutionis prorogare , nisi habeat arbi. recipien.quocunque tempore, & loco. nu.14.& 16.*

10 *Forma mandati est diligenter obseruanda.*

11 *Nuncius missus à iudice ad aliquem citandum, non potest terminum cōparitionis prorogare.*

12 *Procurator in rem suam potest prorogare terminum solutionis, & sibi præiudicare.*

13 *Tutores,& similes præpositi vniuersali administrationi dicuntur habere mandatum generale cum libera.*

15 *Nuncio speciali potest concedi libera sicut procuratori generali.*

17 *Si statutum dat arbitrium Potestati super criminibus puniendis,non potest Potestas virtute huius arbitrij prorogare tempus instantiæ præfixum à statuto in causis criminalib.*

18 *Causa assumitur pro iure in iudicium deducto.*

1 §.Callimachus. † Nuncius missus ad solutionem recipiendum certo
loco,& tempore,non potest terminum prorogare, nec locum
immutare, nisi sibi datum sit arbitrium recipiendi quocunque
tempore,& quouis loco.Item casus naufragij post moram de-
bitoris contingens pertinet ad debitorem, vnde qui non naui-
gauit debito tempore quo promisit, posteà nauigat suo pericu
lo , ex tunc pecunia nautica traijcienda per mare est eius pe-
riculo,& non creditoris.h.d.totus iste.§. qui est longus in recita
tione thematis, nec propterea est magni effectus secundum
Dyn.& Imo. sed vt j̃. videbimus erit in effectu, & in substantia
tex.vtilis,& not.ad multa,& dicit Pau.de Cast.ꝙ non est in to-
to vol.fforum tex.qui ponat ita longum thema, & habeat mi-
nus de substantia , & quādo in scholis publicabatur quęstio di-
sputanda,quæ habebat longum thema,dicebat Dyn.quòd erat
magis longa,quàm iste.§.Callimachus.prout Bart.post Cyn.&
alij referunt.¶ Diuiditur in quatuor partes prin. In prima poni-
tur tota forma conuentionis in stipulationem deductæ inter
seruum mutuantem,& Callimachum recipientem. In secūda
narratur factum cōtingens post obligationem, ex quo elicitur
quęstio cum ratione dubitandi ad vtranque partem . In tertia
ponitur breuis responsio Scęuolę.In quarta & vlt.repetitur de-
cisio,vt addatur ratio decidendi, & posteà limitetur. Secunda
est ibi,sed cùm ante idus. Tertia ibi,respōdi secundum ea,quæ
proponuntur.Quarta,& vlti.est ibi,item quæro.Et quia tex.vi-
detur aliqualiter intricatus,& obscurus, Pau.de Cast.ponit diui
sionem ,& declarationem,quam de verbo ad verbum transcri
bit d.Alex.sibi ascribens. ¶ Tu autem aduerte, ꝙ maior obscu-
ritas huius tex.est ibi,conuenitque inter eos.nam secundum gl.
* hic in verbo conuenit , *& communiter Scriben.* ista secunda con-
uentio fuit apposita incōtinenti , & per eam restringitur prima
conuentio,& sic primus terminus ducētum dierum. Et restrin
gitur ad tempus ante idus Septembris , & sic maior terminus
primò statutus,restringitur ad breuiorem. Pau. de Cast.hic te-
net,ꝙ imò secunda conuentio sit facta ex interuallo, quia con
trariatur primæ, vnde non est verisimile, ꝙ incontinenti fuerit.
l.non ad ea.& l.quod traditum. ff.de condi. & demonst.nam in
prima fuit actum,ꝙ pecunia mutuata in ciuitate Beryto. resti-
tueretur in ciuit. Britensi. intra ducentos dies : posteà secundò
fuit actum, ꝙ si debitor potius vellet illam pecuniam conuer-
tere in merces emendas in ciuitate Britensi , & eas conducere
Berytum,& ibi restituere pecuniam,ꝙ hoc facere posset,dum-
modo intra breuius tempus,scilicet intra idus Septembris tūc
proximas, dummodo tunc emeret merces,& oneraret nauem
in ciuitate Britensi,& inde recederet eundo versus Berytum,&
si hoc non faceret,statim post idus pecuniam rederet in ciuita-
te Britensi,refert,& simpliciter sequitur dom.Alex.tamen con-
gruentius videtur,prout etiam dicit Are. ꝙ secunda cōuentio
fuerit facta incontinenti , propter stipulationem in fi.simplici-
ter appositam , in quam omnia superius conuenta simpliciter
deducuntur.hoc etiam ostendit tex. copulatiuè procedens ibi,
conuenitque. ¶ Ego autem intelligo literam planè, ꝙ secunda
conuentio fuerit , ꝙ cùm Callimachus Britensium peruenisset
intra idus Septembris proximas , alijs mercibus ibi emptis vltra
emptas Beryto in nauim missis ipse nauigauit in Syriam versus
Beritum,& hoc faciendo haberet ducentum dies ad nauigan-
dum periculo creditoris , & ad soluendum Beryto secundum

primam

primam conuentionem, & sic tunc primus terminus nauigationis 200.dierum remanet firmus, nec fuit recessum à primo
* pacto, *prout glo.& communiter Docto.* intelligunt.Sed bene ei fuit additum hoc,ꝙ aliàs si intra dictas idus Septembris nō emisset merces,nec nauigasset ex Britensio,tunc in Britēsio statim vniuersam pecuniam restitueret,quasi perfecto nauigio. ¶Secundò aduerte, ꝙ text.videtur in se continere vnam contradictionem in facto , ad quam Scribentes non aduertunt in versic.sed cum ante.vbi primò dicit, ꝙ ante idus suprascriptas secūdum conuentionem merces in nauem posuerat , posteà paulò post in versic.quæsitum.dicit, ꝙ Callimachus merces in nauem posuit eo tempore,quo iam pecuniam Britēsio reddere debebat, ergo post idus Septembris,sed ista sunt contraria,& simul stare non possunt,ꝙ posuerit ante idus,& sic in termino.Item,quòd posuerit post idus, & sic post terminum. Glosella parua hic in verbo eo tempore, sentiens , vt puto hanc difficultatem , dicit nec aliud posset dici , ꝙ cùm post idus nauigare cœpisset , videbatur etiā post idus merces in nauim posuisse,licèt reuera ante posuerit.¶Forma casum plenum sic.Stichus seruus Seij domini , qui dominus etiam infra vocatur Lucius Titius , & sic erat trinomius,vt l.Caius.ff.de pig.act. erat seruus ordinarius, habēs seruum Herotem vicarium sub se, & erat præpositus pecunijs fęnerandis. mutuaui Callimacho pecuniam nauticam , & sic periculo ipsius fęnerantis, in qua creditor suscepit in se periculum maris,vsque quo nauis ad locum destinatum salua perueñerit,& propter hoc licitum erat maiores vsuras,& sic centesi-
a mas[a] stipulari,quæ in anno æquantur sorti.l.1.& per totum.C. de nau.fę.iunc.l.eos.§.in traiectitijs.C de vsu.est etiam pecunia, quæ dicitur quasi nautica,quando etiam merces comparatę ex ipsa pecunia deferendæ per nauigium , & sic per mare periculo creditoris habentur,vt l.1.& l.periculi.ff.de nau.fęne.& facit, quod habetur in l.fęnerator.eo.tit. Et talem pecuniam mutuo accepit Callimachus in ciuitate Beryto vsq; Britensium , scilicet nauigaturus,& illam ciuitatem Berytum appellat pulcherrimam,& legum nutricem tex.in §.hæc autem tria.in procem. ffOrum,nam ibi vigebat studium generale,& multa literarum peritia,& propterea Imperator fecit eam ciuit. Metropolitanā in l.vnica.C.de Metropo. Beryto.lib.11. Et conuentum fuit, ꝙ creditum esset periculo fęnerantis in omnes dies 200. nauigationis,ex Beryto Britensium, & à Britensio in Berytum , cū hypotheca mercium in vtroque loco emptarum, & emēdarum, intra illos 200.dies debebat pecunia mutuata restitui.conuenit etiam inter eos, ꝙ cùm Callimachus Britensium peruenisset, tunc intra idus Septembris proximas, & sic intra dies 14. Septembris,quasi circa med.mensis, vt no.gl.in l. cùm bissextus.ff. de verb.sig.& in data sexti.emeret alias merces in ciuit. Britensi, & oneraret nauem , & inde recederet eundo in Syriam versus Berytum , & hoc faciendo haberet terminum 200. dierum, ad nauigandum periculo creditoris,secundum præceden.conuentionem,& si hoc non faceret, statim post idus Septembris vniuersam pecuniam redderet in ciuita. Britensi cuidam alij seruo Heroti,qui erat seruus vicarius missus cum debitore,qui habebat mandatum pecuniam recipiendi,& Romā deferendi.accidit,ꝙ Callimachus bene emit alias merces in ciuit. Brytēsi,& in naui posuit intra idus, sed nauigare cœpit post idus , & sic post terminū,& sic eo tpe, quo iā pecunia in Britēsio reddere debebat Romæ perferendam,& hoc fecit de ꝯsensu,& volūtate dicti Herotis serui, & in ea nauigatione nauis submersa est fortuna maris , tñ Callimachus cum alijs personis euasit . Quæritur ad quem periculum pertineat, videbatur,ꝙ ad creditorem mutuantem propter quatuor. Primò,quia ista erat pecunia nautica,in qua creditor suscipit in se periculum maris, & sic nauigationis,vt dixi.Secundò,& fortius, quia interuenit expressus consensus Herotis conserui,cui debebat solui, qui consensit , quòd nauigaretur post terminum,ex quo ergo ille,cui debebat soluere, consensit prorogare terminum , non potest dici debitorem cessasse in solutione,nec fuisse in mora.l. cùm stipulatus sim mihi à Proculo. s̃. eod.ergo non debet teneri de isto casu fortuito naufragij,imò debet à debito liberari . Tertiò, quia consensus Herotis serui, qui secum fuit missus,fuit fortè causa,vt post tēpus statutum nauigationi , cum ipso seruo nauigauerit versus prouinciam Syriam,& sic causam dedit nauigationi,licèt post terminum , & secutum est naufragium , in quo merces ex pecunia mutuata comparatæ perierunt, æquum ergo videtur, ꝙ saltem à pecunia mutuata liberetur, ne addatur afflictio afflicto,vt l.diuus.& ibi glo.not.ff.de offic.præsid.& tex. in cap.pen. de cle.ægro. Quartò, quia Callimachus in tempore,& sic ante idus Septembris cœpit satisfacere promissioni , quia merces aliàs in Britensio emptas in naui collocauit, & licèt post idus Septembris cœperit nauigare , tamen ex quo nauigauit simul cum Herote seruo cùm eo misso, qui consensit huic nauigationi,videbatur,quòd moram præcedentem purgauerit, & sic teneri non debebat. Tamen Iurisconf.determinat contrarium, ꝙ istud periculum naufragij ad creditorem non pertinet, sed ꝙ Callimachus teneretur reddere pecuniam domino Stichi, quia fuit in mora , & sic in culpa , ex quo non cœpit nauigare in termino, prout fuit actum. nam potuisset contingere, quòd si intra terminum nauigasset , in hoc periculum naufragij non incidisset , nec aliquid profuit sibi expressus consensus Herotis serui vicarij , ex quo non habebat mandatum , nisi ad solutionem recipiendam , & non quo ad prorogandum terminum, ex quo iam erat elapsus terminus solutionis faciendæ, non potuit seruus per suum consensum adimere actionem semel domino suo acquisitam, nisi talis seruus habuisset mandatum recipiendi quocunque loco,& tempore.Nec obst.d.l.cùm stipulatus sim mihi à Proculo.s̃.eod. quia ibi prorogatio termini facta fuit à domino principali,& illa bene excusat à mora & culpa. Hic autem prorogatio fuit facta ab Herote seruo, qui non habebat mandatum ad prorogandum. iste est casus clarus , & nitidus in hoc prolixo.& intricato.§. ¶Primò pondera tex.ibi, sub pignorib.& hypothecis mercibus à Beryto comparatis , & gl.dicit mercibus,scilicet obligatis,no.secundum Aret.& Mod.
2 Sen.hic,† ꝙ merces emptæ ex pecunia mutuata nō censentur tacitè hypothecatæ creditori mutuanti,nisi hoc sit expeditum, vt hic.Et ideo bona cautela est,quam debet obseruare, qui mutuat pecuniam alicui,ex qua merces sunt emendæ , quòd pro solutione pecuniæ mutuatæ faciat apponi specialem hypothecam ipsis mercibus, per quam tunc pręfertur alijs creditoribus habentibus hypothecam anteriorem quantumcunque expressam, vt est text.not.in l.licèt.C.qui po.in pig.hab.aliàs autem ex hoc solo, scilicet, ꝙ merces essent emptæ ex pecunia mea,non constitueretur mihi creditori mutuanti hypotheca , nisi mutuans esset minor.l.interdum.& ibi Bar.& l.idemque.ff.qui potio.in pign. hab.& l.quamuis. C. in quib. cau.pig.tac. contraha. Adde,licèt ipsi non alleg Bar.Bal.Ang.& alios præsertim dom. Alex.in l.si cùm dotem.§.fi.ff.solut.matrim.vbi tenent , quòd si aliquis mutuauit pecuniā debitori , qui ex dicta pecunia emit merces, quæ extant , qđ in illis mutuans non præfertur cæteris creditoribus per l.procuratoris.§.plenè. & §. sed si dedi.in versi. & si quid.ff.de trib.& l.quidam fundum. ff. de in rem verso. nisi pecunia fuisset expressè mutuata ad tales merces emēdas. Tūc enim mutuans in illis præfertur cæteris creditoribus persona-
* liter agentibus.l. quòd quis. *cum glo. communiter approbata.* ff.de priuil.credi.imò fortius tenuit glo.not.in Auth. quo iure.C.qui po.in pign.hab.ꝙ mutuans expressè ad merces cōparandas in eis habet tacitam hypothecam,& sequitur simpliciter. d.Alex. in d.l.si cùm dotem.§.fi.in vlt. col. Sed ad istud notabile an bene colligatur ex isto tex.dicam statim in sequenti no. ¶Secundò no.tex.ibi, & quas Britesij empturus esset secundum Mod.
* tor.ff.de ſeru.expor.alleg.in gloſſ.& iſtam ſolu. ſequuntur *communiter Docto.* hic, & in l. ea quidem. C.ſi mancip.ita fuer.alie. vt manumit. Et iſto modo ſoluuntur duæ aliæ leges, quæ ad idem tendunt.l.Latinus,quæ eſt lex fin. & l. ſi mancipia.ff. qui ſi.manumiſ.ad liber.peruer.alleg.in duabus gloſſ. ſequen.& ex iſta ſolutione habes notare,quòd lex non repræſentat libertatem,quando eſt cogitatum de certo modo,& de certa forma manumittendi, & licèt aliquando lex repræſentat formam, vt quando repræſentat ſtipulationem, quæ requirit formam, vt l.vnica.in princip.C.de rei vxo.actio. & l. cùm oſtendimus. §.fin. ff. de fideiuſſo. tuto. & in omnibus caſibus in quibus lex fingit ſtipulationem,qui numerantur per Barto. & Docto.in l. 1.in princip. ſ̃. eod. tamen nunquam ſupplet formam cogitatam ab homine etiam in actu fauorabili dandæ libertatis, vt eſt caſus notabilis hic iuncta glo.¶Glo.in verbo liberetur. diuiditur in duas partes, prout duas format oppoſitiones. Secunda eſt ibi,item contra.ſ̃.qui ſi.manu. l. Latinus. Prima oppoſitio gl.eſt circa purgationem moræ, ꝙ admitti non debeat per reg.l.traiectitiæ.§.de illo.ſ̃.tit.1.& l. magnam. C. de contrahen. & commit.ſtipu.glo.dupliciter reſpondet.Prima vadit per ſpecialia,ꝙ ſit fauor libertatis,& non eſt vera,quia imò eſt ius cõmune,cùm hic fuerit appoſita pœna,& non dies, vt ſtatim dicam.Secunda ſolutio Io.violat tex.& ſm Bart.eſt truffa, & ſecundum iſtam ſol. Io. iſte tex.nullã haberet dubitationem, vñ

reſponde

ADDITIONES.

a ¶Nominatus.Adde eundem Iaſ.in l.dedi tibi pecuniam.col.pen. in prin.ff.de condit.cauſ.dat.& dic,ꝙ hanc ſequitur,& communem dicit Clar.§.donatio q.1.idem Iaſ.in l.iuriſgen. col.3.& 4.ff.de pac.vbi dixi,& idem dicunt Pract. Pap.for.lib.don.ver.ex cã.nu.10.Suarez.lib.ſen.ver.donatio. MASVER.

b ¶Donatio ob cauſam.Adde,ꝙ non eſt propriè donatio,ideo in ea non ſeruantur ea,quæ in propria donatione,vt ſcribit Alex.conſ.12.nu.5.lib.1.Dec.in l. diuus pius.col.2.nu.3.ff.de reg.iur.poſt glo.& Bar. in l. Aquilius regulus. per illum tex.ff.de dona.Rip. Reſponſ. 147. num.3. & plura no.Aym.conſ.85.& 136.col.2.vbi inter alia,ꝙ donatio ob cauſam non dicitur non dicitur propriè donatio,nec liberalitas,imõ dicitur potius quædam permutatio,ad quæ fac.quæ idem Iaſ.no.in l.Iulia.§.qui fundum.hoc tit.de qua donatione, & ꝙ habeat aliam,& diuerſam naturam à ſimplici donatione, not.Doct.in Auth. vnde ſi parens.C.de inoff.teſta.& l.ſi donatione.C.de coll.non enim inquiũt ipſi,dici poteſt propriè donatio,ſed cuiuſdam debiti naturalis reſtitutio,ex no.per Anch.conſi.247.idem de dona.remuneratoria,ꝙ non ſit propriè donatio,no.Rol.conſ.98.nu.48.lib.1. MASVER.

responde melius, ꝙ hic non erat apposita dies, sed tantum pœna. Ideo bene admittitur purgatio moræ, vt dixi. §. in text. in 5. no. secus si vtrumque esset & dies, & pœna, vt in iuribus allegatis in glo. Item dum glo. dicit tale dimisit, item tale tollit, est corrupta, & inordinata secundum Imol. nam dum dicit dimisit, debet dicere desinit, prout loquitur. l. qui alienam. ff. de euic. quam ad hoc alleg. gloss. vbi verbum desinit ponitur pro non incipit. Item dum dicit tale tollit. vult dicere, ꝙ verbum tollit ponitur pro non facit teneri, & ita ponitur in l. si seruus seruũ. §. si calicem diatretum, & ibi glo. ff. ad leg. Aquil. quam allegat glo. hic, & sic vult dicere glo. ꝙ illa duo verba desinit, & tollit impropriantur in iuribus proximè allegatis, ita hic improprialtur verbum liberetur. ¶ In 2. oppo. dic, ꝙ ista oppositio respicit primam decisionem tex. & non istam secundam, super qua gl. est posita, quamuis Bar. etiam et formet, ad 2. decisio. tex. & gl. mixtim ponit duas solu. Sed responde melius secundum glo. præcedentem in verbo non possit. vbi dixi, ꝙ hic cogitauit de certo modo, & de certo actu manumittendi, ideo non habet locum constitutio de duob. mensibus, de qua loquitur. l. Lati-
14 nus. allegata in glo. ¶ † Extra glo. Barto. inducit istum. §. ad notabilem, & quotidianam quæstionem. Quidam donauit fundum alicui, vt post eius mortem esset talis Ecclesiæ, an donator possit tale pactum remittere ipsi donatario in præiudiciũ Ecclesiæ? videtur, ꝙ non, ex quo vtilis actio iam est quæsita Ecclesiæ. l. quoties. C. de dona. quæ sub modo. & actio nobis quæsita sine facto nostro nobis tolli non potest, vt in regula id, ꝙ nostrum. de reg. iur. & l. fin. cum si. ff. de pact. contrarium determinat Bartol. quia sicut hic quæritur ius seruo ex prouisione donatoris, tamen istud pactum potest tolli voluntate solius donatoris, vel vtriusque contrahentis, vt l. 3. & ibi glo. ff. de ser. expor. & l. 3. ff. qui si. manu. ad liber. perue. & l. 1. C. si manu. ita fuer. alie. vt manu. Hæres autem donatoris non posset mutare voluntatem, vt in iuribus præallegatis, & ad contrarium. §. formatum, licèt Bart. expresè non respondeat, potes ex eius mente respondere, ꝙ quando actio est nobis quæsita irreuocabiliter, tunc non potest sine facto nostro nobis tolli, vt in contrarijs, secus quando est quæsita reuocabiliter, vt l. sed & si quis. in princip. & §. 1. iuncta gl. ff. de vsu. & ita est hic. Item hic est quæsita actio virtute contractus innominati resultantis habita relatione ad id, quod deuenit in modo, & sic in causa ad ipsum cõtractum donationis, ergo quantum ad illud debet habere locum penitentia. l. si pecuniam. in princip. ff. de condi. ob cau. & declaraui plenè supra in gl. in verbo possit. cum ista decisione Bar. tenet Io. de Imo. Rapha. Cuma. dom. Petr. de Bexu. dom.
* Alex. & Aret. & Moder. Sen. hic, *& sic ista est communis, & vera decisio*, & dicit Rapha. Cuma. ꝙ propter æquitatem, quæ ita dictat, debet teneri ista decisio Bar. licèt dicat in contrarium facere, ꝙ in casu huius quęst. quęsitum est ius, & actio Ecclesiæ per d. l. quoties. sed in casu huius. §. & d. l. 3. cum si. ff. de seru. expor. quandiu viuit ille, qui dedit seruum manumittendum, non est perfectè acquisitum ius ipsi seruo, nec ipsi seruo erat acquisita actio pro libertate, sed solùm officium iudicis. l. seruos. in fin.
15 cum glo. ff. de alim. & cib. leg. & dixi in text. in vlti. not. † Sed officium iudicis non præsupponit obligationem nec actionẽ. l cùm postulassem. in princip. ff. de dam. infect. Tamen ad d. l. quoties. responde, ꝙ ibi datur actio donatario propter actum donantis. Ideo quo ad illud pactum admittitur penitentia. Idẽ tenet dom. Alexan. hic, vbi diffusè recitando aliorum dicta ad literam posteà reprobat Paul. de Cast. & Ludo. Roma. contrariantes Barto. & pro ista decisio. Barto. dicit multum facere tex. in l. Aristo. in versic. denique. cum glo. & quod ibi not. Barto. ff. de donat. vbi per illum text. dicit Barto. quòd vbi donatio transit in aliud pactum, vigore pacti transit transit in contractum innominatum, & est locus pœnitentiæ quo ad illud, ꝙ est deductum in pacto, nam ibi donatus erat seruus manumittendus post quinquennium, & sic erat facta donatio vsus, & commoditatis serui vsque ad quinquennium, sed post quinquennium debebat manumitti, & sic ex tali pacto acquirebatur seruo facultas petendi libertatem, vt hic in fin. & tunc locus est pœnitentiæ quo ad tale pactum, sed non quo ad reuocandum commoditatem dicti serui, tamen ille casus videtur esse diuersus à quæstione nostra, prout etiam dicunt Moder. Senen. quia in quæstione nostra donatur fundus alicui, & illemet fundus præcisè erat peruenturus ad Ecclesiam post mortem donatarij, sed in d. l. Aristo. §. denique. donabatur vsus, & commoditas serui vsq; ad quinquennium, & post illud quinquennium aliud diuersum veniebat in pacto seu in modo, scilicet præstatio libertatis. ad idem dicit dom. Alexan. facere. l. hoc iure. §. si quis dederit. cum glo. in verb. liberatus. ff. de dona. idem cum Barto. tenet Are. hic, & in consi. 74. incip: diligenter & maturè ponderatis his, quæ in puncto. in 3. dub. in 5. colum. & duabus sequen. idem tenet Barto. in d. l. 3. per illum tex. ff. de seru. expor. Ioan. de Imol. in commen. cap. potuit. in vlt. char. de loca. Ludo. Roma. simpliciter in l. sed si hac. §. prostituta. ff. de in ius vocan. Idem in effectu per plura verba tenet Bald. in
* l. cùm à socero. C. de iure dot. *& ista, vt dixi, est communis, & vera decis.* ¶ Contra Bartol. tenet solus Paul. de Cast. hic, & idem Pau. vbique, scilicet in l. in insulam. §. fin. ff. solu. matrimo. & in l. si pecuniam. in princip. & ibi latius Ludo. Roma. ff. de condi. ob cau. & idem Pau. de Cast. in l. si cum venderet. ff. de pigno. actio. refert etiam Paul. de Cast. contra Barto. tenuisse do. Fran. de Alberg. de Are. notabilem aduocatum Floren. in d. l. 3. ff. de seru. expor. refert etiam contrarium tenuisse Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. in additi. incip. per superiora, qui non contradicit Barto. sed loquitur in diuersis terminis, vt refert dom. Alex. hic, & referam. j. in prima limitat. præcipuum fundamentum Pau. est, quia Ecclesiæ est acquisitum ius actionis per d. l. quoties. quod secus est hic, & in d. l. 3. ff. de seru. expor. in seruo cui solùm acquiritur officium iudi-
16 cis, ideo de facili potest illud reuocari. † Sed ius acquisitum tertio ex meo contractu vel stipulatione non possum sibi auferre l. 1. & 2. ff. de stipu. seru. & est glo. not. in l. certi condictio. §. si nummos. in glo. magna. ff. si certum petatur, quæ tenet quod si mutuo pecuniam alicui tuo nomine non possum ex interuallo stipulari mihi, & auferre tibi ius quæsitum ex numeratione. Sed ad istum responsum est, supra ad glo. in d. l. si nummos. statim respondebo inf. in prima limita. idem contra Bart. videtur tenere Saly. licèt non bene se firmet in l. 1. C. si mancip. ita fuer. alie. vt manu. & in d. l. quoties. C. de dona. quæ sub modo. tene
* decis. Bartol. *quæ est vera & communis*. [a] Et eam limita tribus
a notabilibus modis. ¶ † Primò eam limita non procedere, quan
17 do ius fuisset plenè acquisitum ipsi Ecclesiæ, puta, quia iam transactum erat tempus, quo debebat esse Ecclesiæ, vel iam erat mortuus primus donatarius, post cuius mortem fundus debebat esse Ecclesiæ, quo casu cum dominium transiuerit in ipsam Ecclesiam. l. si partem. §. fi. ff. quemadm. seru. amit. & l. fi. C. de sacrosan. eccl. tunc donator non posset amplius reuocare, ex quo iam est perfectè quæsitum ius, & dominium ipsi Ecclesiæ. ita limitant Rapha. Cuma. Pet. de Bexu. & dom. Alexan. hic, & ita procedit glo. in d. l. certi condictio. §. si nummos, & glo. in l. si absentis. C. si certum petatur facit. quod tenent Bald. Imol. & Moder. in l. in insulam. §. fin. ff. solut. matrimo. vbi per illum text. tenent, quòd si duo nobiles fecerunt pacem adinuicem, & promiserunt eam non rumpere sub certa pœna applicanda Ecclesiæ, quamuis rupta pace posteà reconcilient se, & omnem iniuriam remittant, per hoc non præiudicatur Ecclesiæ, cui pœna iam erat acquisita. facit bonus tex. in l. vero procuratori. circa fin. ff. de solu. vbi tex. notabiliter dicit, quia certam conditionem habuit stipulatio, quàm mutare non potuit stipulator, sicut non posset donans reuocare donationem, quã facit primo donatario, licèt adiecerit pactum, ꝙ post eius mortem esset talis Ecclesiæ, quia quo ad primum donatio est pura, & perfecta, & sic irreuocabilis. l. perfecta. C. de dona. quę sub modo. & d. l. Aristo. in princip. in versic. denique secundum verum intellectum Barto. & Docto. ibi, quem supra retuli, & ita etiam tenet Barto. in l. fin. ff. de condi. ob cau. in duobus locis, scilicet circa med. & in vlt. col. & ibid. Saly. & alij. Et ita etiam propriè loquitur Io. And. in d. tit. de instru. edi. §. nunc vero aliqua. in addi. quæ inci. per superiora. quamuis Pau. de Cast. eum
18 referat contrariari Bar. & non bene, nam ibi tenet Io. And. † ꝙ si dono rem Titio, vt post certum tempus eam tradat Seio, interim Titius est dominus, & non nudus minister, & non possem reuocare donationem factam ipsi Titio, & restitutionis tempore transferret dominium in Seium, sed si non dono, sed depono apud Titium rem tradendam Seio post certum tempus, tunc non transfero à me dñium, vnde antequam Titius tradat Seio, potero mandatũ reuocare, nec posteà poterit Titius reuocare. l. hoc ius. §. si qs dederit. ff. de don. & l. eius, q in p-
19 uincia. in ver. quas verò pecunias. ff. si cert. peta. ¶ † Secundò limita, nisi notarius, vel etiã ipsemet donatarius, vel alius tertius tempore

ADDITIO.

a ¶Vera, & communis. Pro qua vide, quæ ponit Cagnol. in l. id, ꝙ nostrum. col. 2. post nu. 5. & col. 4. ff. de reg. iur. vbi pulchrè, & vtiliter differit. quam copiosè tractat Gabriel. com. opi. lib. 1. tit. de don. concl. 5. vbi sustinet opin. Bar. & sic affirmatiuam, ꝙ possit illud pactum per donatorem reuocari, quam dicit magis communem, & limitat plurib. modis, vt ibi per eum, vbi opi. contrarias cõciliat, & declarat. Quòd aũt reuocari non possit talis donatio, si notarius stipulatus fuit nomine Ecclesiæ, scribit Rol. consi. 19. num. 19. lib. 1. post Dec. consi. 58. col. 2. 239. col. 4. MASVER.

tempore dictæ donationis recepiſſet talem donationem ſtipulando pro Eccleſia ſeu nomine Eccleſiæ, tunc non poſſet donans reuocare, quia tunc Eccleſia intelligitur per miniſtrum ſuum contrahere,& ſic mediante facto ſuo ſibi acquirere, ergo ea inuita non poteſt habere locum pœnitentia,ſecus ſi non interceſſiſſet aliquis tanquam miniſter Eccleſiæ, ſed tale pactū eſſet appoſitum à contrahentibus gratia ipſorum , tunc licita eſſet pœnitentia de communi conſenſu : ita limitat Bald. in l. cum à ſocero.circa fin.C.de iure dot.ſequuntur Rapha.Cum. Alex.Are.& d.Pet.de Bexu.hic, & Ioan. de Imol. in commen. c.potuit.in vlt.char.de loca. ¶ Pro iſta limitatione addit Areti. bonum tex.in l.cùm maritus §.fi.ff.de pact.dot.vbi mulier,quę dabat dotem,fecerat pactum , ꝙ illa dos poſt mortem ſuam ex cauſa donationis inter viuos reſtitueretur fratri: & frater ſtipulatus eſt in illum caſum dotem ſibi reddi,ibi deciditur, ꝙ in præiudicium fratris,& iuris ſibi quæſiti mulier non poteſt mutare voluntatem etiam conſentiente marito. idem tenet Aret. in præalleg.conſ.74.quod incip.diligenter, & mâturè conſideratis his,quæ in puncto.in 6.col.ad fin.& ſequen. vbi reputat illum text.in d.l.cùm maritus.§.fin.eſſe ad hoc ſingularem,& in terminis,& adhuc non eſſe ad hoc ab alio allegatum . vide tamen text.hoc limitantem in l. Seia.ff.de dote præleg.ſecus eſſet,quando talis mulier donaſſet fratri cauſa mortis, quia licèt fuiſſet interpoſita ſtipulatio, tamen eſſet reuocabilis ex pœnitentia,& ita concordantur iſta duo iura per glo. & Docto.in l. quæ dotis.ff.ſolu.matrim.¶ Moder. Senen. hic referunt ſe aliàs vidiſſe conſultum contrarium per ſolennes aduocatos Florentinos,& dom.Bal.Nouel.ꝙ donator non obſt.ſtipulatione notarij poſſit reuocare in pręiudicium Eccleſiæ,moti duplici fundamento , & quidem ſubtiliter . Primò ex deciſione Barto.hic *communiter approbata*,vbi erat quæſita vtilis actio Eccleſiæ,per l. quoties C.de dona.quæ ſub mod.& tamen admittitur reuocatio,& pœnitentia,ergo idem pari ratione, quando actio quæritur virtute ſtipulationis notarij contractę cum donatore,ſed ad hoc reſponde ex mente Moder.Sen.ſed ego plenius, & clarius dicam,ꝙ longè diuerſa eſt ratio , quia in quæſtione Barto. res donata debetur Eccleſiæ virtute contractus innominati, habita relatione pacti ad donationem, vt ſuperius dixi, nimirum ſi admittitur pœnitentia propter debilitatem contractus innominati,vt eſt reg.l.ſi pecuniam.in prin.ff.de condi.ob cau. & l.3.ff.de ſer.expor. ſed in iſta limitatione res donata debetur Eccleſiæ ex ſtipulatione facta nomine Eccleſiæ, & conſequenter debetur ex contractu nominato,quia ſtipulatio eſt contractus nominatus.l.1.ff.de pact.ergo debet ceſſare pœnitentia,qa regula eſt,ꝙ in contractibus nominatis non habet locum pœnitentia.l.in commodato.§.ſicut.ff.commo.& l.ſicut.C.de act. & obl.imò fortius etiam in contractibus innominatis, vbi interponitur ſtipulatio,ceſſat pœnitentia. l. ex placito. C. de rer. permu.Barto.in l.2.ad fin.C.de condi.ob cau.Et per hoc etiam ceſſat ſecundum eorum fundamentum,dum dicebāt,ꝙ quādo ſtipulatio non interponitur ſuper actu valido, ſed ſui natura reuocabili ſtipulatio aſſumit naturam illius actus , vt non obſt.ſtipulatione poſſit talis actus reuocari.l.1.§.ſi quis ſub cōditione.ff.vt leg.no.caue.& eſt bon.tex.in l.cùm quis decedens. §.1.& ibi Bar.ff.de leg.3.nam illud procedit , quando ſtipulatio interponitur ſuper actu vltimæ voluntatis, vt in d. iuribus , & not.Barto.in pulchra.q.in l.fin.ff.de ſolu.ſecus, quando ſtipulatio interponitur ſuper contractu innominato , tunc tollit effectum pęnitentiæ,vt eſt tex.in d.l.ex placito.& l. ſiue apud acta. C.de tranſ.& in ſpecie firmant Bal.& Pau.de Caſt. in l.quamuis.C.de tranſa.Ratio diuerſitatis eſt in promptu , quia in vltimis voluntatibus pœnitentia cauſatur non à debilitate actus,

20 ſed ab ipſius natura † quia natura vltimæ volūtatis eſt,vt ſemper ſit reuocabilis , & ambulatoria vſque ad mortem. l. cùm hic ſtatus.§.ait oratio.ff.de dona.inter vir.& vxor.& l.3.§.2.& l. ſequen.ff.de adi.leg.& c.cùm Marthæ.de celebe.miſ.ergo ſtipulatio interpoſita aſſumit naturam illius actus vltimæ voluntatis,vt in iuribus præallega.ſed in contractibus innominatis pœnitentia cauſatur ab eorum debilitate , quia contractus innominati ſunt admodum debiles , ergo illa tollitur appoſita ſti-

21 pulatione.d.l.ex placito, & d.l ſiue apud acta.† quia ſtipulatio eſt actus firmitatis, vt dicit text. inſtitu. de verborum obliga.in princip.Et ſtipulatio eſt fortior, & firmior contractus, qui reperiatur in iure,ſecundum Cyn.in l.ſi ex pretio.C.ſi certum petatur.Bald.in l.1.in princip.ſupra eodem. De hoc tamen,an ſtipulatio interpoſita ſuper aliquo actu, aſſumat naturam illius actus,an vero eam tranſmittat , plenè diſputaui arguendo ad partes in rub.ſupra eodem. ad ibi dicta me remitto,& referunt Moder.Senen.quòd contra illa conſilia aduocatorum Florentinorum fuit Florentiæ iudicatum,& bene, vt patet ex prædictis. Sed ad iſtud aduerte vltra aduocatos Florentinos , quod contra iſtam limita.fortiter facere videtur, quia ſi iſta ſecunda limitatio eſſet vera, certè deciſio Bartol. *communiter approbata* nunquam procederet arguendo à partibus enumeratis , aut enim notarius,vel alius ſtipulatus eſt nomine Eccleſię,& tunc ſecundum iſtam limita.decil. Barto. non procedit : aut nemo ſtipulatus eſt,vel recepit talem donationem nomine Eccleſię, & tunc talis donatio nihil valet, ergo deciſio Barto. nunquam

22 procederet , † quia quando aliquis in præſentia plurium perſonarum facit donationem Eccleſiæ , etiam fauore piæ cauſæ non valet,niſi aliquis eam expreſsè recipiat nomine Eccleſiæ , vt eſt glo.ordin.& approbata in l.illud, & ibi Barto. Bald.& alij ſequuntur.C.de ſacroſ.eccl. Defendendo iſtam limit. & etiam deciſ.Barto.dic,quòd Barto. & Docto. loquuntur,quando fuit factum pactum inter donantem , & donatarium , quòd poſt mortem donatarij talis res eſſet Eccleſiæ,tale pactum habet ſe inſtar vltimæ voluntatis , [a] quia poteſt mutari vſque ad mortem,& ex pœnitentia reuocari , vt dicit Barto. infra in ſequen. quæſt.& habita relatione dicti pacti ad contractum donationis reſultat contractus innominatus,do vt des,vt ſuperius dixi, vnde tunc tale pactum factum in fauorem Eccleſiæ , valet & tenet,quamuis nemo illud acceptet,aut ſtipuletur nomine ipſius Eccleſiæ,vt eſt text.qui cauillari non poteſt,in l. quoties.C. de dona. quæ ſub mod.qui text.procedit non ſolùm , quando tale pactum fieret Eccleſiæ , ſed etiam quando fieret penitus extraneo,& hoc eſt,quod propriè volunt Barto.& Doct. ſicut

23 in vltimis volunta.† legatum acquiritur abſenti , & ignoranti, quamuis nemo pro eo acceptet,aut ſtipuletur. l. cùm pater.§. donationis. & §. ſurdo ff.de leg. 2. ſecus eſt in mera donatione inter viuos,quæ fieret Eccleſiæ pluribus præſentibus,quia non valeret,niſi aliquis eam reciperet nomine ipſius Eccleſiæ,ratio eſt,quia talis donatio inter viuos requirit cōſenſum duorum, vt l.conſenſu,& ibi glo.magiſtra.ff.de act.& oblig. & in l. 1.in fi. & ibi glo.ff.de contrahen.emp. Barto.in l. abſenti. in princip.ff. de dona. Et in iſtis terminis, ſcilicet in donatione inter viuos , quod etiam facta Eccleſiæ , & ſic ad pias cauſas non valeat neque teneat, niſi aliquis eam recipiat nomine ipſius Eccleſiæ, procedit d.glo.not.& ordin.in d. l. illud , & ibi Barto. Bald. & alij.C.de ſacroſan.eccl.& not. Ioan. And.in addi. Specu. in tit.

24 de inſtru.edi.§.nunc vero aliqua.in ver.ſed an pauperes.† Adde etiam,quòd pro Eccleſijs, & pijs locis, & pauperibus quilibet poteſt ſtipulari etiam verbis directis, & etiam ipſis abſentibus,& valet ſtipulatio,vt eſt glo.not.& reputata ſing. 1. quæſt. 7.in cap.quoties cordis oculus.quam glo.dicit eſſe ad hoc ſing. & alibi non reperiri Bald.in d.l.illud.in 1.colum.C.de ſacroſan. eccleſ.Ange.de Aret.in §.cum autem.inſti.de adopt.& in §.alteri. inſtit.de inutil.ſtipu.¶ Tertiò limita deciſionem Barto.ſm eundem Barto. vt procedat in ipſo donatore,qui poteſt ex pęnitentia reuocare illud pactum appoſitum in fauorem Eccleſiæ,ſecus eſt in hærede ipſius donatoris,qui non poſſet voluntatem immutare,per text.in l.3.ff.de ſeru.expor.& in l.3. ff.qui ſi. manumiſ.ad lib.perue.& in l. 1. C. ſi mancip. ita fuer.alien.vt manu. Et cum Barto.tranſeunt alij hic,præſertim Are.& latius dom.Alexan.ſed contrarium tenet Bald. in d. l. cùm à ſocero. C.de iure dot.per text.qui fortiter vrget in l.ſi ego.§.1.ff.de iure dot.vbi ſpeciale eſt in dote fauore matrimonij , quòd hæres nō poſſit ex pęnitentia reuocare in contractu innominato , ergo in contrarium eſt ius commune. l. ius ſingulare. ff. de legi. Ad iſtum text.reſpondet dom. Alexan. hic in duobus locis,& duobus diuerſis modis.Primò reſpond.in 2. char. in 5. colum. quòd ibi non conſentiebat reuocationi ille , qui pecuniam receperat à defuncto conuertendam in dotem futuram ſecutis nuptijs,vnde tunc bene eſt ſpeciale fauore dotis, & fauore matrimonij , quòd in contractibus innominatis per pœnitentiam ſolius hæredis non recedatur à conuentione , vt ibi. Secundò modo reſpondet idem dom. Alexan. in penul. colum. in princip.quòd ille text. non facit ad propoſitum arguendo à ſpeciali , quoniam ibi nec defunctus ſi viueret, nec hæres poterat pœnitere,vt probat ratio ibi in text. aſſignata, ne mulier remaneat indotata , quæ ratio eſt generalis tam ad principalem quàm ad hæredem , ergo non eſt ibi ſpeciale fauore dotis , neque matrimonij , quòd hæres non poſſit illud , quod etiam defunctus non poterat. Sed tu caue , quia primum aſſumptum dom. Alexand. non eſt expeditum , quòd ibi defunctus etiam ſi viueret, non poſſet ex pœnitentia reuocare, nam contrarium expreſsè tenet Pau.de Caſt.& Ludo. Rom.in l.ſi

ADDITIO.

a ¶ Voluntatis. Adde Didac. variar. reſolu. lib. 1. capit. 14. numero 11. PANCIR.

l.si pecuniam.in prin.ff.de condi. ob cau. & Paul. de Cast.in l. 2.§.si pecuniam.ff.de dona.quos refert etiam ipsemet d. Alex. ¶Alio & tertio modo respondet Aret.hic,ꝙ text. in d.l.si ego. §.1.loquitur in contractu simpliciter innominato, vbi bene est speciale fauore dotis,& matrimonij,ꝙ non admittatur pœnitentia ex parte hæredis illius,qui pro parte sua impleuit,contra eum,qui non impleuit, vt declarat Barto. in l. si pecuniam. in prin.in 1.colum.ff.de condi.ob cau.sed nos loquimur,quando contractus innominatus resultat ex relatione habita ad contractum nominatum,quo casu difficilius debet admitti pœni-
25 tentia ex parte hæredis.¶† Ego de intellectu d.l. si ego. §. 1. & an in contractu nominato in dote, & etiam in pia causa habeat locum pœnitentia,dixi in l.3.§.1.ff.de condi.ob cau.ad ibi dicta me remitto.¶Istam tertiam limitationem etiam reprobat Ludo.Rom.in d.l. si pecuniam. in princ. inquantum Bart.
26 facit differentiam inter donantem,& eius hæredem,† quia regulariter pœnitentia permissa defuncto videtur etiam permissa eius hæredi.l.sed interim.§.si vxor.1.ff. de dona. inter vir. & vxo.Tu dic,ꝙ Barto.non negat,prout etiam dicit d.Alex.hæredem regulariter esse eiusdem potestatis,cuius est defunctus, vt in regu.hæredem.ff.de reg.iur.sed voluit,ꝙ quando ex contractu meo veniebat ius tertio quærendum reuocabiliter,ꝙ licita sit mihi pœnitentia in præiudicium tertij,non tamen liceat hæredi per d.l.3.ff.de seru.expor.cum concord. proximè præalle-
27 gatis,† quia mutatio voluntatis, & sic pœnitentia non debet ad hæredem transire,sed debet à principali explicari. l.centesimis.§.fi.& quod ibi tenet Barto.s.eod.facit.l.1.& l.fi. in fi. C.de reuoc.do.& ca.fin.de don.tamen Ludo. Roma.in d. l. si pecuniam.in prin.rñdet ad d.l.3.ff.de seru.expor. cum concor. s.alleg. per quam. l. Barto.hic tradit istam limitationem, ꝙ ibi est speciale fauore libertatis, ꝙ hæres non possit ex pœnitentia reuocare libertatem,ergo secus in Ecclesia,sed errat,quia libertas & Ecclesia æquiparantur,vt expressè tenet Bald. in l. vnica.§.in primo.in vlt.colu.C.de cad.tol.quem refert, & sequitur dom. Alex.in cons.76.3.volu. quod incipit ponderatis his,de quibus in themate.in 6.colu.sicut etiam procedit argu. de libertate ad piam causam,vt no.Bar.in l.proximè.§.1. ff.de his, quæ in test. delen.& in l.si vnus.C.de test.cum concord.quas alias legendo
28 ibi dedi.¶† Vltimo quærit Bart.hoc casu,quid si donator decesserit sine hærede, an libertas seruo competat,aduerte,istud, quod dicit simpliciter Barto.hoc casu potest intelligi altero de duobus modis,& vtroq; bene. Primò hoc casu, scilicet huius. §. quo donator grauauit donatarium serui, vt seruo libertatem daret, an si donator moriatur sine hærede,competat seruo libertas ex pacto,& tenet,ꝙ sic per l.1.ff. qui si manumis. ad lib.perue.& illa lex hoc bene probat in primo casu illius tex.& istud credo esse magis de mente Barto. ꝙ ista vltima quæstio Bartol.referatur ad casum. §. nostri. Secundo modo potest intelligi Barto.hoc casu,scilicet in quo donator ex pœnitentia reuocauit libertatem serui.Item in quæst.præceden. quando reuocauit pactum,per quod res erat peruentura ad Ecclesiam, & sic donator mutauit voluntatem,& postea decessit sine hærede,tenet Barto.quòd libertas seruo competat, & illa res Ecclesiæ, sine per text. in d.l.1.ff.qui manu.ad lib.perue.& ille tex. in fin.istud bene probat secundum primam solu.gloss. *ibi communiter approbatam*.Item,quia ex quo nullus est hæres,cuius interfuit hanc mutationem voluntatis obseruari, ideo talis reuo-
29 catio cùm sit sine effectu,nihil præiudicat, & † licèt ex vltima voluntate etiam codicillari nihil possit deberi etiam ab intestato,nisi adeatur hæreditas per venientes ab intestato. vt l.2.ff. de fideicom.lib.tamen hic est contractus,scilicet donatio,licèt possit reuocari vsque ad mortem,ideo valet, licèt donator decesserit sine hærede,sicut in simili dicimus in donatione causa mortis,quæ licèt sit in vltima volunta.tamen quia etiam habet naturam contractus,non requirit aliquam aditionem hæreditatis,vt probatur in l.tam is.§.1.ff.de dona.causa mortis, vbi filiusfamil.potest donare causa mortis cum consensu patris, & tamen ibi non potest cadere aditio hæreditatis,cùm filiusfam. illo iure fforum præterquam in castrensibus, vel quasi non poterat habere hæredem,quia pater omnia occupabat iure peculij.l.2.ff. de castren.pecu.plenè not.in l.post dotem. ff.solu.matrimo.Et per hoc dicit Ange.se dare casum forsitan per te aliàs
30 non auditum,| † in quo donatio causa mortis non reuocatur per pœnitentiam donatoris,iuxta.l.non omnis. in princip. ff. si certum petatur,& l.qui mortis.ff.de dona. causa mortis, & insti.de dona. post princip. scilicet quando donans sine hærede decessisset, per text. in d.l.1, in fin. ff. qui sine manumis. ad lib. perue.& cùm nemo hæres existat dicti donatoris pœnitentis, nullus poterit eam cum effectu reuocare, & talis donatio causa mortis, vt dixi,ad sui confirmationem non requirit aditionem hæreditatis,& ad hoc alleg.Ange.gloss. reputatam singu. in l.filiæ. C. fam. ercis. & est melior text.cum gloss.in l. post legatum. §. penul. ff. de his, qui. vt indig. & multum bene probat text. in d. l. tam his. §. 1. inducendo, vt supra. induxi. not. istam solennem decis.Ang cum Ang.tenent Io. de Imo.& Are. hic. Ang.& Imo.in l.circa.§.fi. ff.ad l.fal.& in l.2.ff.de leg.1.idem tenet Ange.in repe.l.eam quam. in 10.colum. C. de fideicom. & in quæstione per eum disputata, quæ incipit Astensis miles in 14. col. & sequitur simpliciter do.Alexan.in d.l.non omnis. in princip.in 2.not.sed idem dom.Alexan.in d.l.1.ff.de leg.1.dicit,quod istud dictum Ange.semper visum fuit sibi mirabile. idem dom.Alexan.hic dictum Ange.putat esse verum,quando processum fuit ad traditionem rei donatæ causa mortis. Aliàs autem si sola stipulatio interuenisset, cùm nec dominium,nec possessio fuerit translata sine aditione, tunc videtur quòd actionem non habeat,licèt donans decesserit sine hærede,vt hic latius per eum,& ita etiam tenet in d.l.2.ff.de leg.1.
31 ¶† Sed aduerte,quòd donatio causa mortis,quando non interuenit translatio,requirit stipulationem.l.mortis causa donatio sic,& l.Senatus.§.fin.ff.de dona.causa mortis, vt hodie efficaciter agi possit pacto nudo condictione. l. si quis argentum. C.de donat.vt est glo.reputata singularis in l.cùm pater. §.Meuio.ff.de legat.2.& est glos.similis in l.2. C.de iure dot.& sic videtur,quòd donatarius habeat actionem, & donatio remansit firma non obst.reuocatione donãtis, ex quo donator qui eam reuocauit decessit sine hærede,per text. in l. 1. in fin. ff. qui sine manumis.ad lib.perue. vbi datio libertatis remanet firma non obstante reuocatione concedentis, ex quo reuocans decessit sine hærede.ita potest defendi ista solennis decisio Angel. sed ego alijs medijs arbitror decisionem Angel. non esse veram, quia fundamentum Ange.& sequacium est,quòd ex quo nullus est hæres donantis,non est aliquis qui nomine donãtis pos-
32 sit obijcere de reuocatione donãtis. † Istud non videtur verum, quia videtur quasi impossibile, quòd quis decedat sine hærede,cùm saltem sit fiscus,qui semper erit hæres, vt est glo. reputata sing.in l.ex facto.§.si ff.ad Trebel.nisi intelligeres Ang. etiam quando fiscus nollet esse hæres, quod esset restringere eius decisionem.Item si talis res donata causa mortis, quæ fuit reuocata, reperiatur penes tertium etiam iniustum possessorem,poterit se defendere,quòd donatarius nullum ius habet, nec in dominio nec in possessione, & quòd talis donatio fuit reuocata,& sic quo ad eum liberas ædes habet.l.loci corpus.§. comperit.ff.si seru.vend.& potest opponere de iure tertij in totum exclusiuo iuris agentis,vt per Bar.in l.2.ff.de excep.rei iud. Item quia tex.in d.l.1.in fi.ff.qui sine manumis.ad liber. perue. in qua se fundat Ange. non facit nisi secundum primam solu. glo. ibi, sed secundum alias nihil facit, Item & fortius ibi concurrit fauor libertatis, pro qua libertate multa sunt inducta contra regulas iuris communis,vt dicit text.in §. fi.insti.de dona.ergo non est tuta extensio ad donationem causa mortis, in qua iste fauor cessat.

SVMMARIVM.

1 *Quis potest se obligare alicui sub pœna de non alienando certam rem quàm sibi,qui requisitus non vult emere,poterit alij impunè vendere. nu.2.& 3.nisi moram purgauerit.num.6.*

4 *Confessio facta etiam in iudicio,requirit vel iudicis vel partis acceptationem.*

5 *Quando tempus non est à iure expressè limitatum,debet statui arbitrio iudicis.*

7 *Si emphyteuta interpellauit dominum an velit emere,qui neglexit, tamen posteà potest moram purgare, re integra antequam res sit alij vendita.*

8 *Ad constituendum quem in mora sufficit vnica interpellatio.*

9 *Dictio sæpius,verificatur in pluribus,quàm in duobus.*

10 *Ad constituendum quem in mora sufficit interpellatio extraiudicialis.*

11 *Non procedit petitio illius,qui vnum præcisè petit, cùm duo alternatiuè promissa essent.*

12 *Interpellatio facta tutori constituit pupillum in mora.*

13 *Pœna ipso iure non committitur,quando stat per creditorem, cui debet solui ne recipiat.*

14 *Mora, quæ committitur contrafaciendo contra conuentionem, est grauior quàm illa,quæ committitur solùm in omittendo.*

15 *Prohibitus alienare extra familiam potest vendere extraneo, requisitis prius illis de familia,& nolentibus emere.*

16 *Communio solet parere discordias.*

17 *Res prohibitæ alienari si alienentur, valet alienatio in vita alienantis, sed post eius mortem possunt reuocari.*

18 *Si aliquis fuit condemnatus reſtituere quicquid habebat de bonis Sempronij, intelligitur ſtatim inter viuos, nec debet ſpectari tempus vltimæ voluntatis.*

19 *An in terminis.§.noſtri tutor poſſit vendere partem pupilli, quam habet in prædio ſine decreto iudicis.*

20 *Quando Regnum eſt conceſſum Regi, & ſucceſſoribus ſuis, ſucceſſores minores non poſſunt adminiſtrare Regnum niſi ſecundum formam ca. grandi.hic alleg.*

21 *Sicut ex vltima voluntate patris teſtatoris poteſt res immobilis pupilli alienari ſine decreto iudicis, ita ex voluntate patris collata in contractu, & ſic in actu inter viuos.*

22 *Si quis in genere dãt licentiam hæredibus ſuis, ꝙ poſſint alienare, ſub iſta generali licentia comprehenduntur etiam pupilli hæredes.*

23 *Voluntas patris operatur, ꝙ res immobiles pupilli poſſint alienari ſine decreto iudicis, quamuis nulla vrgeat neceſſitas.*

24 *Si conſors promiſit conſorti non vendere alteri, quàm ſibi ſub pœna, & ab extraneo reperiat nomine pretij multo plus quàm conſors dare velit, an poterit ſine metu pęnæ vendere extraneo.*

25 *Bonum eſt arg.de perſonis ad tempus, & ècontra, & de perſonis ad locum, & ècontra.*

26 *Si colonus vult vendere partem ſuam fructuum, debet eam potius vendere domino quàm alij, dummodo dominus offerat iuſtum pretium.*

27 *Oblatio debet eſſe vera, iuſta, & non ſimulata, nec fraudulenta, aliàs non releuat.*

28 *Colonus antiquor fiſci debet præferri alijs in noua conductione, dummodo offerat pretium, quòd alius tertius offert.*

29 *Si ſtatutum diſponat, ꝙ in venditione præferatur conſors alijs, conſors tenetur dare tantum quantum ab alio dari reperitur.*

30 *Conſors offerens iuſtum pretium præferendus eſt alijs etiam plus offerentibus.*

1 §. Cohæredes. † Qui tenetur alicui vendere ſub pœna, illo requiſito, & negligente emere poteſt ſine metu pœnę vendere cui vult. hoc dicit, & eſt caſus multum notabilis ſecundum Bar. & ſecundum Dyn. Bald. & Ang. & non eſt alibi in iure, tamen ſecundum Barto. & alios ſatis concordant. l.fi. & quod ibi habetur. C.de iure emph. & c.potuit.de locato. ¶ Diuiditur in tres partes. In prima ponitur thema. In ſecunda quæſtio. In tertia reſponſio. Secunda ibi, quæro cùm cohæres. Tertia ibi, reſpondi ſecundum ea, quæ proponerentur. ¶ Et aduerte pro figuratione caſus, ꝙ cohæredes, qui certa prædia hæreditaria inter ſe diuiſerunt, vnum prædium inter eos commune reliquerunt, cum pacto pœnali, ꝙ non poſſet alij vendi, eſt credendum, quòd non ſine cauſa illud vnum prædium commune, & indiuiſum reliquerunt, vel quia ex diuiſione illius aliquod incommodum reſultabat, vel quia ex communione ſequebatur vtilitas, vel aliquod emolumentum, hoc videtur demonſtrari ex natura huius conuentionis, ſecundum Ioan. de Ana. inſiſtententem circa intellectum iſtius text. in conſi.47. quod incipit illud præſupponitur, ꝙ prohibitio alienationis. & infra plenius dicetur, quòd ſi natura huius conuentionis oſtendit, quòd communio erat vtilis, & diuiſio damnoſa, ideo tale prædium habebat remanere commu-
2 ne, vel eſſe vnius cohæredum tantum. ¶ † Not.1. ex iſto text. ꝙ quis poteſt ſe obligare alicui ſub pœna de non alienando certam rem quàm ſibi. facit text. notabilis in l. qui fundum vendidit. ff. de contrahen. empt. Aduerte tamen, ꝙ talis promiſſio non afficit rem, vt ſi fiat venditio non teneat, imò venditio valet, & tenet, & transfertur dominium, ſed incurrit in pœnam, vt hic, vel tenetur ad intereſſe, ſi pœna non fuerit promiſſa, vt notatur in l.ea lege. C.de condi.ob cauſam. & l. ſi ita quis promiſerit. §.ea lege. ĩ.eod. & propterea iſte tex. non dubitat, an valeat venditio partis, facta alij extraneo, quia ponit pro conſtanti, quòd valeat, ſed ſolùm dubitat de pœna, an mulier, quę alienauit in extraneum, incidat in pœnam, intellige niſi ſtipulor in illa re ius reale, puta hypothecę ſibi reſeruauerit, vt l.ſi creditor. §.fin. ff.de diſtra.pigno. ſecundum literam Piſanam, & veram prout eſt ibi litera negatiua, nullam eſſe venditionem, & non eſt alibi in iure ſecundum Ange. & Imol. hic, & propterea ex illo text. ſumitur cautela, quando vis impedire, ne quis poſſit alienare rem, nec partem rei, facias, quòd in conuentione de non alienando obliget tibi in ſpecie illam rem, & conſtituat ex nũc ſe tuo nomine poſſidere, caſu quo alienaret, tunc bene impeditur alienatio, & translatio dominij, vt dicetur in l. ſi ita quis ꝓmiſerit.§ ea lege. ĩ.eod. Item ſecus eſt in prohibitione teſtatoris vel legis, quia illa bene afficit rem, & impedit translationem dominij, vt plenè notatur per glo. & Scribentes in d.l.ea lege, & l.ſi ita quis promiſerit. §. ea lege. & ibi dicetur. infra eodem.
3 ¶ † Secundò not. ex iſto text. quòd qui tenetur alicui vendere ſub pœna, & non alij, ſi ille requiſitus non vult emere, poteſt alij impunè vendere. ratio eſt, quia ei, qui non acceptat pactũ, non debet pactum ſeruari, ſicut ille, qui non acceptat confeſ-
a ſionem aut verba aduerſarij, non poteſt ſe ex illis iuuare, [a] vt notant Bal. & d. Alex. in l.ſuus hæres. per illum tex. C.de repud. & abſti.hære. idem tenet Sal. in l.vnica. in 15. oppoſi. C.de confeſ. & in l.generaliter, in 6.q. C.de non num. pec. vbi dicit Saly. ſe ſæpius ita conſuluiſſe de facto, & ꝙ ita ẽt ſæpè dicebat patruus ſuus d. Ricar. de Sal. idem etiam tenet Saly. in l. iubemus.
4 ad fi. C.de lib.cau. vbi tenet, † ꝙ etiam confeſſio facta in iudicio requirit vel iudicis, vel partis acceptationem. d. Alex. in conſi.20. quarti vol. quod incip. cauſa appellationis interpoſitæ. in 1.col. & in conſi.154.5.volum. quod incip. viſis narratis in themate, in vlt.col. d.Card.Flor. in conſi.92. quod incip. nobiles viri domini Vinciguerre. in 5.colum. ad fi. Aduerte tamen, ꝙ ille
b requiſitus, ꝙ emat, debet expectari per duos menſes, [b] antequã proteſtans poſſit alteri vendere, arg. l.fin. C. de iure emphy. ſe-
* cundum Barto. *& communiter* [c] *alios hic.* adde Ange. qui idem te-
c net in conſ.244 inci. multi conſortes de ciuitate Lucana. Ang. & Saly. in d.l.fi. C.de iure emphy. ſolus Rapha. Cum. aliter tenet, ꝙ interpellatus debet expectari non præciſè per duos mẽſes ſed aliquo tempore taxando arbitrio boni viri, & ſic iudicis. per l.continuus. §.cùm ita. & quod ibi notatur. ĩ.eo. adde ꝓ
5 iſta opin. Raph. contra alios bene facere tritam regulam, † ꝙ quando tempus non eſt expreſſè limitatum à iure, debet ſtatui arbitrio iudicis. l.1. in fi. ff.de iure delibe. c.de cauſis. de offic. deleg. & c.fi. de tranſactionibus. niſi dixeris ſequendo communem opi. ꝙ ſatis dicatur taxatum fuiſſe tempus duorum menſium per d.l.fin. C.de iure emphy. procedendo de ſimilib. ad ſi-
6 milia. l.non omnium. ff.de leg. cum vulgarib. ¶ † Secundò aduerte, ꝙ licèt requiſitus neglexerit emere, poteſt tamen morã purgare re integra, & ſic antequam vendatur extraneo, & audietur offerens ſe paratum accipere. l. ſicut. §. ſi voluntate. ff. quib.mod.pig. vel hypo. ſolu. & l. ſi ita quis promiſerit. §.Seia cauit. ĩ.eo. ſecundum Pau. de Caſt. d.Alex. & Are. hic, bene facit, quod tenet Bar. in l.ſi inſulam. ſ.eod. in 1.oppo. primæ partis, & in 9.q. vbi per tex. in d.§.Seia cauit. tenet Bart. ꝙ ad actionem quæſitam conſeruandam admittitur purgatio moræ, etiã ex parte actoris, & etiam hic creditor, qui neglexit emere, & poſteà vult habere, agit de conſeruando actionem ſeu ius ſibi quæſitum adde, licèt pręfati Mod. non fuerint memores, Ioan. And. in additionib. Spec. in tit. de locato. §.nunc aliqua. in verſ.
7 101. vbi notabiliter idem tenet, † ꝙ ſi emphyteuta interpellauit dominum an velit emere, qui neglexit, ꝙ poteſt poſteà morã purgare re integra, antequam res ſit alij vendita, & præfertur cuicunq; alij, & allegat ita tenere Simonem Vicentinum in d. l.fin. C.de iure emphy. allegat etiam quædam alia iura ad hoc,
8 vide per eum. ¶ † Tertio no. ex tex. in ver. ſępius, ꝙ hic vr̃ ꝓbari, ꝙ ad conſtituendũ quẽ in mora, non ſufficit vnica interpellatio, ſed dẽat ſæpius reiterari, & ſic requirant plures, puta trina
9 denunciatio, † quia dictio ſępius, verificatur in plurib. q̃ in duobus, vt l.ſeruos. in ver. bis aut ſæpius. 2. C.ad l. Iul. de vi pub. & ad minus verificatur in duob. l.veluti. §.hæc vox. in fi. ff. de edẽdo, & l.mariti. §.qui quæſitum. cũ ſeq. ff.de adult. & l. fi. iuncta rub. C.ſi ſæpius in integ.reſt.fue.poſtu. d.Ale. in cõm. l. ſæpè. ĩ 2.
* col. ff.de re iud. ¶ *contrarium coiter tenetur*, ꝙ imò ſufficit vnica
d interpellatio [d] ad conſtituendum in mora, prout per plura iura tenet Barto. in §.Seia. ĩ.ea.l. vbi reſeruo dicendum, & ibi rñdet Bar. ad iſtum tex. ꝙ hic dictio ſæpius, denotat facti accidẽtiã, & non iuris myſteriũ, & ita rñdet Bal. Ang. Imo. Raph. Cu. Pau. de Caſt. & Are. hic. ¶ Sed Mod. Sen. ſubtilius conſiderantes tenent,

ADDITIONES.

a ¶ Iuuare. Adde, ꝙ videtur ſufficere parte præſente, teſte Imol. in c.vlt. num. 18. de confeſſ.

b ¶ Per duos menſes. Adde, quod hoc quod dicitur de duobus menſibus, intelligitur eo caſu, quo quis eſt obligatus vendere aliter, quàm ex contractu, teſte Cagnol. in l.1. nu.71. C.de pact. inter emp. & dic, ꝙ expectari debet per duos menſes niſi requiſitus ante duos menſes reſponderit nolle emere, vt idem Iaſ. ſcribit in l. fin. colum.5. verſi. item aduertendum. C.de iure emph. BELLA.

c ¶ Communiter. Adde, quæ idem Iaſ. ſcribit in §. ſupereſt. Inſti. de actio. Boer. quæſtio.48.49. & 76. num.9. par.1. Roma. conſ.27. & 182. in fin. & dic, ꝙ ſi facio pactum ſi voluero vendere, non vendam niſi tibi, ꝙ ſi facta denunciatione taceas per duos menſes, poſſum vendere non obſtante pacto. ita concludit idem Roma. ſing.765. vbi Doct. in apoſtill. & vide eundem Iaſ. in l. nemo paciſcendo. ff.de pact. MASVER.

d ¶ Vnica interpellatio. Adde, ꝙ hoc idem dicit, & ſequitur Rom. ſing.419. quæ concluſio procedit etiam quando inferior ſuperiorem in mora vult conſtituere, quia etiam vna ſufficit, ex not. in clemen. quamuis. de appell. glo. in ca. cum ab eo. de appel. lib.6. l.ſi conuenerit. la 1. ff.de pig.act. ratio eſt, quia illa vnica interpellatio habetur pro trina, per glo. d.l. ſi conuenerit. not. Fely. in c.cum cauſa. in vlt. verb. de offi. deleg. in c.ex literis. de conſti. Rom. conſ.427. Alex. conſi.81. colum.1. lib.4. Dec. in ca. ex parte.2. colum.2. de appel. MASVER.

tenent, ꝙ dictio sępius, in isto text. fuit posita cum mysterio iu-
ris, quia iura, quæ volunt, ꝙ sufficiat vna interpellatio, vt dice-
tur in d.§.Seia. procedunt, quando per interpellationem con-
stituitur creditor in mora ad finem, vt teneatur de interitu spe
ciei debitæ peremptæ, vel ad finem impiendi cursum vsura-
rum, sed hæc interpellatio fit ad alium diuersum finem, vt in-
terpellatus liberetur ab obligatione pœnali, & ad impedien-
dum, ne purificetur conditio, sub qua pœna veniebat cōmit-
tenda. Vnde tunc bene requiritur bina interpellatio, vt hic. vn-
de Bart. in l. non solùm. §. morte. ff. de oper. nou. nun. in pen. co-
lum. in materia protestationis incitatoriæ allegando istum tex.
facit differentiam, an interpellatio fiat ad incommodum credi-
toris. s. ratione interitus, vel vsuratum, an vero fiat ad com-
modum ipsius interpellantis, vt excusetur ab obligatione pœ-
nali, & ista difficilius inducatur, vt hic. nec obst. text. in l. fin. C.
de iure emphy. & in c. potuit. de loca. vbi sufficit vna interpel-
latio, & tamen fit ad commodum interpellantis, vt euitet pœ-
nam caducitatis, quia ibi loquitur in obligato ex dispositione
legis, vbi mitius agitur. l. Celsus. in princ. cūm glo. ff. de arb. hic
in obligato ex conuentio. hominis. ¶ Sed aduerte, quia videtur,
ꝙ possit bene defendi responsio Bart. in d. §. Seia, & Doct. hic,
dum dicunt, ꝙ in isto text. dictio sæpius, denotat accidentiam
facti, nam licèt non declaret, ego declaro, & probo istam solu.
nam hic, quando ponitur dictio sæpius, narratur contingentia
facti, ꝙ ista mulier sæpius interpellauit tutores, & clarum est,
ꝙ ex narratione facti non licèt arguere ad decisionem iuris,
quādo Legislator in ea nō se fundat, vt dixi in §. Callimachus.
in 2. not. s̃. eod. & latius in l. vnica. post glo. ibi in 3. lect. C. quan-
do non peten. part. Tamen ad hoc potes dicere, ꝙ imò tex. hic
in se fundet, cùm in decisione dicat, respondi secundū ea, quæ
proponerentur, obstaturam doli mali exceptionem. Item di-
ctio sæpius, non est posita in prima parte, in qua ponitur the-
ma, & sic narratur factum, sed est posita in secunda parte, in
qua formatur quæstio, ex qua sequitur decisio. ¶ Quartò not.
in vers. testamento. iuncta glo. quæ exponit etiam extra ius, &
10 semper ad hoc allegatur, † ꝙ ad constituendum quem in mo
ra, sufficit interpellatio extraiudicialis, & ad hoc Bar. alleg. qua-
tuor glo. facit secundum Raph. Cum. & do. Alex. l. 1. §. nuncia-
tio ex hoc edicto. ff. de oper. no. nun. adde glo. in l. vinum. in gl.
magna in princ. ff. si cert. pet. Facit text. in l. denuntiasse. in prin.
ff. de adult. quam Bart. ibi ad hoc notat, & legit suo. l. qui vxori.
idem tenet Bart. in l. non solùm. §. morte. ff. de oper. nou. nun. in
tertia specie protestationis incitatoriæ in vers. item an sit neces
se. Imò fortius etiam interpellatio extraiudicialis facta solùm
per verba enunciatiua, puta egerem tali pecunia, constituit in
mora secundum Bart. in l. etiam hoc modo, per illum text. ff.
de leg. 1. & latius Bart. in l. si quis mihi bona. §. pater. ff. de acq.
hæred. Sed caue, quia ad hoc, vt interpellatio constituat in mo-
ra, non debet esse simplex, sed incitatoria ad soluendum, vt l.
mora, ad fin. princ. ff. de vsuris. in vers. repetendi debiti instan-
tia, per quem text. ita tenet Bart. in d. l. non solum. §. morte. in
vlt. char. in prin. tamen Bart. posteà ibi respondet, ꝙ licèt non
incitet expressè, tamen incitat tacitè; hinc est, ꝙ sola notifica-
tio debiti non sufficit ad constituendum debitorem in mora
secundum Bald. singulariter in l. vinum. ad fin. ff. si cert. pet. per
l. minorum. C. in quib. cau. in integ. rest. non est necess. licèt di-
cat in contrarium facere. l. primam in princ. ff. de vent. in spi. De
hoc puncto, an per talia verba enunciatiua extraiudicialiter
prolata constituatur debitor in mora, dixi plenè in l. si ex lega-
ti causa. s̃. eod. vbi etiam vltra Bart. ibi, qui ponit vnam limita-
tionem ad istud notabile, addidi tres alias solennes limitatio-
nes, ibi videas. ¶ Quintò not. ex text. ibi, secundum conuentio-
nem aut emerent, aut venderent. secundum Bart. Bald. Angel.
Imo. do. Alex. & etiam Aret. in 4. not. formam denunciationis
alternatiuæ, nam si denúnciasset simpliciter, ꝙ emerent, nō te-
11 neret denunciatio, † sicut non procedit petitio illius, qui vnū
præcisè petit, cùm duo alternatiuè promissa essent. l. vbi autē
non apparet. §. qui illud. s̃. eod. & ita etiam vult glo. prima hic,
sed Pau. de Cast. tenet, ꝙ illud verbum aut emerent, fuit adie-
ctum in denunciatione ex superabundanti, quia sufficiebat re-
quirere, ꝙ emerent, eo quia de hoc tantum loquebatur con-
uentio, & illa verba secundum conuentionem, referuntur ad
verbum emerent, & non ad illud venderent. do. Alex. acerbius
taxat Pau. de Cast. & dicit, ꝙ multum inaduertenter, & malè
loquutus est contra illud, quòd Doct. tenent, de quib. non fecit
mentionem, & aliud non allegat in contrarium, sed idem, ꝙ
Pau. de Cast. etiam tenet Raph. Cum. hic, quia illud secundum
conuentionem, respicit illud, ꝙ sequitur, aut emerent, non au-
tem respicit illud aut venderent, tamen si denunciauit, vt eme
rent aut venderent fecit, plus quàm debuit, ideo etiam fecit il-
lud, ꝙ debuit, quia ꝙ pluris est, vtique tanti est. l. cùm furti. ff. de
in lit. iur. mihi plus placet ista secunda opinio Pau. de Castr. &
Raph. Cum. cùm in conuentione non contineretur illa secun-
da pars alternatiuè, aut venderent, nam in isto text. cohæredes,
qui prædia hæreditaria diuiserant, vnum prędium commune
reliquerunt, in quo fuit conuentum, ꝙ si quis eorum vellet suā
partem alienare, teneretur eam vendere cohæredi, vel eius suc
cessori pro certo pretio limitato, & si aliter fecisset, incideret in
pœnam, vnde secundum conuentionem pœnalem sufficie-
bat denunciare cohæredib. quod emerent, nec talis denuncias
cogebatur emere, per reg. l. nec emere. C. de iure deliber. præ-
sertim cùm ista conuentio sit pœnalis, & in pœnalib. debet li-
quidissimè constare, vt est text. singularis in l. in testamento. pri-
ma. ff. de cōd. & demon. quē tex. ad hoc reputat singularē Bal.
in c. 1. qualiter dom. proprieta. feu. priue. in feud. & in c. quin-
tauallis, in vlt. col. de iureiur. & in l. cùm proponas. in vlt. colu.
C. de hæred. instit. do. Alex. in l. si in nomine. C. de testa. Item li-
cèt in isto text. mulier requisiuerit alternatiuè aut emere, aut
vendere, quia forte habebat commoditatem emendi, & sibi
expediebat, tamen tenere sic simplicite, resset iniquum, quòd
cohæres, qui forte vendit partem suam, ex necessitate cogatur
emere, vnde tene; quòd secundum formam conuentionis te-
nebatur solùm denunciare, quòd emerent, licèt ex abundanti
ēt fuerit adiectum, vel venderent, sicut etiam in hoc text. ex
abundanti fuit facta sæpius interpellatio, cū tamen vnica suf-
ficeret, vt dicam in §. Seia. j̃. ead. l. & aliquid tetigi. s̃. in 3. not.
12 ¶ Sextò, & vlt. not. ex text. ibi, hique nihil tale fecerint. † ꝙ in-
terpellatio seu protestatio facta tutori, constituit pupillum in
mora, & sibi præiudicat, & impedit, ne pœna ad eius vtilitatē
committatur. bene facit text. in l. sed si ex stipulatu. s̃. eod. & in
l. Aemilius. ff. de min. & quod not. Bart. in l. filiusfam. §. in hac. in
vlt. q. s̃. eod. ¶ Capio gl. fin. in vers. exceptionem. quā diuide
in quatuor partes. In prima timore contrarij declarat text.
an pœna ipso iure committatur, & prima tenet, ꝙ sic. posteà
subdit quædam verba secundum Ioann. per quę videtur tene-
re contrarium. In secunda opp. contra text. & solu. In tertia idē
facit. In quarta, & vlt. allegat vnam concordantem ad tex. Se-
cunda ibi, sed contra. s̃. de pact. Tertia ibi, & sic etiam nō obst.
Quarta, & vlt. est ibi, item facit. ¶ In prima parte glo. ibi, nam
ipso iure commissa est pœna. Istam glo. reprobant Ang. Imo.
Raph. Cum. Pau. de Cast. d. Alex. d. Petr. de Bexu. quia est con-
tra text. quem posteà glo. statim alleg. in l. Celsus. in princip. in
vers. idem ait si iusserit, & in §. fin. ff. de arbi. supra. vbi dicit text.
13 † quòd pœna ipso iure non committetur, quando stat per cre
ditorem, cui debet solui ne recipiat. Item ex quo per aduersa-
rium stetit, quominus fieret illud, ꝙ fieri debebat, non potest
dici pœna ipso iure commissa. l. in executione. §. fin. s̃. eod. Con-
firmatur secundum d. Petr. de Bex. & Mod. Sen. quia pœna ve-
nit committenda, si fuerit in mora vendendi cohæredi, secun-
dum Bart. in l. ita stipulatus. in 6. quæst. s̃. eod. sed nulla est mo-
ra in offerente. l. qui decem. in princ. ff. de sol. ergo nulla est pœ
na. l. lecta. in vers. sed cum sortis. ff. si certum petatur. ergo nulla
actio competit ad pœnam, ergo non est propriè exceptio, &
in hac ratione fundat se text. in d. l. Celsus. §. fin. ff. de arbitris. Et
ad istum text. qui dicit obstaturam doli mali exceptionem, &
sic præsupponit, quod pœna erat mero iure commissa, respon
dent præfati Doct. quòd iste text. loquitur de exceptione doli
generali, subrogata loco exceptionis intentionis, & facti, quæ
non præsupponit ipso iure obligationem, & sic pœnam ipso
iure commissam, de qua exceptione intentionis, & facti sunt
duæ glo. magnæ, quæ declarant in l. qui se debere. in vers. exce-
* ptione. ff. de cond. ob causam, & in l. 2. ff. de excep. *ita transeunt
communiter Scribentes hic.* Isto modo impropriatur text. noster,
ꝙ non loquatur de exceptione doli vera, & propria, quæ præ-
suppponit actionem mero iure cōpetere, sed loquatur de ex-
ceptione impropria intentionis & facti; & isto modo fit im-
propriatio, & violentia literæ. Item exceptio intentionis, & fa-
cti est abusiuè, & impropriè exceptio, & ideo non haberet lo-
cum in statutis loquentibus de exceptione secundum Bald. in
l. peremptorias. in 5. col. C. sen. rescind. non poss. & est glo. not.
in c. 1. in vers. defensionis. de litis contestatio. in 6. Idcirco. Aret.
conatur saluare text. ab Improprietate altero de duobus mo-
dis, quos tamen ipse reprobat. Primò, quòd hic interpellatio
non fuit facta principali, sed eius tutori, cuius negligentia non
potest ipso iure auferre pupillo ius ad ipsam rem immobilē.
Vel, quòd contraria loquuntur, quando interpellatio fit prin-
cipali, qui est legitima persona, tunc pœna bene committitur
ipso iure, secus quando fit eius procuratori, vel tutori, sed vl-
tra eum vtraque sol. confunditur per text. in d. l. sed si ex stipu-
latu. s̃. eod. & dixi in text. in vlt. not. alijs duobus modis conan-
tur saluare text. ab improprietate Mod. Sen. hic, nihil est. Tu
autem aliter salua text. ab improprietate, quòd ideo hic pœna
com-

committatur ipſo iure, eo quia mulier cohæres alienauit partem ſuam extraneo contra conuentionem pœnalem, & ſic ſtipulatio pœnalis committitur non ex capite moræ, ſed ex capite contrafactionis, quia alienauit in extraneum, tamen obſtat exceptio doli ex æquitate, quia cohæres requiſitus noluit emere, & ſic non obſt. d. l. Celſus. §. 1. & §. fi. quia loquitur, quãdo interuenit ſola mora in non recipiendo, & non contrafactio, ſicut hic. nec obſt. ꝙ ex quo ſæpius interpellauit tutores, ꝙ emerent, & ipſi neglexerunt emere, ꝙ debet ipſo iure excuſari à pœna conuenta per ea, quæ ſuperius aducta ſunt, quia reſponde, ꝙ procedunt, quando aliquid ſolum erat implendum, vel ſoluendum, tũc ex iſto capite non poſſet dici in mora, nec pœna committi, ſed quia hic poſteà vendidit extraneo, ꝙ eſt contra principalem intentionem conuentionis pœnalis, ideo ex iſta contrafactione mero iure committitur pœna, & in hoc iſte text. redditur bene not. & ſingularis, licèt ex æquita-
14 te obſtet exceptio doli, vt in litera. ¶† Confirmatur, quia mora, quæ committitur contrafaciendo, & ſic alienando in extraneum contra conuentionem, de qua loquitur iſte tex. eſt grauior, quàm illa, quæ committitur ſolum omittendo, & ſic non dando prout præcepit arbiter, & de qua loquitur. d. l. Celſus. §. 1. & fin. ſecundum doctrinam glo. *communiter approbatam* in l. ſi mora. ff. ſol. matr. cum concor. quas ibi dedi. ideo prima, quæ eſt grauior, facit pœnam committi ipſo iure, vt hic, ſed non ſecunda, vt ibi. ¶In ead. glo. ibi, ſed hic ad pœnam, & ſic valet
a alienatio, quia pactum a de non alienando appoſitum in contractu nõ impedit alienationem valere, vt d. l. nemo. ff. de pact. tamen alienans incidit in pœnam, vt hic, & dixi. s. in text. in primo not. & ſecundo, & melius reſponde ſecundũ Petr. de Bellaper. Imo. Raph. Cum. & do. Alex. ꝙ in l. contraria erat pactũ ſimplex, ꝙ non liceret alienare rem ſuam, & iſtud non valet, quia non intereſt paciſcentis, vt ibi, hic autem erat pactum limitatum, ꝙ non liceret alij vendere niſi cohæredi, & iſtud valet, quia intereſt cohæredis paciſcentis, vt hic. facit. l. qui fundũ vendidit. ff. de contrahen. emp. ¶In ead. glo ibi. l. ſi creditor. §. fin. iſta oppoſitio procedit tenendo, ꝙ ibi ſit litera affirmatiua. ſ. vllam eſſe venditionem, ſed litera Piſana, & vera eſt negatiua, vt dixi. s. in text. in primo not. & per Bart. ibi, & in l. ea lege. C. de cond. ob cauſam, & in l. ſi ita quis promiſerit. §. ea lege. ſ.
15 eod. Et iſto modo illa. l. nihil obſt. ¶† Extra glo per iſtum. §. determinauit notabiliter Dyn. ꝙ prohibitus per teſtatorem alienare extra familiam, poteſt vendere extraneo, cohæredib. de familia prius requiſitis, & nolentibus emere. caſus eſt hic, ꝙ intelligit Bart. eſſe verum, quando fuiſſet prohibitus ſimpliciter alienare extra familiam, ſecus ſi eſſent adiecta verba importantia, vt familiæ relinqueretur, vel ſimilia verba, iuxta. l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. tunc non poſſet alienare in extraneum, etiam requiſitis illis de familia, tanquam res, quæ ſubiaceant reſtitutioni fideicommiſſi, relictis illis de familia per Auth. res, quæ. C. communia de leg. iſta eſt vtilis, & quotidiana deciſio, quam ſæpè vidi in facto, & eſt paſſus ambiguus, cum Bart ſimpliciter tranſit Ioann. de Imo. hic, idem etiam tenet Aret. hic, & Pau. de Caſt. in l. filiusfam. §. diui. el. 2. in lectura Patauina. ff. de lega. 1. vbi tenet, ꝙ aliud eſt prohibere in teſtamento ſimpliciter ne alienetur extra familiam, tunc poteſt prohibitus alienare, illis de familia requiſitis, & recuſantibus emere, allegat notata per Bart. & Doct. hic. aliud eſt prohibere alienari, eo quia vult in familia remanere, tunc non eſt in poteſtate ipſius prohibiti auferre familiæ ius fideicommiſſi conditionalis per talem interpellationem, vnde etiam ſi recuſarent emere, tamen poſſent reuocare alienationem vigore fideicom. ¶Adde, ꝙ per iſtum text. decidit Bart. in l. codicillis. §. inſtituto. ad fin. ff. de leg. 2. vbi tenet, ꝙ ſi teſtator in teſtamento diſpoſuit, ꝙ ſi frater volebat fundum ſibi relictum vendere, ꝙ venderet fratri ſuo, ꝙ ſi frater non vult emere, poterit vendere extraneo facta requiſitione, & expectatione duorum menſium, per iſtum text. Ad idẽ adde, ꝙ per iſtum text. decidit Bald. in l. voluntas. in prima col. ad fin. C. de fideicom. & in c. inter dilectos. in 5. colu. de fide inſtrum. ꝙ ſi vaſſallus eſt grauatus ære alieno, & dominus non vult ei permittere, ꝙ alienet ius ſuum feudi, poterit alienare ſi dominus requiſitus non vult emere, per iſtum text. & l. fin. C. de iur. emph. ¶Breuiter Raph. Cum. & do. Alex. in primo caſu tenent contra Dyn. & Bart. & bene, ꝙ etiam, quando prohibitio eſt facta ſimpliciter ne alienetur extra familiam, quamuis non ſit adiecta illa cauſa, vt relinquatur familiæ, tamen non poteſt extraneo extra familiam alienare, etiam denunciatis illis de familia, & nolentibus emere, eo quia teſtator, qui prohibuit alienari extra familiam, per hoc voluit, ꝙ in familia remaneret, & ꝙ in familia relinqueretur, quia iſta verba, ne alienes extra familiam, videntur apponi in vim cauſæ, & ſic inducere tacitum fideicommiſſum, vt l. filiusfam. §. diui. el. 2. ff. de leg. 1.

Et hoc videtur tenere glo. in l. peto. §. prædium. in glo. 1. iuncta glo. 2. & fi. ff. de leg. 2. Et iſtud expreſsè tenent Cyn. Saly. & Pau. de Caſt. in l. quoties ab omnib. per glo. ibi. C. de fideicom. & ſic videtur eſſe relictum fideicom. familiæ eo caſu quo alienetur in extraneum, nec obſt. iſte text. quia loquitur in contractib. in quibus non poteſt videri per talia verba eſſe factum tacitum fideicommiſſ. & ſic, ꝙ relinquatur per fideicommiſſum, ſicut in vlt. voluntatib. ¶Vltra eos tu reſponde aliter ad iſtum text. ꝙ ſi prohibitus alienare interpellauit illos de familia, an velint emere, potuerunt illi de familia congruenter reſpondere, nos non volumus reſpondere, cùm poſt mortem tuam ſit ad nos peruenturum ex cauſa fideicommiſſi, & ſic gratis ſine aliqua pecunia ſecundum Pau. de Caſtr. hic, & in d. l. quoties ab omnibus, & iſto caſu illi de familia habent iuſtam cauſam recuſandi emere illud, quod ex cauſa fideicommiſſi eſt futurũ ſuum, ꝙ non eſt in terminis iſtius. §. idem contra Dyn. & Barr. etiam latè tenet Ioann. de Ana. in conſ. 47. inc. illud præſupponitur, ꝙ prohibitio alienationis. motus per plura, quib. conantur reſpondere Mod. Sen. hic, præcipuè, quia illi de familia cenſentur ad fideicommiſſum inuitari, vt l. cùm pater. §. libertis. ff. de leg. 2. ergo talis inuitatio nõ poteſt ab eis auferri, vt in reg. id ꝙ noſtrum. ff. de reg. iur. & l. fin. ff. de pact. Item alienatio extra familiam non poteſt fieri niſi de conſenſu illorum de familia, vt d. l. quoties ab omnibus, & d. l. cùm pater. §. libertis. ergo illis requiſitis, & non conſentientib. fieri non poteſt. Ad idem adducit text. quem reputat ad hoc optimum in l. vnica. C. non lic. habi. metro. lib. 11. vbi prohibita eſt alienatio in extraneos, & permiſſa inter habitatores metrocomiæ, & tamen nemo ſani capitis diceret, ꝙ requiſitis habitatorib. & recuſantib. emere, ꝙ poſſet fieri alienatio in extraneum, cùm tex. ibi indiſtinctè prohibeat alienari extraneis. adducit etiam quædam alia, de quib. ibi plenius per eum. ¶Conclude ergo ex prædictis, ꝙ indiſtinctè, ſiue ſit prohibita alienatio extra familiam ſimpliciter, ſiue etiam ſit adiecta cauſa, vt familiæ relinquatur, ꝙ neutro caſu poteſt alienari in extraneum, & ſic extra familiam, etiã requiſitis illis de familia, & recuſantibus emere, & ſic contra Dyn. Bart. & ſequaces in primo membro. nec obſt. iſte text. in quo ſe fundant Dyn. & Bart. quia. s. reſpondi dupliciter. primò, ꝙ loquitur in contractu, in quo non poteſt ceſeri inductum fideicommiſ. prout in vlt. voluntatib. & ita etiam ad iſtum text. dicit Bald. in c. 1. §. aut ſi libellario. quib. mod. feud. amit. in vſib. feud. quem etiam alleg. Ioann. de Ana in præalleg. conſ. 47. ſecundò, ꝙ iſti de familia ſunt habituri gratis ex cauſa fideicommiſſi, ergo non poſſunt cogi emere, ꝙ non eſt in iſto tex. Alijs duob. modis reſpondet ad iſtum text. Ioann. de Ana. in præalleg. conſil. 47. Primò, quòd in iſto tex. duo offerebantur. ſ. quod emerent, aut venderent, ſed in caſu quæſtionis noſtræ vnum tantum. ſ. ꝙ emerent, quæ ſunt diſſimilia, & magis fauendum eſt plura offerenti, vnde ex diuerſis non fit bona illatio. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. in verſ. [ſed hæc diſſimilia ſunt.] cum concordan. s. eod. tamen caue, quia s. in pen. not. text. tenui ſecundum Rapha. Cum. & Pau. de Caſt. ꝙ illud aut venderent, fuit ex abundanti adiectum in denunciatione, & nõ erat in ipſa conuentione. Secundò, reſpondet, & dicit aduertendum, ꝙ in iſto text. cohæredes, qui cæterea prædia hæreditaria diuiſerunt, vnum commune, & indiuiſum reliquerunt, ꝙ prohibuerunt alij vendi niſi cohæredi, ſub pœna centum, eo quia veriſimiliter, vel ex diuiſione illius prædij incommodum reſultabat, vel ex communione ſequebatur vtilitas, & ſic natura conuentionis ſignificabat diuiſionem eſſe damnoſam, & communionem eſſe vtilem. vnde ſi diceremus, ꝙ denunciatione facta cohæredi non poſſit vendere extraneo, ſequeretur abſurdum ſiue inconueniens, vel ꝙ cogeretur continuare in communione, ꝙ illi habent pro re damnoſa. l. fi. C. quando & quib. quarta pars deb. lib. 10. & l. ſi non ſortem. §. ſi cenſũ. ff. de cond. indeb.
16 † quia communio ſolet parere diſcordias. l. cùm pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. vel cogeretur pati damnum, ꝙ reſultat ex diuiſione, ꝙ eſt contra naturalem æquitatem, vt quis ſine culpa ſua damnum patiatur, vt in regula ſine culpa. de reg. iur. in 6. ideo iſte text. rectè decidit obſtaturam doli exceptionẽ, quæ fundata eſt in æqtate, vt l. 1. & l. qui æquitate. ff. de excep. doli. ſi requiſito cohærede, qui neglexit emere, alienauerit in extraneũ, quæ ratio ceſſat in præſenti quæſt. ita tene & conclude, quamuis Paul. de Caſtr. hic fuerit in noua opinione contra omnes,
17 † ꝙ ſicut res prohibitæ alienari ſi alienentur, valet alienatio in vita

ADDITIO.

a ¶Pactum. Adde, quòd pactum de non alienando cum iuramento impedit tranſlationem dominij, teſte Rol. conſ. 6. num. 35. & 54. lib. 1.

vita alienantis, sed post eius mortem possunt reuocari. l. fin.§.
sinautem sub conditionene.C.communia de leg. & l.seruo le-
gato.§.1.& ibi notatur.ff.de leg.1.ita quando testator simplici-
ter prohibuit alienari extra familiã, valet alienatio donec alie-
nens viuit, quia donec alienans viuit, videtur cessare prohibi-
tio alienationis extra familiam, postquam requisiuit illos de
familia, vt emant, vt hoc text.sed eo mortuo aut relinquit hæ-
redem vnum de familia, & similiter valebit, aut vnum extra-
neum,& tunc reuocabitur, per l.vnum ex familia.§.sed si vno,
& §.seq.& §.sed & si fundum.vers.ꝙ si talia,& l.peto.§.prediũ.
ff. de leg.2.quia fideicommissum remanet duntaxat post mor-
tem alienantis, & sic eo mortuo retractatur alienatio. ita dicit
se intelligere dictum Dy. licèt per Scribentes malè declaretur.
istam opin.Pau.reprobant do.Alex. & Aret. præcipuè,quia il-
lud, ꝙ dicit Pau.de Cast.procederet, quãdo fideicommissum
esset colatum post mortem illius,cuius fundus à testatore fuit
principaliter relictus, sed in casu nostro fideicom. intelligitur
collatum in tempus, quo ille cui relinquitur sponte alienaret
contra prohibitionem testatoris, nam statim ꝙ alienat, locus
est fideicommisso, vt.l.cùm pater.§.libertis. & l.peto.§.prediũ.
cum ibi notatis, & §. fratre.ff.de leg. 2.& l.pater.§. filiam,cum
ibi notatis.per Bart.ff.de leg.3.¶Sed aduerte,quia vnum vide-
tur obstare,ad ꝙ Scribentes non aduertunt. s.verbum relinqua
tur, dum dicitur in prohibitione, vt familiæ relinquatur,illud
verbum relinquatur,videtur importare per vltimam volunta-
tem.§.cæterum.in Auth. vt cum de appel.cog. & ꝙ notant gl.
& Doct.in l.his verbis.in princ.ff.de hær. insti. & glo. in §.si ve-
ro nulla.in verbo relictis,in Auth.de hæred. & fal.ergo videtur
importare fideicom.demum post eius mortem,vt etiam dice
bat Pau.de Cast.& non in eius vita.facit text.in c. vt vnusquis-
que.in verbo [propriæ Ecclesiæ relinquat] de peculio clerico-
rum.Responde, ꝙ verbum relinquo, intelligitur etiã de actu
inter viuos.l.si ante.C.de don.ante nup. & l.cùm oportet.§. si-
nautem res.C.de bon.quæ lib.& est glo.not. & elegans in cle.fi.
in vers.relicti.de iure patro.quæ dicit, ꝙ verbum relinquo, vel
relicti etiam adaptatur ad actum inter viuos. Ad idem est tex.
bene solennis in l.hoc sermone.ff.si liber inge.esse dica.per quẽ
18 text. decidit ibi pulchre domi. Benedictus de Plumbino, † ꝙ
si aliquis fuit condemnatus relinquere quicquid habebat de
bonis Sempronij, intelligitur statim inter viuos, nec debet
expectari tempus vltimæ voluntatis, & ibi est propriè text.de
hoc,& istam decisio.do. Benedicti refert, & sequitur do.And.
Barba.in c.requisisti.in 4.col.de test.& in d.c. vt vnusquisque.in
primo notabili.de pecu. cler. vbi per hoc dicit se consuluisse
officialib. Sancti Petronij Bononiæ,cui Eugenius Papa cõces-
sit bullam, ꝙ de relictis ad pias causas soluatur certum quid
dictæ Ecclesię,ꝙ comprehendatur etiam donatio inter viuos,
ꝙ bene not. Et propterea text. in l.1. C.de sacrosan. Eccles.ad-
didit ad verbum relinquere, dictionem decedens,& sic in pro
posito verbum,vt familiæ relinquatur,importat, vt in familia
19 remaneat.¶†Secundò quærit Bart. an in terminis huius. §. tu-
tor ex hac causa possit vendere partem pupilli,quam habet in
isto predio, sine decreto iudicis, & dicit videri, ꝙ non,per.l.si
fundus.in princ. ff.de reb. eorum. vbi non sufficit subesse vtili-
tatem vendendi,nisi etiam subsit necessitas.facit, quia tutores
non possunt vendere rem immobilem pupilli sine decreto iu-
dicis.l.magis puto.§.ne passim.ff.de reb.eorũ,& l.lex,quæ tuto
res. C. de admin. tuto. & hoc modo videretur interpellationẽ
factam tutorib.ꝙ venderent,nihil operari, & propter hoc cõ-
trarium putat Bart.esse de iure verius,quod si est vtile pupillo,
quamuis non sit necessarium,poterunt tutores sine decreto iu
dicis vendere propter voluntatem defuncti, qui hoc voluit,
quando tale pactum interposuit per.l. fin. ff.de reb. eo. & quia
interposuit legem sibi,& successorib.suis.cum Bart.tenet Bald.
hic propter voluntatem defuncti alternatiuam, aliàs ista pro-
testatio non arctaret tutores, ꝙ reputat not. dignum, & cum
Bart.etiam tenent dom.Alex. & Aret.hic.Sed tu aduerte,ꝙ in-
quantum Bart.in duob.fundat se in isto text. in neutro videtur
iste text.probare,quia vt dixi.s̃.in text.in pen. notabili,conuen
tio pœnalis in isto text.non fuit alternatiua,sed solùm vt tene-
rentur vendere cohæredi, aut eius successorib. aliàs vendendo
extraneo inciderent in pœnam centum, non autem fuit con-
uentio,vt ipse cohæres venderet,quamuis posteà denunciatio
fuerit alternatiua,ꝙ tutores aut emerent aut venderent, sed il-
lud aut venderent,non erat in conuentione pœnali, ergo non
est verum fundamentum Bart.de hoc text.ꝙ defunctus appo
nendo pactum voluerit posse vendi.Item secundò non est ve-
rum illud,ꝙ dicit Bart.ꝙ in isto text.pater imposuerit talem le
gem sibi,& successorib.suis, quia in conuentione mentio suc-
cessorum solùm fuit,ꝙ volens alienare partem suam,teneatur
vendere cohæredi, vel eius successorib. & sic mentio hæredũ,
vel successorum fuit, vt emerent, non autem, vt venderent.
¶Item vltra prædicta Raph. Cum.hic in fin. licèt de prædictis
nullam faciat mentionem, reprobat decisionem Bart. & alio-
rum,& sequuntur etiam Mod. Sen. quia secundum eum fal-
sum est dicere, ꝙ propter conuentionem de qua in text. pater
paciscens videatur licentiam dedisse pupillis suis alienandi,
quoniam de pupillis istis non cogitabat tempore conuentio-
nis,& secundum eum videtur contra notata per eundem Bar.
in simili in l.quidam consulebant.s̃.de re iud.Secundò, & sub-
tiliter mouetur, quia verba conuentionis videntur tendere ad
coarctandum facultatem vendendi, vt solùm possit vendere
cohæredib. & non alteri, ergo non debent operari cõtrarium
effectum,& sic inducere licentiam vendendi, quia inducta ad
restrictionem non debent operari permissionem, vt l. legata
inutiliter.in princ. cum simi.ff. de adi.leg. vnde dicit credendũ
esse,ꝙ in isto text.fuerit facta denonciatio legitimè, vt fieri de-
buit,& sic de dubitatione Bart.non est multum curandum se-
cundum eum.Ad istud fundamentum respondet d. Alex.hic,
ꝙ licèt verba conuentionis pœnalis apposita in hoc text. ibi,
sub hoc pacto non includant licentiam vendendi, sed videan-
tur astringere volentem vendere, ad vendendum, cohęre-
dibus, & non alteri, tamen illa alia verba conuentionis posita
in text.ibi, dum dicit secundum conuentionem aut emerent,
aut venderent,inquantum dicunt, aut venderent,probant opi
nionem Bart. attento, ꝙ in conuentione fuit facta mentio de
successorib.sed certè,vt dixi pluries in isto text. conuentio pœ-
nalis fuit solùm,vt venderent cohęredibus,vel eorum succes-
soribus, & non alijs, licèt mulier in denunciatione petierit al-
ternatiuè,ꝙ aut emerent secundum conuentionem,aut etiam
venderet, tamen illud, ꝙ venderent,debet intelligi.s.legitimè,
vt debet, & sic cum decreto iudicis,prout etiam voluit Raph.
Cum.nec est verum,ꝙ in conuentione sit facta mẽtio de suc-
cessorib.quantum ad vendendum, vt ipsi successores cohære-
dis possent vendere, sed bene, vt emerent, vt prædixi, & istud
puto verius de iure.¶Subdit etiam d. Alex.ꝙ Bart.in d.l.quidã
consulebant. allegatus per Rapha. Cum.nihil dicit, ꝙ in pro-
posito repugnet. Sed certè videtur pro eo satis bene facere,
20 prout etiam dicunt Mod. Sen.inquantum Bart. ibi dicit, † ꝙ
quando regnum est concessum Regi, & successorib.suis,tamẽ
successores minores non possunt administrare regnum,nisi se-
cundum formam iuris.c.grandi. de sup.negli. præla.in 6. vt ibi
per eum.ita hic verbum successorib. quatenus etiam posset re
ferri ad verbum venderet, debebit intelligi in minorib. secun-
dum iuris formam,& sic cum decreto iudicis. ¶Tenendo ta-
men decisio.Bart.ex ea habes tres notabiles cõclusiones in pra-
ctica,duas secundum Aret.hic in fin.& tertiam secundũ Mod.
21 Sen.in 5.not.¶† Prima conclusio est, ꝙ sicut ex vlt.voluntate
pater testatoris põt res immobiles pupilli alienare sine decre-
to iudicis.d.l.fin.ff.de reb.eorum,& l.1.in fin. in vers.[voluntati
parcatur defuncti.]C. quando decreto opus non est. ita etiam
ex voluntate patris collata in contractu, & sic in actu inter vi-
uos.adde bene facere text. in l.3.C. quando decreto opus non
est.in vers.[nisi parentis voluntas,vel testatoris,]ergo prima est
inter viuos.Item d.l.fin.ff.de reb.eorum. loquitur, quando te-
stamentum patris erat non solenne, & inualidum,& tamen vl
tima voluntas testatoris ex testamento inualido sufficit, vt tu-
tores possint sine decreto alienare,ergo fortius voluntas patris
valida collecta in actu inter viuos debet sufficere, cùm bonũ
sit argumentum de vlt. voluntatib.ad conrractus, & ècõtra.l.
seruum filij.§.eum, qui chirographum, & l. quæ de legato.ff.
de leg.1.Sed caue,quia d.l.fin.ff.de rebus eorum.loquitur, quã-
do testator dedit expressam licentiam tutorib.alienandi res im
mobiles pupillorum,hic autem voluntas patris solum ex con-
iectura colligitur,ergo non debet esse par dispositio, arg.l.vni-
cæ.ff.si tab.testam.mul.exta. in vers. [q̃a ex cõiectura non pro-
22 priè scriptus videtur.]¶† Secunda notabilior conclusio est, ꝙ
si aliquis in genere dat licentiam hæredibus suis,ꝙ possint alie-
nare, sub ista generali licentia comprehenduntur etiam pupil-
li hæredes,& hoc esset planum,si pupillis iam institutis in testa
mento daretur hæc licentia, quia tunc necessariò referetur ad
eos.argu.l.fundus, qui locatus. ff. de fundo instructo.sed istud
est valde notabile, & tenendum menti, & multum not.Aret.
hic in fin. quando ista licentia colligitur ex verbis positis in cõ-
tractu inter viuos,quo tempore non præsumitur contra hære
23 des cogitasse,quales hæredes essent habituri.¶†Tertia conclu
sio est secundum Mod.Sen.in 6.not. ꝙ voluntas patris opera-
tur, ꝙ res immobilis pupilli possit alienari sine decreto iudi-
cis,quamuis nulla vrgeat necessitas, prout aliàs requiritur.d.l.
magis puto.§.non passim.non tamen operatur, ꝙ possit alie-
nari, si minori non erat vtile, ꝙ bene not. ad prædictum titu-
lum.C.quando decreto opus non est, & ad d.l.fin.ff.de reb.eo.

¶Vltra Barto. circa text. ibi, venderet centum vigintiquinque,
qui loquitur, quando fuit appoſitum certum pretium, quæri-
tur opportunè, quid ſi non fuiſſet certificatum pretium cer-
tum, & cohæres volens vendere partem ſuam, reperit ab ex-
traneo tantam quantitatem, ſed cohæres requiſitus dicit, ꝙ nõ
vult tantum dare, quia tãtum non valet, & offert ſe paratum
dare iuſtum pretium, an teneatur ſibi dare pro minori pretio
quàm ab alio reperiat, an verò poſſit illi extraneo vendere ſi-
24 ne metu pœnæ. eo modo in quæſtione quotidiana † ſi conſors
promiſit conſorti non vendere alteri quam ſibi ſub pœna, &
ab extraneo reperiat nomine pretij multo plus quàm conſors
dare velit, an poterit ſine metu pœnæ vendere extraneo. Ang.
hic determinat, ꝙ non, dummodo conſors velit dare iuſtum
pretium, & dicit diſputando fuiſſe determinatum per Marti.
de Fano, vt refert Ioann. And. in addi. Spe. in tit. de emp. & vẽdi.
§. nunc videndum reſtat. in verſ. ſed pone ſtatutum. ad fin. ma-
gnæ additionis, & malè refert Ioann. And. quia Ioann. And. ibi
tenet oppoſitum, ꝙ imò debeat dare pretium, ꝙ ab alio repe-
ritur, quia res tantum valet quantum vendi poteſt. l. ſi ſeruus
furtiuus. in princ. & ibi glo. & Bart. ff. de cond. furt. & l. 1. §. ſi hæ-
res. ff. ad Trebell. & l. 3. in fin. ff. de in diem addic. cum alijs ibi al
legatis per Ioann. And. Sed pro opinione Ang. ꝙ ſufficiat of-
ferre iuſtum pretium, facit, ꝙ vult glo. bene notabilis in l. 2. in
glo. magna. C. de reſcindend. vend. quæ vult non debere atten-
di illud, ꝙ vnus aut duo offerunt, ſed illud, ꝙ communiter of-
fertur, & communiter valet, & licèt Ioann. And. in dicta addi-
tione Spec. non videatur ſequi illam glo. tamen ego vltra Scri
bentes pro illa gl. adduco duo bona fundamenta. primum eſt,
nam bonum eſt argumentum de perſonis ad tempus, & ècõ-
tra. l. qui plures liberos. in princ. & ibi Bart. ad hoc not. ff. de vul-
ga. & pupil. & l. videamus. §. pen. ff. de in lit. iur. Sed non debet
attendi pretium, vel æſtimatio modici temporis, puta vnius di
ei, vel duorum, vt eſt text. notabilis in l. pretia rerum. §. 1. & ibi
Bart. ad hoc not. ff. ad leg. fal. ergo ſimiliter non debet attendi
pretium vnius perſonę, vel duarum, ſed commune, arguendo,
vt dixi, de tempore ad perſonas. Et ideo dicit Barto. in l. pretia
rerum. §. 1. per illum text. ꝙ aduocatus debet eſſe cautus, & be-
ne facere poſitiones, ꝙ talis res tali tpe tantum valuit, & an-
te, & poſt per multos dies, quia ſi ſolùm poneretur, ꝙ tali die
tantum valuit, tunc non attenderetur æſtimatio illius parui
25 temporis vnius diei, vel duorum. † Ad idẽ ſecundò moueor,
quia bonum eſt argumentum de perſonis ad locum, & èfcon-
tra. l. 1. in verſ. Offilius. iuncta. l. 2. in verſ. eadem. ff. ne quis eum,
qui in ius voca. hinc eſt, ꝙ ſicut verba debent intelligi ſecun-
dum conditiones, & qualitates perſonarum, ad quas referun-
tur. l. plenum. §. æquitij. cum vulgarib. ff. de vſu. & hab. & l. ſi
quis filio exhæredato. §. irritum. ff. de iniu. rup. ita verba debent
intelligi ſecundum qualitatem locorum, ad quæ referuntur
ita arguit Pau. de Caſt. in conſ. 230. inc. dubitatur primò, an co-
mes palatinus. in quarto dubio. in fin. Modo nos habemus, ꝙ
attendi debet æſtimatio communis plurium locorum, & non
vnius loci particularis, vel duorum, argumento. l. fin. §. fin. &
ꝙ ibi not. Bart. C. de admin. tut. Bart. in l. fin. per illum tex. C. de
magiſt. cõuc. ergo idem debet eſſe in perſonis, ꝙ non debeat at
tendi pretium, ꝙ offertur ab vna perſona, vel duab. Item quan
tum valeat frumentum, & ſimiles res, debet attendi quantum
vendi poſſet in loco publico publici fori, & non alibi; ita not.
Bart. in l. ſeptem. per illum text. C. de eroga. mil. an. lib. 12. Et in
d. l. pretia rerum. §. 1. ad fin. & eſt text. notabilis in c. 1. de emp. &
vend. in verbo [non carius vendant tranſeuntib. quàm merca-
to vendere poſſunt.] ita ego arguo pro illa gloſ. not. Ad idem
pro opinione Ang. facit ſecundum Pau. de Caſt. ꝙ non debet
attendi animoſior licitator ad impediendam adiudicationẽ
fieri iuſto pretio. l. ad officium. in fin. cum ibi notatis. C. com-
muni diui. per quem tex. not. ibi Bald. & Saly. in verbo iuſtum,
ꝙ ſi conſors offerat pretium iuſtum, non attenderetur animo-
ſus, & extraneus licitator, & ad hæc ille text. non eſt alibi ſecun
dum eos. ad idem facit, ꝙ not. Bart. in l. 1. in fin. per illum text.
26 C. de metallarijs, & metal. lib. 11. vbi not. † ꝙ colonus ſi vult
vendere partem ſuam fructuum, debet eam potius vendere
domino quàm alij, dummodo dominus offerat iuſtum pre-
tium, ꝙ Bart. reputat tenendum menti, & ſic non conſideratur
ibi maius pretium, ꝙ poſſet ab alio reperiri, ſed iuſtum pretiũ.
Ad idem facit ſecundum Rapha. Cum. & Pau. de Caſt. quia ſi
contrarium diceremus, de facili poſſet committi fraus, vt ſi il-
le, qui promiſſit vendere alij conſorti, ſubmitteret alium ter-
tium, qui multo plus offerret quàm conſors, & reuera nollet
emere, vel offerrentur duo amici plus offerre monſtrantes.
27 Sed tu caue, quia iſtud fundamentum non eſt bonum, † quia
ſi poſſet apparere de tali dolo, & fraude, quæ probantur ex ſo-
lis coniecturis, puta ex qualitate perſonæ, & ex enormi exceſ-
ſu pretij, iuxta gl. notabilem in l. apud Celſum. in princip. ff. de
de doli exceptio. tunc talis oblatio non attenderetur, nam ob-
latio debet eſſe vera, & iuſta, & non ſimulata nec fraudulenta,
aliàs non releuat, vt eſt text. notabilis in l. fin. C. de iure emphy.
in verſ. quantum pretium ab alio reuera accipi poteſt, & in
verbo quantum ipſe reuera, & ibi Sal. ad hoc not. & ibi dixi, &
text. in l. eum qui. §. cùm igitur. in verbo ſi falſus. ff. de in diem
addi. Spec in titu. de locato. §. nunc aliqua. in verſ. 94. Bald. in l. 2.
ad fin. C. de reſcin. vend. quem ſtatim. ĩ. in ſpecie referam. Ad
idem facit, ꝙ pulchre not. Bart. in l. ſi pater. per illum text. ff. de
pact. dot. vbi tenet, ꝙ ſi promiſi tibi vendere rem pro illo pre-
tio, ꝙ inuenitur, & ꝙ quidam nobilis, & potens vult eam ha-
bere pro minori quàm valeat, & eius timore nemo audet plus
promittere, ꝙ iſtud non debet attendi, & ſequitur Lud. Rom.
in l. ſi eum. in princ. ff. ſi quis cautio. & iſta opinio Angel. habet
magnam æquitatem, & bene confirmatur ex prædictis. ¶Cõ-
trariam opinionem, & ſic Ioann. And. in dicta additione Spe.
videtur ſequi Ioann. de Imo. hic, vbi poſt multa verba, quę hic
in ſpecie refert do. Alex. quantum ad propoſitum in fine te-
net, ꝙ cùm hic velit ſibi ius quærere propter pretium, ꝙ of-
fert, tunc debet attendi pretium, ꝙ ab alio reperiri poteſt, quia
ſatis debet eſſet conſorti, ꝙ ſibi potius gratificetur quàm alij,
abſque eo, ꝙ velit aduerſarium pati damnum in percipiendo
minus ab ipſo quàm ab alio poſſit habere. eandẽ opinionem
tenet Aret. hic per text. in l. pen. & fin. C. de locati. præd. ciui. lib.
28 11. vbi probatur, † ꝙ colonus antiquior fiſci debet præferri
alijs in noua conductione, dummodo offerat pretium, ꝙ ali-
quis alius offert, & illum text. allegat Bart. in l. vectigalia. §. 2. ff.
de publica. ad idem allegat Are. caſum notabilem in c. 1. §. ſed
etiam res. cum glo. ſua, & ibi Bald. in tit. per quos fiat inueſti. in
feud. vbi dicitur, ꝙ ſi vaſſallus vult alienare feudum, debet il-
lud agnato maius pretium offerenti dare, vel illud, ꝙ vaſſal-
lus ab alio poteſt habere. idem tenet Bald. in l. 2. in vlt. quæſt. C.
29 de reſcin. vendi. † vbi format Bald. q. in terminis ſtatuti diſpo-
nentis, ꝙ in venditione præferatur conſors alijs, iuxta. c. conſti-
tutus. de in integ. reſt. concludit Bal. ꝙ conſors tenetur dare tan
tum, quantum ab alio dari reperitur, per l. fin. C. de iure emph.
Et refert Ioann. And. ita tenere in d. §. nunc dicendum. ad fin.
mouetur etiam Bal. quia venditor debet ſeruari indemnis. d.
l. ad officium. C. communi diui. & quia iuſtum pretium vide-
tur eſſe illud, ꝙ reperitur ab alio. Auth. hoc ius porrectum. C.
de ſacro ſan. Eccleſ. & l. in fundo. ff. de rei vend. intelligit tamẽ
hoc, dummodo ſine fraude, & colluſione fiat, & æqualib. pa-
ctis per. l. 2. §. fin. aliàs eſt. l. eum, qui. §. cùm igitur, & §. fi. ff. de in
diem addic. & dixi etiam. ſ. & idem formaliter ſequitur Saly.
in l. dudum. C. de contrahen. emp. & Lud. Rom. in l. ſi eum. in
princ. ff. ſi quis cauti. ¶Tene primam deciſionem Angel. & ſe-
30 quacium, quæ eſt æqua, † ꝙ conſors offerens iſtum pretium
præferri debeat alijs, etiam plus offerentib. intellige tamen,
quando conuentio, vel ſtatutum ſimpliciter aſtringunt con-
ſortem ad vendendum conſorti, nam intelligitur iuſto pretio,
& ideo licèt eſſent vnus, vel duo plus offerentes, illud non at-
tenderetur, ſed ſolùm inſpiceretur iuſtum pretium, quo obla-
to debebit potius vendi conſorti. ita procedit glo. in d. l. 2. C.
de reſcin. vendi. Si autem conuentio, vel ſtatutum non loqui-
tur ſimpliciter, ſed diſponit, ꝙ potius teneatur vẽdere iſti quã
illi, & ſic diſponit, ꝙ ſi aliquis velit vendere, teneatur potius
vendere conſorti quam alij, tunc intelligitur in re pari, vt plus
offerenti detur, & ſic, ꝙ conſors præferatur, ſi tantum offerat,
quantum ab alio reperitur. ita loquitur Ioan. And. in dicta ad-
ditione Spec. Bald. in d. l. 2. ad fin. C. de reſcin. vend. ita limitat,
& concludit Raph. Cum. & bene, quem ſequuntur Paul. de
Caſt. & do. Alex. & in effectu Ioann. de Imo. eo quia vt dictum
eſt ſupra, quando mediante oblatione quis vult aliquod ius
conſequi, debet offerre illud plus, ꝙ ab alio offertur, quia ſatis
eſt, ꝙ ſibi gratificatio fiat, ergo venditor debet immunis con-
ſeruari. d. c. 1. §. ſed etiam res. per quos fiat inueſt. & d. l. fi. & ibi
Bart. C. de loca. præd. ciui. lib. 11.

SVMMARIVM.

1 *Facultas implendi conditionem non tranſit ad hæredem.*

2 *Plenè dicitur conſtare de debito, quando conſtat per ſententiam diffinitiuam.*

3 *Quando probatio ponitur in conditione, debet perfectè impleri, & non imperfectè.*

4 *Si filiusfamiliàs ſe faciat emancipari à patre, non tenetur niſi inquantum facere poteſt.*

5 *Licèt debitor mortuus relinquat hæredem, qui repræſentat perſonam defuncti, tamen mortuus non dicitur debere, ſed debuiſſe.*

6 *Oppoſitiones aperiunt viam quaſi ferro.*

7 Pluralitas

7 *Pluralitas hæredum non præsumitur.*
8 *Si iudex condemnauit aliquem ad soluendum quicquid agenti debere constitisset, si ex actis factis apparet, quid & quantum debeat, an ad illa acta fiet relatio, & non ad futuras probationes.*
9 *Sententia est nulla, si expressè referatur ad futuras probationes.*

§. Augerius. Iste.§.non est alibi in iure secundũ Dyn.Imo.do.Alex.& Aret.hic, eũ etiam alibi dicit esse singulare Bald.in c. significauit.in 3.col.de rescrip.& idem Bald.in ca. ad nostram.2.in 4.col. de iureiuran. dicit, ꝙ iste text.est multum singularis.Item dicit Pau.de Cast. hic circa princ. ꝙ iste casus est mirabilis, quem si non haberemus, quilibet diceret contrarium.idem Pau.de Cast.ad finem dicit, ꝙ determinatio istius. §. videretur valde extranea laicis ignorantib.iura, & contra omnes rationes mundi, prout infra eum referam. ego autem vltra Scribentes ponam nouum, & planum intellectum ad istum text. secundum quem amaritunes Scribentium cessabunt. Hoc dicit secundum Bart.Angel.
1 Imo.& do.Petr. de Bexu.† Facultas implendi conditionem nõ transit ad hæredem, & ita etiam per istum text. tenet Bart.in l. si decem cùm petiero. s.eod. istud summarium reprobat Bal. in vna lectura, prout referunt Imo.& do.Alex.hic, ex eo, ꝙ hic Augerius fuit promissor, & ex eius persona non impletur cõditio. Raph. Cum. etiam reprehendit istud summarium Bart. ꝙ est ineptum, & falsum secundum eum, sed ꝙ debet sanè intelligi, ꝙ conditio.s.quæ respicit hic personam patris, non extenditur ad personam heredis eius.Facit.l.Paulus respondit, & l.cùm tabernam.ff.de pign.aliàs non esset simpliciter verum, ꝙ facultas implendi conditionem non transiret ad hæredem, de quo vltimo tangit Bart. ordinariè in d.l. si decem cum petiero. vbi dixi. s.eod. ego etiam reprobo istud summarium Bart. ex alio clarius quàm Bald. nam hic Augerius promisit soluere quicquid constitisset patrem suum debere, vnde ex eius persona non est implenda conditio, quia ipse Augerius, & eius hæredes non habent in hoc aliquid implere: nam implere istã conditionem, & facere, ꝙ constet quid, & quantum deberet pater Augerij, istud spectabat ad Publium Meuium creditorẽ, & eo mortuo ad eius hæredes, quia creditore non ostendente quid, & quantum debeat habere, debet absolui reus.l.qui accusare.C.de eden.& c. 1.vt eccl.benefi. & de hæredib. Publij creditoris in isto tex.verbum nullum, & text.potius sonat Publiũ Meuium viuere, nisi salues Bart.intelligendo eum sanè, vt dicam.j.in glo.¶Vnde summa istum tex.sic. Promittens soluere quicquid alium debere constitisset, non tenetur nisi constiterit illo debitore viuente.h.d.iste singularis.§.*sequendo communem intellectum*.glo. Bartol.& Doct.sed quià iste intellectus non procedit sine maximo scrupulo, ego aliter. j. intelligam istum
2 text.¶† In text. ibi, debere constitisset. s.per sententiam diffinitiuam: nam sic propriè dicitur constare de debito.l. res iudicata.ff.de reg.iur.& l.1.ff.de re iudi. secundum Iac. de Are. Rayn. Imo.& Aret.hic, vel etiam secundum do.Alex.constitisset per legitimas probationes.l.fin.cum glo.C.de reb.credi.&c.1.cum glo.in vers. constiterit. de in integ. resti. cum alijs hic allegatis per eum, tamen isto casu non sufficeret semiplena probatio de debito cum iuramento, in suppplementum probationis,
3 † quia quando probatio ponitur in conditione, debet perfectè impleri, & non imperfectè, vt notatur in l. Lucius. ff. de condi.& demon. secundum Bald.in l.in bonæ fidei. in pen.col. C.de reb.credi.& ibi Sal. in 3. quæst. & dixi in l. admonendi.ff. de iureiur.vbi etiam sequitur Lud.Rom. quamuis de hoc dubitet Aret.in c.2.in 2.not.de proba.¶In text.ibi, respondi si cõditio non extitisset. ista responsio Iurisconsulti videtur inepta, cùm ab eo quæreretur, an conditio exiterit, & respondet si cõditio non extitisset, non committi stipulationem. vnde debet exponi si, pro quia, vt responsio sit apta, secundum Ang.Imo. Raph.Cum.& do.Alex.hic, sicut etiam ponitur in l. venditores.s.eo.& in l.Lucius Titius curator.§.tutelæ.ff. de admin.tut. ¶Considera etiam pro intellectu text. ꝙ cùm iste Augerius esset filiusfam.vt expressè dicit litera, de quibus bonis poterat promittere soluere pro patre, quicquid patrem debere constitisset, cùm nihil proprium habere poterat, cùm isto iure ffotum quicquid acquirebat filiusfam. & sic in potestate, statim, & incontinenti acquirebat patri.l.placet.ff. de acquir.hæred.& l.1.in princ.ff.si quis à paren. fue. matr. plenè notatur in l. cùm filiusfam. de lega.1. & sic ista promissio Augerij filijfam. videtur fuisse inanis, quia inanis est actio, quam excludit inopia debitoris.l.nam is.ff.de dol.& c.olim vobis.s.de resti.spol. & si dicis, poterat habere bona castrensia, vel quasi, ista est diuinatio, & fortius in istis habetur pro patrefam.l.2.in prin.ff.ad Maced. & si diceres, ꝙ licèt filiusfam. isto iure fforum nihil proprium habere posset, tamen ex promissione sua obligetur, & fiet executio personalis, quia incarcerabitur, vel detinebitur nisi cedat, secundum Bar.in l.3.§.sed vtrum.ff.de minorib.& in l. si filiusfam.2.ff.sol.matr.& in l.si dubitet.§.fin.ff.de fideiuss.& in l.pen. C.qui bon.ced.poss.& in tractatu de carcerib.in 4.quæst. Certè ista sol. nullatenus satisfacit ad hunc text. quia isto modo non solueret totum, quicquid constitisset patrem debere, & promisit: prætereà Publius Meuius creditor, qui inquietabat istum patrem, vt sibi solueret, prout apostillant istum text.Petr.Ray. Ang.Imo.& do.Alex. & sic volebat sibi solui in pecunia, quomodo acceptasset istam promissionem filijfam. si ab eo nihil potuisset consequi, nisi faceret eum incarcerari, quia potuisset
4 facere incarcerare patrem.†prætereà obstaret cautela, quæ est, ne filijfam.debitores possint incarcerari, nam cautela est, ꝙ faciant se à patrib. emancipari, cùm tunc non teneantur nisi inquantum facere possunt, & vt est text.notabilis in l.2.ff.ꝙ cum eo.& text. in l. si ex alio. C.eo. ꝙ cum eod. & ibi dicunt Bald. & Sal. per illum text.optimam esse cautelam ad obuiandum, ne filij mercatorum possint incarcerari.s.vt faciant se à patrib. emancipari, ꝙ est notabile secundum eos. idem tenet Ioann. de Platea in §.sunt prætereà.ad fin.insti. de actio.& latè d.Bar. Veronensis in cautela.29.vbi istud limitat trib. notabilib.modis, tu dic, ꝙ iste Augerius filiusfam. habebat peculiũ non quidem castrense, vel quasi, per rationem quam dixi, sed habebat peculium profectitium, de quo poterat effectualiter debito patris satisfacere, sicut etiam posset soluere pro alijs obligationib.procedentib. ex contractu, vel sua promissione, vt l.si quis cùm filiofam.& l.& ideo.ff.de peculio. per Bart.in l.si finita.§.si de vectigalib.in vlt.col.ff.de damn .infect.nec ista videatur diuinatio, cùm tex. ponat pro constanti, ꝙ filiusfam.posset
5 soluere quicquid patrem constitisset debere.¶† Not primo ex isto text. ꝙ licèt debitor mortuus relinquat hæredem, qui repræsentat personam defuncti, & censetur eadem cum defuncto, vt in Auth.de iureiur. à morien. præsti.in princ.& gl.notabilis in l.2.ad fin.in gl.magna.ff.de preto.stipu. tamen mortuus non dicitur debere, sed debuisse, & ad hoc iste text. non est alibi secundum Dyn. & Mod. s. relatos. cum hic conditio promissionis sit implenda verè, & in casu vero, & non fictè.l.qui hæredi.& l.Meuius.in princ.ff. de cond.& demon.¶Secundò not. ex isto tex. ꝙ licèt verbum constitisset, preteriti plus quam perfecti subiunctiui, vt est glo.in l.2.ff.si liber inge. esse dicat, & sic propriè significet tempus præteritum, tamen hic significat tempus futurum, quia aliàs stipulatio esset nulla, vt dicam statim in glos. & in dubio debet stipulatio sic intelligi, vt valeat.l. quoties in stipulationib.cum sim. s.eo. verba ergo preteriti tẽporis trahuntur ad futurum, quando non possunt in preteritũ disponere, vt inquit Bald.in l.si ita scripsisset.ff.de leg.2.notatur in l.cùm stipulamur.j. eod. facit.l. si debitor.§. verisimilem. ff. de contrahen. emp.& l.cùm certus ff.de triti.vino, & oleo.leg. Similiter, quando de natura dispositionis esset futura respicere, vt est regulare in ll. & in statutis tũc subiunctiui accipiuntur pro futuro tempore, gl. est valde notabilis in l. cùm tale. §.pen. in vers.dixerunt in fin.ff.de condi. & demon.quam ad hoc extollit Bald.in l.2.in 3.col.C.de leg.notant do. Abb. & Ioann.de Imo.in c.fin.de const. ¶Capio glo. in vers. non extitisset. istam glo.Bart. expedit per quæstionem, ego autem expediam per
6 viam oppositionis, † quia quasi ferro viam apperit, qui per contraria transit.ita dicit Bald. in l. præcib. in 8. col. in fin. C.de impub.& alijs substit.vnde oppono de directo contra decisionem text. ꝙ imò conditio stipulationis extitit, quia constitit, quid & quantum pater deberet, licèt constiterit post mortem ipsius patris, ergo Augerius debet teneri ex sua promissione, cuius est impleta conditio, nam iste filius videtur intercessor seu fideiussor. l. vbi autem non apparet. §. qui verò à Titio. s. eod. vnde non debet referre, an constiterit in vita patris, vel post eius mortem.l.fideiussor obligari.§ fin.ff.de fideiuss.huius timore glos. ponit duos intellectus ad text. in verbo constitisset.¶Primò, ꝙ non intelligatur in præteritum, quia est præteritum plusquam perfectum subiunctiui modi, vt dixi in text. sed isto modo intelligendo stipulatio esset nulla, quia cùm in præteritum non constitisset de debito, ergo stipulatio statim fuit nulla.l. conditio in præteritum, & l. si ita stipulatus fuero. hanc summam.s. eod. cùm stipulatio esset concepta sub conditione impossibili, quæ in æternum committi nõ potest, quia falsa in præteritum sunt impossibilia, vt in glo.¶Secundus fuit intellectus Roge. relatus in glos. ꝙ verbum constitisset intelligatur in futurum, & hoc modo stipulatio valet, sed quia conditio, stipulationis non fuit impleta prout debuit, quia fuit de eo, ꝙ constitisset patrem debere, ergo debuit constare viuo patre, quia post mortem non potest constare ipsum debere, sed debuisse, & sic non impletur conditio in forma prout debuit,
* & istum intellectum approbant Rayn.Bart.Ang.*& communiter Doct.*

Doct. iſta ergo conditio, quicquid conſtitiſſet patrem debere, reſpicit perſonam patris debitoris, ergo eſt implenda ipſo debitore viuente, adeo, ꝙ eius implementum non tranſit ad hæredem, vnde ſi moriatur pater ante liquidationem, & poſteà fieret liquidatio cum eius hærede, talis liquidatio non purificat conditionem ſtipulationis, nec facit Augerium teneri ex ſua promiſſione. text. eſt hic perpetuò tenendus menti, ſecundum iſtum communem intellectum, & hoc eſt, ꝙ voluit dicere Bart. in ſuo ſummario, ꝙ ius implendi conditionẽ non tranſit de perſona defuncti debitoris in eius hæredem. Iſte text. ſic declaratus ſecundum iſtum communem intellectum eſt diligenter notandus ſecundum Ange. pro mercatorib. Florentinis, q multoties promittunt pro alijs, quicquid conſtiterit eos debere: nam fit declaratio in eorum vita, & non poſt mortẽ, aliàs non tenerentur. ſequitur ſimpliciter Ioann. de Imo. hic in fin. ſimiliter ſecundum Pau. de Caſt. Florentiæ in curia mercantiæ quotidiæ capiuntur mercatores, comparent amici, & eos extrahunt de carcerib. & promittunt ſoluere, & ſtare pro eis de omni eo, ꝙ apparebit eos debere facto calculo, nam cautus debet eſſe creditor, qui fecit illum capi, vt faciat declarare debitum viuente illo, qui fuit captus, quia ſi poſt mortem fieret, illi promiſſores non tenerentur. ita eſt caſus peregrinus, & perpetuo tenendus menti in iſto. §. qui poteſt quotidiè de facto contingere ſecundum eum, cum quo ſimpliciter tranſit dom. Alex. Raph. Cum. dicit ſe ſemper dubitaſſe de iſto communi intellectu ad iſtum. §. quia eo attento ſequeretur magnum inconueniens, ꝙ non ſolùm debitum, ꝙ extabat tempore promiſſionis, ſed etiam omne aliud debitum poſt promiſſionem contractum videretur eſſe promiſſum, dummodo liquidetur in vita debitoris, aliàs ratio glo. & Doct. non eſſet congrua, ſed ad hoc reſpondent Pau. de Caſt. & do. Alex. ꝙ intelligitur promiſſum in futurum, ex cauſa tamen de præſenti, non autem ex cauſa de nouo poſteà ſuperueniente, vt not. per gl. & Doct. in l. ꝙ ſeruus. in glo. fin. ff. de condi. ob cauſam. Facit, ꝙ no. Bar. in §. duo fratres. in 6. quæſt. ꝗ. eod. Et hoc modo ceſſat inconueniens Raph. ¶ Subdit tamen Pau. de Caſtr. prout etiam ſupra aliquid retuli, ꝙ determinatio iſtius. §. videretur valde extranea laicis ignorantibus iura, & contra omnes rationes mundi, & ꝙ potius deberet intelligi, ꝙ promiſſerit quicquid in futurũ conſtabit ipſum debere, etiam poſt mortem debitoris, licèt nunc non potuiſſet dici debere ſi eſt mortuus, ſed debuiſſe, & iſta eſſet magis ſecundum mentem contrahentium, ſed à text. recedere non poſſumus ſecundum eum. ¶ Ego autem ad euitandas iſtas amaritudines pono alium nouum, & planum intellectum ad text. ſecundum quem iſte text. non erit ita mirabilis, prout Pau. de Caſt. Raph. Cum. & Mod. hic dicunt, pro cuius intelligentia præſuppono, ꝙ iſte Augerius filiusfam. qui promiſit ſe ſoluturum, quicquid conſtitiſſet patrem ſuum debere, mortuo patre non fuit hæres patris ſui, ſed alius, vt patet ex text. ibi, an ſi aduerſus hæredem eius actum fuiſſet aliumúe ſucceſſorem, & ſic alium quam ipſum Augerium, & hoc expreſsè tenet do. Petr. de Bex. hic in princ. in apoſtillatione text. nam ſi Augerius fuiſſet hæres patris, tex. feciſſet de eo mentionem, hoc etiam probatur clara ratione, nam cùm ſubeſſet debitum patris, & de eo conſtitiſſet poſt mortem patris, vt dicitur in litera, dato, ꝙ implementum conditionis non tranſiret ad hr̃dem, vt dicit Bar. tñ filius, q fuit hr̃s patris, debet teneri ad debitũ tanꝗ eius hr̃s. l. vnica. C. vt act. ab hær. ſed hic Augerius cõueniebatur ex ſua promiſſione, & non tanꝗ hr̃s patris, & ſic apparet, ꝙ Augerius non fuit hr̃s patris, ſed alius, niſi intellexeris text. ibi aliumúe ſucceſſorem, alium ſ. vltra filium, & hoc
7 modo fuiſſent plures hæredes, † tamen in iſto text. indefinitè loquente non apparet de pluralitate hr̃dũ, quæ etiã non præſumitur ſm Bart. in l. ſi in rem. per illum text. ff. de rei vend. & in l. ſi qs ſeruum. §. ſi inter duos. ff. de lega. 2. Hoc præſuppoſito dico, ꝙ verus intellectus iſtius text. eſt, ꝙ conditio ſtipulationis non extitiſſet, & ſic ſtipulatio non eſt commiſſa, vt decidit tex. & ſic Augerius non tenetur ex ſua promiſſione, & hoc duplici rõne, & vtraque ratio effectualiter ponitur in tex. prima, qa de debito non conſtitit in vita patris, ſed demum poſt eius mor-
* tem, vt decidit text. & in hoc concordant gl. Bart. *& communiter oẽs.* ſecunda ratio text. eſt, ad ꝗ non aduertunt Scribentes. ſ. qa mortuo patre debitore, Publius Meuius creditor egit ꝯ hr̃dẽ debitoris mortui, vt dicit text. ibi, aduerſus hr̃dẽ eius actũ fuiſſet, aliumúe ſucceſſorem, & aduerſus iſtum hr̃dem de debito conſtitiſſet, & ſubdit litera, ſed aduerſus Augeriũ promiſſorẽ non fuit actum, nec ꝯ eum debitum fuit liquidatũ, ideo text. bene decidit, ꝙ Augerius non tenetur ex ſua promiſſione, qa ſtipulatio non eſt aduerſus eum commiſſa, qa conditio ſtipulationis non extitit. iſte eſt verus, & planus intellectus ad iſtum text. q ſine ſcrupulo procedit. ¶ Vtranque rõnem textus vltra Scribentes confirmo naturali rõne, nam ideo debebat cõſtare de debito viuo ipſo patre debitore, & ſic debebat fieri calculatio, donec pr̃ debitor viuebat, qa ipſe pater ſciebat quõ res ſe habebant, & erat bene informatus de defenſionib. ſuis, & ſic ſciuiſſet bene calculare rõnes ſuas, ideo eo mortuo ſi ſit actũ ꝯ eius hr̃dẽ, & de debito ibi conſtitiſſet, naturali ratione Augerius promiſſor non debet ex ſtipulatione teneri, cuius conditio non eſt commiſſa, eo qa hr̃s præſumitur ignoraſſe factum defuncti. l. q in alterius. ff. de reg. iur. & l. ſi. ff. pro ſuo, & ſic non potuit bene calculationem facere, ergo non põt dici conditionẽ ſtipulationis extitiſſe ꝯ Augerium, ſicut in ſimili, qñ qs promiſit ſoluere illud, ꝙ talis iudex iudicabit, ſi ille iudex moriatur, aut mutetur anteꝗ liquidet debitũ, & ſic anteꝗ iudicet, & alius iudex eius loco ſubrogetur, q iudicet, certè fideiuſſor non tenetur iudicatum ſolui. text. eſt not. in l. cùm apud Sempronium. ff. iud. ſolu. eo qa fideiuſſio iudicatum ſolui facta coram vno iudice, reſpicit perſonam, & fidem illius iudicis, ꝙ bene, & legaliter calculabit debitum, ꝗ fidem non caperet fideiuſſor de alio iudice ſubrogato. ita ibi eſt text. ita hic Augerius, q promiſit illud debitum patris, eo viuente calculabit, non debet teneri ad debitum, ꝙ calculabitur cum eius hr̃de, vt hoc text. facit ẽt text. in l. diẽ proferre. §. 1. ff. de arb. vbi ſi partes fecerunt cõpromiſſum in arbitrium, ꝙ calcularet debitum, de quo eſt cõtrouerſia, mortuo arbitrio non tranſit ad eius hr̃des per dictã rõnem. Iſte eſt verus, & proprius ſenſus huius. §. ſm quẽ ſummarium Bart. & ſequacium non extat bene ad propoſitũ text. nec bene eneruat text. vltra reprobationes ſuperius relatas, & ſm iſtum intellectum quem teneo, nõ vr̃ bene probari ex text. nec ẽt ita paſſim verũ illud eſſe, ꝙ no. Ang. Imo. Pau. de Caſt. & do. Alex. de mercatorib. q promittunt pro incarceratis, vel etiam pro alijs, quicquid eos debere conſtiterit, ꝙ declaratio talis debiti debet fieri in vita illius pro quo promittitur, aliàs ſi
a poſt eius mortem fieret, non releuaret, [a] nam iſtud ita ſimpliciter non probat iſte text. ſm intellectum quem poſui. ¶ Vlti-
8 mo circa iſtum text. dicit not. Ang. † ꝙ ſi iudex condemnauit aliquem ad ſoluendum, quicquid agenti debere conſtitiſſet, ſi ex actis factis apparet quid, & quantum debeat, ad illa acta fiet relatio, & non ad futuras probationes, per l. hæc ſententia omnem, & ꝙ ibi not C. de ſen. quę ſine cert. quanti. aliàs ad probationes futuras neceſſariò eſt facienda relatio. allegat ad hoc. l. cùm iudex, & ꝙ ibi not. C. de ſen. & interl. omn. iud. iſtud vltimum reprobat Ioann. de Imo. & bene, quia imò iſto vltimo caſu ſententia vr̃ eſſe nulla ratione incertitudinis, vt. l. fin. C. de ſen. ꝗ ſine cert. quanti. & §. curare. inſti. de act. & ꝙ not. Bart. in
9 dicta. l. cùm iudex. † Adde, quòd Barto. in dicta l. cùm iudex. tenet, quod ſententia etiam eſt nulla, ſi expreſsè referatur ad probationes futuras, quæ non poſſunt ſtatim, & incontinenti fieri poſt ſententiam, quia cùm talis conditio non poſſit ſtatim verificari poſt ſententiam, talis ſententia redditur nulla per illum text. & idem tenet Bald. ibi. idem tenet Pau. de Caſt. in l. continuus. in prin. ꝗ. eo. Item ſententia lata per relationem ad futuras probationes, debet dici nulla, tanꝗ fuerit lata ſine cauſæ cognitione, cùm ſuper futuris probationib. non potuerit adhiberi cauſæ cognitio. l. prolatam. cum ibi not. C. de ſen. & interloc. omn. iud. Bart. in l. ait pretor. §. 1. in opp. de re iud. Spec. tñ in tit. de ſen. prola. §. iuxta. in verſ. ſed ecce. tenet, ꝙ imò iſto caſu talis ſentẽtia valet, licèt ſit iniqua, qa debuit ferri ſm, ꝙ iudici liquębat ex actis, & ſic ſecundum acta, & probata. l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præſid. Idem tenet Bal. ſibi contrarius in l. non dubiũ in 5. opp. C. de leg. & in alijs locis hic relatis per do. Alex. & Ang. in l. non quemadmodum. ff. de iud. Et iſtam vltimam opinionem contra Bart. tenet do. Alex. hic, eo quia talis ſententia eſt lata contra ius litigatoris, ergò valet, & tenet. l. 2. C. quando prouoc. non eſt neceſſe. quamuis ita fieri nõ debuerit. l. 1. §. biduum. ff. quando appel. ſit. vt hic latius per eum. Tene primam ſententiam Bar. quòd imò talis ſentẽtia eſt nulla, quam etiam Mod. Sen. hic tenent, & licèt ipſi non dicant, addo, quòd idem expreſsè tenet dõ. Alex. ſibi de directo contrarius in conſ. 73. 3. vol. incip. videtur prima conſideratione dicendum Barnabam. in pen. & vlt. col. do. Ant. de Butr. in conſ. inc puto iudicem aditum. imò plus tenet Bald. in d. l. cùm iudex. ꝙ non valeat ſententia, ſi iudex dicat, cõdẽno te ſi ex probationib. factis, & fiendis condemnandus venis, qui eſt caſus mixtus ex probationib. factis, & fiendis. nec obſtant fundamenta d. Alex. quòd talis ſententia dicatur lata contra ius litigatoris, ergo valet, quia imò eſt lata contra ius legis, ex quo eſt lata ſub conditione intrinſeca incerta, relata ad futuras probationes,

ADDITIO.

a ¶ Non releuaret. Adde, quæ ſcribit Hippol. ſing. 304. vbi ead. ferè docet, quæ Iaſ. hic.

nes,quæ non poteſt incontinenti poſt ſententiam verificari.d.l. cùm iudex,& ibi glo.& Doct.ergo eſt nulla.

SVMMARIVM.

1 *Qui venit contra tranſactionem, vel aliam conuentionem, ſi eſt victus, poteſt ad eam redire.num.2.*
3 *Appellans non videtur renunciare appella. faciendo actum coram iudice à quo, quem pars aduerſa primò impugnauerat.*
4 *Contrarietas circa diuerſa benè tolleratur.*
5 *Quis poteſt ſe fundare ex eo, quod impugnauit, quando ad alium effectum impugnat, quàm reſpectu eius ſuper quo ſe fundat.*
6 *Non ſeruanti tranſactionem tamen debet ſeruari tranſactio.*
7 *Verbum cauit intelligitur per ſtipulationem.*
8 *Valet appellatio ſimpliciter interpoſita, licèt non exprimatur nomen eius, ad quem appellatur.*
9 *In generali ſermone ordo iuris iudicatur incertus.*
10 *De iure ciuili non poteſt appellari etiam ad Imperatorem, omiſſo medio.*
11 *Genus, quod non poteſt niſi in vna ſpecie verificari, non inducit incertitudinem.*
12 *Appellatio alternatiua non valet.*
13 *De iure canonico perſona iudicis ad quem appellatur, debet eſſe certa.*
14 *Etiam de iure canonico debet appellari ad proximum ſuperiorem.*
15 *Papa eſt omnium ordinarius.*
16 *Mare non augetur nec minuitur per concurſum fluminum.*
17 *Legatus concurrit cum quolibet ordinario.*
18 *Sufficit iudicem appellationis pronunciare appellationem eſſe iniuſtã, abſque eo, quod aliter condemnet, vel abſoluat.*
19 *Qui aliquid recipit vigore tranſactionis initæ, poteſt effectualiter agere ad reſciſſionem tranſactionis, & pendente tali iudicio non currunt vſuræ promiſſæ.*
20 *In minore, in libertate, in dote, & ſimilibus mora contrahitur re ipſa ſine aliqua interpellatione.*
21 *Appellans ab interlocutoria non eſt vlterius citandus, vt procedat donec durat proſecutio appella. & nu.22.*
23 *Per oblationem impeditur curſus vſurarum.*
24 *Tranſactio iudicatur bonæ fidei, quando interponitur ſuper contractu bonæ fidei.*
25 *Quando ſtipulatio interponitur ſuper contractu bonæ fidei, non aſſumit naturam bonæ fidei, ſed remanet ſtricti iuris.*
26 *An ad conſtituendum quem in mora ſufficiat vna interpellatio, vel vna obligatio, an verò plures requirantur, & quid in alijs proteſtationibus, & interpellationibus tendentibus ad alios effectus.*

1 §.Seia. † Vſuræ promiſſæ non currunt, quando creditor eſt in mora impugnando tranſactionem, ex
2 qua veniebat ſolutio facienda.h.d. ¶† Not. primò ex iſto text. ſm Bart.& alios, ꝙ ille, qui venit contra tranſactionem, vel aliã conuentionem, ſi eſt victus, poteſt ad eam redire, vnde diligenter not. & tene menti perpetuò iſtum text. ſecundum Ang. & alios, ꝙ ex ſcriptura, quam quis niſus eſt impugnare vſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiuè, poſteà victus poteſt ſe iuuare, & commodum reportare, ſed obſtat reg.c.ex eo.de reg.iur. in 6.& text.not.in c.cùm olim.de cenſ. Et ad ampliationem re-
3 gulæ.d.c. ex eo. de reg. iur. in 6.adde vltra Scribentes, † ꝙ licèt aliquis appellans faciendo poſteà actum coram iudice à quo appellauit, cenſeatur appellationi renunciare.c. gratum de offi. deleg.& c.ſolicitudinem.de appel. tñ ſi talis actus poſt appellationem factam à iudice à quo fuit per partem aduerſam impugnatus, tunc per illum actum non vr̃ appellationi renunciare, qa non poteſt pars, vel iudex ſuper eo ſe fundare, ꝙ impugnauit.gl.eſt de hoc ſolennis,& ſing. in c.cùm veniſſent.in gl.3. & ibi do.Abb.& alij ad hoc not. & ſequuntur.de eo, qui mit.in poſſ.cauſa rei ſer.& ibi do.Abb. reputat illã gl.eſſe ad hoc egregiam, & ſing.eam etiam adhoc reputat ſing.d. Abb.in d.c.gratum.de offi.deleg. Ad idem, ꝙ quis non poſſit ſe iuuare ex eo, ꝙ niſus eſt impugnare, facit text.in l.Papinia.§.meminiſſe.ff.de inoffi.teſt.& in l.poſt legatũ.in princ.ff.de his, quib. vt indi.vbi, qui dicit teſtamentum falſum, vel inofficioſum, ſi ſuccubuerit, non poteſt ex eo aliquod commodum reportare, vel aliqđ legatum conſequi. tñ iſta duo vltima iura procedunt in impugnante vlt.voluntatem teſtatoris, qa ex hoc redditur indignus, & priuatur omni emolumento, ꝙ conſequi poſſet ex illa vlt. voluntate, ſm Bart.in d.l.poſt legatum.in prin. in 3.col. vbi bene proſequitur hanc materiam Pau.de Caſt. & d.Alex.hic, ſed ad regulam.d.c.ex eo.& d.c.cùm olim.de cenſib. reſponde, ꝙ procedit pendente illo iudicio, in quo impugnat, ſed ſi in eo ſuccumbat, poteſt poſteà in alio iudicio contrarium dicere, & ex eo ſe iuuare, vt hic in text.& ſic reg.d.c.ex eo.procedit in eadem inſtantia. ſecus eſt in alia diuerſa inſtantia, & in alio iudicio cum eodem aduerſario, quia poteſt ſe fundare, & ſe iuuare ex eo, ꝙ impugnauit in alia inſtantia in qua ſuccubuit.gl.eſt not.in Auth.item poſſeſſor. C.qui pot. in pign.hab. & ibi Bart. eam multum not.& ſequitur per text.in l.Papin.§.ſed nec im-
4 puberis.vbi etiam Bart.idem not.ff.de inoffi. teſt. † vbi contrarietas circa diuerſa tolleratur, & eſt gl.ſimilis, & clarior in §.illud quoq; in iudicijs.in prin. gl. mag. in Auth. de trien. & ſem. q̃ etiam alleg.Bart.in d.Auth.item poſſeſſor. facit text. in l.Aurelius.§.fin.ff.de lib.leg. & ibi Bart.in ſummario, ꝙ in diuerſis inſtantijs admittitur variatio.ad idem text.not.in l.pen.& ibi gl. & Bart.C.de ingen.& manum.& iſtam ſol.ſequuntur etiam d. Alex.Aret.& Mod.Sen.hic, ita etiam tenet Bart. in d.l.poſt legatum.in prin.in 3.col.in verſ.procedo vlterius,& iſte tex.procedit in diuerſis inſtantijs, quando actor, qui egit actione tutelæ, primò ſuccubuit in duobus iudicijs, in quibus tranſactionẽ impugnauit,& poſt illa duo iudicia, & ſic poſt illas duas inſtantias poſteà redijt ad tranſactionem, vnde in eadem inſtantia non potuiſſet ſequi condemnatio virtute tranſactionis impugnatæ, ꝙ eſt bene not.ad intellectum, & declarationem huius
5 tex.¶† *Adde pro iſta communi ſol.* ꝙ etiam poteſt quis ſe fundare
* ex eo, ꝙ impugnauit, qñ ad alium effectum impugnat q̃ reſpectu eius, ſub quo ſe fundat, vt probat text. in c.ex parte decani. de reſcrip.& ibi d.Abb.in 5.not.ad hoc not.& declarat illũ text. Limita nunc iſtud notabile, & iſtum text. vltra Scribentes, vt procedat, quando actor ſuccumbit facto rei obijcientis exceptionem contra actionem, quæ competebat, ſecus ſi actio eſſet ipſo iure extincta per Aquilianam ſtipulationẽ, & ſic actor ſuccumberet non facto rei, tunc actor veniens contra tranſactionem, & pariter ſuccumbens non poteſt poſteà ad eam redire,& facere eam ſibi obſeruari.ita ſing. limitat Pau. de Caſt. in l.vbi pactum.in 3.col.C.de tranſact. per illum text. ibi[cum his, quæ data probantur] alij Scribentes non tangunt ibi, nec faciunt de ea mentionem. Tu pondera, ꝙ pro iſta limitatione Pau.de Caſt.vr̃ facere iſte text.qui cum myſterio dicit, ꝙ tranſactio fuit facta pacto nudo, quo caſu non tollitur ipſo iure actio, licèt reus habeat exceptiouem tranſactionis. Secus, qñ trãſactio fit per acceptilationem, & Aquilianam ſtipulationẽ, vt ibi.eſt magna limitatio ad iſtum text.ſi eſt vera, ſed credo, ꝙ non probetur in illo text. nam licèt ibi actor ad primam actionem amplius redire non poſſit, cùm ſit ipſo iure ſublata ꝑ acceptilationẽ, vt ibi, & l.vt reſponſum,& ibi Bald.& d.Alc.C.de tranſactio. qa actio ſemel extincta amplius reſcuſcitari non pōt l.qui res.§.areã.ff.de ſol. & l.inter ſtipulantẽ.§. ſacrã.in verſ. nec reuocantur in obligationem.s̃.eod.& 7.q.1.c. qua periculoſum.& de conſecra.diſt. 4. in c.quætis. tñ hoc nō repugnat, quin poſſit redire ad tranſactionem, quamuis ei cōtraueneri, in alia inſtãtia, vt hic,& ſic data paritate terminorum,& diuerſarum inſtantiarum idem eſſet ibi, ſicut & hic, licèt non poſſit amplius redire ad primam actionẽ ipſo iure extinctam, vt in
6 d.l.vbi pactum.¶† Secundò not.ex text.ꝙ non ſeruanti tranſactionem tamen debet ſeruari tranſactio, ꝙ videtur contra regulam.l.cùm proponas.C.de pact. vbi non ſeruanti fidem non eſt fides ſeruanda,& illa regula procedit, etiam ſi iuramentum interueniſſet.c. 3. de iureiuran. Item procedit, etiam ſi eſſet appoſita clauſula rato manente pacto ſm gl. & Bald.in l.qui fidẽ. ff.de trãſact.& l.cùm pater.§.libertis.ff.de leg.2.reſpondet Aret. ꝙ iſtud procedit, eo quia pars in primò iudicio excepit de trãſactione,& eius viriute obtinuit,& actor ſuccubuit, vnde quia jam volucrat ſtare tranſactioni, amplius variare non poteſt in præiudiciũ aduerſarij, nec poterit à tranſactione recedere. d.l. qui fidem,& ita dicit debere intelligi iſtum text. vnde infert, ꝙ ſi ex alia cauſa ſuccubuiſſet agens quàm ex iſta, ita ꝙ pars non videretur voluiſſe ſtare tranſactioni, tunc non poſſet cogi ad implendum tranſactionem, ſi non velit, vt patet ex prædictis. Moder.Sen.in 5.not.aliter reſpondent, ꝙ iſta inueſtigatio non fuit neceſſaria in iſto text. quia ſuper tranſactione fuit interpoſita ſtipulatio,& ita non habet locum.d. l.cùm proponas, vt l. inciuile, & ibi Bald.C.de rei vend. Ex quo inferunt, ꝙ ſicut in contractibus nominatis non habet locum dicta regula. l. cùm proponas. ita etiam non habet locum in ſtipulatione interpoſita ſuper contractu innominato, quæ non ſortitur eius naturam.l.ex placito.C. de rerum permut. & dixi in rubr.s̃.eod.iſta ſolutio prima fronte videtur contra tex.qui dicit, tranſactione ſolo pacto facta, ſed voluerunt ponderare text. dum dicit
7 in reſiduum cauit, † ꝙ verbum cauit intelligitur per ſtipulationem, vt infra dicit tex. ibi, quominus pecunia in ſtipulatione deducta,& ponderant etiam ipſi in 1.not.& ſic quamuis ipſa trãſactio fuerit facta nudo pacto, tamen cautio,& ſic ſtipulatio fuit poſteà ſuper eo, quod effectus ſtipulationis continebat.tu autem planius reſponde, quod licèt actor in alio iudicio,&

cio., & in alia inſtantia non ſeruauerit tranſactionem, tñ nunc
victus vult ad eam redire,& ſeruare ſibi tranſactionem,ꝙ pōt,
vt hoc tex. eo quia & ipſe nunc vult ipſam tranſactionem ſer-
uare, & ſic ſeruanti tranſactionem tranſactio ſeruari debet,
quamuis primò cōtrafecerit, & iſta eſt plana reſponſio.¶Ter-
tio not. ex tex. ibi, prouocauit ad competentem iudicem,ſm
* Ray.Bald. Ang. Imol. *& communiter alios*,† ꝙ valet iſta appel-
8 latio ſimpliciter interpoſita. Appello ad iudicem competen-
tem, licèt non exprimatur nomen eius, ad quem appellatur.
idem per iſtum text. tenet Bart. in l.1. §.ſi quis in appellatione.
ff.de appel.d.Alex.in conſi.182.ſecundi vol.ꝙ incipit viſo pro-
ceſſu cauſæ vertentis inter Andream.in 1.col. ſed certè, vt etiã
dicit Raph. Cu. iſte text.hoc non ꝓbat, quia licèt dicat, ꝙ ap-
pellauit ad iudicem competentem, non tamen dicit, ꝙ iſta
fuerit forma appellationis, & ſic Iuriſconſultus hic refert effe-
ctum appellationis, non autem ſub qua forma fuerit interpo-
ſita,tñ pro iſto not. eſt glo.in l.cùm proponas, & ibi Bald.ad fi.
Ang.& Sal.C.de bon.autho.iud.poſ.q̃ gl.Ange. hic reputat ad
hoc eſſe bene not. idem tenet Bald. in l.apertiſſimi.in 1.q.C.de
iud.& ibi ſubdit,ꝙ iſto caſu, qñ eſt appellatum per verba gñā-
lia. ſ. ad iudicem competentem, intelligitur tñ gradatim ap-
9 pellatũ, † quia in generali ſermone ordo iuris iudicatur incer-
tus.arg.l.Gallus.§.quidam rectè.vbi gl.not.ff.de lib.& poſthum.
& l.tale.in prin.ff.de hæred.inſt.quæ ratio infert idem eſſe de iu-
re cano. de quo ſtatim. j̃. dicetur. imò iſte modus appellandi
eſt vtilis,& neceſſarius,qñ propter aliquam incertitudinem iu-
ris,vel facti neſcit quis,ad quem veniat appellandum,ſm Bald.
in d.l.cùm proponas.quem refert, & ſequitur Angel.de Are.in
d. l. 1. §. ſi quis in appellatione. imò fortius valet appellatio, ſi
ſimpliciter dicatur appello, q̃uis etiam non ſubijciat ad iudi-
cem competentem, prout vr̃ eſſe tex.in l.2. ff.de appel. ibi ſatis
erit ſi dicat appello, quia intelligitur ad proximum ſuperiorẽ,
& ita tenet Spec. in tit. de appel. §.nunc tractemus.in verſi. ſed
nunquid ſi quis dicat ſimpliciter. & ver.ſeq.Io.And.in c.vt de-
bitus. de appel.q̃uis. d.Abb. ibi ad fi.de hoc dubitet,& non be-
ne,ſm d. Alex. idem etiam tenet Bal. in d.l. apertiſſimi. in 1.q.
10 † Iſtud notabile de plano procedit de iure ciuili, ſm ꝙ non
poteſt appellari ēt ad Imperatorem, qui eſt ſupremus iudex
omiſſo medio, ſed debet appellari gradatim ad immediatè
ſuperiorem, vt l.Imperatores. ff.de appellat.& ſic de iure ciui.
talis appellatio eſt certa,ideo valet,quia certum eſt,quis ſit iu-
11 dex competens. ſ.immediatus ſuperior, † vnde genus, ꝙ non
pōt niſi in vna ſpecie verificari,non inducit incertitudinem,nã
cùm non poſſit, niſi ad vnũ referri, hr̃ ac ſi ille fuerit ſpecifica-
tus,per reg. l.2.vbi dixi. ff.de lib. & poſth. & facit.l.fundus, qui
locatus. ff.de fund. inſtru. & in hoc nemo diſcrepat, nec Legi-
ſtarum, nec Canoniſtarũ. ¶Sed dubium magnum eſt de iure
canon. & quidem diſputabile ad vtranque partem, cùm poſ-
ſit appellari ad ſuperiorem omiſſo medio. c.ſi duob. & c.dile-
cti.1 de appella.& ſic pōt appellari ad Papam,& etiam ad Le-
gatum in prouincia ſibi decreta,omiſſo medio.2.q.6. c.ad Ro-
manã.el 1.& c.1.& c.ꝙ tranſlationem. de offic.lega.Itẽ ad Pa-
triarchã, ſm Imo. & Io. And.in c.antiqua. de priuilegijs, & eſt
gl.in c.renouantes.22. diſtinct. de quo vltimò tñ dic, vt plenè
not.in d.c.antiqua,& ideo vr̃, ꝙ non valet ratione incertitudi-
12 nis,† ſicut non valet appellatio alternatiua ad Archiepiſcopũ,
vel ad Papam, vt per Io. Andr.in reg. in alternatiuis.in mercu-
rialib.& eſt glo.in c.ſi is cui. de offic.deleg. in ſexto. not.in c.di-
lectis.de appel.& latè per Are.hic, & iſtam partem tenent Pau.
de Caſt.Ioan.de Imol.& latius Moder.Senen.hic in 2.no.Oldr.
Laud.in conſil.314. incip. tenor quæſtionis, circa fi. Idem latè
tenet domi.Abb. in c. 2.de appell.d.Philippus Peruſinus in ca-
13 pit. dilectus. eod. titul. de appellat. eo † quia de iure canonico
perſona iudicis ad quem appellatur debet eſſe certa, vt in c.ad
hæc. de reſcrip. quinimo debet ſpecialiter exprimi nomen iu-
dicis, ad quem appellatur, vt capit.forma.2.q.6.Archiepiſcop.
& Ioan. Andr. in capitul. legitima.de appellat.in ſexto.Bald.in
d.l.apertiſſimi. in 1. quæſtio. C. de iudic. Item ſaltem intra de-
cem dies, & ſic intra tempus appellandi debet appellans de-
clarare de quo in ſpecie ſenſerit,ſecundum Ioan.Andr. in ad-
ditioni.Specul.in dict. §.nunc tractemus. in verſicul.ſed ſi quis
dicat ſimpliciter.Gemin. in capit. anteriorum. ſecunda quæſt.
ſexta.domin.Alexand.in conſil.101.ſecundi volumi.quod in-
cipit viſo proceſſu cauſæ reclamationis. quamuis de hoc vlti-
mò dubitet Aret. hic in 1. not. ¶Contrariam opinionem, qđ
imò valeat talis appellatio etiam de iure canonic. tenent do.
Alexand.& Aret.hic.Ioan.de Imol.in d. l.prima.§.ſi quis in ap-
pellatione, & ibidem Angel.de Aret. ff.de appellationib.domi.
Alexand.in præallegato conſi. 182. ſecundi volumi. incip.viſo
proceſſu cauſæ vertentis inter Andr.Specu.in d.§.nunc tracte-
mus.in verſi.ſed quid ſi quis ſimpliciter. Archid.in d.c.anterio-
rum.in verſi.illo videlicet.2.q.6.& ibidem latius Gemin.potiſ-
ſimum fundamentum eſt, quia etiam de iure canonico debet
appellari ad proximum ſuperiorẽ, vt habetur in c.dilecti filij.
de appellationib.Spec. in d.§.nunc tractemus. in princip.Fallit
ſpecialiter in Papa, & in Legato, vt dictum eſt, ſed in dubio
præſumitur quis vti via iuris communis, & non via iuris ſpe-
cialis.l.quanquam.& l.in teſtamento.1. C.de teſta.mili.ergo vr̃
appellaſſe ad proximum ſuperiorem, præſertim cùm in du-
bio debeat fieri interpretatio, vt appellatio potius valeat, quã
annulletur,per regulã.l.quoties in ſtipulationib.s̃.eod.& c.Ab-
bate ſanè.de re iud.in 6. Et iſta opin. videtur tenenda, vt non
inducatur diſcordia inter ius ciui. & ius cano. capitu.1. & 2.de
14 oper.nou.nunc.& c.cùm expediat.de elect.in 6. ¶† Sed aduer-
te,quia ad hoc,quod eſt potiſſimum fundamentum, pōt opti-
mè rñderi, quòd imo appellare ad Papam eſt ius commune
de iure cano.& non ius ſpeciale,vt dict.capi.ad Romanam. el
15 1. 2.q. 6.† quia Papa eſt omnium ordinarius, vt in c.per prin-
cipalem. & in c. cuncta per mundum. 9. q.3. Item Papa pater
patrum cum omni prælato in poteſtate, & iuriſdictione con-
currit.ita not.Io.Mon.in c.ſi eo tempore. de elect.in 6. Bal.in c.
1.in princip.in 1.not.de his,qui feud.dar.poſ. & in c.1. in 1. col.
quis dicatur Dux, Com. vel Marchio. in feud. & in procemio
Decretalium.in 1.col.& in c.1.in 4.col.de offi.ordin.& in con-
ſil.75.ſecundi volum.quod incip.Papa,ſiue Eccleſia Romana.
Pau.de Caſt.in conſi.272.quod incip. in facto præſenti non in-
tendo adulari.in 4.col.& dicit multum not. Bald. ad propoſitũ
in c. dilecti. in pen.colum.de appellat. quædam bona verba fa-
cientia in hoc drĩam inter Impera.& Papam,& ſic inter ius ci-
uile, & canonicum,ideo illa refero. Dicit enim, ꝙ Papa pater
patrum concurrit immediatè cum omni prælato,etiam in ea-
dem iuriſd. in maiori autem, & propria Papali per ſe ſtat, &
non minuitur per concurſum alterius iuriſdi. vt l. falſa demon-
ſtratio.§.1.ff.de condi.& demon.& c.2.de conceſ. præben.in 6.
16 † Sicut mare non augetur, nec minuitur per concurſum flu-
minum,vnde Papa habet iuriſdictionem,non per viam accu-
mulationis, quia ſic eſſet collega, vel haberet parem, nec per
viam gradualitatis, quia ſic haberet priorem præſidentem, &
ſic potiorem ſe, ſed per viam, quia Papa eſt totum continens
omnia,Imperator autem magnifi.& glorioſus,ſicut aquila di-
ſtribuit prædã ſuam,& non curat in omnib. epulis os appone-
re tanquam ſit inſatiabilis. Hinc eſt, ꝙ ſecus eſt in Imperatore,
ad quem non debet appellari,niſi gradualiter,non quia Impe-
tor non poſſit procedere de plenitudine poteſtatis, ſed quia
non vult ꝑꝑ commodum ſubditorum,vt §.ſuper hoc.in Au-
thẽ.de quæſtorib.ita ibi egregiè, & eleganter reſidet Bald. & ſic
apparet, ꝙ appellare ad Papam de iure canon. eſt de iure cōi,
& ordinario, non autem de iure ſpetiali, & ſic videtur corrue-
re præcipuũ fundm̃ tenentium iſtam ſcđam partem, & ſi dicis
ꝙ licèt in Papa poſſit dici,ꝙ ſit de iure cōi,ꝙ ad eum poſſit ap
pellari,per ea,quæ dicta ſunt,tñ in Legato vr̃ hoc eſſe iure ſpe-
17 ciali, ergo adhuc militat fundm̃ præcedens. † Rñdeo,ꝙ imò
Legatus cùm teneat locum Papę,concurrit cum quolibet or-
dinario exiſtẽte in prouincia ſua qualiſcunque ſit, ſiue Abbas,
ſiue Epiſcopus,ſiue Archiepiſcopus,vel Patriarcha, quia quic
quid iſti pñt in iuriſd. tam de iure cōi, quàm de conſuetudine,
poterit etiam Legatus,ita multum ſignanter tenet Spe. in titu.
de Leg.§.nunc oſtendendum.in verſi. præmiſſo,& verſi.Lega-
tus.quem refert,& ſequitur,& multum extollit.d. Abb.in c. 1.
in 3.not.de offic.deleg.& in c.fi.in 2.col.de confir. vtil.vel inuti.
& in c. ſicut venire. de exceſ. præla.Item Legatus in prouincia
ſibi decreta concurrit cum Epiſcopo,ēt in his, quæ pertinẽt ad
dignitatem epiſcopalem, & ideo in ea poterit audire cauſas
matrimoniales, & ſeparare matrimonium in caſib. à iure per-
miſſis,ita no.d.Abb.in c.fi.per illum text.de coniu.ſer. Et ſic vr̃,
ꝙ prima opinio poſſit defendi, ꝙ talis appellatio de iure can.
non procedat ꝑꝑ incertitudinem.¶Quartò no.ex tex.ibi,& in-
* iuſta quoque,ſm Ang.Imol. Pau. de Caſt. *& communiter alios*,
18 † ſufficere iudicem appellationis pronunciare [a] appellationẽ
a eſſe iniuſtam abſque eo, ꝙ aliter condemnet, vel abſoluat. Ad
idem tex.in l.fi.ff.de re iudic.ſed certè iſte tex. vt ēt dicit Raph.
Cum.hic non probat,ꝙ iſta fuerit forma ſnĩæ iudicis appella-
tionis,quia iſta non ſunt verba ſnĩæ,ſed verba iuriſdict.ponen-
tis effectum ſententiæ,ſed de hoc eſt glo.ordinaria in l.eos, qui.
in prin.& ibi Bar.& alij.C.de appel.Bar.in l.cũ apud.ff.iud.ſol.d.
Alex. in l.in ſumma. ff. de re iud. vbi dicit iſtam eſſe veram, &
cōem opi.Spe.& Io.And.in tit.de appel.§.nũc tractemus.verſ.
ſed

ADDITIO.

a ¶Pronunciare.Adde,quæ ſcribit Gabriel.commun.opinio.libr.2. titu.de ex-
cept.concluſ.1.num.8.

ſed quid ſi quis.& in tit.de ſententia.§.vt autem. in addi. mag.
Cano.in c.cùm cauſam,vbi latè per Dom.Abb.de re iud.Do.
Alex.in conſ.3.quinti vol.quod incipit viſo themate ſupra ſcri
19 pto puto veriſſimum.¶†Quintò,& vlt.not.ex toto iſto.§. qđ
ille, qui aliquid recipit vigore tranſactionis initæ,poteſt effe-
ctualiter agere ad reſciſionem tranſactionis , & pendente tali
iudicio reſciſionis interim non currunt acceſſiones, & ſic vſu-
ræ promiſſæ vigore talis tranſactionis. In contrarium videtur
eſſe tex.in l.negotiorum geſtorum.quæ eſt l.fin.ff.de re iudica.
vbi pendente litigio cauſæ appellationis vſuræ medij tempo-
ris currunt,& debentur, de quo tex. ſolus Bal. hic opponit, &
nihil reſpondet.Reſponde,quòd hic actor impugnabat tranſa
ctionem agendo actione prima tutelæ,& ſic impugnabat obli
gationem,pro qua vſuræ debebant currere, ideo nimirum , ſi
interim pendēte iudicio appellationis curſus vſurarum impe-
ditur,ibi autem vſuræ debentur ex principali cōtractu,ex quo
fuit actum , vnde ſicut vſuræ contractus principalis currunt
poſt litem conteſtatam, ita etiam poſt ſententiam appellatio-
ne ſuſpenſam,vt ibi dicit glo. ¶Glo. parua in verbo mora. te-
net,quòd in hoc text. creditor fuerit in mora conſtitutus per
oblationem ſibi factam à tutore,eo quia hæres tutoris obtulit
ei pecuniam,quod infra reprobatur,Barto.tenet,quòd ſtatim,
quòd maluit litigare,fuit in mora per tex. in l. nemo rem ſuā.
in §.primo. ſupra eodem. & ideo non debuit ſibi fieri aliqua
oblatio,quia eam non recepiſſet,quia litigando non vult ſtare
tranſactioni,ergo non vult pecuniam ex trāſactione debitam
20 recipere,†& iſta mora eſt irregularis, quia contrahitur ex iſto
litigio,& ſic re ipſa ſine aliqua interpellatione , ſicut etiam in
minore,in libertate,in dote, & in ſimilibus caſibus mora con-
trahitur re ipſa ſine aliqua interpellatione , vt enumerat gloſſ.
magiſtra.in l.mora.in princip.in gloſſ.mag.ad fin.ff. de vſur. &
per hoc dicit no.Barto.quòd ille, qui appellat ab interlocuto-
ria,& ſic ab aliquo actu iudiciali,ſtatim eſt contumax,ideo nō
debet vlterius citari , & ſic poteſt procedi in cauſa principali
contra eum abſque eo,quòd vlterius citetur , quia ex quo ap-
pellauit,veriſimile eſt,ſi citaretur iterum,vlterius non compa-
reret,ne dicatur appellationi renunciare,& licèt Bart. non fue-
rit recordatus de hoc,eſt text.clarus ad literam in capitu. eum
qui.de dolo,& contuma.in 6.& in clem. vlt. eod.titu. & in c.ſi
capitulo.§ primo.in fin. ibi, ſine alia capituli vocatione . & ibi
Gemin.ad hoc no.de conceſſ.præben.in 6.¶Vtrunque dictum
limitat Barto.& primò primum,vt procedat quouſque durat
litigium,ſecus poſtquam fuit victus,& ſic amplius non proſe-
quebatur in iudicio,& ſic finita eſt eius mora , vt l. Titia Seio.
§.vſuras.ff.de lega.2.vnde tunc finito litigio debet ſibi fieri ob-
latio,aliàs debitor diceretur pro reſiduo tempore eſſe in mo-
ra,& iſto modo intelligit Barto.iſtum text.in fin. dum dicit , ſi
Seia non ceſſaſſet pecuniam offerre.ſ.poſt finitum litigium, &
quantum ad tempus futurum , & pro præterito non habuit
neceſſe offerre,vt fuit dictum,quod eſt bene notandum ad in-
tellectum huius tex.ſecundum Angel.& Moder.hic , & ſecun-
dum iſtum intellectum Barto.iſte,§.redditur ſingularis ſecun-
dum Pau.de Caſt.& Dom.Alexan.in princ.iſtius. §. Bene facit
ſecundum Pau.de Caſtr. quia ſicut iſta mora eſt regularis , &
contrahitur re ipſa ex ipſo litigio abſque alia interpellatione ,
ita etiam tollitur re ipſa irregulariter ceſſante ipſo litigio ſine
aliqua interpellatione ipſius partis. Adde,quod ſicut in d.l. Ti-
tia Seio. §. vſuras.finita minori ætate finiuntur vſuræ , vt am-
plius non debeantur ſine interpellatione,eo quia minori fiebat
mora re ipſa,& ſic irregularis.l.in minorum. C. in quibus cau.
in integr. reſtitu. non eſt neceſ. & dixi ſupra, ideo finita minori
ætate ceſſat illa mora irregularis,ideo opus eſt interpellatione,
vt vſuræ pro futuro tempore debeantur, vt eſt text. in dicto §.
21 vſuras.¶†Similiter limitat Barto.ſecundum dictum, quod ap-
pellans ab interlocutoria non eſt vlterius citandus , vt proce-
dat,donec durat proſecutio dictæ appellationis, ſecus ſi ſuccu-
buiſſet in cauſa appellationis , tunc debet poſteà citari ad reli-
quos actus in cauſa principali, ſicut quando expreſsè renuncia
uit appellationi,vt eſt tex.in dicto capitulo eum qui. quia con
tumacia,in qua cenſebatur eſſe propter appellationem,eſt fi-
nita,vt hic,& ita notabiliter limitatur tex.in d.capitu.eum qui.
Iſta ſunt egregia dicta Barto.declarata,& bene confirmata,cū
23 quibus *communiter transeunt* Docto.videamus,an ſint vera , inſi-
ſtam circa duo principalia. ¶ Primò circa intellectum Bartol.
ad iſtum text.inquantum vult,quod mora in iſto text.non fuit
contracta per aliquam obligationem factam à debitore , ſed
fuit contracta re ipſa ex ipſo litigio,& ſic eſt mora irregularis,
iſtud eſt neceſſarium inueſtigare pro habendo verò intellectu
text.Iſtum intellectum ſequuntur Angel.Imo.Raph. Cuman.
Pau.de Caſtr.Domin.Alexan.& Domin.Petr. de Bexu. & vlti-
mo loco Moder.Sen. hic, qui reſpondent ad aliqua in contra-
rium adducta per Aret. ſed iſtum intellectum Barto. & com-
munem reprobat,& quidem ſubtiliter Aret.hic,eo quia re ve-
ra iſte intellectus Barto.non congruit ad iſtum tex.propter ver
ba poſita in fine ibi , ſi Seia non ceſſaſſet ex ſtipulatione pecu-
niam offerre,quæ verba ex ſui proprietate videntur ſignifica-
re,quòd Seia ſemel obtulit , & videntur ſignificare continua-
tionem oblationis.Secundò ponderant verba tex.ibi, (nec vn-
quam petierit)quæ ſunt cum myſterio poſita ad demonſtran-
dum , quòd prima oblatio debitoris non fuit ſublata per ali-
quam petitionem creditoris poſteà factam , nam debitor di-
ceretur ceſſare in obligatione , ſi poſteà creditore petente non
offerret pecuniam , ergo apparet primam oblationē fuiſſe fa-
ctam,& ex illa oblatione moram fuiſſe cauſatam, vt dicit iſta
gloſſ. Nec obſtat text. in quo principaliter ſe fundat Bartol.in
d.l.nemo rem ſuam.1.§.primo.quia ille text.nihil probat,nam
loquitur in debitore interpellato per litem conteſta. vnde ibi
eſt mora regularis procedens ſecundum regulas iuris cōmu-
nis mediante lit.conteſt.vt eſt text.in l.1.in 2.reſpon. ff.de pecu.
leg.& quia iſtud videtur ſtringere contra Barto.ego confirmo
vltra eum.nam grauior eſt mora contracta iudicialiter per lit.
conteſt.vt.l.aliam.ad fin.ff.de noua.& l.non ſolet deterior.ff.de
regu.iur.quàm mora,quæ regulariter contrahitur per interpel
lationem extraiudicialem. ſecundum gloſſ. in §.cohæredes. in
verbo teſtator.vbi dixi ſupra eadem.l.& plenius in l.ſi ex legati
cauſa.ſupra eod.& de tali mora contracta per lit. conteſta. lo-
quitur.d.l.nemo rem ſuam.el primo.§.primo.allegata per Bar
tol.ſed hic ex parte debitoris, & ſic rei conuenti non poteſt di-
ci interpellatus actor per lit. conteſta. cum hic reus conuentus
non peteret,ſed ſe defenderet,prout etiam dicit Bart. hic in fi.
ita limitando iſtum tex.tene intellectum Bar.& communem,
& quem etiam tenet Bart.in l.ſi ſeruum.§.nunc videamus.cir-
ca fin.vbi limitat.ſupra eodem.contra glo.hic,quòd hic mora
non fuit ɔcta per oblationem,vt dicit glo.eo quia in text. non
conſtat,quòd obtulerit,nec de obligatione debitoris in tex.eſt
verbum.¶Secundò text.dicit, quòd illico negauit hæres tran-
ſactionem ſeruare,ergo præſupponit vſuras promiſſas vigore
tranſactionis non habuiſſe currere, & ſic nec oblationem pro
eis prohibendis fuiſſe ad propoſitum . Tertiò , quia ſi mora
fuiſſet contracta verè per oblationem, nō habuiſſet neceſſe de
bitor aliam oblationem facere,prout text.ad fin.dicit,vnde ap
paret,quòd text.debet intelligi ſecundum intellectum Bartol.
quòd mora fuit contracta re ipſa ex ipſo litigio , quia credi-
tor voluit litigare, vnde quia finito litigio fuit finita mora , vt
l.Titia Seio.§.vſuras.ff. de leg. ſecundo.& dixi ſupra,ideo opus
fuit poſteà oblatione,vt dicitur ad fin. text.nec obſtat iſte text.
in verſicu.ſi Seia non ceſſaſſet, quia illud verbum , non ceſſaſ-
ſet,intelligitur,ideſt non diſtuliſſet offerre , quia ceſſare eſt ſo-
lutionem differre,vt l.is cui.§.ceſſatum.ff.vt in poſ.lega. & l. ſi
conuenerit.in fine.ff.de pign. actio. non obſt. etiam iſte text. in
verbo,nec vnquam petierit.aduerte, quia præſupponit , quòd
cùm creditor nunquam petierit, & ſic nunquam interpella-
uerit debitorem , quòd ſi fuerit facta oblatio per debitorem,
non fuiſſet opus finita lite de nouo offerre , ergo cùm text. in
fine dicat, ideo probat per iſtum text. oblationem prius non
fuiſſe factam. & hoc modo retorquetur iſte text.contra Aret.
non obſtat reſponſio Aret.in d.l.nemo rem ſuam.1.§.1.quia re
ſpondent Moder.Senen.quòd Barto.non ſe fundat in principa
li deciſione illius tex.ſed fundat ſe in generali ratione illius tex.
ibi,& hic moram videtur feciſſe,qui voluit litigare , quæ ratio
cùm ſit generalior dicto,debet attendi.l.cùm pater. §. dulciſſi-
mis,& ibi Bartol.ff.de legat. ſecundo.& ſic habes defenſatum
intellectum Bartol. & communem, quicquid in contrarium
adducat Raphael Cuman. hic , cui obiectioni reſpondet Do-
22 minus Alexand.& Modern.Senen.hic.¶†Secundò principali-
ter adde inquantum Bartol. tenet , quòd appellans ab interlo-
cutoria non ſit amplius citandus , & eſt text. in dicto capitulo
eum qui.de dolo,& contuma.in 6.cum concord.ſupra allega.
limitat Aret.eſſe verum , quando appellatio fuit manifeſtè fri-
uola,tunc non debet vlterius citari,aliàs ſecus , per text. in cle-
men.1.eodem titu. de dolo, & contuma. Sed tu dic, quòd illa
clem.clarè loquitur quantum ad hoc,vt vlterius non poſſit ap
pellare,ſed non quantum ad hoc, vt non ſit vlterius citandus,
prout loquitur tex.in dicto cap.eum qui. Secundò modo limi
tat ſignanter Barto.diſpoſitionem dicti capit. eum qui. vt pro-
cedat donec durat proſecutio talis appellationis. Si autem in
ea ſuccubuiſſet,tunc debet citari ad alios actus futuros in cau-
ſa principali,quia finita lite illius appellationis ab interlocuto-
ria,finita eſt contumacia.Ideo poſteà debet citari, ſicut quan-
do expreſsè renunciauit illi appellationi , quo caſu proculdu-
bio debet poſteà citari,vt clarè dicit tex.in dicto cap. eum qui.
& iſtam limitationem ſequuntur Imo.& Domin. Alexan.hic.

Iſtam limitationem reprobant Are.& latius Mode. Sen.& bene,quia tex.in d.c.eum qui.dicit,ꝙ ad hoc,vt appellans debeat vlterius citari,debet ſponte renunciare appellationi, ergo apparet,quòd ſi lis fuerit aliter finita, quàm per ſpontaneam renunciationem,quòd non ceſſat contumacia, ergo non debet vlterius citari.ſecundò,& fortius, quādo appellans ſuccubuit, eo quia appellatio eſt deſerta,ille, non eſt vlterius citandus ad cauſam principalem,nec tunc habet locum diſpoſitio. d. c. eū qui.prout ibi tenet Ioan.And.in nouel.& ibi Mod.ſequuntur. idem Ioan.And.in c.perſonas.& ibi glo.fin.de appel.& no.Do. Abb.in cap.cùm cauſam.in pen.& vlt.colum.poſt gloſſ. ibi de re iudic.firmant etiam Imo.& Dom.Alex.hic,ergo eodē modo,quando ſuccubuit per ſententiam, imò multomagis, cùm maior ſit contumacia eius, qui perſeuerauit in litigando vſq; ad ſententiam,& ſuccubuit, quā eius, qui deſeruit appellationem.l.Papin.§.meminiſſe.cum concor.ibi poſitis.ff.de inoffic. teſtam.& ſic non eſt bona æquiparatio,quam facit hic Bar. de renunciante appellationi ad ſuccumbentem in lite appellationis,vt patet ex prædictis.¶Capio glo.fi.in ver.iure, quam diuide in tres partes. In prima declarat text. In ſecunda remouet vnum contrarium.In tertia aliud. Secunda eſt ibi, ſed ſi obtuliſſet.Tertia ibi,& hoc vbi fuiſſent promiſſæ.¶In ead.glo.ibi.ſ. exceptionis.iſta gl.malè dicit,& eam reprobant Imo. D.Alex.

23 & Are.hic,†quia facta oblatione impeditur curſus vſurarum. l.ſi per te. C. de vſur. præterea, aut curſus vſurarum nondum erat inchoatus,& tunc per ſolam oblationem impeditur curſus ipſo iure.d.l.ſi per te. aut curſus vſurarum iam erat inchoatus,& tunc per ſolàm oblationem non impeditur aliquo modo,ſcilicet nec ipſo iure,nec ope exceptionis,ſed requirit oblatio,conſignatio,& depoſitio,& tunc ipſo iure tollitur, vt l.acceptam.& l ſi per te.& vtrobique no.C. de vſur. & l. tutor pro pupillo.in fi.ff.de adminiſt.tuto.& l.penul.cum glo.ff. de naut. fœnore.¶In ead.glo.ad fin.ibi,aliàs ex mora etiam non debentur.contra iſtam glo.arguit D.Alex.vltra Doc. vt ipſe dicit, nā hic tranſactio fuit interpoſita ſuper actione tutelæ, quæ eſt bonæ fidei §.actionū. inſti. de act. ergo debet iudicari bonæ fidei,

24 cùm†tranſactio iudicetur bonę fidei,quando interponitur ſuper contractu bonæ fidei,vt eſt gl.in l.de tutela.C. de in integr. reſti.min.Bar.& alij.in l.ſub prætextu. prima.vbi dixi. C.de trāſactio.& in l.pen.per gloſſ.ibi. C. de dolo.ergo deberent venire vſuræ ex mora,etiam quando fuiſſent promiſſæ per ſtipulationem,ſicut veniunt in contractib.bonæ fidei.l.mora. §.in bonæ fidei.ff.de vſur.& l.2.C.depoſ.ad hoc reſpondet Do.Alex.ſuſtinendo iſtam gl.ꝙ hic ſors non petebatur ex tranſactione, quæ fuit facta pacto nudo,vt hoc tex.& ſic ex ea agi non potuiſſet. l.iuriſgen.§.ſed cùm nulla.ff.de pac.petebatur ergo ex ſtipulatione, quæ poſteà fuit ſeparatim facta, & pro ea fuerunt promiſſæ vſuræ per ſtipulationem,ſed ſtipulatio eſt ſtricti iuris,ergo in ea non debent venire vſuræ ex mora, ſed à tempore lit. conteſt.l.cùm fundus.in prin.vbi dixi.ff.ſi cer.pet.& l. 1. vbi no. C.de condi.indeb.¶Contra iſtam ſol. Alex arguunt Mod. Senen.hic in fine.nam tranſactio interpoſita ſuper actione tutelæ aſſumpſit ſibi naturam bonæ fidei,vt dictum eſt, ergo ſtipulatio appoſita ſuper tranſactione,quæ erat bonæ fidei, aſſumit

* etiam naturam bonæ fidei,vt eſt gl. *ſecundum eos communiter approbata* in l.ſi quis cùm aliter.ſ.eod.quam pro ſingulari allegat Bal.in l.dolo.C.de inuti.ſtip.& ad hoc formaliter reſpondent, ꝙ tranſactio appoſita ſuper actione tutelæ habet duplicem naturam,vnam naturalem, quæ eſt ſtricti iuris,aliam accidentalem,quæ eſt bonæ fidei,ergo ſtipulatio debet ſortiri illam natu

* ralem,& non accidentalem,vt eſt glo.no.*& approbata*.in l. cer

25 ti condictio.in prin.ff.ſi cer.pe.†Tu aduerte,quòd imò quādo

a ſtipulatio[a] interponitur ſuper contractu bonę fidei,non videtur eſſe verum,ꝙ aſſumat naturam bonæ fidei, imò remanet ſtricti iuris,ita expreſsè tenet Bar.in l.ſingularia.in 4. col.in 6.fallen.ff.ſi cer.pet.& eſt glo.in l.in bonæ fidei,& ibi Pau. de Caſtr. ff.de eo quod certo loco.& Bal.no.in l.ſi eum.§. iniuriarum. in 2.colum.in fi.ff.ſi quis cau.eſt verum,quòd contrarium voluit ipſemet Bar.in d.l.ſi quis cùm aliter.in 2.col.quæ autem ſit verior opin.dixi ibi,& in d.l.ſingularia.Item errant, ꝙ hic ſtipulatio fuerit appoſita ſuper tranſactione,cùm tex.dicat,quòd fuit facta pacto nudo,eſt bene verum, ꝙ vigore illius tranſactionis factæ pacto nudo,fuit ſoluta pars pecuniæ debitæ,& reſiduum fuit poſteà promiſſum per ſtipulationem, & ſic etiam pro illo reſiduo vſuræ fuerunt promiſſæ per ſtipulationem,prout cla-

26 rè volunt verba tex.¶Extra glo.quærit Bart.†an ad conſtituendum aliquem in mora,ſufficiat vna interpellatio,vel vna oblatio,an vero plures requirantur, concludit vnam ſufficere per iura hic allegata,præſertim per text. cæteris meliorem in l. Titia Seio.§.vſuras, in verbo ſufficit ſemel interueniſſe, vbi etiā Bar.in vlt.no.idem no.ff.de leg.2.& ad quatuor iura in ꝯrium allegata reſpondet,ꝙ denotant facti contingentiam,& ſic etiā intellexit tex. in §. cohæredes in verbo *ſæpius teſtator conuenerit*. ſ.ead.l.& ita etiam ibi reſpondet Bar.Bal.Ang.& alij,& ibi hoc confirmaui, quia illud ibi dicitur in narratione contingentiæ facti,ex qua non eſt licitum arguere in iure, quādo Legiſlator in ea non ſe fundat,ſecundum glo.in l.vnica.in 3.lec.C.quando non petē. par.cum cōcor.quas ibi dedi,& in §.Callimachus.ſ. ea.l.cū Bar.ſimpliciter tranſeunt Imo.D.Petr.de Bexu.& Aret. hic,alij non tangunt.idem tenent Ange. & cæteri in §.cohæredes.ſ.ea.l.¶Quid autem ſit in proteſtationib.& alijs interpellationib.tendentibus ad alios effectus, an vna ſufficiat, an vero plures requirantur, eſt lata materia,quam plenè ponit Bartol. in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.in 3.opp.& ibidem alij,præſertim D.Alex.in 1.no.ſ.de oper. nou. nunc. ibi plenè dixi.ponunt Can.præſertim Mod in c.ex literis.de conſti.& eſt gloſ.in c.cupientes.§.ſi per 20.in verbo propoſita.de elec.in 6. & gl. in cle. 1.in verbo requiſierint.de hær.& in extrauag. 1.in verſ.moram.de elec.& in c.ſi Epiſcopus. 18.diſt.& in c.cum cauſam. de offi.deleg.& aliqua ponit Are.hic in pen.& vlti.col.& vide D. Alex.in conſi.97.4.vol.quod incipit ſtantibus his, quæ in ſuperiori themate proponuntur.

ADDITIO.

a ¶Stipulatio.Adde eundem Iaſ.in l.qui bis.idem.nu.14.ſupra hoc titu.& quæ ponit Gabriel.commu.opi.lib.6.tit.de reg.iur.conclu.2.Rol.conſi. 8. nu.40. lib.1.Quid de ſtipulatione nouante?& dic, quòd non ſapit naturam contractus bonæ fidei,quamuis nouet contractum bonæ fidei,vt l.emptor.ff.de noua.item ſtipulatio nouans ſententiam non ſapit naturam ſententiæ, nec habet executionem paratam,text.in l. minor 25. annis cui fideicom.ff.de minor.idem Iaſ.conſi.78.col.3.verſi. primò principaliter.lib.1. ita refert Nat. conſi.638.nu. 43. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Iniuſta ſententia,per quam quis contra diuiſionem facere declaratur, facit pœnam committi.*
2 *Lex debet intelligi prolata in caſu dubio.*
3 *Per diuiſionem videtur eſſe tranſactum de iure fideicommiſſi conditionalis.*
4 *In dubio præſumitur pro ſententia.*
5 *Quod fuit tractatum in vno iudicio etiam per viam exceptionis,non poteſt in alio iudicio in dubium refricari.*
6 *Sententia iniqua & iniuſta lata contra ius litigatoris, ab ordinario trāſit in rem iudicatam,quid ſi à delegato.*
7 *Si arbiter,qui vigore compromiſſi poterat cognoſcere de iure, & de facto,& ſententiare de iure,dicat ſententiam contra ius litigatoris, talis ſententia erit nulla.*
8 *Si in commiſſione facta ab homine,exprimatur illud, quod à iure communi ineſt,non inducitur ex tali commiſſione noua forma.*
9 *Sententia lata non ſeruato debito fine,non eſt nulla,ſed caſſanda.*
10 *Sententia lata ex falſa cauſa,non eſt nulla,ſed iniqua.*
11 *Qui repellit actorem per exceptionem conuentionis, habet etiam actionem ad pœnam.*
12 *Simplex diſpoſitio non comprehendit ea, quæ poſt mortem ſunt futura.*
13 *Per fideicommiſſariam ſubſtitutionem ſucceditur teſtatori, & non illi, cui facta eſt ſubſtitutio.*
14 *Sententia iniuſta,& iniqua lata ſuper principali,facit plenum præiudicium ſuper pœna.*
15 *Sententia lata ſuper principali extenditur ad acceſſoria.*
16 *Poſt ſententiam non debet admitti exceptio,quæ habeat ipſam ſententiam vitiare.*
17 *Sicut iuſta cauſa excuſat à dolo,ita etiam debet excuſare à pœna.*
18 *Iura magis ſubueniunt facienti actum ex neceſſitate, quàm ex voluntate.*
19 *Per diuiſionem non tollitur ius fideicom.ipſo iure,nec ope excep.*
20 *Ius pignoris contrahitur in re alienata domino præſente, & doloſè tacente.*
21 *Iura pendentia ex teſtamento non tolluntur de facili.*
22 *An ſententiatum in vno iudicio poſſit poſteà in dubium refricari in alio iudicio,in quo petitur pœna.*
23 *An per diuiſionem cum clauſula de nihil faciendo in contrarium,intelligatur remiſſum fideicommiſſum conditionale inter inuicem ſubſtitutos,& ſcientes fideicom.ſubeſſe.nu.26.*
24 *Licèt conditionis euentus quandoque fingatur retrò conſtructiuè, non tamen fingitur deſtructiuè.*
25 *Promiſſio aliquando trahitur ad ſuperuenient de futuro.*
27 *Clauſula generalis reſtringitur ad ſpecificata tantum. & nu. 29.*
28 *Quando ſtipulatio interponitur ſuper contractu emptionis,& venditionis,non veniunt fructus,qui aliàs venirent in contractu emptionis.*
30 *In fideicom.multum debet attendi voluntas teſtatoris.*

Actus

31 *Actus agentium non debent operari vltra eorum intentionem.*

32 *Si duo fratres diuidant inter se bona paterna, & vni eorum obuenit in partem feudum paternum, & fecerunt finem, & refutationem, & pactum de nihil faciendo contra illam diuisionem, si posteà moriatur ille frater, cui feudum obuenit in partem sine filijs, & descendentib. alius frater superstes admittitur ad illud feudum.*

33 *Clausula apposita ad executionem principalis dispositionis nõ ampliat principalem dispositionem.*

34 *Diuisio æquiparatur transactioni.*

35 *Quando euinco rem ex facto tuo, vel authoris tui, non tenor tibi de euictione.*

36 *Ius fideicom. vniuersale est personale, cùm pariat actionem ex testa. & ante restitutionem non sit aliquod ius reale.*

37 *Ius supetueniens authori meo debet mihi prodesse.*

38 *Scienti ius tertij, quod illi tertio competit ex legato, vel fideicomm. in casu euictionis debet restitui pretium.*

39 *An si ille, cui res est legata, vel per fideicommis. relicta, eam emetit, si posteà euenerit casus restitutionis faciendæ, possit agere ad pretium.*

40 *Extraneus emens rem à tertio, quam scit alteri legatam purè, vel sub conditione, non præiudicat sibi in pretio, quin possit illud à venditore recuperare.*

41 *Quando legatarius emit rem legatam à tertio, & non ab hærede grauato, non videtur renuntiare legato, nec sibi præiudicat.*

42 *Repudiatio legati non debet præsumi in dubio, cùm sit donatio.*

43 *Si legatarius emit ab hærede rem legatam sub conditione, an possit recuperare pretium ab hęrede.*

44 *Pendente conditione non potest iuri de futuro expressè renuntiari per simplicem renunciationem.*

45 *Qualitas adiecta verbo debet intelligi secundum tempus verbi.*

46 *Dictio sola, est exclusiua alterius partis.*

47 *Generalis transactio non præiudicat quo ad ea, quorum actiones posteà competere repertum est.*

48 *Dolus in omni materia semper intelligitur exceptus.*

49 *Sententia debet magis nocere ei, contra quem est lata, quàm èecontra.*

50 *An & quando decisum in vno iudicio per viam exceptionis, possit posteà refricari in dubium in alio iudicio per viam actionis, dato quòd non obstet exceptio prioris sententiæ.*

51 *Quælibet dilatio ad probandum, censetur esse peremptoria.*

52 *Ad hoc, vt sententia reddatur nulla per expressionem erroris iuris, requiritur, quòd ille error oculo corporali legi possit, secus si ex mente, et intellectu percipiatur.*

53 *Sententia dicitur lata contra ius, non solùm, quando est lata contra verba expressa iuris, sed etiam quando contra mentem.*

54 *Quando in aliquo passu sunt opiniones Docto. variæ, licèt iudex eligat vnam opinionem, quæ sit mala, tamen sententia non est nulla.*

55 *Ad validitatem sententiæ non est necessariò exprimenda causa.*

56 *An hæredes diuidentes præsumantur habere scientiam fideicom. & aliorum contentorum in testamento, & in codicillis.*

57 *Etiam olim de iure fforum poterat etiam extraneus hæres vniuersalis adire hæred. clausis tabulis testamenti.*

58 *Contenta in codicillis factis separatim à testatore, etiam hæredes extranei præsumuntur ignorare.*

59 *Si in diuisione hæredita paternæ fuit expressè dictũ, quòd promiserunt non contrauenire diuisioni etiam occasione fideicom. inuicem debiti, vel debendi ex testamento paterno, an tunc intelligatur renunciatum iuri fideicom. debiti, vel debendi ex testam. patris.*

60 *In dubio standum est instrumento.*

61 *In his, quæ spectant ad officium notarij, eius assertioni est standum.*

62 *Hæc verba renunciauit iuri competenti, & competituro, quid important.*

63 *Si filia cedit omnia iura, quæ habet in bonis patris, an videatur cedere iura dotis maternæ.*

64 *Si testator in testa. mandauit satisfieri omnibus debentibus ab eo habere, executores talis testa. non possunt soluere debita legitimè per testatorem præscripta.*

65 *Hæc verba inspectis, & lectis, quid important.*

66 *Ad hoc, vt intelligatur remissum ius fideic. seu aliud ius dependens ex testa. non sufficit, quòd in instrumento dicatur, ꝙ vnus remisit alteri omne ius præsens, & futurum ex testa. vel ab intest. iure fideicom. vel substitut. cuiuscunque vel alio quocunque iure, nisi specialiter dicatur de testam. paterno.*

67 *Vt hæres possit hæred. adire, sufficit eum scire in genere se esse institutũ, licèt non sit certus in specie.*

68 *Ille dicitur habere scientiam alicuius rei, qui habet scientiam facti cum omnibus qualitatibus suis.*

69 *Si in instrumento diuisionis fuit dictum, quòd vnus remisit alteri omne ius, quod habet, vel habere sperat, vel habere potest in dictis rebus diuisis, an videatur remissum ius fideicom. futuri data scientia contentorum in testamento.*

70 *An per verba generalia, scilicet remisit vnus alteri omne ius, quod habet, vel habere sperat, &c. intelligatur remissum ius succedendi ex substitutione pupillari.*

71 *Pro fideicom. conditionali potest interim peti cautio.*

72 *Si in instrumento diuisionis fuit dictum, ꝙ vnus alterum, & alter alterum facit in dictis rebus procuratorem tanquam in rem suam, &c. an per hæc verba videatur remissum ius fideicommissi futuri.*

73 *Clausulæ, quæ apponuntur in executione non habent ampliare executionem, nec eius naturam immutare.*

74 *Sola promissio de alienando non sequuta alienatione non præiudicat iuri fideicom.*

& ſic Eccleſiæ. Iſta concluſio eſt valde dubia. Idem etiam tenet Bar. in præalleg. conſi. 68. in 2. dubio. Et in d. l. cùm hi. §. ſi vni. & ibi Pau. de Caſt. ff. de tranſactio. & idem Bar. in l. & ideo. in prin. ff. de condictio. fur. & in l. 1. in fi. per illum text. C. de impo. lucr. deſcrip. lib. 10. Idem tenet Bar. ſub dubio tamen fortè in l. ſi domus. §. fin. in fi. & ibi Ang. ff. de leg. 1. quamuis idem Bar. indeciſum relinquat in l. pater. §. quindecim. ff. de lega. 3. Idem per rationem Bart. tenet etiam Cald. in conſi. 10. poſito in tit. de locato. quod incipit ſi Eccleſia in emphyteuſim concedit. Idē ſimpliciter tenet Ioan. Andr. in addi. Spec. in titu. de locato. §. nunc aliqua. in verſi. 72. in prin. Sal. in d. l. fin. in 7. col. in prin. C. de iure emphyt. Idem multum ampliando tenet idem Saly. in l. ea lege. C. de condi. ob cauſam. antepen. col. in verſi. quæro circa idē plures fratres. vbi multum egregiè ampliat iſtam concluſionē Bart. procedere, etiam ſi plures fratres acceperunt fundum in emphyteuſim pro ſe, & filijs & deſcendentib. & in inſtrumento promiſerunt non alienare irrequiſito domino ſub certa pœna, quòd tamen adhuc non obſtante tali promiſſione pœnali de non alienando vnus alteri poterit alienare, nec alienando incidet in dictam pœnam, quia ſunt eiuſdem conditionis, & ex eadem cauſa pariter obligati domino, per text. in l. 1. §. 1. in verſi. nam cum perſonæ conditio. C. de impo. lucra. deſcri. lib. 10. q̄d valde not. & liga bene ad digitum. * *Iſta videtur eſſe magis communis opin.* cum Bar. vt patet ex prædictis, ideo conſulendo, & iudicando non videretur tutum ab ea recedere, vt notant Bar. & alij in l. fi. C. de pœ. iudi. qui ma. iud. Cano. in c. 1. & in c. ne innitaris. de conſtitu. ¶ Contrarium tamen tenent gl. Guli. de Cu. & Albe. de Roſ. in d. l. cùm hi. §. ſi vni pluribuſúe. ff. de tranſac. & Guli. de Cu. refert etiam Bart. hic. mouentur per illum text. in l. pupillorum. ff. de reb. eorum. Idem tenet gl. & Bal. in l. dudum. C. de contrah. empt. & in l. voluntas. C. de fideicommiſſ. idem tenet dom. Alex. in d. l. ſi domus. §. fin. vbi tamen hoc limitat. ff. de leg. 1. & iſta pars ſemper mihi placuit, quia ratio in qua Bar. hic, & vbique ſe fundat, retorquetur fortiter contra eum, nam dicit Bar. quòd ratio, quare emphyteuta prohibetur alienare in extraneum ſine conſeſu domini, eſt, quia fieret præiudicium domino, cùm ille tertius non ſit obligatus actione perſonali domino ad canonem emphyteuticum ei ſoluendum, prout eſt ipſe emphyteuta, q̄ ratio ceſſat, quando ſunt plures emphyteutæ vnius domini, cùm vnuſquiſque ſit obligatus actione perſonali domino ad canonem ſoluendum. Iſta ratio videtur ſtringere contra Bar. quia licèt vnuſquiſque ex iſtis emphyteuteutis ſit obligatis actione perſonali domino pro parte ſua, tamen pro alia parte, quam emit à ſocio, non eſt verum, quod ipſe ſit obligatus actione perſonali, quia quantum ad partes aliorum habetur pro extraneo, & ſic eſt perinde, ac ſi fieret alienatio in extraneum, ſic & ratio Bar. cōcludit, quòd etiam inter ipſos emphyteutas alienatio non ſit permiſſa ſine conſenſu domini, ſed ꝙ ſocius volens alienare partem ſuam in ſocium, tenetur prius requirere dñm, an ipſe dominus velit tantum præſtare pro illa parte, quantū alius ſocius obtulit, & ei debet præferri, iuxta d. l. fi. C. de iur. emphy. Hinc refert, ꝙ prima concluſio * Bar. ſuperius relata, *& approbata communiter* debet intelligi, qñ diuiſio fieret inter emphyteutas pro illis partibus, pro quibus emphyteutæ obligati ſunt ad penſionem dño. ſecus ſi in diuiſione fieret adiudicatio totius, vel maioris partis rei emphyt. vni, tunc non poſſet ſine cōſenſu domini, per ea quæ proximè
78 dicta ſunt. ¶ † Secundò principaliter vult Bart. ꝙ ſi fratres diuidentes inter ſe fundum emphy. remiſerunt inuicem omne ius, q̄d habent vel habere ſperant, talis renunciatio nō prodeſt Eccleſiæ, quæ eſt directò domina duplici ratione: prima, quia pactum non porrigitur ad illas perſonas ad quas non intereſt paciſcentis porrigi. l. & heredi. §. fi. & l. ſeq. ff. de pac. ſed ꝙ iſtud pactum porrigatur ad Eccleſiam, non intereſt fratris paciſcentis, ſed mirandum eſt de hoc fundamento Bar. & ꝙ alij Scribētes ita ſimpliciter tranſiuerint cum eo, quia ſpeciale eſt in Ecſia, vt ei poſſit quæri ius ex contractu alterius, vel ſtipulatione alterius, etiam ꝙ non interſit contrahentium, vel ſtipulantium, prout plenè concludit. d. Alex. reprobata opinione aliquorum, qui contrarium tenebant in l. ſtipulatio iſta. §. fin. ſ. eo. per illum tex. in verſic. ædem ſacram. qui bene facit, cum alijs concor. ibi
79 alleg. per d. Alex. ¶ † Secundò mouetur Bart. quia q̄d non quæritur illi, cui remitto, remanet apud me remittentem. l. nec vtilem. ff. ex quib. cau. maio. vbi dicit tex. in fi. Neque enim intelligitur amiſſum, q̄d oblatum alteri non eſt. facit. l. cùm quis. §. ſi debitorem. ff. de ſol. gl. & Bar. in l. qui hominem. §. ſi debitorem. ff. eo. ſed iſtud pactum non fuit acquiſitum fratri, cui facta eſt renunciatio, cùm ipſe poſteà deceſſerit ſine filiis. Nec etiā prodeſt eius heredi, cùm ſit extraneus, ergò non recedit ius ab ipſo renunciante. Idem & latius tenet Bar. vbi etiam alias rationes adducit in præalleg. conſi. 58. incipit ex themate prædicto tria dubia oriuntur. in vltimo. Iſtam opin. Bart. tenent, & defendunt Aret. & latius. d. Alex. hic. eam impugnat ſolus Pau. de Caſt. hic in vna lectura, quia portio defuncti reuertitur ad Eccleſiam, poſtquam iſte frater ſuperuiuens à ſe abdicauit illud ius emph. non quidem ex natura pacti, cum non interſit paciſcētium acquiri, & ſic Eccleſiæ, ſm eum. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ſ. eo. quāuis ego ſtatim in hoc ꝯrium tenuerim, & melius, ſed ratione
80 abdicationis factæ à ſe, † ſicut ſi habens vſumfructum renuntiaret in manib. cuiuſdam tertij, ex natura iuris renuntiati vſuſfructus conſolidatur cum proprietate. §. finitur. inſtit. de vſufru. Facit ſm eum tex. in c. 1. de eo qui fecit finem agna. in feu. vbi ſi vaſallus renuntiat omnino feudo in manib. vnius agnati, iſta renunciatio prodeſt alteri agnato licèt abſenti, & qui non eſt heres illius, cui facta eſt renunciatio, ſed venit ex perſona, & vult excludere renunciantem. licèt Bal. ibi deſtruat illum tex. intelligendo eum, qñ vaſallus renuntiauit iuri ſui feudi in manibus directi domini, quo caſu, cùm ius vtile renuntiantis conſolidetur directo domino ex natura rei, & in cōſequentiam prodeſt iſta renūciatio tertio agnato. ¶ Adde pro iſta opi. Pau. de Caſt. contra Bar. bene facere tex. quem. ſ. in diſcurſu alleg. do. Alex. in l. ſi vſuſfructus. ff. de iur. do. vbi clarè probatur, ꝙ ſi vſufructuarius renuntiat in manib. tertij vſumfructum, ꝙ ex tali renūciatione quæritur ius directò dño, ergo idem debet eſſe in emphyteuta, cum vterq; habeat dñium vtile, & pondera, ꝙ ille tex. ad literam tollit vnam reſpōſionem, quam dat Are. ad d. §. finitur. inſti. de vſufr. allegatum per Pau. de Caſt. Nam dicit Aret. ꝙ ille tex. facit in contrarium, dum vult, ꝙ finitur vſuſfructus, ſi domino proprietatis ab vſufructuario cedatur, nam extraneo cedēdo nihil agitur, ita ibi dicit tex. quia dico, ꝙ hoc expreſsè declarat tex. in d. l. ſi vſuſfructus. qui formaliter dicit, quoniam diximus vſumfructum à fructuario cedi non poſſe niſi domino proprietatis, & ſi extraneo cedatur. i. ei, qui proprietatem non habebat, nihil ad eum tranſire, ſed ad dñm proprietatis reuerſurum vſumfructum, quem tex. alleg. glo. in d. §. finitur. Tñ tenendo opi. Bar. potes reſpondere prout reſpondet. d. Alex. ꝙ hic in cauſa diuiſionis non eſt facta aliqua prohibita tranſlatio, per quam ſtatim debeat cadere à iure ſuo. d. §. Imperialem. c. præterea ducatus. de prohi. feud. alie. per Frid. in feu. & not. Bar. hic, ſecus in d. l. ſi vſuſfructus. ff. de iur. dot. vnde tene deciſionē Bar. * *quæ eſt magis communiter approbata*, quam etiam tenet Feder. de Sen. in conſi. 177. incip. factum ſic ſe habet, quidam Abb. & in conſi. 228. incip. factum tale duo fratres. Lud. Rom. in l. vnica. in 12. q. ad fi. C. qñ non pet. par. & in l. ſtipulationes. non diuiduntur. in 5. char. per totam. ſ. eo. d. Alex. in conſi. 188. 2. vol. quod incip. viſo & maturè diſcuſſo proceſſu. in 3. col. & in conſi. 105. 4. vol. q̄d inci. in cauſa Nicolai de Campegio. ad fi. & in conſi. 21. 5. vol. q̄d incip. viſo compromiſſo: adde tex. no. in c. 1. de eo qui fecit finem agn. gl. & Doct. in c. ſi quis miles. in tit. conſti. feu do. Lotha. in feu. quam gl. in ſpecie inducit d. Alex. hic. reliquas tres q. Bar. expediui in gl. vbi congruentius cadebant, & ſic remanet plenè expeditus iſte. §. cum omnibus quæſtionibus Bar.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio facta ob turpem cauſam de præterito, vel de futuro, eſt ipſo iure nulla. nu. 7. & 9.*
2 *Poteſt ſtatutum ex cauſa publica, & pro communi quiete aſſignare premium occidenti bannitum.*
3 *Quod fit. l. permittente, pœnam non meretur.*
4 *Licèt homicidium, quod fit. l. permittente, ſit impunibile, tamen quī illud facit, peccat mortaliter.*
5 *Non valet ſtatutum permittens homicidium.*
6 *Bannitus ex ſola contumacia non poteſt impunè occidi, virtute ſtatuti permittentis bannitum poſſe impunè occidi.*
8 *Generaliter omnes ſtipulationes turpes ſunt nullius momenti.*

LEX CXXIII.

1 SI plagij. † Promiſſio facta ob turpem cauſam de præterito vel de futuro, eſt ipſo iure nulla. h. d. ¶ In tex. ibi, vel facti cauſa. iſtum tex. reputat eſſe ſing. Pau. de Caſt. & domi. Alex. hic, quòd promiſſio ſeu diſpoſitio remuneratoria maleficij iam commiſſi, non valet neque tenet, ſicut ſi fieret pro maleficio committendo, & hoc ſiue ſit remuneratio contrahentium, vt vt hic, ſiue teſtatoris vel ſtatuti, quia ſtatuta debent eſſe hone-
2 ſta. §. erit autem lex. 4. diſtin. & l. 2. & ibi gl. ff. de legi. † poteſt tamen ſtatutum ex cauſa publica, & pro communi quiete aſſignare præmium occidenti bannitum, ſecundum Hoſt. & alios in c. 1. de cōſue. Io. And. in addi. Spec. in tit. de conſti. §. 1. ad fi. & in regula, quod quis. in mercur. Item valet ſtatutum diſponens, quòd

quòd bannitus possit impunè occidi, cùm censeatur publicus
hostis ciuitatis, vt no.Bar.in l.2.per illum tex.& ibi Bal.& alij.C.
quando liceat si.iu.se vin.& in l. omnes populi. in 2.q.3.q. prin.
ff.de iusti.& iur. & in l.amissione.§.1. de ca. dimi. & in l.vt vim.
vbi etiam Bal.& alij.ff.de iust.& iur.notat. Albe.de Gandino in
tracta.maleficiorum.in 23.rubr.de bannitis pro maleficio.in 1.
colum.Bal.in l.vnica.in 10.col.C.de confess.& in l.fi.C.si contra
ius vel vti.§ publ.& in l.decuriones.C.de infa. Angel. in l.1.ff.de
consti.princip.d.Ant.de But.Imo.& alij in cap.quæ in ecclesia-
rum.de consti.d.Ant.de But.in c.si verò.de senten. excom. Nel.
in tract.bannitorum in 1.quęst.secundi temporis. dom.Alex.in
consi.114.primi vol.incip.ponderatis his, quæ in themate nar-
rantur,& in consi.65.2.vol.quod incip. attenta dispositione sta-
tuti.in 1. colum. Tamen aduerte, quòd cùm tale homicidium
fiat statuto permittente ex causa legitima, non appellatur deli-
3 ctum punibile, † quia quod fit.l.permittente non debet puniri.
l.Gracchus.C.de adult.& in l.in concubinatu.ff.de concubi.vn-
de stante tali statuto potest bannitum licitè occidere etiam in
foro conscien.per d.l. Gracchus. vbi etiam Bald.de quo tangit
Albe.de Ros.in tracta.statu. in vlt.parte.in q. 17. cum duab.seq.
Can.in c.fin.de consue. Bald.in l.1.in 2.col. C. si à non compe.
* iudi.& dicit do.Alex.hic magnum verbum, quòd *ista est magis*
communis opinio, in quo aduerte, quòd si d.Alex.intellexit, ꝙ ista
sit magis communis opin.ꝙ valeat statutum disponens, quòd
bannitus possit impunè occidi, credo, quòd verum dicat. Sed
si intellexit, prout eius verba vidētur sonare, quòd stante dicto
statuto licitum sit occidere bannitum etiam in foro conscien.
non credo, quòd sit verum, & in contrarium alleg.glo.solen-
4 nem in cap.inter hęc.33.quæst.2. quæ signanter tenet, † ꝙ licèt
homicidium, quod fit lege vel statuto permittente non punia-
tur, d.l.Gracchus.tamen qui illud facit peccat. quam gl, ad hoc
reputat sing.Ludo.Rom.in repet. Authenticæ similiter.C.ad l.
Falc.in 34.speciali piæ causæ inter vltimas volun. ponunt Imo.
& Moder.in l.quid ergo.§.1.ff.de leg.1.illam glo.etiam reputat
ad hoc sing.Ioan.de Anan.in c.interfecisti.in 2.col.de homic.ꝙ
per permissionem iuris ciuilis non excusatur quis à peccato ho
micidij. Alibi dixit Bal.in cap.1.in 1.col.de iud. quòd stante sta-
tuto, quòd bannitus possit impunè occidi, quòd tale delictum
non sapit innocentiam, quia homicidium sine immūditia esse
non potest. Alibi tenet Bald.in cap. fin. in 2. not. de præscrip.
5 † quòd non valet statutum permittens homicidium, tanquam
statutum licentiæ, quia impossibile est, quòd peccare mortali-
ter sit licitum, sed bene valet, quo ad impunitatem, vel mitiga-
tionem pœnæ, licèt d.Fely.in d.cap.quę in ecclesiarum.in 7.col.
restringendo illam glo.in d.c.inter hæc.intelligat eam, quòd lo-
quatur, quando homicidium permittitur ad vindictam, & sic
animo effundendi sanguinem humanum, tunc peccat, vt ibi.
secus quando facit zelo reipublicæ, & animo exequendi statu-
tum. Item intellige, quando tale statutum fieret cum causa,
quæ est legitima ad occidendum. vnde dicit Bald. in l.cunctos
populos.in 7.col.C. de sum. Trinit.quòd valet statutum dispo-
nens, quòd bannitus ex graui crimine possit occidi.l.raptores.
C.de Episco.& cler. secus si ex causa minus legitima, tunc nihil
valeret etiam in foro sæculari, puta si fieret statutum, quòd ban
nitus pro pecuniario debito possit occidi, vt est glo.4.quęst.1.in
summa.circa med.tenēt Can.pſertim d.Ant.de But.Io.de Imo.
& Mod. in d.c.quæ in ecclesiarum.Bal.in l.1.in 3.col.C.si à non
compet.iud.facit, qđ signāter decidit Bal.in l.si mora.ff.sol.mat.
6 vbi tenet, † ꝙ stāte statuto, ꝙ bānitus possit impunè occidi, cer-
tè si esset bānitus ex sola contumacia, prout tota die ↄtingit, nō
posset occidi virtute dicti statuti, qa non est propriè maleficiū,
sed culpa, qđ perpetuò nota, & ibi.d.Alex.in pen.char.dicit, ꝙ
* *istud magis communiter tenetur* cum concord. ibi per eum ad hoc
alleg.¶ Sed aduerte, quòd Bart.in consi.188.quod incip.statuto
castri plebis cauetur, ꝙ quicunq; reperitur exbannitus,&c.vbi
nota.tenet Bar.ꝙ statutum disponens, ꝙ condemnatus pro ma
leficio in 50.libris possit impunè offendi, vel occidi, valet, & te
net, & est fauorabile, inductum fauore reipublicæ, & pro quie-
te communi, vt ibi notab.per eum.Idem tenet do. Nel.de San.
Gemi in tract.suo bannitorum.in 1.q.2. temporis.licèt de Bart.
proximè allegato non faciat mentionem, & dicit, ꝙ licèt aliàs
tenuerit, quòd tale statutum deberet intelligi, quando bānitus
fuerat ex causa, ex qua ei capto deberet irrogari mors, sequutus
Rayn.de Forli.idem tenentem in repetitione.l.omnes populi.ff.
de iusti. & iure, tamen tunc tenet indistinctè valere statutum,
quia in hoc non statuitur solùm propter delictum, propter qđ
fuit bānitus, sed etiam pp cōtumaciam, & inobedientiā factam
suo Principi, propter quam mors debet sibi irrogari, vt est text.
in c.2.de maio.& obed. Sed istud est fragile fundamentum in-
telligendo text. in d.cap.2.prout ibi gloss. & Docto.intelligunt.
7 ¶ † Redeundo ad text. limita nunc istud notab. & sic istum
text. vt procedat, quando promissio fieret solùm ob causam
turpem de præterito, tunc est nulla, vt hic, secus si promissor
erat aliàs donaturus secundum Iaco.de Are.in l. si patronus.ad
fin.ff.de dona.Petr.de Bellaper. Rayn. Angel. Imo. & latius do.
Alexan. & Are.hic.& Ludo.Rom.in l.generaliter.s̃.eo. Secun-
dò not.ex hoc tex. quòd promissio facta pro maleficio futuro,
& sic faciendo nihil valet, ratio est, quia directò inuitat ad delin
quendum cōtra l.conuenire.ff.de pac.dot.& l. si vnus.§ illud.ff.
8 de pact.† Item quia generaliter omnes stipulationes turpes nul
lius sunt momenti.l.generaliter.s̃. eo. Item quia impia est pro-
missio, quæ scelere adimpletur.vt inquit text.in c.in malis pro-
missis.in fin. 22.q.4. Item quia hic vertitur turpitudo ex vtraq;
parte tam promittentis, quàm recipientis, ergo est nulla. vt l.1.
§.1.de condit.ob tur.causam. ¶ Limita istum text. procedere,
quando promissio dandi fieret illi, qui est facturus homicidiū,
vt illud faciat, per rationes pręedictas, secus èecontra, si ipse pro-
mitteret alteri, si homicidium fecerit, tunc valet, & est secun-
dum bonos mores, quia retrahit à maleficio faciendo. l. ex ea
parte.§.mulier.supra eod. vnde valet promissio sub ista condi-
tione, si ipse promissor homicidium faciet, per l.denunciamus.
C.de his, qui ad eccle.confu.Ita limitat Raph. Cuma.hic.& in l.
impossibilis.s̃.eod. & sequitur dom. Alex.hic.facit, quod tenet
glo.in secunda parte, & Bart.in vltim.quęst.ad idem bene facit,
quòd si aliquis promitteret non facere homicidium, vel aliud
delictum sub certa pœna, valet promissio talis pœnæ. ita not.
Bald.in l.non impossibile.per illum text. vbi etiam est glo. ff. de
9 pact. ¶ † Vltimò pro clara intelligentia text. & materiæ consi-
dera tres casus. aut enim promittitur alicui ne delinquat, aut
vt delinquat in futurum, aut quia deliquit in pręteritum, remu
nerandi delicti gratia: primo casu valet promissio, quia causa
non est turpis, sed ei obstat exceptio.l.fin. ff.de condi. ob turp.
causam.& in l.iurisgentium.§.si ob maleficium. cum glo.ff.de
pact. quia debebat gratis à maleficio abstinere, vnde si voluit
pecuniam, aut promissionem, vt abstineret à delinquendo, fuit
turpitudo ex causa sua tantum, vt l.idem & si.§.1. ff.de condi.
ob turp.causam.ideo obstat exceptio contra promissionem si-
bi factam.d.l.fin.& ibi gloss. ff.de condi.ob turp.causam. & d.§.
si ob maleficium.cum gloss. licèt text. ibi dicat nulla est obliga-
tio.sed intelligitur in effectu, vt intelligunt gl. & Doct.circa cu-
ius intellectum multum insistit Are.hic, qui quasi aliud non di-
cit in hac.l.post Lud.Rom.& alios in l.generaliter.s̃.eo.¶ Secun
dò casu, quando promittitur, vt delinquat, talis promissio est
ipso iure nulla, vt hoc tex.quia directò inuitat ad delinquendū,
vt dixi in pręcedenti no.vnde promissio, quæ tendit ad crimen,
& sic refertur ad turp.causam, ipso iure annullatur, in tātum, ꝙ
etiam promissio obseruationis indemnitatis facta ex tali causa
si maleficium commiserit, nihil valet, & nihil ex ea cōsequi po-
test.l. si remunerandi. §. rei turpis. & in l. si mandauero tibi, vt
pro me.§.qui ædem.ff.man.& est expressum in l. si à reo.§.illud
quod vulgo.ff.de fideius.& l.dominus Sticho.§.fi.ff. de pec.leg.
& l.nec prætermittendum.ff.pro soc. & l. quoniam multa facı-
nora.C.ad l.Iul.de vi pub & l. Quintus Mutius.§.fi. ff.de annu.
leg.& c.sicut.& ibi per Innoc. & alios.de iureiur. & iudex ex of-
ficio debet interponere partes suas, vt tales conuentiones re-
scindantur.l.illicitas.in prin.ff.de offi. pręsid. ¶ Tertiò casu deli-
ctorum commissorum turpis, & fœda remuneratio est, & ideo
promittendo nemo obligatur, vt hic, & dixi. s̃. in 1.not. & ad
istam trimembrem distinctionem, quæ declarat verum intel-
lectum huius.l.adde Bald.in consi. 116. quartæ partis, quod in-
cip.omittendum est, ꝙ promissiones.in 1.col. ¶ Capio glo.vni-
cam.quam diuide in tres partes. In prima declarat vtrunq; ca-
sum tex.cum ratione dubitandi ad secūdum. In secunda ponit
limitationem ad tex.In tertia ponit aliud exemplum, & sic aliū
intellectum ad tex.Secunda ibi, & promitto tibi centum. Ter-
tia & vlti.est ibi, alij dicunt poni exempla. ¶ In ea.glo.ibi, hęc se-
cunda est magis dubitabilis. dic eo quia per primam stipula-
tor directò ibi inuitatur ad delinquendum, vt dixi in text.secus
in secunda.Item sicut potest remitti dolus præteritus, licèt non
futurus.l.si vnus.§.illud.ff.de pac. ita videbatur valere promis-
sionem factam pro maleficio præterito, licèt non pro futuro.
Item ex quo maleficium iam erat completum, videbatur ces-
sare proxima causa turpitudinis.l.pen. ff. de condi. ob tur.cau-
sam.& istud tenebant Petr.de Bellap. & Vltramon.quos etiam
sequitur Cyn.in rub.C.de condi.ob turp.causam.quasi scienter
tunc promittatur indebitum, per l.1.ff.de condi.ind.Et ad istū
tex.respōdent, ꝙ debet exemplificari ſm.l.fi.ff.de cōdi. ob turp.
causam.vt hic in gl.in vlt.par.Sed istud reprobāt Bar. & alij om
nes, & Ang.in rub.ff.de cōd. ob turp. causam, qa est de directo
ↄ̃ istum text.qui non potest intelligi ſm.d.l.fi.quia tunc non fie-
ret promissio causa plagij facti, vt isto text. & sic plagium non
esset tunc causa promissionis, prout loquitur iste text.sed pro-

miſſio fieret cauſa reſtitutionis faciendæ de ipſo plagio, & ſic de filio, vel de ſeruo abducto. Item ſi quis præmiatur de delicto, inuitatur iterum ad delinquendum, ſicut etiam remiſſio peccati inducit ad peccandum, imò plus ſi impunitas delicti inuitat ad delinquendum, fortius hic debet facere remuneratio, & hæc fuit cauſa huius legis in verbo, vel facti cauſa. ¶In 2. part. gl. ibi, ſi Titius fecerit plagium valet. Bar. & Docto. intelligunt illam gl. eſſe veram, quñ ille Titius erat amicus, vel coniunctus promiſſoris, quia veriſimile eſt, ꝙ abſtinebit à debito, ne ille incidat in pœnam promiſſionis. l. hæres meus. §. fi. ff. de condi. & demon. ſecus ſi erat amicus, vel coniunctus ſtipulatoris, tūc non valet, quia inuitaret ad delinquendum, vt ſtipulator lucretur contra. d. l. conuenire. ff. de pac. do. & circa iſtam partem gl. quomodo intelligi debeat, vide Cyn. & latius Saly. in l. ex eo. C. de inuti. ſtipu. quos formaliter recitat do. Alex. hic, ad quem te remitto, qui etiam ponit, quid in dubio, poſt Imo. & Pau. de Caſt. hic, qui in hoc ſunt contrarij. vide hic per eum.

SVMMARIVM.

1 *Quando quis eſt obligatus facere ad certum terminum, non poteſt ante lapſum totum terminum effectualiter conueniri.*

2 *Quando ab initio eſt ſtatutus terminus certus ſtipulationi, non poteſt ex poſtfacto immutari.*

3 *Bonum eſt argumentum de ſtipulationib. extraiudicialib. ad iudiciales, vbi non datur ſpecifica ratio ſpecialitatis.*

4 *Intereſſe ſuccedit ex diſpoſitione legis.*

LEX CXXIIII.

1 INſulam. † Stipulatio facti habens diem certum, non committitur ad intereſſe ante diem, licèt certum ſit in reſiduo temporis fieri non poſſe. h. d. ¶Diuiditur in tres par. In prima ponitur deciſio. In ſecunda ratio deciſionis. In tertia alia ſimilis deciſio. Secunda ibi, neq; enim ſtipulationis ſtatus. Tertia & vlt. eſt ibi, idemque & in ſtipulatione. ¶No. 1. ꝙ quādo quis
a eſt obligatus quid facere ad certum terminum, ª non poteſt ante elapſum totum terminum effectualiter cōueniri, dato, ꝙ certum ſit intra illud temporis ſpatium, qđ ſupereſt, fieri non poſſe. Limita iſtum text. procedere in contractib. ſtricti iuris ſecus eſt in contractibus bonę fidei, in quibus incontinenti poterit agi, etiam antequam tranſeat totū tempus, dummodo conſtet intra illud tempus non poſſe fieri, ita ſing. limitat iſtum tex. Bar. in l. ſi in lege. §. ſi domus. & ibi Raph. Fulg. ff. loc. ſequitur d. Alex. in l. ſtipulationes non diuiduntur. §. 1. in fi. ſ. eo. an ſit vera hæc limitatio, dixi in l. illa. ſ. eo. vbi etiam. d. Alex. & Are. ponit.
2 ¶†Secundò no. ex ſecunda parte tex. ibi, neque enim ſtipulationis ſtatus. ꝙ qñ ab initio ſtatutus eſt terminus certus ſtipulationi, non poteſt ex poſtfacto immutari. facit. l. damni infecti. prima. §. ſi is qui vicinas. ff. de dam. infec. & ꝙ in ſtipulationib. inſpiciatur initium temporis, eſt tex. in l. continuus. §. cùm quis. in fi. ſ. e. & generaliter vniuſcuiuſq; ꝯtus initium ſpectandum eſt. l. ſi procuratorem. in prin. ff. mand. facit. l. qui id, qđ. in prin. ff. de do. & in l. clam poſſidere. in prin. ff. de acqui. poſſ. & l. in ratione. 1. §. ſi filio. ff. ad l. Falc. Item qualitas, quæ à princip. cœpit ineſſe, perdurat. l. pater. §. quindecim. ff. de leg. 3. ſm Bal. in c. 1. de feud.
3 fœmi. in feu. ¶† Tertiò no. in ver. idemque. ꝙ bonum eſt argumentum de ſtipulationib. extraiudicialib. ad iudiciales, vbi non datur ſpecifica ratio diuerſitatis: nam etiam in iudicijs dicitur quaſi contrahi. l. 3. §. 1. ff. de præto. ſtipu. tñ de ſtipulationib. ad iudicia non procedit argumētum, cùm ſtipulationes ex vtriuſq; conſenſu valeant, iudicia autem reddantur in inuitum. ita eſt tex. in l. inter ſtipulantem. §. 1. ſ. eo. ¶Capio glo. in ver. mutatur. quam diuide in 5. partes. In prima aſſignat rationem ad tex. poſteà format tria contraria, quæ tendunt ad diuerſa, & nullum eorum ſoluit. In 5. & vlt. alleg. vnam concordantem ad text. Secunda ibi, ſed contra. ſ. eod. l. hoc iure. Tertia ibi, item contra. ſ. eo. l. ſtipulationes non diuiduntur. Quarta ibi, item contra. ſ. eo. l. cùm ſtipulatus. Quinta & vlt. eſt ibi, & facit. ſ. eod. l. exiſtimo. ¶In ea. glo. ibi, quia tota obligatio ſub conditione in diem collata videtur. dic, quòd d. l. in illa ſtipulatione ſi calendis. ſ. eod. loquitur de obligatione collata ſub conditione, & in diē ſimul & ſemel. hic autem ſolùm loquitur de obligatione in diem, & ſic parum facit. ¶In ea. gl. ibi, ſed ꝯ ſ. eo. l. hoc iure. dic, ꝙ illa loquitur de obligatione habente conditionem, & diem ſimul & ſemel, quo caſu diſtinguitur, vt ibi in glo. in 3. ſol. ꝙ ibi conditio continebat factum non dependens à poteſtate promiſſoris. ſ. ſi Titius ante calendas Maias in Italiam non venerit, ideo tps appoſitum in conditione non cenſetur repetitum in promiſſione dandi decem: hic autem factum pendebat à poteſtate promiſſoris, vt inſulam fabricaret, ideo tps cenſetur repetitum in tacita ſtipulatione ad intereſſe, ſicut in expreſſa ſtipulatione pęnali, vt l. in illa ſtipulatione ſi calendis. ſ. eo. ¶In ea. gl. ibi, item ꝯ. ſ. e. l. ſtipulationes non diuiduntur. §. planè. vbi ſtipulatio cōmittitur ad intereſſe particulare, eo ipſo ꝙ cœpit eſſe in mora inchoandi, ergo idem deberet eſſe hic. gl. 1. dicit ſe ibi dediſſe aliā ſol. quę fatetur ꝯrium, ꝙ ad totale intereſſe non cōmittatur ſtipulatio ante diem, vt hic, & l. ſi ita ſtipulatus eſſem abs te. ſ. eo. Sed bene cōmittatur ad particulare intereſſe, vt ibi. tñ Bar. Ang. & alij tenent ſequentem ſolutionem gl. ꝙ hic non cōmittatur ſtipulatio in aliquo, eo quia tps fuit in ſtipulatione expreſſum à partib. quo caſu ſtipulatio non poteſt cōmitti etiam ad particulare intereſſe, niſi demum elapſo toto tpe, per rationem quā aſſignat tex. hic in 2. par. Sed in ꝯrio nullum fuit expreſſum tps, ideo ſtipulatio cōmittitur ad particulare intereſſe ſtatim, ꝙ fuit in mora inchoandi, vt ibi. ¶In ea. glo. ibi, Item ꝯ. ſ. eo. l. cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo. vbi cōmittitur ſtipulatio ad pœnā ſtatim, cùm incipit eſſe certum, ꝙ opus intra tempus promiſſum fieri non poſſit, gl. ibi rñdet, ꝙ l. contraria loquitur, qñ in ſtipulatione fuit promiſſa certa pœna, q̃a illa cōmittitur mero iure, quā primum conſtat, ꝙ promiſſum opus intra tps conuentum fieri non poteſt, vt ibi, ſed hic loquitur, qñ non fuit promiſſa aliqua pœna, quo caſu obligatio cōmittitur ad intereſſe ex diſpoſitione legali, ideo non cōmittitur in aliquo ante lapſum totius tpis, vt hic, & eſt text. in c. commiſſa. in prin. de elec. in 6. qđ c. fuit extractum ab iſta. l. in ratione ſui, & ſic vno verbo ibi eſt pœna, hic intereſſe ex legali diſpoſitione. iſtam ſol. ſe-
* quuntur Bar. Ang. Pau. de Caſt. *& communiter alij*, ſolus Ioan. de Imo. eam reprobat, quia fortius debet cōmitti ſtipulatio ad intereſſe, quæ eſt fauorabilior, quàm pœna, quę eſt odioſa vt l. cū quidam. ff. de lib. & poſth. & in reg. odia. de reg. iur. in 6. & rñdet ad d. c. commiſſa. ꝙ loquitur de pœna legali, quę trahit ſecum executionem, quia imponit pœnā priuationis à beneficio ipſo iure, ſi promotus ad regimen parochialis Eccleſiæ non faciat ſe promoueri ad ſacerdotium intra annum, vt c. licèt canon. eo. tit. de elec. li. 6. ideo non cōmittitur ante diem, ne ſequatur executio ꝯ mentem. l. & eſt noua conſideratio in iſta materia ſm eum. ¶Sed defendendo præcedentem ſol. quę eſt communis, reſponde ad fundm Imo. quod vr prima fronte coloratum, ꝙ
4 imò potius cōmittitur pœna q̃ intereſſe, † nam intereſſe ſuccedit ex diſpoſitione legis, vt l. ſi quis ab alio. in fi. ff. de re iudi. & l. ſtipulationes non diuiduntur. in verſi. Celſus. ſ. eo. Ideo tardius cōmittitur ꝯ reum, quàm pœna conuentionalis, quæ procedit ex diſpoſitione hominis, quia mitius agitur contra reum ex diſpoſitione. l. quam ex diſpoſitione hominis. l. Celſus. in princ. & ibi gl. ff. de arb. & ita etiam in ſimili per eandem rationem tenet Bart. in l. ſi inſulam. in 6. oppo. ſ. eo. Item lex facilius moderatur diſpoſitionem ſuam ad præiudicium alterius, quàm prouiſionem factam ab homine in fauorem ſuum, vt in ſimili dicit gl. in l. aſſiduis. in prin. in glo. mag. circa med. C. qui po. in pign. hab. & ibi dicit gl. ꝙ lex facilius denegat alicui beneficium ſuum legale, quàm proprium illius auferat. ¶Vltimò Io. de Imo. hic diſtinguit in iſta materia obligationis facti quatuor caſus: aut in obligatione eſt dies tantum, aut pœna tantum, aut vtraque, aut neutra, quam diſtinctionem formaliter recitat d. Alex. hic, ſed iſta ſatis habes per Bart. in l. cùm ſtipulatus ſim à Proculo. ſ. eo. vbi multa bona circa hoc addidi. ad ibi dicta me remitto.

ADDITIO.

a ¶Certum terminum. Adde, quid de obligato ad faciendum aliquid ſine termino, & vide Aym. conſ. 192. nu. 17. & faciunt etiam quæ ſcribit Rom. ſing. 186.

SVMMARIVM.

1 *Verbum præſentis temporis non trahitur ad futurum.*

2 *Clauſula codicillaris, quæ poteſt operari in præſenti, non trahitur ad futurum.*

3 *Etiam diſpoſitio, quæ fit per verbum præſentis temporis, trahitur ad futurum, quando venit acceſſoriè ad ius de præſenti.*

4 *Qualitas adiecta verbo, debet intelligi ſecundum tempus verbi, cui adijcitur.*

LEX CXXV.

1 CVm ſtipulamur. † Verbum præſentis temporis non trahitur ad futurum. h. d. prout habetur in tex. verbū oportet, qđ eſt preſens indicatiui, & hoc modo ſecundum Bar. iſta lex non habet dubium, ſed vt ſtatim audietis, habet magnum dubium. alij habent verbum oporteret, & tunc dubium eſt in hac. l. quia eſt præteritum imperfectum ſubiunctiui modi, tamen etiam poteſt trahi ad futurum, vt fuit

fuit dictum in l. qui Romæ. §. Augerius. s. eod. & tunc secundum Bar. si est aliquod debitum de præsenti, vel in præteritum, & adhuc intelligitur de debito præsenti, & non trahitur ad futurum, & sic interpretatio fit pro promissore. Si autem nihil deberetur in præteritum, tunc intelligitur de debito futuro, ne aliàs stipulatio reddatur inutilis. l. quoties in stipulationibus. s. eo. & secundum istum intellectum hoc dicit. Stipulatio concepta per verbum præteriti imperfecti subiunctiui modi, si potest valere faciendo relationem ad tempus præsens, non porrigitur in futurum. hoc dicit, & hoc modo intelligendo hic est casus multum nota. sed si non posset aliquid operari in præsenti, tunc bene trahitur ad futurum. l. si debitor. §. verisimile. ff. de contrahen. emp. etiam si esset verbum præteriti plusquam perfecti. vt d l. qui Romæ. §. Augerius. in verbo constitisset. secundum Ange. Imo. & alios post Bart. hic, & sic pondera subtiliter Barto. velle, quòd in primo casu, quando est verbum præsens, scilicet oportet, si promisi quicquid dare oportet, si nullum sit debitum de præsenti, non tamen intelligitur adhuc de debito de futuro, etiam si in præsenti nihil possit operari, vt differat primus casus à secunda lectura, in qua secunda lectura distinguit Bar. aut suberat debitum de præsenti, aut non, ergo vult, ꝙ primus casus indistinctè procedat, & sic, ꝙ verbum præsens non trahatur ad futurum, etiam quando nullum debitum subest de præsenti, in quo possit promissio operari, & potuit moueri Bart. eo quia proprietas verbi præsentis hoc non patitur, vt ad futurum quoquo modo trahatur. vt hic, & l. si stipulatus fuerim illud. §. cùm stipulamur. & l. si à colono. cum si. s. eo. dato, ꝙ hoc modo reddatur stipulatio inutilis, & nihil operetur, & ita etiam ponderat Bar. velle Pau. de Castr. hic, & simpliciter sequitur cum eo, licèt non sic declaret. ¶ Tene in hoc cõtra Bar. contra quem tenet in terminis Bal. in l. si ita scripsisset. ff. de leg. 2. vbi tenet, ꝙ verba præsentis temporis trahantur ad futura, & sic ad conditionalia, quando non subsunt debita pura, ad quæ possint referri per reg l. fundus qui locatus. in fi. ff. de fund. instr. sequuntur Io. de Imo. & Pau. de Castr. ibi. refert, & reputat aureum. d. Fel. in c. 1. in 4. col. de rescrip. & retuli in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 4. q. Bar. s. eo. vbi ad hoc multa cumulaui. Idem cum Bal. tenent Raph. Cuma. d. Alex. & d. Pet. de Bex. in l. si stipulatus fuerim illud. in §. cùm stipulamur. vbi etiam idem tenui. s. eo. & istam decis. Bal. contra Bar. hic sequitur, & dicit sibi plus placere Raph. Cuma. in d. §. cùm stipulamur. quia aliàs obligatio, & promissio esset frustratoria, & inanis, vt dixi, & verba de se satis conueniunt. nam veniet debitum futurum secundũ naturam suam, scilicet non vt statim debeatur, sed existente conditione, vel die, vt l. qui sic stipulatur. s. eo. Idem etiam simpliciter tenet Raph. Cuma. & sic concludo contra Bart. ꝙ in casu, quando est verbum præsens, scilicet oportet, debet distingui sicut & in secundo, ꝙ si nõ reperiatur aliquod debitum in præteritum, ꝙ tunc trahatur ad futurum, ne stipulatio reddatur inutilis, per istum text. ¶ Secundum secundam lect. superius relatam infert Ang. ad clausulam codicil. conceptam per verbum

2 valeret. † si testator dixit, ꝙ si testamentum non valeret iure testamenti, valeat iure codicillorum, & illa conditio potuerit verificari in tempore præsenti, puta, quia testamentũ erat de præsenti nullum præteritione filij iam nati, licèt posteà firmetur ex æquitate prætoria, vt quia filius præteritus viuo testatore decesserit, & erant instituti venientes ab intest. l. posthumus. in ver. idem & circa. ff. de iniu. rup. ꝙ licèt posteà idem testamentum sic confirmatum, iterum rumpatur per querelam, fortè ab alio filio exhæredato intentatã, ꝙ illa clausula codicil. concepta per illud verbum si non valeret, nihil operabitur, quia cùm non potuerit operari in præsenti, non trahetur ad futurum per istum text. & per ea, quæ superius dicta sunt, secus si in pręsenti potuisset operari, puta, quia filius posthumus fuisset præteritus, & sic testamentum à principio non esset nullum donec nascatur. l. 3. §. sed & si stante. ff. de iniust. rupt. & cum Angel. simpliciter transeunt Imo. Pau. de Cast. & d. Alex. hic, & vide omnino Bar. in l. 1. in 7. q. ff. de iur. cod. cuius decisio debet secundum prædicta declarari, & limitari, cum concor. hic traditis per do: Alex. Idem tenet Bal. in d. l. si ita scripsisset. facit. l. his verbis. in fin. ff. de lega. 3. quicquid hic teneat Are. ponderando in contrarium rationem Bar. in d. l. 1. in 7. q. ¶ † Secundò per prædicta dicit Pau.

3 de Cast. se semel consuluisse, cùm quidam testator mandasset debita sua solui de pecunijs, quas habebat in monte Florentiæ, & posteà dixit, ꝙ illud, quod restaret solutis debitis de dicta pecunia, relinquebat cuidam hospitali, & tempore testamenti solutis debitis restassent mille, sed testator superuixit per plures annos, & plures alias pecunias in monte acquisiuit, ita ꝙ solutis debitis restabant tria milia, an totum hoc debeatur illi hospitali, & determinat, quòd non, sed mille tãtum, in quibus potuit operari dicta dispositio tempore testamenti propter verbum restarent, quod est præteriti imperfecti subiunctiui modi, & pręsentis temporis optatiui, per istam. l. sic intellectam per Docto. secus si tempore testamenti nihil restasset per d. l. si venditor. §. verisimile. ff. de contrahen. emptio. & per id, quod tenet Bart. in d. l. 1. in 7. quęst. ff. de iur. codi. Adde, quòd cum decisione Pau. de Cast. simpliciter transit do. Alex. hic, dicens tamen, quòd in ista quæstione recurrendum esset ad materiam l. si ita.

4 ff. de aur. & argen. lega. ¶ Istam decisio. Pau. etiam refert, & simpliciter sequitur do. Fel. in c. ad hoc. in 2. col. de rescrip. sed Aret. hic in vltim. colum. eam reprobat duplici fundamento. primò, quia si creditum montis Floren. creuit ex accessionibus factis ad capitale, puta, quia singulis annis pro certa quantitate solueretur tantum, quod creditor fortè non exegerat, & tunc decis. Pau. de Cast. absolutè secundum eum non esset vera, quia etiã dispositio, quę fit per verbum pręsentis temporis, trahitur ad futurum, quod venit accessoriè ad ius de præsenti, vt est text. not. in l. fin. §. fin. ff. de libe. leg. per quem tex. ita determinat Bar. in d. l. si ita. in 2. colum. confirmo vltra Are. per illud, quod nor. decidit Pau. de Cast. in l. si tibi homo. §. cùm seruus. ff. de lega. 1. vbi dicit se consuluisse Floren. cùm quidam legasset alicui pecunias, quas habebat super monte Floren. quòd etiam videtur legasse reditum dictarum pecuniarum, qui cucurrerat viuo testatore, vel eo mortuo, licèt in legato non fecerit mentionem nisi de sorte. per tex. quem ad hoc reputat sing. in l. nomen debitoris. in prin. vbi est casus de hoc. ff. de leg. 3. quod reputat Pau. de Cast. esse valde not. & sequitur simpliciter dom. Alex. in d. §. cùm seruos. in vltim. colum. ¶ Secundo principaliter mouetur Are. quòd etiam si creditum esset augmentatum aliter, adhuc

5 decis. Pau. de Cast. procedere non potest, quia † qualitas adiecta verbo, debet intelligi secũdum tempus verbi, cui adijcitur. l. in delictis. §. si damnum extraneus. ff. de nox. latè Bart. in l. si ex facto. in princip. ff. de vulg. & pup. sed hic legatur hospitali creditum, quod restaret solutis debitis, idest cùm debita soluerentur, ergo illud creditum vr̃ legatum, quod superesset post mortem testatoris, quo tempore debita soluerentur, vnde etiam, quando dispositio fit per verba præsentis temporis, intentio testatoris videtur esse, vt tempus præsens contineat futurum, in quo ille actus consummabitur. est text. not. in l. tutoribus. & ibi latè Bald. ff. de test. tut. per quem tex. ita tenet Bart. in d. l. si ita in 2. col. ergo idem multofortius est dicendum, quando dispositio fit per verba, quæ possunt complecti etiam tempus de futuro ex sua significatione, & confertur in tempus cuiusdam actus perficiendi post mortem testatoris, & pondera ꝙ non sine causa do. Alex. licèt simpliciter transiuerit cum Pau. de Cast. tamen dixit, quòd in ista q. recurrendum esset ad materiam. d. l. si ita. ff. de aur. & argen. lega. & si illam materiam reuoluisset, prout fecit Are. fortassis mutuasset opinionem.

SVMMARIVM.

1 *Partes possunt facere, quòd vnum tempus trahatur ad aliud.*

2 *Homo non potest de per se inducere fictionem, sed bene cum auctoritate legis.*

3 *Hæc verba testatoris, lego Titio fundum sub tali conditione, & si conditio extiterit, ex nunc lego, operantur, quòd existente conditione, qua pendente Titius mortuus est, eius hæres poterit petere dictum legatum.*

4 *In contractib. si promittitur aliquid annuum, an possit peti ante finem temporis.*

5 *Licèt in contractibus conditio casualis trahatur retro, tamen secus est in stipulatione annua.*

6 *Quando dena adijcitur præstationi annuæ, intelligitur de decem singulis annis.*

LEX CXXVI.

SI ita stipulatus fuero si Titius. Ex stipulatione annua conditionali potest agi, vt existente conditione et pensiones annorum præteritorum debeantur. h. d. vsq; ad §. Titius. & istud principium propriè ponit breue summarium. l. huiusmodi. 2. s. eo. ¶ † No. 1. ex isto tex. ꝙ partes possunt facere,

1 ꝙ vnum tp̃s trahatur ad aliud, & sic, ꝙ conditio purificata trahatur retro ad tempus stipulationis, & sic partes vidẽtur posse inducere fictionem translatiuam de tp̃e ad tempus, vt obligatio, quæ verè fuit commissa, nunc tempore purificatæ conditionis trahatur retro, & videatur commissa tp̃e promissionis factæ, quod est notandum ad ea, quę tradit Bart. in l. si is qui pro emptore. ff de vsuc. pertim in q. 1. prin. & latius. in 5. q. prin. ¶ In

2 quib. locis videtur concludere Bar. † ꝙ homo non possit de per se inducere fictionem, sed bene cum auctoritate legis, prout etiam contingit hic, & pondera, ꝙ istud prouenit in hoc text. eo quia in promissione fuit dictum ex hac die. idem si dictum

fuiſſet ex nunc,vel prout ex tunc, iuxta glo.in l.1. C.de codi.& in clem.1.de conceſ.præb. Ioan.And. in c.præterea requiſiti. de appel.vel per ſimilia verba.l.lecta.in fin.ff.ſi cert. peta. ita dicunt Bart.& Imo.hic,& in d.l.huiuſmodi. ſecunda.ſ.eod.ſecus ſi dictum fuiſſet ex illa die, quia videretur tunc eſſe mens partium, ꝙ dies conditionis attendatur. Tu dic melius,quòd iſtud in hac l.& d.l. huiuſmodi. fuit non ſolùm propter dictionem ex hac die, ſed etiam propter dictionem tunc, quia fuit dictum tunc ex hac die, & dictio tunc,cum dictione ex hac die,reſpicit retro ad tempus interpoſitæ ſtipulationis, & iſta eſt veritas ad vtrunque text. ¶Adde tamen pro limitatione illud,quod not. decidit alibi Barto.in quęſt.quã dicit ſibi de facto contigiſſe,in d.l.ſi is,qui pro emptore.in pen.char.in verſic.ſecundo ad aliud
3 mihi de facto contingens.vbi quærit, pone teſtator legauit † Titio talem fundum ſub conditione, & adiecit iſta verba, ſi talis conditio extiterit,ex nunc lego Titio illum fundum. ille Titius pendente conditione mortuus eſt, poſteà conditio extitit, hæres Titij petijt legatum fundi, certè ſi in teſtamento non eſſent illa verba,ſi talis conditio extiterit,ex nunc lego Titio, nõ eſſet dubium aliquod, quòd hæres Titij nihil deberet habere, quia legatum conditionale non tranſmittitur ad hæredes legatarij. §.ex conditionali.inſti.de verbo.oblig.ſed propter illa verba videtur, quòd retrotrahatur, & habeatur perinde, ac ſi ceſſiſſet dies à tempore mortis teſtatoris, & ſic legatario viuo, & conſequenter debeatur hæredibus legatarij,vt eſt bonum argu.hic, & in d.l.huiuſmodi.ſecunda. ſ.eod.& in d.l.lecta.ad fin.ff.ſi cert. peta. Contrarium determinat ibidem not.Bart.quia cùm nunc legatarius ſit mortuus,quia euenit conditio,& ſic vltimum extremum à quo ſit inhabile, certè fictio illa procedere non poteſt,vt ibi plenius per eum.An illa deciſio Bar.ſit vera,licèt nemo ibi aliquid dicat, ego ibidem plenè examinaui.ad ibi dicta me remitto,& inter cætera tenui vnum, quod eſt propoſitum noſtrum,quòd iſto caſu mortuo legatario conditio non trahatur retro,quo ad tranſmittendum legatum conditionale ad hęredes legatarij.contra d.§.ex conditionali.cum gl.ſed quòd illa verba ex nunc lego Titio fundum,operentur, quòd ſi viuo Titio conditio extiterit, ex nunc teſtator vult, quòd habeat fructus,& commoditatem medij temporis ex fundo legato,& ſic trahatur retro, vt ex nunc habeat emolumentum fundi legati,
4 vt hoc tex.cum concord.ſupra alleg. ¶†Secundò pondera tex. ibi poſt triennium,qui videtur probare,quòd in contractibus ſi promittatur aliquid annuum, non poſſit peti niſi in fi.temporis,
* cuius contrarium tenent Bart. *& magis communiter Doct.* in l.qui hoc anno.ſupra eod.& in l.1. C. quando dies leg. ced. vnde expone iſtum text.poſt triennium, ſcilicet cœptum ſecundum
5 Imo.& do.Alex.hic.¶ † Tertiò not.ex iſto text.diligenter,quòd licèt in ſtipulatione,& ſic in cõtractibus conditio caſualis ſemper trahatur retro ad diem celebrati contractus,& perinde habeatur, ac ſi contractus fuiſſet à principio purè celebratus, etiã ſi hoc non fuerit expreſsè actum, vt l.potior.l. qui balneum.ff. qui po.in pig.habe.& l. neceſſario.§.ſi pendente. ff.de peri.& cõ. rei vend.& l.ſub conditione.ff.de ſol.latè Bart.in d.l.ſi is qui pro emptore. eo quia in ſtipulatione ſimplici vnius rei vel quantitatis,non grauatur in aliquo promiſſor per hoc,quòd conditio trahitur retro, cùm ſemel tantum ſoluere habeat, & melior in hoc efficiatur conditio ſtipulatoris,vt ſic poſſit pręferri alijs creditoribus,vt in iuribus præalleg. tamen ſecus eſt in ſtipulatione annua,& ſic multiplicabili, in qua eſſet grauamen promiſſoris, ſi conditio traheretur retro, cùm haberet plures ſolutiones facere pro ſing.annis præteritis,vnde non trahitur tunc retro, niſi hoc fuerit expreſsè actum,vt hic,& d.l.huiuſmodi.ſecunda.ſupra eod.& in hoc conſiſtit vis,& medulla iſtarum legum.¶Capio glo.in verſi.dena. quam diuide in tres partes. In prima remouet vnum contrarium. In ſecunda alleg.duas concord.& prima declarat text. nam videtur eſſe quædam præpoſteratio prius deberi,quàm conditionem exiſtere.tamen intellige,quòd non debeatur interim, ſed quòd conditione exiſtente debeatur vt ex retro.l.præpoſteri.C.de teſt. alleg.in glo. In tertia glo. oppo.& de ſolutione ſe remittit. Secunda ibi,& facit.C.de teſt.
6 Tertia & vltim.eſt ibi,ſed contra ſupra de vſu.¶ † In eadem gl. ibi,dena, ideſt decem, & ſic impropriè loquutus eſt Iuriſconſultus ſecundum glo.quod nullatenus eſt ferendum. dic ergo melius ſecundum Barto. & Imo. quod quando dena adijcitur præſtationi annuæ,intelligitur de decem ſingulis annis, vt hic. Aliàs intelligeretur de bis decem,& ſic viginti.l.ſi quis teſtamẽto.ff.de lega.1.de quá l.gl.voluit opponere. de quo vltimo vide per Bar.& alios in l.ſtipulatio iſta.§.cum qui.vbi.dixi ſupra eod. licèt Aret.hic ponat.¶In fi.gl.dic,ꝙ in d.l.cùm quidam.in prin. excederetur legitimus modus vſurarum, ſi ſoluerentur vſuræ maiores,& etiam minores,quod non eſt hic ſecundum gl.in d. l.huiuſmodi.ſecunda.vbi dixi.ſ.eod.

S V M M A R I V M.

1 *Qui promittit ſeparatim proprietatem de per ſe, & poſteà vſumfructum,tradendo vſumfructum liberatur à promiſſione ipſius vſuſfr.& licèt poſteà ad eundem reuertatur,vſuſfr.non reincidit amplius in eandem obligationem, ſed tenetur tantum ad nudam proprietatem, ſecus ſi fundum promiſit pleno iure, & nu.2.*

3 *Per ſolutionem partis integralis non inducitur liberatio in aliquo.*

4 *Vſuſfructus formalis extinguitur multis modis.*

5 *Hæc verba pleno iure,quid importent.*

6 *Si Papa donat aliquam rem pleno iure, intelligitur donare in ſpiritualibus,& temporalibus.*

7 *Ille dicitur poſſidere pleno iure, qui poſſidet vt dominus.*

8 *Fundi appellatione venit proprietas,& vſuſfruct.ideo qui promiſit fundum ſimpliciter,intelligitur promiſiſſe proprietatem,& vſumfructum. num.9.*

10 *Vſuſfr.formalis ſeparatus à proprietate, eſt alterius qualitatis, quàm iunctus cum proprietate.*

11 *Difficultas excuſat à mora, ſi eſt obligatio dandi ſpeciem.*

1 §. Titius. † Qui promiſit vſumfr. & proprietatem ſeparatim, ſoluendo ſolùm vſumfructum ab eo liberatur, ſecus in eo, qui plenam proprietatem promiſit. hoc dicit,& eſt caſus ſecundum Pau.de Caſt.pulcher, & valde not.ſed eſt ſubtilis, & aliqualiter difficilis. ¶Diuiditur in duas partes, prout ſunt duæ ſtipulationes ſeorſum, & ſeparatim factæ, vna ſuper vſufructu, alia ſuper proprietate nuda. vnde ex diuerſis ſtipulationibus non fit vnum totum. In ſecundo caſu erat vna ſtipulatio, quia ꝓmiſit fundum pleno iure, & ſic proprietatem cum vſufructu, tunc ex illa ſtipulatione fundum pleno iure dari, fit vnum integrale, & tunc ſolutio vſuſfruct.non perimit partem ſtipulationis.Item aduerte,ꝙ ſunt quatuor differentiæ inter primum,& ſecundum caſum, quia in primo caſu ſunt duæ ſtipulationes. In ſecundo vna,item in primo caſu minus eſt in duab.ſtipulationibus ſeparatim factis, quàm ſit in vna ſimultanea.Tertia differentia,quia minus eſt in vſufructu, qui ſeparatim promittitur, quàm in eo qui promittitur ſimul cum proprietate,vt dicit tex. Quarta differentia, quia quando ſunt duæ ſtipulationes,ſi ſoluatur ſolùm vſuſfru. liberatur promiſſor ab eo. Sed in ſecundo caſu ſoluendo vſumfructum ſo-
2 ſolùm,non liberatur in aliquo.¶†Not.1.ex iſto text.ꝙ qui promittit ſeparatim proprietatem de per ſe, & poſtea vſum fr.tradendo vſumfructum liberatur à promiſſione ipſius vſuſfr. & licèt poſteà ad eundem reuertatur vſuſfru.non reincidit amplius in eandem obligationem, ſed tenetur tantum ad nudam proprietatem.¶ Ex quo correlariè inferuntur duo ex tex.¶Primò, ꝙ ſi vſuſfr.formalis redeat ad proprietatem debitam creditori, non tñ ille vſuſfructus debetur amplius creditori agenti, quod Bal.hic reputat eſſe mirũ in hoc tex. ¶Secundò infertur ex iſto text.ꝙ iſte, qui ſemel ſoluit id,quod erat in obligatione, remanet perpetuò liberatus, quamuis illud, qđ fuit ſolutum aliquo caſu ex natura ſua reuertatur ad illum,qui ſoluit.Et ad hoc iſte text.eſt ſemper tenendus menti ſecundum Are. hic in 2.not.& quæ ſit ratio fundamentalis iſtius notabilis, dicetur in glo. quæ hoc tangit.¶Secundò no.ex ſecunda deciſione text.ꝙ promittens fundum pleno iure, & ſic proprietatẽ cum vſufructu, ſoluendo ſolùm vſumfructum nõ liberatur in aliquo, vnde ſi poſteà ad ipſum ſoluentem reuertatur,tenebitur ad vtrunque, &
3 ſic ad proprietatem,& vſumfructum.¶ † Et ſic correlariè not. tex.ꝙ per ſolutionem partis integralis non inducitur liberatio in aliquo, ſecus in primo caſu, vbi non eſt vna ſtipulatio integralis,ſed ſunt diuerſæ.Item in ſecundo caſu ſoluitur aliud quã debebatur,quia debebatur vſuſfru. cauſalis, & ſoluitur formalis,vt hic in glo.vbi declarabitur.¶Limita no.iſtum text.procedere in eo, qui primo ſoluit vſumfructum, cùm promiſiſſet fundum pleno iure: nam non liberatur in aliquo, vt hoc text. qui propriè ſic loquitur. ſecus ſi primo ſoluiſſet proprietatem nudam, & tunc bene liberaretur ab ea, & ſic in parte promiſſionis, ratio diuerſitatis eſt, quia qui ſoluit vſumfructum ſine proprietate,ſoluit formalem, cùm teneretur ad cauſalem,qui
4 eſt firmior. † Et vſuſfructus formalis,quem ſoluit,eſt fragilis,& de facili extinguitur multis modis, ſcilicet tempore. Item per mortem.Item per capi.dimi.l.corruptionem. C.de vſufruct.& §.finitur.inſti.eod.de vſufruc.ſecus eſt in proprietate.ita limitat iſtum tex.ſubtilis Raph.Cuma.in l.eum qui ita §. ſi à te.qui eſt. §.pen.ſ.eo.Et ſimpliciter idem Rapha.Cuma.hic,ſed iſta limitatio non eſt vera nec tenenda, & contra eam facit iſte text.in fin. ibi, [niſi pleno iure fundum effecerit ſtipulatoris, in nulla parte obligationis exoneratur.] ſed quãdo primò ſoluit ꝓprietatem nudam, non fecit fundum pleno iure ſtipulatoris, ergo in nulla parte liberatur ab obligatione, eſt text. ſatis apertus contra hanc limitationem. Item contra eam facit bona ratio,

&

& fundamentalis. nam præstatio proprietatis nudæ non affert tantam vtilitatem in parte respectu partis, quantam totum respectu totius, ergo non debet induci liberatio in aliquo, prout regula Iurisconsulti in l. in executione. in princ. & §. 1. s. eo. quia habens proprietatem nudam fundi, non ita inuenier coductorem proprietatis nudæ, sicut ille qui habet etiam vsumfructū. & ita etiam tenent Bar. *& communiter alij*, præsertim do. Alex. in d. l. eum qui ita. §. pen. & Bart. in l. stipulationes non diuiduntur.
5 in 2. q. s. eo. & d. Alex. hic ad fin. ¶† Tertiò pondera text. ibi, pleno iure, quid important ista verba pleno iure. [a] nam continent simul connexos vsumfructum, & proprietatem, secūdum Bal. hic, & significant totale ius in re, secundum Are. alij nihil tangunt. Adde text. in l. mater. in verbo pleno iure. C. ad Tertul. & ibi Bal. ad hoc not. verbum pleno iure, vt intelligatur quantum ad proprietatem, & vsumfructum. Item pleno iure intelligitur idest integrè, & sine vlla diminutione, secundum Bal. in consi. 292. 4. vol. quod incip. thema integrale præsupponendum est. circa fin. Item ista verba pleno iure important intentatum nō solùm petitorium, sed etiam possessorium, text. est in c. querelam. & ibi in specie no. Inno. in verbo pleno iure. de elec. & cap. cùm & plantare. §. in Ecclesijs. de priui. & l. Iulianus lib. 6. Digestorum scribit, si hominem. §. fin. in verbo plenum ius. & quod ibi no. Bal. & Ang. ff. de rei vendi. & in specie. d. Alex in consi. 85.
6 5. vol. quod incipit excellentissimi Iurisco. in prin. † Item quando Papa subijcit Ecclesiam, vel donat aliquam rem pleno iure, intelligitur donare in spiritualibus, & temporalibus, ita not. do. Abb. in c. cum inter. in 2. col. per glo. primam ibi. de re iudi. & est glos. in c. conquestus. in glo. 1. & ibi plenè do. Abb. de foro compe. Item dicit d. Abb. in d. c. cùm inter. in 3. col. in fin. quòd quando Papa concessit alicui Ecclesiam pleno iure, intelligitur concessisse omne ius episcopale, nihil Episcopo reseruato. item si ista verba apponantur in contractu, quòd talia bona spectet ad talem pleno iure, intelligitur remitti ius hypothecæ competens in illis bonis, ita no. tenet do. Alex. in consi. 207. quod incip. viso summario. in 1. & 2. col. in 3. volum. Item ista verba pleno iure intelliguntur, idest iure directo, & sic substitutio dicitur esse directa. ita no. Bal. in Auth. hæc vsus. per illum tex. in verbo pleno iure. C. de sacrosan eccle. Bart. not. in consi. 15. incip. pater habens filium impuberem. ad fi. Ange. vbi ad hoc plura alleg. in consi. 125. incip. hoc est testamentum. Pet. in vlt. colum. Bald. & Ang. in d. l. Iulianus. lib. 6. Digestorum scribit si hominem. §. fin. Are. in l. Centurio. in pen. col. ff. de vulg. & pupil. & in cons. 156. quod incip. diligenter visis testamento, & codicillis. in 9. col.
7 † Item ille dicitur possidere pleno iure, qui possidet vt dominus. l. 1. C. de reuo. dona. facit l. raptores. §. si autem diaconissa. & quod ibi not. Bald. C. de Episco. & cler. item plena proprietas intelligitur, quādo quis habet proprietatem, & vsumfructum, & ius alienandi tanquam rem propriam. ita not. Bal. in l. fœminæ. §. illud. per illum tex. C. de secun. nup. & subdit non esse tex. in iure, qui ita plenè exponat illa verba plena proprietas. sed tu caue, quòd res, quam non possum alienare, dicitur tamen pleno iure esse mea, quia posse alienare non est de diffinitione dominij, secundum eundem Bald. in l. voluntas. in vlti. colum. C. de fideicommis. quod vltimum aliter nō examino nunc. ¶ De plenissimo autem dominio in superlatiuo facit mētionem tex. in l. vnica. C. de nudo iure Quiritum tol. & ibi dicit Bald. quòd istud vocabulum rarò alibi inuenies. ¶ Sed aduerte pro intellectu istius text. quòd ista verba pleno iure, videntur esse superflua, quia promittendo simpliciter fundum, intelligitur promittere & proprietatem, & vsumfructum, & sic pleno iure absque
8 eo, quod adijciat ista verba pleno iure, † quia appellatione fundi vtrunque venit. l. si alij. ff. de vsu & vsufru. leg. & l. qui vsumfructum. s. eo. Nam ex proprietate, & vsufructu, quæ sunt partes integrales, fundus constituitur, vt not. glo. in l. rectè dicimus. in princ. ff. de verbo. signific. Bart. in d. l. qui vsumfructum. supra eod. & in l. per iusiurandum. §. illud. ff. de accep. & istam oppo. nemo tangit. Nisi dicas, quòd fuerunt verba contrahentium, ad maiorem animi expressionem. nam quæ dubitationis tollendæ causa contractib. inferuntur, ius commune non lædunt, vt dicit tex. in l. qui mutuam. in princ. ff. mand. & in l. quæ dubitationis. ff. de regul. iur. vnde in contractibus, in instrumentis, in priuilegijs, & in rescriptis nō possunt nimis specificari specificanda, ad tollendam malignorum sophisticam interpretationem, ita dicit egregiè Host. in c. nimis iniqua. circa fin. de exces. præla. & ibidem etiam referunt Ioan. And. & dom. Anto. de
9 Bur. † Dic melius, quòd qui promisit fundum simpliciter, bene intelligitur promittere proprietatem, & vsumfruct. ex quibus duobus constat fundus, vt iuribus præalleg. sed non intelligitur promittere pleno iure, nisi hoc exprimat, vt hic, & tunc tenetur fundum pleno iure facere stipulatoris, aliàs in nihilo liberaretur, etiam si solueret solùm vsumfructum formalem stipulatore voluntariè recipiente, cùm pleno iure, & sic simul, & connexè vtrunque præstare debeat. ita propriè loquitur text. hic, qui in hoc redditur singu. vt dicam statim. j. in glo. ¶ Capio glo. fi. in verbo hic in nulla. quam diuide in duas partes. In prima declarat text. In secunda oppo. & dupliciter soluit. Secunda est ibi, sed nonne. ¶ In ead. glo. ibi, sed dic, quòd hic causalis non est pars. Adde, quia non est separatus à proprietate, sed est cum ea concretus, & sic non est pars quotitatiua, puta dimidia, tertia, vel quarta, sed est quædam vtilitas ipsi rei inhærens, tamen bene est pars integralis, quia ex proprietate, & vsufructu integratur fundus, vt dixi supra in tex. in vlti. num. vnde melior est sequens solutio glo. quòd hic non soluit vsumfructum causalem, quem debebat, sed formalem, ad quem non erat obligatus, nam qui promisit fundum pleno iure, promisit vsumfructum vt causalem, & sic iunctum cum proprietate. vnde si eū separat, facit formalem, & sic non soluit, quod promiserat. secus est in primo casu huius tex. quando promisit proprietatem nudam de per se, & sic vsumfructum de per se, quia promisit vt formalem, & talem tradidit, ideo ab illa obligatione libera-
10 tur. † Item vsusfructus formalis separatus à proprietate est alterius qualitatis, quàm iunctus cum ea, quia finitur morte, & capi dimi. quod non est in vsufructu causali iuncto cum proprietate. Item secus est in solutione partis quotitatiuæ, puta dimidiæ, vel tertiæ, vel quartæ. nam si debeo decē, & soluo quinque, vel si debeo Stichum, aut fundum, & soluo dimidiam partem Stichi, vel fundi, ab illa parte soluta bene liberor, vt l. si stipulatus sum. §. qui decem. j. de solu. alleg. in glo. pro contraria. Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. in 2. quæstio. supra eod. ratio, quia obligatio fundi bene est diuidua per quotas d. §. qui decem. sed non est diuidua in proprietatem, & vsumfructum, vt hoc tex. & l. eum qui ita. §. pen. supra eod. quia pars integralis, puta proprietas nuda de per se non affert tantam vtilitatem in parte respectu partis, quantam in toto respectu totius. Ideo non inducitur liberatio in aliquo. l. in executione. in princip. & §. pro parte. supra eod. & dixi supra in text. in secundo not. dixi etiam in l. 2. §. 1. supra eo. & declarat etiam Bart. in d. l. cum qui ita. §. penul. ¶ Quid autem petetur isto secundo casu tex. quando promissor est liberatus in aliquo, soluendo solùm vsumfructum, dic, ꝙ petetur totum, si vsusfruct. est peremptus, sed durante vsufru. petetur solùm proprietas, quia non debet peti nisi illud, quod restat soluendum quousque illud, quod est solutū, est penes agentem, licèt soluens interim non fuerit ab illo liberatus, vt not. in l. si non sortem. §. pen. ff. de condi. indeb. ita concludunt Bart. & *communiter Scriben.* in d. l. eum qui ita. §. pen. vbi dixi. Bar. & Imo. & Pau. de Cast. hic. dixi etiam in l. qui vsumfr. in 3 no. s. eo. ¶ Extra glo. restat leuis difficultas contra text. nam mirum videtur secundum Imo. ꝙ in secūdo casu istius tex. qui promisit fundum pleno iure, & soluit vsumfru. formalem pro causali, qui posteà fuit perditus nō vtendo, non liberetur, cùm illud soluerit volenti, & acceptanti stipulatori, & aliud pro alio potest solui creditori volenti, licèt non inuito, vt l. 2. §. 1. cum vulgarib. ff. si cert. peta. & respondet dupliciter. Primo, ꝙ si promissor habebat proprietatem penes se, non potest imputari stipulatori culpa, ex qua sentit lucrum vsusfruc. ad proprietatem reuersi l. cùm in fundo. §. ꝙ si mulier. ff. de iur. dot. vnde si promissor dicat, tu amisisti vsumfr. culpa tua non vtendo, replicabit stipulator, hanc culpam non potes mihi objicere, quia de ea lucrum sentis, quoniam vsusfr. per me perditus est tibi acquisitus. si verò proprietas erat alienata, ad quem reuersus est ille vsusfru. tunc etiam non videtur promissor posse imputare dictam culpam stipulatori, quia etiam ipse promissor fuit in culpa, non soluendo illud, quod debuit, & sic non soluendo plenam proprietatem, ꝙ si fecisset, non perijsset vsusfruct. non vtendo. hæc difficultas præstationis rei alienæ in hoc ipsum excusat. l. continuus. §. illud. infra eod. titul. & sic culpa compensatur. l. si ambo. ff. de compen. & l. viro atque vxore. ff. solu. matrimonio. ¶ Secundo modo respondet Ioan. de Imol. quòd non est verum assumptum, quòd stipulator fuerit contentus vsufru. formali, quamuis videatur illum sponte, & voluntariè recepisse, quia imò videtur potius recepisse, sperans posteà solutionem fieri debere durante vsufru. prout debebat, sicut dicimus in eo, qui debet hominem in genere, & soluit partem vnius hominis in specie creditori voluntariè recipienti, non per hoc liberatur in aliquo, nisi soluat aliam partem eiusdem hominis. l. 2. §. & harum.

ADDITIO.

a ¶ Pleno iure. Adde, quæ idem Ias. scribit in l. huiusmodi. §. ædes. ff. de legat. 1. Rom. consi. 79. Guid. Pap. q. 537. Pract. Pap. for. libe. Act. confessor. vers. pleno iure, vbi, dixi, & dic, ꝙ verbum pleno iure, continet etiam commodum fructuum, teste Dilect. de arte test. tit. 4. cautela. 4. MASVER.

harum.s̃.eod.& l.si non sortem.§. si decem. ff.de condi.indebit. vnde si posteà non fiat solutio hic, vt debet, non liberatur in aliquo, & cum vtraque solutione Imol.transit simpliciter do. Alex.functus nudo officio simplicis relatoris, sed subtilis Aret. hic reprobat primam sol.Imo.& adhæret secūdæ, eo quia tex. hic non se fundat in aliqua culpa vel in aliquo lucro, qđ quis sentiat ratione culpæ, sed quia debitor soluendo vsumfru. non fuit in aliquo liberatus ab obligatione. istud etiam patet ex responso præcedenti, in quo licèt etiam possit dari aliqua culpa promissori, quia non soluit proprietatem antequam vsusfr. nō vtendo perderetur, item promissor ex culpa stipulatoris lucrū sentit, tamen potest repellere petentem vsumfr. quia à prin.debitor soluens non fuit liberatus.¶ Præterea secundum eum ista responsio Imo.restringit text.ad casum solùm positum in text. quando vsusfr. fuisset amissus non vtendo, ergo vbi vsusfruc. fuisset amissus sine culpa, puta capitis dimi.sequeretur, ꝙ debitor remaneret liberatus, quod manifestè contradicit rationi positæ in tex.quia ex quo non fuit in aliquo sublata obligatio per solutionem, ergo adhuc potest agi ad id, quod est in obligatione.¶ Vltra Are.tu impugna primam sol.Imo.in alio, dum vult, ꝙ etiam quando proprietas erat aliena, adhuc promissor dicatur fuisse in culpa, non soluendo plenum fundum, & sic proprietatem, prout debuerat, quia difficultas redēptionis in hoc
11 eum non excusat per l.continuus.§.illud.j̃.eo.¶† Tu dic, quòd imò difficultas excusat à mora, si est obligatio dandi speciem, prout tenet Bart.in l.quod te.in pen.col.ad fin.ff.si cert.pet.per illum tex.& l.cùm seruus.& l.cùm res.in princ.ff.de leg. 1.& videbimus in d.l.continuus.§.illud.j̃.eod. vnde teneas secundam sol.Imo.quam etiam tenent d.Alex.Are.& d. Pet.de Bexu. hic, quia receptio vsusfru.formalis non fuit facta, eo quia recipiens eo solo vellet esse ꝯtentus, sed quia sperabat solutionem proprietatis debere fieri durante vsufructu, prout debebat, vnde cùm non sit sibi solutum debitum, nec pars eius, non potest sequi liberatio in aliquo, vt in text. ¶ Hinc subdit Aret.quòd hic est casus singu.in quo probatur, quòd vna res non potest solui pro altera ex voluntate creditoris, quando subrogatur loco rei, quæ sola non poterat solui.vt hic, vbi fundus debet solui pleno iure, vt in litera.Adde tamen circa hoc tex.in d.l.eum qui ita.§. penult.s̃.eod.iuncta glo.pen.

SVMMARIVM.

1 *Per liberam personam non subiectam non quæritur actio, nec obligatio ex stipulatione, sed ex numeratione sic, & infra nu.18.*

2 *Subscribens scripturam scriptam manu alterius, censetur omnia in eo contenta approbare. limita vt infra nu.11. & 12.*

3 *Sola subscriptio Principis idem operatur, quòd epistola sua, ac si totam epistolam scripsisset.*

4 *Paria sunt, vel quòd notarius rogatus de instrumento sumat ipse exemplum suo originali, vel alius exemplificet, & ipse se subscribat.*

5 *Subscribens censetur totum scripsisse per fictionem.*

6 *Scriptura dicitur alicuius, quando ille non scribit propria manu, sed alius de eius mandato.*

7 *Dictio velut, importat fictionem.*

8 *Sufficit generalis subscriptio, & non requiritur specialis, dato, quòd aliqua, quæ continentur in scriptura, sint contra scribentem.*

9 *Idem operatur genus in suo genere, quantum species in sua specie.*

10 *Sufficit vna subscriptio ad auctorizandum mille contractus præcedentes.*

13 *Qui se subscribit in schedula vacua, non probat, quæ posteà in ea scribentur.*

14 *An in dubio præsumatur subscribens habuisse notitiam omnium contentorum in scriptura, quam subscripsit.*

15 *Subscriptiones iudicum non habent vim sententiarum.*

16 *Qui confitetur se habuisse, & recepisse mille, quæ per stipulationem promittit reddere, licèt sint verba præteriti plusquàm perfecti, tamen intelligitur, quòd acceperit tunc tempore factæ confessionis, & promissionis.*

17 *Si maritus confitetur se habuisse, & recepisse à patre, vel extraneo mille nomine dotis, quæ promittit reddere ipsi dotanti, acquiritur ei actio, tanquàm tunc temporis receperit.*

19 *Ex numeratione pecuniæ facta nomine tertij absentis, & ignorantis, quæritur illi tertio actio, etiam si pecunia fuerit aliena, quod procedit in omni contractu de mundo.nu.22.*

20 *Per actus ciuiles alteri per alterum quæri non potest.*

21 *Possessio per actus naturales alteri per alterum quæri potest.*

23 *Per actum ciuilem stipulationis alteri quæri non potest, sed bene per actum naturalem numerationis.*

24 *In mutuo verò, & naturali, quod contrahitur mediante naturali numeratione, quæritur tertio absenti obligatio & actio, secus est in mutuo ciuili.*

25 *Etiam libertus non potest stipulari patrono suo.*

26 *Vassallus non quærit domino, nec ciuis ciuitati suæ.*

27 *Quis honoratur in memoriam præcedentis dignitatis.*

28 *Quando verba obligationis sunt impersonaliter concepta, & verba executiua sunt collata in personam alicuius tertij, intelliguntur etiam verba obligatiua collata in personam eiusdem.*

29 *Ei, qui inutiliter est appositus ad obligationem, non potest etiam fieri solutio, vt simpliciter adiecto.*

30 *Quando post numerationem sequitur stipulatio valida incontinenti ante, vel post, non oritur actio ex numeratione, sed ex stipulatione.*

31 *Minus vitiat inepta expressio, quàm omissio.*

32 *Omnis impropriatio debet fieri, vt libellus sustineatur.*

33 *Si causa est commissa, vt cognoscatur de æquitate, vel sola veritate inspecta, ille, cui est facta commissio, potest procedere ad condemnationem, qnamuis in petitione deducta fuerit vna causa, & in processu fuerit probata non illa, sed alia, quæ in se est legitima.*

34 *Licèt stipulatio principalis de sorte fuerit personaliter relata ad certam personam, tamen si stipulatio pœnalis vsurarum fuerit impersonaliter concepta, non videtur relata ad eandem personam, ad quam principalis erat relata.*

35 *Clausula in fine apposita, non refertur ad illa capitula præcedentia, quæ ex tali relatione fieret inualida.*

36 *Si aliquis cœperit agere in iudicio procuratorio nomine Titij, licèt posteà in seq.non repetat illa verba procuratorio nomine, tamen illa qualitas procuratorio nomine, censetur esse repetita.*

37 *Si contractus habet plures particulas, & in vna fiat mentio officij, qualificando ipsam obligationem, licèt posteà in alijs particulis contrahentes simpliciter loquantur, tamen contractus intelligitur eodem modo qualificatus.*

38 *Quando ratio est expressa in l.corrigente, non dicitur fieri extensio.*

39 *Per hypothecam non augmentatur obligatio principalis.*

40 *Persona extrinsecus nunquam intelligitur in stipulationibus, & numero 41.*

42 *Responsio simplex intelligitur secundum interrogationem præcedentem.*

43 *An valeat instrumentum tabellionis, si non apposuit suum signum.*

44 *Si extraneus dat dotem pro muliere, & si non stipulatur sibi reddi, acquirit mulieri actionem de dote.*

45 *Quando fit mentio nominis officij, licèt non dicatur, quòd nomine officij fiat actus, tamen in dubio videtur fieri nomine officij, de quo fit mentio.*

46 *Procurator in actu naturali numerationis, vel apprehensionis dicitur præstare nudum ministerium.*

47 *An confessio facta in contractu inutili valeat, & probet.*

48 *Si non valet contractus principalis, non valent accessoria in eo apposita.*

49 *In indiuiduis, & inseparabilibus vtile per inutile vitiatur.*

50 *An & quando tempus, & conditio, vel alia qualitas adiecta in præcedenti, intelligatur repetita in sequenti in eadem oratione, vel diuersis.*

51 *Conuentio pignoris interposita super sorte, videtur etiam repetita super vsuris.*

52 *Offendens fratrem inimici sui, cum quo fecerat pacem, & promisserat eum non offendere sub pœna, non incidit in pœnam, quia persona fratris non intelligitur nisi exprimatur.*

53 *In his, in quibus consideramus animi effectum, & iniuriam, tunc offenso vno de domo, censentur cæteri offensi.*

54 *Quando Legislator format.q.& ei clarè non respondet, censetur respondere affirmatiuè.*

55 *Relatiuum, qui, positum sine copula, stat restrictiuè.*

§.Chrysogonus. Iste §. secundum Pau. de Cas.est famosus, pulcher, & sing. & secundum do. Pet. de Bexu. fraternizat in prolixitate cum §.Callimachus.l.qui Romæ. supra eod.vt nec in vna linea differat, sed differt in vtilitate, quia plura vtilia tanguntur hic,
1 quàm ibi.Hoc intendit.† Per liberam personam nostro iuri nō subiectam non quæritur nobis actio ex stipulatione, sed bene ex numeratione nostro nomine facta, & stipulatio inutilis non impedit actionem oriri ex numeratione valida, licèt si stipulatio esset vtilis, bene impediret, & qui stipulatur impersonaliter, censetur stipulatus sibi, & non alteri, quia nunquam intelligitur etiam eadem persona extrinsecus repetita, præsertim quæ haberet vitiare stipulationem, licèt aliquando intelligatur repetitum tempus, & conditio. hoc dicit totus iste solennis §. nihil substantiale omittendo. ¶ Diuide, & subdiuide istum §. vt hic per Barto.quem sequuntur Imo.domin.Alex.& Are.vel sic diuide tu istum. §. in quatuor partes prin. In prima ponitur thema continens conceptionē stipulationis principalis de sorte, & stipulationis vsurarum, ex quo themate posteà inferius

eliciuntur

eliciuntur tres quæſtiones.ſ.circa ſtipulationem,circa numera-
tionem,& circa vſuras.& ad quamlibet quæſtionem.j̃. per or-
dinem reſpondet præmiſſis duab. regulis,ponendo in qualibet
earum rationem dubitandi.licèt gl. dicat, ꝙ in prima non po-
nat, quia modicum dubitationis habet, ſed contrarium patet
ex tex.& j̃.ſubijciam. ¶In 2. determinat primam quæſtionem
de ſtipulatione principali ſortis,ꝙ non valeat, quia per actum
ciuilem ſtipulationis alteri quæri non poteſt, licèt per actum
naturalem numerationis bene poſſet, & ſic per ſtipulationem
liberti non acquiritur patrono,cui ſtipulatus eſt, quia ſtipula-
tio eſt nulla,adeo ꝙ nec ipſi patrono ſolui poſſet, cùm non ſit
ad hoc adiectus.ſ.ad ſolutionem recipiendam, & cum nõ va-
leat principalis obligatio, non valet ſolutio veniens in ꝯſeq̃uẽtiam.
¶In 3.determinat ſecũdam prin. q.de numeratione, ꝙ ex quo
facta eſt nomine patroni, oritur obligatio, & actio perſonalis
patrono ex ꝯtractu naturali numerationis, vt dictum eſt in præ-
ced. parte, quamuis ſtipulatio inualida ſequuta ſit numeratio-
nem,& non acquiritur ipſi liberto numeranti, ſi autem ſtipula
tio valeret, non oriretur actio ex numeratione, ſed ex ſola ſti-
pulatione. ¶In 4.& vlti. ponitur determinatio tertiæ prin. q. de
ſtipulatione pœnali vſurarum, cui acquiratur, & determinat,
ꝙ cùm fuerit imperſonaliter concepta,acquiritur ſoli liberto,
& non patrono,cui fuerat ſortem principalem ſtipulatus,licèt
videretur malignè interpretando, ꝙ tanquam acceſſoria debe
ret ſequi naturam ſui principalis,vt l.cùm principalis.ff.de reg.
iur.nam licèt interdum tempus,& conditio appoſita in præce.
intelligantur repetita in ſeq. tñ perſona alterius quamuis ſupe-
rius nominata fuerit, nunquam intelligitur in ſeq.repetita,niſi
fuerit expreſſa.& iſtam reg.tradit tex.hic & nõ alibi, præſertim
quia ſi perſona patroni intelligeretur repetita in iſta ſecunda ſti
pulatione pœnali,ex hoc vitiaretur ſtipulatio,vt ſ. in 1.caſu.&
ſic breuiter primò ponitur thema, ſecundò deciſio quæſtionis
circa ſtipulationem principalẽ. tertiò deciſio alterius, quæſtio-
nis circa numerationem.quartò & vlt.deci.alterius quæſtionis
circa ſtipulationem vſurarum.Secunda ibi,reſpondi per liberã
perſonam.Tertia ibi,ſupereſt, vt quæramus. Quarta & vlt.eſt
ibi, ſequens ſtipulatio. ¶In ſecunda parte ibi, cui principaliter
obligatio quærebatur.i. intendebatur acquiri ex intentione ꝯtra-
hentium,ſed non ex iuris diſpoſitione. ¶In tertia parte ibi,ipſe
qui ꝯtraxit. poteſt intelligi ipſe.ſ.libertus, vel & melius ipſo.ſ.pa-
trono mediante numeratione facta per libertum noĩe ipſius
patroni. ¶In ea. parte ibi,receſſum eſſe à naturali obligatione.
dic & etiam ciuili.Sed ideo hic appellat naturalem, quia ex na
turali actu numerationis deſcendit, non vt excludat ciuilem.
¶Not.1.ex tex.ibi, coram ſubſcribente,ſm Ange.Imo.Pau.de
2 Caſt.d.Alex.& Are.† ꝙ ſubſcribentes [a] ſcripturam ſcriptã ma-
a nu alterius, cenſentur omnia in ea contenta approbare, & ſic
ſibi præiudicant. Ego autem puto ꝯ Ang. & Scrib.præalleg. ꝙ
iſte tex.nullatenus probet iſtud no. Quia in iſto tex.vltra ſubſcri
ptionem tria alia interuenerunt.Primò quia talis ſcriptura fuit
ſcripta præſente eo,qui ſubſcripſit,vt expreſsè dicit tex.ibi,ſcri-
pſi coram ſubſcribente.Secundò vltra ſubſcriptionẽ ſubſigna-
uit,& ſic appoſuit ſignum ſuum, ſeu ſigillum, vt dicit text.ibi,
ſubſcribente, & aſſignante. Facit tex.in l.fideiuſſor impetrauit.
§. j. in verbo cum neque conſenſum ſuum accommodauerit
patri,aut ſigno ſuo,aut alia ſcriptura.ff.de pig.ergo ſola ſubſcri
ptio non ſufficit.tertiò, quia tex. j̃. in duobus locis.ſ.in ſtipula-
tione principali ſortis,deinde in ſtipulatione vſurarũ expreſsè
vtrobique dicit, ſpopondit Flauius Candidus dominus meus,
ſubſcripſitque, & ſic non ſolùm ſubſcripſit,ſed etiam expreſsè
promiſit & ſortem principalem, & vſuras, & ſic teneo, ꝙ iſte
text. non probat iſtud no. Ang.& aliorum Scribentium. Vnde
pro iſto no.Pau.de Caſt.hic addit alios duos tex.ſ.tex.in l. fide-
iuſſor impetrauit.§.j.ff.de pig. qui text.etiam nihil facit, tamen
d.Alex.vbique etiam ad hoc alleg. eo quia loquitur in ſcriben-
te ipſum chirographum,& non in ſubſcribente. & tex.qui me
lius facit in l.ſicut.§.non videtur.in verbo,ſed ſi ſubſcripſerit,&
ibi Bar.ad hoc no.ff.quib.mod.pig. vel hypo.ſolu. Addunt do.
Alex.& Aret.hic alium tex.quem dicit Aret. optimum iuncta
glo.in verbo habebitur.in l.emptor.§.Lucius.ff.de pact. ex quo
tex.not.ibi Bart. Ange. Saly.Fulg. & Pau.de Caſt.quòd ille,qui
ſe ſubſcribit ſcripturæ per alium factæ,ita ſibi præiudicat, ſicut
ſi ipſe totum ſcripſiſſet,ſed certè ille tex. etiam nihil vel parum
de ſe facit,niſi fiant ſubauditiones, vt in glo. ego vltra Scriben.
addo tibi plures alios text.& iuris ciuilis & iuris canonici.& pri
mò bonum text. & meliorem de iure ad hoc in §. j. inſtitu. de
empt. & vendi. ibi, niſi & inſtrumenta emptionis fuerint con-
ſcripta,vel manu propria contrahentium, vel ab alio quidem
ſcripta,à contrahente autem ſubſcripta, & text. ſolennem in l.
ſi ego.§.dotis.ff.de iu.dot.in ver.vt is ſubſcribat, quaſi res acce-
perit, & velut chyrographum eius vxor retinet, & text. in l. ſi
quis ex argentarijs. §.j.in verb. ſubſcribere. ff.de eden.& in l.j.in
3 verbo,& ſubſcriptionem.ff.de conſti.prin. vbi eſt tex. † ꝙ ſola
ſubſcriptio principis idem operatur,quòd epiſtola ſua,acſi to-
tam epiſtolam ſcripſiſſet. & text. in l.ſi per epiſtolam.in verbo
ſubſcriptam.ff.de acq.hære.& text.no.in l.j.§. inter filium. ff.de
fal.& tex.in Auth. quod ſine. C.de teſta. iuncta Auth. ſi modo.
C.fam.erciſcun.& tex.in c. ſi quis presbyterorum. & ibi not.in
glo.in verb.ſubſcripſerit.de reb.eccle.non alie.& text. & glo.in
c.ex literis.de tranſac. & glo.in c. quanto.de his, quæ fi.à præla.
ſine conſenſu cap.Idem tenent Ang.Pau.de Caſt. & d.Alex. in
l.cùm antiquitas.§.cùm autem.C.de teſta. & plenius do.Alex.
in conſi.147.2.vol.quod incip.ponderatis his,de quib.in thema
te fit mentio. in 2.& 3 colum. Ad idem facit, quod not.tenet
Bald.in Auth.contra,qui propriam.in 2.colum. C. de non nu.
pec. vbi tenet, ꝙ diſpoſitio illius Auth. quæ eſt pœnalis, & lo-
quitur in negante ſcripturam propriam,habet locum in negã-
te ſcripturam tertij, ſubſcriptam per ipſum negantem. alleg.
text.in d.l.cùm antiquitas.§.cùm autem.quæ lex parum facere
videtur.& circa eam ſubtiliter inſiſtit Aret. hic in 4. col.indu-
cendo & reſpondendo,vt hic per eum.& contra Bal.tenet Sal.
in d.Auth.contra, qui propriam. in 2.col. quia per ſubſcriptio-
nem non videtur quis ſcripſiſſe,ſed confiteri, ꝙ alius ſic ſcrip-
ſit de eius voluntate.Ad idem & tertiò facit glo. no.in §. in his
verò.in Auth.de inſtru.cau.& fi.per quam glo. not. Ange.in l.ſi
quis ex argentarijs.§.prætor ait.& in l.quædam.§. nihil intereſt.
4 ff.de eden.† ꝙ paria ſunt,vel ꝙ notatius rogatus de inſtrumen
to ſumat ipſe exemplum ex ſuo originali,vel ꝙ alius exempli-
ficet, & ipſe ſe ſubſcribat, quia eſt perinde, ac ſi totum manu
ſua ſcripſiſſet. Iſtud no.ſic confirmatum ampliat Ange. hic, ꝙ
ſubſcribens videtur virtualiter ſcribere omnia præcedentia,
quorum notitiam habuit,intantum ꝙ ſtante ſtat.prout Floren
tiæ,ꝙ ſcriptura facta manu propria debitoris mandetur execu
tioni ad voluntatem creditoris, & reperiatur aliqua ſcriptura
ſcripta manu tertij,ſed ſubſcripta manu debitoris aſſerentis, ſe
omnia prædicta confirmare,ꝙ habebit locum d. ſtatutũ,quo-
niam ſub illis verbis omnia contenta in ſcriptura virtualiter
continentur in ſubſcriptione, & virtualiter dicuntur ſcripta
manu propria debitoris, ſicut virtualiter ſcribit, qui ſcribit per
ziferas conſuetas.vt notatur.in Auth.quòd ſine.C.de teſtam.&
facit ſecundum eum.l.diuus Claudius. in princi.iuncto. §.ſcri-
bere.ff.de fal.& ita refert fuiſſe conſultum in ciui. Floren. & ſe-
quuntur Io.de Imo.Pau.de Caſt.Alexan. & Aret.hic.& nemo
Scribentium hic contradicit.Adde vltra Scribentes,ꝙ contra-
rium in terminis in dicto ſtatuto Flor.tenet ipſemet Ange. ſibi
contrarius,de quo alij non faciunt mentionem,in d. l. cùm an-
5 tiquitas. §. cùm autem. in lectu. Florentina. motus, † eo quia
quòd ſubſcribens cenſeatur totum ſcripſiſſe,iſtud eſt per fictio
nem,vt probat text.in d.l.diuus Claudius.§.ſcribere.& in §. itẽ
Senatus.in ver.videri enim ait. quòd verbum importat fictio-
nem.l.j.§.deieciſſe.cũ gl.ff.de vi & vi arma.cum multis ſimi. er-
go non habet locum in ſtatutis, in quib. fictio non procedit. l.
fin.C.de his, qui ve. æta.impe.& l.3.§. hæc verba ſiue. & ibi no.
Barto.ff.de nego.geſt.Barto.in l.hoc autem interdictum. per il-
lum text.ff.de fonte.¶Limitat ibidem Ang.niſi ille tertius præ-
ſente debitore,& eo ſpecialiter mandante ſcripſiſſet ſchedulã,
& debitor ille ſe ſubſcripſiſſet, tunc bene haberet locum dictũ
ſtatutum, vt ibi no.per eum. Sed aduerte, quòd ad text.in d.l.
diuus Claudius.§.ſcribere.reſpondet d.Alex.hic in 2. colum.li-
cèt de Ange.qui eum alleg.& eſt ſibi contrarius in d.§.cùm au
tem. non faciat mentionem. & dicit, quòd loquitur in eo,qui
non ſubſcripſerat,ſed ſolùm mandauerat,quòd alius ſcriberet,
qui poſteà ſcripſit. ego contra iſtam ſol. d.Alexan.allego illud,
quod in terminis not.Gemi.in c.ſi pro te.in 1.no. per illum tex.
6 de reſcrip.in 6.vbi not. † quòd ſcriptura dicitur alicuius,quan-
do ille non ſcribit manu propria, ſed alius de eius mandato
hoc

ADDITIO.

a ¶ † Subſcribentes. Adde,ꝙ hanc regu.examinat Gabriel.com.opin.lib.1.tit.
de præſump.conclu.3.aliqua ponit Nat.conſi.287. Quid de ſubſcribente &
ſigillante,an videatur conſentire?& dic,vt per Bar.in l. quæ dotis.colum.fi.ff.
ſol.mat.Alex.conſi.147.col.2.lib.2.Aym. conſi. 73.nu.40.Catel. ver.ſubſcri-
ptio.Bar.in l.ſicut.§.non videtur.ff.quib.mod.pig.vel hypot.ſol. in l.ſcriptu-
ras.C.qui pot.in pign.Dec.in c.quoniam contra.nu.48. de probat.& ꝙ ſcri-
bens, & ſubſcribens manu propria non poſſit allegare ignorantiam, imò ꝙ
ſola ſubſcriptio eam excludat,no.Aym.conſi.25.col.3.poſt med. de quo plu-
ra per eundem d.conſi.73, num.1. & 40 Bar.in d.l.quæ dotis.nu. 26. ſol.mat.
tex.vbi Bal.& alij in l.fin.C.plus val. quod ag. Quid de eo, qui ſe ſubſcribit
tanquam alius,non tanquam ipſe,puta,curator aut ſyndicus.& vide tex.in l.ſi
non ſubſcripſiſti.C.de adminiſt.tut. MASVER.

hoc dicit facere ad ſtatutum diſponens,quòd quis non admit-
tatur ad excipiendum contra propriam ſcripturam; in qua cō
tinetur promiſſio pecuniæ, quòd tale ſtatutum habeat locum
etiam ſi non eſſet propria manu, ſed alterius de eius mandato
ſcripta. Item pro iſta vlt.parte contra Ang. & ſequaces hic ſo-
leo allegare optimum tex.in d.l.ſi ego.§. dotis.ff.de iur.dot.qui
probat, quòd iſtud fit per fictionem. cùm text. dicat, quòd is
7 ſubſcribat, & velut eius chyrographum retinet. † cùm illa di-
ctio velut, importet fictionem. vt not.Bald. in l.pen.per illum
tex.in ver.velut.C.de interdi.matr. & caſus fictus non habet lo
8 cum in ſtatutis,vt dixi.¶Secundò amplia iſtud no. † ꝙ ſufficit
ſimplex, ſeu generalis ſubſcriptio, & non requiritur ſpecialis,
etiam dato,ꝙ aliqua eorum, quæ continentur in ſcriptura,eſ-
ſent contra ſcribentem, vnde ſufficeret talis ſubſcriptio gene-
ralis, ego talis approbo omnia ſuperius ſcripta, ideo me hic
9 ſubſcripſi, † quia idem operatur genus in ſuo genere, quantū
ſpecies in ſua ſpecie.l.ſi duo.ff.de admi.tut.l. ſi chorus. in prin.
ff.de leg.3.Ita etiam tenent Ang.Imo.Pau.Aret. & latius dom.
Alex. hic.Bald. in Authen. ſi quis in aliquo. C.de eden. & idem
Bald.in l.quæ dotis.ff.ſol.mat. & ibid.Alex. in pen.col.in fi. Pet.
de Anch.in conſi.242.quod incipit prius de virib. probationis.
d.Alex.in præalleg.conſi.147.2.vol.incip.ponderatis his,de qui
bus in themate fit mentio.in 3. col.& iſti omnes, qui reprobāt
Bar.qui in hoc tenet contrarium in d.l. diuus Claudius.§. item
Senatus.ff.de fal. reſpondent iurib. alle.per Bart. quamuis cum
Bart. ſimpliciter teneat Pau. de Caſt. conſi.250. quod incip.de
* caſu præſenti fui requiſitus. ad fin. *Sed communis opi.* eſt contra
Bart. prout atteſtatur d.Alex.in præalleg. conſi.147.2. partis,in
2.col.facit,quod tenet ad propoſitum Bald. in Auth.ſed nouo
10 iure.in prin.per illum text.in vna lectu.C.ſi cert.pet.vbi no. † ꝙ
ſufficit vna ſubſcriptio ad auctorizandum mille contractus
præcedentes,quem etiam refert do.Alex.conſi. proximè alleg.
in 3.col.in prin.¶Supraſcriptum notabile limitant Ange.Imo.
11 Pau.de Caſt.d.Alex.& Are hic duob modis. † Primò, vt pro-
cedat,quando quis ſubſcripſit ſcripturam alterius,vt principa-
lis,ſecus ſi auctorizans, ſeu ſolennizans eam puta ſicut teſtis,
quo caſu cùm ſe ſubſcribit animo conſentiendi ſcripturæ,
ſibi non præiudicat. allega. ad hoc Pau. de Caſt. text. in l. Ti-
tia cum teſtamento.§. Lucia. in verbo quaſi teſtis affuit. ff. de
leg.2.Adde,ꝙ iſtam limi.etiam ponunt Sal. & Pau.de Caſt. in
l.emptor.§.Lucius.ff.de pact.allegantes ad hoc no.per glo.ma
giſtralem in l.Caius.ff.de pig. act. & licèt ipſi non dicant,idem
no.tenet Bar.in l.ſicut.§.non videtur.ff.quib.mod.pign.vel hy-
po.ſol.vbi ſubdit Bar. idem eſſe, quando quis ſe ſubſcribit vt
notarius.idem tenent Bar.& alij in l. quæ dotis.ad fi. ff.ſol. mat.
& habes de hoc bo.tex.in l.ſi pater.& ibi Bald.ad hoc not.C.de
fideiuſ. ibi, ꝙ tabulas obligationis vt teſtis aſſignauit, per hoc
ſibi non præiudicat.Ad idem bo.tex.in c.ex literis. & ibi glo.&
12 ibi vide latè per d.Abb.de tranſa.¶Secundò limitat,† quando
ſubſcribens legit,& intellexit contenta in ſcriptura, quam ſub-
ſcripſit,vt l.Tribunus.§.fi.ff.de teſta. mili.aliàs ſubſcribēs ſe ſcri
pturæ non lectæ,ſibi non præiudicat,vt l.fi.C. plus vale. ꝙ agi.
& ibi Bal.multum no.illum text.ad hoc, & etiam contra Do-
cto.ſubſcribentes ſe conſilijs aliorum non viſis.idem ꝙ ſubſcri
ptio facta non viſo tenore inſtrumenti,ſeu non declarato ſibi,
quid contineat inſtrumentum,non præiudicat ſubſcribenti, te
net Pau.de Caſt.in conſi.350. quod incip. de caſu præſenti fui
requiſitus.per d.l.fin.& l.ij.C.de reb.alie.non alie.text. cum glo.
in l.Caius.ff.de pig. act. & in l.j.§. ſed & ſi mandauerit.ff. quod
iuſſu.& c.ſi quis presbyterorum. de reb. eccle. alie. vel non. vt
13 ibi per eum. † vnde, qui ſe ſubſcribit in ſchedula vacua, non
probat,quæ poſteà in ea ſcribentur,& ſic domini, & principes
a ſubſcribentes ſe ſchedulis, aut eorum ſigilla apponentes, [a] niſi
primò fuerint præuiſi de his, quæ ſcribenda erant, non intelli-
guntur confirmaſſe ea,quæ poſteà ſcribentur. Ex quo eorum
non habuerunt notitiam.d. l.fin. & ita egregiè not. Inno. cum
quo ibi alij tranſeunt in cap.2.de fi.inſtru.quòd Ange.hic repu
tat perpetuo tenendum menti.idem etiam tenet Ange.in rep.
14 l.ſciendum.in 11.colum. ſup. eod. † Nunquid autem in dubio
præſumatur ſubſcribens habuiſſe notitiam omnium conten-
torum in ſcriptura, quam ſcripſit, Imo.hic not. tenet, quòd ſi
dicatur in ſubſcriptione viſis,& lectis omnib. ſupraſcriptis,tūc
res eſſet plana,quòd præſumeretur habuiſſe notitiam.argu.d.l.
fin.à contrario ſenſu. C. plus vale. quod agi. Idem ſi appareat,
quòd illam ſcripturam habuit penes ſe per aliquod tempus,
tunc etiam præſumitur ſciuiſſe contenta in eo,per cap. conſti-
tutus. de teſti. vbi, qui habuit acta penes ſe,præſumitur, quòd
ea ſit percunctatus.& Auth.at qui ſemel.vbi Doct.C.de proba.
idem ſi ſit perſona valde diligens, quæ conſueuit diligenter vi-
dere facta ſua,tunc præſumetur habuiſſe notitiam, ex quo ſim
pliciter ſe ſubſcripſit. ¶Iſtis ceſſantib. in dubio cenſetur igno-
raſſe per d.l.fin.C.plus vale.quod agi.quia in dubio præſumitur
ignorantia,per reg.l.verius.ff.de proba. & in regu. præſumitur.
de regu.iur.in 6.¶Aduerte,ꝙ contrariū, & melius, quòd imò
in dubio ſubſcribens præſumatur habuiſſe notitiam contento
rum in ſcriptura,quam ſubſcripſit,etiam ſi nō probetur,quòd
ſubſcribens ſit diligens perſona, tenet Barto. in l.j. §. ſi quis ne-
get.in pen.colum. ad fin.ff. quemadmo. teſtam.ape.vbi tenet,
quòd ille,qui ſubſcripſit inſtrumentum, ſi vult illud impugna-
re, oportet,quòd probet, quòd in ſubſcriptione fuit deceptus,
quia oſtenſo ſibi inſtrumento fuit dictum,quòd continebatur
aliud,& ipſe non legit,per d.l.fi.C.plus vale.quod agi. & l.ij. C.
de reb.alie.non alie.& ſequitur Pau.de Caſt.in d.cōſi. 350.inci.
de caſu præſenti fui requiſitus. vbi tenet, quòd ſubſcribenti ſe
in inſtrumento,ex quo potuit ipſum legere,vel legi facere, in-
cumbit onus probandi, quòd non legit, ſed quòd adhibuit fi-
dem ei,ad cuius inſtantiam ſe ſubſcripſit.Idem contra Imo.te-
nent d.Alex.& Are.hic,& do.Alex.in præalleg.conſi.117.2.vol.
in 3.colum.vbi etiam dicit,quòd Imo. eſt ſolus in hoc, & quia
ille,qui ſubſcipſit,& alleg.ignorantiam ſcripturę,habet neceſſe
talem ignorantiam probare,cùm ſit fundamentum intentio-
nis ſuæ.l.ei incumbit.& l.in exceptionib.& ibi glo. ff.de probat.
no.glo.& Doct.in l.ſi vero.§.qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſd.
cogan.& latè Bar.& alij. in l. in illa ſtipulatione ſi calendis. ſup.
15 eo.poſt Inno.in c.ſuper his. de accu. ¶ † Tertiò vltra Scriben-
tes limita ſing.vt nō procedat in ſubſcriptionib.iudicum, quæ
non habent vim ſententiarum,ita ſing.tenet Bald.in addi. Spe.
in titu.de ſenten.in vlt.char.in fin.verſi. ſubſcriptiones etiam iu
dicum,argu.l.pen.C.commi.vel epiſt.quod bene not.& ita de-
clara tex.in l.2.C.de ſenten.ex breui.reci. & c.fin.de re iudi.in 6.
in verbo de ſcripti recitatione.¶Secundò no. ex eadem prima
16 parte text.in verbo.accepiſſe, † quòd qui confitetur ſe habuiſ-
ſe,& recepiſſe mille,quæ per ſtipulationem promittit reddere,
licèt ſint verba præteriti plus quam perfecti, tamen intelligun-
tur, quòd acceperit tunc tempore factæ confeſſionis, & pro-
miſſionis, & ſic incontinenti iuxta ſtipulationem, non autem
dudum ante,& ſic non intelligitur, quòd numeratio ex inter-
uallo ante præceſſerit, & poſteà ſequuta ſit ſtipulatio, & hoc
apertè oſtenditur, nam ſi iſta confeſſio cōtinens repetitionem
intelligeretur de numeratione facta de præterito, & ex inter-
uallo, non procederet quæſtio poſita in text.in verſi. ſupereſt,
quia tunc eſſet nata prima obligatio ex numeratione,& ſtipu-
latio ex interuallo ſequens ſiue vtilis,ſiue inutilis non nouaret.
vt l.ſi ita fuero ſtipulatus.§.fin.in verſi. ex continenti. & verbo,
mox. ff. de nou. & ſic neceſſariò ſequitur, quòd incontinenti
præceſſerit numeratio,ad hoc, vt procedat quæſtio iſtius tex.
de ſtipulatione,& ita ſubtiliter inducit iſtum text. Rapha. Cu-
ma.hic,quamuis Barto.non aliter declaret,quomodo iſte text.
probet iſtud notabile, & iſtud eſt vtile ſecundum Barto. infra
17 pro inſtrumentis dotalibus, † quòd ſi maritus confitetur ſe ha
buiſſe, & recepiſſe à patre, vel extraneo mille nomine dotis,
quæ promittit reddere ipſi dotanti, acquiritur ei actio, tanquā
tunc temporis receperit, ſed ſi iſta verba probarent receptio-
nem dudum ante factam,nō acquireretur ei,cùm eſſet acqui-
ſita mulieri,cui cenſeretur donata, vt l.auia. C. de iur. dot. & l.
quoties. ff. ſolu. matr. & ita etiam & latius percipuè per iſtum
text. tenet Barto.in l.poſt dotem.in 1.quæſt.ff.ſolu.matrimo.&
in l.prædia.ff.de acquiren.poſſeſ.cum concor. vtrobique tradi-
tis per do. Alexan. Idem tenet Barto. in d.l.certi condictio.§.ſi
nummos.ſupra ſi cer.pet.in prima combinatione. & cum Bar.
* tenent alij hic. *& eſt communis opin.* ſecundum dom. Alex. hic,
& dicit do.Alexan.in d.l.poſt dotem.in 1.quæſtio. Barto. quòd
iſtud ſubtiliter intuenti melius probatur in iſto text.quàm alibi
in iure. ¶Tertiò not. ex 2. parte principali ibi, reſpondi, vnam
18 regulam. † quòd per liberam perſonam iuri noſtro non ſub-
iectam, neque nobis bona fide ſeruientem, non poteſt nobis
quæri actio nec obligatio,vt hic,& l.j.C.per quas pſo. nob.acq.
ratio eſt,quia in contractibus etiam bonæ fidei, niſi ex perſona
noſtra initium obligationis ſumant,innanem actum efficiunt,
ita dicit text. qui propriè aſſignat rationem in l.quæcunque ge-
rimus.ff.de actio. & oblig. Ratio rationis eſt ex mente Rapha.
hic, quia acquiſitio fit per contractus, qui ſunt artificiales, &
ſic introducta artificio iuris ciuilis, quòd eſt quædam impro-
prietas, ideo non recipit aliam improprietatem, vt factum
vnius reputetur factum alterius,ne plures fictiones circa idem
concurrant, contra l.j. in fin. glo. C.de do. promiſ. & in l.cùm
poſt.

ADDITIO.

a ¶ † Apponentes. Adde huius rei exemplum apud Niceph. lib.14.c. 2. & 3.in fin. PANCIR.

post.§.gener.ff.de iu.dot.& pondera,quòd tex.iste dicit nullam obligationem, per consequens nec etiam naturalem, nedum ciuilem, & consequenter non possumus etiam coram iudice eccle.agere,ex quo nulla subest obligatio, & sic videtur proba re iste text. quòd ex stipulatione alteri facta non oriatur etiam naturalis obligatio,& hoc est verum,quòd illi tertiò nulla acquiritur obligatio etiam naturalis,ita propriè loquitur tex.hic, & tex. in l.j.§.si seruus cōmunis meus. in verbo nullius est momenti.sup.de stipu.ser.& in l.certi condictio.§.quoniam.in ver bo nulla est stipulatio.ff.si cer.pet. Sed ipsi stipulanti bene quæritur naturalis obligatio ad dandum illi tertiò. ita procedit glo. in l.stipulatio ista.§.alteri,& ibi Bar.& alij præsertim d. Alexan. supra eod. nam cùm ista stipulatio habeat consensum duorū, & lex ei non resistat licèt non asistat,secundum Bart.in l. si quis pro eo.in 6.memb.ff.de fideiuss.& in d. §. alteri. ergo debet oriri naturalis obligatio.l.in his.§.Imperator.& l.Stichum.§.natura-
19 lis.ff.de solu. ¶† Quartò not.in versi.planè. aliam regulam, ꝙ ex numeratione pecuniæ facta nomine tertij absentis, & ignorantis,illi tertiò quæritur actio,etiam si pecunia fuerit aliena,vt hic.& l.certi condictio.§.si nummos. ff. si cer.pet.& secundum glo.hic in verbo acquireretur. istud est speciale in mutuo propter singularia præcepta mutui, vt l. singularia.ff.si cert.peta.& hoc simpliciter sequitur Aret. in 4. not. & secundum Ioan. de Imo.hic in 5.no.& do.Pet.de Bexu. istud est speciale in mutuo propter eius frequentiam,& ita etiam dicit glo.in d.l.certi con dictio.§.si nummos. in glo. mag. circa fin.& ibi Barto.in duob. locis,scilicet in prin.& in secunda combinatione,& glo.in l. cū per liberam.in gl.mag.ad fin.C.per quas perso. no.acqui. Idem vbique tenet Barto.in l.stipulatio ista.§.si stipuler. in 9.fal. sup. eo.& in l.singularia.in 3.colum.ff.si cert.pet.& l. si cùm venderet.ff.de pign.actio.sed vt etiam aliàs dixi,hoc est falsum, & ve-
20 ra,& fundamentalis ratio est,† quòd per actus ciuiles,puta per stipulationem alteri per alterum quæri non potest, vt hic, in versi.sed quòd patrono.& d.l.stipulatio ista.§.alteri,& §. si stipuler.sup.eo.& §.alteri,& §.si quis alij.instit.de inuti.stipu. sed per actum naturalem, & corporeum numerationis semper alteri per alterum acquiritur, vt hic, & d.§. si nummos, & l.j. C.per quas perso.no.acqui.& l.j. C.de acqui.pos.& l.traditio.§. fina.ff. de acqui.re.dom.& istam differentiam facit expresè tex.in l.ea quæ ciuiliter.ff.de acq.re.dom.& Barto.met in l.solutum.§.per liberam.ff. de pign. actio. Ratio diuersitatis potest esse duplex. Prima,quia quando acquisitio fit per actus ciuiles,puta per stipulationem,ibi etiam consideratur dispositio legis ciuilis,quæ vult alteri per alterum quæri non posse,sed quando acquisitio fit per actum naturalem & corporeum,non consideramus dispositionem ciuilem,sed merum ius gētium,secundum quod
21 alteri per alterum potest quæri. † ideo possessio per actus naturales alteri per alterum quæri potest,vt iurib.præallegatis, & istud est,quod propriè dixit Iurisconsultus in d.l. ea quæ ciuiliter.¶Secunda ratio est, quia quādo obligatio quæritur ex actu naturali numerationis,ille, qui numerat,nudum ministerium dicitur præstare,l.quod meo.§.procurator.ff.de acqui.possess.& sic actu in eo non fundatur, *vnde non dicitur acquiri per liberam personam, quando ministerium tantum præstat*, ita formaliter dicit text.in l.& licèt.ff.de.constitu.pec.¶ Hinc ex istis infero male dixisse Ioan.de Imo.Aret.& d.Pet.de Bex.hic, quos statim retuli,& glo.& Bar.in locis præalleg.Inquantum dicunt,quòd istud locum habeat solùm in mutuo propter frequentiam, & singu-
22 laria præcepta mutui,† quia imò istud habet locum in omni contractu de mundo, in quo fit numeratio, & sic interuenit actus naturalis, & corporeus, quia semper ibi alteri per alterū quæritur actio,vt in deposito,in commodato,in dote,& in indebitè soluto,& simil.b.l.j. §.si te rogauero.ff. deposi. & l. si per ignorantiam.C.de condi.indeb.& ita etiā tenent Albe.de Ros.
* *& omnes Mod.* indifferenter in d.§. si nummos. vbi etiam tetigi, & ibi do. Alex. in 1. colum. allegat ad hoc quamplures alios concordantes text.quos per te videas. Idem tenet Raph. Fulg. & Lud.Rom. in d.l. singularia. Idem tenet Pau. de Cast. hic in pen.colum. licèt de prædictis non faciat mentionem, per text. in l.licet.ff.de iu.dot.& ista est veritas,quamuis subtilis do. Pet. de Bexu. hic conatus sit tenere præcedentem opin. quòd speciale sit solùm in mutuo, quòd per actum numerationis quæratur alteri obligatio,& actio,secus in aliis contractib. & respōdet ad d.l.ea quæ ciuiliter. & multum gloriatur de ista solutione, quòd per actus naturales bene acquiritur effectus naturalis,vt est acquisitio possessionis. d.l.j. C.de acqui. possess. & d.l.j. C.per quas perso.nob.acquiri. sed non acquiruntur effectus ciuiles,vt est obligatio & actio,quod videtur esse contra iura superius alleg.bene verum est,quòd est differentia inter numerationem,quæ fit nomine alieno ex causa mutui, quia illi tertio absenti quæritur directa actio.l.si absentis. C.si cer. pet.& ratio est, quia in mutuo lex finxit primò numerasse illi absenti, & illum absentem posteà numerasse debitori. d.l. singularia. secus si numeratio fiat ex illo contractu nomine tertij absentis; tunc illi quæritur vtilis actio tantum.l.Publia.in prin.& ibi glo.ff.depositi.& l.pen. C. ad exhiben. Barto.in d. §. si nummos in tertia
* combinatione, & ibi Saly. Ludo. *& communiter alij*, vbi dixi Barto.in d.l.singularia.in 3.colum.in ver.sumus expediti de prima,& ibi Rapha.Fulg.Lud.Rom. & alij. ¶Contra istud notabile,& istum text.moueo duas difficultates, in primis moueo nouam difficultatem non tactam à Scribentibus,in quantum fit differentia,quòd per actum ciuilem stipulationis alteri quæri non potest, sed bene per actum naturalem numerationis.
23 † contra, quòd non sit differentia data paritate terminorum, arguo sic, nam hic in ver. planè, numeratio fuit facta nomine patroni absentis,vt ei solueretur, quo casu etiam stipulatio facta nomine alterius, vt ei soluatur, valet & tenet, dato etiam quòd non intersit stipulantis,vt est glo. ordinaria,& approbata in l.huiusmodi.in prin.vbi dixi.ff.de leg.j.& glo. plenior in §.alteri.in ver.vt sup.dictum est.ad fi.institu.de inuti.stipu.& glo.in d.l.quæcunque gerimus.ff.de actio.& oblig.& in l.pen.ff.de nego.gest.& ratio est, quia ille dicitur stipulatus,cuius nomine fit stipulatio,sicut ille dicitur possidere,cuius nomine possidetur, l.generaliter.& l.quod meo.in prin.ff.de acqui.possess.& c.cùm venissent,in fin.de restitu.spolia.& in c.si diligenti. de præscript. imò fortius, ad hoc, vt procedat iste text. non sufficit, quòd quis in veritate numeret pecuniam nomine tertij absentis, nisi etiam ille cui numeratur,expresè recipiat nomine absentis,& istud exprimatur & agatur,secundum intellectum Iaco.quem tradit ad istum text.in versi.superest, & refert, & sequitur Bart. hic in 2. colum. cum quo simpliciter transeunt Ange. Rapha. Cuma.& do.Alex.hic in 2.not.& idem do.Alex.in d.§.si nummos.in pen.colum.& dicetur inferius. ¶Huic difficultati, licèt nemo attingat,responde,& dic,quòd glo.in d.l.huiusmodi, & concordantes procedunt,quando quis stipulatur sibi nomine, & vice alterius absentis. Tunc bene valet stipulatio, licèt non intersit stipulantis, cùm verba obligatiua sint collata in personam ipsius stipulatoris,secus si simpliciter stipulatur alteri, tūc nihil valet.d.l.stipulatio ista.§.alteri. vnde hic non sufficeret directò stipulari nomine alterius, sicut sufficit directò numerare nomine alterius, & ista est differentia fundamentalis inter stipulationem, & numerationem. Item quando quis stipulatur sibi nomine tertij absentis, tenetur stipulator cedere illi tertio actionem mandati, si erat procurator, & sic habebat mandatum:vel actionem negotiorum gestorum,si non habebat mādatum,& secuta sit ratihabitio.l.si ego.& l.pen. ff.de nego.gest. & ita tenent glo.& Docto.in d.l.huiusmodi. in prin.ff. de lega. 1.sed quando quis numerat nomine absentis,illi absenti quæritur directa actio ex numeratione, & sic ex actu naturali sine vlla cessione.l.si absentis.C.si cer.pet. & ista est alia secunda differentia,& sic pondera,quòd si in isto text.libertus fuisset stipulatus sibi nomine, & vice patroni absentis, illa mille denaria mutuata ei reddi,quòd valeret ista stipulatio, & hoc tenendo, quòd glo. in d.l. huiusmodi.in princi. & concordantes proce-
* dant prout *communiter Docto.* eas tenent, sed ego aliàs disputaui de veritate ibidem. & in d. §.alteri. sed in isto text. stipulatio liberti non fuit isto modo concepta, ideo nihil valet, & tanto fortius istud procederet tenendo illud,quod tenet Barto.in secunda oppo. vbi tenet, quòd in isto text. verba obligatiua, & executiua fuerunt collata in personam patroni, & non liberti stipulantis,quo casu stipulatio proculdubio est nulla,quòd vltimum an procedat ad istum text. dicam in seq. not. Secunda difficultas est,nam in isto tex.non apparet de ipso actu naturali numerationis,sed solùm apparet confessio, quia Chrysogonus scripsit præsente domino se accepisse à liberto agente rē Quintiliani absentis denaria mille mutua, & sic ibi est confessio,& non naturalis numeratio,ergo ex confessione non debet quæri obligatio,& actio tertiò absenti, cùm non sit actus naturalis,& corporeus. ¶ † Hinc est, quòd in mutuo verò, & naturali, quod contrahitur mediante naturali numeratione,quæritur tertiò absenti obligatio & actio, tamen secus est in mutuo ciuili, quando quis confitetur nomine absentis recepisse, & illi tertiò promittit restituere, tunc ei non quæritur actio secundū Iaco.de Belui.Rayn.Bald.& latius Albe.de Ros. in d. §.si nummos.in vlti.quæstio.& ibi Ludo. Rom. & dom. Alexan.in vlti. colum. eo quia tunc non acquiritur per actum merè naturalem,vt dixit Barto.hic in 2. colum. sed ad illud propositum fatetur,quòd istud mutuum,quòd probatur per hanc confessionem,pariat actionem illi tertiò, cuius nomine facta est, & illa verba recepisse, innuant numerationem præcessisse, sed istud non tollit difficultatem quam moui, & an sit verum, infra dicetur. Rapha. Cuma.hic respondet, quòd iste text. debet intelligi,

ſigi, quando de numeratione conſtabat, vel quando erat elap-
ſum biennium, vel erat renunciatum exceptioni non numera-
tæ pecuniæ, tamen dicit, quòd primum, ſcilicet, quòd hic con-
ſtaret de numeratione pecuniæ, diuinat. Sed etiã iſtæ aliæ ſunt
diuinationes, & non procedebant de iure ſtorum, & non tol-
lunt difficultatem. vnde tu reſponde, quòd licet in themate ni-
hil dicatur de numeratione, ſed ſolùm de confeſſione, tamen
in ver. planè. vbi traditur iſta regula, & in ver. ſupereſt, loquitur
apertè tex. quando interuenit actualis numeratio. Quid autem
iuris, quando ſola confeſſio abſque numeratione interceſſiſſet,
quid eſſet in hoc text. dicam poſt Barto. ĩ. in glo. parua. in verb.
poſſit, vbi ponam intellectum ver. ſupereſt. in quo verſatur ma
25 xima difficultas. ¶ † Quintò no. in ver. ſed quòd patrono. quòd
etiam libertus non poteſt ſtipulari patrono ſuo, & licèt glo. j. di
cat, quòd iſtud modicum habet dubitationis, dic quòd imò
magna, & multiplex potuit eſſe dubitatio. Ego pro intellectu
huius regulæ ponam quatuor dubitationes, quæ videbantur
in contrarium facere. primò, quia libertus licèt ſit libera perſo-
na, tamen dicitur ſubiectus patrono, quo ad reuerentiam, &
quædam obſequia, & quaſdam operas, & quo ad iura patrona
tus, vt l. j. per totũ. ff. de iure pat. Ideo per iſta videbatur, quòd
libertus poſſet ſtipulari patrono ſuo, ſed talis ſubiectio non eſt
ſufficiens ad acquirendum patrono, ſed requiritur, quòd quis
ſit ſubiectus ratione patriæ, vel dominicæ poteſtatis, quæ eſt
maior ſubiectio, vel ratione profeſſionis, vt monachus, qui in
hoc æquiparatur ſeruo, vt not. Inno. in c. cùm olim. de priui. &
Barto. in multis locis præſertim in l. j. in prin. & §. ſi fructuarius.
ff. de ſtipu. ſer. ideo acquirit monaſterio, in cuius eſt poteſtate,
26 ſed ſubditus alia ratione ei ſtipulari non poteſt. † Ideo ſecun-
dum Barto. vaſallus non quærit domino, nec ciuis ciuitati ſuæ,
vel reipublicæ, licèt ſit ei ſubiectus. facit. l. Caius. ff. de vſur. &
* cum Barto. tranſeunt Imo. *& communiter alij*, licèt de iure con-
trarium teneant Rapha. Cuma. & Pau. de Caſt. hic, quia non
minor eſt ſubiectio patriæ quàm filialis. l. veluti. ff. de iuſtit. &
iure, & non minus quis naſcitur ſuæ reipublicæ quàm patri. l. j.
§. & generaliter. ff. de ven. in poſ. mit. & in l. poſtliminium. §. fi-
lius. ff. de capti. & ciuitas vendicat ciuẽ ſuum ex iure Quiritũ.
l. de iure. ff. ad municip. ſicut pater vendicat filium in poteſtate
adiecta cauſa de iure Romano. l. j. §. per hãc. ff. de rei ven. ¶ Sed
iſtis non obſtantib. licèt videantur colorata, *communis opin.* eſt
cum Barto. quam etiam tenent Aret. d. Pet. de Bexu. & latius d.
Alex. hic. Ang. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis inſulam. ff. de verb. ob-
lig. hinc eſt, quòd ciuis non poteſt ſtipulari fiſco ſuæ ciuitatis. l.
arbiter intra certum, ff. de arbitris. Barto. poſt Dyn. in l. j. in prin.
ff. de iure fiſci. Secunda dubitatio contra iſtum text. eſt, quia li
cèt libertus nunc ſit libera perſona, tamen cùm ſemel fuerit
ſeruus, adhuc durant reliquiæ ſeruitutis, propter quas videba-
tur, quòd adhuc poſſet ſtipulari patrono, ſicut poterat ſtipula-
ri domino cùm eſſet eius ſeruus. l. talem. §. fin. ff. de hære. inſtit.
Item adhuc durat memoria prioris dominij, iuxta glo. in §. fin.
inſtitu. de tut. & glo. in c. ſi qui Epiſcopi. 92. diſt. Bald. in l. ſi gene
ro. C. de iure dot. vnde qui ſemel fuit ſeruus alicuius, nõ poteſt
amplius retorqueri nec interrogari in caput eius ob memoriã
præcedentis dominij, ita eſt text. in l. vnius. §. ſeruus eius. ff. de
quæſtio. & in l. ſeruos. 2. C. eod. de quæſtio. ſicut etiam quis ho-
noratur in memoriam præcedentis dignitatis. l. fin. ff. de decu.
27 † vbi qui deſijt eſſe decurio ciuitatis, non poteſt illo iure tor-
a queri in memoriam prioris dignitatis, [a] & in ſimili Barto. per
illum text. in l. 1. C. de aduo. diuer. iudic. Hinc eſt, quòd qui
ſemel fuit Abbas, & depoſuit officium ſine culpa, obtinet pri-
mum locum in choro, & conuentu poſt Abbatem in memo-
riam priſtinæ dignitatis. ſecundum Io. de Lignano in clem. ne
in agro, & ibi Imo. in vlt. quæſtio. de ſtatu monach. Et ei qui ſe
mel fuit Legatus ſeu Ambaſciator, ſemꝑ debetur reuerẽtia, in
memoriam priſtinæ legationis. ſecundum Spec. in tit. de Lega
to. §. finitur. in fin. per text. in l. vnica, cum ſuis concordantijs. C.
de comit. qui prouin. re. lib. 12. facit, quod ſignãter tenet Bald.
in l. obſeruare. §. proficiſci. in 7. quæſtio. ff. de offi. procon. & leg.
vbi tenet, quòd offendens officialem, vel eius familiam tempo
re ſyndicatus, punitur ac ſi eũ offendiſſet tempore officij, quia
adhuc remanent reliquiæ officij, ideſt appendices, vt l. j. C. vt
cauſæ poſt pub. adſit tu. Ad idem vltimò facit, quod ſingulari-
ter tenet Bald. in l. data opera. in 16. colum. C. qui accuſa. non
poſ. quòd ille, qui ſemel fuit creatus tabellio, ſed priuatus, ſi cõ
ficiat inſtrumenta tanquam tabellio, non punitur pœna mor-
tis, ſed mitius propter reliquias prioris tabellionatus, ſecus ſi
nunquam fuiſſet creatus tabellio, tunc deberet puniri pœna
mortis. refert, & ſequitur Ioan. de Ana. in cap. accedens. in vlti.
colum. de cri. fal. ¶ Tertia dubitatio eſt, quia non ſolùm erat li-
bertus, ſed etiam erat procurator patroni ſui, cuius rem age-
bat, prout bis repetitur in text. ſed iſtud etiam non ſufficit, vt

poſſit ei acquirere, licèt ſecus ſit in tutore, & curatore, & alio le
gitimo adminiſtratore, iſti bene poſſunt ſtipulari pupillo, vel
adulto, vt eſt text. in l. eum qui. §. item tutori, & §. ſi actori. ff. de
conſtitu. pec. gl. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. vbi dixi. ſupra eo.
& glo. in l. j. in prin. cum ſimi. ff. de ſtipul. ſer. ¶ Quarta, & vlt. eſt
dubitatio, nam iſte tex. ſimpliciter dicit, quòd iſte libertus agẽs
rem Quintiliani, ſtipulatus eſt illa mille denaria per eum mu-
tuata dari patrono ſuo hærediue eius, ergo verba obligatiua
fuerunt collata in perſonam ipſius ſtipulantis, & executiua in
perſonam patroni, ergo ſtipulatio debet valere, quando inter-
eſt ipſius ſtipulantis, vt l. ſi procuratori præſentis. cum glo. ſup.
eo. & gl. in d. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis inſulam. ergo contra text.
Barto. hic in 2. oppo. reſpondet, quòd in iſto text. non apparet
in cuius perſonam verba obligationis fuerint collata, cùm fue
rint imperſonaliter concepta, vnde intelligit, quòd fuerint col-
lata in perſonam patroni, in cuius perſonam etiam fuerũt col-
28 lata verba executiua, & ſic vult Barto. quòd † quando verba
obligatiua ſunt imperſonaliter concepta, & verba executiua
ſunt collata in perſonam alicuius tertij, intelliguntur etiam ver
ba obligatiua collata in perſonam eiuſdem, per illum text. &
hoc modo ſtipulatio eſt omnino vtilis, & ſequitur etiam Ang.
hic, & Barto. in d. §. ſi ſtipuler. ſed iſtud reprobat, & bene Raph.
Cuma. hic, & ſequuntur Pau. de Caſt. & Are. hic. Imo. Rapha.
Cuma. Ludo. Roma. & d. Alex. in d. §. ſi ſtipuler. quia quando
verba obligatiua ſunt imperſonalia, debent intelligi collata in
in perſonam ſtipulatoris, vt ſtipulatio valeat, & non in perſo-
nam patroni, vt ſic vitietur, vt hoc text. in vlti. parte, & l. eum
qui. §. Iul. ſecundo. vbi eſt tex. de hoc. ff. de conſti. pec. Item con-
tra Barto. eſt tex. in d. §. ſi ſtipuler. in ver. ſi quis inſulam. & in l. ſi
vnus. §. j. in ver. quòd ſi ſine perſona. ff. de pact. vbi verba fuerũt
imperſonalia ex parte ſtipulantis, ſed executiua fuerunt colla-
ta in perſonam tertij, valet, & tenet ſtipulatio, quando intereſt
ſtipulantis, vt ibi. vnde ad iſtam vlt. oppo. reſpon. melius Bald.
Imo. & d. Alex. hic, quòd ideo hæc ſtipulatio non valuit, dato
quòd verba obligatiua fuiſſent collata in perſonam ipſius liber
ti ſtipulantis, eo quia non intererat pecuniariter liberto ſtipula
ri, quòd detur domino niſi ratione affectionis, quod intereſſe
non eſt in conſideratione in propoſito ſecundum glo. in l. fide-
iuſſoris, in princi. vbi dixi. ff. de pact. & dixi etiam in l. ſtipulatio
iſta. §. alteri. ſup. eod. & hoc etiam tenet glo. ordinaria in l. j. in
fin. ff. de ſtipu. ſeru. quæ vult, quòd ex hoc ſolo, quòd quis ſit
procurator, non dicitur de ſuo intereſſe ſtipulari domino.
29 ¶ Sextò not. ex tex. ibi, nec ad ſolutionem proficiat, † ꝙ ei, qui
inutiliter eſt appoſitus ad obligationem, non poteſt etiam fie-
ri ſolutio, vt ſimpliciter adiecto, vt hic, & l. eum qui ita. §. qui
ſibi. & quod ibi notatur. ſup. eod. & l. ſi duo rei. in fin. ĩ. eo. & ſe-
cundum Bald. hic non poſſet ei ſolui etiam ratione taciti man
dati. ita dicit eſſe caſum vnicum in iure in l. ſi cùm Cornelius.
ff. de ſolu. ex quo ſtipulatio principalis quo ad eum eſt nulla.
30 ¶ Septimò no. in verſi. ſupereſt, † ꝙ quando poſt numeratio-
nem ſequitur ſtipulatio valida incontinenti ante vel poſt, non
oritur actio ex numeratione, ſed ex ſtipulatione, eo quia nume
ratio cenſetur eſſe facta, vt ſit cauſa, & implementum ſtipula-
tionis, vt dicit tex. in l. ſi ita fuero ſtipulatus. §. fin. & l. cùm enim.
de nouatio. & l. certi cõdictio. §. quoniam. ff. ſi cert. pet. ſecus qñ
ſtipulatio eſt inutilis, tunc non impedit oriri actionem ex nu-
meratione, vt hic in 2. reſpon. Per iſtum tex. decidit no. Bar. ĩ. in
pen. q. quòd ſi aliquis in libello diceret ſe numeraſſe Titio puta
centum ex cauſa mutui, & ideo petit eũ condemnari, & poſt-
eà in proceſſu producit inſtrumentum, in quo Titius confite-
tur ſe illa centum mutuo habuiſſe, & illa per ſtipulationẽ pro-
miſit reddere, vel producit inſtrumentum, ꝙ continet nume-
rationem & ſtipulationem, debet ſuccumbere, quia intentauit
actionem ex numeratione, quæ naſci non potuit, cùm ſtipula-
tio eſſet vtilis, & debuit agere ex ſtipulatione, ex qua ſola nata
eſt actio, vt hic cum concordantib. præallegatis. cum Bar. tenet
ſimpliciter Ang. hic, & Bal. in l. abſentis, & ibidem Ang. ad fi. C.
ſi cert. pet. Idem tenent omnes Mod. hic, quos ſtatim referam
cum vna limitatione, quam ponit idem Bar. in d. l. certi condi
ctio. §. ſi nummos. in prima combinatione. vbi Bart. videtur fa-
cere differentiam, quando interuenit numeratio, & ſtipulatio
ſimul, vtrum in libello agatur ex numeratione, & ſic ex actu
naturali, quia numerauit, & tunc libellans debet ſuccumbere.
b ita procedit deciſio Bar. [b] hic, ſecus ſi in libello ageret ex mu-

tuo

ADDITIONES.

a ¶ Dignitatis. Adde, quid operentur reliquiæ dignitatis, & vide Catt. verſic. poteſtas, & ver. dignitas priſtina.

b Deciſio Bar. Pro qua vide, quæ ſcribit Pra. Pap. for. lib. Act. hypot. ver. mutuo & ex cauſa mutui.

tuo simpliciter, tunc procederet libellus, quia intelligeretur actum ex mutuo ciuili, cui natura cooperatur, quod est quando interuenit numeratio, & stipulatio l. 2. §. fin. & ibi gl. & Doc. ff. si cer. pet. Ita tenent Raph. Cu. Pau. de Cast. do. Alex. & Aret. hic. Bart. Imo. & Mod. in l. 1. §. si quis ita. ad fin. s. eo. & simpliciter etiam sequitur d. Abb. in cap. si cautio. in 3. col. de fide instr. * & ista videtur esse *magis communis opin.* Sed subtilis Raph. Fulg. in d. §. si nummos. tenet, quòd etiam possit sustineri libellus in primo casu, quando egit ex eo, quod numerauit, & apparet, quod interuenit numeratio, & stipulatio, quia intelligitur, quòd ago ad primam stipulationem tanquã causam remotam, non tanquam causam proximam producentem obligationem, cùm stipulatio sit proxima causa producendi obligationem, vt hic. Item mouetur, quia etiam si nullam causam expressisset, procederet libellus, si non esset oppositum à parte. l. fin. C. de anna. exce. ergo magis debet procedere, si vnam expressit licèt remotam, quia quãdo non requiritur expressio causæ, si exprimatur,
31 & inepta, non vitiat. l. vnica. in prin. C. de rei vxo. actio. ¶ † Ego confirmo fortius vltra eum, quia minus vitiat inepta expressio, quàm omissio, ita signãter tenet Bart. in l. demonstratio falsa. in prin. ff. de cond. & demon. in pen. col. in 3. quæst. per tex. in d. l. vnica in prin. quod valde no. ¶ Et hoc ego probo vltra Bart. quia testamentum, in quo testator aliquem hæredem instituit, & filium præterijt, institutio est nulla, vel inualida, tamen sustinetur per Auth. ex causa. C. de libe. præte. & tamen si testator nullum hæredem instituisset, & præterijsset filium, non sustinetur testamentũ per d. Auth. ex causa. gl. est notabilis, & approbata in l. 1. §. fi. in gl. fi. & ibi Bart. & Doct. multum notant, & sequuntur. ff. de vulg. & pupil. & sic minus vitiat institutio facta, quæ est inualida, quàm quãdo est omissa, modo in proposito cùm omissio causæ non vitiet libellũ, ergo minus debet vitiare expressio causæ, quæ est inepta, & remotior. ita potest multum fortificari fundamentum Raph. Fulg. contra communem sententiam. ¶ Sed aduerte, quòd istud fundamentum licèt videatur coloratum, procederet quando non fuisset oppositum per partẽ in libello, sed facta oppositione prout cõmuniter fit, tũc cessaret, & iura adaptantur ad ea, quæ communiter, & frequẽtius contingunt. l. ex his. & l. nam ad ea, & l. sequenti. ff. de legib. ¶ Istam opinionem contra communem etiam tenet Paul. de Cast. sibi contrarius in l. 2. §. fi. ff. si cer. pet. vbi dicit, quod opinio Bar. est nimis rigorosa, & omnib. videtur iniqua, quia si producatur instrumentum continens actualem numerationẽ, & etiam stipulationem, valde iniquum esset tenere, quòd reus nõ debeat condemnari, prout etiam in simili tenet Bal. in l. generaliter. in 9. quæst. & ibi Sal. in 14. quæst. C. de non num. pecu. mouetur Pau. de Cast. relicta ratione Bald. quia ex productione instrumenti continente etiam stipulationem, apparet qualiter actor in libello suo voluerit numerationem deducere, quia nõ tanquam causam per se producẽtem actionem, sed tanquam implentem stipulationem & ista pars contra communem in
32 pũcto iuris posset teneri, quia † omnis impropriatio debet fieri, vt libellus sustineatur, prout multa cumulaui in l. sed & si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiuran. ¶ Item debet stari declarationi libellantis, qualiter numerationem in libello deduxerit, per regulam legis si quis intentione ambigua. ff. de iud. nã ipse declarabit, vt libellum suum defendat, quòd numerationẽ deduxit tanquam causam implentem stipulationẽ. ¶ Tamen tenendo magis communem opin. à qua forte non esset tutum in iudicando, & cõsulendo recedere, eam limita, nisi actor ageret ex numeratione, & produceret instrumentum confessionis mutui, sed lapsa essent tempora ad opponendum exceptionẽ non numeratæ pecuniæ, tunc, quia lapso tali tempore lex præsumit numerationem intercessisse. l. si sub specie, & ibi Bald. ad hoc not. C. de postu. debet obtinere, licèt egerit ex numeratione, ita limitat Bal. in l. vnica. in prin. C. de rei vxo. act. & in l. pecunia. C. de sol. Tamen ista limitatio nõ procederet, quãdo interuenisset stipulatio. Ideo de eius veritate scribũt plenius Imo. & Mod. in l. 1. §. si quis ita. s. eo. ¶ Secundò limitat do. Alex. hic,
33 † quando causa esset commissa cognoscenda de æquitate, vel
a sola facti [a] veritate inspecta, tunc ille, cui facta est talis cõmissio, potest procedere ad cõdemnationem, quamuis in petitione fuerit deducta vna causa, & in processu fuerit probata non illa, sed alia causa, quæ in se sit legitima, ita dicit tenere d. Ant. de But. in consi. suo quod incipit viso d. puncto. sed certè istud consilium do. Ant. de But. quod alleg. d. Alex. non est inter consilia Butrij impressa, vnde de ista limitatione pro ea confirmã-
34 da, remitto me ad ea, quæ aliàs dixi in d. §. si nummos. ¶ † Octauo no. in ver. sequens. quod licèt stipulatio principalis de sorte fuerit personaliter cõcepta, & relata ad certam personam. s. patroni, tamen si stipulatio pœnalis vsurarum fuerit impersonaliter concepta, non videtur relata ad eandem personam, ad quam principalis erat relata, & rationẽ assignat iste tex. in ver. neque. n. quia nunquã intelligitur repetitio, quæ habet vitiare, vt hic, & l. si quis à filio. ff. de leg. 1. & ibi est gl. not. quæ vult, quòd qualitas, quæ vitiat, in dubio non intelligitur repetita in sequenti actu, & est de hoc tex. not. in l. seruo alieno. §. si ab impubere ff.
35 ff. de leg. 1. † sicut etiam clausula in fine posita non refertur ad illa capitula præcedentia, quæ ex tali relatione fierent inualida. l. cum vulgari. ff. de do. præleg. & l. talis scriptura. in ver. 1. & ibi Bart. in duob. locis, ad hoc no. ff. de leg. 1. ¶ Et sic correlariè no. ex hoc tex. quòd licèt stipulatio vsurarum sit accessoria, nec sine principali stare possit, tamẽ potest stare in persona alterius, in qua non sit principalis, facit l. stipulatio ista. §. alteri, in fin. s. eo. & l. 2. & l. fi. C. per quas perso. no. acqui. & l. solutum. §. per liberam. ff. de pig. actio. ¶ Nono no. ex tex. ibi, & cogitur eam patrono cedere. quod licèt in stipulatione vsurarum impersonaliter concepta, non intelligatur persona patroni, sed solùm liberti, tamen libertus censetur procuratorio nomine tales vsuras stipulatus nomine patroni, & ideo tenetur sibi cedere, vt dicit litera, & sic pondera, quòd licet persona patroni, quæ erat in obligatione sortis, non intelligatur in stipulatione vsurarum repetita, vt in eo substantietur obligatio, tamen qualitas, quę erat in persona liberti, bene intelligitur repetita, vt censeatur procuratorio nomine patroni tales vsuras stipulatus. Per istum text. in-
36 fert signanter Bar. j. in antepe. quęst. † quòd si aliquis cœpit agere in iudicio procuratorio nomine talis, licèt postea in sequentibus non repetat illa verba procuratorio nomine, tamen illa qualitas procuratorio nomine censetur esse repetita, quia licèt persona non intelligatur repetita, vt hic, tamen quando est eadem persona, qualitas procuratorio nomine bene intelligitur repetita, ita est text. egregius, & valde notabilis hic. Cautius tamen est secundum Bar. quod in libello dicat, quòd agit, & agere intendit, & sic in futurum procuratorio nomine, tunc apparet, quòd omnes actus facere intendit vt procurator, & sic nõ poterit ei obijci de hoc tex. in fin. quòd persona extranea nõ subintelligitur repetita, & cum ista not. decisio. Bartol. transeunt
* *Imo. & alij* hic, idem tenet Bart. in l. qui seruum. ff. de interrog. act. vbi per illum tex. in fin. not. quòd non est necesse, quòd in omni actu facto per procuratorem, quòd ipse dicat, quòd facit procuratorio nomine, sicut nec ibi in fine dicebat se facere nomine alterius, licèt haberet mandatum. facit quod notabiliter decidit Bald. in l. qui pro euictione. ad fin. ff. de
37 procu. vbi tenet † quod si contractus habet plures particulas, & in vna particula fiat mentio officij, qualificando ipsam obligationem, licèt postea in alijs particulis contrahentes simpliciter loquantur, tamen totus contractus intelligitur eodem modo qualificatus, per tex. quẽ ad hoc reputat notabilem in l. Lucius. j. ff. de fideicom. liber. & vltra eum istud etiam bene probatur in hoc tex. inducendo, vt sup. & sequitur etiam dom. Alex. ¶ Contra istud notabile, & contra istum tex. oppo. quòd imò competit vtilis patrono sine cessione per reg. l. quòd procurator ex re. ff. de procurato. & l. Iul. §. si procurator. ff. de act. emp. nam stipulando vsuras propter rem domini, ex re domini videtur stipulari, prout expresẽ tenet gl. in d. l. quod procurator ex re. sed illam glos. reprobat ibi Bart. & bene, quia fructus, & partus bene sunt ex re mea, cùm ex ea proueniant, sed vsura non est ex re nostra, sed propter rem. l. vsuræ pecuniæ. ff. de verb. sig. eo quia vsura non percipitur nec prouenit ex re, sed ex prouisione, & industria hominis ipsas vsuras stipulãtis. l. quamuis. C. de vsu. & idem tenet Bar. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. in 5. fal. vbi plenius loquitur. s. eo. Et ante Bart. tenet glos. iuris canonici in cap. quanquam, in ver. possint acquirere, ad fin. de vsu. in 6. & licèt Bart. non dicat, tu pondera pro ista opi. bene facere istum tex. qui in vsuris stipulatis à procuratore requirit, quòd fiat cessio patrono, & sic domino, ergo ostendit, quòd vsuræ nõ sunt ex re domini, quia non requireretur cessio, prout tex. vult, sed sunt propter rem. ¶ Circa istud no. & istum tex. Bart. hic fuit in mirabili opi. quòd hodie ista cessio non sit necessaria, sed quòd stipulatio vsurarum quæratur patrono sine cessione, sicut est quæsita actio ad sortem principalem per tex. in l. 2. C. per quas perso. nob. acqui. & sic tenet Barto. quod illud quod dicitur in hoc text. de cessione, sit hodie correctum per d. l. 2. vbi Imperator statuit

ADDITIO.

a Sola facti. Adde, quòd procedere sola facti veritate inspecta est plusquàm summariè, teste Neuiz. consi. 18. nu. 22. ex qua clausula omnes solennitates iuris ciuilis censentur sublatæ, vt scribit Rol. consi. 53. nu. 13. lib. 2. post Ias. in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cer. pet. Quæ quidem clausula limitat Reg. quòd iudex iudicare debet secundum allegata, & probata, vt idem Neuiz. notat consi. 80. nu. 39. de quo plura scribit D. Osasc. Decis. 2. post prædictum Neuiz. consi. 97. num. 10. & 12. vbi omnes pulchrè, & ad forum vtiliter differunt. MASVER.

statuit de nouo, quòd sicut per numerationem factam nomine tertij, quæritur illi actio sine cessione, ita si vigore illius numerationis sit secuta hypotheca, vel pignus similiter quæratur sine cessione, cúm sit accessoria, ergo idem in vsura, quæ est accessoria sicut & hypotheca, & cum ibi ratio sit expressa in tex. in versic. si enim. etiam in correctorijs licita est extensio ex identitate illius rationis scriptæ, vt §. ex his. in Auth. de hær. quæ ab intest. per quem text. ita tenet Bald. in Auth. quas actiones. in 2. colum. C. de sac. san. eccle. idem Bald. in l. maximum vitium. in 4. colum. C. de lib. præte. & in l. fin. vbi etiam Imo. ff. de hær. instit. Raph. Cu. in l. cùm mulier, per istum text. ff. solut. mat. cum alijs cōcordātijs traditis per d. Alex. hic in vlt. char. & dixi in d. Auth. quas actiones. hinc est, quòd dispositio d. l. 2. quæ corrigit in accessoria obligatione hypothecæ, extenditur ad accessoriam obligationem fideiussoris ex identitate rationis ibi scri-
* ptæ, secundum Cyn. Bald. Angel. & Salic. in d. l. 2. Barto. *& communiter alij* in l. si pecuniam militis, vbi dixi. ff. si cert. pet. ipse tamen d. Alex. sibi contrarius in l. peregrè. §. 1. ff. de acquir. possess. tenet, quòd etiam quando ratio est expressa in l. corrigente, ꝙ tamen non est licita extensio ex idētitate illius rationis scriptæ, nisi quando fieret extensio de casu, qui lata significatione vocabuli poterat contineri sub expressa, motus per aliqua de quibus ibi per eum, præsertim per duas gloss. iuris canonici, quibus respondet Imo. in l. si vero. §. de viro. ff. solut. matrimo. sed pri-
38 mum est verius, & communius, † quia quando ratio est expressa in l. corrigente, non dicitur fieri extensio, sed est ipsa lex, quæ loquitur. l. his solis, ad fin. in versic. satis etiam tacitè cautū putamus, & ibi Bald. ad hoc not. C. de reuoc. dona. istud idem, quod hic, videtur etiam tenere idem Bartol. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. in 5. fal. in fin. s̄. eo. facit, quod per d. l. 2. mirabiliter tenet idem Bartol. in d. §. si nummos, in 3. combinatione, vbi tenet, quòd quando quis numerat nomine alterius, & etiam stipulatur sibi dari, non oritur illi tertio actio ex stipulatione, quia est inutilis, sed oritur solùm ex numeratione, vt hoc tex. & d. l. certi condictio. §. quoniam. & §. si nummos. nam secundū Bar. istud est etiam hodie correctum per d. l. 2. quia sicut per numerationem alteri per alterum quæritur actio, ita & stipulatione super illa numeratione interposita, & ita limitatur regula. l. stipulatio ista. § alteri. s̄. eo. idem tenet Bartol. in l. fin. ff. de do. & in l. Caius. ff. solut. matrim. Paul. de Cast. in d. § quoniam. & in d. l. si pecuniam militis. & plenius in d. l. fin. § fin. ff. de don. & in d. l. Caius. & sic videtur Barto. tenere, quòd per d. l. 2. corrigantur hodie duo dicta huius. §. superius relata. ¶ Sed vtrunque dictū
* Barto. *communiter reprobatur*, & primum reprobat Angel. hic, qui dicit se nunquam adhæsisse huic opi. Barto. sequitur Imo. Raph. Cum. d. Alex. & subtiliter Aret. hic, secundum dictū reprobāt Salic. Raph. Cum. Fulg. d. Alex. & alij in d. §. si nummos. Io. de Imo. Raph. Cum. Pau. de Cast. sibi contrarius, & d. Alex. & Aret. hic in 1. col. qui dicit, quòd semper fuit multum admiratus de Bart. in hoc, Imo. in l. fi. ff. de do. & in d. l. stipulatio ista. §. si stipuler, & dicit d. Alex. in d. l. si pecuniam militis, cir. fin. quòd in vtroque d. communis opin. Doct. est contra Barto. eo quia d. l. 2. loquitur in hypotheca, quæ solum tendit ad firmandum principaliter obligationem, & per eum non augmentatur obligatio principalis, sed magis assecuratur, ideo magis regulatur secundum naturam principalis obligationis, & acquiritur ei cui & principalis, & nullum commodum potest afferre stipulanti eam, cui non debebatur sors, sed stipulatio vsurarum, quæ est pœnalis, tendit ad augendam principalem obligationem, cùm debeatur vltra sortem, & potest stipulatori afferre commodum, ideo non ita de facili transit sine cessione, sicut transit hypotheca, quæ est multo minoris præiudicij, similiter in secundo dicto Bart. quando intersit numeratio, & stipulatio nomine alterius tertij, non est verum præsuppositū Bart. quòd stipulatio sit accessoria, imò est principalis, cùm numeratio fiat propter ipsam stipulationem, & est implementum stipulationis, vnde facit cessare actionem ex numeratione, quādo stipulatio est valida, vt hic in versic. superest, & d. l. si ita fuero stipulatus. §. fin. & l. cum enim. ff. de noua. Sed tu subtiliter
39 aduerte defendendo d. Barto. † quòd tex. in d. l. 2. in nulla sui parte se fundat ex eo, quia hypotheca sit accessoria, prout arguunt Docto. tenentes contra Barto. sed tex. ibi in versi. si enim. assignat expressam rationem, quia ex quo procurator tenetur omnino cedere actionem ex numeratione domino ad euitandum circuitum talis cessionis, statuit, quòd ipso iure domino competat, sed ista ratio militat in stipulatione vsurarum: nam iste tex. dicit, quòd procurator tenetur cedere domino, ergo vt euitetur circuitus cessionis, debet competere domino, ergo cùm ratio ibi expressa in tex. eo. modo se habeat ad vsuras, & hypothecam, ergo eadem debet esse iuris dispositio, cum etiā in correctorijs, vt proximè dixi, quando ratio est expressa in l. corrigente, licita est extensio ex idētitate illius rationis scriptæ. Nec obstat illud, quod dicit Are. quòd licèt militet ista eadem ratio in vtraque, tamen quod diuersa est qualitas hypothecæ, & vsurarū, quia prima est minoris præiudicij, vt patet ex proximè superiùs dictis, ergo non debet fieri extensio, quia ista responsio Are. non euacuat realiter fundamentum factum contra cōmunem pro Bart. quia diuersitas qualitatis, quòd vna sit magis accessoria quàm altera, vel minus præiudicialis quàm altera, nō facit quin ratio expressa in d. l. 2. æquè militet in vtra-
* que, ergo idem debet esse ius. Item aduerte in quātum *communiter Scribentes* præsertim d. Alex. hic in vlt. char. tenet ꝙ d. l. 2. sit correctoria cùm veniat ad corrigendum. l. solutum. §. per liberam. ff. de pign. act. prout etiam tenent Imo. & Lud. Ro. in d. l. stipulatio ista. §. si stipuler. s̄. eo. hic alleg. per ipsum d. Alex. nā contrarium, & melius tenuit idem d. Alex. in d. l. si pecuniam militis. ff. si cert. pet. vbi tenet, quòd d. l. 2. non corrigat d. §. per liberam. sed bene eum limitat in casibus, in quibus per procuratorem quæritur principalis actio alteri, tunc etiam quæritur hypotheca, aliàs secus, & ante eum ita etiam tenet Bart. in d. §. per liberam. sed in iuribus limitatorijs bene licita est extensio. cap. cum dilecta. §. nos igitur, & ibi d. Abb. ad hoc not. de confir. vti. vel inuti. & est bonus tex. in cap. post translationē. in ver. quanquam, & ibi Bald. ad hoc multum not. de renun. Bartol.
* *& communiter alij* in repetitione. l. si constante. ff. sol. matrimo. in 9. quæst. 1. par. prin. post glo. ibi. ¶ Decimo, & vlt. not. ex tex. ibi,
40 raro autem inesse tempus. † quòd licèt in stipulationibus raró subintelligatur tempus, vel conditionem inesse ex præcedentibus si non exprimatur, vel quando hoc inducitur subsistentib. verisimilibus coniecturis, tamen persona nūquam extrinsecus subintelligitur, & ad hoc vltimū frequēter allegatur iste tex. & sic pondera nouiter vltra Scribētes hic esse tex. ꝙ non est bonū argumentum de tempore ad personas, & tex. hic facit expressam differentiam, quod est contra communem regulam, quæ habet, ꝙ bonum est arg. de tempore ad personas, & econtra, vt est tex. in l. qui plures liberos. in princ. vbi Iurisconsultus ita arguit, & ibi Bart. & alij omnes ad hoc notant. ff. de vulg. & pup. & si dicis, ꝙ istud hic fit, quia est ratio diuersa, punctus est assignare rationem diuersitatis. Tu respondeas, & bene, ꝙ ideo ex præcedētib. difficilius subintelligitur persona quàm tēpus, quia persona subintellecta facit vitiari stipulationem, quę alteri personæ fieri non potest, vt dicit tex. hic in ver. neq; enim. secus est in tēpore, ꝙ licèt aliquando ex præcedentib. subintelligatur, tn̄ non vitiat stipulationem, licèt eam suspendat, & propter hoc difficilius subauditur extrinsecus persona quàm tēpus, aut cō-
41 ditio, & ista est veritas. ¶ † Illud autem ad quod sæpè allegatur iste tex. ꝙ nunquam persona extrinsecus subintelligitur, limita secundum Bar. hic, vt procedat in diuersis stipulationib. seu dispositionib. vt hic, secus in vna, & eadem, vnde si te interrogo, promittis dare mihi, & Titio, & tu respondeas promitto, intelligeris vtrique promisisse, vt insti. de duob. reis. in prin. & l.
42 si mihi, & Titio, s̄. eo. † quia responsio simplex intelligitur secū dum interrogationem præcedentem. §. præterea. insti. de inuti. stip. & l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interro. actio. nisi in respōsione exprimeretur persona vnius, vt promitto Titio, tūc alteri non videtur promittere, & l. duos reos. versi. sed si à duob. ff. de duob. reis. Nisi cōmunitas rei, & præiudicij modicitas, & identitas rationis aliud inducant, vt est tex. not. in l. 1. & ibi dixi. C. de diuer. rescr. ¶ Vltra Bar. secundó fallit fauore dotis, vnde si extraneus, qui dedit dotem, stipulatus est simpliciter eam reddi, & non dicit sibi vel mulieri, licèt aliàs videretur sibi stipulatus, vt hic in vers. superest, & in l. stipulatio ista. §. si quis ita. el. 1. s̄. eo. Tamen fauore dotis intelligitur stipulatus mulieri. l. post dotē. secundum tertiam lecturam glo. ff. sol. mat. secundum Bar. in l. Caius. ad fi. & ibi Pau. de Cast. & Lud. Ro. ff. sol. mat. licèt Imo. ibi de hoc dubitet. ¶ Tertiò limita, ꝙ ratione societatis persona extrinsecus subauditur. l. si quis vni. ad fin. & ibi Bald. ad hoc no. ff. rem rat. habe. ¶ Quartò limita hoc procedere, quia si persona subintelligeretur, stipulatio efficeretur inutilis, vt statim dixi, secus si vtilis esse possit. d. l. Caius, & ibi Docto. ad hoc not. ¶ Quintò limita, quando præcessisset mādatū, ꝙ deberet alicui stipulari, tunc posteà in stipulatione impersonaliter facta persona extrinsecus subintelligitur secundum Barto. & Docto. in d. l. post dotem, per illum tex. maximè secundum tertiam, & sextā lect. Bald. not. in d. l. si patruus, in 2. col. C. communia vtriusque iud. facit, quod notatur in l. 4. §. si ab ignoto. ff. de manumis. titu. generali, & vide ad istud not. quod not. Bartol. in l. si absentis. C. si cert. pet. ¶ Gloss. j. eleganter declarat mentem huius §. ego planius. s̄. exemplificaui in diuisione, & apostillatione text. & dum gloss. dicit, quòd primus casus modicam habet dubitationem, dic quòd imò habet quatuor notabiles dubitationes, quas posui. s̄. in 5. not. ¶ Gloss. parua in verbo assignante. ex ista gloss.

iunćto text.not.Bartol. Angel.Imo. & alij hic ad ſigna, quæ ſub-
ſcribentes partes, teſtes, vel notarij ponunt in ſcripturis, vel in-
ſtrumentis.facit ſecundum eos.l.fin. ibi, ſignum quod ſolitum
eſt chartis imponi. C.de aſſeſſo. & l. ſi qua per calumniam, &
quod ibi Docto.C.de epiſc.& cler.& quod notatur in §. opor-
tet.in Auth.de inſtru.cau.& fide. Spe. in tit.de inſtrum. edi.§. 1.
43 in verſic. in fin. autem. vbi tangit Spec. † an valeat inſtrumen-
a tum tabellionis, ſi non appoſuit ſuum ſignum, ª & refert,
quòd in quibuſdam locis, vt Narbonæ tabelliones non vtun-
tur aliquibus ſignis, ſed ſolum inſtrumentis ſe ſubſcribunt, &
licèt in hoc ſecundum eum ſtandum eſſet conſuetudini regio-
nis, tamen vtile eſt vnumquemque notarium habere ſuum
ſignum proprium, & illud ſemper in inſtrumentis apponere, &
ſequuntur Imo. & do. Alex. hic. Idem tenet Bartol.in l. ad te-
ſtium.§.ſi quis ex teſtibuus.ff.de teſta. & latius in procemio ffo-
rum in 2.colum.vbi dicit, quòd de hoc habuit magnam quæ-
ſtionem de facto cum multis concordantijs hic traditis per d.
Alex.& dicit Bald.in l.falſus, in fin.C.de furtis, quòd ſignum ſi-
ne ſubſcriptione nihil operatur, & in iſto text. vtrunque inter-
uenit, ſcilicet ſubſcriptio, & ſignum.¶Capio gloſſ.in verſic. nul-
lam. quam diuide in quatuor partes. In prima declarat text. In
ſecunda remouet vnum contrarium. In tertia oppo. & ſoluit,
In quarta, & vlt.etiam opponit, & dupliciter ſoluit. Seconda
ibi, licèt quæſita actio extēdatur. Tertia ibi, ſed obſt.s̃.de calum.
Quarta, & vlti.eſt ibi.Item opponitur.C.de iu.do.¶In ea.gloſſ.
ibi, l. ſi quis ſolutioni. §. fin.dic clarius, quòd ibi non quæritur
actio alteri, ſed iam quæſita bene conſeruatur ei per liberam
perſonam, vt ibi, & l.ſi ſeruum.§.nunc videamus. s̃.eo.nam fa-
cilius eſt ius quæſitum conſeruare, quàm de nouo acquirere. l.
per procuratorem.ff.de proc. & l. prohibere.in prin.ff.quòd vi,
aut clam.facit regula.l. patre furioſo.ff.de his, qui ſunt ſui, vel
alie.iur.& cap. quemadmodum. de iureiur. cum ſimi. ¶ In ea.
gloſſ. ibi, propter delictum, quia recipiens pecuniam, vt mihi
calumniam faciat, potiùs obligatur mihi ex delicto ſuo, quàm
contrahendo acquiratur mihi obligatio, vnde remanet firma
regula, quòd contrahendo alteri per alterum non acquiritur.
44 ¶In ea.gloſſ.ibi.l.fin. in princ. † vbi ſi extraneus dat dotem pro
muliere, & non ſtipulatur ſibi reddi, acquirit mulieri actionem
de dote, cui videtur donare.gloſſ. ponit duas ſolutiones, quæ
ſunt bonæ.tertio modo reſpondet Imo.& d.Alex.quòd ibi mu
lier fuit expreſsè ſtipulata, tamen ſolutiones gloſſ. poſſunt eſſe
bonæ, quia mulier fingitur ſtipulata per l.vnicam.§.accedit. C.
de rei vxo. actio. Hinc eſt, quòd ſi aliquis dat dotem nomine
mulieris, ipſa mulier breui manu fingitur dediſſe, vt l.3.§.ſcien
dum.ff.de dona.inter vir.& vxo. ¶Capio gloſſ. paruam in ver-
bo poſſit. Pro clara intelligentia text. & gloſſ. vt habeamus ve-
rum intellectum verſic.ſupereſt, qui eſt ſatis ſcabroſus, oppo-
no dupliciter contra tex.¶Primo tex.in princ.videtur innuere,
quòd libertus numerauit pecuniam nomine patroni, & hoc
expreſsè tenet gloſſ. 4. in verbo agente. ergo actio ex numera-
tione, debet acquiri ipſi patrono, cuius nomine facta eſt ipſa nu
meratio, vt dicit text.s̃. in parte præcedenti in verſic. planè. & l.
certi condictio.§.ſi nummos.ff.ſi cer.pet.& l.4.C.eo.tamen tex.
iſte in verſicu. ſupereſt. videtur ſentire, quòd ex numeratione
quæratur actio liberto, qui numerauit, dum dicit ſupereſt, vt
quæramus, an ex numeratione ipſe, qui contraxit, pecuniam
creditam petere poſſit, & ſic ipſe, ſcilicet libertus, qui contra-
xit, prout etiam ponit gloſſ.parua hic in verbo ipſe.¶Secunda
oppoſitio eſt, nam iſte text.in verſic.ſupereſt. format quæſtio-
nem, an ex numeratione poſſit agere ipſe, qui contraxit ad pe-
cuniam creditam, & poſteà reſpōdet ad hoc ſic obſcurè, quòd
vix poteſt intelligi, & debuerat Iuriſconſultus quæſtionem pro
poſitam clarius decidere, nam illud, quod pro reſponſione di-
cit text.quoties pecuniam mutuam dantes eā ſtipulamur, non
duæ obligationes naſcuntur, ſed vna verborum, non videtur
eſſe ad propoſitum.illud autem, quòd ſubdit in verſic. planè ſi
præcedit, videtur eſſe ad propoſitum ſi bene intelligatur, quòd
quando præcedit numeratio, & ſequitur ſtipulatio, intellige ſci-
licet inutilis, tunc per ſtipulationem inutilem non impeditur
obligatio naſci ex numeratione, vt per multa exempla declarat
Iuriſ.in d.l.certi cōdictio.§.quoniam.& iſtud vltimum bene fa-
cit ad queſtionem.vt ĩ.6.loco declarabo.¶Circa primam opp.
dantur per gl.Iac.de Are.& Bar.5.ſol.& ſic quinque intellectus
ad iſtum ver.ſupereſt.ego poſtremò.ĩ.6.loco dicam, quid ſen-
tiam, & quomodo realiter intelligam iſtum ver. & ad vtranq;
opi.reſpondebo.¶Vnde primo loco gl.iſta voluit reſpondere,
quòd regulariter numerans pecuniam, non poteſt agere niſi in
caſu d.l.4.C.ſi cer. pet. quando ille cuius nomine fuit numera-
tum, nō habuit ratum, & ita loquitur hic. Sed iſta ſolutio vltra
diuinationem nimium reſtringit iſtum tex.alias tres ſolutiones
ponit Iac.de Are. hic relatus per Bart. vnde ſecundo modo re-
ſpondet Iac.de Are.quòd hic libertus non numerat nomine pa
troni, nec hoc dicitur in tex.& ſic ceſſat oppo.& dum tex.dicit
agente rem Quintiliani, vult dicere, quòd erat actor, ſeu caſtal-
dio patroni, & ſic dicta verba ſunt adiecta ſolū ad demonſtran
dum eius officium, iſtum intellectum dicunt Bart. & Ang. eſſe
notabilem, quòd non ſufficit numerare nomine alterius, niſi
hoc exprimatur, & agatur cum eo cui numeratur, d.§.ſi num-
mos.¶Iſtum intellectum reprobant Imo.Raph. Cum.d.Alex.
45 & Aret.† quia quando fit mentio nominis officij, licèt non di-
catur, quòd nomine officij fiat actus, tamen in dubio videtur
fieri nomine officij, de quo fit mentio, vnde ſi dicatur talis tu-
tor, vel procurator facit ſic, intelligitur tutorio, vel procurato-
rio nomine, vt l.fi.ff.de inſtito.& l.quacunque ratione, cum gl.
parua.ff.de procu.& l.ſciendum.§.ſi fundus, verſi.tutores.ff.qui
ſatiſd.cog.ergo in propoſito ex quo fit mētio, quòd erat actor,
vel caſtaldio, debet intelligi, quòd actoris, vel caſtaldionis no-
mine, & ſic nomine domini fecerit. ¶Sed aduerte licèt iſta re-
probatio videatur colorata, tamen poteſt bene euadi, quia li-
cèt ageret rem Quintiliani, & ſic eſſet eius actor, ſeu caſtaldio,
tamen non apparet in text. quòd tempore numerationis fieret
mentio talis officij, niſi dicas, quòd dum text.dicit agente rem,
debet intelligi ſcilicet, in hoc argumēto.l.2.§.homines.ff.vi bo.
rap.& pondera, quòd tex.bis repetit iſtud, rem agens Quintilia-
ni, præſertim in ſtipulatione, dum dicit, quòd illam pecuniam
in calendis proximis dari patrono hærediúe eius ſtipulatus eſt
libertus, & rem agēs Quintiliani, & ſic pondera, quòd poſtquā
dixit ſtipulatus eſt libertus, ſubiunxit, & rem agens Quintiliani,
ad demonſtrandum, ꝙ ſtipulatus eſt tanquam agens rē Quin-
tiliani, & non ſimpliciter, & incontinenti ante facta eſt numera
tio.¶Tertiò modo reſpondet Iac.de Are.ꝙ hic in ver.ſupereſt.
mutat caſum, & loquitur quando libertus mutuauit ſuo no-
mine proprio.Raph.reprehendit, & reputat eſſe truſſam, ꝙ hic
mutetur caſus, & vltra eum eſt violentia literæ, quæ proſequi-
tur eundem caſum.Item ſi in ver.ſupereſt, mutaretur caſus, ine
ptè, ſuperuacuò, & fatuè quæreretur, vtrum poſſit agere ex nu-
meratione illemet, qui numerauit ſuo proprio nomine, quia eſ-
ſet indubitatum.¶Quartò modo reſpondet Iac.de Are. ꝙ tex.
in ver.ipſe, exponatur.ſ.patronus, qui contraxit per libertū nu-
merantem nomine patroni.iſtum quartum intellectū ſequun-
tur Raph.Cu.Pau.de Caſt.& d.Alex.& eum probant, quia pa-
tronus iuris intellectu intelligitur contraxiſſe per libertum. l. &
46 licèt.ff.de cōſti.pecu. † quia procurator in actu naturali nume
rationis, vel apprehenſionis poſſeſſionis dicitur præſtare nudū
miniſterium.l.quod meo.§.procurator.ff.de acqui. poſ.& l. qui
mihi donatum.& ibi Bar.ff.de don.Item ſecundum Raph. Cu.
ſubtiliter confirmatur iſte intellectus, quia ſi text. exponeretur
ipſe.ſ.libertus, tex.in parte præcedenti in ver. planè.fruſtra præ
miſiſſet regulam ibi poſitam, ꝙ quando quis numerat nomine
alterius, ipſe agit, cuius nomine fuit numeratum, illa regula eſ-
ſet ſuperflua, ſi iſte tex.intelligeretur, quando libertus ſuo pro-
prio nomine numeraſſet, & non nomine patroni.ſed iſte intelle
ctus mihi nullatenus placet, & violat literam, & ſecundum iſtū
intellectum text.haberet parum dubij, quia iſtud erat expreſsè
deciſum in parte præcedenti in ver. planè. quòd ipſe patronus
poteſt agere ex numeratione ſuo nomine facta.¶Quintò mo-
do reſpondet egregiè Bart.quòd iſte text. in themate nihil dicit
de numeratione, ſed ſolum dicit, quòd Chryſogonus confeſſus
eſt ſe accepiſſe à liberto, & ideo dubiū erat, an iſtud mutuum,
quod probatur per ſolam confeſſionem, producat actionem
ei, cuius nomine dicebatur eſſe facta numeratio. & decidit text.
quòd ſic, quia illa verba accepiſſe, innuunt numerationem pre
ceſſiſſe, & ſtipulationem ſecutam inutilem fuiſſe, ideo ex nu-
meratione poteſt agi probata per hanc confeſſionem, quod
eſt valde notabile ſecundum Bartol. quòd confeſſio appoſita
in contractu inutili probat, vt hic, & in alijs iuribus allegat.per
Bartol.¶Ego poſt alios nouiſſimè puto, quòd in iſto text.pro-
nomen ipſe, debet realiter intelligi, prout eſt mens literæ, ſcili-
cet libertus, qui verè contraxit, & nō patronus, qui erat abſens,
vt dicit litera. Item, quòd in themate nihil dicatur de numera-
tione, ſed de ſola confeſſione receptionis, & ſic in iſto text. cir-
ca caſus formationem nullibi dicitur, quòd libertus numerauit
nomine patroni, ſed in iſto verſic. ſupereſt. bis ſimpliciter præ-
ſuppo-

A D D I T I O.

a ªSignum.Adde, ꝙ ad publicam formam inſtrumenti ſignū notarij de iure nul
lo modo eſt neceſſariū, licèt vtile ſit apponere propter cōparationem, teſte
Bar.in procemio.ff.& in l.ad teſtium.§.ſi quis, ff.de teſta.Nat.cōſ.46.col.2.vbi
dicit cōem, poſt Alex.cōſ.14.col.2.lib.6.cōſ.41.col.1.lib.1. Quòd autē appo
ſitio ſigni non ſit de ſubſtātia adeò, ꝙ eius omiſſio vitiet inſtrm, niſi extet cō
ſuetudo, cōem dicit Rol.conſ.44.nu.40.lib.1. vbi ꝙ ſi in publico inſtrumento
ſignum non eſt de ſubſtantia, multo minus in prothocollo, de quo etiam plu-
ra not.Dec.conſ.447.Alex.in Rub.ff.de no.ope.nun. MASVER.

ſupponitur numerationem fuiſſe factam,ſed nõ aperitur cuius
nomine. Item.ſ. in themate bene dicitur, ꝙ libertus ſtipulatus
fuit pecuniam mutuatam dari patrono, & talis ſtipulatio fuit
inualida,quia alteri facta,vnde dubium notabile eſt in hoc tex.
ex quo ſtipulatio expreſsè facta nomine patroni eſt inualida,&
ex ea patronus agere non poteſt,an libertus, qui pecuniam cre
ditam cõtraxit,poſſit agere ex numeratione,& licèt tex.videa-
tur formare quæſtionem de perſona,quæ poſſit petere, & po-
ſteà videatur decidere de actione vnde oriatur,an ex numera-
tione an ex ſtipulatione,& ſic reſponſio prima fronte non vide
tur eſſe ad propoſitũ, tamen ſi bene aduertatur,quæſtioni pro-
poſitæ reſpondet Iuriſcon.in fin.huius ver.ſupereſt. quòd quan
do præcedit numeratio, & ſequitur ſtipulatio inualida,prout
eſt hic,per eam non videtur receſſum a naturali numeratione,
& ſic non impedit actionem oriri ex numeratione, vnde cùm
hic fuerit facta expreſſa ſtipulatio, quòd pecunia mutuata per
libertum redderetur patrono,apparet, ꝙ numeratio etiam fue
rit facta nomine patroni, cùm fuerit vnus contractus. Item ex
quo confeſſio,& ſtipulatio fuerunt incontinenti factæ poſt nu-
merationẽ, prout neceſſariò ineuitabiliter probat iſte tex. quia
aliàs non impediretur actio ex numeratione,ſi fuiſſet ex inter-
uallo,vt dixi in 2. not. & in ſtipulatione libertus fuerit expreſsè
ſtipulatus dari patrono, ſatis declaratur animus præcedens in
numeratione incontinenti præcedenti, quod etiam cenſeatur
facta nomine patroni, quia, quæ incontinenti fiunt,cenſentur
ineſſe.l.lecta.in ver.dicebam.ff.ſi cer.pet. & cap.officij.de elect.
& ratione contextualitatis actuum illud, quod eſt in vno actu,
cenſetur in alio ineſſe,tanquam ſi eſſet vnicus actus.l.patris, &
filij.ff.de vulg.& pupil.& l.ſi vẽtri.§.in bonis.ff.de priui. cred.ita
no.tenet Ang.in conſi.145.quod inci. gener a ſocero ſtipulatus
fuit.in 3.col.Lud.Ro. conſi.445.incip. conſultatio præſens tres
habet nodoſas dubitationes.in 2.col.& ſic in iſto tex.effectuali-
ter deciditur, ꝙ ipſe libertus non aget ex tali numeratione ſim
pliciter facta,ſed patronus, & hoc modo intelligendo iſte verſ.
ſupereſt.redditur valde notab.& ſingularis,tamẽ vt predixi tex.
potuiſſet apertius hoc dicere quàm fecit.¶ Not.etiam diligen-
ter regulam.ſ.dictam vtilem in practica,quam colligit Bart.ex
iſto tex. ſecundum ſuum intellectum, quòd confeſſio facta in
47 contractu inutili valet,† & probat,& ſic inualiditas principalis
contractus non vitiat confeſſionem in eo contentam,quod val
de ſigna.& ſequuntur Ang.Imo.Pau.de Caſt.& latius do.Alex.
idem tenet Bart.in l.1.§.ſi quis ita.ad fin.& in l.decem.in fi.ſ.eo.
& in d.§.ſi nummos.in 1.combinatione.circa fin.& ibidem alij
præſertim Lud.Ro.in 4.col.Adde bene facere, quod tenẽt Bal.
& Ang.in l.1. C.de præſc. 30. an. quod ſi mulier contrahat ſine
conſenſu duorum propinquorum, licèt contractus ſit nullus,
quia factus non ſeruata forma ſtatuti,tamen ex confectione in-
ſtrumenti publici probatur confeſſio, & illa geſta ſecundũ eos.
Secundò ad idem facit, quòd confeſſio facta in iudicio inuali-
do in quo proceſſus nihil valet,tamẽ probat dummodo iudex
fuerit competens,vt no.Io.And.in c.Piſanis.de reſtit.ſpo.& ple-
nius Bar.in l.ſi cõfeſſus.ff.de cuſt.re.Imo.Pau.de Caſt.& d.Ale.
hic.Tertiò adde, quòd licèt ſtatutum annullet inſtrumentũ nõ
ſeruata certa forma, non tamen intelligitur annullare contra-
ctum in eo contentum ſecundum Pau.de Caſt.in conſ.101.qđ
inci.notandum eſt, quod præfatum ſtatutum.in j.dubio, & in
conſi.98.inci.no.eſt primo,quòd licèt donator. Quartò facit,ꝙ
confeſſio facta in iudicio licèt poſteà ſit perempta inſtãtia illius
iudicij, tamen remanet valida,ſecundum Bal.in l. properandũ.
ad fin.prin.C.de iudi.d.Abb.in c.pe.eo.tit. de iudi.tamẽ ad iſtud
vltimum poteſt dici,ꝙ facilius ibi ſeruatur illud, quod a princi
pio valuit,quàm illud,quod eſt a prin.nullum.per regulã.l. pa-
tre furio.ff.de his,qui ſunt ſui,vel alie.iur.& c.quemadmodum.
cum ſi.de iureiur.contra iſtud no.Bart.videtur facere tex. no in
l.fi.ff.de conſti.pecu.quem tex.Bal.in l.ſi abſentis. in vlt. col. C.ſi
cert.pet.dicit eſſe ſingularem,& probare,ꝙ ſi non valet contra
ctus principalis,non valet etiam confeſſio in eo facta, nec præ-
ceptum guarentigiæ,quod eius vigore emanauit. tamen ad il-
lum tex.poteſt reſponderi,ꝙ ideo ibi confeſſio non preiudicat,
quia erat erronea,vt patet ibi in tex. in verſ. nihil peruenerit.&
ita declarat iſtum tex.Bal.in rub.C.de conſti.pecu.in 2.col.& d.
Alex.hic,qui latè inſiſtit circa veritatem dicti Bal.in d.l. ſi abſen
tis,& aliud non dicit ad hoc propoſitum.¶Ego vltra Scribẽtes
contra iſtud notabile multa adducam, propter quæ iſtud not.
Bart.redderetur admodum dubitabile.in primis in contrarium
ſoleo alleg.gloſſ.ſolennem,& approbatam, & nihil melius po-
teſt adduci,in l.ſi patronos. §.patronũ.in ver. Fauiana.ff.ſi quid
48 in frau.pa.quę expreſsè dicit,† ꝙ ſi nõ valet ɔ̃ctus principalis [a],
non valent etiam pacta,nec alia acceſſoria in eo appoſita, & ꝑ
illam gloſſ.dicit Bald.in l.Imperator Titius.in 3.colum.ff.de ſta
tu hom. quòd caſſato principali cenſentur caſſata omnia in eo
contenta. Item per illam gloſſ.dicit Bal.in l.1. C. de inoffi.don.
in 4.colum.in ver.quæro vtrum iuramentum donantis. vbi di
cit, ꝙ reſciſſo contractu principali, non ſolum intelligitur re-
ſciſſus pęnalis, & quodlibet acceſſorium, imò quod fortius eſt
etiam iuramentum, quod vltimum de iuramento non firmo,
quia in contrariũ videtur eſſe tex.in c.debitores.de iureiu. ideo
an ſit verum,habes egregiè diſputatum per d.Alex.in conſ. 38.
3.vol.quod inci.viſa petitione Antonij de Ro.3.col.¶Secundo
contra not. Bar. facit, quia ſi non valet contractus principalis,
non valet etiam conſtitutum nec pręcarium in eo appoſitum.
ita ſignanter tenet Bald. in l.ex teſtamento. C. de fideic.& in c.
2.in vlt.col.de feu.da.in vicem legis comiſſ.in vſib.feu. d.Alex.
& Mod.in l.quod meo.in prin.ff.de acqui.poſ. idem. d. Alex.in
l.1.§.ſi vir vxori.in 3.colum.eo.tit.de acqui. poſ. in conſi. 81. 3.
9 Raph.Cum. † quia licèt factum cohæreat personæ filij, & per
ipsum filium debeat explicari, tamen obligatio ad illud fa-
ctum cohæret personæ patris, & non filij, quoniam obligatio
est iuris, vt institu.de oblig.in princip. Ideo non stat in persona
filij,sed patris,sicut si seruus sibi factum stipuletur, tamen obli-
gatio residet in persona domini, vt habetur in l. stipulatio ista.
§.hi qui.ad fin. supra eod. Istum intellectum impugnat domi.
Alex.in 3.char. per istum text.in versi. contra autem. vbi poni-
tur aduersatiua sine copula, ergo debet aduersari præcedenti-
bus etiam in iure, vt est gloss.in l.hoc amplius. §.de his autem.
& ibi plenè Bar.ff.de dam.infect.& glo.in l.sed & si lege.in prin.
cum similib. ff.de petit. hæred. si verus esset intellectus Rapha.
Cuman. & Pau. de Castr. non esset differentia in iure inter istũ
casum,& præcedentem,si acquireretur obligatio patri,sicut &
ibi acquiritur, sed ad hoc facilis est responsio, prout etiam ip-
semet dom. Alexand. sensit,quòd tex.in prima parte ponit dif-
ferentiam, dum dicit quasi ille sibi patri stipuletur, quod non
est in secundo casu, quando pr̃ stipulatur factũ cohærens per-
sonæ filij,& ad hoc bene aduersatur in iure. d.versi. contra au-
10 tem. † quòd quando filius stipulatur patri factum cohærens
ipsi patri, in totum valet stipulatio, sed in casu præcedenti est
inutilis stipulatio quo ad factũ,ꝙ non transit ex persona filij in
ipsum patrem, sed est vtilis respectu obligationis,vt obligatio
quæratur patri, quo ad factum respiciens personam filij, sci-
licet,vt promissor patiatur filium tenere, vel ire agere. Istum
intellectum Raphael. Cuman. etiam impugnat domin. Petr.
de Bexu. in primo notabil. per istum text. qui dicit, inutilis est
stipulatio, nam si acquireretur patri obligatio, non esset inu-
tilis,sed ad hoc responsio patet ex prædictis. Secundò moue-
tur, quia differentia, quam facit text. an filius stipuletur patri
factum,an pater filio,non procederet,sed ad hoc etiam statim
potest responderi, ponendo diuersitatem iuris inter hos casus,
& ad leges allegatas per Raph. Cum. s. ad d. l. stipulatio ista.§.
hi qui.circa fi. & d.§.sed cùm factum. cum gl. respondent do.
Alex.& d.Pet.de Bexu. quòd in illis legibus filius,& seruus fue-
runt ipsimet stipulati, quod eis tenere, vel ire agere liceret, &
isto casu actio, & obligatio bene acquirit̃ patri, & domino,vt
promissor patiatur eos tenere, vel ire agere. Sed hic in versic.
alioquin.loquitur text. quando pater stipulatus est filio tene-
re, vel ire agere, quo casu inutilis est stipulatio, vt dicit text.
ne concurrant duæ improprietates, scilicet, quòd filius finga-
tur ipse stipulatus, & quod factum filij effectualiter censeatur
11 patris, si patri acquiritur obligatio. † conclude, quòd si patris
interest filium tenere,aut ire agere licere, & tunc stipulatio est
omnino inutilis, & non valet etiam quo ad acquirendum ob-
ligationem, & actionem patri, & isto modo indistinctè potest
procedere iste text. in versicul. inutilis. & in hoc concordant
Bart.Angel.& Imol.& do.Alex.& do.Petr.de Bex. sed quando
interest patris filium tenere, vel ire agere, puta, quia filius ad-
ministrabat

ADDITIO.

a ¶Non habeat. Adde,quæ scribit Roman.sing.194.Sed quid de casu, qui eue-
nit in facto, & super quo erat disceptatio inter magnos aduocatos, pater
habens duos filios naturales emit domum,& in instrumento dicebatur,emit
pro se, & nomine talium filiorum naturalium, & pro eorum hæredibus,
quærebatur an ea emptio valeret, & post longam disputationem tandem
fuit conclusum valere,ex not.per eundem Iason. in l. stipulatio ista. §.alteri.
num.11. supra hoc titul. maximè etiam inspectis illis verbis pro se, &c. &
ex not.per Dec.& Cagnol. in l.quo tutela. §.fin.ff.de regul. iur. pro quo fac.
etiam,quæ ponit.D.Osasc.decis.33.licèt non loquatur de patre haben. filios
naturales,sed in alijs terminis. MASVER.

miniſtrabat bona patris, & habebat neceſsè tranſire per fundũ
vicini ad prædia paterna, & tunc oẽs fatentur ſtipulationẽ eſſe
vtilem patri, & patri acquiri obligationem, & actionem, quia
valeret etiam ſi ſtipularetur extraneo merum factum, qñ inte-
reſt ſtipulantis, vt eſt text. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuletur. & §.
ſi quis inſulam. ſ. eo. & ita etiam in effectu reſidet do. Alex. hic.
12 ¶ Quarto not. ex text. ibi, vt tenere ei. † ꝙ qñ pater ſtipulatur
filio, ꝙ ei tenere liceat, dr̃ ſtipulari merum factum, & ſic ſtipu-
latio redditur inutilis, nam nuda detentio eſt meri facti. l. 3. in
prin. ver. ꝙ autem. & l. poſſeſſio quoque. §. 1. ff. de acquir. poſſ.
& ſic collige correlariè ex iſto text. duo notabilia. ¶ Primò ex
mente Are. ꝙ licèt verbum poſſidere, ꝙ habet ſe in plus, aliqñ
improprietur pro tenere, & ſic pro nudo facto, vt ſtipulatio
valeat, vt eſt text. in l. ſtipulatio iſta. §. hi qui. ad fi. & §. hæc quo-
que. ſ. eo. tñ ècontra verbum tenere, ꝙ habet ſe in minus, non
impropriatur, nec ponitur pro poſſidere, quod eſt iuris, vt ſti-
pulatio valeat, text. eſt hic bene notabilis. confirmatur optimè,
quia verbum tutores, quod habet ſe in plus, quia tutor datur
perſonæ, & rebus pupilli. l. in copulandis. C. de nup. trahitur ad
id, quod eſt minus, & exponitur tutores, id eſt curatores, vt di-
ſpoſitio teſtatoris ſuſtineatur. text. eſt notabilis in l. pater Seue-
rinam. § conditionum verba. ff. de condi. & demon. & tamen
ècontra verbum curatores, quod habet ſe in minus, non poni-
tur pro tutores, vt diſpoſitio teſtatoris ſuſtineatur. text. eſt val-
de not. in l. tutores. §. 1. ff. de admin. tut. & ibi Bart. ad hoc not. &
ita declarat iſta duo iura, & ſequitur ſimpliciter Pau. de Caſtr.
& in d. §. conditionum verba. ego in contrarium ſoleo pon-
derare text. in §. 1. & ibi eſt gl. in verbo. ad curationem. in Au-
then. vt hi, qui oblig. vbi in l. noua, & exorbitanti verbum cu-
ratores, comprehendit tutores, ſed dic illud ibi procedere ex
maioritate rationis, quod non eſt hic. ¶ Secundò correlariè no.
diligenter probari ex iſto text. ſm̃ Bald. ſolùm, quod licèt pro-
betur filium tenere aliquam rem, non tamen probatur patrẽ
poſſidere, cùm tenere ſit meri facti, & non acquiritur per filiũ
patri, vt eſt text. hic, & idem in monacho ſm̃ eum, niſi appa-
reant cauſæ iuris in poſſeſſione, quod dic, vt l. ꝙ ſeruus. de ac-
13 quir. poſ. quod not. ad practicam. ¶ † No. vlt. in verſi. ꝯ autem.
ꝙ filius indiſtinctè poteſt ſtipulari patri, & ex ſua ſtipulatione
ei acquirere, ſiue in ſtipulatione verſetur ius, ſiue factum etiam
ſtipuletur, quod in perſonam ipſius filij conferri non poteſt, &
etiam ſi ſit factum, quod cohæreat perſonę, & ſui natura non
ſit tranſitorium ad alium, intellige, quando verba ſtipulationis
diriguntur ad patrem, puta, vt patri ire agere liceat, vt in litera,
nam ſi filius ſtipularetur tale factum ſibi, vel ſeruus, tunc non
acquireretur patri. §. ſed cùm factum. inſti. de ſtip. ſer. & l. ſer-
uus patroni. ff. de oper. liber. ¶ Glo. prima in verbo ille exponi-
* tur ſecundum Ioann. ſ. pater, *& hoc communiter tenetur*, vt dixi. ſ.
in apoſtilatione text. & glo. pro iſta expoſitione allegat text. in
§. ei verò. inſtit. de inut. ſtip. Sed caue, quia ille text. videtur pro-
bare oppoſitum, & ſic primam expoſitionem Roge. vt ſit ſen-
ſus, ſi pater ſtipuletur filio, perinde eſt ac ſi ſibi filiuſmet ſtipu-
laretur, quod ideo dicit ibi text. eſſe, quia vox tua, id eſt tui pa-
tris, eſt vox tui filij, quaſi dicat tex. quando tu pater loqueris, &
quando tu ſtipularis, perinde eſt ac ſi ipſe filius ſtipularetur.
¶ Gl. ſecũda in verbo iuris ſunt. diuiditur in quatuor partes. In
prima declarat text. In ſecunda ad declarationem text. quærit,
& reſpondet. In tertia limitat text. In quarta, & vltima etiam
quærit, & reſpondet. Secunda ibi, quid ergo ſi aliquid filio tra-
di. Tertia ibi, item nec omnia. Quarta, & vltima eſt ibi, quæri-
14 tur ergo, an hoc valet. ¶ † In eadem glo. ibi, puta aliquid dari,
ſed tradi eſt factum, dari enim ideo iuris eſt, quia dominij trã-
ſlationem importat. l. vbi autem non apparet. § fin. ſ. eod. & §.
ſic itaque. inſti. de actio. nam dominium eſt ius, vt l. voluntate.
§. fin. in verbo ius recipiunt. ff. quibus modis pign. vel hypothe.
ſol. cum dominium ſit ius de re corporali perfectè diſponen-
di, vt concludit Bart. in l. ſi quis vi. § differentia. ff. de acquirend.
poſſeſ. ſecus eſt in verbo tradi, quod continet vacuam poſſeſ-
ſionem transferri, vt l. ſtipulatus. ff. de vſur. allegata in gloſſ. & l.
3. in princip. ff. de actionib. empti, ideo dicitur eſſe facti, vt l. ſti-
pulationes non diuiduntur. in princip. & l. ſi rem tradi. in prin.
ſupra eod. ¶ In ead. glo. ibi, quid ergo ſi aliquid filio tradi, habes
ex gloſſ. quòd ſi pater ſtipuletur filio rem tradi, quod valet ſti-
pulatio, & acquiritur ipſi patri, mouetur gloſſ. duplici ratione.
Primò, quia eſt tale, quod patri poteſt acquiri & licèt glo. non
declaret, tu declara iſtam primam rationem gl. hoc modo, nã
tradere eſt vacuam poſſeſſionem transferre, vt dixi. ſ. in princ.
15 huius gloſſ. † ſed poſſeſſio acquiritur per filium patri. l. prima.
§ item acquirimus. ff. de acquiren. poſſeſ. ergo apparet, quòd
tradere eſt tale, quod patri poteſt acquiri. Secunda ratio gl. eſt,
quia tradere rem filio eſt factum explicandum per tertium in
perſona filij, non autem eſt factum explicandum per ipſum
filium. Ideo eſt idem quod in ſtipulatione dandi, quia res tra-
dita filio poteſt ad patrem peruenire, not. bene iſtam ſecundã
rationem glo. & ſic eius diſtinctionem, quæ bene declarat il-
lud, quod dicitur in hoc text. in verſic. alioquin. quòd quando
pater ſtipulatur filio aliquid in facto conſiſtens, ſtipulatio eſt
inutilis, vt procedat, quando ſtipulatur factum explicandum
à filio, vt in exemplo text. ſecus ſi ſit factum explicandum à
tertiò in perſona filij, vt rem tradi filio, tunc ſtipulatio valet, &
acquiritur patri, quia eadem eſt ratio, quæ in ſtipulatione dan-
di. Idem reperit glo. infra in vltim. parte, & glo. paucioribus ver-
bis in §. ſed cùm factũ inſtit. de ſtipul. ſer. ¶ Item differentiam
gloſſ. reprehendit Bartol. hic in 2. col. non ex eo, quòd glo. non
bene ſenſerit, ſed quia debuit clarius, & generalius loqui, mo-
tus per l. ſtipulatio iſta. §. hi qui. in ver. cum verò. ſupra eod. vbi
factum venit explicandum ab alio tertio, & tamen non valet
vt acquiratur patri, licèt Raph. Cuman. ſimpliciter dicat, quòd
ille text. non facit, & plus non dicit, vnde Bartol. facit diffe-
rentiam, an ſit factum cohærens filio, & ſic perſonale, & non
acquiritur patri, ſiue ſit explicandum ab ipſo filio, vt hic in
verſi. alioquin, ſiue ſit explicandum per alium ipſi filio, vt d. §.
16 hi qui. in verſi. cùm vero. † vbi ſi filius, vel ſeruus ſtipuletur à
tertio, quòd ille tertius non impedit filium, vel ſeruum ire, vel
agere, non poterit pater, vel dominus ex hoc agere, vt non im-
pediat ipſum patrem, vel dominum, & ſic non acquiritur pa-
tri, vel domino: ſi autem factum non cohæreat perſonæ filij,
tunc à quocunque veniat explicandum, acquiritur patri, & ſic
eſt idem, quòd in ſtipulatione dãdi. hinc eſt, quod poſſeſſio cũ
ſit facti alteri communicabilis. l. 1. § ſi vir. ff. de acquiren. poſſ.
acquiritur per filium patri. l. prima. §. item acquirimus. ff. de ac-
quirend. poſ. Similiter ſeruitus cùm habeat aliquid facti, pro-
pter patientiam, quæ debet præſtari in patiendo vti ſeruitute,
vt eſt gloſſ. in l. 2. poſt princip. in verbo viam. ſupra eo. ideo ac-
quiritur per filium patri. l. ſi ſeruus communis meus. ff. de ſti-
pula. ſeru. ſed merum factum eundi, & agendi ſtipulatum per
patrem filio, adeo eſt adhærens perſonæ filij, quòd non eſt cõ-
municabile patri, ſicut ipſe actus eundi, & agendi, vt hoc text.
& pro hac doctrina adducit etiam Bartol. text. bene declaran-
tes prædicta in operis, quas quis ſtipulatur à liberto, in l. ſeruus
patroni, & ibi gloſſ. cum duabus legibus ſequent. ff. de oper. li-
bertor. & cum iſta doctrina Bartol. tranſeunt alij indifferenter,
& in effectu fuit etiam intentio gloſſ. licèt clarius explanata per
Bartol. prout etiam dicit Raphael. Cuman. quia gloſſ. etiam
conſiderauit factum reſpiciens perſonam filij, cui promittitur
ex eo, quod reſultat in eius perſonam factum quoddam per-
ſonale, vt inquit Bartol. & ſic cohærens filio. ¶ In tertia parte
principali gloſ. ibi, vel etiam aduentitia, id eſt quo ad vſumfru-
17 ctum. † habes limitationem, & declarationem ad iſtum text.
vt procedat, quando pater ſtipulatur filio in profectitijs, in qui-
bus tam olim, quàm hodie totum ipſi patri ſtatim quæritur,
perinde ac ſi ſibi patri fuiſſet ſtipulatus, vt l. placet. ff. de acqui-
rend. hæred. & l. prima. ff. ſi quis à pa. fue. manum. quia in profe-
ctitijs nihil eſt hodie immutatũ, ſecus quando pr̃ ſtipulatur
filio ex cauſa aduentitia, quia licèt acquiratur patri ſolus vſuſ-
fructus, tamen filio acquiritur proprietas, & ſic iſto caſu ex
iſta ſtipulatione quamuis cõtineat illud, quod eſt iuris, tamen
non acquiritur patri, ſed ipſi filio, ſicut ſi ſtipularetur ex cauſa
caſtrenſi vel quaſi, quo caſu totum acquiritur filio, quia in ad-
uentitijs illius iuris acquirendi filius eſt capax, ſicut, quando pa
ter ſtipulatur dotem filiæ, acquiritur ipſi filiæ. l. vxorem. §. teſta-
mento. 2. ff. de legat. 3. eo quia illius iuris dotalis filia erat ca-
pax etiam iure florum. l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. er-
ciſcund. Idem tenet gloſſ. in l. dominus ſeruo, & in l. quodcun-
que. in princip. ſupra eod. & gloſſ. in §. ei verò qui. inſti. de inut.
ſtipul. & bona gloſſ. in l. ſecunda. C. de conterahen. & commit.
ſtipulat. & ibi Salicet. dicit, quòd omnes ſequuntur iſtam gloſ.
* *& eſt communis opin.* ſecundum do. Alex. hic, quam tenet Bar. &
communiter alij, quamuis Ang. iſtam gl. aliter intelligat, cuius
intelligentiam reprobat, & admiratur Pau. de Caſtr. hic, & eũ
etiam reprobãt d. Alex. & Are. hic. Sed iſtud, ꝙ gl. tenet de cau-
18 ſa aduentitia, reprobat Dyn. in l. dominus ſeruo. ſupra eo. † qa
imò quando pater ſtipulatur filio aliquid aduentitium, acqui-
ritur etiam hodie patri in totum, per iſtam legem cum ſimilib.
quia iura noua volentia, quod in aduentitijs filio acquiratur
proprietas, & ſolùm acquiratur vſusfructus patri. l. cùm opor-
tet. in princip. cum ſimilibus. C. de bonis, quæ liber. loquuntur,
quando filius ſtipularetur ſibijpſi, & ſic quando interuenit fa-
ctum filij, tunc eſt æquũ, ꝙ filio acquiratur proprietas, ꝙ non
eſt hic, vbi pater eſt ſtipulatus ipſi filio. Bar hic in 1. colum. di-
cit, ꝙ iſta limitatiò Dyn. non fuit neceſſaria, & plus non dicit,
ſed eam reprobant Bar. & alij in d. l. dñs ſeruo. ſ. eo. Bart. & ple-
nius Saly. & alij in d. l. 2. C. de contrah. & cõmit. ſtip. Quia ſi ca-
ſtrenſia,

strensia, vel quasi ex stipulatione patris stipulantis filio, tñ acquiruntur filio in totum, ſm omnes, eadem ratione idem dicendum in aduentitijs quo ad proprietatem, arguendo de toto ad partem. l. quæ de tota. cum vulgaribus. ff. de rei vendi. Sicut etiam in dote, quam pater stipulatur filiæ, illa acquiritur filiæ in totum. d. l. vxorem. §. testamento. 2. quia etiam isto iure filia, vt dixi, erat capax acquisitionis dotis. d. l. Pomponius Philadelphus. Nec obstat iste text. quia loquitur clarè in his, quæ patri acquiri possunt, & ita etiam residet. d. Alex. hic. ¶Contra istud, quod glo. tenet de causa aduentitia, Bart. subtiliter opponit ꝯ gl. ꝙ tunc non debeat valere stipulatio, nam quando pater stipulatur filio pp benemerita, dr̃ stipulari ex causa aduenti-
19 tia, † quia quicquid acqritur filius ex opera sua, vel ex meritis suis, dr̃ esse aduentitium, vt l. cùm oportet. in princip. iuncta gl. 4. C. de bon. quæ liber. & tamen qñ pater stipulatur filio vt benemerito, quia vr̃ stipulari vt extraneo, non valet stipulatio, vt est gl. magistra in l. si tibi. §. si pactus. ff. de pactis. ergo si stipulatio non valet, nō acquiritur nec patri, nec etiam filio, ergo cōtra istam glo. Pro solutione Bart. notabiliter distinguit, quod aut benemerita filij nō sunt intēsa patri, sed cuidam extraneo, qui motus est ad promittendum patri, propter illa merita filij ergà eum, & tunc bene valet stipulatio, & per patrem acquiritur filio actio vtilis, vt l. quodcunq;. §. si qs ita. s̃. eo. Et quia tūc pr̃ non potest dici motus ad stipulandum pp illa benemerita collata à filio in illum tertium, sed solùm pp filiationem, & affectionem pr̃nam, & sic censetur stipulatus filio, per illud, qđ notat glo. in d. §. si pactus. & ꝓñr dicitur aduentitium, ex quo ille extraneus motus est ad promittendum patri pp merita filij erga ipsum extraneum, sed filius est capax aduentitiorum. d. l. cùm oportet. in princip. meritò stipulatio valet, & ipsi filio acquiritur vtilis. d. l. vxorem. §. testamento. 2. si autem merita filij fuerunt intensa in patrem, & sic pater mouetur ad stipulandū filio pp talia merita, & non pp filiationem, & tunc vr̃ stipulari vt extraneo, quia idem fecisset, si fuisset quidam extraneus, qui talia merita impendisset, & tunc nō valet stipulatio, & ita procedit glo. in d. §. si pactus. quia patria potestas debet esse causa stipulationis, vt valeat stipulatio, & sic isto casu videtur stipu-
20 lari vt extraneo. † Sed aduerte inquantum Bar. tenet, ꝙ qñ pater stipulatur filio pp benemerita collata in ipsum pr̃em censetur stipulari tanquam extraneo, & sic stipulatio non valet, quia non habuit tunc respectum ad filiationem, sed ad benemerita, per gl. magistram in d. §. si pactus. vbi etiam Bar. Ange. & Paul. de Cast. idem tenent, sequitur ēt Saly. in l. 2. C. de ꝯh. & com. stip. Idem tenet d. Alex. hic in 2. char. vbi bis dicit *istam esse communem opinionem*. ¶Cōtrarium, & melius tenent Io. de Imo. & Raph. Cum. Pau. de Castr. hic in fi. Are. & d. Petr. de Bex. hic. Idem tenet Bal. & Raph. Fulg. in d. §. si pactus. vbi etiam idem tenui, quia ista opinio est multum æqua, & rationabilis, nam validior debet esse stipulatio, quando pater mouetur ēt pp benemerita, quàm qñ mouetur pp solam filiationem, quia qñ concurrunt filiatio, & benemerita, duo vincula debent plus operari, quàm vnum, vt in Auth. de consanguineis, & vte. fratrib. in prin. in Auth. C. cōia de succes. & licèt appareat, ꝙ pater fuerit motus pp benemerita, non per hoc remouetur affectio paterna, imò fortius, qñ concurrunt benemerita filij, pater dr̃ magis diligere filium, ideo magis debet augeri, & operari, ꝙ valet stipulatio. ¶Secundò, quia debet capi præsumptio, quod pater potius sit motus pp filiationem, quàm propter benemerita, vt actus potius valeat, quàm pereat. l. quoties in stipulatio-
21 nib. s̃. eo. & c. Abbate sanè. de verb. sign. † sicut ēt præsumitur actus factus pp benemerita filij, qñ aliàs non valeret, vt qñ pr̃ donat filio in pt̃ate, præsumitur donasse pp benemerita filij, quia isto modo præsumendo donatio valet, quæ aliàs non valeret, ita procedit gl. in l. si donatione. C. de colla. & gl. in Auth. vnde si parens. C. de inoffic. testam. & in l. si fortè. ff. de castren. pecu. sed hic est totum ècontra, quia si stipulatio patris præsumeretur facta propter benemerita filij, sola stipulatio esset nulla, ergo potius debet præsumi facta propter filiationem, vt valeat per regul. d. l. quoties in stipulationibus. ¶Tertiò pro ista parte est bonus text. in l. tutor. §. quæ tutoribus, & ibi Bal. ff. de excusa. tutor. vbi licèt legatum factum tutori præsumatur factum propter onus tutelæ; tamen si sit factum à patre filio dato tutori præsumitur factum propter filiationem, & coniunctionem sanguinis, & non propter benemerita, & sic propter onus tutelæ. Istud idem, quod in filio præsumatur potius propter filiationem quàm propter benemerita, tenent etiam Bald. in Authen. ex testamento. in secunda columna ad fin. C. de collationib. allegans ad hoc bonum textum in l. Aurelius. §. Titius testamento. ff. de liber. legat. bene verum est, quod quando pater istud clarè exprimeret, scilicet, quod stipulatur filio solùm propter benemerita filij, tunc ingenuè faterer stipulationem nō valere, tanquam habeat vitium annexum, ꝙ stipulatus sit filio tanquam extraneo, & ita sine dubio procederet opin. Bar. & d. Alex. hic, tñ ipsi se non ita restringunt, sed videntur loqui in dubio, & in dubio teneo istam secūdam, quia est verissima. ¶In vltima parte glo. ibi, in solo patris, vel in solo
22 filij, isti sunt duo casus, & sic duo dicta. † Primum, quando pater stipulatur domum fieri filio in solo ipsius patris, an filio acquiratur superficiens, & sic ipsum edificium, ꝙ fiet, gl. tenet, ꝙ non, sed acquiritur patri, & bene tenet, non per rationem ipsius gl. quia sit faciendum ab alio, sed quia naturaliter ædificium cedit solo, & efficitur in dominio eius, cuius est solum. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & obliga. & hoc, quando talis stipulatio facta fuisset ex causa profectitia, puta, quia pater data pecunia propria promissori stipulatus esset filio domum fieri in solo ipsius patris, tunc filius non posset agere, quia in profectitijs nihil potest acquiri filio. l. placet. ff. de acquirend. hære. d. l. 1. in prin. ff. si quis à pa. fue. manum. & in illis profectitijs nihil est hodie immutatum. l. cùm oportet. in princip. C. de bo. quæ liber. & instit. per quas person. nob. acquiritur. in princip. Si autem ex causa aduentitia pater fuisset stipulatus domum filio fieri in solo ipsius patris, puta propter benemerita filij, quæ censetur esse aduentitium, vt dixi supra in parte præcedenti gl. & tunc filio acquiritur superficies, & sic ædificium quo ad ꝓprietatem. d. l. cum oportet. in princi. secundum quod dicit gl. vel in solo filij, non videtur esse verum, quia quando pater stipulatus est domum fieri in solo ipsius filij, certè proprietas ędificij acquiritur filio, & non patri, cui solùm acquiritur vsustructus, quia ædificium cedit solo, quod est filij, vt l. qui domum. ff. ad l. Aquil. & l. 2. C. de rei vendi. & §. cùm in suo. insti. de rer. diuis. vnde filio tunc acquiritur vtilis, vt l. quodcunque. §. si qs ita. supra eod. posset tamen etiam patri acquiri directa, si sua pecuniariter intersit ædificari, vt l. qui insulam, cum ibi notatis. supra eod. sicut si in solo cuiuslibet extranei interesset stipulari, vt l. stipulatio ista. §. si quis insulam. s̃. eod. & hoc etiam tenent Paul. de Cast. & d. Alex. hic. ¶In gl. in verbo tenere ei. vult,
23 † quod quando pater stipulatur filio factum explicandum ab ipso & filio, stipulatio ex toto sit inutilis, & quo ad patrem, & quo ad filium. Istam gloss. Bartol. & Ang. intelligunt esse veram, quando expresse constaret, ꝙ pater stipularetur, vt ipsi patri quæratur factum, tunc stipulatio ex toto nihil valet, nisi patris interesset, sicut si cuilibet extraneo fuisset stipulatus. l. stipulatio ista. §. si quis insulam. & §. si stipuler. supra codem. Sed si stipularetur simpliciter, tunc ex stipulatione patris quæritur vtilis actio filio, per l. si quis operas. & l. cùm patronus. §. 1. ff. de oper. libert. per quæ iura idem etiam tenet Bartol. j. in 1. q. extra gloss. sed ista iura nihil faciunt, vt etiam dicit Imol. quia loquuntur, quando actio quæri debet filio post mortem patris, quo tempore filius proprium habere potest. Ideo sibi quęritur vtilis, vt l. quodcunque. §. si quis ita. s̃. eod. & l. pater pro filia. in verbo, vtilis ex æquitate. C. de pact. conuen. Sed in casu nostro filio non potest quæri, cùm secundum ista iura non posset habere proprium exceptis castrensibus, vel quasi, & dote, vt l. placet. ff. de acquiren. hæredit. & l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. ercisc. vnde tene, quod stipulatio ex toto sit inutilis, & sic, quod iste text. generaliter, & indistinctè procedat, prout etiam Imol. *& alij communiter tenent*, nisi patris intersit illud factum per filium explicari, vt etiam dicit Bartol. & ita etiã tenui in tex. in tertio no. Extra gl. ꝓ declarãda materia istius le-
24 gis Bart. format. 8. q. † Primò quærit, an pater possit stipulari, vel pacisci filio, vt effectus conferatur in vita, & distinguit, vt hic per eum, & istud est recolligere ea, quæ dicta sunt in text. & in gl. 2. in verbo iuris sunt. vnde veritas pendet ab ibidem dictis. ¶Secundo quærit Bart. quando pater stipulatur, vel paciscitur filio in potestate post mortem suam, & sic conferendo stipulationem in tempus existentiæ sui iuris filij, iuxta. l. quodcunque. §. 2. supra eod. an in dubio censeatur stipulatus filio vt hæredi, an filio vt filio, an vt extraneo, & distinguit tres casus, aut loquimur in his, quæ non possunt pertinere ad filium, nisi vt hæredem, & videtur stipulari vt hæredi. l. auus. ff. de pactis. Si verò non possunt pertinere nisi vt ad filium, & tunc dicitur stipulari vt filio, ex quantacunque parte sit hæres, vt operæ, quæ non transeunt ad extraneos hæredes, sed solùm ad solos filios, vt l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. libertor. si verò stipulatur illud, quod potest vtroque respectu pertinere ad filium vt filium, & ad filium vt hæredem, & tunc in dubio non videtur stipulari vt hæredi, vt est casus secundum eum in l. auus. ff. de pact. dotalib. & ita procedit gloss. magistra in dict. l. si tibi. §. si pactus. vbi etiam Barto. ita formaliter distinguit, sicut & hic, & idem Bartol. in l. Gallus. §. quidam rectè. in pen. colu. ff. de liber. & posthum. ¶Adde in primo membro inquantum Bart. allegat. l. auus ff. de pact. Circa illum

ca illum tex.cadit in doctrina Bartol.duplex difficultas,quam
Scribentes non declarant. Prima est,quomodo ibi colligat, ꝙ
pater sit stipulatus filio vt hæredi, cùm ibi pater pactus sit ne
petatur à se, neúe à filio,sicut etiam in d.l.si tibi. §.si pactus. &
in d.l.& hæredi.§.nos autem.in versi.Iulia.qui text.videntur es-
se ꝯrij.& gl.in d.§.si pactus.dicit,ꝙ in d.l.auus.istud expressit,ꝙ
stipulabatur filio vt hæredi. Sed istud nihil est,& est truffa, nec
potes dicere,ꝙ ibi in dubio præsumatur stipulari, & pacisci fi-
lio vt hæredi, prout tenet gloss.in d.§.si pactus. & Bartol. hic,
quia istud propositum nostrum videtur confundi per text. in
d.§.si pactus.& per text.in d.§.nos autem.in versi.Iul.q loquun-
tur simpliciter,prout in d.l.auus.& tñ in eis pater non vr̄ stipula
ri vt hæredi, vnde rñde not. ꝙ qñ pater stipulatur, vel pacisci-
tur non peti,nec à se,nec à filio, & illud est tale, ꝙ non potest
peti à filio,nisi sit hæres,vt est,quando pater solus promisit do-
tem,vt ibi, vbi auus promisit dotem pro nepte, & sic filius nõ
poterat obligari ex tali promissione patris, nisi esset hæres ip-
sius patris, & tunc vr̄ pacisci filio vt hæredi,ita propriè loqui-
tur. d. l. auus. secus quando vterque esset debitor, vel vterque
deberet, tunc loquitur.d.§.si pactus. & ita ibi respondet, & de-
clarat Bald.Alber.de Ros.Raph.Fulgos.& Paul.de Cast. vbi ẽt
aliquando dixi, & idem Paul.in d.l.auus. ¶Secunda difficultas
est,quòd Bart.in primo membro dicit, ꝙ si pater stipulatur fi-
lio illud,quod non potest pertinere ad filium,nisi tanquam hę-
redem, & tunc secundum eum loquitur. d.l.auus.& tamen.j.
in vltimo membro allegando. l. auus. ff. de pact.dotal.dicit,ꝙ
ibi loquitur in casu mixto,& sic, qui vtroque respectu poterat
pertinere ad filium vt filium, & etiam ad filium vt hæredem,
& tamen d.l.auus.ff.de pact. dotalib. videtur ponere in effectu
eundem casum,& eandem decisionem, quam ponit. d.l.auus.
ff.de pact.Solùm est differentia in vno,qa in l.auus.ff.de pactis.
auus promisit dotẽ pro nepte,sed in alia.l.auus.ff.de pac.dot.ip
se auus recepit dotẽ pro nepote,in alijs concordat,& est eadẽ
decisio,& tamen Bart.hic in fin.distinctionis dicit, quòd in d.l.
auus. ff.de pact.dotal. est casus in quo stipulatio poterat perti-
nere ad filium vtroque modo,siue vt filium,siue vt hæredẽ,&
tamen in primo membro dicit, quòd in d.l.auus.ff.de pact. sti-
pulatio non poterat pertinere ad filium,nisi esset hæres, itta vr̄
repugnantia, & Bartol. videtur sibijpsi contrariari. Sed salua
Bar.& bene in vtroque casu.nam. l.auus.s̄.de pact. propriè lo-
quitur,quando auus promisit dotem pro nepte,& facit pactũ,
ne talis dos promissa possit peti neque à se, neque à filio, certè
ista stipulatio, vel pactum non potest pertinere ad filium, nisi
25 sit hæres patris, † quia filius non tenetur ex promissione patris,
nisi sit hæres patris,vt toto titul.C.ne filius pro patre.Ideo dixit
Bartol.quòd ibi illud pactum de non petendo à filio, non po-
terat pertinere ad filium, nisi esset hæres patris, sed in l.auus. ff.
de pact.dota.auus non promisit, sed recepit dotem pro nepo-
te, & sic à nuru, & pactus est ne talis dos repetatur nec à se,
nec à filio, certè illud pactum vtroque modo potest pertinere
ad filium, nam si filius sit hæres patris, proderit sibi istud pactũ
aui, aliàs fuisset obligatus vt hæres restituere illam dotem,
quam auus recepit. Item potuisset talis dos peruenire ad fi-
lium, licèt non fuisset hæres aui cùm esset dos pro filio suo, &
sic ad filium tanquam ad filium, ideo ne dos possit nec ab eo,
nec à filio repeti, potuisset intelligi etiam, quando filius non
fuisset hæres, & sic vtroque modo, vnde ibi deciditur, quòd in
dubio intelligitur esse factum pactum, vt hæredi.ista est pro-
priè mens,& intentio Bartol.ad ista duo iura,licèt nec ipse, nec
Scribentes declarent.¶Tñ aduerte,quòd Bartol. sub paucióri-
26 bus membris poterat concludere,† quòd semper in dubio pa
ter videtur stipulari, vel pacisci filio vt hæredi, prout etiam
gl.in d.§.si pactus.nisi vno casu, quando stipulatur illud, quòd
non potest pertinere nisi ad filium vt filium, vt operæ, & em-
27 phyteusis ecclesiastica.dict. l. vt iurisiurandi. §.si liberi. ¶† Se-
cundò principaliter inquantum concludit Bart.quòd in dubio
quando nec ex verbis, nec ex coniecturis aliud apparet, pater
censetur stipulari filio vt hæredi, quando pater stipulatur filio
rem de sui natura transitoriam ad quoscunque hæredes etiam
extraneos,puta emphyteusim à priuato concessam,& ideo ni-
si filius sit hæres patris, non potest consequi istam emphyteu-
sim. ¶Contra istud subtilis Raphael.Cuman. allegat text.in l.
quodcunque.§.si quis ita. supra eodem. vbi pater fuit simplici-
ter stipulatus filiæ suæ dari post mortem, & tamen non vide-
tur stipulari vt hæredi, nam filia ibi admittitur, & potest age-
re, quamuis non sit hæres patris, tamen ad illum textum re-
spondet ipsemet Raph. Cum. quòd ideo ibi est, quia isto iure
ffiorum non poterat quis stipulari hæredi post mortem suam,
quia de iure ffiorum actiones non poterant incipere ab hære-
de, vt habetur in l. vnica.C. vt actio.ab hæred. sed ista respon-
sio,vt etiam dicit domin. Alexand.non videtur bona per l.hæ-
reditarium.ff.de bon.autho.iud.possid. iuncta d.l.vnica. Item,
quia si post mortem suam poterat quis stipulari filio suo, quia
non esset hæres.d.l.quodcunque. §.si quis ita.multò magis de-
bet posse de iure ffiorum stipulari post mortem suam hæredi.l.
continuus.§.fin.j.eod. vnde responde aliter secundum domin.
Alexand.quòd ille text. loquitur, quando pater stipulatur sim-
pliciter vt filio non admixta persona patris, & in dubio vide-
tur stipulari filio vt filio, & non vt hæredi,vt ibi,& l.filiusfami-
lias.§.cùm quis.ff.de leg.1. quia isto casu stipulatio ista nunquã
incepit, nec potuit vnquam incipere habere effectũ in personã
patris,prout etiam est de mente Bald.in Authen. si quas ruinas.
in 3.colum.C. de sacrosanct. Eccles. dum allegat dict.l. quod-
cunque.§.2.sed gloss.in d.§.si pactus.& iura, quæ gloss. ibi alle-
gat,loquuntur,quando in stipulatione, vel pacto est ad mixta
persona patris,quia stipulatus est sibi,& filio,& sic principium
acquisitionis cępit radicari in persona ipsius patris stipulantis,
& tunc in dubio videtur stipulari vt hæredi,ita loquitur.l.si pa-
ctum.ff.de proba. cum alijs iuribus per illam gl. allegatis, & ita
habes vnam limitationem ad conclusionem Bart.post gl. d. §.
si pactus, quòd in dubio pater censetur stipulari filio vt hære-
28 di. ¶Secundo multum notabiliter limita, † quando pater dr̄
stipulatus esse sibi,& aliter filio, tunc non videtur stipulari filio
vt hr̄di,& sic non acquiritur tunc filio directa actio,quæ acqri-
tur hæredi,prout tenet Bart. hic per d. l.auus. ff.de pact. sed vi-
debitur ei stipulatus,vt filio,& sic aquiritur ei vtilis actio,etiã si
non sit hæres patris ita notabiliter tenet Bald. in c. 1. circa prin.
in tit.an agna.vel fil.in vsib.feud.per tex.not.in l.Seia.in prin.iũ-
cta gl.ff.de don. cau.mor. & ibi habes exemplum huius limi-
tationis,& sequitur simpliciter.d. Alex. hic, & in d. l.si tibi. §.si
pactus.in pen.col.sed Aret.hic,in 11.col. dicit, quòd licèt text.
in d.l.Seia.in prin. ponat istam formam stipulationis, ꝙ tñ nec
in tex.nec in gl.declarat,an videatur stipulari vt filio,vel vt hę-
redi, tñ putat esse verissimum, quia si videretur stipulatus vt
hæredi, obligatio deberet esse vniformis, vt l.2.§.ex his. s̄.eod.
¶Sed tu caue,ꝙ istud fundm̃ Aret.parum valet,quia text.in d.
l.2.§.ex his. loquitur in dubio, nos autem loquimur in casu
claro.Item gl.in d.l.Seia.in princip.quam dicit Are.nihil facere,
dic imò ibi in verbo videri, bene facit dum dicit, ꝙ ex pacto
secundo donationis, ex quo pactus est Titius filijs suis, filij ha-
bent vtilem actionem per d. l. quodcunque.§.2.ergo videtur
pater stipulatus vt filio,quia si esset stipulatus vt hæredi, habe-
rent directam.¶Suprascriptam theoricam inducit Bart.ad de-
29 cisionẽ quotidianæ.q. † ꝙ si aliquis recepit rẽ in emphyteusim
ab Ecclesia pro se, & filijs suis, intelligitur eis acquisiuisse vt fi-
lijs, & non vt hæredibus, quia emphyteusis ecclesiastica non
transit nisi ad filios,& non ad hæredes extraneos, vt §. emphy-
teusim.in Authen.de non alien. & ideo licèt etiam filij non sint
hæredes patris, tamen ad eos pertinet talis emphyteusis per
text.in d.l.vt iurisiurandi.§.si liberi, & istud expresè tenet Spe.
in tit.de locato.§.nunc aliqua. in ver.158. licèt secundum Bart.
in feudis consuetudo sit in contrarium. c. 1. an agna. vel fil. in
feud.ita resider Bart. Confirmatur vltra eum, quia in his, quæ
descendunt ad filios vt filios,non est necesè,quòd filij sint hæ-
redes patris,nec quòd patris adeant hæreditatem. l. quodcun-
que.§.si quis ita.s̄.eod.in verbo, *licèt hæres patri non existat*, & ibi
Bal. & Pau.de Cast.ad hoc notant illum tex.& l.si post mortẽ.
in prin.ff.de leg.1.in versi. *nec interest, an patri hæres extiterit necne*,
& ibi Paul.de Castr.ad hoc not.Istam opin. Bart. etiam tenent
Angel.& latius Imol. & d. Alexan.hic, & dicit.d.Alexan.quòd
istud vbique tenuit Bartol.idem,quod hic,tenet etiam Bartol.
in d.l.si tibi.§.si pactus. & ibi Bald.Angel.& Raph.Fulgos.ff.de
pactis.Bart.in d.l.vt iurisiurandi.§.si liberi.& in l.si non sortem.
§.libertus. in vltim. colum. ff.de condict. indebi. & in l.Gallus.
§.quidam rectè in penult.colum.de liber.& posthum.latè Bal.
in Authen.si quas ruinas.C.de sacrosanct.Eccles. Salyc. in l.se-
cunda. 17. quæst. C. de iure emphyteu. cum alijs concordan.
traditis per do.Alexand.hic, & in dict. §. si pactus. & in consil.
80.tertij volumini. incip. visis subtilissimis dubitationibus,
* *& ista est communis opin.* secundum do.Alex.in consil. 119. quin-
ti volumini. quod incipit, viso processu causæ vertentis inter
dominam Bernardinam.in 3.colum.& in consi.129. quinti vo-
lum.incipiente perspectis his,quæ in themate suprascripto nar-
rantur. in prima colum. & vltra Doctor. allegatos per domin.
Alex.idem etiam tenent Bald.& Pau.de Castr.in d.l.quodcun-
que.§.si quis ita.per istum tex.& d.l.si post mortem.in prin.per
illum tex.Istam opi.etiam tenuit Iac.de Bel.in c.1.an agna. vel
fi.in feud,vt refert Bart.in d. §. si pactus. sed contrarium tenuit
idem Iacob.de Beluis. sibi contrarius in d.§.emphyteusim, cu-
ius opin.sequitur Aret.hic contra communem,& omissis leui-
bus mouetur Iac.de Bel.præcipuè duplici fundamẽto. Primò,
quia appellatione hæreditatis, & bonorum videtur contine-
ri emphy.

ri emphyteusis,vt l.bonorum.ff.de verb.sign. & l.rem in bonis.
30 ff.de acquir.re.domi.& l.j.& ij.ff.de bon.pos.¶† Tu aduerte ad istud fundamentum, quod habet duo capita. Primum, quod appellatione hæreditatis continetur emphyteusis,istud nõ est verum, quia imo appellatione hæreditatis non venit emphyteusis, nec feudum, vnde si frater fecit quitationem generalẽ fratri de omni eo,quod posset petere in hæreditate paterna,per hoc non impeditur petere feuda, nec partem possessionũ emphyteuticarum,quia non petuntur tanquam ex hereditate paterna,ita signanter tenent Barto.Bald.& Angel.post Dy. qui ita consuluit in l.item videndum.§.fin.ff.de pet. hær. Bald. in l.j. in quæst.j. ff.de rerum diuisi. & latius in Auth.si quas ruinas. C.de sacrosan.eccl.& in c.j.in 4.colum.an agna. vel filius in feu. vbi singulariter extendit, etiam si talis renuntiatio hæreditatis paternæ fieret cum iuramẽto; & latè Alb.de Ros.in l.tres fratres.
31 ff. de pac. ¶† Ad secundum caput, quod appellatione bonorum contineatur emphyteusis & feudum, istud videtur plus facere, & pro hoc ego addo Spec. in terminis in d.§.nunc aliqua.in ver. 158. ad fin. vbi in specie tenet, quod si aliquis repudiasset bona paterna, tunc intelligeretur etiam repudiasse emphyteusim, quia appellatione bonorum benè continetur emphyteusis secundum eum, per d.l.rem in bonis.ff. de acquir. re. do.& d.l.bonorum.Item adde similiter,quod appellatione bonorum etiam continentur feudalia,secũdum And.de Iser.summum feudistam in cap.j.ad fin.prin.de ca.qui curi.vendi.in vsi. feud. vbi notabiliter limitat illum tex. & ita etiã limitatur text. in cap.generali.si de feu.fue.contro.inter do. & agna. ¶ Sed aduerte, quòd Ioan. de Imo. & d.Alex.licèt de prædictis non faciant mentionem, nec de illa decisione Spec. nec de illa And. de Iser. tamen respondent ad iura præalleg. quæ adducit Iac. de Belui.s.ad l.bonorũ,& ad d.l. rem in bonis, cum simi. quod intelliguntur in illis bonis, quæ poterant transire ad extraneos hæredes,in alijs ergo secus,quæ non transeunt, vt in casu præsenti.¶ Secundo principaliter mouetur Iac.de Belui. per tex.in §.emphyteusim.in Auth.de non alie. alleg. per Bar.sed videtur
32 stringere contra eum si non cauilletur.† vbi in emphyteusi ecclesiastica lex requirit istam qualitatem, quòd filius sit hæres, vnde licèt istud ius emphyteuticum ecclesiæ non sit communicabile extraneis,nec transeat ad extraneos,vt ibi est tex.& dicit Bart.hic. tamen etiam non transit ad heredes sanguinis simpliciter, & sic ad filios, sed ita demum si sint hæredes, vnde pater in emphyteusi ecclesiastica nõ posset etiam si vellet expressè aliter prouidere filio,nisi cùm filius est hæres, ex quo lex requirit istam qualitatem,ergo multominus in dubio, quando pater simpliciter prouidet filio de emphyteusi ecclesiastica, intelligitur prouidisse,nisi secundum ipsius naturam, quæ requirit,quòd filius si hæres,per reg.l.si stipulatus.ff.de vsur.quia verba in dubio intelliguntur secundum subiectam materiam, vt ibi, & l.si vno.in prin.ff.locati. & istud fundamentum sic declaratum est difficile secundum Arc. qui in eo facit magnum capitale,& per illud tenet contra communem opi. & propterea Bald.hic, & alibi animaduertens in l.ij.C.de suis,& legi.dicit,ꝙ decisio Bart.potest esse vera, quando pater expressè prouideret filijs,etiam si non essent hæredes,secus si prouideret simpliciter per d.§.emphyteusim.sed secundum Arct.verba illius tex. videntur importare,quod emphyteusis ecclesiastica solùm possit concedi filio tanquam hæredi,& non aliter. Adde, quòd per d.§.emphyteusim.istam opi.Iac.de Belui. contra communem etiã tenet Raph.Cu.hic,& in l.Gallus.§.j.ff.de liber.& posthu.licèt idem Raph. Cu. simpliciter referat Iac. de Bel.tenere contrarium,& plus non dicit.Sed ad illum tex. in d. §. emphyteusim.respon. Bald. in l. liberti libertæq; in 11. colum. C.de oper. lib. quòd intelligitur,quando in cõcessione facta est mentio de hæredibus,& istam sol.refert, & simpliciter sequitur d. Alex. in 30.& 31.col.tu adde,ꝙ Bart.in d.l.vt iurisiurandi.§. si liberi. in j. col.s.de oper.liber.etiã vr intelligere d.§.emphyteusim. qñ quis accepit emphyteusim ecclesiasticã nõ simpliciter pro se,& suis filijs, sed pro se suisq; heredibus legitimis masculis,vel feminis, & sic apponendo dictiõne hæredibus,tunc ita demũ debebitur filijs,si sint hæredes,ex quo concessio requirit vtrunque, vt ibi per eum. sed ista solutio mihi nullatenus placet, quia text. ibi non ponit sub qua forma verborum fuerit recepta emphyteusis.sed disponit statuendo,quòd emphyteusis ecclesiæ possit solùm accipi in personam accipientis, & duobus eius hæredibus filijs, aut nepotibus, vnde tu responde ad illum text.altero de duobus modis, vel quòd ibi intelligitur de hæredibus sanguinis,& sic liberis, vt l.ex facto.§.fin.ff.ad Treb. & cap.j. ver. & si clientulus; & ibi Bald.in 8.not.de alie.feu.in feu. quod declarat ibi tex.dum scribit *filijs & nepotibus vtriusque sexus*. vel secundo dic ꝙ illa verba, & duobus eius hr̃dibus.capiũtur pro duabus
33 generationibus,† quia tex.ibi disponit, quòd emphyteusis ecclesiæ possit capi vsque in tertiam generationem masculinam, & femininam computata persona accipientis.¶Item inquantum Barto. hic, & in d.l. vt iurisiurandi.§.si liberi.respondet ad tex.in d.cap.j.an agna.vel fili.quod procedit iure consuetudinario feudorum,secus de iure communi. ¶Dic melius, quod ille tex.procedit,quando quis recepit feudum simpliciter, nulla facta mentione de filijs,vel hæredibus, vel quando recepit feudum pro se,& hæredibus,tunc non admittuntur filij ad feudũ, nisi etiam sint hæredes,& ita procedit tex.in d.cap.j.secus si recepisset feudum pro se, & filijs seu liberis, prout etiam in quæstione nostra,tunc filij, & quicunque descendentes possunt acceptare feuda, & alia bona repudiare.d.l.vt iurisiurandi. §. si liberi.& §.optimũ.in Auth.de exhiben.reis.& l.si arrogator. §.sed an impuberi.ff.de adop.ita tenet Bald.in d.cap j.in 4. colum.an
* agna.vel fi. & ibidem And. de Iser. *& alij communiter*. Idem tenet Bald.in l.iij.C.de fideicom.de quo etiam per Io. And.in addi Spec.in tit.de feu.§.quoniam. in ver.38. in additio. quæ incipit directè.Bald.in l.qui se patris.in 7.colum. C.vnde libe. idem vbique tenet Paul.de Castr. & reputat istam doctrinam Bald. esse not.in l.pro hærede.§.si quid tamen.ad fin. ff.de acquiren. hær.& in l.si mihi,& Titio.s.eo.& in l.adoptiuum. §. patronũ. ff.de in ius voc.& in Auth.post fratres.C.de leg.hæred. & in l.si post mortem.in prin.ff.de leg.j.& in l.j.§. si patroni.in prin.ff.ad Treb.& ibi etiam do.Alexan.& idem d.Alex.in consi.19. quinti vol. incipiente,super eo de quo quæritur visis instrumẽtis.& in consi.26.quinti vol.incipiente ponderatis his, quæ in themate
34 narrantur,in 2.colum.& sequenti.¶† Tertiò quærit Bart.nunquid pater possit stipulari filio emancipato in casibus, in quib. potest stipulari filio in potestate,concludit, ꝙ sic,per duo iura, & vnam rationem,cum Barto. simpliciter tenent Imo. Raph. Cu.& d.Alex.hic,in fi.idem tenẽt Pet.de Bellaper. Io. de Imo. & Pau.de Cast.d.Alex.in l.quodcũque.§. si quis ita.per illũ tex. s.eo.Item facit secundum Bart.j.in 5.quæst.quòd licèt filius sit emancipatus,tamen durat votum patris in acquirendo filio.vt l.scripto.ff.vnde lib.Item facit, quia in filio emancipato adhuc durant reliquiæ patriæ potestatis,propter quas pater potest stipulari filio emancipato,secundum Bald. & alios in l.si genero. C.de iure do.vbi ad hoc allegat.l.talem.§.fin.ff.de hære. insti.& gl.in §.fi.in gl.fi.Instit. de tut.ego ad hoc plura accumulaui in l. si ita stipulatus fuero si Titius.§. Chrysogonus.in iij.notabili.s.
* eo.pro *ista communi opinio*.d.Alex.in d.l.quodcunque.§.j.s.eo.allegat tex. in l. si quis operas. & ibi gloss.in ver. posthumos ff.de
35 oper.lib. vbi est tex. † quod pater potest stipulari filio posthumo,& sic nondum nato,quem constat nõ esse in potestate patris antequam nascatur. l. fin. ff.de collatio. bono. sed ad illum tex.potes respondere,quòd posthumus habetur pro iam nato, quando tractatur de eius commodo.l.qui in vtero.ff.de sta.ho. prout est hic,quod sibi acquiratur ex stipulatione patris.¶Cõtra istam communem conclusionem tenet insignis d. Pet. de Bexu.hic.Motus, quia filius emãcipatus quo ad patrem est extraneus, l. vnica. §. extraneum. C.de rei vxo.act.Sed extraneo nemo potest stipulari.l.stipulatio ista.§.alteri. s.eo. Sed ad hoc potes respondere defendendo communem sententiam,quòd emancipatus non est omnino extraneus, cùm adhuc durent reliquiæ patriæ potestatis, vt statim dixi. ¶ Secundo mouetur per d.l.si genero.cum gloss. C.de iure do.quam aliter non inducit, & Bart.adducit pro se.Ego autem vltra Scribentes inducã fortiter illum tex. ad fundamentum Bart. quòd paria sunt aliquid fieri in tempore,vel conferri in illud tempus.l. quod sponsæ.cum similibus. C.de dona. ante nup.& cap. de vxore. & ibi
36 do. Abb. ad hoc not. de sepul. † Sed pater potest stipulari filio in tempus sui iuris.d.l.quodcunque.§. si quis ita.s. eo. ergo etiã filio emancipato.Ad hoc respondet subtiliter d. Pet. de Bex. ꝙ istud fundamentum nihil facit, quia licèt pater conferat effectum stipulationis in tempus, quo filius erit sui iuris, tamen in stipulationibus consideramus initium, & sic tempus factæ stipulationis, quo ad hoc, vt sumant efficaciam l. si filiusfam. in prin.s.eo.& l.fin.& ibi glo.de stip.ser.sed hic tempore factæ stipulationis filius adhuc erat in potestate patris. Ideo hoc considerato stipulatio valet, sed in quæstione nostra filius tempore factæ stipulationis iam erat emancipatus, & sic extraneus. Confirmatur quia tex.in d.l.quodcunque.§ si quis ita. dat vtilem actionem filio ex æquitate, quãdo pater stipulatur filio in tempus, quo erit sui iuris,& illa æquitas causatur ex eo,quia filius erat in potestate tempore stipulationis, ergo si non erat in potestate tempore stipulationis sed emancipatus, cessabit illa æquitas,& non valebit stipulatio.¶Sed sustinendo communẽ
37 opi.potes ad hoc dupliciter respondere. † Primò, quod in stipulationibus inspicimus tempus factæ stipulationis; istud procedit,vt sciamus,an patri acquiratur,an verò filio, ita loquitur text. in d. l.si filiusfami.in prin.Secundò illud procedit,quando stipula-

stipulatio fuit concepta sub conditione extrinseca, & causali,
quæ trahitur retro ad tempus celebrati contractus, & sic factæ
stipulationis, ita loquitur tex. in d. l. si filiusfam. in prin. secus in
conditione extrinseca mortis, & sic existentiæ sui iuris filij, ita
expressè tenet Bar. in d. l. si filiusfam. in princip. Ad aliam ratio-
nem Bar. q durat votum patris in acquirendo filio licèt eman-
cipato, respondet d. Pet. de Bexu. q hæc ratio etiam non valet,
quia ea attenta mater deberet posse stipulari filio, quæ sæpè
maiorem affectionem habet ad filium, quàm pater, & tamen
hoc est falsum, vt tenet Bart. in sequenti quæstione. Tu autem
vltra d. Pet. de Bexu. & alios Scribentes aduerte circa tex. in d. l.
si genero. C. de iure dot. quem Bart. adducit pro se iuncta glo.
sed d. Pet. de Bexu. adducit in contrarium, licèt aliter non indu
cat. Nam ille text. fortiter retorquetur contra Bart. ibi enim est
tex. q pater non potest stipulari filio emācipato, sicut nec cui-
libet extraneo, ergo in hoc nihil faciunt reliquiæ patriæ pote-
statis, quicquid dicant Bal. & alij ibi. Et dicit glo. & Doct. ibi, &
Io. de Imol. & d. Alex. hic in 3. col. & Imo. & Pau. de Cast. in d. l.
quodcunq; §. si quis ita respondent, q ille text. procedit quan-
tùm ad acquirendum directam actionem filio, sed bene ex
æquitate valet quantum ad acquirendum vtilem, & hoc mo-
do etiam voluit inducere illum tex. Bar. hic. Quia dico, q ista
solutio nullatenus potest procedere, & contra eam fortiter re-
fragatur tex. d. l. si genero. ibi, qui formaliter dicit, *nec tibi prohi-
bente iure quærere potuit pater actionem*, & sic vult ille text. q ex sti
pulatione patris nulla actio nec directa, nec vtilis acquiratur fi-
lio emancipato, dum dicit prohibente iure. nam lege prohibē-
te nulla potest acquiri actio. l. cum lex. ff. de fideius. & l. non du
bium. C. de legi. & ita disputando posset ista pars sustineri con-
tra communem, prout & aliàs tenui in d. l. quodcunque. §. 1.
38 ¶† In quarta quæstione concludit Bar. q mater non possit sti-
pulari filio per tria iura per eum alleg. & sequuntur simpliciter
Imo. Rapha. Cum. & do. Alex. hic ad fi. Idem tenet Bar. in l. pa-
ctum dotale. per illum tex. & in l. pater. C. de pact. conuen. & in
l. stipulatio ista. §. si stipuler. in 9. fallentia. s. eod. Cy. & alij. in l. 2.
C. de contrah. & commit. stipu. Bal. in l. executorem. in 4. col.
C. de execu. rei iudi. & l. cum dos. ff. de pac. dot. Bal. & Imol. in l.
Caius. ff. sol. matrim. Inquantum tamen Bar. & Doct. allegant. l.
debitor. §. fin. ff. ad Trebel. Illa lex loquitur ècontra, q filia non
potest stipulari matri, prout etiam dicit glo. in l. Publia. in prin.
ff. depos. Bar. in sequenti quæst. sed facilius repellitur filius à sti-
pulando patri vel matri, quàm ècontra propter votum, quod
non est in filio, sicut in patre, secundum Bart. in seq. quæstione.
¶ Limita conclusionem Bar. non procedere, quando mater sti
pularetur filio super re ipsius matris, quæ durat sua, tunc valet.
vt d. l. Publia in prin. cum glo. quia in ea posset stipulari penitus
extraneo. l. pen. C. ad exhiben. Bart. in l. stipulatio ista. §. si stipu-
ler, in 9. fallen. s. eod. quod vltimum notabiliter amplia, vt per
39 Barto. infra in vlt. q. statim dicetur. ¶ † Quintò quærit Bar. an
filius emancipatus possit stipulari, nam de filio existente in po
testate an possit, dictum fuit in l. si filiusfam. in prin. s. eo. Doct.
tenent q non per l. debitor. §. fi. ff. ad Treb. Bar. p hoc allegat l. si
ita stipulatus fuero si Titius. §. Chrysogonus. s. eo. vbi libertus
non potest stipulari patrono, ergo nec filius emancipatus pa-
tri. tu confirma iuncta æquiparatione de liberto ad filiū eman
cipatum, quæ est in l. 1. in prin. ff. si quis à par. fuer. manum. nec
obstat, q pater possit stipulari filio emancipato. vt Bart. tenet.
s. in 3. q. quia votum patris est quærere filio, sed non ècontra.
l. scripto. in fi. ff. vnde liber. & in correlatiuis vt sunt pater, & fi-
lius, q disponitur in vno, non habet locum in alio, quando da-
tur diuersitas rationis, vt hic, de quo plenè dixi in l. fi. C. de indic.
vidu. tol. Adde, quod idem, q Bar. hic, tenet etiā Bal. in l. Caius.
ff. solu. matrim. & in l. executorem. in 3. col. C. de execu. rei iud.
& ibi assignat rationem, quia patria potestas, quæ est inducta
40 ad acquirendum, euanuit, † & subdit per eandem rationem
idem esse in filio naturali tantum, qui similiter non potest sti-
pulari patri, cùm in eo cesset patria potestas, de quo vltimo di
xi. s. in tex. in secundo notabili. ¶ Hinc etiam vltra Bal. duo infe
runtur. ¶ Primò, q filij Francigenarum non possunt stipulari
nec acquirere patri, cum non habeant eos in potestate, vt est
glo. reputata singularis in §. 1. in verbo Romanorum. per illum
tex. qui bene facit. in sti. de patria pote. & illam glo. reputat sin-
gu. Bald. in c. 1. circa fin. an mari. succe. vxo. in benefi. Illam glo.
etiam dicit non esse albi in iure Bald. in c. si duo fratres, in fi. de
fratribus de nou. benefi. inuesti. in feud. tamen Bald. ibi subdit se
nescire, an illa glo. dicat verum, & quod sit de iure Francorum,
alibi dubitat dom. Abb. in c. 2. de conuersi. infide. an Veneti, qui
non recognoscunt Imperatorem in superiorem, nec viuunt le
gibus Romanorum, habeant filios in potestate, & an filij pos-
sint eis stipulari, & sic acquirere, non decidit. planū est enim, q
filius, & seruus pnt stipulari patri vel domino, vt l. quodcunq;
s. eod. & hoc est propter patriam, & dominicam potestatem,
propter quam finguntur vna, & eadem persona. l. fin. C. de im-
pub. & alijs substitu. quia vox filij, vel serui censetur vox patris
vel domini, vt dicit text. in §. ei verò qui. & in §. post mortem.
institu. de inutil. stipu. & l. si seruus. in verb. *ac si ipsi domini sua vo-
ce*, & ibi glo. ff. de dam. infect. & glo. in l. si genero. in glo. 1. C. de
41 iure dot. ¶† Secundò ex istis infertur, q in transuersalibus, &
consanguineis vnus non potest alteri stipulari, & sic nec frater
fratri, quia ibi non est potestas secundum Bald. in d. l. executo-
rem. in 4. colum. licèt inter eos sit interesse affectionis, & con-
sanguinitatis, quod non sufficit, vt valeat stipulatio, vt est glo.
ordinaria in l. fideiussoris, & ibi Bart. & alij. ff. de pact. cum con
cordantijs, quas ibi dedi. & in l. stipulatio ista. §. alteri. s. eo. Istud
tamen fallit in feudis, in quibus frater stipulando bene acqui-
rit fratri, secundum Bald. & Saly. in l. fin. C. res inter alios acta.
Bald. notabiliter in l. 1. in vlt. colum. C. quando lice. ab emp. di-
sce. facit text. in cap. 1. de duobus fratri. à cap. inuesti. & in c. 1. de
duobus fratri. de nou. benefi. inuestit. & in c. 1. §. cum verò Cor-
radus. de his, qui feu. da. pos. in vsib. feud. quamuis possit dici, q
in illis iuribus fuerit ex propria cōuentione ipsorum fratrum,
non autem ex acquisitione alterius fratris, secundum Pau. de
Cast. in consi. 154. incipiente, quod istud feudum. dom. Alexan.
in consi. 10. tertij voluminis, quod incipit, ponderatis his, quæ
in themate narrantur. & licèt in feudis frater possit stipulari fra
tri, vt dixi, tamen non posset stipulari alij extraneo secundum
Bald. in c. 1. in penul. colum. si vassal. feud. priui. cui appli de-
42 beat. ¶ † In septima quæstione tenet Barto. quod pater possit
stipulari filio monacho, per text. in l. iurisiurandi. in fi. ff. de ope.
lib. sed aduerte, quod in contrarium duo faciunt. Primò, quia
stipulando tali filio monacho, acquireretur monasterio, vt in
Authen. ingressi, C. de sacrosan. eccles. ergo videtur stipulatio-
nem non valere, tanquam factam extraneo. l. stipulatio ista. §.
alteri. s. eod. Secundò quia ingressus monasterium desinit esse
in potestate patris, cùm transeat in potestatem Abbatis. in cap.
indecorum. de ætate, & quali. & est glo. ordin. in l. si ex causa. §.
Papinianus, & ibi Barto. ff. de mino. Barto. in l. filium eum diffi-
nimus. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. ergo cùm desinat esse
in potestate patris, & sic censeatur extraneus, l. vnica. §. extra-
neum. C. de rei. vxo. act. & l. si genero. in verbo *tibi extraneo con-
stituto*. C. de iure dot. ergo pater non debet posse stipulari, ta-
men sustinendo Barto. ad primum responde secundum Imol.
& dom. Alexan. q sicut pater potest stipulari filio suo existenti
in adoptione alterius, vt est tex. in d. l. vt iurisiurandi. §. fi. in quo
casu quærebatur ipsi patri adoptiuo, in cuius potestate erat, se-
cundum illa tempora forum, ita hoc casu tolleratur, q pater
possit ipsi filio monacho stipulari, licèt veniat alteri quæren-
dum, scilicet monasterio, & hoc modo voluit Bar. inducere il-
lum tex. & quia filius habet viuere de rebus Monasterij, satis di
citur vtilitatem ex stipulatione percipere, secundum eos, qui
plus non dicunt. Ad secundum tu responde, q Monachus de-
sinit esse in potestate patris, verum est quo ad ea, quæ respiciūt
incommodum, secus in respicientib. commodum, & fauorē,
& sic acquisitionem, vt hic secundum Bar. in l. item in potesta
te. ad fi. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. vbi ad hoc Bar. allegat
notata per gl. in §. 1. in Auth. constitutio, quæ de digni. & sequi
43 tur d. Alex. in l. sub conditione. ff. de libe. & posthu. ¶† Septi-
mò quærit Barto. nunquid pater vel auus possint stipulari, &
acquirere filijs, & nepotib. qui nascentur, & concipientur post
eius mortem, & tenet q sic. per text. notabilem in l. Paulus. §.
Paulus. 1. vbi est casus. ff. de bon. lib. Adde, q idem per d. §. Pau
lus. tenet etiam Bar. in d. l. item prætor. ff. de suis, & legi. vbi per
hoc infert in specie, q si aliquis accepit emphyteusim pro se,
suisq; filijs, & nepotibus, q ad talem emphyteusim admitten-
tur etiam nepotes posteà concepti, quia excepta hæreditate le-
gitima ad alia admittuntur. d. §. Paulus. idem tenet Bald. in l. si
in persona. in vlt. colu. per totam. C. de fideicom. in l. qui se pa-
tris. in l. vlt. col. & vlt. q. C. vnde lib. Saly. in l. 2. in 19. q. C. de iure
emphy. Idem notabiliter in emphyteusi, & in feudo tenet Bal.
in consi. 176. quintæ partis, quod incipit statuto cauetur, q si
qua mulier. vbi etiam notabiliter consuluit, q statutum dispo-
nens, q mulier dotata ab auo non possit venire ad successionē
dotantis, nec alicuius descendentis ab eo, quousq; supersit ali-
quis masculus descendens ab ipso dotante per lineam mascu-
linam, habeat locum etiā in nepte concepta, & nata post mor-
tem aui, cui auus in testamento dotem assignauit, quamuis nō
videatur propriè auus, qui est mortuus, antequam ista neptis
conciperetur, vel esset in vtero, vt ibi notabiliter per eum. ¶ Cō
tra Bar. tenet Ang. hic, ad fi. quia ad hoc vt possit stipulari, de-
bet esse pater vel auus tempore stipulationis, quod nō est hic,
ex quo nepos nondum erat conceptus, vt l. Titius. ff. de suis, &
leg. & l. 1. §. proximior. ff. vnde cognati. & sic cùm cessare vi-

deantur verba legis, debet etiam cessare eius dispositio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. sed Imol. & d. Alex. putant tutius esse tenere opinionem Barto. & bene per tex. in d. §. Paulus. vbi
44 vult expressè litera,† ꝙ tam quo ad alia, quàm quo ad succedendum ipsi auo in hæreditate legitima, non curatur, an si conceptus tempore aui, vel non, & etiam hodie secundum eos, quo ad successionem effectualiter non curat, vt notatur in l. vnicâ. C. de his, qui ante aper. tab. per Dyn. in l. Gallus. ad fin. in distinctione magna. ff. de libe. & postu. ¶ Contra Bart. etiam tenet Raph. Cum. hic, circa fin. sequutus Ang. quia tex. in d. §. Paulus alleg. per Bar. nihil obstat cùm loquatur in operis libertorũ, in quibus est hoc præcipuum, ꝙ transeant ad nepotes nõdum conceptos, sed hoc non videtur dicendum in stipulatione, cũ tales nepotes non sint vllo tempore coniuncti futuri auo, sed vt dictum est ille. §. Paulus. bene facit pro Bart. inducẽdo eum, vt statim dixi. ¶ Contra Barto. etiam tenet d. Petr. de Bexu. hic in fi. licèt dicat, ꝙ magna sit auctoritas Barto. q non habet con tradicentem nisi do. Rapha. Cuma. motus, quia tales non sunt nepotes, ex quo sunt concepti mortuo auo. Item quia nunquã fuerunt in potestate aui. Sed responsio patet ex text. in d. §. Paulus. prout. s. induxi, & per l. si quis operas. cum glo. in ver. etiam ad posthu. ff. de oper. liber. vbi pater potest stipulari posthumo, & tamen antequam nascatur, non est in potestate. l. fi. ff. de collа. bon. & l. fin. ff. de assignan. lib. Sed potes dicere, ꝙ ibi sit, quia quando tractatur de eius commodo, & fauore, habetur pro iam nato, vt l. qui in vtero. ff. de statu. homi. & dixi etiam. s. in 3. quæst. quod non potest dici hic. Item pater potest stipulari filio monacho, secundum Barto. & Docto. s. in q. præcedenti, & tamen nõ est in potestate patris stipulantis, sed monasterij, nisi dicas vt statim dixi in q. proximè præcedenti, ꝙ imò in fauorabilibus, & vbi agitur de ei acquirendo, adhuc habetur in
45 potestate patris, vt s. dixi. ¶ † Octauo, & vltimò quærit Bart. si mater accepit emphyteusim pro se, & suis filijs, an eis acquiratur, & tenet ꝙ sic, quia stipulatio interponitur super re, quæ est futura sua ratione vtilis dominij, ideo super ea potest stipulari, & ei acquirere. l. Publia. cum glo. ff. depositi. & c. 1. de feudo fœmi. in feud. Istam decisionem reputant Imo. & dom. Alex. esse notabilem pro ampliatione regulæ, quæ traditur in l. pen. C. ad exhiben. & in d. l. Publia. cum gl. ponit Barto. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. in 9. fallen. s. eo. in quibus locis habetur regula, ꝙ quis potest alteri extraneo stipulari super re, quæ est sua. Ampliatur, vt procedat siue res sit sua tempore quo stipulatur, siue etiam sit futura sua per contrarium, circa quem stipulatio opponitur. Sed istam ampliat. reprobat ipsemet Io. de Imo. in l. ex facto. §. si quis rogatus. 1. in 11. colum. ff. ad Trebel. quia leges præallegatæ loquuntur, quando res est stipulantis tempore stipulationis, non autem quando est futura sua, vt in quæstione nostra. nam in illa non reperitur statutum à iure, ꝙ quis possit alteri stipulari, adeo, ꝙ sibi actio acquiratur sine cessione.
46 † Sed aduerte sustinendo Barto. ꝙ mater recipiendo emphyteusim pro se, & filijs, videtur accipere ordine successiuo, primo pro se, donec viuat, & posteà pro filijs post mortem ipsius. iuxta gloss. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & posthu. Et sic mater videtur cõferre stipulationem quo ad alios in tempus, quo iam res esset effecta sua quo ad vtile dominium, & sic pinde est, acsi stipulatio facta esset eo tempore, in quod collata est, vt l. ꝙ sponsæ. C. de dona. ante nup. & l. in tempus. ff. de hær. insti. ideo valet, prout etiam dicit dom. Alex. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. in penul. colum. s. eo. & in d. §. si quis rogatus. in 15. colum. Et pondera, ꝙ istud etiam sensit Bart. hic, dum dicit, ꝙ hæc stipulatio interponitur primò super re, quæ est futura ipsius matris iure vtilis dominij, pondera illud, primò, & sic primò acquiritur matri, & posteà filijs. Item adde, ꝙ Io. de Imol. hic in 9. colum. refert, ꝙ Barto. videtur tenere contrarium in d. l. ex facto. §. si quis rogatus. el. 1. per d. cap. 1. de feud. fœmi. vbi secundum Imo. videtur probari illud, quod ipse Barto. hic tenet, & plus non dicit, sed caue, quia Barto. in toto illo. §. si quis rogatus. nunquam allegat d. c. primum. in versi. quæro quid in contractus, in quæstione an recipiens rem in emphyteusim p se, & filijs intelligatur de filijs naturaliter tantum, simpliciter arguendo dicit, matrem non quærere filio, nec ibi ponit quæstionem nostram de matre recipiente in emphyteusim pro se, & filijs, & sic resideo cum decisione Bart. hic, cũ qua etiam tenet Bal. in l. auus. ff. de pac. d. Abb. in c. in psentia. in 10. col. de pba.

SVMMARIVM.

1 *Expressio vnius hæredis non impedit stipulationem committi contra omnes hæredes, ex transactione hæredis nominati.*

2 *Hæres non repræsentat personam defuncti vltra portionem suam hæreditariam.*

3 *Exceptio tu non es nominatus in instrumento, non obstat hæredi.*

LEX CXXXI.

1 Vlianus. † Expressio vnius hæredis non impedit stipulationem committi contra omnes hæredes ex contrafactione hæredis nominati. hoc dicit. Et iste tex. procedit in obligatione facti negatiui, in quo venit interesse, ideo non obstante nominatione vnius hæredis, omnes tenentur vt hic. Idem est in stipulatione dandi, vt l. eum qui ita. §. 1. quæ ita loquitur. s. eo. & ex parte promissoris, quo ad eius hæredes, non est differentia inter obligationes faciendi, vel non faciendi, vt hic, & obligationes dandi, vt ibi, quia expressio vnius hæredis non impedit, quominus omnes hæredes teneantur, cum limitatione tamen quam statim. j. tradam, sed ex parte stipulatoris bene fit differentia, an quis stipulari, & acquirere possit vni tantum ex hæredibus. nam distinguitur inter obligationem dandi, & faciendi, ita propriè loquitur text. in l. continuus. §. fi. j. eo. vbi plenè per Barto. de ista materia. ¶ In text. ibi, non solùm Titium teneri si prohibeat. intellige prout cantat text. si ipse scilicet Titius prohibeat, nam ex contrafactione ipsius hæredis nominati omnes hæredes tenentur, vt hic, & committitur obligatio ad interesse contra omnes pro hæreditarijs portionibus, cùm interesse sit diuiduum inter ipsos hæredes pro portionibus hæreditarijs. l. continuus. §. fin. j. eod. & l. stipulationes non diuiduntur. in versi. Celsus. s. eod. Secus si alij hæredes non nominati prohiberent, quia tunc non committitur stipulatio contra aliquem, quia cùm in stipulatione fuerit dictum neque per te, neque per Titium hæredem tuum fieri, ergo cõtrafactio aliorum hæredum, qui non sunt nominati, non faciet committi stipulationem, ita intelligit istum text. & bene Barto. in l. continuus. §. fi. circa fin. & ibi Imo. Raph. Cum. & Pau. de Cast. j. eo. Idem sequuntur Raph. Cum. do. Alex. Aret. & d. Pet. de Bexu. hic. Quicquid hic teneat Ioan. de Imo. sibi contrarius quem d. Alex. & Aret. reprobant & bene. ¶ Et per hoc subdit Rapha. Cuma. hic, ꝙ glo. 1. hic malè intellexit, dum dicit, ꝙ hic superuacuò fuit adiecta persona Titij, quia imò non est superuacua, quia si non esset adiecta persona Titij, alij non tenerentur ex impedimento ipsius Titij, sed quia persona sua fuit expressè adiecta in stipulatione, ideo contra omnes pœna committitur ex facto istius Titij prohibentis. ista est mens, & medulla istius text. nec obstat text. in d. l. eum., qui ita. §. 1. allegatus per gl. qui dicit, ꝙ adiectio vnius hæredum est superuacua. ille text.
2 decepit gl. † quia loquitur in obligatione dandi decem. In qua vnus hæres nominatus non potest obligari vltra portionem suam hæreditariam, quia vltra illam partem non repræsentat personam defuncti. l. cùm à matre. C. de rei vend. & l. si adulta. C. de hære. act. sed reputatur extraneus, vt est glo. notabilis, & reputata singularis in l. 2. §. fi. in glo. magna. circa fin. ff. de præto. stipu. Sed extraneum aliquis non potest obligare. §. si quis alium. instit. de inutil. stipu. Istam rationem assignat Bart. in d. l. continuus. §. fin. in duobus locis, scilicet in 1. & vlt. col. & idem Barto. in l. auus. ff. de pact. Sed ista ratio cessat in hoc tex. in promissione facti negatiui, quæ cohæret personæ hęredis nominati, & est indiuidua, vt l. 4. §. Cato. vbi notatur. s. eo. ideo promissor potuit vnum ex hæredibus nominare, ex cuius prohibitione, & contrafactione omnes hæredes tenerẽtur, vt hic. ¶ † Vlt.
3 no. ex isto tex. secundum Bal. contra illam exceptionem aduocatorum, & procuratorum, tu non es nominatus in instrumento, ergo instrumentum nihil facit quo ad te, nam in hærede siue sit nominatus siue non, tamen habet locum instrumẽtum, vt hic, cùm hæres censeatur esse eadem persona cum defuncto, vt in Auth. de iureiur. à mor. præst. in prin. facit, ꝙ not. per Bar. & omnes præcipuè Pau. de Cast. in l. postulante. in princ. ff. ad Treb. Adde Bar. in l. 1. per illum tex. C. quorum lega. vbi dicit, ꝙ exceptio, quæ opponitur quotidie in palatijs, scilicet tu non es nominatus in instrumento, non obstat hæredi. vnde nominato Titio videt nominatus eius hæres, ſm eum. Item adde Bal. in l. ad probationem. 1. C. de proba. vbi dicit, ꝙ qui non nominatur in instrumento, non iuuatur instrumento, nisi esset iuris, vel rei successor, & hoc est ſm eum, ꝙ aduocati sæpè dicunt, instrm non loquitur de te. ¶ Limita notabiliter ſm eundem Bal. in l. si cui legetur. §. 1. in 2. no. ff. de leg. 1. vbi per illum tex. no. ꝙ non est bona exceptio, iste non potest agere ex testõ, quia non est nominatus in eo, sed debes dicere, nõ potest agere, quia non est nominatus, nec interest sua, ad hoc vt exceptio inexpugnabiliter concludat, vt ibi est text. Alibi etiam habes text. in l. si sine. ff. de iniust. rup. per quem tex. secundum Bal. ibi fundatur exceptio, quam semper faciunt aduocati, nam cùm aliquis agit ex instrumento, qui non est nominatus in instrumento, opponit ꝯ eum, ꝙ ei non competit ius agendi ex tali instrumento, ex eo, ꝙ non est nominatus in ipso instrumẽto, &

per eundem text. no. ibi Ange. ꝙ non poteſt vti beneficio ſcripturæ, qui non eſt nominatus in ea. & ideo iſta practica ſecundum eum vtuntur aduocati contra petentes executionem inſtrumentorum ex forma ſtatuti, nam dicunt, tu non es in inſtrumento deſcriptus, ideo inſtrumentum te non iuuat, per illum text.

SVMMARIVM.

1 *Si in re ſoluta deficit aliquod ius, adhuc poteſt peti ipſa res, & tunc formabitur libellus, vt infra nu. 2.*

3 *In contractibus ſtricti iuris non veniunt iure actionis niſi ea, quæ in his fuerunt deducta.*

4 *Actio ex teſtamento habet inſtar bonæ fidei.*

5 *Etiam poſt ſolutionem factam de ſpecie promiſſa, poteſt adhuc peti ipſa res ſoluta, vt de euictione caueatur.*

6 *Vbicunque debetur alicui euictio re euicta, etiam ante ipſam rem euictam poteſt agere, vt ſibi de euictione caueatur.*

7 *Illud quod fuit ſolutum adiecto, poteſt ſtipulator repetere per actionem mandati, niſi dona. cauſa ipſum adiecerit, & nu. 10.*

8 *Cui debetur res ex cauſa lucratiua, non debetur euictio.*

9 *An quando deficit aliquod ius in re ſoluta, debeat agi ad illud, quod deficit, an verò ad totum.*

11 *Si vendidi rem tibi, & de euictione promiſi, quam rem poſteà alij donaſti, cui fuit euicta, non poteris agere contra me de euictione, quia non intereſt.*

12 *Actio de euictione datur ad intereſſe.*

13 *Donatio remuneratoria eſt ſpecies permutationis.*

14 *Si donans ceſſiſſet donatario iura, & actiones ſuas competentes, & competituras contra venditorem, poteſt tunc donatarius virtute talis ceſſionis directò denunciare venditori, & agere de euictione. nu. 15.*

16 *Singularis ſucceſſor habet ius denunciandi in cauſa euictionis, quando eſt ſibi ceſſum nomen obligatum.*

17 *Actio, quæ erat inutilis cedenti, poteſt eſſe vtilis ceſſionario, quando per talem ceſſionem purgatur cauſa, propter quã erat actio inutilis apud cedentem.*

18 *Stipulatio de euictione nunquam committitur, niſi res euincatur emptori, vel hęredi ſuo.*

1 **§. Qui fundum.** † Si in re ſoluta deficit aliquod ius, adhuc ipſa res poteſt peti, vt ius ꝙ deficit præſtetur. hoc dicit. ſm Barto. Ang. & Imol. vel ſic complectendo totum text. Promiſſor ſpeciei ſoluens eam adiecto, ſine cautione euictionis, poteſt cõueniri ad ipſam rem, vt cautionem præſtet, quando ſolutum poteſt ab adiecto repeti, aliàs ſecus, vt quando eſt adiectus animo donãdi. hoc dicit totus iſte. §. Diuiditur in tres partes. In prima ponitur deciſio. In ſecunda ratio deciſionis. In tertia limitatio. Secũ-
2 da ibi, nam intereſt. Tertia ibi, ſed ſi donationis. ¶ † Not. 1. ex tex. ibi, petere fundum poteſt, vt ſibi de euictione promittatur. formam libelli, quę colligitur ex iſto tex. quia debet petere fundum, non vt ſibi detur cum eum habeat, ſed ad finem, & effectum, & hoc expreſſo, vt ſibi de euictione caueatur, & ſic libellus debet continere petitionem fundi, exprimendo, vt ſibi de euictione caueatur, vt hic per Bar. & alios. per Cyn. & Bart. in l. exhibitionis. C. ad exhiben. per Bar. in l. 3. §. ſi reddita. ff. commoda, & in l. eleganter. §. non ſolùm. ff. de dolo. Et ſic, quando tota res petitur, ratione alicuius iuris deficientis, nõ debet ſimpliciter peti, ſed cum expreſſione cauſæ, vt ſuppleatur illud, ꝙ deeſt. ¶ Sed aduerte, licèt omnes ita tranſeant, in contrarium fortiter facit tex. nihil ſubaudiendo in l. etiam. ff. de ſol. qui vult ꝙ fundus ſolutus poteſt ſimpliciter peti, non adiecta illa qualitate vel cauſa, vt ſoluatur, ꝙ deeſt, niſi diceres, ꝙ ille text. declaretur, & ſuppleatur per l. non eſt nouum, & l. ſed & poſteriores. ff. de leg. & ſi diceretur, quare non agitur directò ad cautionem euictionis omiſſam, reſpondent Pau. de Caſt. & d.
3 Alex. † ꝙ hic contractus eſt ſtricti iuris, ideo in eo non venit iure actionis niſi illud, ꝙ in eo fuit deductum; quia quicquid fuit omiſſum à verbis, habetur pro omiſſo. l. quicquid aſtringendæ. in prin. ſ. eod. Sed cautio non fuit deducta in ſtipulationẽ, & promiſſio de dando certam rem non continet præſtationẽ cautionis, cùm videatur eſſe res ſeparata ab eo, ꝙ debet dari, & ſic duntaxat venit officio iudicis mercenario, quod per ſe intentari non poteſt. l. 4. cum ibi no. C. de depoſi. Ideo etiam poſt fundum traditum conſeruatur actio in ſtipulatione ad ipſum fundum, vt poſſit ſtipulator cautionem conſequi, aliàs non poſſet. facit. l. 3. §. item Iul. ff. de eo, quod certo loco. Sed quando eſſet contractus bonæ fidei, vt emptionis, tunc facta traditione, & omiſſa cautione ageretur recta via ad ipſam cautionem, quæ venit iure actionis. l. ex empto. §. etiam. ff. de actio. emp. & l. 2. cum ibi notatis. ff. de euict. & ratio eſt, quia in contractibus bonæ fidei iure obligationis, & actionis venit totum quicquid bonum eſt, & æquum venire. l. in bonæ fidei. ff. de eo quod cert. loco. Sed Rapha. Cuma. hic circa fi. dicit ſe ſolitum dubitare, nunquid in cõtractu bonæ fidei, puta emptionis poſſit principaliter agi ad cautionem. primò dicit videri ꝙ ſic per tex. in d. l. ex empto. §. etiam. & l. 2. ff. de euict. ſed in contrariũ dicit videri tex. in l. etiam. ff. de ſolu. vbi tex. æquiparãdo actionem ex ſtipulatione, & ex teſtamento, decidit fundum traditum debere peti, vt de euictione caueatur. Sed actio ex teſtamento habet inſtar bonæ fidei. l. in minorum. C. de in integ. reſti. mino. Et dicit ſe de hoc dicturum in d. §. etiam. vbi nihil dicit. Aret. hic in tertio notabili relinquit ſuper hoc cogitandum. dom. Alex. reſpondet ex not. per Barto. in l. ſi hæres. ff. de eo, ꝙ certo loco. dum declarat Barto. d. l. in minorum. Sed tu caue, quia illa doctrina Barto. non tollit iſtam oppoſitionem. nam
4 dicit ibi Barto. ꝙ † actio ex teſtamento habet inſtar bonæ fidei quo ad duo, ſcilicet quo ad fructus, & vſuras d. l. in minorum. Item, vt ſoluta re non pfectè duret actio prima ſicut in actionibus bonæ fidei. l. huiuſmodi. §. ædes. ff. de leg. 1. Sed quo ad alia remanet ſtricti iuris, vt ibi, & vltra Barto. eſt text. notabilis in l. fin. ad fin. ff. de condi. ob cauſam. Sed hic ſoluta eſt tota res debita perfectè quantum ad ſe, ſed cum defectu alicuius iuris extra rem, tunc agitur actione prima ad ipſam rem non diſtinguendo actiones bonæ fidei ab actionibus ſtricti iuris, ſecundum Barto. in d. l. 3. §. ſi reddita, & in d. l. exhibitionis. vnde potes dicere, ꝙ d. l. etiam. declaratur in hoc per d. l. ex empt. §. etiã. quòd non ſolùm poſſit agi actione ex teſtamento ad fundum, vt præſtetur cautio euictionis, ſed etiam directè ad ipſam cautionem, ſicut in ſimili ſupplet Barto. ad l. ſi domus. §. de euictio
5 ne. in 1. colum. ff. de leg. 1. ¶ † Secundo no. ex iſto text. quòd etiam poſt ſolutionem factam de ſpecie promiſſa poteſt adhuc peti ipſa res ſoluta, vt de euictione caueatur, licèt contrarium, & malè dicat glo. in l. ſi domus. §. de euictione. in glo. 2. ff. de leg. 1. quę dicit, quòd per ſolutionem fundi ſublata eſt actio ad ipſum fundum, ſed illam gl. reprobat ibi Dyn. & Barto. hic in 2. oppo. qui eſt corruptus, quia cùm ſit obligatio dandi, ſemper debetur euictio, & ipſe fundus petitur, vt de euictione caueatur, vt hic, & l. etiam. & l. ſi rem meam. ff. de ſolu. & ſic ſoluens rem promiſſam, ſi non ſoluit eo modo quo debet, non liberatur. Amplia iſtum tex. vt procedat, etiam ſi promiſſor fundi erat dominus, & ſic tradendo tranſtulit dominium, adhuc poteſt ab eo peti fundus, vt de euictione caueat, vt eſt text. notabilis in l. fin. ad fin. ff. de condi. ob cauſam. quia poſſet adhuc euinci per hypothecariam vel ſeruianam. l. ſi rem meam. ff. de ſolu. & ille, qui tenetur dare, non ſolùm tenetur dominium transferre, ſed etiam tali modo transferre, quod auocari non poſſit, vt ibi eſt text. nota. & l. qui concubinam. §. ſi hæres. ff. de leg. 3. Ideo neceſſarium eſt, ꝙ promittat de euictione, quia talis cautio ſuccedit loco ſpeciei, & ſic plenę dationis ſecundum Barto. in l. cùm quis. §. qui hominem, & l. ſi quis aliam. in princ.
6 in 3. colum. ff. de ſolu. ¶ † Tertiò nota, ꝙ vbicunque debetur alicui euictio re euicta, etiam ante ipſam rem euictam poteſt agere, vt ſibi de euictione caueatur, vt hic, & l. 2. ff. de euict. & l. ſi domus. §. de euictione, vbi Barto. & alij. ff. de lega. 1. quod videtur mirum ſecundum Imo. cùm non videatur intereſſe, vbi non cauetur per dationem fideiuſſoris, ſed per ſimplicem cautionem. Sed dicit ꝙ poteſt intereſſe habere plures actiones. §. ſic itaq;. inſti. de actionib. præſertim cũ hoc caſu clarius ſit ius, quod oritur ex ipſa cautione præſtita, cùm directò ad id tendat. facit ſecundum eum, quod notat Barto. in l. ſi finita. §. eleganter. ff. de damno infecto. confirmat dom. Alexan. quia cautela dicitur eſſe vtilis, licèt interponatur ſuper eo, ad quod de iure cauens tenebatur, etiam ſi non cauiſſet. l. ratio. §. ſi iter. ff. de actio. empti. & l. harum. ff. ſi ſerui. vendi. iuncta. l. quoties. ff. de ſerui. & ita notat gloſſ. in l. cog. in princip. in verbo defenſum iri. ff. ad Trebel. & in l. penul. in verbo, cautela idonea. C. depoſiti. & in l. ſi pupillus. in princip. in verbo, condemnare debet. ff. de noua. Adde vltra eos illud, quod magiſtraliter tradit Barto. in l. ſi rem meam. ad finem. ff. de ſolu. vbi dicit, quòd inter emptionem, & venditionem, & alios contractus, quibus tenetur quis ad dandum, eſt iſta differentia, quia in emptione re tradita quis liberatur, vt not. glo. in Authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vend. & l. ab emptione. ff. de pact. vnde tunc incipit teneri de euictione re euicta, & non ante. l. euicta re vendita. ff. de euict. ſed in alijs contractibus non liberatur, niſi ita faciat accipientis, ꝙ ab eo euelli non poſſit. d. l. ſi rem meam & hic, vnde tunc non agitur de euictione quaſi re euicta, ſed. agitur priſtina actione, quaſi ab eo nunquam ſit liberatus, vt hic, & d. l. etiã ff. de ſolu. quod not. ad practicam, vt ſcias bene formare petitionem. Idem etiam tenet Barto. in l. Ariſto. §. 1. in 1. colum. & ibi Rapha. Cuma. ff. de dona. & idem Barto. in l. ſi quis aliam.

in

7 in 1. colum. ff. de solu. & Rapha. Cuma. hic. ¶† Quarto not. in versi. nam interest, ꝙ illud, quod fuit solutum adiecto, potest stipulator repetere per actionem mandati, nisi donationis causa illum adiecerit, vt hic, & l. sed & si quis stipuletur. in princip. ff. de vsufr. ex quo correlariè videtur inferri, ꝙ inter stipulatorem, & adiectum dicatur contrahi mandatum, & sic ꝙ adiectus censetur procurator stipulatoris, de quo tangit glo. hic, & in verbo à Titio, vbi dicetur. ¶ Vlt. not. in versi. sed si donationis, ꝙ non potest agere de euictione re euicta ille, cuius non interest, & non dicitur sua interesse, quando non euincitur sibi, sed eius singulari successori habenti ab eo causam lucratiuam, & sic hic est casus valde notan. ꝙ si res vendita euincatur à donatario, cui emptor eam donauit, non potest agere de euictione, & hoc tenet glo. in l. si pro re pupilli. §. 1. in vlt. glo. ad fin. ff. de euict. quod qualiter procedat, dicetur. j. extra glo. vbi Barto. duobus modis limitat. ¶ Capio glo. primam in verbo de euictio. quam diuide in quatuor partes. In prima infert ex text. In secunda timore contrarij, quod formabo nunc, ponit limitationem ad text. & sic solu. ad contrarium. In tertia timore alterius contrarij per viam nota. ponit trimembrem distinctionē. In quarta, & vlt. alleg. tres concord. ad text. Secunda ibi, item hoc si talis contractus. Tertia ibi, item not. hic rem peto. Quarta, & vlt. est ibi, & facit. s̄. de condi. causa da. ¶ Prima pars est clara. ¶ In secunda oppono vltra Scribentes contra text. hoc modo, nam dicit text. aliquis stipulatus est fundum sibi aut Titio dari, & non dicit ex qua causa, nec ex quo contractu. † si dici-
8 mus, ꝙ stipulatio fuit facta sine causa, non valebit in effectu, quia obstabit excep. doli. l. 2. §. circa. & ibi glo. ff. de excep. doli. vnde ne hoc sequatur, in dubio præsumitur causa donationis, & sic liberalitatis. l. campanus. ff. de oper. lib. & l. hoc iure. §. 1. ff. de dona. Barto. in d. l. 2. § circa, & latè Scribentes præsertim do. Alex. in l. à Titio. s̄ eod. sed cui debetur res ex causa lucratiua, non debetur euictio. l. Aristo. §. fin. ff. de don. & l. 2. C. de euict. l. ad res donatas. ff. de ędi. edic. facit. l. si domus. §. de euictione. ff. de leg. 1. & patet in hoc met text. In fi. glo. respondet, ꝙ iste tex. debet intelligi, quando præcessit cōtractus, ex cuius natura debetur euictio, vt emptionis vel permutationis, vt l. 1. §. 1. ff. de rerum permu. vnde stipulatio simpliciter interposita intelligitur secundum naturam contractus, super quo interponitur. l. si stipulatus. cum vulg. ff. de vsur. & l. si vno. in princip. ff. locati. Istam solu. glo. reprobant Cy. Barto. Ang. & Mod. & bene, quia nimis restringit istum text. Item, quia si non præcederet talis contractus, de cuius natura venit euictio, tamen quia hic est stipulatio dandi, in ea venit euictio, quia qui promittit dare, ꝓmittit dominium transferre. l. vbi autem non apparet. §. fin. s̄. eo. Si ergo res euincatur, apparet, ꝙ non facit illud, quod promisit. ideo tenetur de euictione. Tertio, quia in isto tex. contractus incepit à stipulatione, & sic à conuentione, & non traditione, quo casu etiam in donatione incipiente à conuentione debetur euictio, secundum glo. & Docto. in d. l. Aristo. §. 1. & in l. 2. C. de euic. vnde iste text. generaliter procedit sine vlla restrictione. ¶ In tertia parte glo. opponit contra text. ꝙ stipulator non debeat petere fundum, quē habet, sed illud, quod sibi debetur, vt l. si stipulatus sum. §. 1. ff. de solu. & l. eum qui ita. §. penul. s̄. eo. glo. distinguit vt habes in ea, & cum ea simpliciter transit Barto. alibi verò glo. in l. eleganter. §. non solùm. in glo. magna. ff. de dolo. distinguit, ꝙ aut fuit debitum ex contractu bonæ fidei, & tunc tenetur actione primæua ex illo contractu, aut ex contractu stricti iuris, & tunc competit de dolo, vel in factum.
9 ¶ Tu autem vt plenè habeas istam materiam, † si quæratur qñ deficit aliquod ius, an debeat agi ad illud, quod deficit, an verò ad totum, vt illud, quod deficit consequatur, distingue ex mente Pau. de Cast. & dom. Alex. faciendo quinque casus, aut quis soluit partem quotam, puta dimidiam vel tertiam, & sic deficit alia pars seu alia quota, & agitur ad illam tantum, quæ deficit, quia in illa tantum durat obligatio, & actio. l. si stipulatus sum. §. 1. ff. de sol. aut deficit pars integralis, vt in fundo, qui constituitur ex proprietate, & vsufr. l. fundi. ff. de vsu, & vsufru. leg. & soluitur tantum proprietas, & sic deficit vsusfructus, & tunc idem, vt agatur solùm ad illud, quod deficit, quamuis in toto duret obligatio. & actio. l. si ita stipulatus fuero si Titius. §. 1. in fine. & ibi Docto. s̄. eod. & l. si non sortem. §. fin. ff. de condi. indebi. & l. si marito. §. fin. vbi no. ff. solu. matrimo. Barto. in l. eum qui ita. §. penu. s̄. eod. Aut non deficit pars quota vel integralis, sed deficit qualitas, & sic bonitas intrinseca, quæ diminuit de soluto, vt quia traditur res deteriorata vel vulnerata, vel traditur cum seruitute, cùm deberet tradi libera, tunc si tradens tenebatur ex contractu bonæ fidei, potest cōueniri prima actione, vt tradat, ac si non tradidisset, vt consequatur illud, quod deficit, vt l. 3. §. si reddita. ff. commodati. Idem si est stricti iuris, sed habet in hoc instar bonæ fidei, vt actio ex testamento, vt l. huiusmodi. §. ędes. ff. de leg. 1. iūcta. in l. in minorum. C. in quib. cau. in integ. resti. non est neces. declarat Bar. in l. si hæres. ff. de eo, ꝙ cer. loc. Idem si actio esset arbitraria ratione loci. l. 3. §. idē Iulianus. ff. de eo ꝙ cer. loco. Extra istos casus agitur non actione ex eo ꝯtu, sed actione de dolo vel in factū l. exhibitio nis, & ibi Cy. & alij. C. ad exhib. & d. l. eleganter. §. non solū. vbi glo. magna. & quod not. Barto. in l. qui sibi. §. 1. ff. de solu. aut deficit aliquod ius extra rem traditam, puta cautio de euictione, & tunc potest peti res tradita ad fin. & effectum vt præstetur cautio de euictione, vt hoc text. & l. etiam. ff. de solu. Aut deficit tale ius ꝑ quod tota res tradita potest auocari, vt quia erat alteri obligata, vel hypothecata, & tunc si ex contractu stricti iuris, agitur ad totum, acsi datio vel traditio facta non fuisset, vt l. si rem meam. ff. de sol. aut bonæ fidei, vt emptionis, & tunc aut vult agere ex capite euictionis, & non potest nisi euictione actualiter sequuta, quando cautio est præstita, vt l. habere licere. ff. de euict. Aliàs posset agere non actione ex stipulatione de euictione, & sic ad duplā, sed bene actione ex contractu principali. l. ex his prædijs, & l. qui rem. vbi bona gloss. C. de euict. & l. non tamen. & l. si ei cui. in versi. Item si domino. ff. eo. de euic. Et firmat dom. Alexan. hic, quamuis Pau. de Cast. in hoc vlti-
* mo aliter teneat. ¶ Gloss. in verbo à Titio. in ista glo. Barto. *& communiter Doctores* concordant opin. hic relatas in glo. secundum distin. glo. in §. si quis alij. instit. de inutil. stipu. quam Imo.
10 hic reputat singularem, † quòd aut præcessit mandatum, vel adiectus fuit præsens tempore factæ stipulationis, & tunc ex eius præsentia, & taciturnitate resultat tacitum mandatum, & his duobus casibus tenetur actione mandati, aut adiectus erat absens, & tūc tenetur actione negotiorum gestorum, cùm non sit procurator, vt dicit text. in l. vero procuratori. §. interdum. ff. de solu. alleg. in glo. Sed aduerte, quia secundum istam communem doctri. multum restringeretur iste text. & text. in d. §. si quis alij. & text. in l. qui res. §. qui stipulatur. in fin. ff. de sol. qui text. simpliciter dicunt contra adiectum competere actionem mandati, & dicere, quòd in istis iuribus adiectus erat præsens tempore factæ stipulationis, est multum diuinare ad ista iura, & ea restringere, vnde ne restringamus ista iura, posset simpliciter teneri opinio Mar. hic relata in gloss. quam etiam sequuntur Are. & do. Petr. de Bexu. hic, quòd stipulator habebat actionem mandati, siue adiectus fuerit præsens stipulationi siue non, quia quando stipulor, quòd des mihi aut Titio, videor consentire, & mandare tibi, quòd soluas Titio, ergo etiam videor mandare Titio, quòd recipiat; quando tu posteà soluis Titio scienti se esse adiectum, certè ex commissione solutionis, & eius receptione nascitur actio mandati, & istud est tutius dicere, quàm illud, quod inaduertenter dicit Aret. speciale esse in contractu mandati, vt possit contrahi inter absentes, quamuis ibi non adsit nuncius, vel epistola, allegat ad hoc text. in l. 1. in fi. & in l. sequen. ff. de procur. quæ contrarium dicit, alleg. etiam Bald. ibi in princip. qui nihil dicit de isto mandato adiecto ad solutionem, & tenendo istam opinio. ne iura restringantur aut destruantur, non obst. d. l. verò procuratori. §. interdum. ff. de solu. alleg. in gloss. quia verum est, quòd adiectus non est propriè procurator, vt ibi, eo quia mandatum eius non potest reuocari, ex quo promissor ex forma stipulationis habet facultatem soluendi illi adiecto, non potest ei inuito auferri, vt ibi dicit text. & l. aliud. ff. de solu. & plenè fuit dictum in l. liber
11 homo, qui bona fide. §. fin. s̄. eod. ¶† Extra gloss. Barto. decidit per istum text. in fin. quòd si vendidi tibi rem, & de euictione promisi, posteà tu istam rem alij donasti, & donatario res fuit euicta, quòd tu emptor non potes agere contra venditorem de euictione, quia tua non interest, ex quo donatario non teneris de euictione, cùm inceperit à traditione, vt hic in fin. & ita tenet gloss. in l. pro re pupilli. in vlt. gloss. ad fin. & ibi etiam Bar. ff. de euict. Et hoc est planum, & expeditum. ¶ Istam conclu. limitat Barto. duobus modis, primò vt procedat in donatione simplici, secus si esset facta gratia remunerandi seruitia recepta, tunc licèt incepisset à traditione, posset donans agere contra venditorem de euictione, interest enim sua rem donatam euictam non fuisse, vt sit liberatus ab obligatione antidorali per text. in l. idemque. §. fin. & l. sequen. & princip. sequentis. ff. manda. vbi fideiussori liberato ex causa donationis remuneratoriæ datur actio mandati contra principalem debitorem ad totam quantitatem, in qua fuit liberatus fideiussor, perinde ac si pecuniam debitam actualiter soluisset, & tamen actio mandati etiam non competit, nisi quatenus interest agentis. l. si procuratorem. §. mandati. ff. manda. ex ista limitatione infero duo correlariè. primo, quòd si in isto text. in fine iste Titius fuisset adiectus ex causa remunerationis, & sic essemus in donatione remuneratoria, non procederet iste text. quod no. quia est bona limitatio ad istum text. secundò ex ea datur alia singularis

gularis limitatio ad regu. quæ habet, quòd in donatione, quæ incipit à traditione, non venit euictio, vt eſt glo. in l. Ariſto. §. fi. & ibi Barto. & alij. ff. de dona. gloſſ. & Docto. & in l. 2. C. de euic. vt procedat in donatione ſimplici, ſecus in remuneratoria, & refert Barto. quòd iſtam limitationem tenebat Iaco. de Are. eam etiam tenet Raynu. hic, & ſequuntur dom. Alexan. Are. & dom. Petr. de Bexu. hic. dom. Alexan. in conſi. 47. 5. volum. ꝙ incipit viſis inſtrumentis diuiſionis in 3. colum. ſed Rapha. Cuma. hic dicit, quòd licèt iſta limitatio ſit æqua propter obliga-
12 tionem antidotalem, tamen circa eam dicit ſe dubitare, † quia actio de euictione datur ad intereſſe. l. empti actio. C. de euict. ſed nihil intereſt donantis, quòd euincatur ei, cui donauit cauſa remunerationis, præſertim cùm iſtud non ſit intereſſe æſtimabile, ſed iſtud fundamentum tollitur per text. in d. l. idemque. § fin. & l. ſequen. & ſequen. in princip. allegata per Barto. inducendo vt ſupra induxi bene verum eſt, quòd intereſſe obligationis antidoralis non eſt ſufficiens, vt quis poſſit alteri ſtipulari, vt eſt tex. in l. quod dictum, & ibi Ange. & Fulgo. ad hoc not. ff. de pact. & dicit Ange. quod iſtud melius probatur ibi, quam alibi in iure, & eſt glo. in l. ſi tibi. §. ſi pactus. ff. de pac. Bar. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. in 1. colum. ſupra eod. tene iſtam 1. limi. Barto. quam confirmo, quia donatio remuneratoria non eſt propriè donatio, ſecundum Barto. in 1. rub. ff. veteris in vlt. colum. Ideo iura loquen. de donatione non habent locum in donatione remuneratoria. Facit bene text. in l. Aquilius regulus. in verbo non meram, & ibi Rapha. Cuma. ad hoc not. ff. de dona. Idem not. dom. Abb. in cap. per tuas. per illum text. eod.
13 titu. de dona. † hinc eſt, quòd donatio remuneratoria eſt ſpecies permutationis, vt eſt text. in l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. in fin. in verbo, ꝙ antidora, & c. & in ver. & velut genus quoddam hoc eſſe permutationis. ff. de peti. hære. & ibi Bald. ad hoc no. illum text. & reputat tenendum menti. Item donatio remuneratoria eſt magis ſimilis dationi in ſolutū, quàm donationi ſimplici. Ideo debetur euictio, vt nota. in l. eleganter in princip. ff. de pign. actio. & in l. libera. C. de ſent. & interlo. omn. iud. & quòd donatio remuneratoria non ſit propriè donatio, firmāt etiam
14 Cano. præſertim dom. Abb. in rub. extra de dona. ¶ † Secundò limitat prædictam concluſionem magiſtraliter Barto. quando tempore factæ donationis donans ceſſit omne ius ſibi competens vel competiturum in re, vel eius occaſione donatario faciens eum procuratorem in rem ſuam, prout communiter in talib. inſtrumentis fieri conſueuit, tunc donatarius poſſet immediatè denunciare venditori, & ſic auctori auctoris ſui, vt veniat ad eum defendendum, dummodo in denūciatione exprimat, quòd iſtud facit tanquam procurator in rem ſuam ex iure ſibi ceſſo, & non tanquam ſimplex donatarius. l. ſi res quam à Titio. ff. de euict. & tunc re euicta poteſt de euictione agere contra venditorem, prout eſt ibi caſus multum no. quem Bar. reputat tenendum menti, & procedere etiam in venditione, quando in inſtrumento venditionis facta eſſet ceſſio prædicta omnium iurium, & actionum competentium, vel competiturarum, tunc poſſet ſecundus emptor directò denunciare authori, authoris ſui, & euitare circuitum, prout not. glo. in d. l. ſi pro re. §. 1 in verbo agere. ff. de euict. poſſet etiam emptor habens bona authoris ſui, ſibi tacitè obligata pro euictione, vigore vtilis ſibi competentis pro hypotheca, denunciare directò authori authoris ſui per d. l. ſi res. in fin. quando proximus author non eſt ſoluendo, aliàs eſt dubium ſecundum opin. quorundam, an excuſſio debeat præcedere antequam dicta iura poſſint intentari, ſecundum Cyn. in l. nomen. C. quæ res pign. oblig. poſ. tamen in hoc vltimo dic non requiri aliquam excuſſionem ſecundum Barto. poſt multos Antiquos in l. ſi conuenerit, vt nomen. ff. de pigno. actio. & ibi reſpondet ad Authenti. hoc ſi debitor. C. de pign. vt ibi per eum. prædicta intelligit ſingulariter Barto. eſſe vera quantum ad actionem ex empto, vel præſcriptis verb. pro euictione, ſed in actione ex ſtipulatione pro dupla illa habet in ſe conditionem, ſi euincatur emptori vel eius hæredi, non autem ſi ſingulari ſucceſſori, per text. no. in l. quòd ſi venditor. §. ſi ſecundus. ff. de euict. & quod not. glo. in d. l. ſi pro re. in verbo agere. ita reſidet Barto. hic, & cum Barto. ſimpliciter trāſeunt Ang. & Pau. de Caſt. hic. idem etiam tenet Bar. in d. l. ſi pro re. in iſtam circa duo, primò circa principalem deciſio. Bartol. deinde circa eius limitationem. ¶ Adde ergo
15 primo inquantum Barto. tenet, † quòd ſi donans ceſſiſſet donatario iura, & actiones ſuas competentes, & competituras contra venditorem, tunc donatarius virtute talis ceſſionis poteſt directò denunciare venditori, & agere de euictione, quod aliàs non poſſet. iſtam principalem deciſionem Bart. repræhendunt Rapha. Cuma. & Are. hic. nam dicit Rapha. quòd licèt dictum Barto. ſit valde not. tamen videtur ſibi dubium, & eſſe falſum, quia cùm actio de euictione ſit inutilis in perſona cedentis, vt hic in fine, quomodo fiet vtilis apud ceſſionarium? cùm ergo directa non competat emptori, vt hic, ergo inutilis debet eſſe ceſſio ſeu actio competens ceſſionario propter ceſſionem, & reſpondet ad. l. ſi res quam. ff. de euic. in qua ſe fundat Barto. quod procedit, quando res ceditur ex cauſa lucratiua in vlt. volunta. quo caſu hæres tenetur legatario ad rem, & ad omne ius ſibi competens in re, ideo ſua videtur intereſſe cedere omnia iura ſua legatario, ne ab eo euincatur. ita propriè loquitur ille text. ſed ille, qui vltro donauit incipiendo à traditione, non tenetur de euictione, nec aliquam ceſſionem facere. cōtra Bar. etiam mouetur Are. quia cedens non potuit transferre in donatarium ius, quod ſibi nō competeret, ſi non ceſſiſſet, vt in regula. l. nemo plus iuris. ff. de regul. iur. vnde licèt ſit verum, ꝙ ius denunciandi, & regreſſus de euictione poſſint cedi ſecundo ſucceſſori, qui haberet regreſſum contra primum, tamen ille, qui ſecuta euictione non haberet regreſſum contra primum,
16 vt in caſu noſtro, non videtur, quòd poſſit cedi. ¶ † Tene deciſio. Barto. quia ſingularis ſucceſſor habet ius denunciandi in cauſa euictionis, quando eſt ſibi ceſſum nomen obligatum, vt eſt text. vnicus in iure in d. l. ſi res quam à Titio. quam ita not. Bald. in l. 1. in penul. colum. C. de rerum permuta. & in l. 1. ad fi. C. de iure dot. & in rub. extra de procura. in 2. colum. & in c. 1. de inueſt. de rebus alie. fac. in vſib. feud. & in l. 1. in 2. colum. C.
17 communia de leg. & ad fundamentum † Raph. Cum. reſponde ſecundum dom. Alexan. & bene quòd actio, quæ erat inutilis cedenti, poteſt eſſe vtilis ceſſionario, quando per talem ceſſionem purgatur cauſa, propter quam actio erat inutilis apud cedentem, vt l. cùm is, & ibi Barto. ff. de fideiuſ. & l. qui ſe debere. inducendo, vt ibi per Barto. ff. de condi. ob cauſam. no. Bart. in l. & hæredi. §. nos autem, vbi dixi. ff. de pac. ſed cauſa propter quam actio erat inutilis cedenti, ſi res fuiſſet euicta ei, cui ipſe donauit, erat, quia ipſius donantis non intererat, vt hoc text. in fine ſed ſi agat ceſſionarius ex iure ſibi ceſſo, ceſſat iſta ratio, quia ipſius ceſſionarij bene intereſt, cùm res ſibi fuerit euicta. Ad fundamentum Are. reſponde, quòd emptor qui donauit rem emptam, bene habet actionem ex empto pro euictione, licèt non eius exercitium in effectu, quia ſua non intereſt, vt hic in fin. vnde poteſt cedere ei cuius intereſt. facit. l. quod no-
18 ſtrum non eſt. ff. de vſufru. ¶ † Circa limitatio. Barto. inquantum tenet, quòd ſtipulatio de euictione nunquam committatur, niſi res euincatur emptori, vel hæredi ſuo, ſecus ſi ſingulari ſucceſſori per l. ſi cùm venditor. §. ſi ſecundus. ff. de euic. quia actio ex ſtipulatu producta habet hanc conditionē, ſi res euincatur ei, cui duplam promiſit, vel eius hæredi, vt ibi, non autē ſi euincatur alteri ſingulari ſucceſſori, cum Barto. tenent dom. Alexan. & Are. hic. ſed iſtud reprobant Ioan de Imol. & Raph. Cuma. per text. in l. ſi pro re pupilli. §. 1. & l. ſequen. & l. pater. ff. de euic. vbi ſi res empta per mulierem euincatur à marito, cui eam dedit in dotem, committitur actio de dupla contra authorem mulieris, ſi ei fuit legitimè denunciatum, tamen ibi maritus non erat hæres mulieris, vt ibi patet, & ad text. in d. l. ſi cùm venditor. §. ſi ſecundus. in quo ſe fundat Barto. reſpondent, ꝙ ibi res non erat euicta, prout ibi voluit gloſſ. ſed æſtimatio loco rei erat præſtita, quia ibi primus emptor comparens ad defenſionem pro ſecundo, ſoluit æſtimationem agenti contra ſecundum emptorem, ideo non committitur ſtipulatio de dupla, ex quo res non eſt euicta ſecundo emptori, contra quem agebatur, ſed res remanſit penes eum, & nihil ſoluit de ſuo, vt l. ſeruus. §. idem Iulianus. ff. de euict. ſed primus emptor, qui ſoluit æſtimationem pro re, ideo habet actionem ex empto ad intereſſe contra authorem ſuum, vt ibi, licèt Are. contra iſtam ſolu. inſtet, quem per te videas Sed defendendo limitatio. Bart. reſponde ad iura in contrarium adducta, prout reſpondet ipſemet Barto. in d. l. ſi pro re. in 3. quæſt. vbi dicit, illud ideo ibi eſſe, quia etiam ius dotis reſeruatum mulieri per talem euictionem perimebatur, & ſic mulier efficiebatur indotata, ideo ſtipulatio duplæ committitur propter euictionem factam marito, & ſequitur etiam dom. Alexan. in conſi. 67. 2. volum. ꝙ incipit viſo themate, & verbis inſtrumenti. Item ibi ſententia lata contra maritum præiudicabat mulieri ſcienti, ſecundum Bar. in l. de die. §. quidam. vbi dixi. ff. qui ſatiſ. cogan.

SVMMARIVM.

1 *Promittens aliquem tractare vt filium ſub pęna, non incidit in pęnam, ſi eum exhęredat, vel emancipat de iure vel de facto, ſecus ſi eum expellat de domo, vel in teſta. nihil ſibi relinquat.*
2 *Obſeruare, quid ſignificat.*
3 *Valet ſtipulatio ſub pęna de tractando aliquem vt filium.*
4 *Quando maritus promittit conſanguineis vxoris ſuæ de tractando eam*

eam vt vxorem sub certa pena, quando dicatur tractare eam vt vxorem.

5 Si aliquis iurauit vxorem suam tenere in domo, nec eijcere eam, deinde cum alia de facto contrahat, an erit periurus.

6 Pater, qui tenetur alere filium in domo, non potest ei præstare alimenta seorsum, si filius vult ea habere in domo.

7 Si mulier debet alimenta percipere in domo mariti mortui, si hæredes mariti habent malos, & inhonestos mores, vel propter qualitatem mulieris, & hæredum viri non possunt simul habitare sine timore infamiæ, debentur ei alimenta extra domum.

8 Valet stipulatio de tractando adoptatum vt filium sub pena.

9 Qui promittit aliquem tractare vt filium sub pena, potest exercere in eo omnia, quę solet exercere pater erga filios, etiam si tendant ad onus suum, & etiam ad odium.

10 Pater, qui filium emancipat vel exhæredat etiam iniustè, dicitur eum tractare vt filium, & sic non incidit in penam promissam de tractando eum vt filium.

11 Non committit furtum, qui putauit dominum concessurum.

12 Quando exhæredatio est iniusta, filius legitimus, & natura. habet solùm remedium querelæ, quod est temporale.

13 Qui promisit filium adoptatum sub pena tractare vt filium, si eum emancipat, non incidit in pœnam.

14 Pater cogitur filium emancipare ex quatuor causis.

15 Filius adoptiuus cogitur inuitus ex causa consentire, vt emancipetur.

16 Sententia lata super negotio principali querelæ, non parit exceptionem rei iudi. in iudicio penæ.

17 Emancipatio, & exhæredatio in extraneo est res inepta.

18 Ad euadendum penam sufficit de facto aliquid factum fuisse, licèt de iure fieri non poterit.

19 Sufficit de facto fieri, quod de iure fieri non potest, ad fin. consequendæ actionis.

20 Qui in testamento exhæredat illum, quem promisit sub pena tractare vt filium, si iuste eum exhæredauit, non incidit in pœnam.

21 Si partes in compromisso facto in arbitrum vel arbitratorem promiserunt stare sententiæ seu laudo arbitri, & non petere eam reduci ad arbi. boni viri sub certa pena, intelligitur si laudum fuerit æquum, secus tamen si fuerit iniquè arbitratus, quia partes non possent etiam expressè promittere ne liceat reducere ad arbit. boni viri si iniquè arbitretur. num. 22.

23 Appellationi potest renunciari.

24 A pari procedunt pactum iuratum, & statutum.

25 Statutum tollens reductionem ad arbi. boni viri intelligitur nisi dolus, vel lata culpa arbitratoris interuenerit, & sic enormis læsio.

26 Princeps, qui promisit defendere alicui castrum, non tenetur defendere, quando iustè sibi infertur bellum.

27 Vassallus tenetur iuuare dominum, etiam habentem iniustam causam ad eum defendendum.

28 Principes vel Reges colligati seu confœderati, qui tenentur inuicem se iuuare, non debent præstare iuuamen facienti guerram iniustam.

29 Princeps recipiens aliquem sub protectione sua, non tenetur eum defendere nisi cum iniustè grauatur.

30 Clausula, quæ quotidie apponitur in literis Papæ, scilicet amoto quolibet contradictore, intelligitur de his, qui de facto se opponunt, & non qui de iure.

31 Quæ sit ratio quare stipulatio qua quis promittit aliquem non exhæredare sub pena valeat, & teneat.

32 Qui promisit aliquem tractare vt filium sub pena, si eum expellat de domo sine causa, incidit in penam.

33 Qui promisit aliquem tractare vt filium, an teneatur eum mittere ad scholas literarias.

34 Ciuitas, quæ promisit aliquem feneratorem tractare vt ciuem, non facit contra pacta statuendo specialiter contra eum, quod non possit conuenire debitores suos vsque ad triennium.

35 Vita Bartoli quantæ sit auctoritatis vsque ad nu. 42.

LEX CXXXII.

QVidam cùm filium. Ista est egregia & solennis lex, & secundum Bar. consueuit reputari difficilis, & ponit casum singularem, qui non est alibi in iure, secundum eum, & istud vltimum etiam dicunt alij Scribentes hic, & dicit Pau. de Cast. hic, quod ista est mirabilis lex, cuius casus alibi non reperitur. Ad idem, quod casus istius legis sit vnicus, & singularis in iure, dicit etiam Bald. in c. per tuas. in vlt. colum. de proba. in c. ego. N. episcopus. in 2. colum. de iureiuran. & est egregia lex secundum eundem Bald. in c. 1. in
1 4. colum. de plus peti. † Promittens aliquem tractare vt filium sub poena, non incidit in poenam, si eum exhæredat, vel emancipat de iure vel de facto, secus si eum expellat de domo, vel in testamento nihil sibi relinquat. hoc dicit, vel sic, & pinguius complectẽdo totum text. Qui promittit aliquem tractare vt filium sub pœna, si ipsum emancipat, vel exhæredat de iure, quia erat datus sibi in adoptionem, & sic cadebat in eo emancipatio vel exhæredatio, siue de facto, quia non erat datus in adoptionem, item siue iustè, siue iniustè non facit contra stipulationem pœnalem, nec in pœnam incidit nisi specialiter promiserit non emancipare, vel non exhæredare, quia tunc incideret in pœnam, si faceret sine iusta causa. Si vero eum expellat de domo, vel in testamento prætereat, tunc incidit in pœnam, siue illum adoptauerat siue non. hoc dicit secundum verum intellectum. ¶ Diuiditur in sex partes. In prima ponitur vnum thema, & duæ quæstiones ex eo resultantes. In secunda ponitur aliud nouum thema de illo, qui in adoptionem recepit, & vnica quæstio bimembris ex eo resultans. In tertia ponit generalem responsionem ad prædicta, in qua secundum Bald. 1. respondet ad essentiam, & validitatem stipulationis, deinde infert ad commissionem, quia nunquam potest committi nisi habeat essentiam, & licèt glo. hic in verbo in vtroque casu. dicat responderi ad primum, & tertium omisso medio, non bene dicit, quia cùm text. generaliter respondeat committi stipulationem, ergo deciditur etiam secunda quæstio, quod siue fuerit filius vel alumnus, vel cognatus agentis siue non, nihil interest, sed committitur stipulatio à quocunque sit traditus. In quarta reassumit tertiã quæstionem resultantem ex secundo themate, vt eam clarius in specie determinet de illo, qui recepit in adoptionem, & eum emancipauit vel exhæredauit, an incidat in pœnam, & determinat, quod non, quia etiam veri parentes circa filios hæc facere solent, vnde habet querelam, nisi iusta causa fuerit exhæredatus, & tunc etiam hoc remedio carebit, & sic nec stipulatio committitur, nec habebit quærelam. In quinta dat consilium, vt stipulatio pœnalis si expressè concipiatur, quod per emancipationem vel exhæredationem committatur, quo casu etiam si in quærela succumbat, non quidem propter ingratitudinem, sed propter defectum probationis, aut iniuriam, aut imprudentiam iudicis, vel quia tempora quærelæ erant lapsa. l. 1. C. de in integrum resti. mino. & l. si quis filium. C. de inoffi. testa. tunc stipulatio pœnalis committetur, non autem in-
* telligas victo, quia meruisset exhæredari. secundum Bar. & communiter alios excepto Old. Lau. & dum text. subdit sed si ei, qui stipulatus est, vult dicere, quòd sicut patri naturali stipulatori pœnæ victo filio in quærela non denegatur petitio pœnæ, ita nec eidem filio victo in quærela denegabitur executio dictæ pœnæ, dummodo probet de iniustitia quærelæ, in qua fuit victus, quia tunc non venit vt filius exhæredatus, imò vt hæres patris sui, & sicut alius, & sic poterit refricare in dubium in hoc iudicio pœnali de iniustitia primæ sententiæ, & ita signanter limitatur. §. duo fratres. in l. qui Romæ. ſ. eod. facit l. Modestinus. ff. excep. de quo vltimo. ſ. dicetur. ¶ In 6. & vlt. reassumit primam quæstionem de eo, qui non adoptauit arguendo ad partes, & circa fin. ibi, in eo qui hoc non facit, decidit istam. quæst. sed sub nube, adeo, quod ista. 6. pars habet multas, & varias lect. in
* glo. magna. Sed communiter tenetur. 3. lect. dom. Azo. vnde istam. 6. partem sic declara, quod licèt emancipatio, & exhæredatio in casu isto sit superuacua, & res inepta, cùm sit pœnitus extraneus, quoniam emancipatio est liberatio à patria potestate, & ille non erat in eius potestate nec adoptatus, & exhæredatio est priuatio ab hæreditate debita, & iste non erat filius, tamen de facto debuit eum exhæredare vel emancipare, vt stipulatio pœnalis non committatur, cùm videretur vsus iure patrio erga illum, cùm parentes tales actus in filios exerceant, & sic sufficit de facto fieri ad euitationem pœnæ, quando non potest de iure fieri. Si autem nihil horum facit, sed eum de domo expellat, vel in testamento prætereat, tunc pœna promissa committitur, quia sic faciendo non tractat eum vt filium. Secunda ibi, præterea quæro. Tertia ibi, respondi stipulatio vtilis est. Quarta ibi, sed videamus. Quinta ibi, quare sic debuit interponi stipulatio. Sexta & vlt. est ibi, in eo autem qui non adoptauit.
2 ¶† In text. ibi, obseruasset, & ſ. in quarta parte dum dicit obseruauit. aduerte, quod licèt obseruare seu obseruatio sit venerari seu colere superiores aut imperio magistratuè affectos secũdum Cice. in 1. Officiorum. tamen aliquando obseruare est curiosè attendere, & facere, vt l. obseruare. in princip. ff. de offic. procon. & leg. & l. obseruandum. ff. de offic. præsid. item aliquando obseruare est custodire, & in carceribus retinere, vt l. si quando. circa med. ibi non amplius testes obseruare compelli iudices. C. de test. Item obseruare est adimplere, dum dicitur si audieritis verba domini Dei nostri eius præcepta obseruaueritis, id est, adimpleueritis. 23. quæst. 5. cap. si audieritis. Tamen hic obseruare videtur capi pro tractare, nam hic promisit obseruare vt filium, &
3 sic vt filium tractare. ¶† Not. primò ex isto text. quòd valet stipulatio

pulatio facta ſub pœna de tractando aliquem vt filium, ſiue fuerit filius, vel alumnus, aut cognatus tradentis, ſiue non. Item ſiue fuerit datus in adoptionem eum, recipienti ſiue non, & in effectu deciditur in hoc text. quòd dicitur eum tractare vt filium, ſi exhæredet vel emancipet de iure, vel de facto, ſecus ſi eum de domo expellat, vel in teſtamento prætereat, tunc incidit in pœnam promiſſam. Quid autem ſi aliquis promiſit ſub pœna tractare mulierem ſuam vt vxorem, quotidie contingit, quod vxor recedit de domo mariti, conquerens ſe malè tractari per maritum, deinde interceſſionibus conſanguineorum reconciliatur, vt reuertatur ad domum mariti, & maritus promittit conſanguineis tractare eam vt vxorem ſub certa pena,
4 † quando dicatur tractare vt vxorem, & quando non, & ſic quando incidit in pœnam, non tangunt Docto. hic, ſolus Bal. in cap. ego N. Epiſcopus. in 2. colum. de iureiuran. ponderat, quòd in iſta l. eſt caſus vnicus in iure, quòd qui malè tractatur, dicitur tamen tractari, niſi eſſet adiectum aduerbium honorificè, vt ibi in text. & ex his colligit, quòd ad probandum aliquam eſſe tractatam vt vxorem, non eſt neceſſe probari, ꝙ fuerit honorificè tractata, niſi adiectum fuerit illud aduerbiū, ſed qualitercunque, puta vtiliter induta, vel quia faciebat portare ligna de ſylua, vel faciebat eam texere, ſed in iſta eſt nimis rigida cenſura, & congrueret ſolùm vxoribus ruſticanis, & in contrarium facit, quod tenet Barto. hic in penul. colum. & cæteri ſequuntur, vbi quærit, an, qui promiſit aliquem tractare vt filium ſub pœna, teneatur eum induere ſicut alios filios, & tenet ſufficere, ſi id facit, ad quod tenetur arbitrio iudicis, & ſic boni viri, vt l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. ff. de lib. agnoſcen. hoc eſt, quòd faciat illud, ad quod filius poſſet eum cogere officio iudicis. Ita in propoſito iſtud de tractando aliquam vt vxorem, debet relinqui arbitrio iudicis attenta dignitate, qualitate,
5 & conditione perſonarum. ¶ † Adde etiam, quòd alibi decidit And. de Iſern. in cap. 1. in 9. colum. in tit. quo tempore miles, in vſib. feud. quòd ſi aliquis iurauit vxorem ſuam ſecum tenere in domo nec eijcere eam, deinde cum alia de facto contraxit, an ſit periurus, quia licèt non eijciat eam directè, & expreſſim, tamen eijcit indirectè, negando eam eſſe vxorem, & cum alia contrahendo de facto, contrarium tamen determinat, ꝙ non eſt periurus, quia iuramentum eſt perſonale, & non extenditur niſi ad expreſſa, & cogitata. cap. clericus. de iureiuran. vnde iurauit eam non eijcere, ſed tenere in domo ſicut veram vxorem, & iſtud obſeruauit, ſed non iurauit non contrahere cum alia de facto, & iſti ſunt actus diuerſi. vnde iuramentum ad illud non extenditur, vt ibi plenius per eum. Item iſtam l. loquentem in linea deſcendenti, extende vt procedat etiā in linea tranſuerſali, vnde pone, quòd duo armigeri, vel alij contrahāt ad inuicem fraternitatem, & iurant ſe tractare vt fratres, licèt per hoc non contrahatur fraternitas, nec ab inteſta. ſuccedant, tamen talis conuentio eſt ſeruanda adeo, quòd ſi in teſtamento prætériret eum inſtituta turpi perſona, iuxta l. fratres. C. de inoffi. teſt. & §. ſoror. inſtitu. eo. poſſet agere ad pœnam ſi promiſſa eſt, vel ad intereſſe. Item poteſt agere quærela inoffi. teſt. ſicut poteſt verus frater præteritus vel exhæredatus inſtituta turpi perſona, per d. l. fratres. ita per hanc l. notabiliter tenet Io. de Imol. in l. ille autem. in vlt. colum. ff. de hære. inſtitu. refert, & ſequitur dom. Alexan. in l. nec apud. quam legit ſub l. ſi pater tuus. C. eo. de hære. inſtit. ¶ Secundò not. ex text. ibi, de domo eum propulerit. quòd qui promiſit aliquem tractare vt filium ſub pœna, ſi eum expellat de domo ſine cauſa, incidit in pœnam, ſecus ſi eum expelleret ex iuſta cauſa. l. 3. & 4. C. de pat. pot. Bart. ꝭ in penul. colum. ratio huius notabilis eſt ſecundum Iaco. de Aret. Barto. Ange. Imol. & alios, quia parentes non expellunt filios de domo, ſed eos retinent, & domi alunt, & nutriunt. Eſt enim ſtimulus naturalis, vt l. ſi quis à liberis. in princ. ff. de lib. agno. & l. amiciſſimos. ff. de excu. tuto. & ex hoc infert
6 notabi. Ange. † quòd pater, qui tenetur alere filium in domo, non poteſt ei præſtare alimenta ſeorſum, ſi filius vult ea habere in domo, & ſic quando pater vult aſſignare partem filio, vt habitet ſeorſum à patre, fortè ſeductus nouercalib. delinimentis, quòd filius habet iuſtam cauſam quærelandi contra patrē, quod non tractatur vt filius, & tene menti iſtum caſum. & ſequitur ſimpliciter Ioan. de Imol hic in vltima colum. Limita. ſecundum Rapha. Cuma. Pau. de Caſt. & latius Aretin. niſi iudici videatur contrarium pro bono pacis, & familiæ. argum. l. æquiſſimum. in princip. ff. de vſufru. vel propter malos mores filij, & fugiendam ſiniſtram ſuſpicionem, fortè quia pater eius habuit Nouercam puellam, & filius eſt parum continens, & non bonæ famæ, tunc videretur eſſe licitum patri aſſignare alimenta filio extra domum, per illud, quod in ſimili quæſt. decidit notabiliter Bald. in l. 1. in 2. colum. vbi dixi. C. de leg. & in Authen. hoc locum. in penul. colum. C. ſi ſecund. nupſ. mul. in
7 quibus locis determinat Bald. quòd † ſi mulier debet alimenta percipere in domo mariti mortui, ſi hæredes mariti habent malos, & inhoneſtos mores, vel ſi propter qualitatem mulieris, & hæredum viri non poſſunt ſimul habitare ſine timore infamiæ, debentur ei talia alimenta extra domum. alleg. ad hoc l. penul. ff. vbi pupil. educ. debe. & hoc modo etiam diſtinguit, an mulier poſſit ibi honeſtè ſtare aut non. Specu. in tit. qui filij ſint leg. in verſi. ſed pone petebatur. quem refert Barto. in l. diuortio. in princip. in 1. colum. ſolu. matrimo. cum concord. ibi traditis. ¶ Tertio not. in verſi. & quid interſit. ſecundum verum intellectum, quòd non refert an iſte, qui tradebatur alicui tractandus, vt filius eſſet filius alumnus, vel cognatus tradentis an non, eo quia aliquis poteſt ſtipulari ſibi pœnam, ſi aliquid non fiat alteri, vel detur, quia in pœnis non conſideramus intereſſe. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ſupra eodem, & l. fin. ff de præto. ſtipu. licèt videretur, quòd quando eſſet filius alumnus, aut cognatus tradentis, quòd tunc potius deberet valere ſtipulatio propter intereſſe fundatum in ratione, & coniunctione naturali, & iſtud erat dubium huius text. ſed iſtud intereſſe affectionis, & conſanguinitatis non conſideratur in contractibus ſtricti iuris, vt quis poſſit alteri ſtipulari, vt eſt gloſſ. ordina. in l. fideiuſſoris, & ibi Barto. & alij. ff. de pac. cum concordan. quas ibi dedi, & in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ſupra eodem dic ergo vt dixi, & quòd iſto caſu ideo valet, quia in pœnis non conſideratur intereſſe ſtipulatoris. ¶ Quarto not. ſingula-
8 riter in verſicu. ſed videamus. † quòd valet ſtipulatio de tractando adoptatum vt filium ſub pœna, & ſic videtur, quòd quis poſſit ſe obligare alicui etiam extraneo de tractando illum, quem adoptauit tanquam filium, non ſolùm obligando ſe illi, quem promittit tractare vt filium, & ſic iſte text. videtur deſtruere *communem intellectum* gloſſ. & Docto. in l. vxorem. §. hæres. ff. de leg. 3. vbi eſt caſus ſolennis, quòd hæres, vel legatarius non poſſunt grauari de adoptando aliquem in filium, & ſi non adoptauerint, perdant hæreditatem vel legatum, tale fideicom. vel grauamen nihil valet, quia eſt contra bonos mores. Ideo pœna priuationis hæreditatis, vel legati nihil valet. vnde licèt non adoptent cùm poſſint, per hoc non perdunt hæreditatem nec legatum, & eſt ſingularis caſus ſecundum Bartol. & alios ibi. Rapha. Cuma. hic in 4. colum. reſpondet, quod ibi illud grauamen eſt inutile non ratione turpitudinis, vt dicunt ibi gloſſ. & Docto. ſed ratione inæſtimabilitatis, quia illud onus adoptandi non eſt porportionabile relicto. argum. l. planè. ſecunda. § fina. & l. ſequen. & l. filiusfamil. §. ſecundum vulgarem. ff. de leg. 1. item propter incertitudinem perſonæ cui illud fideicommiſſum debet relinqui, cùm teſtator ibi hoc non declarauerit, vt hic per eum, & plenius in d. §. hæres. Alio modo reſpondet Paul. de Caſt. hic in 4. colum. quòd quis non poteſt ſe obligare ad recipiendum aliquem in filium adoptiuum, vt ibi, quia tunc quis aſtringeretur plus propter patriam poteſtatem, ſed ſi ipſum ſpontè adoptat, bene poteſt ſe ipſum obligare ad eum tractandum vt filium, nam & ſic facere teneretur, licèt ſe non obligaret, quia ius ipſum obligat, vt in verſicu. ſequen. ſicut etiam ciuitas poteſt ſe obligare ad tractandum aliquem vt ciuem, licèt per hoc non efficiatur ciuis, vt infra per Barto. Tu potes vtranque ſolu. Rapha. & Paul. ſimul iungere, & addere aliud tertium, quod ponit Bal. in l. vnica. 7. oppo. C. de his, quæ pœn. nom. vbi dicit Bal. quòd ideo in d. §. hæres, vbi teſtator præcepit aliquem adoptari ſub pœna, non tenet adiectio pœnæ, quia ibi teſtator mandauit, quòd mandare non potuit, quia erat meri, & mixti imperij, & voluntariæ iuriſdictionis. vnde pœnæ non poſſunt poni, niſi præceptum ſit de re familiari, quod reputat Bal. tenendum menti.
9 ¶ † Quintò not. ex eod. ver. ſed videamus. quòd ille, qui promittit aliquem tractare vt filium ſub pœna, poteſt exercere in eo omnia, quæ ſolet exercere pater erga filios, etiam ſi tendant ad onus ſuum, & ad odium. vnde per iſtum text. decidit Barto. inf. ad fin. commenti ſui, ꝙ ſi ciuitas promiſit fœneratori tractare eum vt ciuem, poteſt concedere ad præiudicium ipſius fœneratoris dilationem ad ſoluen. debitoribus ſuis, quia ſolet etiā concedi contra ciues. l. quoties. C. de precib. impe. offer. & poterunt etiam ſibi imponi collectæ, ſicut & alijs ciuibus imponi ſolent, ſecundum Imol. hic per iſtum text. qui bene
10 probat, & infra plenius dicetur poſt Barto. ¶ † Sextò not. mirabilem text. ſecundum Paul. de Caſt. quòd pater, qui filium emancipat, vel exhæredat etiam iniuſtè, dicitur ipſum tractare vt filium, & ſic non incidit in pœnam promiſſam, nec venit contra promiſſionem, & quòd iſte text. loquatur cùm iniuſtè facit, pater ſecundum eum in verſicu. ergo exhæredatus. vbi dicitur, ꝙ datur ſibi quærela. Tu vltra eum pondera iſtum tex. dum ſubdit, quid ergo dicemus ſi & meruit exhæredari in illa implicatiua, &, quæ implicat, quod etiam ſi non meruiſſet

exhæredari,

exhæredari, tamen eum hæredando iniustè, non facit contra stipulationem pœnalem, sed istud secundum Paul. de Cast. videtur esse falsum, quia parentes consueuerunt exhæredare filios iustè, nam si iniustè exhæredant, testamentũ subiacet querelæ, ergo videtur, ꝙ tunc pœna debeat committi quasi videatur habitus respectus ad id, quod parentes facere debent, non ad id, quod de facto faciunt, ita exponitur verbum solet, idest solere debet. in l. sed Iulianus. §. quod dicitur. in glo. in ver. solebat. ff. ad Maced. Similiter in l. inter omnes. §. rectè. ff. de fur.
11 † dicitur, ꝙ ille non committit furtum, qui putauit dominum concessurum, exponitur, idest putare debuit, ergo similiter exponi debent verba istius stipulationis, & per consequens debet committi, si iniustè exhæredauit, secus si iustè. Præterea secundum eum si promitteret expresè non exhæredare, intelligeretur de exhæredatione iniusta, vt ĩ. in ver. quare. cum glo. ergo idem videtur quando generaliter promittit tractare vt filium, ergo exhæredatio iniusta debet esse causa, vt promissor incidat in pœnam. Propter ista dicit Pau. de Cast. ꝙ si liceret dicere, determinatio Iurisconsulti non fuit æqua nec bona, sed debuit decidere, ꝙ si iustè exhæredat, non incidit in pœnam, siue promisit expresè non exhæredare, siue solùm tractare vt filium: si autem iniustè exhæredat, & tunc bene incidat in pœnam, quia non tractat vt filium, & non facit, quod debet, etiam si solùm promisit tractare vt filium, sicut quando promisit non exhæredare. Doc. tamen secundum eum non tangunt hanc difficultatem, nec à text. recedere possumus. Sed ad istam difficultatem respõde ex mente Are. & bene, sed ego clarius, & plenius
* ponam, quod determinatio Iurisconsul. videtur æquissima, & procedere ex mente promittentis, nam si diceremus incidere in pœnam, quando quis exhæredauit iniustè eum, quem promisit tractare vt filium, prout vult Paul. de Cast. sequerentur multa absurda, tria vel quatuor. Primò, ꝙ plus fauoris haberet iste, qui non est verè filius, vel si est filius, est ciuilis tantum scilicet adoptatus, quàm filius legi. & naturalis, ꝙ patet, † quia qñ
12 exhæredatio est iniusta, filius legitimus, & natu. habet solùm remedium quærelæ, quod est temporale, & in quo filius secundum ista tempora habebat probare se fuisse iniustè exhæredatum. l. liberi. C. de inoffic. testa. Iste autem, qui debet tractari vt filius, haberet non solùm quærelam, sed etiam obligationem ad pœnam, quæ pertineret ad eum, qui est stipulatus, & timore talis pœnæ promittens præsumeretur se magis abstinere ab exhæredatione. Secundum absurdum, quia hoc modo iste deberet tractari fauorabilius quàm filius verus, & naturalis, quòd est contra verba stipulationis, quia promittens promisit eum tractare vt filium, non autem plus neque fauorabilius, vnde ista verba promitto te obseruare, vel tractare vt filium, ex sua proprietate important, promitto te tractare vt tractantur filij, ergo non debent extendi vt plus compræhendant quam verborum proprietas designet, & sic, quòd promisserim tractare, prout debent tractari filij, non autem prout solent tractari, ista interpretatio sumi non debet, & sic, quòd non possim exhæredare iniustè, sicut etiam veri parentes possunt. Tertium absurdum, quia hoc esset contra mentem promittentis, qui non videtur plus dilexisse istum extraneum quàm filium verum, & naturalem, & plus voluisse conferre, quàm filio naturali, & vti quod poterat in filio naturali, non posset in isto. cùm ergo filium naturalem, & verum possit exheredare iniustè, & tali exhæredato datur quærela, ergo idem in casu isto, vt sic iniustè exhæredans non incidat in pœnam. Quartum absurdum, quia quando in stipulatione fuit expresè dictum, quòd non possit eum exhæredare nec emancipare iuxta consilium Iurisconsul ti traditum. ĩ. in versi. quare. non potest tunc iniustè exhæredare, sed bene iustè, eo quia tunc verba stipulationis sunt clara, & aliàs nihil operarentur, ergo quando non fuit istud expressum, debet promittens posse exhæredare iustè, nec per hoc debet incidere in pœnam, cùm faciat illud, quod veri parentes solent
13 facere, licèt facere non debeant. ¶ † Septimò not. ex text. ibi, vel emancipauerit, quòd qui promisit sub pœna filium adoptatum tractare vt filium, si eum emancipat, non incidit in pœnam. Contra istum text. opponit Barto. quòd filius inuitus non potest emancipari. §. generaliter. in Authen. quibus mod. natu. effic. sui, & l. nec auus. C. de emancip. lib. Tu oppone fortius, ꝙ etiam si expresè promisisset eum non emancipare sub pœna, vt in ver. quare. sequen. adhuc emancipando eum, pœna committeretur, quia emancipatio non potest fieri nisi de consensu filij, vt in iuribus proximè alleg. Ergo si fuerit emancipatus, & ipse consenserit, quomodo potest petere pœnam, ex eo, quod voluntate sua factum fuerit, cum volenti, & scienti non possit dici facta iniuria. l. cùm donationis. C. de transact. & l. 1. § vsque adeo. ff. de iniur. & in regula scienti. de reg. iur. in 6. quia Barto. respondet, quòd ll. præalleg. quæ dicunt filium inuitum non posse emancipari, debent determinari per istum text. nisi ex causa, & sic Bartol. intelligit istum text. quòd hic emancipauit
14 inuitum ex iusta causa. † ideo pœna non committitur, & sicut pater inuitus ex causa cogitur emancipare filium ex quatuor causis enumeratis per glo. magistram in §. fin. instit. quibus modis ius pat. pot. solu. ita è contra filius cogitur consentire, vt emancipetur, subsistente legitima causa, vt quia erat rixosus, & poterat ponere patrem in periculo stante statuto, quod pater teneatur soluere condemnationem pro filio in potestate, licèt gloss. omnes tenuerint contrarium, quod filius inuitus etiam ex iusta causa non possit cogi, vt emancipetur, ita tenet glo. in d. §. fin. in fin. instit. quibus modis ius pat. pot. solu. & in d. §. generaliter, & in d. l. nec auus, & l. non potest. ff. de adop. & in l. fin. C. de specta. lib. 10. sed illas gloss. reprobant Barto. Ange. Imol.
* Pau. de Cast. *& communiter alij*. Ang. & Imo. in l. vtrum turpem. ff. eod. Bald. in l. quamuis. C. de fideiuss. ¶ Tu aduerte, quòd Bald. hic, de quo Scribentes non faciunt mentionem, tenet contrarium, & sequitur glo. præalleg. quia iste text. nihil facit, qui non
15 loquitur in patre legitimo, & naturali, † sed in adoptante, & sic filius adoptiuus, cuius vinculum non est ita forte sicut naturale, bene inuitus cogitur ex causa consentire, vt emancipetur, ita loquitur iste text. sed in filio legitimo, & naturali, in quo adest duplex vinculum, non inuenies tex. in mundo hoc dicentem secundum eum. tamen secundum Imo. & Are. eadem ratio est in vtroque, & responsio Barto. non videtur esse de mente huius literæ, cùm iste filius adoptiuus debeat tractari sicut naturalis, & legi. istam solu. Bart. & communem reprobat etiam subtilis Rapha. Cuma. hic, quia si in isto text. iustè emancipauit, vt vult Bart. ergo in pœnam non incidit, etiam quando expresè promisit eum non emancipare sub pœna, quia ista promissio debet intelligi de non emancipando iniustè, ergo commissio pœnæ non posset habere locum, quod no. contra istum tex. in versi. quare. Tu vltra Raph. contra Barto. pondera istum text. ibi, quid ergo dicemus, si & meruit exhæredari in illa implicatiua, & quæ implicat, quòd siue iustè siue iniustè meruit emancipari, procedit iste tex. quòd emancipans non incidat in pœnam, vnde Rapha. intelligit istum text. quòd hic filius consensit, emancipari, tamen non suberat iusta causa, & si dicas, ꝙ consensit, ergo non debuit pœna committi. respondet Rapha. quòd imò committitur, quia pater verus, quando tradidit istũ filium in adoptionem, stipulatus est pœnam si non tractaretur vt filius, & ille est, qui petit pœnam, & non filius, qui consensit emancipationi, & dato quòd filius petat, quia patri successerat, dic, quòd petit ex persona patris non ex sua, ideo non impeditur pœnam petere, vt etiam dicam. ĩ. in 9. not. vnde intelligit Raph. istam promissionem de non emancipando etiam eo volente, tamen quia istud videtur durum, ideo relinquit cogitandum. Et sic vides, ꝙ prædicta difficultas ad istum tex. non bene euacuatur. ¶ Vnde reducendo dicta omnium scrib. superius relata ad concordiam, potes intelligere istum ver. sed videamus. generaliter, prout iacet, sine restrictione, vt procedat siue filius meruit emancipari siue non, prout vult tex. in illa implicatiua, quid ergo si meruit, & tunc pater emancipando non incidit in pœnam. vt dicitur in tex. & quando meruit, & sic subest causa,
* tunc potest inuitus emancipari. ita loquuntur Bar. & *communiter Scrib.* hic, sed qñ non subest causa, tunc tex. procedit, qñ filius consensit emancipationi, ita ꝓcedit opin. Raph. nec obstat ver. quare, quia loquitur qñ expresè promisit non emãcipare sub pœna, tunc emancipando sine cã, & sic iniustè, incidit in pœnam, dato etiam ꝙ filius consensisset emãcipationi, ex quo ꝯdicendo non poterat impedire emancipationem, cùm adesset solùm vinculum ciuile emãcipationis, ꝙ facilius dissolui põt, etiam inuito filio, secus qñ adest vtrunq; vinculum naturale, & ciuile, prout loquitur tex. in d. §. gñaliter. & ita procedit illud, ꝙ tenet Bal. hic. ¶ Octauò no. in verbo quare, ꝙ potest interponi stipulatione, quis filium adoptatum exhæredet sub pœna, & intelligitur secundum glo. & Docto. si exhæredat iniustè, secus si iustè, quia non censetur promisisse de exhæredando illum, qui merebitur, ne detur materia delinquendi contra patrem, vt in gloss. in verbo quare, vbi dicetur. Item hoc modo intelligendo per istud pactum non aufertur libera testamenti factio, & istud tangit gloss. magna in penul. parte, vbi Bart. declarat,
16 ibi dicetur. ¶ † Nonò not. ex text. ibi, victo deneganda, quòd sententia lata super negotio principalis quærelæ non parit exceptionem rei iudi. in iudicio pœnæ, nec impedit refricari in iudicio pœnæ illud, quod fuit iudicatum in principali, quando ille, qui petit pœnam est alius, vt est hic pater naturalis. cui promissa erat pœna, agit ad pœnam, eo quia sententia sibi non præiudicat, quia ipse non fuit victus. idem si mortuo patre filius patri stipulanti successerit, & petit pœnam, si opponatur de sententia, per quã fuit pronũciatum eum fuis-

ſe iuſtè exhæredatum, poterit in iſto iudicio pœnali refricare,
& probare, quòd illa ſententia fuit iniuſta, quia nunc venit vt
alius ex perſona alterius diuerſo iure, & ex diuerſa cauſa. Ideo
pœnalis non eſt tunc acceſſoria ad primam actionem, & ita
ſingu. limita text. in l. qui Romæ. §. duo fratres, vbi dixi. ſ. eod.
bene facit, quod habetur in l. Modeſtinus. ff. de excep. & ita
etiam Bartol. & alij hoc declarant. & Paul. de Caſtr. ad fin. bis
37 repetit iſtum text. perpetuò tenendum menti. ¶† Not. 10. in
verſicul. in eo autem, quòd emancipatio, & exhæredatio in
extraneo eſt res inepta, & ad hoc frequenter allegatur iſte text.
ratio, quia emancipatio eſt liberatio patriæ poteſtatis: nam
emancipatio dicitur extra manum poſitio, & manus capitur
pro poteſtate. l. manumiſſionis. ff. de iuſti. & iur. ſed iſte non
erat in eius poteſtate, ſed omnino extraneus. Item exhæreda-
tio eſt priuatio ab hæreditate debita legitimè, vt diffinit Bald.
in repe. l. in ſuis. ff. de lib. & poſthum. in 4. char. Sed ille, cui nullo
iure debetur, non poteſt priuari, quia priuatio præſupponit
habitum. l. decem ſupra eodem. Amplia, quòd exhæredatio
facta de extraneo adeo eſt nulla, quòd non confirmatur ex
adoptione poſteà ſequuta. l. non putauit. §. ſi quis emancipa-
tum. ff. de contratabul. gloſſ. in l. filio. in princip. ff. de liber. &
poſthum. Bart. hic. ¶ Limita iſtud notabile duobus mod. Pri-
mo, vt procedat in penitus extraneo, cui nullo iure debetur hę-
reditas, ſecus ſi eſt filius emancipatus, quia licèt dicatur extra-
neus à patria poteſtate, l. vnica §. extranem. C. de rei. vxo. act. &
l. ſi genero, C. de iure dot. tamen non eſt extraneus à coniun-
ctione naturali ſanguinis, & ei debetur hæreditas de iuræ præ-
torio ſecundum iſta iura, & etiam hodie de iure ciuili. l. memi-
nimus. C. de legi. hære. & §. nullam verò. in Auth. de hære. ab
inteſt. & ſic non eſt omnino extraneus, vt not. in glo. in l. vnica.
§. cæteri. C. de impo. luc. deſcri. lib. 10. Ideo exhæredatio in filio
emancipato non eſt res inepta, vt l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de
contratab. ¶ Secundò limi. niſi extraneus eſſet hæres inſtitutus,
& ſic aliquo iure deberetur ſibi hæreditas, tunc exhæredatio in
eo non eſt res inepta. l. paterfam. teſtamento, vbi Bartol. & alij
ad hoc not. ff. de hære. inſti. gloſſ. in l. ſi certarum §. ſi eodem. ff.
de teſtam. mili. Bart. & alij hic. Ibi tamen ponitur exhæredatio
largè pro priuatione ab hæreditate, non autem propriè, quia
illa propriè cadit in ſuis hęredibus, & his, qui loco ſuorum ha-
bentur, prout etiam dicunt Rapha. Cuman. & Paul. de Caſtr.
hic. ¶ Vltimò not. ex text. ibi, qui hoc non facit licèt ſuperua-
cuo. i. qui non emancipauit, vel exhæredauit, licèt eſſet extra-
* neus, & ſic eſſet res inepta ſecundum intellectum Azo. *commu-*
38 *niter approbatum*, † quòd ad euadendum pœnam ſufficit de
facto aliquid fuiſſe factum, licèt de iure fieri nō potuerit, & ſic
ſufficit exhæredare, vel emancipare de facto, vt quis pœnam
promiſſam euitet. hoc. n. contrahentes ſenſuerunt, quia non
poterat de iure tractari vt filius, qui non erat filius, ergo de fa-
cto intellexerunt. Sed aduerte licèt omnes indifferenter ita trā-
ſeant, tamen quando ſtipulatio poteſt de iure impleri, non
ſufficit ipſam eſſe expletam de facto, vt l. ſtippulatio iſta. in
prin. & §. quæſitum. & §. hi. qui cum ſequen. ſ. eodem. Sed exhę-
redatio in extraneo poteſt impleri de iure inſtituendo eum
primò hæredem, prout dixi in notabili præcedenti, ergo non
ſufficit, quòd exhæredauerit de facto, prout Azo & omnes te-
nent. Tenendo tamen ſ. ſcriptum notabile, quod eſt commu-
ne, non obſtat, quòd illud, quòd non poteſt fieri de iure, cen-
ſeatur impoſſibile, cùm impoſſibilitas ſit non ſolùm de na-
tura, ſed etiam de iure. l. generaliter. ſ. eodem. & eſt gl. maſtiſtra.
in l. 1. & ibi Bartol. & alij. ff. de condi. inſti. ergo committi non
poteſt. l. impoſſibilis & l. ſi homo mortuus. ſ. eodem. reſponde
ſecundum Dyn. Bartol. & alios, quòd contrarium procedit,
quando non poteſt fieri de iure, quia ius ei reſiſtit, & reprobat,
quia eſt turpe, ſecus ſi ius ei non reſiſtit, quia tunc ſaltem de fa-
cto debet impleri, ne incidat in pœnam, quod Bart. reputat mul-
tum tenendum menti. Idem tenet Bar. in d. l. 1. ff. de cond. inſt.
39 Bald. Imol. & alij in l. impoſſibilis. ſ. eod. † Adde, quòd ſimi-
liter ſufficit de facto fieri, quòd de iure fieri non poteſt, ad fin.
conſequendæ actionis, vt l. mulier. §. pen. ff. de condi. inſtit & l.
Meuius, in princip. ff. de condi. & demon. Bart. in l. vbi pactum.
ad fin. C. de tranſac. Bald. notabiliter in l. 1. in vlt. colum. C. ſi à
non compe. iud. & in rubr. C. de inſti. & ſubſti. ad fin. Sed ad fin.
conſequendæ liberationis à debito principali, & eius pœna non
debet de facto impleri illud, quod de iure impleri non poteſt,
vnde ſi illud, quòd promiſi tibi ex cauſa lucratiua ſub pœna,
ad te perueniat ex alia cauſa lucratiua, non teneor tibi dare de
facto. l. inter ſtipulantem. §. ſi rem. ſ. eodem. & l. omnes debi-
tores. ff. de actio. & oblig. an autem ſufficiat de facto fieri, vt
quis incurrat in pœnam, eſt materia quam ponunt Bartol. &
alij in l. continuus §. final. infra eodem, & in l. final. C. ſi man-
ci. ita fue. alie. Bartol. in dicta l. vbi pactum. vltima colum. vbi
dixi. ¶ Capio glo. in verbo in vtroque caſu. quæ obſcurè, & in-
eptè videtur loqui, ibi, ideſt cùm expulit, vel nihil reliquit,
iſtud eſt verum in ſe, vt in fin. huius. §. ſed ſecundum hoc ille
text. in princip. determinaret in ſpecie iſtam primam quæſtio.
quod eſt falſum, quia iſtud ſolum determinat in verſic. ſed &
ſi is. ¶ In ead. glo. ibi, Item cùm exhæredauit, vel emancipauit.
Iſtud eſt falſum, & contra text. in verſic. ſed videamus. niſi in-
telligas gloſ. loqui ſecundum verſiculum quare. ¶ In ead. glo.
ibi, & ſic in primo, & tertio. dic, quòd imò etiam in ſecundo
ſtipulatio eſt vtilis, & caue, quia Iuriſconſ. ſolùm poſuit duos
caſus. ſ. quando non adoptauit, vel quando adoptauit, licèt
tres formauerit quæſtiones, niſi gl. habuerit reſpectum ad ver-
ſiculum, & quod interſit. vbi ponunt tria dicta, & glo. non vo-
luit procedere in ſecundo. ſ. in alumno, ſed iſtud reprobant
Bart. & alij, quia non ſubeſt ratio, quare magis ſtipulatio ſit vti
lis in tertio caſu. ſ. in cognato quàm in ſecundo. ſ. in alumno,
prout glo. met ſequens expreſsè tenuit. ¶ In ead. glo. ibi, & caue
tibi, quia in fin. videtur corrigere. ſ. illud, quod dictum eſt de
eo, qui ſine adoptione fuit traditus, & hoc ſecundum tertium
* intellectum ibi poſitum in gl. magn. fin. ſed ille intellectus *com-*
muniter reprobatur, & tenetur intellectus Azo. ſecundum quem
nihil corrigitur. ¶ In glo. ſeq. in verbo committeretur ſtipula-
20 tio. dic melius, vt dixi. ſ. in text. in 4. not. ¶† In gl. in verbo qua-
re ſic. No. ex iſta glo. quod qui in teſtamento exhęredat illum,
quem promiſit ſub pœna tractare vt filium, ſi iuſtè eum ex-
hæredauit, non incidit in pœnam, quia non cenſetur promi-
ſiſſe de non exhæredando illum ſi merebitur, ne detur mate-
ria delinquendi, vt in glo. Pro iſta concl. glo. mouetur Bart. cō-
tra Guid. de Suza. alia ratione, nam pater in vita, & in morte
poteſt imponere pœnam tali filio demerito. l. 3. & l. congruen
tibus. C. de pat. pot. ergo pacto contrahentium tolli, vel remit-
ti non poteſt. l. iuris gentium. §. ſi paciſcar. ff. de pact. Sed iſta
ratio Bart. vt etiam dicit Aret. nihil valet, quia. d. §. ſi paciſcar.
loquitur, quando pœna, quæ imponitur pro delicto, reſpicit
intereſſe publicum, illa non poteſt per pactum remitti, ſed hic
pœna exhæredationis reſpicit priuatum intereſſe teſtatoris, &
illa poteſt remitti, etiam ſi ſit inducta ad vindictam. l. 1. §. vſq;
adeo. & ibi Barto. & in l. non ſolùm. in princip. ff. de iniur. Item
ſunt aliquæ cauſæ ingratitudinis enumeratę in §. cauſas. in Au-
then. vt cum de appella. cogno. quæ nullo modo ſonant in de-
lictum, nec puniuntur aliqua pœna de iure, & tamen propter
illas permittitur exhæredatio, ergo apparet, quòd facultas ex-
hæredandi non competit patri ad puniendum delictum, ſed
tanquam ſatisfactio quædam ſuæ offenſæ, alias non daretur
facultas exhæredandi, vbi non eſſet delictum, quod eſſet fal-
ſum per prædicta, vnde melior eſt ratio, quam gloſ. aſſignat
21 ¶† Iſte text. cum glo. inducitur per Barto. ad duas notab. quæ-
ſtio. ¶ Prima, quòd ſi partes in compromiſſo facto in arbitrū,
vel arbitratorem promiſerunt ſtare ſententiæ ſeu laudo arbi-
tri, & non petere eum reduci ad arbitrium boni viri ſub cer-
ta pœna, intelligitur ſi laudum fuerit æquum, ſecus ſi fuerit
iniquè arbitratus, ne detur arbitro materia delinquendi, vt
hac gloſ. & ita conſuluit Dyn. in conſil. 88. incip. Prolomeus
manentis. & per eundem latè in regula ſcienti. de reg. iur. in 6.
* idem tenent *communiter alij*, & iſta opin. ſeruatur de conſue. ſe-
cundum Raph. Cum. hic. Idem Bart. & alij in l. ſocietatem. §.
arbitrorum. ff. pro ſoc. & in l. cùm antea. C. de arbi. Cano. in c.
quintauallis. de iureiur. & ibi latè do. Abb. in 14. colu. & tribus
22 ſeq. † imò partes non poſſent etiam expreſsè promittere, [a] ne
a liceat reducere ad arbitrium boni viri, ſi inique arbitretur,
quia induceretur ad delinquendum, vt hac gloſ. & dolus fu-
turus remitti non poteſt. l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact. imò etiam
ſi renunciatio eſſet iuramento firmata, adhuc poteſt peti re-
ductio, ſi iniquè fuerit arbitratus, vt eſt text. valde ſolennis
licèt vulgatus in l. ſi libertus ita iurauerit. ff. de oper. liber. Bart.
in l. fina. per illum text. ff. qui ſatiſda. coga. & in d. §. arbitro-
rum. in vltim. colum. Ludo. Roman in repe. rubr. ff. de arbi. in
9. & 10. colum. Cano. in dicto capit. quintauallis. Oldra. Lau-
den. in conſilio. 156. quod incipit primum de quo quæritur
tale domin. Anto. de But. in conſilio 14. quod incipit quæ-
ſtio hæc dubia vulgaria habet. ¶ Sed aduerte ſecundum
Rapha.

A D D I T I O.

a ¶ Promittere. Adde, quòd nulla verborum cautela appoſita in compromiſ-
ſo fieri poteſt, quominus reductio petatur, data magna iniquitate, ſecun-
dum communem per Bald. conſil. 329. num. 3. quem refert Dec. conſil. 11.
nume. 6. & fac. quæ ſcribit Rol. conſil. 59. nume. 26. libr. 1. Capel. Tolo. q.
267. Rip. Reſponſ. 138. nume. 10. & plura not. idem Dec. conſil. 60. 39. &
533. colum. 1. de quo pulchre differit Gabr. comm. opin. libr. 2. titu. de
arbitr. concl. 2. MASVER.

Raph.Cum.hic,quòd ratio communis Doct.non videtur eſſe
23 concludens, † eo quia appellationi poteſt renunciari, vt eſt
text.in l.fi.in fi.C.de temp.appel.& reductio ad arbitrium boni
viri eſt ſpecies quædam appellationis. l. non diſtinguemus. §.
cùm quidam.ff.de arbitris. & tamen per talem renunciatio-
nem iudex non inducitur ad delinquendum, quia iudex nihi-
lominus de dolo teneretur faciens litem ſuam l. fin. ff. de var.
& extraor. cog. & inſtitu.de obli. quæ ex quaſi delicto.in prin-
cip. vnde etiam actio de dolo daretur tunc contra arbitrato-
rem,vt l.arbitrio.§. de eod.ff.de dolo. vbi ſi vendidi tibi decem
ſaccos frumenti ad menſuram,quam præſtabit Titius, & Ti-
tius præſtititmalam menſuram ; tenetur de dolo, quia vt vir
bonus fuit electus, & malam menſuram præſtitit, ergo non
eſt verum fundamentum Doctorum,quòd arbitro, vel iudici
detur materia delinquendi, licèt per pactum tollatur facul-
tas appellandi, vel reductionis ad arbi. boni viri. Idem etiam
tenet Raph.Cum. in l.1.§.ſi quis ante.ff. à quibus appel. non li-
cet,per rationē proximè adductam, & ibi dicit, quod ita aliàs
allegauit in conſpectu magnorum Doct. & placuit eis funda-
mentum ſuum.Tamen in practica ſecundum eum non eſt re-
cedendum à communi ſententia.¶Sed defendendo commu-
nem ſententiam,poteſt reſponderi ad quæſtionem Raph.licèt
videatur colorata ex mente Bar. & aliorum in d. l. 1.§. ſi quis
ante. ꝙ aliud ſit in reductione ad arb. boni viri, cui in effectu
non poteſt renunciari,& aliud in appellatione.Ratio diuerſita
tis eſt, quia iudices propter eorum peritiam ſunt electi. l.1.in
fin.ff.de offic.præfect. præto.& eſt optimus text. in Authen. de
iudi. in princip. Item iudices in princip. eorum officij iurant
bene iudicare, vt in Authen. iuſiuran. quòd præſtatur ab his.
Item deputantur à ſuperiore etiam inuitis partibus. l. inter ſti-
pulantem.§.Stichum.ſ.e.Cōpromiſſum autem fit de volunta
te partium in arbitrum, vt in bonum virum, & ſic non eſt
tanta præſumptio, quòd bene iudicetur, præſertim cùm non
vt periti, prout iudices, eliguntur.¶Tenendo communem
ſententiam,quòd non obſtante pacto pœnali ſeu renunciatio-
ne poſſit peti reductio ad arbitrium boni viri, quando pars
enormiter læditur,adde, quòd per hoc notabile conſuluerunt
ambo Raphaeles.ſ. Raph.Fulg. & Raph. Cum. in conſil. 210.
quod incipit ſtatuto ciuitatis Vicen.in 2.& vlt.col.ꝙ ſtatutum
diſponens, quod à laudo arbitratoris non poſſit peti reductio
ad arbitrium boni viri,intelligitur niſi pars ſit enormiter læſa,
ſicut intelligitur pactum, vel renunciatio, vt hic, arguendo
de pacto ad ſtatutum,quod argu.eſt validum, vt eſt gl.in l.nō
impoſſibile.in fi.vbi dixi.ff.de pact.& gloſſ.in rubr.C.de decre.
decu. lib. 10. & illud conſilium Raph. Fulg.eſt in formis im-
preſſum in conſi.120. quod incipit ſuper eo, quod primo lo-
co quæritur. in vltimo dubio. & in conſil. 224. quod incipit
quoniam ſingulis. Rapha. Cuma. in conſilio 50. quod incipit
ſtante ſtatuto ciuitatis Vicen. Not. quia eſt bona limitatio in
practica ad dictum ſtatutum. Sed eorum fundamentum non
videtur mihi bonum, quia arguunt de pacto ad ſtatutū,& ſic
de minori ad maius,vnde non eſt bona arg & reductio ad arb.
boni viri non poteſt remitti per ſtatutum, ergo nec per pa-
ctum,vt l.non eſt ſingulis.ff.de regul.iur.Bart.in l.alia.§.elegan-
ter.ff. ſolut. mat. vnde tu melius proba.† nam à pari potentia
24 procedunt pactum iuratum,& ſtatutum,ita ſingulariter tenet
Bart.in l.fi.circa medium,in 3.col.C.de pact. Bald.in l. 1.in 15.
col. C. de ſum. Trin. ſed ſi quis rennunciauerit reductioni ad
arb. boni viri cum iuramento,intelligitur ſi non ſit enormiter
læſus,vt eſt text.in d.l.ſi libertus ita iurauerit. ff.de ope. liber. &
dixi.ſ. ergo ſimiliter debet intelligi dictum ſtatutum. ¶Vltra
dictam rationem miror, quòd non allegauerint in terminis
25 Bart.in l. cùm antea.in vlt.colum.C. de arbi.vbi tenet,† quòd
ſtatutum tollens reductionem ad arbitrium boni viri,intelligi-
tur niſi dolus, vel lata culpa arbitratoris interuenerit, & ſic
enormis læſio. probat ex coniunctione duarum. ll. ſ. l. diem
proferre.§.ſtari & l.nō diſtinguemus §.cùm quidam.ff.de arbi.
Idem tenet Ang.in conſi.172.incip. laudū arbitratoris.d. Abb.
in conſi.44.primę partis,quod incipit præſenti quæſtione.Pet.
de Anch.in conſi.208.quod incipit in quæſtione.in pe.colum.
Io.de Ana.in conſi.16.quod incipit viſo puncto. Ludo.Rom.
26 in conſi.90.quod incipit viſo themate.¶† Secundò per iſtum
text.cum gloſſ.decidit Bart.quòd Princeps,qui promiſit defen
dere alicui caſtrum, non tenetur defendere, quando iuſtè ſibi
infertur bellum, & quando commiſit delictum, propter ꝙ
exercitus fit contra eum, vt hic, & c.domino guerram.in prin.
in tit. hic finitur lex Conradi. in vſib.feud. & iſtud facit ſecun-
dum Ang.Imo. & Raph. ad ligas, & conuentiones,quas inui-
cem faciunt ciuitates, vel Princeps promittentes ſe inuicem
defendere contra omnes, nam intelliguntur ſi iniuſtè offen-
dantur,vnde ſi vnus ipſorum incipit guerram ſine cauſa ꝯ ter
tium,non tenentur colligati dare ſubſidium in talli guerra.Tu-
tius tamen eſt ſecundum Ang.& Imo.in pactis ligæ exprime-
re,quòd nullus teneatur alteri dare ſubſidium in guerra noua,
quæ mouetur contra alium ſine conſcientia aliorum colliga-
torum, & plus non dicunt. Alij nihil tangūt.¶Tu vltra Scri-
bentes adde primò, inquantum Bart.allegat pro ſe text.in d.c.
domino guerram, in prin. ꝙ ille videtur probare contrarium.
27 ibi.n.eſt text. mirabilis,† quòd vaſſallus tenetur iuuare domi-
num etiam habentem cauſam iniuſtam ad eum defenden-
dum, ſed ad offendendum alium poteſt ſi vult, non tamen
cogitur,nec per hoc perdit feudum. Bal.ibi.in 2.col.reputat il-
lum caſum eſſe mirabilem, & multum inuehit contra aucto-
res illius text. ſ.Obertum, & Girardum tanquam fuerint duo
pecora,vt ibi latius per eum,ſed idem Bartol.in l.ſi quis in gra-
ui.§.ſi maritus. ff. ad Sylla. not. ex illo text. quòd vaſſallus non
tenetur iuuare dominum iniuſtè. Ad hoc etiam allegat.d.c.do
mino guerram.in prin.quòd, vt dixi,probat contrarium, niſi
Bart. ponderauerit ſecundū caſum. Idem cum Bart.tenet etiā
Bal.in c. imperialem.§. fi.ad fi.de prohi. feu. alie. per Frid. Ego
pro hoc allegabo tibi bonum text. in ca. ego. N. Epiſcopus in
verbo mala captione.de iureiur. vbi eſt text.not. quòd vaſſal-
lus non tenetur defendere dominum,qui iuſtè capitur,vel qui
iuſtè offenditur.¶Secundò adde illud, quod not. Ang. in d.l.ſi
28 quis in graui.§. 1. in verſi. ſi maritus, vbi per illum text.† not.
quòd Principes,vel Reges colligati ſeu confœderati,qui tenen-
tur inuicem ſe iuuare, non tamen debēt præſtare iuuamen fa-
cienti guerram iniuſtam,quod valde not.¶Tertiò adde, quòd
vult glo.not.in c. recipimus, & ibi dn̄s Abb.not.de priuilegijs,
29 qui tenet, † quòd Princeps, vel Rex recipiens aliquem ſub
protectione ſua,non tenetur eum defendere, niſi cùm iniuſtè
grauatur.ibidem etiam not.dom.Abb.vlt. no.ꝙ ſi guerra iuſtè
moueatur contra receptos ſub protectione non tenetur reci-
piens eos defendere.Accedat, quòd vult.gloſſ. not. in c. pro il-
30 lorum.in verbo cōtradictores. de præb.quę vult,† ꝙ clauſula,
quæ quotidie apponitur in literis Papæ, amoto quolibet con-
tradictore,intelligitur de his, qui de facto ſe opponunt,& non
de his,qui de iure ſe opponunt, & quod not.do.Abb. poſt Io.
And.in c.intimauit.de teſt. not.bene prædicta, quia de eis ſępe
interrogaberis.¶Glo. fi. in verbo ſuperuacuò diuiditur in tres
partes. In 1. ponit quinque intellectus ad verſi. fin. obſcurè di-
centem in eo,qui hoc non facit,licèt ſuperuacuò, dici tamen
poterit cōmiſſam eſſe ſtipulationem. In 2. per viam notabilis
remouet fortè cōtrarium,quod ĩ. formabo. In 3. ex prædictis
intellectib.infert ad text.Secunda ibi, & nota, quòd non valet
pœna.Tertia & vlt.eſt ibi. Item not. ex prædictis. In 1. parte.
gloſſ. aduerte ad quatuor pro intellectu huius gloſſæ, & lite-
ræ.Primò, quòd licèt gloſſ. videatur ponere quinque lecturas
ad verſicul. fina. ſcilicet in eo, qui hoc non facit, tamen in ef-
fectu ſunt tres princip. Vna, quòd verſicul. in eo. loquatur in
eo,qui non adoptauit, vt in primo caſu huius.l.& iſtum intel-
lectum proſequuntur tres primæ lecturæ gloſſ. ſecundus in-
tellectus eſt, quòd verſicul. in eo. loquitur in eo, qui adopta-
uit, & hunc proſequitur. 5. lectu. gloſſ. Tertius intellectus eſt,
quòd dictus verſicul. in eo. loquatur in vtroque caſu huius
l.& ſic in eo,qui adoptauit,& etiam in eo, qui non adoptauit,
& hunc intellectum proſequitur.4.lectu.Azo.approbata, per
glo.& Docto.Secundò aduerte, quòd illa verba text. qui hoc
non facit.dupliciter exponuntur in gloſſ.Vno modo, qui non
adoptauit, & hunc intellectum proſequuntur tres primæ lect.
gloſſ.Secundò modo,& melius exponuntur, qui hoc non fa-
cit,id eſt,non exhæredat,vel emancipat, ſed de domo expellit
vel præterit, & hanc expoſitionem ſequitur quarta lectu. ap-
probata, & quinta.Tertiò attende, ꝙ illa verba licèt ſuperua-
cuò, ſm̄ vnum intellectum reſpiciunt illud, ꝙ hic dicitur de
commiſſione ſtipulationis, & hunc intellectum proſequitur.
1.lect.alio modo reſpiciunt illud, ꝙ dictum eſt de exhæreda-
tione, & emancipatione, & hanc expoſitionem proſequun-
tur aliæ lect. Quartò attende, quòd illa verba vtitur iure pa-
trio,poſſunt reſpicere præcedentia, & ſic verſiculum, ſed ſi ci.
pn̄t etiam reſpicere ſequentia, & ſic verſ.in eo aūt,qui hoc nō
facit.prout tangitur in ſecunda lect. ¶Tene quartam lecturā
Azo.q̄ gl.& Doct.approbant,quę plenior eſt,& magis de mē-
te literæ. Reliquas reproba,vt per Bart.Ang.Imo.& alios hic,
nam.1.lect.quæ vult in eo,qui non adoptauit,committi ſtipu-
lationem,ſi exhæredet, vel emancipet,licèt non cum effectu,
quia obſtat exceptio, non eſt bona, quia imò ipſo iure non
dicitur committi tunc ſtipulatio, cùm talia conſueuerint
circa filios fieri, & ſic non tractauit eum aliter quàm fi-
lium, & conſequenter non fecit contra verba ſtipulationis,
quia patrio iure vſus eſt, vt in verſiculo, ſed videamus.
& per hoc patet multominus procedere ſecundam lecturam,

quæ vult in d. casu stipulationem esse cõmissam cum effectu. Tertia lect. quæ vult, quod tex. non decidat pœnam esse commissam, sed interrogatiuè procedat, est contra text. §. in versi. respondi stipulatio vtilis est. & dicere, quod ille versi. corrigatur per istum finem, est malè dictum, quia non est præsumendum, ꝙ Iurisconsultus in eadem l. incontinenti se correxerit. l. non ad ea. ff. de cond. & domon. Item iste tex. non stat suspẽsiuè nec interrogatiuè, sed determinatiuè, & expresè determinat stipulationem esse commissam. ¶ Quinta lectu. non est bona, nec de mente literę, quia secundum eam non solueretur 1. q. text. de eo, qui non adoptauit. Item illa verba licèt super-
31 uacuò, essent ineptè posita. ¶† In 2. parte gloss. opponitur fortiter contra text. nam stipulatio, qua promittis aliquem nõ exhęredare sub pœna, restringit liberam facultatem testandi, ergo non valet, quia est contra bonos mores. l. stipulatio hoc modo concepta. §. eod. Nam promittendo non exhæredare sub pœna, in effectu promittis eum instituere hæredem, & sic est pactum affirmatiuum de futura successione, quod similiter est improbatum à iure. l. fi. C. de pact. & l. cùm duobus. §. idẽ respondet. ff. pro socio glo. respondet, quòd aliud est, quando promitto aliquem instituere sub pœna, & non valet, ita procedit contrarium. Aliud, quando promitto aliquem non exhæredare, & istud bene valet, vt hic, licèt videatur æquiualere primo, secundum gl. sed ista differentia esset verbalis, & non realis contra l. 2. in fi. C. communia de leg. Præterea contra glo. quòd non æquiualeat, facit, quia inter teneri instituere aliquẽ sub pœna, & teneri non exhęredare sub pęna, est dare mediũ. s. præterire, & sic tacere, quo casu dicitur non exhæredare, sed non dicitur instituere: nam qui promittit pœnam, si talem nõ instituerit, necessitatur ad faciendum testamentum, & instituendum illum, vt stipulatio valeat, secus quando promittit pęnam, si talem exhæredauerit, nam nõ necessitatur ad faciendũ testamentum, imò potest ab intestato decedere. Bar. per verba aliqualiter obscura aliter respondet, sed ego clarius ponam. nam iste text. loquitur in adoptante, qui promisit non exhędare adoptatum sub pœna, & iste sicut poterat iustè exhæredare ante interpositã stipulationem, ita & post eam nunc potest, & exhæredando ex iusta causa non incidit in pœnam, & sic non adimitur sibi libera facultas testandi. Si autem exhæredat iniustè, & tunc non committitur pœna, quia etiam sine pacto necessitabatur ex dispositione iuris communis ad non faciendum talem exhæredationem iniustam, contra quam lex subuenit per querelam, & sic illud, quod habet necesse facere de iure communi, deducitur in stipulationem pœnalem, sed in eo, qui non adoptauit, non loquitur iste versicul. quare. sed loquitur, versi. sequens. s. in eo autem, qui non adoptauit. qui loquitur, quando simpliciter promisit eum tractare vt filium, & tunc potest eum exhæredare de facto, dicendo exhæredo te de facto, & hoc modo euadet pœnam, vt dixi in tex. in vlt. no. & isto modo potest relinquere hæreditatem suam cui vult, & sic non adimitur sibi libera facultas testandi, & hoc modo cessat oppositio. §. facta. sed si præsupponeremus, ꝙ iste, qui non adoptauit, promisisset duo copulatiuè. s. tractare eum vt filium, item eum non exhæredare sub pœna, tunc non valeret, quia auferret liberam testamẽti factionem, quia si eum præteriret, incideret in pœnam vigore primi capitis, quo promisit eum tractare vt filium, vt hoc text. in fi. Si autem eum exhęredaret, incideret in pœnam ex secundo capite, quo promisit eum non exhæredare sub pœna, & sic metu pœnę cogeretur eum instituere, ideo tunc non valeret. ¶ Extra gloss. ad intelle-
32 ctum huius l. sub compendio conclude secundum Bart. † ꝙ qui promisit aliquem tractare vt filium sub pœna, si eum expellat de domo sine causa, incidit in pœnam, vt hic, secus si cum causa. l. 2. & 3. C. de pat. po. Si autem induat eum, vt alios filios suos, sufficit si facit illud, ad quòd tenetur officio iudicis, & ad ꝙ filius posset eũ cogere officio iudicis l. si quis à libertis. §. si vel parens. ff. de lib. agn. intellige nisi promisisset eũ tractare vt alios filios, secundum Bart. hic in fi. & Pau. de Castr. hic in pe. col. Item potest eum exhæredare cum insertione causæ legitimæ, aliàs incideret in pœnam, vt in Auth. non licèt, & in corpore vnde sumitur. C. de lib. præte. Causa autem legitima inserta in exhæredatione, licèt non probetur postea per hæredes, non committitur pęna, quia dicitur tractasse eum vt filium, & illud non probare causam, fuit defectus seu culpa hæredum, & non testatoris. Item si eum instituat in re certa, dicitur tractare vt filium. l. omnimodo. C. de inoffi. testa. licèt non agat ad supplementum vt filius, sicut non habet quærelam, vt hic, quando stipulatio pœnalis committitur, si omnino prætereat. Sed quia isto modo posset de facili euadi pœna instituendo in re certa, & sic in aliquo modico, & isto modo videretur, quòd dispositio huius l. posset in hoc reddi elusoria. Similiter si decessit intestatus, dicitur eum tractasse vt filium, nec eius hęredes ad aliquid tenebuntur, quia vti patrio iure cohęret personæ, nisi in promissione sit facta mentiõ hæredis, & hæres tenetur eum tractare vt testatoris filium, vnde consilium est secundum Bart. quòd verba stipulationis ita latè concipiãtur, quòd omnes casus prædictos specialiter comprehendant, & hoc modo etiã tollitur illud, quod statim dicebam, quòd stipulatio posset reddi elusoria instituendo in aliquo minimo,
33 nam in hoc stipulatio debet etiã latius concipi. ¶† Sed an ille, qui promisit aliquem tractare vt filium, teneatur eum mittere ad scholas literarias, & si non tradidit eum ad disciplinam, incidat in pœnam. Bart. tenet, quòd sic, si facultates patiuntur, & conditio pueri non repugnat, per l. qui filiũ. ff. vbi pup. educ. debeat. & filius posset hoc à patre petere per hanc l. secundum eũ. Ang. hic in 2. col. dicit hoc esse falsum per illud, quod ipsemet Barto. tenet in l. de bonis. §. non solùm. ff. de Carbo. edict. Sed secundum Imo. melius facit, quòd tenet idem Bart. in l. legatis. ff. de alimen. & cib. leg. tamen Imo. tenet cum Bart. & respondet ad d. §. non solùm. & ad d. l. legatis. quòd loquuntur in eo, qui promisit alimenta præstare, quo casu non tenetur eum tradere ad disciplinam, nec etiam facere expensas studij. Hic autem loquimur in eo, qui promisit tractare vt filium, qui tenetur ratione promissionis facere ea, quæ filijs patres ratione sanguinis facere tenentur, quo casu, quando alimenta debentur, ratione sanguinis debentur etiam expensæ ad disciplinam. secundum Bart. in d. l. legatis. Ang. in l. cùm hi. §. qui transigit. ff. de transac. Breuiter tene, ꝙ tenetur facere expensas quo ad disciplinam grammaticæ, quæ est quasi necesaria, vel facere eum doceri aliquam artem, prout puer aptus apparebit, secundũ Bart. §. in pen. q. vnde l. Solonis sancitum erat, filium non debere patri necessaria vitæ subsidia, à quo nullam artem accepisset, vt refert Plutachus in vita Solonis folio. 6. Non autem tenetur pater facere expensas in faciendo eum studere in iure ciuili, aut medicina. l. 1. §. nec Castrense. ff. de colla. bon. & ita concludit, & bene Bart. in d. l. de bonis. §. non solùm. Raph. Cu. hic. Ang. in Auth. res, quæ. in vlt. col. C. communia de leg. & in l. 1. C. de Carbo. edict. Lud. Rom. in l. si donatione. C. de colla. ¶ Item per istã legem dicit Bar. se dixisse in quęstione de facto,
34 † ꝙ ciuitas, quæ promisit tractare fęneratorem vt ciuem, non facit contra pacta, statuendo specialiter contra eum, quòd nõ possit conuenire debitores suos vsque ad triennium, quia etiã contra ciues suos originarios solet concedi exceptio temporalis, & sic dilatoria, non autem perpetua, vt l. quoties. C. de pręc. impe. offe. Idem secundum Ang. Imo. & Aret. in tertio notabi. si ciuitas tali fęneratori imponeret collectas, vel alia onera cõsueta ciuibus imponi, secus secundum Bartol. si ciuitas promisisset tractare fęneratorem vt alios ciues, tunc faciendo contra eum legem specialem, faceret contra pacta, nisi idem contra alios similiter statuisset sicut hic, si promisisset eum tractare vt alios filios, ideo cautè sunt concipienda talia pacta secundum eum, & cum Bart. transeunt Angel. Imol. Paul. de Castr. & alij hic, & latius Aret. in 9. colum. & duabus sequentibus vsque ad finem. Et dicit Bart. in l. 2. in fi. C. de oper. lib. quod verbum tractare, importat verum factum hominis, nõ tantum ore, sed opere per istum text. in versi. obseruare, quod
35 est idem, quòd tractare secundum eum. ¶† Vltimò Bartol. citra ostentationem, & iactantiam commemorat vitam, & studiorum suorum progressum, quòd in 14. anno ætatis suę cępérit audire iura ciuilia in ciuitate Perusij sub domino Cyn. de Pistorio, & in 20. ann. Bononiæ publicè repetijt, & in 21. ann. fuit doctoratus. Adde, quòd Bartol. in 25. ann. ætatis suæ composuit subtilissimam repetitionem. l. si is, qui pro emptore. ff. vsuc. & eam repetijt. 1. anno quo in generali studio Pisano legere incepit, & fuit prima lex, quam suis auditorib. in scriptis tradidit, vt ipse Bartt. ibi refert in fine illius repetitionis. Item dicit Bald. in repet. l. 1. in 12. col. C. qui accus. non pos. quòd Bartol. fuit homo multum inhærens practicæ, & fuit assessor primò Tuderti, posteà Pisis, vbi legere incepit, deinde venit ad ciuitatem Perusij, vbi legendo optimus factus est. Idem Bald. in capitul. vasallus. secundo. si de feud. defun. conten. sit inter dom. & agnat. in vsib. feud. dicit, quòd ille, qui multum contulit suo ingenio, fuit Bart. de Saxofer. & refert Bart. sibi dixisse, quòd illud, quòd suum fabricauerat ingenium, erat lectura Cyn. dubitanter respondentis, & relinquentis cogitandum, & tamen dabatur sibi terminus, & materia ad deliberandum. Idem Bald. in c. 1. in princip. vlt. col. de suc. feu. dicit, quòd Bart. fuit subtilis homo, & Doctor suus, tamen semper tenebat opin. multum placentes laicis, & hoc fecit opi. suis multum de honore secundũ eum. Idem Bal. in l.
36 edita. in pen. col. in fi. C. de eden. † dicit, ꝙ Bart. de Saxofer. pręceptor suus illustris, tractatum de testibus morte præuentus. reliquit

reliquit incomplemẽtum, qui vltra etiam quàm Legistas ex-
pediat, cum intellectu volauerat ad ea, quæ non possunt intel-
ligi nisi per summos viros, qui cognoscunt genus, & differen-
tias, & virtutes, & vitia, quæ generantur ex actibus. vnde Bald.
ad illum tractatum suspirans subiungit, quis dabit mihi pen-
nas colũbæ, & altè euolabo? Carolus quartus Roman. Impera.
Bar. numero suorum consiliariorum aggregauit, & eum suos-
que posteros, quos legum Doctores esse contingeret, legitima
tionis, & concessionis veniæ ętatis, alijsque priuilegijs, & gratijs
præmiauit, vt ipsemet Bar. refert in extrauagan. ad repri. super
rub. vnde dicit Ang. in l. quisquis. C. ad l. Iul. maie. quod Carol.
summus Princeps, ex quo Bar. in suum consiliarium assumpsit,
& eidem arma donauit, fecit eum illustrem, quia omnes con-
siliarij Principis intelliguntur esse illustres, vt ibi, virorum illu-
strium, quod vltimum aliàs reprobaui in l. 1. in prin. ff. de offi.
eius, cui man. est iurisd. Lud. Ro. in sing. 712. quod incipit quæ-
ro à te isti loculatores. refert, quod Bart. adeo frugi vita fuit,
quod comedebat panem ad pondus, vt haberet intellectum
pariter dispositum, & nunquam alteratum. Paul. de Castr. in l.
testã. C. de impub. refert audiuisse à Bal. in voce, quod illa fuit
prima lex, quam Bart. reperierit in studio Perusij, cùm esset ibi
nouiter electus de ciuitate Pisarum, & cũ ibi nouiter legeret,
recitauit ibidem totã materiã iuris accrescen. q̃ ipse posuerat
in l. re cõiuncti. ff. de leg. 3. q̃ l. repetierat Pisis solennissimè vltra
oẽs alios, & tunc in Perusio acqsiuit magnam famã, & incepit
vocari summus iuris cõmentator, & ꝙ de tota Italia illuc cõ-
currebant omnes scholares. † Item Pau. de Cast. in l. si mino-
37 rem. C. de in integr. rest. min. refert, ꝙ Bar. in rep. l. de ætate. ff.
de min. valde subtiliter, & vtilissimè tractauit materiã, qualiter
probetur ætas minor, & quòd audiuit à quodam Cardinali,
qui erat tempore suo, quòd quando Bar. repetijt illam l. prius
stetit per quinque ann. ad compilandum illam repetitionem,
& ita dixit in cathedra illi domino Cardinali, q erat eius scho-
laris, & auditor, & dicit Pau. de Cast. quod videtur sibi multũ
verisimile, postquam ibi posuit tot subtilitates, & tot pulchra,
quod est vnum miraculum, & nunc puderet vnum schola-
rem dicere, quod consumpserit sex menses in vna repetio. sed
hodie fiunt repetitiones de duodena respectu illarum Bar. quę
donec leges durabũt, erunt in perpetua fama, & memoria. ita
Pau. de Cast. Bal. vbique cũ magna veneratione appellat Bart.
dominum, & præceptorẽ suum. vnde Bal. in c. quoniam c̃ fal-
sam. in 17. col. de proba. appellat Bar. summum Doct. & præce
ptorem suum, & in d. l. edita. in pe. col. in fi. appellat Bar. præce-
ptorem suum illustrem, & in consi. 438. 1. partis quod incipit
quædam. appellat Bar. Doct. eximium, & præceptorem suum.
& in consi. 486. 3. partis, quòd inci. licèt assessores eunt es post
Bar. sicut ceci. appellat Bart. præclarum Doct. suum. Ang. in
consi. 15. quod incipit, quęcunque diximus, dicit, quòd Barto.
de Saxofer. est lucerna iuris. & idem Ang. in consi. 41. quòd in-
cipit in quæstione prędicta ita profunde. dicit, ꝙ Bart. est iuris
ciuilis speculum, & lucerna. d. Abb. in c. cùm nobilis. in pe. col.
de præscrip. dicit, ꝙ Bar. omnium iudicio cunctos Scribentes
in æquitate, & veritate antecessit. & in consi. 170. quod inci. in
quæstione, quæ ad præsens vertitur inter dominam Floridam.
in 3. col. dicit, quòd Bart. Docto. Excellentis. raro à semita ve-
ritatis, & æquitate iudicatur aberrasse. Pet. de Anch. in procæ.
suo sexti dicit Bart. esse lumen. iuris Lud. Rom. in consil. 459.
incip. quòd ad primum propositæ consultationis articulum.
dicit, quòd quicquid aliàs legendo tenuerit, tamen nunc con-
sulendo nõ recedit ab opi. Bart. in qua semper esse solet substã
tia veritatis. & in consi. 480. quod inc. in casu propositæ consul
tationis de duab. substitutionib. appellat Bar. eximiam iuris no
stri virtutem. Ang. de Aret. in §. fi. in 4. colu. in prin. insti. de
pupil. subst. dicit Bar. esse omnium Legistarum magistrum. d.
Fran. de Aret. in consi. 155. quod incipit periculosum est, circa
fi. dicit, quòd Bart. fuit pater iuris. do. Ioan. Baptist. de S. Seueri.
in tracta. de modo studendi in 4. char. in pen. colum. dicit Bart.
in iure ciui. fuisse principem, & eius dictis semper inesse clau-
sulam veritatis, & quòd bonus Bartolista optimus Iurista est
38 censendus, † & quòd in Hispania, & Lusitania decreto[a] Regio
a & communi illarum patriarum est sancitum publica consti-
tutione, prout dicit se audiuisse à quibusdam auditorib. suis
illarum partium, quòd in casibus in quibus reperitur contradi-
ctio Doctorum, opin. Bart. præualet, tanquam principalior,
vt secundum illam iudicetur, vnde si Hispani tantum deferũt
Bartol. nos Itali quid facere debemus secundum eum? ¶ Ta-
men tanta ingenij fœlicitas, quæ in Bartol. effulsit, non potuit
quorundam indignis decertantium Legistarum aculeis care-
re. dom. Signorol. de Homod. Mediolanens. in consil. 252.
secundum lectu. meam, quod incip. dicimus, & consulimus.
in quarta columna dicit, quòd Bartol. habuit opiniones fan-
tasticas. Bald. in consilio. 112. secundæ partis, quod incipit
de generali natura pactorum. in vlt. col. dicit, quod Bart. raro
bene loquitur, qui contra omnes loquitur. Bald. in consil. 477.
quartæ partis, quod inci. punctus quæstionis talis est, quidam
dedit dotes. in vlt. col. appellat Bart. vnum Doctorelum, sub-
dens, ꝙ de talib. Doctorelis in iudicando non est curandum.
Bal. in l. vtrum. in fi. ff. de peti. hær. dicit, ꝙ Bart. in l. prætor. §. ꝙ
de fructibus. ff. de bon. auth. iudic. pos. transportauit verba Cy.
in d. l. vtrum, & sibi ea impudenter ascripsit, & idem Bald. in l.
p̃cibus. in 13. col. in prin. C. de impub. & alijs substi. dicit, quòd
Bart. in multis tacuit veterum nomina, & sibi applicauit inge-
nia aliorum, quòd fiendum non est, vbi laus rectè quæritur, &
quod Bart. ascribit sibi opiniones Nicolai de Matarellis Mu-
tinensis antiqui Doctoris, vnde aut Bar. fuit fur, aut in duobus
corporibus fuit vna forma intellectus. Ang. & Pau. de Castr. in
l. si quis seruo. ff. de sol. dicunt, quod Bart. de dictis domini Frã-
cisci Tigrini de Pisis fecit sibi multum honorem, & parum
ipsi domino Francisco, quia ipsum nunquam allegabat, vel ra-
39 rò. † Raph. Cu. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir.
pos. vt ibi etiam refert d. Alex. in 18. col. dicit, quòd Bart. con-
sueuit peius loqui in repetitionibus suis, quàm alibi, & ideo in
repeti. l. si is, qui pro emptore. ff. de vsuca. damnatur in multis
decisionib. Similiter in repe. l. si constante. in prin. ff. solut. mat.
refert Pau. de Cast. in l. si constãte. in prin. quòd Bart. principiũ
illius legis repetijt in iuuentute sua, antequam scriberet in iure
ciui. in ciuitate Pisana, vbi legebat, & posteà noluit in senectu-
te aliquid de ea immutare, vt appareret à quanta perfectione
incepit, vt dicit diuus Gregorius in vita. S. Benedicti, sed intel-
ligentibus bene apparet, ꝙ in multis iuueniliter loquutus est,
& contrarium tenuit eius, quod in quampluribus alijs locis
voluit, licèt etiam multa bona dicat, ita ibidem refert Pau. de
Cast. ¶ Circa scripta, seu lec. Bart. aduerte, quòd lect. in 1. lib. ff.
veteris, quæ attribuitur Bar. non fuit Bart. sed alterius, qui pro
eo legit, excepta solenni repetitione l. omnes populi. ff. de iusti.
& iur. quod patet, quia multa dicit in illo. 1. lib. ff. veteris, quæ di
recto contrariantur alibi dictis per eum, secundum Ioan. de
Imo. in l. is, qui reus. in pen. char. ff. de publi. iudi. refert, & sequi-
tur domin. Alexand. in rubr. ff. de acqirend. hæred. vbi ad hoc
ponderat illud, quòd ibi dicit Bartol. super illa rubr. in princip.
sequitur etiam domin. Alexan. in l. diem functo. in 3. part. in 12.
colum. ff. de offic. asse. & in l. Pomponius. §. si iussu. in 8. colum.
ff. de acquirend. posses. & in l. quia tale. in tertia colum. ff. solut.
mat. & in consil. 205. secundi volum. quod incip. viso themate
supra scripto, & dubijs, de quibus quæritur. in quinta colum.
Hinc est, quòd in illo. 1. lib. ff. veteris sunt insertæ aliquæ repe-
titiones, quæ attribuuntur Bartol. & tamen non sunt Bartol.
& ab eius stylo, & ordine multum deuiant, vnde repetitio.
l. si arrogator. ff. de adop. non est censenda Bartol. vt ibi in
principio dixi, & tenet domin. Alexand. in l. Centurio in 44.
columna. ff. de vulga & pupil. & l. in Gallus. §. primo, in quarta
columna. ff. de liber. & posthum. vbi dicit, quòd semper fuit
istius opinio. quòd illa repetitio. l. si arrogator, quæ à 20. ann.
citra fuit addita in lecturis Bartol. quòd non sit Bartol. eam
tamen pro repetitione Bartol. allegat ipsemet domin. Alexan.
in consil. 55. primo volu. quod incip. consideratis verbis dicti
statuti. in 1. colum. & in consi. 56. secundi vol. quod incip. viso
themate supra scripto. in vlt. colu. Similiter repetitio. l. Barba-
rius. ff. de offi præt. nullatenus est censenda Bartol. quia ab eius
stylo abhorret, præsertim, quia sępius ibi allegat auctoritates
Aristotelis, Sallustij, & Ciceronis, quòd est alienum à scriptis
Bartol. vnde illa vera fuit repetitio Bald. & ita etiam est inser-
ta in

A D D I T I O.

a ¶ Decreto. Quòd tamen decretum est hodie sublatum dicunt aliqui per l. no
uam disponentem, quòd debeat præualere opin. quæ est melioribus funda-
mentis fundata, cuiuscunque Doctoris sit.
† Et dic, quòd opi. Bar. stare iubent decreta, & statuta Hispaniæ, & Mediol. teste
Seruan. Tolos. in Rep. l. filiumfamil. §. diui. nume. 93. ff. de lega. 1. vbi intel-
lige hoc procedere, nisi sit Barto. magis communiter reprobatus, cuius opi.
qũo approbentur à Doct. scribit Rip. Respon. 199. colu. 2. circa fin. vbi
eius laudes enumerat post Afflic. Decis. 319. Rol. sing. 61. num. 2. Bald. in l. 1.
num. 26. C. de his, qui accu. non poss. in l. liberti. num. 17. C. de oper. liber. in
cap. vassallus. el. 2. si de feud. fuer. controuer. inter do. & agnat. Alexan. cons.
55. colum. 15. lib. 4. Qui Bartol. an fuerit catholicus, satis indicant illius scri-
pta in extrauag. ad reprimen. versic. totius orbis. in l. sequitur. §. si viam. ff.
de vsucap. numero 3. in l. 1. §. præsides. colum. 2. ff. de req. reis. & qui sumebat
cibum ad põdus, vt intellectum semper haberet bene dispositum, teste Rom.
singu. 712. nume. 4. cuius animam licèt aliqui temerè iudicent esse apud in-
feros, contrarium tamen piè tenen. est, vt etiam monet Viui. com. opin. lib.
2. concl. 246. nu. 3.
MASVER.

ta in lectura Bald. & ibi in fin.dicitur, quò anno fuit per Bald.
Peruſij repetita, licèt eam pro repetitione Bartol. alleget
dom. Abba.in capitul.cùm dilecta.de reſcript. dom. Alexand.
in l. ſi quis ex argentarijs. §. cogentur. in vltima colum. ff. de
40 eden. ¶† Lectura ſuper infortiato ſecundum Sal. in l.cùm ex
filio.in princip. ff.de vulg. & pupil. non fuit lectura Bartol. ſed
potius quedam recollecta, quia in ea. in multis eſt ſibi con-
trarius,& vltra eum facit,quod dicit idem Bart. in l.qui liberis.
§.hæc verba.ff.de vulg.& pupil.in vlt. colum.in verſi. non ha-
betis hic alia,tamen eſt bona lectura, & bene ordinata, & cre-
do, quòd fuerit Bart. ¶Lectura ſuper trib. libris codicis, quæ
attribuitur Bartol.non fuit Bart. ſecundum dom.Alexan. in l.
Gallus.§.ille caſus.in 7.colum.ff.de lib.& poſthum.vbi dicit ſe
pluries dixiſſe, quòd Bar.non ſcripſit ſuper trib. libris Codicis,
ſed fuit quidam alius Doctor Peruſinus.dic melius,quòd imò
Bart.legit in illis trib.libris.C. vſq; ad medium libr.11.ſ.vſq; ad
titulum. de periculo eo. qui pro magiſtr. interuen.libr.11.ſm
Ang.ibi, qui dicit hucuſque legit Bartol.& non vltra. refert, &
ſequitur do.Alexan.in l.diuortio.§. interdum.in pen.col. ff.ſol.
ma.& ibi dicit, quòd reliquum fuit additum à domino Conte
de Peruſio.idem ſequitur do. Alex. in l.1.ff. qui ſatiſ.cog. & in
rub.ff.de acq.hære.in prin.& in rub.ſ.ſol.matr. in vlt. colum.&
in l.ſi filiofam.§.ſi vir in quinquenium.in 5.colum.eod.titul.ff.
ſol.mat.& in rubr.ff.de ope.no.nun.in 13. colum. & in conſil.
50.ſecundi vol.inci.viſis actis cauſæ.in vlt.colum.& ſic videre-
tur,quòd repetitio.l.primæ.C.de digni.lib.12.vbi plenè, & ac-
curatè ponit materiam nobilitatis, non fuerit Bar.tamen Bar.
met.in l.1.C.de condi.in publi.horreis.lib.10. remittit ſe ad illā
repetitionem, quam dicit ſe feciſſe de d.l. 1. C.de digni. libr. 12.
eam etiam pro repetitione Bart. alleg. Ang.in Auth. de defen-
ſo. ciui. in princ. & pro certo eſt pulchra, & ſolennis repetitio.
¶Lectura ſuper Auth. ſeu lib. Authenticorū, qui attribuitur
Bart.nullatenus eſt Bar.ſecundum d.Alex.in d.rub.ff.de acqui.
hære.in prin. & in rub. ff.ſol. mat.in 7.colum. vbi dicit, quòd
ſuper Authenticis nunquam fuit ſibi viſum commentū Bart.
propter ſtili diuerſitatem. ¶† Idem etiam tenet.d. Alex. in l.2.
41 §.item ſi in facto.in vlt.col.ſ.eod. Adde in contrarium, quòd
ipſemet Bart.in Auth.hoc ſi debitor.in fi. C.de pig.refert ſe ſcri
ſipſſe ſup Authenticis.Iſtum paſſum latius attingit Io.de Ana.
in c.2.in 13.col.de maledicis. vbi dicit, quòd licèt aliqui dubi-
tent an ſcripta ſuper Authenticis, q̄ attribuuntur Bar. ſint Bar.
ꝙ pro certo ſcias, quòd Barto. ſcripſit ſuper Authenticis, vt
ipſemet dicit,remittendo ſe ad ea,quæ ibi ſcripſit in l.perſecu-
tione.C.de pig.& in l.cùm ipſe.ff.de excu. tut.hoc etiā atteſta-
tur Bald. in Auth. ceſſante. C. de legi. hære. Sed eſt aduerten-
dum ſecundum eum, quòd non ſequitur Bartol.ſcripſit ſuper
Authenticis, ergo opus iſtud,quòd reperit,eſt Bart. & illud de
quo ipſe fecit mentionem, quia ſcripta, quæ appropriantur
Bar. ſuper Authenticis,nō videntur bene conuenire ſtylo,quo
in lecturis ſuis vtitur Bart. ita ibi reſidet Ioan. de Ana. & bene
not.vt in practica ſcias euadere,& declinare autoritatem Bart.
ſi allegaretur contra clientulum tuum in locis præallegatis,
42 cùm non reputentur ſcripta Bartol. † Obijt Barto. anno ſa-
lutis Dominicę. 1455. ętatis ſuæ anno.46. cùm iam mirabilia
commentaria,& varios tractatus in iure ciuili edidiſſet,ſecun-
dum dom. Ioan. Baptiſtam de S. Seuerino in dicto tract. de
modo ſtudendi,in 3.char.in pen.colum. ſed dom. Pindarus in
tract.de teſtib. in c.9. 2.libr. atteſtatur eum citius obijſſe, nam
dicit, quòd Bartol. 44. annum ſuæ ætatis agens vita functus
eſt, Et in illa paucula ætate tot, & tanta tam obſcura, tam
obtenebrata, & penitus incognita mirabili quadam me-
moria, ac incredibili perſpicacia in apertum duxit, qua ferè
ætate cæteri omnes vix littora profunditatis ſcientiæ noſtræ
attigiſſent. Quid fabricaſſet, inquit, ſi nonageſimum annū at-
tigiſſet,ſicuti fuere multi ciuilis ſapientię profeſſores? profecto
nihil ambiguitatis,aut obſcuritatis in iure ciuili relictum eſſet,
vnde ipſa ſęcula lugenda ſunt ſecundum eum. Hæc ſparſim
hicinde apud Iuriſtas incidēter diſſeminata breuiter à me col
lecta ſunt,vt vitā Bar.& eius ſtudia,quę ipſe in iſta lege poſuit,
ego quātum poſſem ex aliorum ſcriptis perficerem, & vt vel
hoc argumento præcipuam meam erga Bart.obſeruantiam,
& ſummam deuotionem poſteris teſtatam relinquerem,quē
ſemper in legib.vt terreſtre numen colui,& eius veſtigia ſem-
per quantum licuit adoraui.

SVMMARIVM.

1 *In ſtipulatione ſub conditione poteſtatiua facta, quo ad acquiſitio-
nem inſpicitur tempus euenientis conditionis.*
2 *Promitens filiofam. tantam pecuniam quantam crediderit Titio, non
obligatur patri.ſi filius poſteà emancipatus mutuet.*
3 *Relatiuum quantitatis iunctum verbo futuri temporis, facit conditio-
nem.*

1 §. Filiusfamiliàs. † In ſtipulatione ſub cō-
ditione poteſtatiua fa-
cta quo ad acquiſitionem inſpicitur tempus euenientis condi
2 tionis.h.d. ¶† Not.primò, quòd promittens filiofam. tantam
pecuniam quantam crediderit Titio, non obligatur patri,ſi fi-
filius poſteà emancipatus mutuet, quia fideiuſſor, qui eſt ac-
ceſſorius, non poteſt eſſe obligatus alteri,quàm cui eſt obliga-
tus principalis, cùm acceſſoria obligato reguletur ſecundū na
turā principalis.facit.l.ſi debitori deportato. §. fi. ff.de fideiuſ.
& l.ſi filusfam.crediderit.ff.ad Maced. & conditio poteſtatiua
non trahitur retro ad tempus factæ ſtipulationis, quia deficit
æquitas, in qua fundatur fictio. l. denique. & l.nec vtilem. ff.
ex quib.cau.maio.cùm in poteſtate ſua fuerit eā ante adimple
re.ſecundum Bartol. in l.filiusfam. in prin.ſ.eod.& in l.ſi is,qui
pro emptore.in 5.q. ff.de vſuc.ſecus in conditione caſuali,vel
mixta,quæ quantum ad acquirendum patri,bene trahitur re-
tro.Et inſpicitur tempus factæ ſtipulationis, ſi tunc filius erat
in poteſtate patris.d.l.filiusfam.in prin. de qua l.glo. iſta oppo.
& ſe ibidem remittit.& l.potior.& l.qui balneum.ff.qui pot.in
in pig.hab.& in iſto tex.illa verba quantam pecuniam credide
3 ro Titio,faciunt conditionem.ſ. ſi credidero. † quia etiam rela
tiuum quantitatis iunctum verbo futuri temporis facit condi
tionem.l.ſi Titius.ff. de legat. 2. Bartol. in l. 1.in vlt. chart.ff. de
condi. & dem. ſicut & relatiuum ſubſtantiæ. l. Stichum, qui
meus erit. vbi dixi.ſ. de leg. 1. & iſta conditio erat poteſtatiua,
quia erat in poteſtate filij credere, vel non credere Titio. l.qui
pecuniam. ff. ſi cert.pet.& fuit impleta poſt emancipationem
filij,ideo non acquirit patri.

SVMMARIVM.

1 *Agens propter vim ſibi illatam, ſatis eſt, quòd narret in libello vim
ſibi fuiſſe illatam, abſque alia concluſione, & nu.2.*
3 *Qualibet diſpoſitio, ſeu promiſſio intelligitur de primo actu, quando eſt
affirmatiua, ſecus tamen ſi negatiua. & nu.4.*
5 *Valet arg. per deductionem ad abſurdum.*
6 *Oblatio facti negatiui, per te vim non fieri, nō tranſeat in hæredes,
etiam ſi hæredis non ſit facta mentio in promiſſione, & num.7.*
8 *In dubio eſt inhærendum verbis legis.*
9 *An ſtipulatio facti affirmatiui tranſeat ad hæredes ſtipulatoris.*
10 *Si teſtator concedat facultatem alicuius facti affirmatiui, puta cęden-
di lapidem, talis ceſſio intelligitur perſonalis, & non tranſit ad hære-
dem legatarij.*
11 *Facultas certa, & determinata relicta in teſtamento, bene tranſit ad
hęredes.*
12 *An immunitas, vel exemptio conceſſa per ciuitatem cuidam nobili ex-
preſſo nomine proprio, vt in prædijs, quæ per eum, vel ſuos homines
tenentur in tali loco, remaneat exemptus ab omni onere, tam impoſito
quam imponendo à dicta ciuitate, debeat cenſeri realis, vel perſona-
lis, & nu.13.*
14 *Regulariter omnis contractus, & omnis obligatio tranſit ad hæredem,
licèt de eo non ſit facta mentio.*
15 *Stipulatio, vel contractus conditionalis tranſmittitur ad hæredes, lega-
tum tamen non.*
16 *Exceptio tu non es nominatus in inſtrumento, non poteſt opponi hæ-
redi.*
17 *Generalis natura pactorum eſt, quòd tranſeant ad hæredes.*
18 *An ſtipulatio facti affirmatiui tranſeat contra hæredes.*
19 *Quando factum cohæret perſonæ promiſſoris, talis obligatio non trāſit
ad hæredes promiſſoris.*
20 *Stipulatio ſemel commiſſa, amplius non committitur ad idem numero,
ſed bene ad aliud diuerſum.*

LEX CXXXIII.

1 SI ſic ſtipulatus. ¶† Stipulatio ſe-
mel cōmiſſa ad
intereſſe, poteſt iterum committi, quoties fuerit
contra factum, ſi factum ſit reiterabile, niſi contra-
rium expreſsè fuerit actum, quòd in dubio non pręſumitur.h.
d. complectendo totum text. ¶Diuiditur in tres partes princ.
In 1, ponitur deciſio. In 2.aſſignatur ratio deciſionis. In 3.con-
firmatur per deductionem ad abſurdum. Secunda ibi, non.ſ.
ad vnam vim tantum, Tertia ibi, at ſi ſic volumus. & illa ter-
tia eſt obſcura, & gl.fi.in prin.ſuper ea laborat. ¶In text. ibi, at
ſi ſic volumus.ſ.nos Iuriſcon. quaſi dicat ſi volumus hanc ſti-
pulationem per te vim non fieri, ſic interpretari, vt vnam tan
tum vim contineat, iſta non eſt bona interpretatio propter ab
ſurditatem

surditatem, quæ sequeretur, vt in litera. Ideo text. in fin. dicit, quòd non est verum. alio modo exponitur secundum Petr. & Ang. at si sic volumus. s. nos contrahentes, & tunc est sensus, si nos contrahentes volumus, quòd hæc stipulatio referatur ad vnam vim tantum, hoc facere possumus, & quòd semel com missum est, amplius committi non possit. Sed in dubio hoc non procedit, & hoc dicit text. in fi. ibi, quod non est verum, quia in dubio continet non solùm vim promissoris, sed etiam hæredis, & non solùm vnam vim hæredis, & promissoris, sed etiam plures, & toties committitur, quoties vis infertur, siue ab eadem persona promissoris, siue ab eius hærede, quia ex qualibet contrafactione nouum oritur interesse, & actus violentiæ est reiterabilis, vnde quãdo sunt actus, qui iterationem recipiunt, vnus non consumit alium, imò quilibet de per se operatur, & dum text. dicit, ergo si actum sit, quasi ex ipsius vi tota sit consumpta, supple, quòd tunc amplius non committitur, quando expresse fuit actum, vt ad vnam solam vim pertineret, sed quãdo stipulatio esset simpliciter interposita, in dubio semper intelligitur, vt non de prima tantum sit actum, vt dixi. ¶ Not. primo ex text. ibi, & egi, quòd mihi vim feceris.
2 secundum Aret. † quod agens propter vim sibi illatam, satis est, quod narret in libello vim fuisse sibi illatam absque alia conclusione, & sic absque eo, ꝙ petat aduersarium propter talem vim condemnari ad interesse, & sic correlariè no. quòd vbicunq; stipulatio committitur ad interesse ex facto negatiuo, sufficit in libello dicere esse contrafactum, absque eo, ꝙ concluisiuè petatur reum condemnari ad interesse. Adde gloss. notabilem, & expressam in ca. quia præsulatus. in gloss. 1. q. 4. quæ notabiliter dicit, quòd sufficit conquæri de spoliatione, licèt expresse non petatur restitutio, quam glo. approbant do. Ant. de But. & Can. in c. vnico. de lit. contest. Idem not. Ang. in l. 2. §. sed & si agant. ff. de iud. per gl. ibi in verbo vindicant, quæ simpliciter dicit conquærendo de iniurijs sibi factis, verbum. n. conqueror, habet vim cuiusdam conclusionis. l. qui grauatos. C. de censi. & censito. libr. 11. & l. 1. §. cùm patronus. ff. de offic. præfec. vrb. Bald. in l. edita. in 13. quæstio. C. de edend. tamen cum iste text. dicat, & egi, & sic actionem proposui, intelligitur proposita conclusio requisita, ita dicit Bartol. in
3 l. 1. in princip. in 1. colum. ad fin. ff. de edend. ¶† Secundo not. ex text. ibi, non. n. ad vnam vim tantum pertinet. vltra Scribentes limitationem ad regul. quæ habet, quòd quęlibet dispositio, & quælibet promissio intelligitur de primo actu tantum. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signific. l. dotis promissio. in versic. fin. & ibi Bart. not. ff. de iur. dot. & ca. mandato, & c. non potest. §. 1. & c. si clericus, & ibi Gem. in 3. not. ad hoc not. de preben. in 6. dixi latè in l. diuortio. §. quòd in anno. ff. solu. mat. vbi plurima cumulaui ad illam regullam, nam procedit in dispositione affirmatiua, secus in negatiua, vel prohibitiua, quia habet tractum successiuum, & ita tenet gloss. valde notab. licèt istum text. non alleget, in. l. hoc genus. ff. de cond. & dem.
4 & gl. Bart. ibi multum no. † nam licèt in promissione, vel legato facto si nupserit, intelligatur de primis nuptijs, vt iuribus præallegatis, tamen secus in prohibitione si dictum sit, si Titio non nupserit, quia intelligitur etiam de secundis, & vlterioribus nuptijs, vt est text. in d. l. hoc genus. & per illam gloss. ibi consuluit notabiliter Oldr. Laud. in consi. 19. quod inci. thema talè est, Titius habens vnam filiam. quod si testator ordinauit in testamento suo, quòd filiæ suæ non nuberent nisi filijs mercatorum, sub pœna priuationis hæreditatis, & si alijs nubant, quòd habeant tantum legitimam suam, pone, quod vna filia nupsit primò filio vnius mercatoris, posteà eo mortuo nupsit vni nobili, consuluit Old. quòd priuabitur hæreditate. & illam decisionem Oldr. refert, & sequitur Paul. de Castr. in d. l. hoc genus. & dicit, quòd ex illo consilio aliàs habuit magnum honorem. idem latè tenet Alberic. de Rosa. in l. final. in 5. colum. C. de spons. vbi ponit formaliter totum consilium Old. licèt de eo non faciat mentionem. Et si diceretur subtiliter, quòd iste text. non probet istam limitationem, imò potius probet contrarium, cùm promiserit neque per se neque per hæredem suum fieri, vnde illa adiectio hæredis ostendit, quòd non temporaliter, sed perpetuò voluit stipulator cessare violentiam, & ideo etiam si ab eadem persona sæpius sit facta violentia, sæpius stipulatio committeretur, aliàs illa adiectio hæredis nihil operaretur, dic, quòd imò iste text. bene facit, ponderando obligationem principalis debitoris, quæ est pacti negatiui, & rationem text. in plerisque locis ibi, nam & ex ipsius posteriore vi poterit committi stipulatio, & ibi, non. n. ad vnam tantum vim pertinet, & ibi, & ipsius vis, & hæredis, vel sæpius facta complectitur, & in vers. at si sic volumus,
5 dum in fin. dicit, quòd non est verum. ¶† Tertiò not. ex text. ibi, at si sic volumus. secundum Imo. & Aret. quòd valet argumentum per deductionem ad absurdum. facit. l. scire oportet. §. aliud. ff. de excu. tut. & l. nam absurdum. cum sim. ff. de bon. lib. & sic correlariè not. quòd etiam in contractib. debet fieri talis interpretatio, quòd nõ sequatur absurdum. ita per istum text. dicit do. Alex. in cons. 125. quinti volu. quod incip. attentis verbis inuestituræ. circa fin. ¶ Glo. parua in verbo cadit. diuiditur in duas partes. In prima declarat text. In secunda respon
6 det tacitæ quæstioni. Secunda ibi, & quod dicit hæredis. ¶† In fin. gl. gabes ex glo. quòd obligatio facti negatiui per te vim nõ fieri, transit ad hæredem, etiam si hæredis non sit facta mentio in promissione, & sic habes, ꝙ in hoc text. etiam si non fuisset facta mentio; hæredis, tamen veniret factum hæredis, quia qui promittit per se, videtur etiam promittere pro hærede suo. ita tenet glo. in l. si ita stipuler. s̃. eo. Confirmatur ista conclusio gl. arguendo à fortiori, quia si in pacto de non petendo continetur persona hæredis eius, cui fit pactum, licèt non exprimatur, eo quia ille, qui stipulatur, vel paciscitur videtur velle prouidere hæredi suo sicut sibijpsi, vt dicit text. in l. si pactum. cũ glo. ff. de proba. hic allegata per glo. quamuis non tantam affectionem habeat ad hæredem, quantam ad seipsum, ergo fortius in ista promissione negatiua ille, qui obligat seipsum, videtur à fortiori velle obligare hæredem suum, cùm magis se quàm hæredem suum diligat, cùm ordinata charitas à seipso incipiat. l. præses. cum glo. C. de serui. & aqua. gl. in c. licèt. in gl. 2. de supplen. negli. prel. & magis teneremur nos diligere quã alium. cap. 3. in fin. & ibi glo. notab. de autho. & vsu palij. accedat illud Terentij, omnes malle melius sibi esse quàm alteri.
7 ¶† Istam glo. reprehendunt Petr. & Cyn. in l. veteris. C. de contrah. & com. stip. quia promissio facti negatiui, vt hic, est personalis, & nõ venit persona hæredis, nisi de hærede fuerit expresse dictum, per text. qui stringit in l. qui in futurum. ff. de pact. & ideo in hoc text. promisisti neque per te neque per hæredem tuum fieri, sicut etiam in l. 2. §. item si in facto. s̃. eod. Saluant istam glos. duob. in casibus, & istas duas limitationes sequitur Bart. hic. & in d. l. qui in futurum. §. 1. sed in principali conclusione Bart. hic, & ibi tenet contra Petr. & Cyn. quòd imò stipulatio negatiuè concepta non censeatur personalis, sed in rem, & sic comprehendat etiam hæredem, quamuis de eo non sit facta mentio, cum distinctione tamen, de qua hic per eum, mouetur per, tria iura. per text. in l. stipulatio ista. in prin. in ver. sed si se. supra eod. & in l. iuris gentium. § pactorum. in secundo responso. ff. de pact. & in l. non solùm nostrum. §. si liberationis. ff. de liber. lega. & ad text. in dicta. l. qui in futurum. §. 1. allegatum, per Petr. in quo iacet difficultas respondent Bartol. & Ang. hic. & Bart. Ang. & Sal. ibi, sed cum violentia, & subauditione, ꝙ intelligatur, quando vltra proprium nomen est etiam adiecta dictio taxatiua d. l. non solùm nostrũ. §. tale. sed ista est nimia diuinatio, & Iurisconsultus de facili potuisset apponere dictionem taxatiuam, quod cùm non fecerit apparet, quòd nõ fuit necessaria. l. vnica. §. sinautem ad deficientis. C. de cad.
8 tollen. & cap. ad audientiam. de decimis. † & verbis legis in dubio est inhærendum. l. non aliter. & l. his verbis. cum vulgarib. ff. de leg. 3. secundum Ioann. de Imo. qui putat, quod melior, & de iure defensabilior sit opin. Iacob. Butr. & Gul. de Cun. & respondet ad iura allegata per Barto. vt hic per eum, licèt fortè opin. Barto. propter eius autoritatem seruaretur in practica.
* Adde, quòd cum opin. Barto. simpliciter *transeunt Ang. Paul. & alij hic.* latè, & subtiliter Aret. hic. Barto. & Angel. in d. l. qui in futurum. §. 1. Angel. in dicta. l. iuris gentium. §. pactorum. & l. si marito. §. 1. ff. sol. matr. dom. Alexan. in consil. 148. quinti vol. quod incip. in causa appellationis interpositæ. in 2. colum. vbi dicit, quòd ista opinio Bartol. videtur esse ipsa veritas, & non vr̃ bene posse r̃nderi ad d. l. stipulatio ista. in princ. in vers. sed si se, & ꝙ istã opinionem sp̃ tanq̃ veriorem sequutus est. Et tenẽdo istã partẽ, ad l. q in futurum. §. 1. dedi ibi duas alias solutione sm̃ Raph. Fulg. & Pau. de Castr. ibi ad quas te remitto. ¶ Secundo adde circa secundam limitationem Petr. quam sequitur Bart. hic, & in dicta. l. qui in futurum. §. 1. quãdo stipulatio aliàs nullum commodum afferret, si non transiret ad hæredẽ, vt si stipulator decedat ante collectam vindemiam, nullum habet commodum nisi ad hæredem transiret, tunc transit. sic
* intelligunt. l. si ita stipuler. supra eod. & cum Barto. in *hoc transeunt simpliciter alij* hic. idem tenet domin. Alexan. in l. si ita stipuler, & dicit ab omnibus approbari, sed errat, quia ista limitatio videtur confundi per text. in l. apud Iulia. aliàs est idem Iul. §. si quis alicui. ff. de leg. 1. vbi facultas cõcessa alicui, ꝙ possit lapidem cædere, non transit ad eius hæredem, nisi de eo sit facta expressa mentio, & tamen stipulatio posset reddi inutilis, si stipulator decederet antequam lapidem cæderet, & ita per illum text. reprobant istam limitationem Rapha. Cum. & Pau. de Cast. in dicta. l. si ita stipuler. ergo non bene dicit. d.

cit.d.Alex.ibi, quòd iſta limitatio ab omnibus approbetur.ta-
men tu ſuſtine iſtam limitationem, & dic, quòd text.in d.§.ſi
quis alicui.nihil facit in propoſito, quia loquitur in diſpoſitio
ne affirmatiua, vt dicam ſtatim. j. in ſecunda.q. principali Bar.
9 nos aũt loquimur in ſtipulatione negatiua.¶†Secundo quærit
Bart.an ſtipulatio facti affirmatiui tranſeat ad hæredes ſtipula-
toris, & ſic actiuè, & facit regulam cum duabus fallentijs, vt
hic per eum. Regula eſt ergo, quam Bar. facit ſecundum Petr.
& Cyn. quòd regulariter ſtipulatio facti affirmatiui tranſit ad
hæredes ſtipulatoris.allegat pro hac regula tres text. in l. ſi pa-
ctum. ff.de proba.vbi text.in fi. aſſignat rationem, & text. in l.
ſtipulatio iſta.§.ſicut autem,& in l.qui Romæ.§ Flauius.ſupra
eod.Sed ad iſtas leges poſſes dicere, quòd loquuntur in ſtipula
tione facti negatiui præſertim.d.l.ſi pactum.cum gl.quæ loqui
tur in pacto negatiuo de non petendo, vnde pro iſta regula eſt
tex.apertus, qui etiam aſſignat rationem in l.veteris.C.de con-
trahend.& commit. ſtipul.Adde, quòd in contrarium fortiter
vrget tex.in l.apud Iulianũ.aliàs eſt.l.idem Iul.§.ſi quis alicui.ff.
10 de lega.1. † vbi in vltima voluntate, quæ eſt fauorabilior, ſi te-
ſtator concedat facultatem alicuius facti affirmatiui, puta cæ-
dendi lapidem, conceſſio intelligitur eſſe perſonalis, & non
tranſit ad hæredem legatarij, niſi de eo ſit facta mentio ſpecia-
lis, ergo idem multo fortius debet dici in contractib.in quibus
fit ſtrictior interpretatio, vt notatur in l.in teſtametis.ff. de reg.
iur. & in l. cùm dilecti. de dona. Et per d.§. ſi quis alicui. tenet
Bar.in l.pen.ff.de ſer.leg.quòd ſi concedo tibi facultatem facti,
puta, quòd poſſis ire agere per fundum meum, talis conceſſio
præſumitur perſonalis,& non tranſit ad hæredem tuum, quia
talia verba magis referuntur ad factum quàm ad ius, ſecundũ
eum, vt.§.ſed cùm factum. inſtit.de ſtipu.ſer.Idem tenet Bart.
in l.ſi ſub vna.§.1.in fi.infra eod. & latè Albe. de Roſ. in l.final.
& ibi aliquid per Ange.ff.de conſti.prin. Bald.in l. ſordidorum.
poſt glo.ibi.C.de excuſa. mune.lib. 10.facit.l. ſtipulatio iſta. §.ſi
quis ita. in vlt.reſponſo,& quod ibi Bart. ſupra eod. Ioann.de
Imol. hic reſpondet, quòd ſecundum iſta tempora ſtipulatio
prædicta non tranſit ad hæredem, ex quo non erat facta men-
tio hæredis.hodie ſecus per d.l.veteris. quæ in princ.hoc fortè
voluit ſecundum eum, dum dicit, veteris iuris altercationes
decidentes. Et ſecundum hoc reſpondetur, quòd d.§.ſi quis
alicui.eſſet hodie correctus per.d.l.veteris.tamen cum ille.§.lo
quatur in vltimis voluntatibus,& non in contractibus, ex iden
titate, vel maioritate rationis non debet induci correctio,
vt notatur in Authen. quas actiones. C. de ſacr. ſan. Eccle. &
aliter non tollit difficultatem.d.§.ſi quis alicui. nec etiam Aret.
* hic, qui eum recitat. Tu reſponde ſecundum *Petr. Cyn. Bald. Imol.& alios omnes* in d.§.ſi quis alicui. quòd ille text.loquitur,
quando tale merum factum eſt, incertum, & indetermina-
tum, tam qualitate quam tempore, vt facultas cædendi lapi-
a dem indeterminatè conceſſa, [a] tunc factum dicitur cohærere
perſonæ, & videtur electa induſtria perſonæ ad determinan-
dum,& hoc reſpectu conceſſio dicitur eſſe perſonalis, & non
tranſire ad alium, nec etiam ad hæredem.l.vnica.§.ne autem.
C.de cad.toll. & in l.inter artifices.ff.de ſol.& c.fi.de offi.deleg.
& ita per illum text.limitatur doctrina Bart.hic, ſecus, quando
11 tale factum eſſet certum, & determinatum, † puta ſi teſtator
conceſſiſſet facultatem incidendi. 10. plauſtra lignorũ ab igne
ex ſuo nemore, tunc iſta facultas certa, & determinata bene
tranſiret ad hæredes.l.ſi neceſſarias.§.de vẽdendo.ff.de pig.act.
& l.ſi pactum. ff. de prob. & l. quæſitum.ff. de vſufr. & ſimilis
diſtinctio inter certum,& incertum factum fit etiam in operis
in l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condi. indeb. ¶Secundò
adde circa primam limitationem inquantum Bart.dicit, quòd
quando pręcedit contractus, de cuius natura eſt, quòd non
tranſeat ad hæredem, & tunc non tranſit, dic melius, quòd
iſtud non eſt ex natura contractus præcedentis, prout Bartol.
ineptè dicit, ſed eſt ex natura rei, quæ deducitur in ſtipulatio-
ne ſicut vſusfructus,& ita loquitur text.in d.l. ſtipulatio iſta. §.
ſi quis ita. ſupra eodem. Et iſto modo loquendi in effectu
vtuntur in alia materia gloſſ. Bartol.& Docto. quando in con-
uentione deducitur aliquid conſiſtens in genere, & tunc ve-
nit tranſlatio dominij non ex natura contractus, ſed ex natu-
ra rei deductæ in contractu. glo. & Docto. in l.ſi domus. §.de
euictione.vbi Barto.& alij.ff. de leg.1. & in l.qui concubinam.
§.ſi hæres. ff. de lega. 3.& in l. ex empto. in princip. ff. de actio.
empti. & ita in terminis noſtris dicit etiam, & melius gloſſ.
in l. ſi pactum. in gloſſ. magn. circa fin. ff. de proba. & Aret.
hic.¶ Ego circa iſtam materiam, vt plenius habeatur, ſubijcio
notabilem quæſt. in qua aliàs latè conſului in ciuitate Albæ
12 Montisferrati.†An immunitas, [b] vel exemptio ſeu franchiſia
b conceſſa per ciuitatem cuidam nobili expreſſo nomine pro-
prio, vt pro prædijs, quæ per eum, vel ſuos homines tenentur
in tali loco, remaneat francus, & exemptus ab omni onere
tam impoſito quàm imponendo in dicta ciuitate, debeat cen-
ſeri realis, & non perſonalis, adeo, quòd mortuo dicto nobili
tranſeat ad eius hæredes, vel non, in quo aduerte, quòd immu-
nitas conceſſa alicui per priuilegium, in dubio cenſetur eſſe
perſonalis,& ſic non tranſit ad hæredes, vt l.1. §.fi.& l.ſemper.
§.immunitati. ff. de iur. immu.& l. forma.§. quamquam.ff.de
cenſib.glo.& Doct.in c. cùm veniſſent.de inſti. & in l.ſordido-
rũ.C. de excuſa. mun. lib.10.gl.in l. Medicos.in verbo, & filijs.
C.de profeſ.& med. lib.10.Bart. in l.1. per illũ text.ff. de conſti.
princ.& in l.pen.ff.de ſer.leg.& in l. quia tale.vbi plenè Mod.ff.
ſol.mat.& quòd in dubio conceſſio immunitatis facta per pri
uilegium cenſeatur perſonalis,& ſic non tranſeat ad hæredes,
tenet in ſpecie Ioan.de Imo.in d.l.quia talè.d.Alex. vbi ad hoc
plura allegat, in cõſ.110.primi vol.quòd inc. viſis inſtrumentis
exemptionis.in vlt. col. quamuis aliter videatur tenere idem.
d.Alex.in conſi.192. ſecundi vol.quod incipit ex themate præ-
13 miſſo de plurib.dubitare contingti. ¶† Sed pro prima opinio-
ne facit, quia tales immunitates, vel exemptiones cenſetur
eſſe ſtricti iuris, & ſic non extenduntur vltra rem, vel perſonã
in eis nominatam.c.cùm perſonæ.de priuilc.lib.6.& c. ſanè.de
priuil.in vol. Gre.tamen in prædicto caſu occurrenti immuni
tas, vel exemptio erat facta per viam tranſactionis, & ſic per
viam contractus, vnde conſului, quòd non obſtante nomina-
tione pſonę cenſetur eſſe realis,& ſic eſſet tranſitoria ad hr̃des.
Primò, qa ꝯ̃ctus regulariter trãſeunt ad hæredes ſiue de eis ſit
facta mentio ſpãlis ſiue non.tex.eſt in d.l.veteris.C.de ꝯ̃hen.&
commi. ſtipu. & ibi Bald. in fine dicit, quòd illæ leges ſunt de
vera philoſophia legali, & non dialectica. ad idem text. in l.
viam veritatis.C.loc. & in l.2.cum glo. C.de pact.inter emp. &
14 ven.& dicit d.Abb.in c.fi.in primo notabili.de arbi. † quòd re-
gulariter omnis contractus,& omnis oblgatio tranſit ad hære
dem, licèt de eo non ſit facta mentio, & idem dicit Bal. in l.1.
C.de conſt.pec. hæres.n. cenſetur eadem perſona cum defun-
cto, vt in Auth.de iureiu.à mo.præſti. in prin.gl.in l.2.§.1.in gl.
mag.ff.de præto.ſtipu.¶Hinc eſt, quòd licèt hodie in omnibus
inſtrumentis communiter fiat mentio de hæredibus ſecundũ
Barto.in l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis ita.circa fin.ſupra eod.tamen
talis clauſula notariorum eſt ſuperflua. l. eum, qui ita. §.1. in
verbo pro ſuperuacua, & ibi Pau. de Caſtr. ad hoc not. ſupra
eod. ¶Secundò, quia quælibet conuentio in dubio cenſetur
eſſe realis, & ſic tranſitoria ad hæredes, non autem perſonalis,
dato, quòd perſona acquirentis ſit in conuentione inſerta, eo
quia talis perſona ideo cẽſetur eſſe inſerta, vt declaretur cum
qua perſona talis conuentio ſit facta, non autem, vt conſti-
tuat ipſam conuentionem perſonalem, quia intentio contra-
hentis in dubio præſumitur eſſe, vt non ſolùm ſibi, ſed etiam
hæredibus ſuis prouideat.ita ſunt tex. aperti in l.iuris gentium.
§. pactorum. in 2. reſponſo, & ibi Bartol. in l. talè. pactum. in
princip.& in l.niſi.ff.de pact.& in l.pactum.ff.de proba.Bartol.
in l.qui in futurum.§.1.ff.de pact.& idem Bartol.hic. facit text.
nota.in l.ſi neceſſarias.§.de vendendo.ff.de pign.actio.vbi text.
dicit, quòd ſi creditoris perſona duntaxat fuerit comprehen-
15 ſa, tamen etiam hæres eius venit. † Hinc dicit gloſſ. magiſtra.
in §.ex conditionali. inſti.de verbor. oblig. & in l. ſi vxor. C.de
condi.inſer.quòd imò ſtipulatio, vel contractus conditionalis
pendente conditione tranſmittitur ad hæredes, & non lega-
tum conditionale, eo quia in contractu interuenit factum
contrahentis, ita volentis proſpicere hæredi ſicut ſibi.dicta. l. ſi
pactum. Confirmatur, quia quando conuentio fit circa res
ſui natura tranſitorias ad hæredes, vt in caſu præſenti, tunc
adiectio perſonæ non facit, quin conceſſio in dubio cenſeatur
eſſe realis, & ſic tranſitoria ad hæredes, dummodo ſint tales
hæredes, de quibus veriſimiliter ſit cogitatum. ſecundum
Dyn. in regula priuilegium perſonale.de regul. iur. libr. ſexto.
¶Tertiò facit regul. quæ habet, quod iuris eſt de aliquo, eſt
etiam de hærede eius, licèt de hærede non ſit facta aliqua men
tio.text.eſt not. in l. poſtulante. in princip. ad Trebel. in verbo
[nec hæredis eſt facta mentio.] iuncto verſic. [cur.n.] & ibi
Paul.de Caſtr.& do.Alexan.in vlt. not. notant ex illo text.prę-
dictam reg.& ibi Bartol.Ang.& alij inducunt illum tax.ad plu-
res

ADDITIONES.

a ¶Conceſſa. Adde Alex.conſ.18.num.5.lib.5.

b ¶Immunitas. Adde facere, quæ ſcribit Rip.in l.ſi ex toto.1.reſpon. colum.3. ff. de lega.1. Natt. conſil. 164.num.14.conſil. 304. colum.1. & ſecunda, poſt Alexan. conſil. 101. & 86.libr. 1. & an conceſſio facta ab aliqua communitate cenſeatur realis vel perſonalis, vide Anchar.conſil.327. in terminis autem q. Iaſ.hic videtur facere Rol.conſi.1.num.178.lib. 2.conſil. 13.nu.41.& 42. lib.3.& dic, quòd in dubio priuilegiũ præſumitur eſſe reale, teſte Alex. d.conſi. 101.nu.3.lib.1.vbi Doct. in apoſtil.hoc confirmant.

res notabiles quæstiones, de quibus ibi per eos. ¶ Quartò facit, quod egregiè dicit Bal. in l.j. per illum tex. C. quo. leg. vbi dicit
16 † quòd exceptio, quæ opponitur quotidie in palatijs, tu non es nominatus in instrumento, non obest hæredi, quia nominato Titio uidetur nominatus eius hæres, vt ibi pulchrè dicit Bald. de quo vlt. dixi in l. Iul. in prin. supra eo. vbi alias cõcordantias ad hoc adduxi, quas per te videas. ¶ Quintò facit illud quod ad propositum nostrum notabiliter decidit Bald. in cap. j. in 7. col. de iudic. vbi quærit, pone ꝙ princeps concedit iurisdictionem alicui nobili pro certo annuo censu, vtrum ista concessio facta per viam contractus transeat ad hæredes eiusdem generis, an verò præsumatur cõtractus personalis, & intransitiuus, & determinat, ꝙ si verba aliter non repugnant, iste contractus sit trãsitiuus ad hæredes per d. l. viam veritatis. C. loc. & d. l. iurisgentium. §. pactorum. Item, quia iste contractus, seu istud pactum est reale ex parte promissoris, ergo etiam idem esse debet ex altera parte, vt seruetur æqualitas. argum. l. si iudex. ff. de mino. Item ex præsumpta affectione qualitatis acquirentis, qui naturali ratione cogitat etiam prodesse successori. l. Paulo Callimacho. §. Pomponius. ff. de leg. 3. & ita secundum eum debet intelligi, & suppleri doctrina Bart. in d. l. pen. ff. de ser. leg. quia Bar. loquitur in nuda concessione iurisdictionis, secus quando iurisdictio conceditur per viam contractus, quia tunc ille cõcessionarius in rem suam transmittit ad heredes eiusdem generis, ita ibi residet Bald. de quo tamen vlt. vide Bald. in l. liberti libertæq; in ij. char. in ver. denuo quæro Imperator cõcessit. C. de ope. lib. Bald. in l. fin. in vlt. colum. ff. de consti. prin. accedat qđ tenet idem Bald. in l. vnica. §. libertatib. ver. excepto. C. de cad.
17 tol. † vbi decidit, quòd si aliquis Baro legauit mihi ius colligendi pedagium, quod habebat supra pontem, talis concessio dicitur esse realis, & trãsmittitur ad hæredes. ¶ Sextò & vlt. pro ista parte est in terminis decisio Bald. in consi. 122. secundæ partis, quod incip. de generali natura pactorum. vbi in specie consuluit, quòd nobiles, qui ex pacto, vel ex conuentione habent immunitatem, vel exemptionem, vt in casu præsenti, illã transmittunt ad hæredes, motus potissimè, quia de generali natura pactorum est, quòd transeant ad hæredes, etiam si hæredis mẽtio non fiat. d. l. iuris gentium. §. pactorum. & d. l. si pactum. Itẽ quia ista immunitas non est propriè priuilegium, sed quoddã pactum, ergo transit ad hæredes, vt l. 2. ff. de iur. immu. Itẽ, quia persona non fuit causa immediata istius immunitatis, sed mutua præstatio, & sic non extinguitur cum persona, vt l. non solum. ff. de in integ. rest. & l. viam veritatis. C. loca. vt ibi plenius per eum. & ita habes bene, & accuratè examinatũ istum quo-
18 tidianum passum, quem alibi ita tactum non inuenies. ¶ † Tertiò quærit Bart. an stipulatio facti affirmatiui transeat cõtra hæredes promissoris, & sic passiuè, & distinguit, vt hic per eũ post Per. & Cy. in d. l. veteris. adde, quòd Bart. in j. memb. allegando, l. centesimis. § j. s. eo. sentit, & vult, quòd promittens ire ad certum locum, censeatur promittere factum cohærens personæ, & sic non transit ad hæredes. ad hoc etiam alleg. l. vnicam. §. ne autem. in verbo in locum certum abire. C. de cad. tol. tamen gloss. ibi in verbo abire intelligit hoc esse verum, quando apponitur dictio taxatiua tãtùm, quia quis promittit per se tantùm ire Alexandriam. Io. de Imo. hic in fin. tenet, quòd ire ad certũ locum, dicatur factum cohærens personæ, si causa eundi requirit industriam personalem, aliàs secus, cùm possit impleri per alium, & nõ intersit, quis eat, vt si aliquis promisisset ire ad Sanctum Iacobum pro anima parentis stipulatoris. Nam si promissor nõ impleuerit, quia defunctus sit, hæres suus tenetur ire. Tu potes exemplificare primum casum Imo. quando ire requirit industriam personæ, si esset eundum ad locum periculosum, qui est exploratus promissori, ad quem alius tutò accedere nesciret, vel quando esset eundum pro aliqua ambasciata, vel aliquo negotio requirente industriam debentis ire, tene ꝙ indistinctè, qui promittit ad certum locum ire, dicatur promittere factum personæ suæ cohærens, ideo non potest per aliũ impleri, nec vltimo vitæ momento explicari. vltra. d. l. centesimis. §. 1. & d. l. vnicam. §. ne autem. est etiam text. planus in l. fi. ff. de cond. insti. & ibi Docto. ad hoc notant maximè Ioan. de Imo. & tex. in l. sed sciendum. & ibi notatur. ff. ad Trebel. & ita indistinctè contra Imo. firmat. d. Alexan. in d. l. centesimis. §. j. & vltra eum est etiam gloss. clara in l. Arethesa. in gl. fin. in versi. si per alium. ff. de statu ho. quam gloss. pro singulari etiã ad hoc
19 alleg. Io. de Imo. in l. fin. ff. de condi. insti. ¶ † Secundò adde in quantum Bart. *& communiter Doct.* volunt, quòd quando factũ cohæret personæ promissoris, vel quia sit electa industria personæ suæ, vt declaratur in l. inter artifices. in gloss. ff. de sol. & in d. l. vnica. §. ne autem. tunc ista obligatio non transit ad hæredes promissoris. & sic videtur, quòd si stipulor librũ scribi manu propria, vel domum ædificari manibus tuis, per scientem librum scribere, vel per architectum scientem ædificare, quòd in dubio ista obligatio non transit ad hæredes promissoris, etiã si scirent æquè bene scribere vel ædificare, nisi commissa fuerit stipulatio ad interesse propter moram promissoris, quia tunc respectu interesse transiret ad hæredes. vt l. a duob. & l. fabriles. in fin. & l. operæ in rerum. ff. de ope. lib. contra istam conclusionem videtur esse tex. in generalitate, & in ratione sui in d. l. veteris, & ibi Cy. hoc tenet. nam tex. ibi se fundat, quia potius debet haberi respectus ad effectum obligationis quàm ad formã contrahendi, & licèt Antiqui, (vt ibi subiungit litera) putarent, quòd factum vnius non possit esse factum alterius, tamen ista subtilitas non debet attendi, quia tantundem, vel paulò minus, & aliquando plus potest per alium præstari, quàm per eum, qui promisit. & ita per illum tex. contra istam conclusionem tenent, & bene Ioan. de Imo. & Are. hic. Item in contrarium bene facit secundum Raph. Cu. hic, quia electio industriæ personæ est in fauorem stipulantis, sed si per hoc non contineretur persona hæredum, vt vult Barto. conuerteretur istud in damnum stipulantis, contra reg. l. quod fauore. C. de legi. & c. quod ob gratiam. de reg. iur. in 6. ¶ Gloss. fi. mag. in ver. ergo si actum sit. diuiditur in tres partes princ. In prima videtur ponere tres declarationes ad versic. fin. quæ omnes in effectu tendunt ad idem. Nam in vers. fin. illa verba, ergo si actum sit. videntur esse superflua, & repetere idem, & non habere perfectam constructionem, & hoc est, quod ingerit difficultatem in text. sed declara, vt dixi supra in apostillatione tex. In ij. glo. allegat quatuor concordantes ad text. In iij. format tria contraria contra tex. & rñdet solùm secũdo. In alijs duobus, se remittit. Secunda ibi, ad id autẽ, quod dicit hæc lex. Tertia ibi, sed cõtra supra de
20 hæred. ven. ¶ † In ea. gl. sed expone, vt ibi, nam ibi dicitur, ꝙ stipulatio bis committi non potest, vt rem, & prætium, seu æstimationem consequatur, sed responde, quòd stipulatio semel commissa amplius non committitur ad idem numero, vt ibi, sed aliud diuersum sicut hic ad interesse. eod. modo solue sequentia contraria glos. & distingue, vt hic per Barto. post Antiquos, *cum quo alij effectualiter transeunt.*

SUMMARIUM.

1 *Parentes possunt contrahere sponsalia pro filijs suis.*
2 *Extra parentes nullus potest contrahere matrimonium pro alio, sine expresso consensu partium.*
3 *Sponsalia parentum non necessitant filios ad matrimonium contrahendum.*
4 *Matrimonia debent esse libera ab omni vi, & pena pecuniaria. num. 5. Et quando pena teneat, vide nu. 1. & 13.*
6 *Metus annullat ipso iure matrimonium, etiam si interueniat iuramentum.*
7 *Metus perditionis omnium bonorum, vel maioris partis, est sufficiens ad annullandum matrimonium.*
8 *Minæ parentum inducunt iustum metum in matrimonio.*
9 *Licet metu penæ quis non possit astringi ad matrimonium contrahendum, tamen spe præmij, & lucri potest ad matr. inuitari. quod tamen fallit tribus mod. vt infra. nu. 10. 11. & 12.*
14 *Dispositum in propinquo ratione affectionis, habet locum in multum amico.*
15 *Filius natus post institutionem patris factam à testatore valde amico dicti patris grauati fideicom. post mortem suam, excludit substitutum.*
16 *Stipulatio interposita pro matrimonio contrahendo valet vt interesse, quando mea pecuniariter interest.*
17 *Interesse est pœna legalis.*
18 *Lex generaliter aliquid inducens fauore publico non recipit restrictionẽ etiam de habilitate.*
19 *Valet stipulatio penalis facta in fauorem matrimonij.*
20 *Pœna pro futuro matrim. non potest promitti, sed bene potest arrba dari, & quæ sit ratio differentiæ. infra. nu. 21.*
22 *Libera testamen factio per stipulationẽ penalẽ principaliter interpositã, non potest impediri, & tamen per pactum veniens in consequentiam alterius contractus impediri potest.*
23 *In arrhis requiritur traditio actualis.*
24 *Priuilegia indulta doti datæ, non habent locum in dote promissa.*
25 *Si arrha non est data, sed promissa, & ille qui promissit arrham, nõ vult adimplere contractum, potest conueniri ad arrham promissam.*
26 *Licèt sola promissio arrharum non valeat, tamen sola confessio arrharũ receptarum ab vna parte bene valet.*
27 *Sicut dictum testis, vel tabellionis probat, multo fortius confessio partis principalis, quando talis confessio non est reprobata ratione fraudis præsumptæ.*
28 *Nulla est fortior, nec efficacior probatio, quàm per confessionem partis, quæ admittitur contra præsumptionem iuris & de iure.*

29 *An si*

29 *An ſi appareat confeſſio dationis arrharum hincinde, an talis confeſſio valeat.*
30 *Vbi duo actus comparabiles celebrantur, ibi neuter actus reſoluitur.*
31 *Nota pulchrum caſum.*
32 *Si datus eſt fundus pro arrhis non realiter, ſed ſponſus conſtituit ſe nomine eius poſſidere, an valeat.*
33 *Arrha an poſſit conſiſtere in ſpecie etiam actualiter tradita.*
34 *Statutum de pęnis duplicandis, habet locum in pęnis exiſtẽtibus in quãtitate, non autem in corpore ſeu ſpecie.*
35 *Pignus non poteſt conſtitui in ſpecie.*

LEX CXXXIIII.

Itia. Stipulatio pęnalis inter parentes ſponſæ, & ſponſi interpoſita ſuper matrimonio contrahendo, eſt ipſo iure nulla. h. d. Diuiditur in quinque partes. In prima ponitur thema. In ſecunda ex eo elicitur quæſtio. In tertia ponitur deciſio. In quarta ratio deciſionis. In quinta ponitur extenſio. Secunda ibi, quæro an Caij Seij hæredes. Tertia ibi, reſpondi ex ſtipulatione. Quarta ibi, quia inhoneſtum viſum eſt. Quinta & vlt. ibi, ſiue futura, ſiue iam contracta. ¶ In tex. ibi, ſi quis eorum nuptijs impedimẽto fuiſſet. dicit ingenuè Pau. de Caſt. quòd ſi nõ fuiſſent in inſtrumento alia verba quàm iſta, non videtur, quòd iſta ſtipulatio debeat reprobari, tanquã ſit contra bonos mores, quia non arctatur promiſſor ad faciendum filiam contrahere matrimonium, ſed ad non impediendũ ipſam contrahere, ſi ſponte contrahere voluit, vnde dicit, quòd hic promiſit ſe facturũ, & curaturum, quòd filia ſua contraheret tale matrimonium ſub pœna, & quòd ipſe fuit interpellatus dum viueret, vel ipſe promiſſor non fuit in mora, ſed eius hæres, qui non fecit nec curauit, nam ſi promiſſio teneret, etiam hæres obligaretur, & incideret in pęnam ſi eſſet in mora; ſed iſta videtur nimia ſubaudirio, quam ad iſtum tex. facit Pau. de Caſt. Ideo potes planius intelligere tex. prout etiam intelligit Aret. in ſecundo not. quòd illi parentes non promiſerunt ſe facturos, & curaturos, vt ſubaudit Paul. de Caſtr. ſed ſolùm inter ſe promiſerunt ſub pœna, quòd iſti eorum filij matrimoniũ inter ſe contraherent, & ſic promiſerunt factum alienum, ad quod aliàs obligarẽtur promittẽdo pœnam, vt l. ſtipulatio iſta. in prin. in ver. at ſi quis. ſupra eo. & in §. alteri. in fi. in ver. ſi verſa vice. inſtit. de inuti. ſtip. ſed hic non obligantur, quia eſt contra bonos mores, quia contra libertatem matrimonij. ¶ In tex. ibi, & filia eius noluit nubere, licèt promiſſio pęnalis non fuerit facta per filiam Caij Seij. ſed per ipſum patrem, & ſic filia non videbatur arctari, tamen ſi valeret ſtipulatio pęnalis interpoſita per patrem, ipſa filia arctaretur timore, ne pater incideret in pœnam, & illo timore induceretur ad contrahendum matrimonium contra ſuam voluntatem, ne patrẽ illaqueatũ dimitteret, ideo non valet. ¶ In text. ibi, exceptionem doli mali obſtaturã, ſta non eſt própria exceptio iuris, quæ præſupponit actionem, & obligationem, ſed eſt exceptio facti, ſeu intentionis, quia cùm iſta ſtipulatio ſit contra bonos mores, vt patet in tex. ergo eſt ipſo iure nulla, vt l. generaliter, & l. ſtipulatio hoc modo concepta. ſ. eod. & l. pacta, quæ contra. C. de paç. ergo non præſupponit pęnam ipſo iure commiſſam. *& hoc tenent Dyn. Bart. & alij hic.* facit bene tex. in l. fin. in fi. C. de ſpon. vbi tex. dicit, quod talis ſtipulatio nullas vires habet. & de iſta exceptione intentionis, & facti eſt gloſſ. in l. qui ſe debere. in princ. in gloſſ. ij. & ibi Bartol. & alij. ff. de cond.
1 ob cau. & gloſſ. in l. 2. ff. de excep. ¶† Not. primò ex tex. ibi, conſenſerunt. quòd parentes poſſunt contrahere ſponſalia pro filijs ſuis, vt hic. & c. ex literis. 2. & c. gemma. de ſpon. & illa ſponſalia dummodo non ſint pęnalia, obligant ipſos parentes, ſi autem ſint pœnalia, non obligant parentes nec ſuos principales, vt hic, & in concordantibus ſupra allegatis. & iſtud procedit non ſolum inter parentes habentes filios in poteſtate, ſed etiã inter matrem, & alios aſcendentes, qui non habent in poteſtate, vt hic. & d. cap. gemma. & ſi filij ſunt præſentes, quando eorum parentes contrahunt ſponſalia, intelliguntur tacitè conſentire, vt eſt tex. in cap. 1. circa fin. ff. de deſpon. impu. in 6. & in l. ſed ea, quæ patris. ff. de ſponſa. limitando, vt notabiliter per d. Ab. in cap. nonne. in vltim. colum. de præſum. niſi cauſa cognita conſtaret, quòd ob reuerentiam patris filij tacuerunt tẽpore contracti matrimonij, & ſequitur. d. Alex. in l. quæ dotis.
2 in 17. colum. ff. ſol. mat. tamen † poſſunt etiam ſponſalia cõtrahi per fratrem, vel patruum, vel etiam extraneum. vt cap. 1. de matrimo. contra interdic. eccle. ꝭcto. & cap. ex parte. de reſti. ſpo. & cap. ad id quod. de ſponſa. ſed tunc per ſolam pœnitentiam non intelliguntur conſentire, ſed requiritur expreſſus cõſenſus, vt in iuribus præallegatis. & in d. cap. 1. circa fin. vbi glo. & Docto. de deſpon. impub. in 6. & hic per Imo. & latius per
3 Aret. ¶† Secundò not. ex text. ibi, & filia eius noluit nubere. ꝙ ſponſalia parentum non neceſſitant filios, vel filias ad contrahendum matrimonium, vt hic. & d. cap. 1. circa finem. de deſpon. impu. in 6. vnde filia nupta a patre in pupillari ætate, poteſt alteri nubere, ſi ei non placet primus vir, ſecundum Cy. & Bald. in l. ſi pater. C. de ſponſa. Adde tamẽ, quòd pater qui promiſit cum iuramento ſe facturum & curaturum, quòd eius filius, vel filia, vel etiam alter extraneus contrahet matrimoniũ cum tali, debet facere quicquid poteſt, vt matrimoniũ habeat effectum, dumtamen non inferat metũ contrahenti, quia iſtud eſſet illicitum, & tunc etiam non interpellatus tenetur a ſeipſo ſponte omnem diligentiam adhibere, ita notabiliter tenet Bal. in cap. 1. §. 1. in titu. hic finitur lex, deinde conſuetu. regni incip. in vſib. feu. tamen ſi filius, vel ille pro quo promiſit, non vellet conſentire, non eſſet reus periurij, ex quo fecit quãtum potuit: ita tenet gloſſ. valde notabilis in cap. ex reſcripto. in gloſ. fin. de iureiur. & gloſſ. in cap. ſicut. de ſpon. & expreſſe Fede. de Sen. in conſi. 122. quod incip. Martinus promiſit ſe facturum, & curaturum. quem allegant, & ſequuntur. d. Ant. de But. & d. Abb. in cap. gemma. de ſpon. Idem tenet d. Ant. de Butr. in cap. ex literis. eo. tit. & gl. 30. quæſt. 2. in c. vnico. & 63. diſtin. in cap. tibi domino. Aret. in conſ. 144. quod incip. ex facto proponitur, quòd Illuſtriſſimus. in 4. colum. & reperio, quòd illud conſilium Fed. de Sen. eſt etiam inter conſilia Bart. in conſi. 226. quod ſimiliter incip. Mar. promiſit ſe facturum, & curaturum. ſed credo, ꝙ nõ
4 fuerit conſilium Batt. ſed Federici, vt ĩ. latius dicam. ¶† Tertio nota diligenter ex iſto text. quòd non ſolum matrimonia debent eſſe libera a vi, quæ incuteret metum conſtanti viro, vt in cap. cum locum. de ſpon. & dicam in ſequenti notabili, ſed etiã
a debent eſſe libera [a] à quacunque pęna pecuniaria, etiam ſi nõ eſſet talis, quæ incuteret metum conſtanti viro. nam metus pęnæ pecuniariæ, & ſic amiſſionis bonorum non incutit iuſtum metum, niſi ſit de toto, vel maiori parte bonorũ. vt c. 2. quod metus cau. & cap. frequens. de reſt. ſpo. in 6. & iſtud videtur valde notabile. ¶ Vnde aduerte, quòd ſi præcedente promiſſione de contrahendo matrimonio cum ſtipulatione pęnali ſequatur inter eos matrimonium, valebit, & tenebit, quia iura irritãt promiſſionem pęnæ, & volunt non valere promiſſionem de cõtrahendo matrimonium, vel ſponſalia ſub pęna, vt hic, quia in matrimonio debemus eſſe contenti pœnis legalibus. vt ĩ. dicam in ſequenti notabili. non autem dicunt non valere matrimonium, & ſimiliter ſi non erat metus, qui cadebat in conſtantem virum, valebit matrimonium, cùm non tollatur libertas conſenſus, quia potius debuit pati illud modicum damnum, quàm contrahere matrimonium, ſed quando eſt talis metus, qui caderet in conſtantem virum, tunc impeditur libertas matrimonij, & conſequenter tunc matrimonium non valet, vt c. veniens. 2. & cap. conſultationi. de ſpon. ita declarant do. Anto. de But. & alij in d. cap. gemma. & idem quando interuenit metus amiſſionis omnium bonorum, vel maioris partis. vt dicã in ſequenti notabili. cogita tamen ſuper hoc, ſi poſſet melius di-
5 ci. ¶†. Quartò not. ex fin. tex. quòd non ſolum matrimonia in futurum contrahenda, ſed etiam contracta debent eſſe libera a pœna, vt liberè diſſolui poſſint, & ſic in matrimonijs, & ſponſalibus debet eſſe plena libertas, vnde in eis promiſſio pœnæ non obligat, vt hic. & d. l. veniens. ſecundo. & cap. conſultationi. ad fin. & cap. gemma. de ſpon. & cap. de illis. ſecundo. de deſpon. impub. ¶ Item matrimonia quando contrahuntur, debẽt plena ſecuritate gaudere, ita dicit tex. in cap. cum locum. de ſpon. & pondera, quòd in iſto tex. prohibetur pœna nõ ſolum quæ reſpicit perſonam illorum, qui debent ſponſalia contrahere, ſed etiam, quæ reſpicit perſonam parentum ſuorum, & ſic habes, quòd ſicut non poteſt apponi pęna in matrimonio, vel ſponſalib. inter ipſos contrahentes matrimoniũ, vel ſponſalia. vt l. neque ab initio. C. de nup. & l. fin. C. de ſpon. ita nec pęna poteſt apponi inter ipſos parentes, vt hic. & dicit Bart. ĩ. circa fi. quòd cùm iſta promiſſio pęnalis ſit contra bonos mores, vt dicitur in litera, quòd non firmatur iuramento, per reg. cap. non eſt obligatorium. de regu. iur. in 6. facit, quod dicam. ĩ. in 5. amplia-

ADDITIO.

a [a] Libera. Quid de filijsfamil. an ſine parentum conſenſu matrimonium poſſint contrahere? & dic, vt per Anch. conſi. 19. Alex. conſi. 97. lib. 1. Deci. cõſi. 231. vbi in matrimonio paterni conſenſus neceſſitas iure Cano. remittitur, quæ concluſio adeo procedit, vt ſi ſtatuto caueretur, ne liberi citra parentũ conſenſum nubant ſub pœna priuationis dotis, vel hæreditatis, quòd etiam ipſum ſtatutum nihil valeret, de quo art. an exigatur conſenſus, plura not. Old. lib. Act. for. Act. 26. Claſſ. 4. Nat. conſ. 356. aliqua conſi. 290. nu. 3. quinimo eos, qui in hoc contrarium ſuſtinent, anathemate damnat ſacra Trident. Synodus. Seſ. 24. cap. 1. De conditione autem ſi quis nupſerit de voluntate, & conſenſu talis, vide Aym. conſi. 80. num. 11. vbi pulchrè. MASVER.

ampliatione. ¶Item iste text. ampliat secundo modo, ꝙ non debet quis compelli ad matrimonium contrahendū nec etiā ad persistendum in iam contracto metu pœnæ conuentionalis, quia sufficere debent pœnæ legales, vt dicit text. in l. si ita stipulatio facta. s. eod. quæ pœnæ legales sunt perditio dotis, vel donationis propter nuptias, si sine causa diuertat, vt l. cōsensu. C. de repud. vel restitutio eorundem cum duplo, vel quadruplo, in eo, qui recepit arrhas, si sine causa recusat contrahere matrimonium. vt l. fin. C. de sponsa. ¶Tertiò amplia, ꝙ matrimonium debet esse liberum, non solum in prin. tempore sponsaliorum, sed etiam ex postfacto in contractu matrimonij, vnde si quis sponte contraxit sponsalia de futuro, & posteà compellatur metu ad contrahendum matrimonium de præsenti, tale matrimonium non valet neque tenet. text. est in c. requisiuit, & ibi. dom. Abb. in primò notabili ad hoc notat. de spon. ¶Quartò notabiliter amplia, ꝙ metus inreueniens etiam culpa metum passi excusat in matrimonio, vt non teneat, vt quādo quis est repertus in lecto cum muliere, metus processit culpa sua, vt est text. singularis in c. veniens. secundo. & ibi glo. ad hoc expressè notat. de sponsa. & dicam statim. j. in 6. additio-
6 ne. ¶† Quintò amplia, ꝙ metus sufficiens impedit matrimonium, etiam si interueniat iuramentum, & sic iuramentum non purgat metum. glo. est solennis in c. significauit. in glos. 2. de eo, qui duxit in matri. quam pol. per adult. & illam glo. do. Abb. ibi dicit esse singularem, & se nescire alibi, quia iuramentum metu extortum non est obligatorium, cùm sit contra bonos mores. Item, quia est contra substantiam matrimonij, quia iuramentum metu extortum non tribuit libertatem cōsensus, & nullus est consensus, si est coactus interueniente iuramento. cùm matrimonium contrahatur libero consensu, vt d. c. cùm locum. de sponsa. ¶Sextò adde, ꝙ iuuenis repertus de noctè in domo mulieris, metu armorum, & minarum mortis, quæ inferebantur per attinentes iuuenculæ, coactus est cū illa contrahere matrimonium per verba de præsenti, etiam si sit sequuta copula, donec durat idē metus, tale matrimoniū nihil valet neque tenet. text. est notabilis ponens istum casum quotidianum in c. veniens. 2. de spon. & ibi dicit do. Abb. in fin. ꝙ quotidiè casus illius cap. euenit de facto, & super hoc vide omnino plenè do. Alex. in cons. 156. ꝙ inc. viso processu causæ vertentis in Apoloniam. in 5. vol. facit text. in cap. accedens. de procu. & ꝙ notatur in l. si mulier. §. si dos metu. ff. ꝙ met. cau. & c. Abbas. eod. tit. ꝙ met. cau. vnde si quis contraxit matrimonium per vim, vel per metum cadentem in constantem virū, vt quia sit metus continens periculum mortis, vel cruciatum corporis, matrimoniū ipso iure non tenet, & est ipso iure nullum. d. c. veniens. secundo, & ibi. do. Abb. in 4. notabili, & etiam in vlt. notabili, & d. c. cùm locum, & ibi. do. Abb. & c. consultationi, & ꝙ ibi not. glo. fin. de spon. & ca. de illis. secundo. de despon. impub. do. Abb. in c. de muliere. de spon. & in c. significauit. de eo, qui duxit in matrimo. quam pol. per adul. per illum text. quem dicit, ꝙ vltra omnes solet ad hoc allegare, ꝙ licèt metus non soleat ipso iure vitiare actum, tamen vitiat ipso iure in matrimonio, & in dote, & de hoc habes glo. in l. 1. §. fin. ff. de aucto. tut. Old. Lau. notabiliter in cōs. 35. ꝙ incipit, factū tale est, quidam Ioann. nomine. Istam conclusionem limitat multum notabiliter d. Abb. in c. cùm terra. de elect. vbi putat posse attentari limitatio notabilis ad conclusionem, quam fecit, ꝙ matrimonium carnale contractum per metum, qui cadit in constantem virum, nihil valet, & est ipso iure nullum. nam limitat valere, quando non fuit compulsus contrahere matrimonium cum certa persona, sed cum aliqua de certo
7 genere vel familia, quem ipse elegerit, ꝙ valde no. ¶†Septimo adde, ꝙ metus perditionis omnium bonorum, vel maioris partis est iustus ad annullandum matrimonium, vt c. Abb. ꝙ me. cau. & c. frequenter. §. illum autem. de rest. spol. in 6. & ita in specie tenet do. Abb. in d. c. gemma. in 1. not. Confirmo optimè, quia quæstio omnium bonorum, vel maioris partis æquiparatur quæstioni status personæ. l. athletæ. in princ. & ibi Bart. ad hoc not. & l. propter litem, & ibi gl. ff. de excu. tut. Hinc est, ꝙ iniuria, quæ fit in omnia bona, vel maiorem partem, videtur fieri in personam, & ita licitum est resistere, sicut si violentia in personam committeretur. ita per d. l. propter litem. tenet Bald. in l. prohibitum. in 1. col. C. de iur. fis. lib. 10. Item sicut habens litem mecum in causa criminali, dicitur esse inimicus meus capitalis, ita si sit causa pecuniaria magna secundum Bart. in l. 3. in princ. de testib. Item causæ magnæ pecuniariæ æquiparantur causis criminalib. secundum Barto. in l. admonendi. in 14. col. vbi dixi. ff. de iureiur. Item paria sunt amittere vitā, & perdere principatum. ita not. Bald. in c. petitio. per illum tex. de iu-
8 reiur. ¶†Octauò adde, ꝙ minæ parentum inducunt iustū metum in matrimonio. cap. ex literis. de despos. impub. & ibi do. Abb. ad hoc no. & limitat sanè procedere considerata qualitate parentum, & minarum. ¶Nono, & vlt. pro limitatione prædictorum adde, ꝙ illicitus amor præcedens, quando quis perditè amabat mulierem, non tamen tollit liberum consensum in matrimonio contrahendo, vt c. veniēs. primo. de spon. & ibi do. Abb. in 1. not. ad hoc not. illum text. & dicit hoc esse valde notandum, quia quotidiè inter adolescentes philocap-
9 tos euenire potest. ¶†Capio glo. in vers. obstaturam. ex qua habes, ꝙ licèt metu pœnæ quis non possit astringi ad matrimonium contrahendum, vt hic, tamen spe præmij, & lucri potest ad matrimonium inuitari, & ita limitatur iste text. in l. Titio centum. §. 1. ff. de cond. & demon. quem text. ad hoc dicit esse aureum Bald. in l. fin. §. sin uero post quam. C. de iur. delib. facit. l. cùm ita legatum. §. 1. ff. de cond. & demon. & l. vter ex fratrib. ff. de cond. instit. & l. 2. C. de instit. & subst. Idem tenet Bart. in l. cùm donationis C. de transact. & sic habes, ꝙ amissio lucri non habet intimidare matrimonium, secundum do. Anto. de Butr. in d. c. gemma in 2. colu. Old. Laud notabiliter in cōs. 16. ꝙ incipit thema tale est, Titius habens vnam filiam, quem sequitur Petr. de Anchar. in repetitione reg. nemo potest. de reg. iur. in 6. circa quam decisionem Oldr. latius insistit Aret. hic. in 2. & 3. col. idem est quando est magis amissio lucri, quàm dānum pati, vt l. ea, quæ. & ibi glo. ff. de don. inter vir. & vxo. gl. in
10 l. 2. C. de inutil. stip. ¶† Limita istam *conclusionem glo. & communem*, quando esset lucrum percipiendum ante contractum matrimonium ab altero ex futuris coniugibus, puta promitto tibi centum, si consenseris in me, vt in maritum, tunc nō valet, cùm contineat turpitudinem, cùm videatur facta causa fornicationis, & turpis amoris, vt l. si ita stipulatus fuero te sisti. §. fi. & ibi Bar. & alij. s. eo. & Bart. & alij hic. ¶Secundò notabiliter limita, quando esset amissio magni lucri, quia tunc bene induceret iustum metum. ita notabiliter tenet Cyn. in l interpositas. C. de transf. quem simpliciter sequitur Petr. de Anch. in c. 1. ad fi. ꝙ me. cau. in 6. & in c. Abb. eod. tit. in antiquis. ¶Tertiò limita in matrimonio carnali, secus est in matrimonio spirituali, in quo nec metu pœnæ nec spe præmij potest induci, vnde si fieret promissio Abbati de aliquo dādo, si reciperit talem in monachum, vel talem in monialem, nihil valet, quia esset simonia. c. nō satis. & c. quoniam. & c. dilectus. de simonia. secundū Bart. in l. Titio centum. §. 1. ff. de cond. & demon. in l. vxorem. §. hæres. §. de leg. 3. & Bart. hic in fin. quamuis aliter videatur tenere idem Bart. in l. 2. C. de inst. & subst. vbi plenè dixi de hoc, licèt Aret. hic plenè examinet. ¶Quartò limita quantum ad instituendum quem hæredem, quia non potest quis metu pœnæ ad hoc induci. l. stipulatio hoc modo concepta. s. eod. nec etiam spe premij potest ad hoc inuitari, quia esset dispositio captatoria. l. illæ autem institutiones. ff. de hær. instit. & l. 1. ff. de his, quæ pro non scrip. habentur, & est glo. plena in l. cùm donationis. vbi Bart. & Doct. s. de transf. vbi plenè de hoc vlt. dixi. ¶Capio glos. fin. in verbo matrimonia. quam diuide in sex partes. In prima declarat tex. & rationem assignat. In secunda remouet vnum forte contrarium de arrhis. In tertiò format vnam quæstio. ad text. In quarta aliam. In quinta allegat concordantem. In sexta, & vlt. format aliam quæstionem. Secunda ibi, & hoc exceptis arrhis. Tertia ibi, sed an inter extraneos. Quarta ibi, sed an pignus dari poterit. Quinta ibi, vt. C. de inuti. stip. Sexta & vlt. est ibi, qd autem si pecuniariter. ¶In ea. gl. ibi, & hoc exceptis arrhis. quæ sit ratio differentiæ inter pœnam, & arrhas, durum, & difficile est assignare, dicam infra sequendo ordinem Bart. ¶In 3. par. gl. ibi, sed an inter extraneos. ha-
11 bes, † ꝙ si extraneus promisit mihi sub pœna se facturum, & curaturum, ꝙ Titia contraheret matrimonium mecum, talis adiectio pœnæ facta per extraneum valet, & tenet, & potest talis pœna ab eo efficaciter peti, si matrimonium non sequatur, & ita limitatur iste text. vt non procedat, quando extraneus talem promissionem pœnæ faceret. cum ista conclusione glos. transeunt Bart. & alij per l. mulieri, & Titio. cum gl. 1. ff. de con-
* di. & demon. Idem tenet glo. Cyn. *& communiter alij* in d. l. fin. de spon. Idem tenet Io. And. in adi. Spec. in tit. de arbi. §. 1. in versi. quid si sic. in additione, quæ incipit diximus. Idem tenet Ho-
12 sti. in summa sua in titul. de spon. §. 1. ¶† Limita solenniter secundum Bart. & alios, quod ista glo. procedat, quando est penitus extraneus, ita ꝙ pœna ab eo promissa non verisimiliter induceret ad matrimonium cōtrahendum, secus si ille extraneus esset coniunctus, vel multum amicus spōsi, vel sponsæ, ita ꝙ verisimiliter metu pœnæ puer, vel puella contraheret matrimonium, tunc non valet eadem ratione, quæ in patre, & matre, vt hic, & l. hæres meus. § fin. ff. de condi. & demon. & ita limitat punctualiter glo. in d. l. mulieri, & Titio. in glo. 1. ff. de cond. & demon. ¶Secundò limitat istam glo. Raph. Cum. vt in extraneis promissio pœnæ etiam non valeat, si apparet suspicio

picio fraudis, quia vt valeret promiſſio pœnæ, facerent extra-
neos inter ſe pęnam promittere, & ſic in fraudem non valeret,
nihil tamen ad hoc allegat. Tu adde, quòd iſtam limitationem
ante eum ponit.d.Anto.de But.in d.cap. gemma. & ibi ſimpli-
citer ſequitur.d.Card. Alex. vbi dicunt, quòd iſta gloſ.non pro-
cederet, quando per ſuppoſitas perſonas extraneorum ipſi, de
quorum matrimonio principaliter agitur, feciſſent pęnã pro-
mitti per iſtos extraneos, tunc non valeret, cùm ſit in fraudem
legis facta. ¶ Tertiò notabiliter limita, quando eſſet tutor, qui
promiſit talem pęnam pro futuro matrimonio, quia licèt ex-
traneus, quando promiſit per ſe ipſum, & non promiſit tanquã
tutor nec tutorio nomine, tamen quia eſt perſona, cuius pote-
ſtati certo modo dicta pupilla eſt ſubiecta, nam tutela eſt vis,
ac poteſtas in capite libero.l.1.ff.de tute.& inſtit.eod.in prin.&
ſi promiſſio pœnæ facta per eum valeret, impediretur libertas
matrimonij, quia pupilla faceret veriſimiliter velle ſuum, er-
go eius promiſſio pęnalis nõ valet.d.l.hæres meus.§.fi. per Cy.
in d.l.fin.in 8.quæſt. C.de ſponſa.ita notabiliter conſuluit Bart.
in conſi.45.incip. Vannes Pauli tutor Antonij.multo ergo for
tius ſi aliquis ex tranſuerſalibus puta frater, vel patruus pupil-
læ, vel pupilli promitteret pęnam, non valeret talis promiſſio,
licèt ſint extranei, quia timore illius pęnæ præſumeretur ceſſa-
re libertas matrimonij, ne illi, qui promiſerunt, remaneant illa-
queati. ſecundum Cy in d.l.fi.C.de ſpon.Ang.in l.1.per gloſ.ff.
in ius voc.vt eant.Io.de Imo.in l.hæres meus. per illum text.ff.
de cond.& demon.Lud.Rom.in l.nolle.ff.de acqui.hęr.& hoc
etiam voluit Bart.hic in iſta quæſtione gloſ. dum loquitur de
extraneo, qui eſt coniunctus, nam omnis coniunctus, qui non
habet in poteſtate, dicitur eſſe extraneus.l.vnica.§. extraneum.
C.de rei vxo.actio. & l.genero.C.de iure do.¶ Iuxta iſtam par-
13 tem gl.quæro de neceſſaria quæſtione.† Aliquis extraneus pro
a miſit [a] ſe facturum, & curaturum, quòd Berta adhuc exiſtens
in pupillari ætate cùm erit ætatis nubilis, contrahet matrimo-
nium cum Petro, & ſubiecta eſt pęna, & etiam appoſitum iu-
ramentum, iſte extraneus facit quicquid potuit, quòd Berta nu
beret dicto Petro, ſed non potuit hoc facere, planum videtur,
quòd excuſatur à iuramento. dicto c. ſicut. & c. ex literis.2.de
ſpon.quia difficultas excuſat a periurio. vt c. breui. de iureiur.
Barto.in l.quod te, vbi dixi.ff.ſi cer.pet. punctus ergo eſt, an etiã
difficultas impediat cõmitti pœnam, & videtur, quòd ſic per
l.ſi vehenda.§ pen.& fin.ff.ad l. Rho.de iac. & l.2. §. 1. ff. ſi quis
cau.quib.iurib.probatur, quòd difficultas impedit commiſſio-
nem ſtipulationis pęnalis, & plenè notatur in l.continuus. §. il-
lud.infra eo.& ita in terminis iſtud conſuluit Bart.in conſi.236.
incip.Marti promiſit ſe facturum, & curaturum quod.Sed cre
do, quod ſit cõſilium Fed.de Sen.vbi plenius ponit in cõſi.122.
quod ſimiliter incip.Martinus promiſit ſe facturum, & curatu
rum.iſtam deciſionem Fed. referunt, & ſequuntur.d.Anto.de
But.& d.Abba.& alij in d.cap.gemma. vbi Abb. etiam ad hoc
allegat.cap.ſignificante.de pig. pro iſta opin. adde gloſſ. in cap.
ſignificantibus.in gloſſ.fin.ad fin.& ibi.d.Abb.ad fin.ad hoc no.
de offic.deleg.iſtam opin.Fed.& Cano. reprobat Aret.in l.ſi ita
ſtipulatus fuero te ſiſti.§ poſſum.s̃.eod.per aliqua de quibus ibi
* per eum, licèt dicat, quòd opinio *contraria ſit communis*, [b] & ſer-
b uaretur in practica, propter authoritatem tenentium contra-
rium, tamẽ eſt multum dubia ſecundũ eum, & opinio quam
ipſe tenet, longè magis videtur eſſe de mente partium, & habe
re plus æquitatis ſecundum eum. ego ſemper tenui contra di-
ctam opi.Fed.& Cano.per text.in l.ſancimus, & ibi not. Bal. C.
de fideiuſ. vbi promittens ſiſtere aliquem in iudicio obligatur
ad faciendum, & curandum, vt ſiſtat. l.quoties quis.s̃. eo. Bart.
& alij in l.ſtipulatio iſta.in prin.ſupra eo. Et tamen ſi facit quic-
quid poteſt, & ille nolit ſiſtere, incidit in pęnam. ſecundo mo-
ueor, quia Fed.& Cano.ſe fundant in d.l.ſi vehenda.§. pe. & fi.
& in l.2.§.1.ff.ſi qs cau. Sed iſtud fundamentũ retorquetur cõ-
tra eos, quia licèt difficultas poſteà ſuperueniens excuſet a pę-
na, quia præuideri non potuit, ita propriè loquuntur dicti duo
textus iuris ciuilis pręallegati, tamen difficultas, q̃ inerat à prin-
cipio promiſſioni principali ſicut pęnæ, non excuſat a pęna.ſe-
cundum Bart.& alios in l.continuus.§.illud.j̃. eod. ratio, quia
tunc imputandum eſt promiſſori, qui a prin. ſciebat iſtam dif-
ficultatem ſubeſſe, & tamen ſe obligauit ad pęnam, & ita etiã
in effectu dicit Aret.in d.§.poſſum.& ita etiam loquitur tex. in
d.l.ſancimus.¶ Tertiò moueor, quia vana, & eluſoria eſſet di-
ſpoſitio.l.ſtipulatio iſta.in prin.in ver. at ſi quis velit. s̃. eo. & in
§.verſa vice.inſt.de inuti.ſtip.quæ habet, quòd promiſſioni fa-
cti alieni adijciatur pęna, nam talis pęna eſſet ſine effectu, quia
promiſſor ſemper allegaret ſe feciſſe quãtum potuit, & ſic per
hoc excuſaretur a pęna.¶ Vlt.circa iſtam partem gloſſ. vt nihil
omittatur de dictis Bart. not. bene æquiparationem, quam fa-
cit Bartol.de coniuncto ſanguine, & multum amico. Adde q̃d
not.dom.Abb.in cap.requiſiſti.in vlt.colu.per glo.ibi, de teſtib.
14 vbi not. † illud, quod diſponitur in propinquo ratione affe-
ctionis, habet locum in multum amico. Secundo adde facere,
ꝙ ſicut coniuncta perſona admittitur ſine mandato ad agen-
dum pro coniuncta perſona.l.exigendi. C.de procu.& l. ſed &
hæ.in princip. ff. eod. ita etiam admittitur multum amicus,
qui non ſit leui amicitia coniunctus.iuxta.l. latæ culpæ.§.ami-
cos.cum.gloſ.ſupra de verbor.ſign.quia talis amicitia prępon-
derat coniunctioni ſanguinis.l. cùm allegas. C. de caſtren.pec.
lib.12.facit l.2.in verſic.& amici parentum.ff.qui pet. tut.& ita
in ſpecie tenet Spec.in tit.de aduocato.§.obijciatur. in verſ. eſt
etiam quartus ordo.Cyn.& Sal.in dicta.l.exigendi. vbi idem te
nui.Barto.in l.non ſolùm.§.qui alieno.ff.de procu. Ioann.And.
in cap.fin.de poſtu.& ibi dicit do. Abb. quòd propter iſtas au-
toritates forte hæc opinio ſeruaretur in practica, quamuis cõ-
trarium in hoc plerique tenuerint, quos retuli in dicta.l.exigen
di.Tertiò facit, quod nouiſſimè tenuit do.And.Barba.in repe-
ti.l.cùm acutiſſimi. in 14.colum. & ſequen. C. de fideicom.vbi
tenuit, quòd diſpoſitio dictę.l.cùm acuſſimi. & l. cùm auus.ff.
de cond. & demon. & l.generaliter.§. cùm autem.C.de inſtitu.
& ſubſtit.quæ loquuntur in deſcentibus teſtatoris, quibus da-
ti ſunt ſubſtituti, quod ſi procreauerint filios, illi filij poſteà na
ti, ex pręſumpta mente teſtatoris excludant ſubſtitutos, proce
15 dunt, & habent locum etiam in valde amico teſtatoris.† vnde
ſi teſtator inſtituit ſibi hæredem vnum valde amicum, & eum
ſimpliciter grauauit, quòd poſt mortem ſuam reſtitueret ta-
lem hæreditatem Titio, quòd ſi iſte valde amicus teſtatoris
procrearet poſteà ſibi filios, tales filij excludunt ſubſtitutum,
motus inter alia per gloſ. quam ad hoc dicit eſſe auream in l.
2.C.in quib. cau. colu.do.ac.poſſ. libr.11.quæ vult, quod ap-
pellatione ſuorum, venit perſona valde dilecta, & dicit, quod
eſt inaudita concluſio à nemine conſiderata.Sed caue, quia il-
lam gloſ.dictę.l.2.reprobat Bald. in l.1.C.qui accuſa. non poſſ.
in 15.colum.in princ.in verſ. quid de ſingulari amico.vbi dicit,
quòd non probatur iure, & quod illa gloſ.loquitur abuſiuè, &
impropriè. Item rationes aſſignatæ in dicta. l. cùm auus.cum
alijs præallegatis non videntur militare iſto caſu, & ita habes
perfectè expeditam iſtam quæſt.glo. ¶ In quarta parte glo.ibi,
* ſed, an pignus, cum glo. tenet *Bart. & communiter alij*. quicquid
teneat Cyn.in l.1.C.ſi rec.prouin.& dum glo. dicit, vt ipſum ſit
principale, ſeu acceſſorium matrimonij, vult dicere glo.quòd
cùm arrha conſiſtat in datione manuali.l.fi.C. de ſpon.non po-
teſt dici, quòd pignus detur pro acceſſorio arrharum, ſed tunc
datur pro principali, ſed bene poteſt dici dari, vt ſit acceſſoriũ
matrimonij. Item hoc, quando pignus datur pro pœna, vel
pro arrha, ſed ſi daretur pro matrimonio contrahendo, tunc
eſt loco arrhæ.dicta.l.1. C.ſi rec.prouin.& tenet Inno. in d.cap.
gemma.quicquid ibi teneant do. Ant. & dom.Abb. Item hoc
verum, ſi pignus tradatur realiter, & ſic in quantitate, quia ar-
rha in ſpecie dari non poteſt, ſecundum Barto. hic, & infra in
* antepen. quæſt. vbi dicetur, *& communiter in hoc reprehenditur*
16 *Bartol.* ¶ In vltima parte glo.ibi, fortè valet intereſſe, † habes,
quòd ſtipulatio interpoſita pro matrimonio contrahendo va
let vt intereſſe, quando mea pecuniariter intereſt, & ita mul-
tum limitatur iſta lex.Idem glo.in d.l.2.ff.de ſponſ.pro iſta par
te facit bona ratio, quia ſponſalia contrahuntur per ſtipulatio-
nem.dicta.l.2.ff.de ſpon. ergo talis ſtipulatio eſt valida, cùm ſit
à iure recepta, vt ibi, ſed iſta ſtipulatio continet factum, ſcili-
cet, quòd accipies me in maritum, vel in vxorem, ergo debet
committi ad intereſſe, prout committitur ſtipulatio valida.fa-
cit.l.ſtipulationes non diuidun. in verſ. Celſus.s̃.eod.& l.ſi quis
ab alio.in fin.ff. de re iudi. & iſtam partem tenet dom. Petr. de
Bexu. hic, qui dicit non obſtare iſtam legem, quia loquitur,
quando pœna fuit appoſita in ſtipulatione, ꝙ non eſt in iſta q.
glo.tamen caue, quia iſta glo. non aperit, an iſta ſtipulatio fue-
rit pœnalis, & referendo ſe ad.l. noſtram videtur loqui in ſtipu
latione pœnali, prout etiã Bart. & alij videntur intelligere iſtũ
text.quando non intereſt, & ſic, quando pœna eſt ſine intereſ-
ſe, licèt ſtipulatio pœnalis bene interponi poſſit vſque ad inte-
reſſe.

ADDITIONES.

a ¶Promiſit. Adde Alexan.qui hunc artic. diſputat ſupra in l.4.§.Cato.nume.
130.

b ¶Communis.Eam etiam dicit communẽ Dec.in l.impoſſibilium.vbi decla-
rat.ff.de reg.iur.

* Et vide, quæ ſcribit Viui.inter.cõmu.opi.lib.14.verſ.promittens ſe facturum,
& curaturum.vbi promittens factum alienum, ſi fecit quicquid potuit, excu-
ſatur.Quam conclu.declara, vt per eum ibi, vbi etiam docet remedium quo
vti debent, hi quibus fit promiſſio, & ibi dicit ſe obtinuiſſe in facto con-
tra Deciſ. Affiic. 295. quæ omnia, & in proprijs terminis Iaſ.hic, plenè diſ-
cutit Gabri.com.opin.lib.3.titu.de pact.conclu.2.Grammat.q.2. MASVER.

resse. Tamen ista solutio repugnat generalitati istius. l. cum cō-
cordantibus, quæ restringerentur ad pœnam siue interesse. con
* trariam opin. tenet glos. in l. si stipuler. s̃. eod. *Et ista communiter te-
netur*, & eam sequuntur Pet. Iac. de Are. Bart. & alij communi-
ter hic. Cyn. in l. 1. C. de spon. Ioan. And. in d. cap. gemma. & ibi,
d. Abb. in vlt. quæst. Mouentur per istum text. qui dicit non va-
lere talem stipulationem, quia est contra bonos mores, ergo ex
ea nullo modo potest agi. l. generaliter. s̃. eod. Istas glos. concor-
dat Dy. quòd ad interesse damni bene agitur, ita procedit gloss.
hic, quia non est pœna. l. si is cui. in fin. ff. de fur. & l. Proculus. ff.
de dam. infec. sed non ad interesse lucri, ita procedit gl. contra-
ria. ¶ Istam distinctionem Dy. sequitur Bald. in l. fin. in 4. colum.
& seq. de spons. eam etiā sequitur Bal. hic motus colorato fun-
17 damento, † quia interesse est pęna legalis, vt not. Barto. in l. cum
stipulatus sim mihi a Proculo. s̃. eo. & pęnę legales bene habent
locum in matrimonijs, vt l. si ita stipulatio facta. s̃. eo. & per hoc
tolluntur allegata in oppositum. Sed ad hoc respondet, quòd
pœnæ legales habent locum in matrimonijs, est verum quan-
do sunt tales, quæ procedunt absque aliqua stipulatione homi
nis, istæ pęnæ habent locum in matrimonijs, sed nos loquimur
* in interesse proueniente ex stipulatione expræssa hominis. *Ista
distinc. Dy. communiter reprobatur* per istum tex. indistinctè volētē,
quòd stipulatio est nulla, quia est cōtra bonos mores, & si pos-
set agi ad pœnam quatenus interest, valeret ratione dāni, quod
ista lex indistinctè vetat. ¶ Confirmatur, quia cùm ista stipula-
tio pęnalis prohibeatur interponi fauore publico, vt matrimo-
nia liberè contrahantur, vt hic iuncta. l. hoc modo. ff. de condi.
& demon. ergo etiam prohibetur, quamuis pecuniariter inter-
sit stipulantis, cùm semper militet ratio prohibitiua huius text.
quia vinculo pęnæ non debent obstringi matrimonia, quæ de-
18 bent esse libera, † & lex generaliter aliquid inducēs fauore publi
co, non recipit restrictionem etiam de habilitate, vt est tex. not.
in l. si quis in graui. §. vtrum. & ibi Bart. ff. ad Sena. Silla. & l. cæte
ra. §. sed & si quis. ff. de leg. 1. Bar. in l. 1. §. nunciatio ex hoc. vbi di
xi. ff. de oper. nou. nunc. Item ista glo. non potest intelligi secun-
dum istam distin. Dy. cū clarè videatur loqui de mero interesse
lucri, quia fœmina erat diues. Item secundum Imo. & Raph.
Cum. imputet sibi, qui damnū sua culpa passus est, nam cùm
sciret, aut scire deberet talem stipulationē esse inualidam, quia
contra bonos mores, sibi imputare debet, si prætextu talis stipu
lationis aliquas expensas fecit, ex quibus passus est damnum
non sequuto matrimonio: facit in simili. l. si quis domū. in prin.
ff. loc. Hoc tamē limitat Bar. & sequuntur Imo. & Raph. Cum.
hic, & d. Abb. in d. c. gemma. in vlt. col. Nisi ille, qui promisit, ꝙ
matrimonium sequeretur, etiam dolum commisit, vt tales ex-
pensæ fierent, & tūc teneretur actione de dolo ad interesse, per
19 l. si cum mihi. ff. de dol. † Adde tamen, quòd valet stipulatio pę
nalis facta in fauorem matrimonij, vt maritus non teneat con-
cubinam, quia ista promissio pęnæ est secundū bonos mores.
tex. est not. in l. ex ea parte. §. mulier. s̃. eo. Tūc enim cessat ratio
istius text. & licèt matrimonium debeat esse liberū, tamen etiā
debet esse honestum, & nihil fieri, quod lędat pudorem matri-
monij, secūdum Bal. in d. l. fi. in fi. C. de spon. ¶ Quæro, quia ista
20 glos. fin. s̃. in 2. parte dicit, & hoc exceptis arrhis, † & sic vult esse
differētiam inter pęnam, & arrhas, quia pœna pro futuro ma-
trimonio, vel futuris sponsalibus nō potest promitti, vt hic, sed
bene potest arrha dari. d. l. fi. C. de spons. idem tenet gl. in c. acce
dens. in gl. 1. de proc. & gl. in c. ex parte. secundo. de conuer. con-
iug. & licèt Bar. alleget gl. in c. gemma. de sponsa. quæ secūdum
eum tenuit, ꝙ de iure canonico non sit ista differentia, cùm sit
eadem ratio in vtraque, ergo idem ius, licèt secus secundum le
ges ciuiles, tamen illa glo. voluit dicere, quòd non reperiuntur
iura canonica, quæ faciant istam differentiam, sed solùm leges
ciuiles, non tamen per hoc voluit aliud esse secundū canones,
prout etiam ibi declarant Io. And. & d. Abb. Punctus est vide-
21 re, † quæ sit ratio diuersitatis, cùm etiam arrha dicatur pœna,
& eadem videatur ratio in vtraque, nam si ille, qui tradidit ar-
rhas, recedit a contractu matrimonij, eas perdit, & sic patitur
pœnam: si verò, qui recipit arrhas, vult resilire a matrimonio,
debet eas reddere duplicatas, vel quadruplicatas, si hoc fuit cō-
uentum. d. l. fi. C. de spon. & sic soluendo arrhas quadruplicatas
soluit pęnam. Item timore talium arrharum inducitur ad ma-
trimonium contrahendum sicut metu pęnæ. primam ergo ra-
tionē diuersitatis assignāt subtiles Vltramon. Pet. de Bellaper.
Iac. de Are. & Cy. sed eam ego clarius ponam, quia arrhæ con-
sistunt in datione actuali. d. l. fi. C. de spon. pœna autem consi-
stit in sola promissione, vnde facilius promittitur quàm detur,
vt est tex. in d. l. sed si ego. in fin. ff. ad Velle. & in l. peculium. ff. de
pecul. vnde benignus Poeta.

Promittas largè, quid enim promittere lędit?
Pollicitis diues quilibet esse potest.

Itē grauius est promittēti soluere illud, qđ promisit q̃ repetere
illud, qđ semel dedit. l. centesimis. §. fi. & l. à Titio. §. fi. s̃. eo. vn-
de de facili quis promittit magnam pœnam, quæ consistit in
solo verbo, sed non de facili dat magnas arrhas. Ideo non sic
de facili impeditur libertas matrimonij per ipsas arrhas, nam
cùm pœna faciliter promittatur, ideo faciliter in pœnam ma-
gnam incideret, si matrimonium non sequeretur, non autem
ita faciliter datur pro arrhis. ¶ Hinc infertur, quòd pœna par-
ua valeret, & arrhæ magnæ non. Istam rationem etiam sequi-
tur Fed. de Sen. in consil. 194. incip. in dubijs matrimonialibus
per vos motis. Istud, quòd pœna parua pro matrimonijs pro-
missa valeat, reprobat Bart. per quatuor iura, de quibus hic per
eum, & sequuntur Imo. & Raph. Cum. hic, & not. quia est ma-
gna ampliatio ad istam legem, quæ disponit, quòd pœna pro
matrimonijs contrahendis promissa nihil valet, ampliatur etiā
si sit pœna parua, vltra Bart. contra istam rationem Antiquo-
rum facit dicta. l. fin. quæ non solùm impedit repetitionem ar-
rharum, sed etiam concedit pœnam in quadruplum. Item ista
ratio non videtur vniuersalis, quia licèt videatur concludere
ex parte dantis arrhas, quia homines facilius inducuntur ad
promittendum magnas pœnas, quàm ad dandum magnas ar
has, tamen ex parte recipientis ista ratio vniuersaliter non cō-
cludit. ¶ Secundam rationem diuersitatis ponit Bartol. hic per
multa verba, sed in effectu vult dicere, quia matrimonia de-
bent esse libera ab omni pœna conuentionali, etiam parua, vt
hic, sed non à pœna legali, vt. l. si ita stipulatio facta. supra eod.
arrha autem est pœna legalis, ideo in matrimonijs valet, & li-
cèt in arrha apponatur pactum duplicationis, vel triplicatio-
nis, tamen adhuc est pœna legalis, ex quo procedit ex mente
legis. l. in conuentionib. supra eod. ¶ Subdit Barto. quòd licèt.
dicta. l. fin. dicat arrhas posse dari, & præcedere pœnam dupli-
cationis, vel quadruplicationis, vt ibi, tamen non debet esse ma
ior pœna arrharum cum quadruplicatione propter sponsalia
futura quàm sit pœna statuta dirimenti matrimonium iam
contractum, scilicet amissionis dotis, vel donationis propter
nuptias, vt l. consensu. C. de repud. vel si non est data dos, aut
donatio propter nuptias, est pęna centum aureorum, si patri-
monium excedit summam. 30. aureorum: si autem est intra il
lam summam, imponitur pœna tertiæ partis bonorum, vt. l.
iubemus. C. de repu. & ita dicit Barto. se restringere dictam. l. fi.
* C. de spons. ¶ Sed istud *vltimum communiter reprobatur* per Ang.
& latius Imo. Rapha. Cum. & Pau. de Cast. quia dicta. l. fin. lo-
quitur valde generaliter, ideo non est sic restringenda, vt hic
plenius per Imo. tamen istam rationem diuersitatis Barto. se-
quuntur Imo. & Raph. Cum. hic, licèt dicat Raph. ꝙ res sit
valde dubia. eam etiam sequuntur d. Ant. de Butr. & alij in d.
c. gemma. sed certè nec ista ratio tollit difficultatem, quare lex
voluit in matrimonio contrahendo posse apponi pœnam ar-
rharum perdendarum, si matrimonium non sequatur, cùm
isto modo per tales arrhas restringatur libera matrimonij con-
tractactio, ergo est contra bonos mores, vt hoc text. & d. c. gē-
ma. & pœna arrharum ponitur, & limitatur ab homine iuxta
conuentionem partium, & sic potest dici mera pœna legalis,
quæ in matrimonijs procedit. d. l. si ita stipulatio facta. s̃. eod.
¶ Tertiam rationem diuersitatis assignat Guid. de Suz. anti-
quus Doct. quem refert, & sequitur Bald. in l. fin. in fin. in 4. col.
C. de spons. & Aret. hic. nam datio arrharum fit principaliter
ad confirmandum matrimonium, nam arrhæ sunt signum
consensus matrimonij, vt l. ꝙ sæpè. in prin. ff. de contrah. emp.
pœna autem apponitur si matrimonium non contrahatur, &
sic in defectu matrimonij, quia ergo arrha respicit actum fa-
uorabilem matrimonij, vt contrahatur, ideo valet. pœna au-
tem est actus odiosus, ideo non valet. Et istam rationem etiā
tenet in effectu Alber. de Rosa. post Oldr. Laud. in rubr. C. de
spon. in princip. Et si dicas, quòd dans arrhas, & recipiens obli-
gantur ad pœnam, si matrimonium non sequatur, responde-
tur, ꝙ istud non est ita absurdum, sicut qn̄ pœna principaliter
22 promittitur pro matrimonio futuro. † Nam simile videmus,
ꝙ libera testamenti factio per stipulationem pœnalem princi-
paliter interpositam non potest impediri, & tamen per pa-
ctum veniens in consequentiam alterius contractus impediri
potest, vt patet in l. fin. C. de pact. iuncta. l. si quis seruum. ff. de
act. emp. Barto. in l. stipulatio hoc modo concep. in sua distin.
s̃. eod. ¶ Quartam rationē diuersitatis ponit Host. in summa
sua. in titu. de spons. §. 1. vers. sed quare præmittit lex. & refert
dom. Anto. de Butr. in d. cap. gemma. quia arrhæ dantur pro
obseruatione contractus, & ideo earum traditio accipitur af-
firmatiuè: puta, do centum pro arrha venditionis talis fundi,
pœna tunc ècontrario promittitur pro dissolutione contra-
ctus, & ideo concipitur negatiuè, si non contraxero, promitto
pœnam, sed ista ratio inspecto effectu non concludit, quia li-
cèt

cèt pœna concipiatur negatiuè,ſit tamen ad finem, vt contra-
ctus impleatur metu pœnæ ſicut arrhæ dantur, vt contractus
impleatur metu amiſſionis earum.imò tenet gloſſ. not. in §. 1.
Inſti.de emp.& vend. quòd ſicut pœna ſuccedit loco intereſſe,
quia non factum, vel non contractum , ita etiam arrha ſucce-
dit loco intereſſe, quinimò tenet Bart.in l.1.§. pen.ff.de publ. &
in l.contractus,& ibi etiam Bald. C.de fid. inſtr. & not.in l.1.C.
de act. empti. quòd ſicut ſtipulatio pęnalis ſequuta poſt con-
tractum pro concurrenti quantitate ſi fuerit ſoluta, nouat ob-
ligationem principalem,vt l.ſi quis ſocio.ff.pro ſoc. & l.prædia.
ff. de act. emp. Ita etiam arrha in quantitate accepta pro con-
currenti quantitate,extinguit obligationem principalis contra-
ctus ad intereſſe natam , licèt ad reſiduum poſſit agi ſicut & in
pœna.Quintam rationē diuerſitatis aſſignat Fed. de Se.in cōſi.
149.quod inci.do. Conrad. Nam lex, quæ in matrimonio pę-
nam prohibuit, & arrham concedit, conſiderauit in arrha fa-
ctum.ſ.ſolutionis,quæ eſt pars ſortis,quæ datur de proprio ca-
pitali,ideo non inuenirentur, qui vires facultatum ſuarum ex-
cederent.Item arrha eſt fauor,& argumentum matrimonij,vt
quod voluerunt matrimonium impleatur.In pœna autem eſt
ſolum verbum promiſſionis, in quo nihil de proprio capitali
ponitur, & in ſolis verbis ſunt communiter homines largiſſimi
promiſſores,ſuaſque vires ſæpius excedētes,& eſt odium, quia
nihil eſt ibi ſortis,& niſi ſic faciat,pęnam incurrit.tene quā vis,
quæ ſit minus periculoſa, quia nulla concludens ratio diuerſi-
tatis,ſed tantum perſuaſiua poteſt aſſignari. ¶Circa iſtam ma-
teriam arrharum pro ſponſalibus,ſeu matrimonijs contrahen
dis,& ſic circa materiam.l.fi.de ſpon.Bar.format quinque quę-
23 ſtiones,in quibus concluſiuè procedam.¶† Primò tenet,quòd
in arrhis requiritur traditio actualiter, & ſic quòd quantitas in
veritate ſit numerata,& tradita parti,& nō ſufficit ſola promiſ-
ſio arrharum , vnde ſi aliquis promiſit ſe facturum, & curatu-
rum , quòd talis mulier contrahet matrimonium cum Titio,
& ſi non fecerit,promittit centū nomine arrharū, talis promiſ-
ſio arrharum nihil valet , quia tex.in d l.fi.loquitur , quia arrha
actualiter datur,patet ibi in litera in verſic.accepit. quod eſt re-
petitum in multis partibus illius. l. quod verbum veritatem ſi-
gnificat,vt l.per diuerſas.& l.ab Anaſtaſio.C.mand.not.gloſſ.in
24 l.aſſiduis.in verbo data.C. qui pot.in pig.hab.† quæ vult, quòd
priuilegia indulta doti datæ, non habent locū in dote promiſ-
ſa,& quicquid ſit extra diffinitionem illius.l.fi C.de ſpon.nullas
* vires habebit , vt ibi dicit litera , & *cum Bart ſequuntur ſimpliciter
alij &* in ſpecie Rapha.Cum. Adde,quòd idem tenet Bartol.in
conſi 45.quod incip.Vannes Pauli tutor Antoniæ. Fed.de Sen.
in conſi.169. quod incip. do. Conrad. & melius in conſil. 114.
quod incip.in dubijs matrimonialibus per vos motis. Io.And.
& alij.in d. cap.gemma.& ibi do.Abb.dicit,quòd iſta opin.Bar.
multum ſibi placet, per rationem de qua ibi per eum. contra-
rium tenet Bald.de quo Scribentes non faciunt mentionem,in
l.2.in 7.quæſt.C. quādo lic.ab emp. diſced.licèt Bal.ibi etiam ip-
ſe nullam faciat mentionem de Bart. hic,nec de Canoniſtis ſu
25 perius relatis. Nam quærit ibi Bald.† quòd ſi arrha non eſt da-
ta,ſed promiſſa,& ille,qui promiſit arrham,non vult adimple-
re contractum , an poſſit conueniri ad arrham promiſſam , &
tenet,quòd ſic per reg.l.fi.C.ad l.Fal. vbi paria ſunt promittere,
& dare,& tenendo iſtam partem non obſt.tex.in d.l.fin. ad fi.in
verſi.extra diffinitionem.C.de ſpon.in qua ſe fundat Bart. quia
intelligitur extra diffinitionem , ideſt metam in illa lege taxa-
tam, puta ſi pactum excedat quadruplum, eſt extra diffinitio-
nem illius legis,& tunc non valet. & iſte eſt verus intellectus il-
lius.l.ſecundum eundem Bald.in d.l.2.in vlt.quæſt. C.quando
lic.ab emp. diſced.¶Tamen aduerte, quòd Bal. ibi in 8.quæſt.
non loquitur de arrha promiſſa pro matrimonio futuro, vel
ſponſ.contrahendis,prout loquitur Bart.& ſic non ſumus in li-
mitatione tex.in d.l.fin.ad fin.C.de ſponſ.in qua Bart.hic ſe fun
dat.ſed Bald. loquitur ibi de arrhis promiſſis pro alio cōtractu.
* ¶ *Tenendo opi.Bart.& communem*,quæ eſt vera non obſt. quòd pa
ria ſunt promittere,& dare.d.l.fi.C.ad l.fal. & l. ſi patronus.ff.de
dona.& l.fuit quæſtionis.& ibi ad hoc not. d.Alex.ff.de acquir.
hæred. Reſponde,quòd illa regula procedit quo ad approban-
dum,quia quo ad approbandum legatum , ne de eo poſſit hæ-
res falcidiam detrahere,paria ſunt,quòd hęres ſoluat legatum,
vel quòd promittat ſoluere, ſecus quo ad impediendam repe-
titionem,ita limitat Bart.in l.quod nomine.ff.de condi.inde. Et
vltra Bart. non procedit etiam illa regula quo ad nouationem,
vt eſt tex. not. in l. ſi debitorem.ff.de noua.vnde etiam hic pro-
miſſio arrharum non valet,nec idem operatur , quod actualis
26 traditio,per d.l.fi.C.de ſpon.¶Concludit ſecundò Bart.† quòd
licèt ſola promiſſio arrharum non valeat, vt dixi. s̃. in præced.
concluſ.tamen ſola confeſſio arrharum receptarum ab vna
parte bene ſufficit, & valet,licèt non conſtet de vera traditione
arrharum , quia ſtatur confeſſioni contra ipſum confitentem
per.l.Publia.§. fi.ff.depoſi. niſi ex aliquo appareret fraudulenter
factum,ita Barto. & ſic ſi vir fuit confeſſus ſe recepiſſe centum
nomine arrharum pro matrimonio cōtrahendo cum tali mu
liere,poſteà non vult cum illa contrahere , illa petit arrhas du-
plicatas,vel triplicatas,ſi ita fuerunt promiſſæ, vir autē reſpon-
dit,quòd reuera nunquam aliquid recepit,licèt fuerit cōfeſſus.
Bartol.tenet , quòd iſta confeſſio probat contra eum , & ſic ſi
non recepit,habebit duplex damnum,quia ſoluet centum , ac
ſi recepiſſet, & vltra hoc etiam ſoluet alia centum loco pœnæ.
Adde,quòd.d.l.Publia.§.fin.in qua ſe fundat Bartol.poteſt for-
tius induci ſecundum Aret.nam ſicut.l. fin. C.de ſpon. requirit
veram traditionem arrharum , ita contractus depoſiti requirit
verum interuentum,vt l.1.§.is quoque,2.ff.de actio.& oblig. Et
tamen iſte rei interuentus probatur per confeſſionem partis. d.
l.Publia.§.fin.& l.generaliter.C.de non numera.pecu.cum Bar.
tenet Rapha. Cuma.hic,motus, quia ſicut valet confeſſio do-
tis receptæ, vt in toto titul. C. de dote cau. non nume. habe-
tur in l. 1.ff.ſolu. matrimo. ita & hoc caſu debet valere confeſ-
ſio arrharum.idem tenet Aret. hic reſpondens adductis in op-
poſitum per Angel.& Mod.quos ſtatim j̃.referam. idem vide-
tur tenere Bald. in l. 2. in vltim. quæſtio.C.quando lic.ab emp.
diſce. motus, quia per confeſſionem probatur realis numera-
tio,vt plenè not.in l.ex cautione. C.de non numera. pecu. & in
d.l.Publia.§.fin.Idem,& latius tenet idem Bald.in l.Deo nobis.
C.de epiſco.& cler.in 2.colum.in 5.not. licèt referat Bartol. te-
nere contrarium , quòd arrhæ non probentur per ſimplicem
confeſſionem,fortè voluit allegare Bartol.j̃. in ſequenti quæſt.
quia Bartol. hic idem tenet . mouetur Bald. quia veritas datio-
nis arrharum probatur per confeſſionem.d.l.Publia.§. fin.& d.
l. generaliter. C. de non numera. pecu. & l. fin. C. arbit. tut.
27 † nam iſta eſt regula,quòd ſi dictum teſtis, vel tabellionis pro-
bat veritatem , ergo multo fortius dictum , vel confeſſio partis
principalis.iſta regula fallit,quando talis confeſſio eſt reproba-
ta ratione fraudis præſumptæ, vt l.cùm quis decedens.§.Titia.
ff.de legat.tertio.& l.qui teſtamentum.ff.de probatio. Secundo
fallit, vbicunque lex expreſsè ſtatuit, quòd poſſit opponi con-
tra confeſſionem, vt in mutuo,& in dote. Tertiò quando præ-
ſumitur ſimulatio , vt.l.per diuerſas. C.mandat.& l.vnica.C.de
ſuffrag. regulariter autem eſt ſtandum dictæ regulæ, vt ibi ple-
nius per eum,& iſtam partem tenet.¶ Contrarium tenēt Ang.
Imo. & Paul. de Caſtr hic , & Angel.in d.l.fin.C.de ſpon.& do.
Mar. Soc. in conſil. 3. quod incipit circa præſentem conſulta-
tionem videtur primò dicendum.in 3. colum. moti per text.
in d.l.fin. C. de ſpon. qui loquitur de arrhis verè receptis , & ſic
quando interuenit actualis numeratio arrharum , & inualida-
tur quicquid fit extra diffinitionem illius legis non debet pati
aliam pœnam,ſed in caſu iſto pateretur duplicem pœnam , vt
prædixi. ¶ Secundò quia iſta confeſſio fit inter perſonas pro-
hibitas , ergo præſumitur in fraudem facta. d. l. qui teſtamen-
tum. ff. de probatio. gloſſ. in d. l. aſſiduis. in verbo datę. C. qui
pot.in pign. hab. & quod not. gloſſ. & Docto.in in l. per diuer-
ſas. C. mandat. & in l.vnica. C.de ſuffrag. Bartol. in l.ſi is qui ex
bonis. ff. de vulga. & pupilla. Sed ad hoc potes reſpondere ex
his,quæ dicit Bald.in d.l.Deo nobis.in 2.colum.quem ſupra re-
tuli.& Are.hic.& Barto.ita limitat, niſi ex aliquo appareret cō-
feſſionem arrharum fraudulenter factam , quæ fraus in dubio
præſumi non debet, non concurrentibus alijs coniecturis.vt.l.
quoties.§.qui dolo.ff.de proba.& l.merito.ff.pro ſocio. ¶ Ter-
* tiò facit ſecundum Imo. ſi attendas rationem *differentiæ commu-
niter accommodatam* per Docto.inter pœnam,& arrhas, vt ſupra
retuli , quia in confeſſione arrhæ eſſet eadem facilitas , quæ in
promiſſione pœnæ, quia conſiſteret in ſolo verbo , ergo ſicut
reprobatur promiſſio pœnæ in matrimonijs propter facilita-
tem , quia ſolo verbo fit,eadem ratione debet reprobari con-
feſſio arrhæ , cùm fiat ſolo verbo , & ſic cùm ſit eadem ratio,
idem ius eſſe debet,vt.l.a Titio. in fin.ſupra eod. & l.illud.ff.ad.l.
Aquil.Ad l.Publia.§.fin.alleg.per Bartol.reſpondetur,quòd lo-
quitur in caſu,in quo non requiritur traditio actualis , ſicut re-
quiritur hic in arrhis , per d.l.fin. C. de ſpon. Item ibi confeſſio
non emanauit inter perſonas prohibitas, nec ibi adeſt præſum-
ptio fraudis ſicut hic.Tertia fuit opin. eiuſdem Bald.in d.l.fina.
in 3.colum. C. de ſpon.qui diſtinguit , quòd aut talis confeſſio
eſt vallata renuntiatione non numeratę pecu.& tunc ſtandum
eſt confeſſioni: aut non eſt renuntiatum , & tunc aut à princi-
pio nata eſt exceptio,& non eſt numeratio vera , ſed ficta, vt l.
in contractibus. C. de non numerata pecu. nec habet tunc lo-
cum.d.l.fin. quia iſtæ reuera non ſunt arrhæ , ſecundum eum.
¶Tene concluſionem Bartol.cum eius limitatione, quòd con
feſſio arrharum valet, & ei ſtatur, quando ex alio non appare-
ret, quòd talis confeſſio fuerit fraudulenter facta , moueor vl-
tra

28 tra adducta per Barto.& alios, † quia nulla est fortior, nec efficacior probatio, quàm per confessionem partis. Hinc est, quod licèt contra præsumptionem iuris, & de iure non admittatur probatio, tamen admittitur confessio partis, vt est glo. approbata in §. illud. in Authen. de æqual. dot. firmant Bart. & Doct. in Authen. sed iam necesse. C. de don. ante nup. glo. & Cano. in cap. is, qui fidem. de spon. Item licèt sit renunciatum probationibus, & conclusum in causa, tamen confessionibus partis nunquam concluditur, vt c. cum Ioannes eremita. de fin. instru. & l. ampliorem. C. de appel. Bal. in rub. C. de proba. in vlt. colum.

29 in prin. ¶Concludit tertiò Barto. quòd † si appareat confessio dationis arrharum hincinde, quòd nihil valet, vnde si ego confiteor habuisse centum à Titia nomine arrharum, & ipsa tantundem à me, prout dicit Barto. quòd vidit de facto fieri, non valet, & ista confessio reciproca præsumitur fraudulenta, quod ego fui confessus habere à te, quia tu similiter fuisti confessus habere à me, quia non interuenit vera, & actualis numeratio. imò fortius, & singularius tenet Barto. quòd si apparet de vera numeratione hincinde realiter facta, quia reuera alter alteri numerasset centum nomine arrharum, & ècontra, adhuc nihil valeret, quia in effectu nihil censetur esse datum, & traditio habetur pro non facta, cùm vnus tantum dederit quantum accepit, vt l. qui sic soluit. ff. de solu. Item quia d. l. fina. C. de sponsa. loquitur, quando datio arrharum fit ab vna parte tantum, & quicquid fit extra casus ibi positos, est extra pœnam, & nihil valet, vt ibi dicit text. ad fin. Et sic isto casu nullam pœnam incurrit recusans contrahere matrimonium, ac si nulla arrha data fuisset, quo casu nullam pœnam patiuntur. d. l. fi. nisi fortè periurij, si iurassent. secundum Pau. de Cast. per cap. requisiuit. de sponsa. ¶Iste passus est quotidianus, & valde ambiguus, intendo eum bene examinare. cum Bart. tenet Pau. de Cast. hic, qui dicit se habuisse istum casum de facto, quia quotidianus est, & tenuisse opin. Barto. quæ verior est, & in mēte cuiuslibet discreti hominis caderet secundum eum. Idem tenent dom. Ant. de Butr. dom. Abb. *& alij communiter* in d. c. gemma. & ibi dicit do. Abb. quòd licet multi in hoc teneant contra Barto. & viderit varia consilia contra Barto. tamen noluit tunc consulere contrarium, quia tunc credidit, & nunc etiam credit opin. Bar. esse veriorem. nam ratio. d. l. fin. C. de spon. vt dixi sup. fuit, quia facilius, quis promittit, quàm exburset, sed ex quo tantundem recipit ab alia parte, nō videtur exbursare, & hoc maximè procedit hodiernis temporib. in quibus contrahentes confitentur recepisse alter ab altero magnam quantitatem arrharum, quæ in veritate nunquam fuerunt numeratæ, sed est nuda, & simplex confessio. Idem tenet Ang. in consi. 234. quod incip. visis statuto & contractu prædictis. motus, quia ex quo istæ confessiones factæ sunt sub vno contextu, & sunt mutuæ hincinde, debent censeri nullæ. per l. si ventri. §. in bonis. ff. de priuil. cred. idem tenet d. Maria. Socin. in consi. 3. quod incip. circa præsentem consultationem videtur primò dicendum. ¶Contra istā decis. Barto. tenet Bald. in d. l. fin. C. de spon. in duob. locis. primo in 2. colum. vbi dicit non esse verum fundamentum Bart. quòd si sponsa confitetur se recepisse centum nomine arrharum, & sponsus similiter confitetur se recepisse centum nomine arrharum, quòd nihil hincinde dicatur recipi, & fit quædā confusio. vt l. ab omnib. §. si à Titio. ff. de leg. 1. quia dicit Bald. hoc non esse verum, & ostendit: nam si mutuo tibi centum, & tu mihi mutuas centum, duplex est mutuum, nec est hic aliqua confusio, sed sunt duo contractus, & duæ causæ, & hoc patet secundum eum, quia tanta debet esse de iure communi donatio propter nuptias, quanta est dos, & tamen se non confundunt adinuicem, vt not. per glo. institu. de dona. circa med. Idem tenet Bald. in eadem l. fin. in 3. colum. vbi dicit, quòd consuetudo generalis approbat istam confessionem, & mutuam dationem arrharum, & maxime statuto Italiæ, vbi interuenit guarentigia, idest præceptum in cōfessum, & quòd illud, quod tenet Barto. quòd ista mutua confessio ratione partis quantitatis hincinde non valet, nec probat, nec hinc nec inde videtur aliquid perceptum, & quòd si sponsus nomine arrharum verè numerauit sponsę centum, & quòd sponsa sponso similiter numerauit, mille arrhæ interuenisse videntur, sed id quod est datum statim recuperatum censetur, per d. l. qui sic soluit. ff. de solu. nam dicit Bald. & multum coloratè, quòd in d. l. qui sic soluit. agebatur de distractu fiendo, & actu resoluendo. vnde ni

30 hil agitur, etsi incontinenti resoluitur, vt ibi, sed † vbi duo actus compatibiles celebrantur, ibi neuter actus resoluitur. vt est tex. bene ad propositum in l. si tibi pecuniam. ff. si cer. pet. & sic Bal. videtur bene respondere secundum Aret. quòd quando aliquid datur, vt reddatur incontinenti per viam distractionis, tunc habet locum. d. l. qui sic. sed quando aliquid datur, vt reddatur incontinenti, & ex redditione oriatur noua obligatio, afferens aliquam vtilitatem, tunc istud tolleratur. & vtrunque valet, vt est casus in d. l. si tibi pecuniam. Modo in proposito nostro ille, qui recipit arrhas in certa quantitate dando eandem quantitatem alteri pro arrhis, inducit nouum effectum, quia vbi prius dans arrhas si non seruat fidem, solum incurreret pęnam perditionis arrharum. nunc tenebitur ad arrhas duplicatas, & isto modo secundum Aret. melior videtur esse opi. Bald. quando non apparet de vera numeratione arrharum. sed quādo appareret de sola confessione hincinde facta, quia non potest negari, quod ista confessio reciproca est magis suspecta, quàm si esset facta ab vna partium, fortè tunc poterit procedere opin. Barto. secundum Are. idem contra Barto. tenet etiam Bald. in l. Deo nobis. in 2. colum. in 5. not. C. de episco. & cleri. vbi etiam dicit, quod consuetudo generalis seruat cōtrarium, & minimè mutanda sunt, quæ certam interpretationem habuerunt. l. minimè. ff. de lega. Tamen rationes ibi alleg. per Bal. non videntur impugnare ista dicta Barto. quia ipse alleg. ll. probantes, quòd confessio de recepto probat veram numerationem, quod etiam Barto. concedit in præce. quæst. quando est confessio arrharum ex vna parte tantū, secus quando est mutua, & vicissitudinaria hincinde, vt hic, concordat tamen Bald. dictum Barto. cum generali consuetudine intelligendo Barto. quando apparet vera vnius partis numeratio, & alterius partis confessio. sed vbi apparet in totum confessio ex vtraque parte, ibi non præsumitur simulatio, & est ratio differentiæ secundum eum, quia in primo casu apparet distinctio quædam inter veritatem, & confessionem, & est ibi quædam difformitas, sed in secundo casu nulla est ibi difformitas. ¶Contra Barto. etiam tenet Bald. in l. 2. in vlt. q. C. quando lic. ab emp. disced. vbi dicit, quòd Barto. somniauit, & contrarium seruat generalis consuetudo, vnde tenet Bald. quòd si in sponsalib. contrahendis confessi sunt duo promissores ambo inuicem se vnum ab altero recepisse centum nomine arrharum pro sponsalibus adimplendis, si posteà vnus eorum non vult adimplere sponsalia, ille quem pœnitet, conuenietur non ex confessione, sed ex datione arrharum, quæ asserenda est in petendo, & probando per confessionem, vt dicta centum reddat, & aliud tantundem ex condictione. d. l. fina. C. de sponsa. & l. contractus. C. de fund. instruc. & si tunc conuictus dicet, & ego compenso tibi alia centum, quæ tibi dedi, vt apparet ex tua confessione, replicabit petitor, & illa centum perdidisti, quia non seruasti sponsalia, & sic pateris duplicem pœnam propter duplicem dationem arrharum, nam quia tu dedisti perdis, & quia recepisti duplum reddis, vt ibi per eum. Sed Pau. de Cast. hic dicit, q̄ tenendo opin. Bald. quòd patiatur duplicem pœnam, esset contra illam. l. fin. quæ vult, quòd extra diffinitionem ipsius nullā pœnam pati debeat, sed tu dic, quòd ad illum text. d. l. fina. respondet formaliter ipsemet Bald. in d. l. 2. in fin. C. quando lic. ab emp. disce. quòd ille ver. extra diffinitionem intelligatur, idest extra mentem in illa lege taxatam, puta si pactum excedat quadruplum, tunc non valeret, quia tunc esset extra mentem illius legis, & iste est verus intellectus secundum eum. Rapha. Cuma. hic refert Cyn. & Bald. in l. fin. C. de spon. tenere contra Barto. quòd imò d. l. fin. procedat, etiam si arrha detur ab vtraque parte. sed Rapha. intelligit hoc esse verum, si detur arrha hincinde diuersa, puta vnus dat pecuniam alius speciem, non obst. d. l. qui soluit. ꝟ. de solu. & ratio Barto. non est bona, quia ibi non propterea excludit, si detur ab vtraque parte arrha.

31 ¶. † Vltra Scribentes adde, quòd Barto. in l. singularia. in pen. colum. in fin. ff. si cert. peta. quærit, quid si in instrumento publico dicatur, quòd Titius habuit, & recepit centum à Sempronio in præsentia mei notarij, & testium infrascriptorum, Titius ad reprobandum instrumentum, & ad sui defensionem producit testes, dicentes, quòd Titius verè habuit, & recepit dicta centum, prout cantat instrumentum, sed quòd in vna manu recepit, & ex alia restituit creditori, an ex hoc contractus reddatur inualidus, & dicit videri, quòd sic, per d. l. qui sic, quia quando tu mihi das recepturus statim, non videris dare, cùm ad me nullum commodum perueniat. contrarium tamen determinat ibi Barto. nisi Titius probet, quòd reddidit, quia actū fuerat inter eos de reddendo, tunc datio est nulla. d. l. qui sic. aliàs autem ex eo solo, quòd illud quod accepit, statim reddit, non redditur instrumentum inualidum, quia fortè ex mera liberalitate reddit, vt l. si quis duos. & ibi Barto. ff. de solu. Ange. in l. si tibi pecuniam. ff. si cert. peta. vnde Barto. in d. l. singularia. videtur contrariari his, quæ hic tenet. dom. Alexan. in d. l. singularia. in penul. colum. perpendens de ista contrarietate Bart. limitat illud, quod ibi tenet Barto. non procedere in contractu, in quo non sufficeret confessio de recepto, sed requireretur vera traditio, tunc non esset necesse probare, quod hoc fuerit actum inter partes, & hoc dicit signanter velle Barto. in

l. per

l.per diuerſas.in 2. colum. C. mand. cuius dictum ita ibi ſaluat
Bald.in vlt quæſtio.in l.cùm oportet. in prin.in 6. colum. C.de
bon.quæ lib.in l.fin.C.de vſufru. & iſto caſu dicit dom. Alex.ſe
ſaluare illud quod tenet Barto.hic, per d.l.qui ſic. Tenendo, ꝙ
in contractu arrharum matrimonij requiratur vera traditio,
* prout dicit tenere Ang.*& communiter Doct.* hic.& Can.in d.cap,
gemma.licèt Bartol.ſecundum eum in præcedenti quæſtione
tenuerit ſufficere ſolam confeſſionem, & ſi illud eſſet verum,
tunc Bart. hic contradiceret his, quæ tenuit in d.l. ſingularia.in
pen.colum.& plus non dicit,nec aliter cōcordat.¶Tu aduerte
te,quòd dom.Alexan.æquiuocat ſuper dictis Barto.hic,quia il-
lud, quòd tenet hic Bartol. eſt diuerſum ab eo, quòd tenet in
præcedenti quæſtione,nam ibi loquitur, quando eſt confeſſio
arrharum facta ab vna parte, hic autem quando ab vtraque
parte,vt etiam ſupra dixi. Ex prædictis apparet, quòd opinio
Bald.contra Bartol.videtur eſſe de iure ſuſtentabilis, licèt opin.
* Bartol.*videatur eſſe magis communis*, & tenendo iſtam partem
Bald.ad l.qui ſic.quæ eſt fundamentum Bar.potes aliter quam
ſupradictum eſt reſpondere altero de tribus modis, prout in
alio propoſito reſpon.Bald.in Authentic.& qui iurat. in vltim.
colum.C.de bon.autho.iud.poſſid.quod in dict.l.qui ſic. ſoluit
ex pacto,vt ſtatim redderetur,quod non eſt hic. Secundò illa
lex loquitur, quando numeratio nullũ affert effectum, quod
non eſt hic,vt declaraui ſupra ſecundum Bald.in d.l,fin.Tertiò
illa lex procedit, vbi ex eodem fonte debet fieri reſtitutio.hic
autem ex diuerſo,& ex noua cauſa, vt etiam ſupra declaraui.
32 ¶† Concludit vltimò Bartol. quòd ſi datus eſt fundus pro ar-
rhis non realiter, ſed ſponſus conſtituit ſe nomine eius poſſi-
dere,quòd non valet, quia dict,l.fin. C.de ſponſ.requirit, quòd
accipiat, & ſic requirit corporalem traditionem, quod non eſt
hic,vt not.glo.in §.item lapilli.Inſti.de rer.diuiſio.facit. l.vnica,
C.de ſuffrag. ſecundò, & fotius etiam dato, quòd fundus, vel
ſpecies ꝑ arrha actualiter tradat̃, adhuc non ſufficit,nec valet,
quia d.l.final.loquitur in re, quæ poteſt duplari, vel quadrupla-
ri,ſi matrimoniũ non ſequatur, ſed fundus, vel alia ſpecies nõ
recipit duplicationem,vel quadruplicationem, vt l.Lucius.ſe-
cunda.§.puberem.ff.de legat.2.& l.planè vbi. §.1. & 2.ff.de leg.
33 1.ergo extra diffinitionem illius legis eſt, vt ibi in fi.dicitur,† &
ſic concludit Bart. ꝙ arrha non poſſit conſiſtere in ſpecie, etiã
actualiter tradita puta in fundo, libro, vel alia re ſimili, ſed de-
bet conſiſtere in quantitate,& cum Barto.tenet.d. Ant. de But.
in d.c.gemma,& ibidem etiam ſequitur do.Abb.in penul.col.
¶Adde vltra Scribẽtes pro primo membro Bart. bene face-
re, quòd vbi poteſt cadere ſuſpicio fraudis, ibi requiritur vera
traditio, & non ſufficit, quòd conſtituat ſe eius nomine poſſi-
dere,ita tenet Bart.in l.poſt contractum. in 3. col. in tertia præ-
ſump.ff.de dona.& idem Bart.in l.ſicut. §.ſuperuacuum. circa
fin.per illum text.ff.quib.mod.pig. vel hypot.ſol.& in conſi.65.
quod incip.Petr.Nicolæ.Bal.in l.illud.C.de ſacroſan. Eccleſ.Io.
de Imol.in c.illo vos.in 12.col.de pigno. & in c. ad noſtram.de
emp.& vend.d. Alex.in conſil. 57. 5.volu. quod incip.viſa breui
caſus narratione. Pro ſecundo membro Bart. adde bene face-
re illud,quod tenet idem Barto. in l.Meuius §.duobus.in pen.
34 col.ff.de leg.2.† vbi tenet notabiliter,ꝙ ſtatutum de pœnis du-
plicandis, habet locum in pœnis exiſtentib. in quantitate non
autem in ſpecie, vel corpore, quia illæ non recipiunt duplica-
tionẽ.per d.l.Lucius. 2.§.impuberem, & per hoc decidit duas
notabiles quæſtion.de quibus ibi per eum.Idem tenet Bart.in l.
ſanctio legũ.ad fi. ff.de pœn. & in d. l.Lucius.2. § impuberem,
per illum text.Bal.in repe.l.quid ergo.§.pœna grauior.in vltim.
col.vbi limitat.ff.de infam.& ſubtiliter Bart.in l.ſi ad magiſtra-
tum.C.de decur.lib.10.ſeqtur ſimpliciter Raph.Cu. in d.l.pla-
nè vbi.§.1.in 2.not.ff.de leg.1.¶Iſtam deciſion.Bart. hic repro-
bant,& bene Bald.& Sali.in d.l.fin.C.de ſponſa.& ibi Bald.in 3.
colum.dicit Bar. in hoc erraſſe, motus per duo, Primò, quia
pignus non poteſt conſtitui niſi in ſpecie, vt gl.eſt nota.& ma-
giſtra. in l 1. in verbo, quod magis eſt. ff.de pignor.actio.& ta-
men pignus poteſt dari pro arrha, prout tenet gloſſ. hic in 4.
* parte, *& communiter Doctor.* ergo patet, quòd arrha poteſt dari
in ſpecie, Secundo,quia in ſpeciebus,in quibus non cadit du-
plicatio circa ipſam rem, vel ipſum corpus, bene cadit dupli-
catio circa earum æſtimationem, vt l.ſi cum exceptione.§.La
beo ait.verſi.quadruplatur.ff.quod metus cauſa. & l.is,qui prę-
dam.cum gloſſ. ff. ad legem Iul.pec. & l. Senatus.ff.de contra-
henda emptio. aliàs ſequeretur, quòd in actione vi bonorum
raptor. vbi res rapta quadruplatur, item in actione furti in qua
eſt pœna dupli,vel quadrupli, quòd iſte actiones non haberẽt
locum, niſi quando raperetur quantitas, & non ſpecies, quod
eſſet fatuum dicere,vnde in l.2.in principio.ff.vi bonor. rapto.
dicitur,quòd ſi quis per vim rapuerit rem alterius,puniatur ad
quadruplum,nemo dixerit, ꝙ ſi quis rapuerit ſpeciem, & non
quantitatem,ꝙ dicta pęna non habeat locum, imò æſtimatio
illius ſpeciei raptæ quadruplabitur,& idem in furto. l.ſi pro fu-
re.§.furti actio.ff.de condi.furt.& §.ex maleficijs. verſicul. item
mixta. inſti.de actio. & per iſta fundamenta iſtam opin. Bald.
contra Bart.tenent Imol.Raph.Cuman. Paul. de Caſt.& latius
Aret.hic.Nec obſtat iſtud, quod. ſ̃. retuli Bar.tenere in multis
locis, quòd ſtatutum loquens de pœnis duplicandis, non ha-
bet locum in bonis exiſtentibus in ſpecie, vel in corpore, quia
illa deciſio Bar. videtur ex prædictis reddi dubitabilis,cùm æſti-
matio ſpeciei bene ſit duplicabilis, vt dixi, & iſtud examinat
ſubtiliter Bald. in d. l. ſi ad magiſtratum. C.de decurionib.libr.
10. Niſi intelligas Bartol. ſanè loqui, quando ſpecies eſſet talis,
quę non eſſet æſtimabilis,& ſic non poſſet duplicari ẽt mediã-
te æſtimatione,puta ſi eſſet pœna amputationis manus,vel al-
terius membri,prout videtur loqui Bar.in d. l. Lucius. 2. § im-
puberem.& in d.l.ſanctio legum.ad fi.& in repe.d.§ pœna gra-
uior.in vlt.col.& Aret.hic circa fin. Tamen aliter,& in alijs ter-
minis, quando ſpecies eſt æſtimabilis,loquitur Bart.in repet. l.
Meuia.§.duobus.in penul. col.de leg.2. vnde vlterius pro nunc
me in hoc non extendo, ne nimium egrediar quæſtionẽ Bart.
vnde redeundo ad q. Barto.Pau.de Caſtr. arguendo à partium
enumeratione dicit Bart.omni caſu malè loqui: Aut enim in-
tellexit Bar.ꝙ ſi ille, qui dedit ſpeciem,recuſet contrahere ma-
trimonium,quòd non perdat illam ſpeciem datam pro arrha,
& non bene loquitur,quia pœna perditionis eius,quòd datum
eſt pro arrha, ita cadit in ſpecie, ſicut in quantitate, ſi verò in-
tellexit Barto. quòd ille, qui recepit, ſi recuſat contrahere, ſolũ
reſtituat ſpeciem,& non duplum, eo quia in ſpecie non cadat
æſtimatio dupli, & in hoc etiam non bene dicit Bartol. quia
bene poterit ſolui æſtimatio illius ſpeciei, quæ bene cadit.ar-
gum.l.fundum Cornelianum.ff.de dona.

S V M M A R I V M.

1 *Dicta in præfactionibus intelliguntur in ſequentibus repetita. limita,vt infra num.4.*

2 *Si præcedat mandatum alicuius de aliquo faciendo, & ille poſtea faciat, licèt non exprimat ſe facere nomine illius, tamen præſumitur, quòd pro illo, & nomine illius fecerit.*

3 *Simulatio contractus probatur per ea, quæ ante contractum dicta ſunt inter partes.*

5 *Licèt inter contrahentes multa hincinde præceſſerint, tamen ſi tempore inſtrumenti illa verba per omnia non fuerint replicata,videtur tantum fuiſſe actum,quòd in inſtrumento reperitur ſcriptum.*

6 *Repetitio dictorum in præcedentibus,quæ habet vitiare, nunquam debet fieri.*

§. Idem reſpondit plerũque.

Iſte. §. ſeipſum ſummat, nec poteſt breuius ſummari, tamen
potes ſic ſummare, Dicta in præfationibus cenſentur in ſti-
ſtipulatione repetita, niſi eam vitiet, hoc dicit. Diuiditur in
duas partes. In prima ponitur regula. In ſecunda eius limi-
tatio.Secunda ibi,ſic tamen.¶Not.primò ex iſto tex.regulam,
1 ad quam frequenter allegatur, ꝙ † dicta in præfationibus in-
a telliguntur in ſeq.repetita,[a] vt hic, & l.item,quia.§ fi.& ibi glo.
& Doct.ff.de pact.vnde ſi in præfationib.fuit dictum inter par-
tes in præſentia teſtium, ꝙ promittendo centum modios fru-
menti intelligatur de frumento talis loci, licèt poſteà notarius
qñ recipit inſtrumentum, non facit mentionem de illo loco,
tamen intelligitur repetitus locus. ¶Iſtam regul.intendo vltra
alios bene,& vtiliter examinare.Adde primò quod no. Bart.&
reputat diligentiſſimè ſignandum in l. qui in aliena. §. ſi is qui.
2 per illum text.cum gl.ff.de acquir.hæred.† ꝙ ſi pręcedat man-
datũ alicuius de aliquo faciendo,& ille poſteà faciat, licèt non
exprimat ſe facere nomine illius,tamen pręſumitur,quòd pro
illo,& nomine illius fecerit.idem Bart.in l.qui ſeruum. in verſi.
idem eſt in eo.per illum text.ff.de interroga. act. & per hoc in-
fert in ſpecie Bald.in l.multum intereſt.in 2.colum. C.ſi quis al.
vel ſib. quòd inter Caiũ, & Titium fuit ordinatum, ꝙ Titius
occideret Seium, & poſtea ipſe Titius Seium occidit, præſu-
mitur,ꝙ fuerit ſequutus ipſe tractatus, & quòd ita fuerit ordi-
natum inter ipſos,licèt teſtes dicant finali ordinatione ſe neſci-
re.refert, & ſimpliciter ſequitur domin. Alexand.in conſil.1.3.
volumi. quod incip. viſo proceſſu inquiſitionis formatæ con-
tra Anto.in 1.colum.tamen ad primum dictum Barto. in dict.
§.ſi is, qui,adde, ꝙ contrarium videtur tenere idem Barto. in l.
poſt

A D D I T I O.

a ¶Repetita.Adde, ꝙ hanc reg.declarat Rol.conſil.67.num.83. 84.lib.3.

post dotem.in 6.lect.ff.solu.matr.& ibi vide latè.do.Alex.in 11. colum.& seq.eundem do. Alex.in l.1.§.nunciatio ex hoc. in 5. colum.ff.de oper.nou.nunc.& est bon.tex. in l.seruus communis sic omnium.in ver.fin.ff.de stip.ser.& in l.fin.in versic. quod enim.C.per quas perso.nob.acqui.Secūdò adde, quòd per istā
3 reg.dicunt not.Bartol.& Docto. in d.l.item quia. §. fin. † posse conuinci fraudes vsurariorum. nam vsurarij faciunt pactum, vt pro simplo promittatur duplum, posteà tempore contractus adhibent notarium,& testes,qui de hoc nihil sciunt, sufficit enim probare, quòd hoc fuerit in præcedentibus dictum, quia in sequentibus videtur repetitum,vt hic.Similiter simulatio contractus probatur per ea,quæ ante cōtractum dicta sunt inter partes. Si fuit dictum inter partes, quòd non esset venditio sed pignus,deinde factum est instrumentū venditionis,præsumitur simulatum,secundum Bart. & alios in l.pacta nouissima.C.de pact. Bald. Ang.Imo. & alios in l.si quis cùm aliter. s̄. eo.Ang.& Imo.in l.quoties.§.sed si cum primum. ff. de hæred. instit.Bald.in l.multum interest.in 1. & 2. colum. C.si quis alte. vel sibi. vnde si aliquis te requisiuit, quòd mutuares ei centum, & obtulit se datutum fundum in pignus, tu dixisti, quòd eras contentus recipere pignori,sed volebas,quòd fieret instrumentum venditionis, & ita factum est instrumentum venditionis, modo altera pars dicit istud instrumentum fuisse fictitium, & non fuisse venditionem,sed pignus,vt sic computes fructus interim perceptos in sortem.vt l.1.& 2.C.de pig.act.Tu dicis, ꝙ fuit venditio,prout cantat instrumētum, vt sic lucreris fructus interim perceptos, licèt feceris pactum de retrouendendo, vt l.2.C.de pact.inter emp.& vendi.certè si testes partis aduersæ testificātur,qualiter prius fuit actum inter nos,quòd esset pignus, tu succumbes,secundum Bald.in d.l.pacta nouissima. & ibi notabilius Paul.de Cast.cum limitatione,de qua ibi per eos,& vltra eos adde pro hoc tex.notab.in l.4.§. si ab ignoto. ff. de manumis.Bald.in l.1.in 10.quæst.C.si ser. exter. Confirmantur ista optimè, quia ex præordinatis probatur fraus, & præsumitur
4 contractus vsurarius, secundum Bald.in l.2.C.ad Velle. ¶† Limita nunc regulam huius tex. sic ampliatam quinque notabilibus modis.Primò limita eam procedere,quādo post tales præfationes incontinenti sequuta est stipulatio,& contractus,quia quæ incontinenti fiunt,censentur inesse.l.lecta in ver. dicebam. ff.si cer.pe.& c.officij.de elect.Aliàs si fieret ex interuallo,præsumeretur obliuio,vel error,vt l.sed,& si me putē. §.1.ff.de cond. ind.vel censerentur partes recessisse ab illis prius dictis,& stabitur solùm verbis contentis in instrumento,ita limitat gloss.hic,
* *& communiter Docto.* sequuntur per tex.in l. per retentionem. C. de vsur.Idem tenet Bartol. in d.l.item quia. §. fin. ista limitatio est valde necessaria,& fundamentalis ad istam reg. ideo plenius est attingenda. Tamen ad d.l.per retentionem.posses dicere secundum Pet.de Bellaper.& Bal.ibi, quòd ibi loquitur in nouo contractu vsurarum ex interuallo facto, vnde tunc dicta in vno contractu non intelliguntur repetita in alio contractu nouo,vel nouante,vt ibi, sicut etiam nō intelliguntur repetita inter alias personas,vt dicam. j̄.in 4. limit. Sed ista limitatio gloss.
* est bona,& *communiter approbata*,& melius probatur per l. si tibi liberum.ff.de actio. empti. & l. si binarum.ff.de ser.vrb.prædio. quas ll.gloss. hic alleg. pro concordantibus, sed contrariantur, & Bartol.hic alleg per viam oppositionis,vbi in traditione non intelligitur repetita seruitus,de qua fuit actum, quòd emptor pateretur eam imponi fundo vēdito, eo quia talis traditio fuit facta ex interuallo, & ita respond. ad illas. ll. aliàs secus: vnde quando factum fuit aliter, quàm in præfationibus esset actum, præsumitur error.l.sed & si me putem. §.1.etiam in vlt.volunt. l.quoties.in princ.& §.1.& 2. ff. de hæred. instituen. nisi pars aduersa probaret in præfationibus ita actum fuisse, & cōtractum intra modicum tempus fuisse celebratum, vt hic, & ita etiam declarant Bartol.& alij hic.Item pro ista limitatione huius glo. facit.l.cùm in plures.§.locator horrei.secundum vnum intellectum.ff.loc.& l.matrimonij causa.in fin.ff.qui,& a quib.¶Istam limit. gloss. nostræ approbatam limita duob. mod. Primò nisi expressè fuisset actum inter partes,& posset hoc probari,quòd quandocunque inter ipsas parter fieret talis contractus,intelligeretur tali modo, vel quandocunque contingeret fieri venditionem talis fundi,intēdunt,quòd sit pignus,tunc enim quādocunque ex interuallo fieret,intelligeretur tamen facta repetitio,ex quo conuentio talis habet tractum in futurum, ita no. limit.Bart.in d.l.pacta nouissima.& ibi alij sequuntur.C.de pac. & sequitur etiam simpliciter Pau.de Castr.hic.¶Secundò not. limita,quando illud, quod fit ex interuallo,respicit suum principale,sicut est augmentum,tunc illud,quod fuit dictum, vel conuentum in præcedentibus super principali,intelligitur repetitum in sequentibus super augmento. vnde pactum quandocunque appositum super dote,intelligitur repetitū super augmento dotis posteà ex interuallo facto.tex.est no. in l.etiam. & ibi Bal.circa med.C.de iu.dot. & isto modo etiam intellige tex. in l.inter socerum.§. cùm inter.in fi.ff.de pac. dot. quicquid ad illum tex.dicat Bal.in d.l.per retentionem.circa fi. vt dicam. j̄. in 5.limi.¶Secundò principaliter limita reg.huius tex.procedere secundum Bart.hic,in his,quæ dicuntur in præfationibus, & concluduntur,hoc est in his,in quibus partes conueniunt,& se firmant antequam fiat contractus super eodem, alias secus, vnde dicit Bartol. in d. l. item, quia. §. fin. quòd præfationes intelliguntur tractatus conuentionales firmati a partib. antequam perueniatur ad ipsum contractum,vt hic,& ibi.Adde, quòd multa tractantur inter partes,quæ posteà non concludūtur,nec veniunt ad finalem effectum,vnde non sufficit probare colloquia habita inter partes,vel tractatus tātum, nisi etiā probetur,quòd tales tractatus fuerint confirmati, & conclusi inter partes. ita not. tenet Bal. qui frequenter allegatur in practica,in l.multum interest.in 2.col.C.si quis alt. vel sibi.& in l.cùm allegas,in 2.col.C.de vsur.Io.de Imo.in l.si quis cùm aliter. in antepe.col.s̄.eo.d.Alex.in consi.168.5.vol.quod incipit,in causa appellationis interpositæ.in 3. col.† Item licèt inter contrahentes
5 multa verba hininde præcesserint, tamen si tempore instrumēti illa verba per omnia non fuerint replicata,illud videtur fuisse actum,quod reperitur scriptum in instrumento,tex.est.no.in c. dudum.in ver.eo tēpore.& ibi.d.Abb.in vlt.no.de conuer.coniug.Item adde,ꝙ testes,qui interfuerunt tractatui,& non interfuerunt conclusioni, non probant consumationē actus.ita no. gl.in l.eleganter.in prin.in gl.parua.ff.de condi.inde. secundum Bal.in c.fi.in vlt.col.de iur.cal.¶Tertiò limita reg.huius text. ꝙ dicta in præfationibus videntur in sequentib. repetita, vt procedat,quando præcedētia sunt præparatoria sequentiū,vt quia sunt forma,vel quasi eorū, quæ sequentur.ita loquitur iste tex. secus si sint distincta,& separata prorsus,ita limitat Bal. in l.per retentionem.post Pet.de Bellaper.ibi,& reputat Bal. esse notabile.C.de vsur. Adde bene facere illud,ꝙ dicit Raph.Cum.hic,licèt de Bal.nō faciat mentionem,ꝙ ea,quæ ponuntur in præfationibus, intelliguntur repetita in actu principali,ad quem tendunt ipsæ præfationes,alias secus.¶Quarto limita istam reg.nō procedere inter alias personas,vt est glo. in l.in repetendis.ff.de leg.3.secundum Bart.& Raph. Cum.hic,sicut etiā non fit repetitio in alio contractu,vt dixi. s̄.in 1.limi.¶Quinto & vlt.limita istam reg.procedere in repetitione fauorabili, vt est dotis, illa bene permittitur.l.inter socerum.§.cùm inter.in fi.ff.de pac.do. secus est in repeti. odiosa, vt est vsurarum,illa non permittitur. d.l.per retentionē.C.de vsur.& ita per illum tex.limitat ibi Bal. reg.tex.nostri.¶Sed tu caue,ꝙ licèt tex.in d.l. per retentionem. videatur loqui in req.vsurarum,tamen tex.in d.l.item quia.§.fi. loquitur in vsuris,& tamen fit repetitio præcedentium,licèt ibi illæ vsuræ non videātur odiosæ. Itē regula,quæ ponitur in hoc tex.est generaliter posita: vnde melius respondet ad text.in d.§. cùm inter.in fin.prout etiam dixi.s̄.in 1.limi.secundum Bal.in l. etiam.circa med.per illum tex.C.de iu.do.quòd ibi illud, quod fit ex interuallo, respicit suum principale,vnde tunc illud quod dictum fuit, vel conuentum in præcedentib. super principali, intelligitur repetitum in sequentib. ex interuallo factis.vnde pactum factum super principali,& sic super dote intelligitur repetitum super augmento dotis posteà, ex interuallo facto,prout propriè sunt tex.in d.l.etiam.& in d.l.inter socerum.§. cùm inter.in fin.Nunquid autem dicta in vna parte contractus intelligantur repetita in alia parte eiusdem contractus, est materia, quā plenè ponit Bar.in l.si ita stipulatus fuero si Titius §. Chry-
6 sogonus.vbi dixi.s̄.eo.¶† Secundò no.ex secunda parte tex.ibi, sic tamen, ꝙ repetitio dictorum in præcedentibus, quæ habet vitiare,nunquam debet fieri. Adde, ꝙ similiter qualitas præcedens,quę vitiat,in dubio nō intelligitur repetita in sequen.actu. l.si quis a filio.in prin.& ibi gl.no.ff.de leg.1.& l.seruo alieno.§.si ab impubere.ff.eo.Similiter clausula in fi.posita non refertur ad illa capitula,quæ ex tali relatione fierent inutilia.l.cum vulgari. ff. de do. præle. & l. talis scriptura.in ver. 1. & ibi Bart. in duob. locis no.ff.de leg.j.Similiter per repetitiones,vel subauditiones, aut tacitos intellectus non debet induci iurium correctio.vt est gl.in c.cupientes.§.quod si per 20. in verbo petere. de elec. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Verbum promisit, etiam in scriptura priuata, intelligitur per stipulationem, idem etiam verbum cauit, etiam in materia vsuraria & odiosa.*
2 *Epistola regulariter mittitur ad absentem.& nu.7.*
3 *Etiam scriptura priuata continens promissionem, probat stipulationem.*
4 *Conditio apposita per legem,debet formaliter impleri.*

Ias. super ij.ff. Noui. Ee *Præsentia*

5 *Præſentia eſt de ſolennitate intrinſeca ſtipulationis.*
6 *Verbum promitto, quando reperitur in ſcriptura publica notarij, intelligitur per ſtipulationem.*
8 *Vna præſumptio tollitur per aliam, & fortiori præſumptioni ſemper ſtatur.*
9 *Si reperiatur depoſitum factum vni, & alius promiſit illud depoſitum reſtituere, iſte ſecundus tenetur tanquam fideiuſſor.*

§. Idẽ reſpondit cũ Septitius.

1 † Verbum promiſit,[a] etiam in ſcriptura priuata poſitum intel
a ligitur per ſtipulationem, hoc dicit, ſecũdum intellectum Bart.
* *& aliorum communiter.* de cuius veritate ſtatim. j. dicetur. & erit iſte. §. ſubtilis in eius intellectu. idem pondera ſecundum Aret. quòd in iſto text. nullibi eſt verbum promiſit, prout Bartol. & Docto. præſupponunt, ſed eſt verbum cauerit, & ſic præſupponunt, quòd verbum cauerit, idem importet, quod promiſit, & ſic, quòd verbum promitto ſignificetur hic à Iuriſcõſulto per verbum caueo, ſed tu aduerte, quia verbum cauit, videtur ſemper intelligi per ſtipulationem in materia vſuraria, & ſic odioſa, text. eſt in l. ſi ita quis promiſerit. §. Sẽia cauit. j. eo. & eſt glo. ord. in l. ſancimus. in gloſſ. fin. per illum text. C. de verbo. ſignific.
2 ¶ † In tex. ibi, literis ſuis non intelligas, id eſt epiſtola, quia illa regulariter mittitur ad abſentem. l. ea, quæ. in princ. cum gloſſ. ff. de dona. inter vi. & vxo. vnde intelligitur de apodiſſa, ſeu ſchedula priuata ſcripta manu promiſſoris, ſecundum Ang. & Pau. de Caſt. hic. Sed certè iſta expoſitio videtur deſtruere iſtum tex. qui dicit literis. & tex. in l. 1. C. de contrahen. & com. ſtip. dicit epiſtolæ, vnde Imo. & Aret. intelligunt iſtum text. in totũ è contra, quòd loquatur in literis vel in epiſtola, non autem in apodiſſa, vt ſtatim. j. dicetur. ¶ Not. 1. ex iſto tex. ſecundum intelle.
3 Bart. *& magis communem,* † quòd etiam ſcriptura priuata conti-
* nens promiſſionem probat ſtipulationem. vnde per iſtum tex. not. Ange. quòd ſi vnus mercator ſcripſit eſſe debitorem Titij in mille aureis ex certa cauſa iuſta, quæ ſibi reddere promittit ad omnem eius voluntatẽ, præſumitur promiſiſſe eidem præſenti, & ſtipulanti, & ſic ex tali ſcriptura poterit agi. quod Ange. reputat perpetuò tenendum menti, & refert Paul. de Caſtr. ꝙ Angel. multas pecunias fuit lucratus de iſto caſu, qui frequens eſt, quia frequenter cõtingit reperiri ſcripturas priuatas, in quibus confitetur recepiſſe centum a tali, & promittit reſtituere ad omnem eius requiſitionem, quod talis ſcriptura præſumitur facta in præſentia partis, & quòd interuenerit ſtipulatio, & ſic ex ea poterit agi, tamen dicit Paul. de Caſtr. quòd de hoc vidit Florentiæ dubitari quamplurimum, cùm plerunque pars non ſit præſens, & aliquis in camera ſua ſcribit talem ſcripturam quam ad eum emittit. ¶ Contra iſtam deciſionem Ang. & contra communem intellectum ad iſtum tex. opponitur retorquẽdo iſtum text. ad oppoſitum ſecundum Imo. & Paul. de Caſtr. nam iſte tex. loquitur conditionaliter, ibi, ſi inter præſentes actũ eſt, & text. in l. 1. C. de contrahen. & com. ſtip. loquitur etiam cõditionaliter, ſi res inter præſentes geſta eſt, ergo iſti duo text. à contrario volunt, quòd ſi non probetur partem fuiſſe præſentem, quòd non præſumitur ſtipulatio nec ex ea poteſt agi. Tu vltra eos ſtringe fortius iſta duo iura cõditionaliter loquentia:
4 † nam conditio appoſita per legem debet formaliter adimpleri, quia nunquam dicitur continere leuem ſolennitatem ſecundum Bald. ſing. in Auth. ma. & auię. in 1. colum. in fin. C. quando mul. tu. offi. fun. po. per text. in l. prætor. in princ. ff. de col. bo. & ſequuntur do. Alex. & Aret. in l. 2. §. prius. ff. de vulga. & pup. cum alijs concord. quas ibi dedi. conditio enim natura ſui importat cauſam finalem. l. 2. §. fin. vbi not. ff. de dona. & ad terminos noſtros Aret. in cap. in cau. in 4. colum. de teſtibus. Sed ad hoc videretur poſſe reſponderi, & dici, quòd in dubio præſumitur præſentia alterius partis, prout tenet gloſſ. reput. ſing. in d. l. 1. C. de contrahen. & com. ſtip. quam ſequuntur Bartol. & Ange.
5 hic. & pro illa gloſſ. facit ratio, † quia cùm præſentia ſit de ſolennitate intrinſeca ſtipulationis, vt l. 1. in princ. ſ. eod. ergo in dubio præſumi debet, per reg. l. ſciendum. ſ. eod. & §. fin. inſti. de fideiuſ. ſecus quando præſentia non erat neceſſaria pro forma, tunc in dubio non præſumitur. l. 2. cum glo. C. de ſtat. & imag. quia tunc eſſet ſolennitas extrinſeca, quæ non præſumitur. l. quæcunque. §. fin. ff. de pub. in rem act. no. in d. l. ſciendum. quia iſta ſolutio confunditur per iſta duo iura conditionaliter loquentia, quę cum myſterio dicunt ſi inter præſentes res acta eſt, ergo ſi non probetur præſentia partis, in dubio non præſumetur ſtipulatio. & ſi verum eſſet. quòd in dubio præſumatur præſentia partis, prout vult gloſſ. in d. l. 1. Bartol. & Ange. hic, certè iſtæ duæ. ll. ineptè, & ſuperuacuò loquutæ eſſent conditionaliter dicendo ſi inter præſentes actum eſſet, vnde iſtæ duæ. ll. volunt, quòd verbum cauerit, vel promiſit redactum in ſcriptura priuata ita demum intelligatur per ſtipulationem, ſi alia pars fuit præſens, quãdo Septitius eã ſcripſit: & ſi eius præſentia probetur, & non aliter, facit. l. his verbis. j. tit. 1. Iſte videtur proprius, & realis intellectus iſtarum. ll. quicquid Bart. & alij dicant. ¶ Ad
6 idem facit & ſecundo, † nam verbum promitto, quando reperitur in ſcriptura publi. notarij, tunc bene intelligitur per ſtipu-
b lationem,[b] propter auctoritatem publicam notarij. tex. eſt in l. ſi ſcriptum. inſti. de inu. ſtip. gloſſ. & Docto. in l. ſciendum. ſ. eo. ſecus, quando verbum promitto profertur a teſtibus, tunc nõ
* intelligitur per ſtipulationem. gloſſ. *eſt communiter approbata* in l. 1. C. de vſur. Docto. in d. l. ſciendum. ergo idem quando reperitur in ſcriptura priuata, non intelligitur per ſtipulationem, niſi alia pars fuerit præſens, & ſic niſi probetur de præſentia alterius partis, vt eſt tex. clarus hic, & in d. l. j. & in terminis noſtris, quòd verbum promitto ſi reperiatur in ſcriptura priuata, non intelligatur per ſtipulationem, tenet Ange. in l. lecta. in 2. colum. per illum text. ff. ſi cert. pet. Tertio ad idem facit tex. in l. optimam. C. de contrahen. & conſt. ſtip. & in §. item verborum. inſti. de inu. ſtip. & licèt Bartol. dicat, quod in iſtis iuribus ad maiorem cautelam fuerit ſcriptum inter præſentes actum eſſe, tamen illi text. videntur ſtringere contra communem intellectum, nec videntur poſſe pati iſtam ſol. Bartol. prout etiam ponderat Are. hic, nam ibi dicitur, quòd prius fuit dubitatũ apud Antiquos, vtrum ſcriptura atteſtans de præſentia partium probet ipſam præſentiam, & certè propter vtilitatem contrahentium ibi tex. inducit, quòd probetur præſentia, ergo ſecundum iur. regulas præſentia nõ probabatur, nec præſumebatur, quia tũc illud nõ ſtatuiſſet propter vtilitatem contrahentium, ſed quia verba, & natura rei hoc importarent, ſicut dicitur in l. ſciendum. ſ. eod. vnde pondera fortius, & ſubtiliter illum text. quòd ſi ibi verba non probant præſentiam de eorum natura, quando præſentia partium in ſcriptura exprimitur, ergo multo minus debet probari, vel præſumi præſentia, vbi nihil de ipſa præſentia in ſcriptura fuit expreſſum, vt hic, & in d. l. 1. & iſtud ſtringit contra communem, vnde Ioan. de Imo. in iſta materia pro concordia diſtinguit, & eum ſequitur Aret. quòd aut verbum cauerit, vel promiſerit, profertur in ſcriptura, quæ ſui natura fit inter abſentes, vt eſt hic in literis, & expreſſius in epiſtola loquitur text. in d. l. 1. C. de contrahen. & com. ſtip. & iſto caſu non præſumatur præſentia alterius partis, niſi probetur, ita propriè loquitur
7 text. hic, & in d. l. 1. † quia epiſtola communiter mittitur ad abſentes, & per eam poteſt aliquando contrahi inter abſentes. l. 1. §. 1. ff. de procu. & l. 1. in fin. ff. de contrahen. emptio. & l. conſenſu. vbi gloſſ. not. ff. de act. & obi. vnde oritur præſumptio, quòd ſit factum ex eo, quòd communiter fieri conſueuit. l. certi condictio. §. ſi nummos. vbi plenè dixi. ff. ſi cert. peta. & quòd epiſtola mittatur inter abſentes, & non inter præſentes, eſt gloſſ. in l. vnica. §. ſancimus. & §. ſed & ſi quis inter. C. de lat. lib. tollen. licèt etiam epiſtola poſſet fieri, & mitti inter præſentes. l. Labeo. & ibi gloſſ. not. ff. de pact. quia litera non erubeſcit. Sed regulariter, vt dixi, mittitur inter abſentes. Aut verbum promiſit reperitur in ſcriptura, quæ communiter conſueuit fieri inter præſentes, vt eſt apodiſſa, vel ſchedula, quæ communiter ſolet fieri ipſi parti, & tunc in dubio præſumitur facta inter præſentes, ita procedat gloſſ. in d. l. 1. C. de contrahen. & com. ſtip. Et tenendo iſtam concordiam non obſt. illud, quod dictum eſt. ſ. quòd in dubio debeat præſumi præſentia partis, cùm iſtud ſit de ſolennitate intrinſeca ſtipulationis, reſpondetur verum eſſe in dubio, quando ex natura contractus non inſurgeret alia præſumptio

ADDITIONES.

a [a] Promiſit. Adde Pract. Pap. for. lib. ad vſumfr. verſic. ſolenniter. & for. lib. contra plures reos. verſic. interceſſerunt. colum. 1. vbi dixi, & dic, quòd ſi verbum promitto, reperitur in ſcriptura ſine alio adminiculo & alijs circunſtantijs, importat fictam ſtipulationem, text. in §. ſi ſcriptum. inſtit. de inutil. ſtip. ſed, quòd denotet actum vnius, ſcilicet promiſſoris, qui præſumitur promiſiſſe, vt communiter contingit ad interrogationem creditoris, not. Fulgo. in l. lecta. colum. 3. ff. ſi cert. pet. Bald. in cap. cùm in iure peritus. colum. pen. verſic. quæro. extra de offic. deleg. de quo plura not. Soc. conſi. 267. col. 1. & 2. Declara tamen, vt per Galiaul. in Rubr. nu. 42. 44. ſupra hoc tit. MASVER.

b [b] Per ſtipulationem. Adde, quæ ſcribit Old. conſ. 110. Fely. in cap. cum omnes. colum. 16. verſic. tertia declaratio. de reſcrip. Galiaul. in Rubr. nu. 42. 44. ſupra hoc tit. & in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & poſthu. & in l. 2. in fi. prin. ff. ſolut. matrimo. poſt Azo. in ſumma. C. de proba. colum. 2. circa med. Felyn. in cap. 1. de pact. Alex. conſi. 173. colum. 3. lib. 7. Cagno. in l. lecta. num. 92. ff. ſi cert. pet. in l. ſi quis maior. num. 130. C. de tranſac. & dic, quòd verbum promitto poſitum in contract. innominato non importat ſtipulationẽ. teſte D. Oſal. Deciſ. 98. num. 8. & 13. & al'ás operatur verbum promitto, ſi pars ſit præſens, vt ſcribit Bal. in l. 1. C. de contrahen. ſtip. Rom. in l. ſciendũ. §. dictum. ff. de ædil. edic. & in dubio qualiter ſit intelligendum, not. Anch. conſi. 338. nu. 3. Quæ omnia plenè explicat Viu. inter com. opi. lib. 19. verſ. verbum promitto, & Suarez. lib. com. opi. ver. promittendi. Nico. Moron. de fide, & pace. par. 2. quæſt. 19. MASVER.

8 sumptio contraria, vt hic, † nam vna præsumptio tollitur per aliam, & fortiori præsumptioni semper statur. l. diuus. & ibi gloss.& Bartol.ff.de in integ. restitut.& cap. literas. & ibi domi. Abb. in 4. not. ad hoc not. de præsumptio. & est gloss.in cap. transmissæ. in gloss. fin. qui fil. sint legi. Item vehemens præsumptio naturalis tollit quamlibet opin.contrariam, vt.l.eum, qui probabilem.& ibi Bald.not.C.de episcop. & cler. ¶Contra istam concordiam Imo.& Aret.licèt coloratam, videtur facere tex.in d.l.optimam.inducendo,vt s̄.induxi,vbi erat instrumẽtum notarij, quod regulariter fit inter præsentes, & tamen ibi superfluò fuisset expressa præsentia si præsumeretur. Item non est bona saluatio,quam facit Imo.de gloss.in d.l.1.C.de contrahen. & com. stip. quod loquatur in apodissa, quæ communiter consueuit fieri inter præsentes, & in illa bene in dubio præsumitur præsentia quia imò illa gloss. expressè loquitur in terminis illius.l.1.& sic in epistola non autem in apodissa,& quòd in epistola præsumatur in dubio præsentia alterius partis, & sic stipulatio,tenet etiam gloss.in d.l.tutor.§.fin.ff.de vsur. vnde teneas ad istum tex.& ad d.l.1.intellectum,quem. s̄. tenui in pri-
9 mo fundamento.¶† Secundò not.ex isto text. quòd si reperiatur depositum factum vni, & alius promittit illud depositum restituere,iste secundus tenetur tanquam fideiussor,vt hic dicit glo.parua.& ideo ille secundus non liberatur, quia in dubio intelligitur fideiussio,& non nouatio obligationis,& istam gl.no. valde Bal. hic pro depositis.

SVMMARIVM.

1 *Tot censentur esse stipulationes,quot sunt res superius enumeratæ.*
2 *Dictio perinde, est nota similitudinis.*
3 *Ista clausula omnia,& singula,quid importet.*
4 *Si plura capitula contineantur in libello producto, ad singula est respondendum.*

1 **§.Idem respondit quoties.** † Stipulatio vna subiecta pluribus pactis facit censeri tot stipulationes quot conuentiones præcesserunt, ad quorum corroborationẽ venit stipulatio,hoc dicit.Et sic tot cẽsentur esse stipulationes, quot sunt res superius enumeratæ, vt hic. & l.pluribus. in prin. j.eo.& l. scire debemus.in princ.& l.quod dicitur.prima s̄.eod. quamuis vna fuerit interrogatio,& vnum responsum,vt in litera.& illud faciebat dubitationem,sed respõde,quòd stat simul, quod vna sit interrogatio,& vnum responsum, & forma stipulationis vna, & tamen propter pluralitatem rerum præcedentium insurgant plures stipulationes, vt dicitur in iuribus præal-
2 leg.& pondera istum text. dum dicit perinde haberi, † nam dictio perinde,est no.similitudinis, ergo verè non est idem.l.qui à patre.& ibi Bart.ff.de confir.tu. Bart.in l.1.in princ.ff.de recepta. gl.& Bart.in l.sacrilegij pœnam.§.1.ff.ad l.Iul.pecul.Lud.Ro.& do.Alex.in l.si quis vi.in prin. per illum text.ff.de acqui.poss.tamen Bal.& Ang.in l.sed & si lege.§.perinde.ff.de pet. hær.dicũt, quòd dictio perinde denotat omnimodam, & perfectam similitudinem,& totalem iuris identitatem,& istud inducunt ad statuta,in quibus esset illa dictio perinde, vt ibi per eos. Si autem adiungeretur clausula,quam communiter notarij solent apponere in fine instrumentorum,videlicet, quæ omnia, & singula superius narrata dictæ partes inuicem promiserunt per solennem stipulationem,tunc propter illam dictionem singula, verè essent tot stipulationes,quot res superius enumeratę,& quot
3 capitula præcesserunt,† & de ista clausula omnia, & singula,habes tex.in cap.vt circa.§.1. & ibi glo. in verbo omnia, & singula.de elec.in 6.Et faciunt,quę statim.j.subijciam.Item ad istum §.adde illud,quod decidit Spec.in tit.de arbi.§. sequitur.in vers. quid si plura capitula. vbi tenet, quòd si plura capitula continentur in compromisso,vel contractu,& pęna sit promissa, & aliquis facit, vel venit contra vnum capitulum,an pœna committatur insolidum,& tenet, quòd nõ,sed pro parte,quia quot sunt capitula,tot sunt diuisiones illius stipulationis pœnalis, sicut & alias prout sunt res,tot cẽsentur esse stipulationes.l.quod dicitur.1.s̄. eo.sicut ergo si veniret quis contra omnia,committeretur pœna in totum,sic etiam veniendo contra partem pro parte dunraxat committitur,vt idem iuris sit in toto quo ad totum,quod in parte quo ad partem.l.quę de tota.ff.de rei vend. & c.pastoralis.in prin.de offic.deleg. vnde lex consulit, quòd si velis pro vno capitulo pęnam insolidum committi,stipulatio sic concipiatur,promittis hoc,& hoc sub tali pœna? & si quod prædictum est non erit,vel non fiet,dabis pęnam? vt in §.fi.insti.de verb.obl.vnde tabelliones nostri tẽporis scribunt sic,promittis omnia,& singula sup.scripta seruare, & si contra prædicta,vel aliquod prędictorum veneris,dabis tantum nomine pę-

næ? secundum Spec.ibi.Secundò ad istum. §.adde, quòd decidit idem Spec.in titul.de lit.contesta.§.nunc dicamus.in princ.
4 † vbi dicit,quòd si plura capitula cõtineantur in libello producto,ad singula est respondendum ad hoc, vt plena sit lit.contestat. quia quot sunt in libello articuli, tot sunt petitiones.l. cum in vna.ff.de appel.& l.etiam si pater.§.1.ff.de minoribus,& cap. cum pro causa.de sent.excom.plena est ergo lit.contest.secundum eum, quæ fit in curia Romana, vbi sic libello respondetur,litem contestando, nego narrata prout narrantur, & dico petita fieri non debere: nam talis responsio omnia capitula petitionis cõplectitur,dum omnia negat, vt hic. & l.pluribus. in prin.j. eo. quod admittit Spec. quando plura sunt in libello disiunctiuè posita,si autem copulatiuè, oportet ad singula sigillatim responderi,vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Inducta ad vnum effectum non debent operari alium.*
2 *Relatiuum quis vel qui,iunctum verbo futuri temporis,facit conditionẽ non expressam sed tacitam.nu.4.*
3 *Verbo petieris,siue adijciatur relatiuum siue dictio cum, nunquàm facit conditionem.*
5 *Qualitas non potest considerari,vbi non est subiectum.*
6 *Dictio cum,facit tacitam conditionem,& non expressam, item importat principaliter tempus,secundariò conditionem.*

LEX CXXXI.

1 **SI ita quis promiserit.** † Verba qua die petieris,non denotant conditionem, sed admonitionem,ideo tunc vsuræ simpliciter promissæ incipiunt statim currere ex tempore stipulationis non expectato die interpellationis,hoc dicit,vel sic, & breuius,& fundamentalius.Verba,quę in sui conceptione exactionem cõtinent stipulationis contractæ,diem non differunt,hoc dicit.ratio, quia inducta ad vnum effectũ non debent operari alium.l.legata inutiliter.in prin.ff.de leg.1.& l.legata inutiliter. ff.de adi. lega. & cap. ad nostrã.de appel. sicut etiam cõsensus præstitus ad vnum effectum non debet operari alium,secundum Bal. in c.1.in antepe. col.in tit.an agna.vel fi.in vsib.feud.¶Diuiditur in 4. par. In prima ponitur thema,& qõ. In secũda responsio. In tertia limitatio responsionis.In quarta ponitur alia qõ,& responsio Secunda ibi,respondi secundũ ea,quæ proponerentur. Tertia ibi, nisi
2 aliud actum.Quarta & vlt.est ibi,item quæsitum est ¶† Dubiũ faciebant in hoc text.illa verba conuentionis, qua die petieris, quia relatiuum quis vel qui,iunctum verbo futuri temporis,facit conditionem.l.Stichum,qui meus erit.ff.de leg.1.& l.nuper. ff.de leg.3.sed ante euentum conditionis non est nata obligatio sortis princi.l.cedere diem.ff.de verbo.sig.ergo vsuræ, quæ sunt accessoriæ ante sortem prin.deberi non possunt.l.lecta. ver.sed cùm sortis.ff.si cer.pet.nisi aliud expressè fuisset actũ, vt.l.huiusmodi.& l.si ita stipulatus fuero si Titius.in prin.s̄.eo.& d.l.lecta. in ver.fi.& hic in gl.sed contrarium deciditur in hoc text. & ra-
3 tio decidendi potuit esse duplex. ¶† Prima propter verbum petieris,cui siue adijciatur relatiuum,siue dictio cum, nunquam facit conditionem,vt hic.& l.si decem cùm petiero.s̄.eo. vnde siue pecunia promittat qua die petieris, siue cum petieris, ista verba non faciunt conditionem, sed admonitionem quãdam, vt ego debitor sim paratus ad soluendum cùm petieris, & sic videtur stipulatio de præsenti admonere promissorẽ, vt cùm eum interpellabit,vt sine mora,& dilatione soluat, vt dicitur in d.l.si decẽ cùm petiero. & ista admonitio inerat tacitè ex natura contractus,nam si promittas mihi decem simpliciter, & nihil aliud dicatur,inest tamẽ tacitè,quod dabis,cùm te interpellabo,nec antequam petam teneris soluere,patet,quia si ante teneris,esses semper in mora, & tamen hoc est falsum nisi petatur,vel te interpellem, vt.l.si ex legati causa.s̄.eo.l.mora.in prin. ff.de vsur.ergo expressio eorum, quæ tacitè insunt,nihil operatur,& sic non facit conditionem.l.3.ff.de leg.1.& l.non rectè. C. de fideius.& sic quia ista stipulatio non est conditionalis,sed pura,ideo vsuræ statim incipiunt currere, vide tamen text.not.in l.cùm patronus.in princ.ff.de oper.lib.quem decla. vt per Are. hic ad fin.¶Secunda ratio decidendi potuit esse, quia illa dies, scilicet, qua die petieris,non intelligitur repetita in stipulatione vsurarum secundum Bart.hic in fi. vnde per istum tex. decidit no.Bar.in l.si ita stipulatus fuero si Titius. §. Chrysogonus.s̄.eo. q̃ si mutuo tibi centum mihi soluenda hinc ad annum, & stipulor pro illis centum simpliciter vsuras in mẽses singulos, vsuræ incipiunt currere vt ex nunc, non autem elapso anno solũ, quia illud tempus nõ intelligitur repetitum in accessorio,& sic in vsuris,per istum tex.& l. quæ fundum.ff.de cõtrahen. emp.& sic qualitas adiecta in principali nõ intelligitur repetita in accessorio,

rio,ſed caue,& pondera ſing. ex mente Aret. quòd in iſto text.
promiſſio ſortis, & vſurarum ſunt in eadem oratione, & re-
guntur ab eodem verbo, ergo videtur qualitas præcedentis
ſemper repetita,ſecundum Bartol.met,qui ita punctualiter di-
ſtinguit,aut ſunt in eadem oratione aut diuerſa, in d. §. Chry-
ſo. per. l.Seiæ. §. Caio, & ibi etiam Bartol. ff. de fun. inſtruc. &
plenius Bartol. in l.in repetendis. ff. de leg. 3. potes dicere inhæ-
rendo præcedenti rationi decidendi, quòd cùm hic dies adie-
cta in principali diſpoſitione tacitè ineſſet ex natura promiſſio-
nis, & ſic contractus, quòd eius expreſſio nihil operatur, quo
caſu illud, quòd eſt inutiliter expreſſum in principali diſpoſi-
tione,non intelligitur in effectu repetitum in ſequenti, quia da
to,quòd per repetitionem porrigeretur,eſſet inutilis, vt eſt tex.
ſolennis in l.ſi in die.§.fin.& ibi Bartol.ff.de conditio.& demon.
& licèt Aret. hic reputet illum text. eſſe ad hoc ſing. adde per
omnia ſimilem text. in l. talem. §. 1.ff.de hæredit. inſtituen.per
quem limitatur.d.l.ſi in diem.§. fin. non procedere,quando eſ-
ſent in eadem oratione,& per illum text. in d.l.ſi in diem. §.fin.
decidit,& bene notabilem quæſt.Lud.Rom.in conſi.134.quod
incipit pro declaratione primæ dubitationis quatuor præſup-
ponenda ſunt.in vltim.dubio.& ita habes fundamẽtaliter enu-
cleatam medullam huius text.¶In text.ibi, & eorum vſuras in
dies. 30. ideſt ſingulis. 30. diebus, & ſic ſingulis menſibus, puta
quinque pro quolibet menſe, quouſque ſors penes debitorem
remanſerit, & ſic vſuræ debentur ratione ſtipulationis, & non
ratione moræ,vt.l.lecta.in verſic.fin.ff.ſi cert.pet.¶In vltim.par.
tex.ibi,quando pecuniam reddere debebo, ideſt quando orie-
tur obligatio ad ſortem reddendam, & reſpon. ex die ſtipula-
tionis interpoſitæ capere initium, ſcilicet obligationem perfi-
ciens, & eam puram reddens. ¶ Nota ex iſto text. ſecundum
4 Bartol. † quòd relatiuum quis, vel qui, iunctum verbo futuri
temporis non facit cõditionem expreſſam,ſed tacitam,& prin-
cipaliter ſignificat tempus,& ſecundariò conditionem, ſicut di
ctio cum,& videtur tenere gloſſ.parua in l.Stichum, qui meus
erit.ff.de legat.1.& eſt caſus in l.2.in fin. & ibi Barto.in 4.colum.
ff.de conditio.& demonſtratio.Idem Bartol. in l.Titia hæredis.
ff.eo.de conditio.& demon.ſecus eſt in dictione ſi, quæ princi-
paliter facit conditionem expreſſam, vt l.Titio.ff. quando dies
leg.ced.ita de primo dicit Bartol. eſſe caſum hic. Aduerte licèt
iſtud notabile ſit in ſe verum, & ſequuntur Angel. & Rapha.
Cuma. tamen non videtur poſſe colligi ex iſto text. ſecundum
Imo.& Paul.de Caſt. quia hoc non facit conditionem expreſ-
ſam nec tacitam, nec principaliter nec ſecundariò, ſed ſolùm
admonitionem quandam, cùm iungatur cum verbo petieris,
vt ſ.declaraui, vnde cùm hic non inducatur conditio, ſed ad-
monitio ſimplex, non poſſumus conſiderare, vtrum conditio
5 ſit expreſſa,vel tacita,† quia qualitas non poteſt conſiderari, vbi
non eſt ſubiectum,vt.l.eius, qui in prouincia.in verſic. pen.ff.ſi
cer.pet. Defendendo Bartol. dic, quòd iſte text. multum bene
probat not. Bartol. prout etiam dicit Aret.nam text. in princ.lo
quitur in relatiuo,qua die petieris. poſteà in verſic. Item quæſi-
tum. loquitur text. quando dictum eſt cùm primum petieris.
& ſic tex.æquiparat relatiuum quis, vel qui,& dictionem cum,
6 quòd idem in propoſito ſignificent.† ſed dictio cum,facit tacitam
conditionem, & non expreſſam. Item importat principaliter
tempus,& ſecundariò conditionẽ,eſt tex.in d.l.ſi Titio.ff.quã-
do dies leg.ced. ergo idem in relatiuo,& iſta eſt bona inductio,
& iſto modo Bart.bene dixit eſſe caſum hic.

SVMMARIVM.

1 *Ex parte actoris ad actionem conſeruandam admittitur purgatio moræ intra modicum tempus.ſi aduerſarij non intereſt.& nu.8.*
2 *Dictio cum,importat conditionem, & impedit natiuitatem obligationis, & actionis.& nu.3.*
4 *Licèt procurator confiteatur erga dominum, quòd emerit fundum mandato ipſius domini,non per hoc ſequitur, quòd quando emit,dixerit ſe emere nomine domini,ſed potius ſimpliciter nomine ipſius procuratoris.*
5 *Si mando tibi,quòd rem meam vendas,& tu procurator illam vendis nomine tuo proprio,vt tuam propriam,& promittis de euictione,non per hoc diceris excedere fines mandati, & ſi quid præſtas nomine euictionis,poteris repetere a me domino.*
6 *Qui vult rem conſequi,debet pretium offerre & deponere.*
7 *Etiam ex interuallo licitum eſt moram purgare,quando non ſtetit per eũ, quominus incontinenti, vel intra modicum tempus eam purgaret. & vide caſum pulchrum nu.9.*
10 *Qui emit rem,& promittit eam retrouendere pro eodem pretio intra certum terminum, lapſo illo termino non tenetur amplius retrouendere, nec poteſt compelli.*
11 *Contractus ex conuentione partium legem limitatam accipiunt.*
12 *Hæc dictio poſt, de ſui natura poteſt ſignificare incontinenti poſt, & ex interuallo.*
13 *Si teſtes deponant,quòd Titius poſſedit poſt Sempronium, intelligitur de poſſeſſione immediata.*
14 *Quod dicatur breue tempus,& quod longum,& vtrum interſit debitoris vel non,hoc totum pertinet ad arbitrium iudicis.*
15 *Pactum legis commiſſoriæ eſt improbatum a iure.*
16 *Rei propriæ non poteſt eſſe pignus.*
17 *Quo ad moræ purgationem ſufficit oblatio verbalis,licèt quo ad alia nõ ſufficiat.*
18 *Mora dicitur eſſe delictum licèt omittendo.*
19 *Purgatio moræ eſt fundata in æquitate.*
20 *Quælibet cauſa excuſat à dolo.*
21 *Ex pactis incontinenti appoſitis oritur actio præſcriptis verbis.*
22 *Sicut pactum incontinenti appoſitum iuxta contractum bonæ fidei informat,ita etiam ſi ſit appoſitum iuxta contractum ſtricti iuris.*
23 *Litis conteſta. non debet nocere actori.*
24 *Vbi eſt dies & pœna,ibi non admittitur purgatio moræ.*
25 *In deciſorijs plus fauemus reo quàm actori.*
26 *Ex parte actoris an ſit admittenda purgatio moræ.*

1 **§.Seia cauit.** † Ex parte actoris ad actionem cõ
ſeruãdam admittitur purgatio mo
ræ intra modicum tempus ſi aduerſarij non intereſt, hoc dicit,
ſecundum communem intellectum Docto. & eſt bonus, &
not.caſus ſecundum Bartol.& ſecundum Raph. Cum.eſt text.
multũ not.& ſing. & vt j. videbimus eſt vtilis ad multa.¶Diui
ditur in tres part.In prima ponitur thema.In ſecunda quæſt. In
tertia reſpon. cum duplici limitatione. Secunda ibi, quæritur
cùm ante calẽdas. Tertia,& vlt.eſt ibi,reſponderi poſſe. ¶ Ad-
uerte pro intellectu literæ,quia Bartol.& Doct. intelligunt iſtũ
text.quòd hic agatur de actione conſeruanda, ideo admittitur
purgatio moræ,& ſic præſupponunt, quòd hæc actio eſſet na-
ta. Contra iſtud arguitur fortiter:nam actio ex ſtipulatione nõ
poteſt dici nata, cùm fuerit conditionaliter concepta ſub iſta
forma, cùm omne pretium cum vſuris fuerit ſolutum, & ſic
non impleta conditione non fuit nata actio. l. cedere diem. ff.
2 de verbo. ſignific. † Nam dictio cum, importat conditionem,
& impedit natiuitatem obligationis, & actionis.l.quodcũque.
§.pen.ſ.eo.& l.ſi Titio. ff. quando dies leg.ced. Huic difficultati
Io.de Imo.dupliciter reſpon. Primò,quòd hic agitur de actio-
ne mandati conſeruanda, quæ competebat.etiam ſi ſtipulatio
non interceſſiſſet contra procuratorem ad conſequendam rẽ.
l.ita,vt omnes.ad fin.ff.mand.idem tenet Pau.de Caſt. hic, qui
dicit etiam ſi hic ſtipulatio non interueniſſet,poterat Seia con-
ueniri actione mand. poſtquam mandatum acceptauerat, &
hortos emerat,nec poſſet dicere ſe velle retinere pro ſe, & quòd pro
ſe emiſſet,quia fidem mandati falleret.l.1. C. de dolo. & l.cum
duobus. in prin.ff.pro ſoc.& de iſta actione mandati conſeruã-
da agitur hic: ſtipulatio autem ſecundum eum bene erat con-
ditionalis,quia collata in tempus incertum, cùm pretiũ omne
fuerit ſolutũ cũ vſuris, quod Seia exburſauerat. Iſta ſol. prima
fronte videtur ſatis corroborata, & applaudere literæ, ſed eã
impugnat,& bene Are.& d.Pet.de Bexu hic per iſtum tex. cir-
ca ſi.vbi tex.expreſsè dicit, quòd poteſt mora purgari, vt actio
ex ſtipulatu competat, ſed ſi actio ex ſtipulatu non eſſet nata,
tunc ad ipſam quærendam non poſſet mora purgari poſt lap-
ſum termini, vt l. Thais. §.intra.ff.de fideicom. lib. allegata in gl.
ergo iſta ſol. & iſte intellectus eſt impoſſibilis ad iſtum tex. niſi
diceres,quòd quando in termino eſt impleta pars conditionis,
prout fuit hic, tunc poteſt mora purgari poſt lapſum termini
etiam ad actionem quærendam,prout tenet Ang.hic, per l.ſer-
uus.ff.de ſtatulib. & per gl.in l.mora.ſ.e.& gl.in l.mora.in prin.
ff.de vſu. & hoc modo ceſſaret difficultas prædicta. ſed tũc in-
tellectus Bart.& Doct.non procederet,& illud dictum Ang. eſt
dubium,vt j.tangam.¶Secundo modo reſpon. Io. de Imo. &
3 videtur ſeq.Are.† quòd hæc dictio cum,non facit conditionẽ,
ſed modum, & hoc propter naturam contractus præambuli,
ſecundum quam ſtipulatio regulari debet, vt l. ſi ſtipulatus. ff.
de vſu.nam hic actio mandati competebat contra Seiam,licèt
non teneretur dare niſi ſoluto vniuerſo pretio, vt l.præterea, &
l.idemque.§.1.ff.mand.facit.l. Iulianus.§.offerri. ff. de act. emp.
ita etiam intelligitur dicta ſtipulatio interpoſita,vt actio ſtatim
ſit nata, licèt exercitium actionis effectualiter non competat
niſi ſoluto pretio. Et ſic in iſto text. dictio cum, propter natu-
ram contractus mandati præcedentis intelligitur, vt importet
modum, per quem modum non impeditur natiuitas actio-
nis,ſed eius executio.l.quibus diebus.§.Termilius. vbi not.ff.de
conditio.& demon.& l.cum ab eo.ff.de contrahen.emp. gloſſ.
in l.2.C.de his,quæ ſub mod.¶Tu autem vltra vltra Scribẽtes,
potes huic difficultati tertio modo planè,& nitidè reſpon.quòd in
iſto text. per pactum incontinenti appontum iuxta ſtipulatio-
nem,quod cenſetur ineſſe ſtipulationi,vt l.lecta. in verſic. dice-
bam.ff.ſi

bam. ff. si cert. pet. fuit declarata præcedens stipulatio, quæ videbatur conditionalis propter dictionem cum, vt esset modalis propter dictionem, vt, appositam in ipso pacto, nam in pacto incontinenti apposito inter vtrunque conuenit, vt intra calendas Aprilis proximas vniuersam summam mandator numeraret, & hortos acciperet, certè dictio, vt, importat modum, qui non impedit ortum actionis, & obligationis, vt in iuribus proximè alleg. & actio ex stipulatu informatur, vt competat ad deductum in pacto incontinenti apposito, vt hic in glo. & est tex. in d. l. lecta. vbi latè dixi. ff. si cert. pet. & ista est clara respon. & planus intellectus istius text. Et de actione ex stipulatu informata propriè loquitur iste text. Ista mera solutio adhuc planius procedit, si tenemus, quòd istud pactum incontinenti appositum iuxta stipulationem non insit informatiuè, & sic extensiuè, sed reformatiuè, & sic renouatiuè, perinde, ac si stipulatio a principio fuisset facta secundum formam pacti, nā licèt Seia a principio promiserit se proprietatem hortorum quādocūque trāslaturam, cùm pretium omne cum vsuris recepisset, tamen postea incontinenti conuenit, vt intra calendas proximas Aprilis vniuersam summam mandator numeraret, & hortos acciperet, & sic istud pactum incontinenti appositum renouauit, & reformauit stipulationem, quæ primo erat sine tempore, vt nūc sit limitata, & reformata ad calen. proximas Aprilis, & vbi primò videbatur conditionalis propter dictionem cum, nunc declaratur, vt sit modalis propter dictionem, vt, & sic nata sit actio ex ipsa stipulatione sic reformata. Similiter tex. in d. l. lecta. ff. si cert. pet. loquitur de virtute reformatiua, & non informatiua, quia ibi per stipulationem tota summa. 15. millium duca. quæ debebat solui in calendis proximis per pactum incontinenti appositum fuit reformata, & renouata, vt singulis mensibus solui debeat. Ideo dicit ibi tex. in versic. [dicebam pacta incontinenti apposita stipulationi inesse creduntur, perindeque esse, ac si per singulos menses pecuniam stipulatus fuisset,] & ita ibi latè disputando tenui, & semper est visa mihi ipsa veri-
4 tas. ¶ † Not. primo ex text. ibi, quòd mandante eo hortos emisset. iunctis sequentibus verbis, hic esse text. valde not. & signandum, quòd licèt procurator confiteatur erga dominum, quòd emerit fundū mandato ipsius domini, non per hoc sequitur, quòd quando emit, dixerit se emere nomine domini sui, sed potius simpliciter, vel nomine ipsius procuratoris, & propter hoc dominium fuit translatum in ipsum procuratorem, & nō in dominum, vt patet. j. dum text. dicit in eum proprietatem hortorum translaturam. ergo dominium erat translatum in ipsum procuratorem, vt hic, & l. res ex mandato. ff. de acquir. re. do. nam si tempore contractus dixisset se emere nomine domini sui, & eodem nomine recepisset, certè dominium statim ab initio recta via, & etiam possessio essent translatæ in dominum, vt l. si procurator rem. ff. de acq. re. do. & l. 1. & l. per procuratorem. C. de acqui. pos. & l. 1. C. per quas perso. nob. acq. Et sic non posset procurator amplius transferre proprietatem, vt di-
5 cit litera: è contra † autem si mando tibi, quòd rem meam vendas, & tu procurator illam vēdis nomine tuo proprio, vt tuam propriam, & promittis de euictione, non per hoc diceris excedere fines mandati, & si quid præstas nomine euictionis, potes repetere à me domino. dictum fuit solenne, & singulare Ang. nec alibi legi. in l. si quis prohibuerit, aliàs incip. Papinia. in fin. ff. de publicia. in rem act. quod reputat Angel. valde tenendum menti. & licèt Ang. nihil pro hoc alleget, tu allega. l. si cum emptore. §. fin. ff. de pac. secundum secundam lect. gloss. ibi. & vide etiam, quod tenet gloss. magistralis in l. 1. in versi. dominium. in glo. mag. ff. de offic. proc. Cęsa. vbi gl. in hac materia distinguit. Adde etiam, quòd si mando tibi, quòd emas mihi rē, puta fundum, quem habes cōmunem cum alio pro certo pretio, aliorum partibus emptis teneris inuitus partem tuam pro residuo pretio dare, sed si pretium non fuerit determinatum, tua pars arbitrio boni viri æstimabitur, & eam inuitus cogeris mihi vendere. casus est sing. in l. si fundum. in prin. & l. seq. ff. mand. quem tex. dicit ibi Bart. se nescire alibi. & quòd habuit de facto illo anno in palatio syndicatus. eum etiam alleg. not. Bald. in l. 1. in 6. q. C. si ser. extero. accedat. l. cum in eo. ff. de pact. ¶ Secundò pondera tex. ibi, reliquum pretium cum vsuris Seię, Lucius Titius soluere paratus sit. & j. dum dicit tex. [vniuersam pecuniā soluere paratus sit.] † nā hic videtur esse text. mirabilis nihil subau-
6 diendo ad tex. quòd sufficit, quòd mandator offerat, & sic sufficit oblatio verbalis, licèt non deponat nec consignet, quamuis conuenerit, cùm pretium omne soluerit, hortos suo mandato emptos recipere, quod videtur esse contra text. in l. si a te. C. de pact. inter emp. & vend. & l. ædiles etiam. §. fin. ff. de ædili. edic. & quod not. glo. & Doct. in l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. vbi tenent, quòd qui vult rem consequi, debet pretium offerre, & deponere declarando, vt ibi in gloss. & licèt ibi loquatur in emptore immediato, tamen iste casus in effectu est idem. & si diceres diuinando, quòd in isto tex. non solùm obtulit, sed etiā consignauit, certè frustra diceret iste text. & [per Titium non stetit quominus reliquum pretium solueret] ista verba essent superflua, si iam actualiter consignasset, & deposuisset. & si iterum diceres, quòd ista est narratio facti, ex qua non est licitum arguere, quando Iuriscon. in ea non se fundat, secundum gloss. in l. vnica. in 3. lec. vbi latè dixi. C. quando non pe. par. dic. quòd imò istud dicitur in hoc text. non in prima narratione facti, sed cum Iuriscon. format. quæst. & in formatione. quæst. Iuriscon. dicit se in ea fundare, vt dixi in l. qui Romę. §. Callimachus. s. eo. Est verum, quòd in hoc text. non quæritur nec dubitat̄ de validitate obligationis, nec quomodo in specie fuerit facta, vnde præsupponit fuisse validam, & sic in tali modo facta, quod de
7 iure valuerit. ¶ † Tertiò not. quòd etiam ex interuallo licitum est moram purgare, quando stetit per eum, quominus incontinenti, vel intra modicum tempus eam purgaret. nam iuris interpretatione censetur incontinenti fecisse, ex quo per ipsum non stetit, & continuò fuit paratus ipsam purgare, quod Imol. reputat tenendum menti. facit regula. l. iure ciuili. ff. de condi. & demon. & l. 1. C. de institu. & substitut. ¶ Quartò no. in vltim. par. tex. in versic. respondi posse. quòd ad purgandum moram ex parte actoris, vt actio semel quęsita sibi conseruetur, duo copulatiuè requiruntur, quòd purgatio fiat intra modicum tempus, & quòd rei nihil intersit, & sic, quòd purgata mora reus nō remaneat in damno. & per istum text. infert not. Angel. hic, &
8 in l. si insulam. s. eo. † quòd si rei interest pecuniam fuisse solutā ab actore in termino, quòd tunc ex parte actoris nullo modo admittetur purgatio moræ, etiam si actor vellet illud interesse refundere, ex quo tex. iste in fi. videtur simpliciter denegare purgationem, quando rei interest, sed è contra ex parte ipsius rei, quādo ipse est in mora, & actoris interest, bene admittitur purgatio, si offerat actori totum interesse. l. si cùm dies. §. fin. cum. l. seq. & ibi gloss. ff. de arbi. & sic in hoc reus esset melioris conditionis quàm actor. ¶ Istam differentiam reprobat Pau. de Cast. quia sicut iste tex. prohibet purgari moram, quādo interest rei, ita etiam è contra in d. l. si cum dies. §. fi. & in plerisque alijs legibus prohibetur purgari mora ex parte rei, & tamen limitatur per gl. ibi, nisi velit refundere interesse actori, ergo etiam similiter debet intelligi iste tex. ex parte actoris. confirmatur optimè secundum Are. nam purgatio moræ fundatur in æquitate. l. si seruū. §. sequitur. s. eo. sicut ergo potest mora purgari si nihil intersit rei, vt hic, ita si desinat interesse per eius oblationem, & refectionem damni debebit posse mora purgari, per regulam. l. quia autem. §. 1. s. si quis cau. de quo tamen dicendū est, vt plenius habetur in l. si insulam. s. eo. ad quem locum etiam Ioā. de
9 Imo. hic se remittit. ¶ † Quintò diligenter not. ex tex. ibi, si non multo post. hic probari singulariter secundum Raph. Cuma. ꝙ si emi rem à te pacto incontinenti apposito, quòd debeam tibi soluere pretium intra certum tempus limitatum, si non solui nec obtuli pretium intra illud tempus, & vltra illud lapsum est posteà multum tempus; si posteà volo soluere, nō debeo audiri, licèt tua non intersit, nec tu cogeris amplius vendere nec tradere, quia post elapsum multum tēpus videtur recessum à cōtractu, nam si obligatio est simplex, verum est, quòd nō tollitur per lapsum temporis, quia tempus nō est modus tollendæ nec inducendæ obligationis. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de act. & oblig. sed vbi in contractu est appositum tempus certum, & illud præterijt, non auditur post multum tempus, licèt tua non intersit, eo quia mora potest purgari solùm si non intersit intra modicum tempus, dicit tamē se dubitare, sed quòd iste tex. purè ita sonat. Pau. de Cast. refert istud notabile Raph. & dicit sibi non placere, quia certum est contractum fuisse perfectum, & illud tempus fuisse appositum ad constituendum me in mora, vt posteà tenear ad vsuras, vnde non debet induci resolutio cōtractus, sed in isto tex. erat ratio, quia Seia non emerat nomine Lucij, vt dixi. s. in primo no. vnde non poterat dicere post terminū elapsum se velle retinere pro se, & istud est valde singulare, sed si terminus non fuisset appositus, hoc non posset dicere secundum eum, quia faceret contra fidē mandati suscepti. Sed caue, quia iste tex. in nulla parte se fundat in hoc, ꝗ Seia emerit suo nomine, & non Lucij Titij. Item contractus hic non erat perfectus simpliciter, sed cum limitatione temporis, intra quod pretium debebat solui. Idem contra Rapha. tenet Aretin. hic in vltim. colum. motus præcipuè, quia quando apponitur terminus ad soluēdum simpliciter, vt in casu formato per Raph. non videtur actum, vt elapso illo termino, si pretium non sit solutum, quòd contractus resoluatur, ad hoc adducit. l. si fundus leg. in prin. ff. de leg. cōmis. vbi ad resoluendum ꝯtum per. l. cōmissoriam, expressè debet apponi cōditionaliter, ꝙ si pecunia nō soluatur intra terminū, res sit inempta, ergo secus si ter-

minus simpliciter apponatur, vt hic. sed pro decisione Raph.
Cum. bene facit, quod not. tenet Angel. in consil. 199. incip. Ti-
10 tius rem quàm emit. vbi consuluit in casu quotidiano † quòd
a emit rem, & promisit eam retrouendere [a] pro eo. pretio intra
certum terminum, elapso illo termino non tenetur amplius
retrouendere, nec potest amplius compelli. motus, quia vbi
intra certum terminum limitatum, est alicui satisfaciendum,
vt ipse aliquid impleat, nisi intra terminum sibi satisfiat, post
terminum satisfactionem suscipere non compellitur, & per
consequens non tenetur ad obseruantiam promissorum, quæ
legem certam habuerunt ex forma contractus, cui satisfactũ
non est, & pro hoc dicit se dare casum in terminis in l. 2. & in l.
commissoriæ C. de pact. inter empto. & vendito. vbi in eo,
qui promisit retrouendere, lex conuentionis est omnino obser
uanda. vbi ergo promisit retrouendere quandocunque, astrin-
gi poterit quandocunque: vbi ad certum terminum, non po-
terit compelli post terminum. Ad hoc etiam dicit optimè fa-
cere l. Aemilius largianus ff. de min. tamē ibi fuerunt verba ma
gis præcisa exclusionis elapso termino. ad hoc etiam mouetur
Angel. quia si non fuit in mora constitutus, sibi inuito post ter-
minum solutio fieri non potest l. si fundus legat. & l. post diem.
ff. de lege commis. & ad hoc adde text. in l. si mandato Titij. §. il-
le. ff. mandati. ego teneo vtranque decisionem & Raph. hic, &
Angel. in consi. præalleg. quia videntur mihi multum rationa-
biles. moueor, quia si teneretur longo tempore post terminum
elapsum recipere pretium, & venditionem, vel retrouenditio-
nē facere, isto modo effectualiter teneretur perpetuò, & istud
esset absurdum, quia actus agentium non debent operari vltra
eorum intentionem l. non omnis. in princ. ff. si cert. pet. & l. ob-
31 ligationum substantia. § fin. ff. de actio. & obligatio. † item con
tractus ex conuentione partium legem limitatam accipiunt. l.
1. §. si conueniat. ff. depo. & in regula contractus. de regu. iur. in
6. & limitata causa limitatum producit effectum l. in agris. ff.
de acqui. re. do. & l. age. vbi dixi. C. de transactio. item si tenere-
tur etiam post terminum elapsum recipere pretium, frustrato
ria esset adiectio temporis, & nihil operaretur, quod est etiam
absurdum l. si quando. in princ. ff. de legat. 1. & cap. si Papa de
priuile. in 6. Item permissum intra certum tempus, intelligitur
post illud tempus esse prohibitum l. si ita quis, & ibi Bald. & alij
ad hoc not. ff. de vulga. & pupilla. Bald. notabiliter in l. obserua-
re. §. proficisci. 3. colum. ff. de officio. procon. & leg. Item in con
tractibus intellectus, qui non consonat auribus vulgi, est extra-
neus, & reijciendus secundum Bald. in titu. de pace constan. 31.
32 colum. in versic. defendendo. ¶ † Sextò not. ex text. ibi, si non
multo post. secundum Aret. quòd ista dictio post, de sui natura
potest significare incontinenti post, & ex interuallo post, quod
dicit facere ad quæst. quam ponit Bartol. in l. fructus. ad fin. ff.
solut. matrimo. & dicit esse bonum text. in l. quoties. §. fin. ff. de
hæredib. instituen. Adde, quòd dictio post, de se simpliciter pro
lata non videtur importare interuallum saltem magnum, vt
probat iste text. & text. in l. iuris gentium. §. quinimò. in versic.
idem respon. ff. de pact. ibi, & si post emptionem ex interuallo.
vbi patet, quòd dictio post, non importabat interuallum, nisi
fuisset adiectum ex interuallo. ad idem text. in l. in duobus. in
princ. ff. de duobus reis. Item adde, quòd dictio post, refertur
33 ad actum immediatè sequentem. † vnde si testes deponant,
quòd Titius possedit post Sempronium, intelligitur de posses-
sione immediata. ita not. Gem. in cap. 1. in princ. per illum text.
de restitut. spolia. in 6. vbi etiam ad hoc alleg. gloss. & Innoc.
in cap. congregato. de electio. tamen, quòd dictio post, possit re-
ferri ad actum mediatum, & immediatum, not. idem Gem. in
cap. 2. in 1. no. per illum text. de confes. in 6. & quòd dictio post,
possit referri ad actum mediatum, not. etiam gloss. in cap. cum
Vintoniensis. in verbo. tertia. de electio. Facit text. in cap. non so
lum. in princ. de appel. in 6. per quem notat ibi Gem. in 1. nota.
quod dictio post, notat actum, qui fit ex interuallo temporis
post terminum cui adiungitur. Et ista adde his, quæ dixi aliàs
34 in d. l. fructus. ff. solut. matrimo. ¶ † Septimò not. ex fin. text. ibi,
quòd omne ad iudicis cognitionem remittendum est, quòd
dicatur breue tempus, & quod longum, & vtrum intersit debi-
toris, vel non, hoc totum pertinet ad arbitrium iudicis, & dicit
Bald. hic, quòd non reperitur alibi in iure ita expressum, quòd
modicum tempus dicatur arbitrarium. Adde, quòd est trita
regula, quòd quando tempus non reperitur determinatum a
iure, relinquitur arbitrio iudicis. l. 1. §. fin. ff. de iure delibe. & cap.
de causis, de officio. deleg. & cap. fin. de transactio. vnde, quod
dicatur tempus prolixum, & quòd diu, relinquitur arbitrio iu-
dicis. gl. in l. 4. §. desertor. ff. de re mili. Item, qui est per vim cum
armis deiectus, potest incontinenti per vim cum armis recupe-
rare. l. 3. §. cùm igitur. ff. de vi, & vi ar. Illud incontinenti intelligi
tur arbitrio iudicis, considerata qualitate personæ deijcientis,
& rei, qua quis est deiectus, vt not. declarat Bartol. in d. §. cùm
igitur. & sequitur. d. Abb. in c. olim. primo. in 5. colum. de resti.
spo. gloss. in cap. an sit de app. ¶ Octauò not. singulariter ex isto
text. secundum Ioan. de Imo. ad fi. quòd hic fuit pactum, quòd
deberet pretium restitui intra certum tempus, & hortos accipe-
re, & sic videtur tacitè agi, quod post illud tempus non tenea-
tur reddere rem, licèt pretium reddatur. Facit. l. statuliberum. §.
15 Stichum. de leg. 2. † Et sic videtur hic fuisse pactum l. commis-
soriæ, quòd videtur a iure improbatum, vt l. fi. C. de pact. pign.
& sic videtur, quòd etiam ex interuallo post deberet hic audi-
ri, non obst. dicto pacto, quod est directò contra istum tex. in l.
fin. ad hoc respon. dupliciter Ioan. de Imo. quod pactum. l. com
missoriæ est improbatum, quando fit ab ipso initio, secus quan
do factum est ex interuallo post primam oblationem, prout
fuit hic. vt l. Titius. ff. de pig. act. & l. quamuis aliàs incipit. l. Cali-
podius. & ibi Barto. ff. de solu. & l. si fundus. §. fin. & ibi Bartol. ff.
de pigno. & istam primam soluti. tenet Aret. ¶ Secundò modo
respon. Ioan. de Imo. quòd hic non est propriè pactum. l. com-
missoriæ, cùm dominium esset penes ipsam Seiam creditri-
cem, sed contrarium loquitur quando dominium rei est pe-
nes debitorem, quo casu iura magis fauent debitori, & secun-
dum istum intellectum iste tex. redditur nota. & limitat. d. l. fin.
secundum eum. Tu respon. clarius, & notabilius, quòd pactum
legis commissoriæ est improbatum in pignoribus odio credi-
torum. ita propriè loquitur. d. l. fin. C. de pact. pig. & c. significan
te. de pig. sed hic non est pignus, quia dominium hortorum nō
erat translatum in Lucium Titium, & sic in debitorem, sed do-
minium erat penes Seiam creditricem, vt dixi. s̃. in primo not.
16 † Et rei propriè non potest esse pignus. l. neq; pignus. ff. de re iu.
& l. ex sextāte. §. Latinus. ff. de excep. rei iud. & ista etiam fuit in-
tentio Imo. licèt non sic clarè exprimat, & duplicem rationem
diuersitatis, quare pactum legis commissoriæ sit reprobatum
in contractu pignoris, & non in contractu venditionis, assignāt
d. Abba. & alij in d. cap. significante. & in isto text. in effectu est
emp. & ven. vt etiam dixi. s̃. in 2. not. & non pignus, & sic pactũ.
l. commissoriæ non est ad propositum text. nostri. ¶ Vltimò in-
quantum tetigi. s̃. in 2. not. quòd in isto text. nihil subaudiendo
videtur sufficere, quòd mandator verbaliter offerat, licèt non
deponat nec consignet, quòd videtur contra iura, quæ ibi alle-
gaui, vt ibi dixi. Non omitto, quòd Bartol. alio modo sing. re-
spon. in l. acceptam. in 3. op. in vna lect. impressa. C. de vsur. vbi
17 formaliter dicit, quòd † oblatio verbalis sufficit, quo ad moræ
purgationem, licèt quo ad alia non sufficiat. per l. illud. ff. de pe-
ricu. & com. rei ven. & l. si seruum. §. sequitur. s̃. eo. & ad hoc po
tes addere istum text. qui melius facit quàm leges allegatæ per
Barto. puto, quod istud non sit verum, & sit contra omnem ra-
tionem mundi, licèt non reperiam ab aliquo tactum, & miror
quòd. d. Alex. in l. si mora. ff. solut. matrimo. vbi enumerat plures
fallentias in quibus oblatio verbalis sufficit, non fecit de ista vl-
lam mentionem, nescio, quo pacto eam omiserit, & licèt Bart.
in d. l. acceptam. in vna lect. Bartol. impressa, quæ communiter
habetur, hoc dicat, tamen in bona, & vera lectura Bartol. super.
4. lib. C. quæ est multò plenior, & quæ etiam fuit impressa licèt
fortè rarius habeatur, nihil dicit de hoc Bartol. moueor, nam
18 mora dicitur esse delictum, licèt † omittendo. vt est gloss. or-
dinaria in l. si mora. & ibi Imo. & Mode. ff. solut. matrimo. con-
firmatur, quia mora est dolus. l. dolus. ff. mandati. & l. non po-
test videri improbus. ff. de re. iu. Sed dolus est delictum, vt est
text. melior de iure in l. 1. §. nunc tractemus. in versic. planè. ff.
de tute. & rati. distr. & text. not. in l. si ex causa. §. nunc in mino-
ribus videndum. ff. de min. gloss. in l. 1. & ibi Bartol. not. ff. de fi-
deius. tut. ergo sequeretur absurdum, quòd qui fuit in mora, &
sic in dolo, & sic in delicto, esset melioris conditionis, si oblatio
verbalis sufficeret, quàm ille, qui nunquam fuit in aliqua mo-
ra, & sic melioris conditionis esset morosus, quàm non moro
sus, cōtra reg. l. seruus. in fi. ff. quod vi aut clam. & cap. eum qui.
de præben. in 6. Item sequeretur aliud absurdum, si morosus ex
sua mora, & sic ex suo delicto istud commodum reportaret,
quòd sola oblatio verbalis sibi sufficeret, quæ aliàs non sufficit,
quod est contra. l. relegatorum. in fin. ff. de interdi. & releg. & l.
sed si ex parte. §. quanquam. ff. quod cum eo. & l. si sine. in fin.
19 C. ad Velleianum. † Item purgatio moræ est fundata in æqui-
tate. l. si seruum. §. sequitur. supra eod. Sed ista esset iniquitas,
& ab-

ADDITIO.

a *Retrouendere. Adde, quòd promittens retrouendere intra certum tem-
pus, eo elapso non astringitur amplius retrouendere, teste Rolan. consil. 10.
num. 12. lib. 2. Rationem vide per eum ibi, pro qua aliqua ponit Bald. in l. 2.
quæst. 9. C. de rescind. vend. Cagnol. in l. 2. num. 24. & sequen. C. de pact. in-
ter empto. MASVER.

& absurditas, si in volente purgare moram sola oblatio verbalis sufficeret, quod in alijs non sufficit, vt ex prædictis patet. Quartò pro ista parte bene facit, quia licèt quis sit intra tēpus, intra quod ptest moram purgare, tñ mora nō habetur pro purgata quo ad suū cōmodum, & fauorē, vnde si species debita interim pereat casū fortuito, nō liberatur, vbi alius debitor liberaret, vt est text. singu. in iure in l. sancimus. §. pen. C. de fideiuſ. Bartol. in l. si insulam. in 7. quæst. vbi dixi de hoc. supra eodem ergo, qui vult moram purgare, & est. j. tempus purgandi moram, non est melioris conditionis quàm alius debitor, imò deterioris, ergo si in alio debitore sola oblatio verbalis nō sufficit, minus debet sufficere in isto, qui vult moram purgare, etiam si mora haberetur pro purgata. & iste sit nouus articulus in materia obligationis verbalis, a me nouiter excitatus. nec dicatur saluando Bartol. in d. l. acceptam. quòd eius intentio fuerit, quòd obligatio verbalis sufficiat, quo ad moræ purgationem, licèt non quo ad alia, hoc est non operetur alium effectum, nisi istum solum purgationis moræ, & hoc non potest adaptari alij debitori, qui non est in mora. nam hoc modo intelligendo illam sol. Bartol. non faceret ad text. nostrum, vbi purgatio moræ fiebat, vt agi posset ex stipulatu, vt dicit litera. Item in iuribus alleg. per Bartol. scilicet in l. illud. ff. de peri. & com. rei vendi. & in l. si seruum. §. sequitur. s. eod. oblatio verbalis non operatur solum effectum purgationis moræ, sed etiam constituit aduersarium in posteriori mora, quæ nocet, & quæ attenditur, ergo ista saluatio procedere nō potest, quia esset contra iura allegata per ipsum met Bar. & statim. j. alleg. Bart. idem tenentē, tñ illud idē quod Bartol. in d. l. acceptam. quòd sola oblatio verbalis extra iudicium sufficiat ad purgationem moræ, tenet etiam Bartol. in l. creditor. post medi. ff. de distr. pig. & idem Bartol. in l. sed, & si alia. ff. de consti. pecu. vbi limitat hoc esse verum ante lit. contest. sed post lit. contest. requireretur consignatio, & depositio, prout dicit se declarare in l. si insulam. s. eod. vbi ponit Bartol. in 1. oppo. 2. partis. vbi etiam idem tenet. Bart. in l. si seruum. §. sequitur. s. eod. vbi etiam tenet illud, quod statim dixi, quòd oblatio verbalis non solum purgat moram, sed etiam constituit aduersarium in mora, tamen rationes quas. s. adduxi. videntur ineuitabiliter vrgere contra Bartol. ¶ Postremò, vt nihil omittatur, posset etiā aliter dici ad istum text. vltra ea, quæ dixi. s. in 2. not. quòd hic Seia creditrix recusabat pecuniam oblatam accipere, vt dicit text. ibi, neque Seia accipere voluerit, tunc sola oblatio verbalis sufficit, nec aliqua consignatio requiritur, quia esset frustratoria, vt tenet gloss. in cap. pastoralis, in gloss. fin. de offic. ordin. expressè Bartol. in l. vnica. in 3. colum. C. ne lice. in vna eademque causa ter. prouoc. Raph. Cum. Paul. de Castr. & do. Alex. in l. qui Romæ. in princ. vbi dixi. s. eod. d. Alex. in l. si mora. in 5. fal. ff. solu. matr. & ad hoc posset addi iste tex. & hoc modo respondendo iste text. non faceret pro solutione Bartol. in d. l. acceptam. quam statim latè impugnauit. Hic ideo oblatio verbalis videtur sufficere, quia creditrix recusabat pecuniam oblatam accipere, ergo hoc cessante aliud esset. & glossella hic in verb. non stet. dicit, quòd Seia erat in secunda mora, & non Titius. Ista sol. licèt in se sit vera, & videatur prima fronte colorata, tamen non est bona ad istum text. nec vllatenus tenenda, quia procederet, quando Seia recusasset accipere sine causa, tunc bene potuisset dici in mora, sed hic recusabat accipere cum causa, quia erat elapsum tempus conuentum, intra quod debebat pecunia solui, vnde non potest dici in mora, qui habuit iustam causam recusandi. l. quod te. in verbo, sed etiam si aliqua iusta causa. ff. si cert. pet. not. Bartol. expressè in l. sed, & si. alia. ff. de consti. pecu. Nam mora dicitur culposa dilatio. l. mo-

20 ra. in prin. ff. de vsu. Item dicitur dolus, vt s. statim dixi, † & quælibet causa excusat a dolo. l. 4. in princ. cum vulgaribus. ff. de lib. causa. & sic ista sol. non potest procedere ad istum text. & d. glo. in verb. non stet. malè dicit, quod Seia fuerit in secunda mora, tunc non oporteret, quòd Titius moram purgaret, vt dicitur in litera, & ita habes bene enucleatum totum text. ¶ Capio gl. in versi. incontinenti. quam diuide in duas part. In prima infert ex text. In secunda not. Secunda ibi, vnde not. Ex 2. parte habes

21 quatuor notare. ¶ † Primum est, quòd ex pactis incontinenti appositis oritur actio præscriptis verbis. Idem tenet gloss. in d. l.

* lecta. & in l. petens. C. de pact. & ista est *communis opinio*, licèt Vltramontani contrarium tenerent, quos refert, & impugnat Bar. in d. l. petens. vbi dixi. & contrarium etiam tenet Raph. Cuma. hic, & latius in l. 1. §. si stipulanti. s. eod. & dixi in d. l. petens. Secundò ex ista gloss. habes, quòd pactum incontinenti appositum iuxta contractum stricti iuris, & sic iuxta stipulationem informat, & extendit actionem ex stipulatu, vt etiam competat ad deductum in pacto. Istud non videtur posse procedere ad istum text. propter duo. Primò, quia hic stipulatio fuit conditionalis, quia facta per dictionem cùm, quæ facit conditionem. l. quodcunque. §. 1. s. eod. & l. si Titio. ff. quando dies leg. ced. sed ex stipulatione conditionali pendente nō est nata actio nec obligatio. l. cedere diem. ff. de verbo. sign. ergo non potest informari actio, quæ non est. & ita tenet gloss. in l. pacta conuenta. in princ. ff. de contrahen. emp. Bartol. & Docto. in d. l. petens. in vlt. colum. & in d. l. lecta. in pen. colum. ¶ Sed tu aduerte, quod Bartol. & Docto. tenent, quod in isto tex. sit nata actio ex stipulatione, prout. s. latè dixi. vnde oppositio procederet, quando esset planum, quòd stipulatio esset conditionalis, tunc informari non posset, sed hic præsupponitur, quòd non sit conditionalis, sed modalis non obstante dictione cùm, declarata per pactum incontinenti appositum, & per alia, quæ superius dixi. Secundò ex alio ista gloss. non videtur posse procedere ad istum text. quia cùm hic stipulatio sit pro vno, & pactum pro alio, non potest informare, vt l. si tibi. C. locati. & gloss. in d. l. petens. in gloss. magna circa med. in 1. quæst. & ibi Bartol. & gloss. in l. iurisgentium. §. quinimò. in gloss. 2. ad fin. ff. de pact. Bartol. in d. l. lecta. & ita per istud fundamentum reprobat simpliciter istam gloss. Ioan. de Imo. hic. Aret. dicit, quòd si gloss. intellexit, quòd ex pacto incontinenti apposito detur actio ex stipulatu informata ipsi promissori, & tunc gloss. videtur esse falsa per fundamentum Imo. cùm stipulatio fuerit facta in fauorem stipulatoris, & pactum incontinenti interpositum in fauorem alterius. si autem intellexit gloss. quòd actio informata ex pacto competeret ipsi stipulatori ad faciendum sibi tradi rem, & iste intellec. potest procedere, quia stipulatio fuit interposita in fauorem eius, & etiam pactum, quatenus in pacto continebatur, quòd res deberet restitui soluto pretio. Tu autem istis prætermissis defende planè & nitidè istam gloss. & inquantum dicit Imo. quòd hic stipulatio fuit pro vno, & pactum pro alio. Istud assumptum est falsum, quia imò stipulatio fuit apposita gratia vtriusque, quia continebat duo, scilicet, quòd promissor reciperet vniuersam summam cum vsuris, & istud respicit fauorem promissoris. Secundò, quòd deberet transferre proprietatem hortorum emptorum in mandantem, & istud respicit fauorem stipulatoris, & sic est in fauorem Seiæ, quod pretium cum vsuris recipiat. & in fauorem Lucij, quòd dominium hortorum transferatur in eum, ideo potuit informari actio ex stipulatu ad deductum in pacto, & istud est planū & expeditum. ¶ † Tertiò habes ex gloss. quòd sicut pactum incontinenti appositum iuxta contractum bonæ fidei, puta venditionis informat, & hoc est indubitatum, ita etiam si sit appositum iuxta contractum stricti iuris, & sic iuxta stipulationem,

22

* vt hic, & ita *communiter Doct.* tenent, ego aliàs disputaui publicè istum articulum in ciuitate Alexandriæ, & sub me respon. d. Albe. Inuitiatus, qui postea fuit iuris vtriusque Doctor præstantissimus, & disputando potest teneri contra communem, prout aliàs tenui in d. l. petens, vbi Raph. Fulg. idem tenet, eo quia contractus stricti iuris non recipiunt extensionem, nec a verbis receditur. l. quicquid astringendæ. in princ. s. eo. & ll. loquentes de informatione videntur loqui in contractibus bonæ fidei, vt patet in l. iuris gentium. §. quinimo. ff. de pact. & in l. fundi partem. cum simili. ff. de contrahen. emptio. nec obst. ista lex, quia non loquitur de informatione, vt statim dicam, & istam opin. contra communem etiam tenet Pet. de Bexu. hic. ¶ Quarto, & vltimò habes ex ista gloss. quod iste text. loquitur de informatione. & cum ista gloss. *communiter transeunt* Docto. veritas

* est, quod imò loquitur de reformatione, prout dixi. s. in declaratione text. & ita etiam tenet do. Pet. de Bexu. sicut etiam in d. l. lecta. ibi tenui contra communem, quòd illa l. non loquatur de virtute informatiua, sed reformatiua, prout etiam ibidem tenent Raph. Fulg. Paul. de Castr. Ludo. Rom. & ante eos subtilitatum princeps do. Christo. de Castil. vt ibidem latè posui. ¶ Capio glos. in versicu. interesset. quam diuide in quatuor partes. In prima allegat vnam concordantem ad text. In secunda timore contrarij supplet ad text. In tertia per viam limitationis remouet aliud contrarium. In quarta & vltima, allegat tres concordantes ad text. Secunda ibi, & supplet. Tertia ibi, & hæc in pura. Quarta, & vltima est ibi, item facit. j. de solu. ¶ In ea. gloss. ibi, & supple, nec lis cōtestata esset. ista suppletio non conuenit,

23 nec est vera in casu huius. §. qui loquitur in actore, † cui non solet litis contest. nocere, sed prodesse. l. non solet deterior. ff. de regul. iur. & l. aliam. ff. de noua. sed l. si insulam. s. cod. de qua glo. voluit opponere, loquitur in reo volente moram purgare, cuius conditio bene fit deterior per litis contest. vt l. nemo. C. de acqui. pos. & præcluditur via purgandi moram, vel potes dicere secundum Aret. quòd litis contest. non debet nocere actori super iure deducto in iudicio, vt iuribus præalleg. sed hic is fuit contest. super re petita non super eo, super quo actor erat in mora. i. super solutione pretij ab eo facienda, ideo respectu pretij soluendi lis non censetur contestata, neque principaliter, neque

24 neque ſecundariò, ideo nimirum ſi poteſt mora purgari.¶† In ead. gloſſ. ibi, ſecus in conditionali, & pœnali, quia ſi vtrunque fuiſſet, non potuiſſet mora purgari, quia vbi eſt dies & pœ-
a na, ibi non admittitur purgatio * moræ. l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de act. & oblig. & l. magnã. C. de contrahen. & commit. ſtipu. & l. ſi ſuper poſſeſſione. C. de tranſac. gl. voluit reſpon. quòd in ꝯtrio fuit dies, & pęna, & ſic ſtipulatio ꝯditionalis, & pęnalis, hic autem non fuit pęnalis licèt adeſſet dies. ¶Contra iſtam gl. fortiter opponitur, quia hic vltra ſortem erant promiſſæ vſuræ, vt dicitur in litera, & vſura dicitur eſſe pęna. l. qui ſine. & ibi Bar. ff. de nego geſt. & l. lecta. in verbo [pœnæ nomine.] & ibi. d Alex. ad hoc not. ff. ſi cert. pet. Bar. in l. cum ſtipulati ſumus. ſ. eod. Ad hoc dupliciter reſpon. Bart. & ſequitur etiam Ang. ꝙ hic vſuræ fuerunt promiſſæ vt ſors, & non vt pęna, & ita etiam dicit Bar. in d. l. inſulam. in 6. oppo. ſ. eo. vult dicere Barto. quòd iſte tex loquitur de vſuris ſolutis per Seiam venditori hortorum, quæ ſoluit ſibi pretium, & ſic ſortem, & etiam vſuras. Et ſic Seia petebat iſtas vſuras ſolutas tanquam ſortem, quia erant effectæ ſors, vt dicit gloſſ. in l. idemque. §. 2. ff. mandati. alleg. per Bart. & ſic iſte tex. non loquitur de vſuris cõtractus, & ſic ſtipulationis. Iſta ſolutio non caret diuinatione. Item iſte tex. dicit [cum pretium omne cum vſuris ab eo recepiſſet,] & ſic videtur loqui de vſuris, quæ currebant a tempore contractus. vnde Bart. hoc modo perpendens ſecundo modo reſpon. quòd vbi eſt dies, & pęna non admittitur purgatorio moræ ad euitandam pœnæ commiſſionem, vt in contrario, ſed bene ad actionem conſeruandam admittitur, caſus eſt hic. & idem tenet Bal. in l. Celſus. §. 1. ff. de arbi. iſta ſol. ſecundum Raph. Cum. non videtur poſſe
25 ſtare, quia Bar. non aſſignat rationẽ inter actorem, & reum.† & fauorabilior debet eſſe reus, vt l. Arrianus. ff. de actio. & obli. nã in deciſorijs plus fauemus reo quàm actori, & plenè notatur in d. l. de die. in prin. vbi dixi, ff. qui ſatiſd. cog. & in l. inter ſtipulã tem. §. ſi Stichum. ſ. eo. Item, vt pœna euitetur, quæ eſt odioſa, facilius deberet admitti purgatio morẽ, tu dic, ꝙ iſta ſecunda ſol. Bar. eſt bona, ſi bene intelligatur, vt ſtatim dicam, vnde reſpon. tertio & planius ex mente Raph. Cum. ꝙ hic eſt æquiuocatio, & termini diuerſi, quia vbi eſt dies & pœna, non admittitur purgatio moræ, verum eſt, quo ad hoc, vt pœna euadatur ex tali purgatione. ita loquuntur iura contraria. & ita etiam dicit Bart. in 2. ſol. ſed hic licèt eſſet dies & pœna, tamen purgatio moræ non fit ad tollendam pœnam, quæ veniret ex mora committenda, quiã hic vſuræ veniebant ex conuentionę, etiã ante aliquam moram, vt l. lecta. verſ. ſi. ff. ſi cer. pet. ſed ſolum fit ad actionem conſeruandam, & multominus per purgationem moræ vſuræ, quæ iam cucurrerant, euitantur, & ita etiam effectualiter tenet do. Pet. de Bexu. hic. Et hoc eſt, quod voluit dicere Bar. in 2. ſol. ſi benè cõſideras, & ſic contrarium loquitur, quã dò vſuræ deberentur tempore moræ, tũc ſi eſſet appoſita dies, non admitteretur purgatio, niſi etiam ſoluerẽtur vſuræ, ſed hic vſuræ debentur ex tempore contractus ſtipulationis. ¶ Extra
26 gloſſas opponit Barto. † quòd ex parte actoris non debeat admitti purgatio moræ, per l. Thais. §. intra certa. ff. de fideicom. liber. vbi etiã fauore libertatis, quod eſt plus, non admittitur moræ purgatio poſt terminum lapſum, & tamen fauore libertatis multa ſtatuta ſunt contra regulas iuris, vt dicit tex. in §. fin. inſti. de dona. ergo multominus in caſu præſenti. & reſpon. Barto. ꝙ non admittitur quo ad actionem acquirẽdam de nouo, vt ibi, ſed bene quo ad actionem conſeruandam, & ſic quando agitur de iure quæſito conſeruando, vt hic. facilius enim cõſeruatur in eſſe deductum, quàm de nouo inducatur. l. patre furioſo ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. & l. 1. §. caſum. verſi. Appius. ff. de poſtul. & cap. quemad. circa med. de iureiu. idem tenet
* Bart. in l. ſi inſulam. in 9. quæſt. ſ. eo. & iſta ſolutio *communiter tenetur*. Ang. tamen hic tenet, quòd etiam quo ad actionem conſeruandam non admittitur indiſtinctè purgatio moræ, ſed ita demum ſi pars aliqua debiti fuerit ſoluta in termino, quo caſu loquitur propriè iſte tex. ibi [non omne pretium cum vſuris a Lucio Titio Seiæ ſolutum ſit,] nam tunc etiam ſi ageretur de actione de nouo quærenda, admitteretur purgatio moræ, per tex. in l. ſeruus, qui teſtamento. §. ſeruus. ff. de ſtatulib. vbi probatur, quòd ſi ſeruus debet habere libertatem ſi ſeruierit hæredi quinquennio, ſi non ſeruiuit toto tempore, quia pro parte tempus fuit in fuga, nihilominus elapſo tempore poteſt purgare moram. & ſupplere tempus quod deficit, & hoc ideo eſt ſecundum gloſſ. in l. ſi intra. ff. eo. tit. de ſtatulib. quia aliqua ex parte ſeruiuit, & ſic aliquid impleuit in termino, & iſta ſol. Angel. videtur ſatis applaudere literæ. Aret. reprobando Angel. dicit, quòd iura per Angel. allegata videntur loqui ſpecialiter fauore libertatis ſecundum Bald. in l. 1. poſt gloſſ. ibi. C. ſi manci. ita fue. alie. & quòd ſecus eſt de iure communi per illud, quod tenet Bartol. in l. fin. §. quoties: per illum text. ff. de publica. Sed tu caue, quia in l. Thais. §. intra certa. etiam agitur de fauore libertatis, & tamen non admittitur purgatiõ moræ elapſo termino, quia agitur de actione quærenda, & nihil erat ibi cœptum in termino fieri, prout in d. §. ſeruus. Item pro ſolutione Angel. videtur benè facere, quia clementius agitur cum illo, qui ſoluit partem eius, quod debet in termino, quàm cũ eo, qui nihil ſoluit, vt cap. ſuam. de pœnis. & l. ſi fundus leg. in princ. ff. de lege commiſſ. in contrarim tamen facit, quia non videtur ſufficere aliquid feciſſe, ſi totum non ſit factum, vt dicit tex. in l. cum Syllanianum. in fin. C. de his quibus, vt indig. facit text. not. in l. 2. in prin. ff. de præto. ſtip. & l. ſoluendo eſſe. ff. de verbo. ſignifi. vnde Angel. met finaliter dicit ſe adhærere communi opinioni propter auctoritatẽ gl. quòd admittatur purgatio moræ ad actionem conſeruandam, quamuis nihil fuerit ſolutum, aut incœptum in termino, & ita tene.

ADDITIO.

a * Purgatio. Adde, ꝙ in contract. dies, & pœna conuentionalis moræ purgationem excludit, * ſecundum communem * per Alex. in l. ſi inſulam. ſupra hoc tit. etiam in contract. bonæ fidei, teſte Rip. d. l. num. 43. de quo vide eundem Iaſ. in l. & ſi poſt tres. col. ſi. ff. ſi quis caut. Bal. in l. cum allegas. col. j. in prin. C. de vſur. Catel. ver. mora. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis in contractu facta, non impedit tranſlationem dominij, licèt contrafaciens ad intereſſe teneatur.*
2 *Valet ſtipulatio, vt res donantis ad certas perſonas non deueniat.*
3 *Prohibitio alienationis facta in vltima voluntate in certas perſonas non valet ſine cauſa. Et an impediat dominij tranſlationem, nu. 4.*
5 *Alternatiua cadens inter perſonas, in contractu ſumitur pro copulatiua.*
6 *Hæres pro illa parte, pro qua non eſt hæres, non tenetur ſtare diſpoſitis per teſtatorem.*
7 *Ex ſtipulatione negatiua non faciendi, agitur ad intereſſe.*
8 *Si ille, in quem eſt res prohibita alienari, ſuccedat prohibito ab inteſtato, committitur adhuc ſtipulatio ad intereſſe.*
9 *Prohibitio alienationis non ſolùm continet alienationem expreſſam ex contractu, vel ex teſtamento, ſed etiam alienationem tacitam ab inteſtato.*
10 *Emphyteuta non poteſt alienare emphy. vel ſua melioramenta irrequiſito domino in perſonas, quæ ſolent in huiuſmodi contractibus vetari.*
11 *Prohibitio rei emphyteuticæ ne alienetur in potentiorem, comprehendit etiam ſucceſſionem ex teſtamento, & ab inteſtato. Et quomodo intelligatur, nu. 13.*
12 *Alienatio rei emphyteuticæ, quæ fit in eccleſiam, dicitur fieri in potentiorem.*
14 *Eccleſia habetur loco filij in poteſtate. & nu. 15. & 16.*
17 *Qui hæredem inſtituit, non dicitur alienare. & nu. 18.*
19 *An prohibita alienatione in contractu, intelligatur prohibita tranſlatio dominij titulo ſingulari. & nu. 20.*
21 *In vltimis voluntatibus transfertur dominium ipſo iure.*
22 *Appellatione alienationis quæ contineantur.*
23 *Iuramentum de non alienando non impedit dominij tranſlationem, ſi contra factum ſit. & nu. 27.*
24 *Si teſtator fecit teſtamentum, & iurat illud non reuocare, ſi poſtea facit ſecundum, valet & tenet, licèt teſtator ſit periurus.*
25 *Iuramentum appoſitum in prima venditione non impedit tranſlationem dominij ex ſecunda, in qua interuenit traditio.*
26 *Primum ſtatutum licèt iuratum poteſt tolli per ſecundum contrarium.*
28 *Iuramentum interpoſitum ſuper aliquo actu, vel contractu, intelligitur ſecundum naturam illius actus, ſuper quo interponitur.*
29 *Quando quis retinuit ius in re, quam prohibuit alienari, impeditur dominij tranſlatio.*
30 *Cautela ad impediendum, ne res poſſit alienari, & nu. 31. & 32.*
33 *Quando alienatio eſt irreuocabilis, impeditur dominij tranſlatio.*
34 *Si vendidi alicui domum, vel fundum cum pacto ne eum alienet, an poterit ibi ædificare eccleſiam, vel ædem ſacram.*
35 *Rem prohibitam alienari, ſi alienatur, poſſum propria auctoritate apprehendere.*
36 *Si vaſſallus alienauit feudum illicitè, dominus poteſt propria auctoritate vendicare.*
37 *Prohibitio legis, vel ſtatuti impedit tranſlationem dominij titulo ſingulari. nu. 40.*
38 *Statutum Bononiæ diſponens, quòd mulier non extantibus liberis teneatur relinquere tertiam partem dotis, & eius augmenti, & aliorum bonorum fratri, non poterit in vita alienare etiam titulo oneroſo in præiudicium illius tertiæ.*

39 De

39 De relictis factis Ecclesijs debetur quarta cano. Episcopo, non tamen de dona. inter viuos.

41 An prohibitio legis, vel statuti, vel contrahentium impediat hæredis institutionem, seu translationem in hæredes.

42 Prohibitio legis facta sine causa valet, & tenet, quia in ea præsumitur iusta causa, secus est in prohibitione testatoris.

43 Quando prohibitio alienationis est facta in certas personas particulares, comprehenditur hæredis institutio.

44 Quando prohibitio est facta in certum genus personarum, puta extra familiam ex testamento instituendo extraneum hæredem, qui non sit de familia, talis alienatio censetur esse prohibita.

45 Verba geminata posita in prohibitione de non alienando quid operentur.

46 Statutum prohibens alienari in forenses, an censeatur prohibere eos institui hæredes.

47 Si statutum disponat, quòd nullus forensis possit aliquo titulo acquirere bona immobilia in territorio, & aliquis forensis sit proximior consanguineus defuncto, & sic legitimus ab intestato non poterit etiam ex testa. succedere nec ab intestato.

48 Si testator instituit hospitale, vel alium hæredem sub conditione, quòd bona ei relicta alienari non possint sub pœna priuationis hæreditatis, si hospitale vnam rem alienauerit, cadit à toto.

49 Conditio est implenda in totum, & non in partem, cum sit indiuidua.

50 Si eodem tempore, & in eodem contractu locaui alicui duo prædia, vel duas domos, & conductor malè conuersatus est in vna, possum eum expellere ab vtraque.

51 Prohibitus rem alienare, non potest eam habere pro derelicta.

52 Qui non potest rem alienare, non potest etiã in contractu fideiubere pro alienante dictam rem.

53 Res, quam non possum alienare, dicitur tamen pleno iure esse mea.

1 **§. Ea lege.** † Habet materiam vtilem, & quotidianã in practica. Prohibitio alienationis in cõtractu non impedit translationem dominij, licèt contrafaciens ad interesse teneatur. h.d. secundum Bar. & alios. vel sic propius ad text. Promittens rem sibi donatam ad certas personas non peruenire, personam prohibitam hæredem instituendo, facit obligationem ad interesse committi. h.d. ¶Et ponitur thema, quæstio, & respon. Secunda ibi, quæritur an Seia. Tertia ibi, rñ. posse. ¶In fi. tex. ibi, in id, qđ eius interest. istud interesse est æstimatio ipsius rei, & sic serui, vt l. ea lege. cum gl. C. de condi. ob cau. non autem potest vendicare seruum pro parte cohæredis, quia adeundo hæreditatem, dominium serui pro dimidia est factum cohæredis non obst. prohibitione alienationis, quãuis testator in testamento nihil de tali seruo in specie disposuerit, tamen ex quo instituit fratrem pro parte hæredem, voluit, ꝙ pro illa parte haberet dominium serui prohibiti alienari in eũ, posset etiam agere Seia cõdictione ob causam ad ipsam dimidiam serui, & ipsam consequi, postquam ipse frater cohęres habet facultatem restituendi, sed si nõ haberet facultatem, adhuc posset agi dicta condictione ob causam, sed tunc condemnaretur ad interesse, & sic etiam tunc consequeretur rem, vel æstimationem. d. l. ea lege. C. de cõdic. ob cau. imò fortius tenet gl. reputata sing. in §. de cætero. in verb. licentiam damus. in Auth. vt de cætero cõm. eccle. rer. nõ fortu. fiant. colla. 5. ꝙ Seia istum seruum cõtra prohibitionem alienatum posset propria auctoritate apprehendere, sed an illa gl. sit vera, tangam inferius extra gl. ¶† No. primò ex isto tex. ꝙ valet stipulatio, vt res donantis ad certas personas non deueniat, ratio, quia interest paciscẽtis, ergo est cum causa, fortè, quia alteri promiserat pęnam, si in tales personas alienaret illum seruum. l. liber homo. in fi. s̃. eo. & tale pactum fuit appositum in traditione rei suæ, vt dicit text. ibi, & traditum. iuncta. l. fi. C. de pac. inter emp. & vend. & l. quoties. C. de don. quæ sub modo. notatur in l. in traditionibus. ff. de pac. aliàs si non interesset, non valeret stipulatio. l. nemo paciscẽdo. quæ est l. pen. ff. de pact. Bart. hic in 1. oppo. vidimus in l. qui Romæ. §. cohæredes. s̃. eo. † Et si diceretur, ꝙ prohibitio alienationis facta in vltim. voluntate in certas personas non valet sine causa, quia dicitur nudum præceptum. vt l. filiusfa. §. diui. el 2. ff. de leg. 1. quomodo ergo hic valet in contractu, cùm fortior sit prohibitio de non alienando, quę fit in vlt. voluntate, quia illa impedit trãslationem dominij, vt plenè notatur in l. ea lege. C. de condi. ob cau. quàm illa, quæ fit in cõtractib. inter viuos, quę non impedit translationem dominij, vt hic? Respon. secundũ Raph. Cuma. hic in fi. ꝙ quando prohibitio fit sine causa in vlt. voluntate, fit solùm contemplatione prohibiti, & est quasi consilium, nec est cui obligetur, ideo non valet. d. §. diui secundo. sed in contractu superest prohibens, cui obligatur non alienare, ideo valet hic. ¶† Secundò not. ex isto tex. ꝙ ex pacto, vel stipulatione contrahentium, etiam si sit apposita super re, quæ erat tradentis tempore contractus, & etiam sit facta, qđ non perueniret ad tales personas, & verbum perueniret, importet

2

3

4

perfectè veniret, vt l. vrbana. §. pernoctare. ff. de verb. sig. tamen non impeditur ipso iure alienatio, nec translatio dominij, licèt committatur stipulatio ad interesse, ratio est, quia virtus huius promissionis non est dominium transferre, nec rem transferre, sed obligare. l. traditionib. C. de pac. & l. obligationum substãtia. ff. de act. & oblig. ergo ista promissio de qua hic, tendit ad obligandum, & non ad impediendum dominij translationem, vt plenè habetur in l. ea lege. C. de condi. ob cau. ergo traditio realis facta cum titulo, qui est causa translationis dominij. l. traditionib. C. de pac. operatur effectum suum, ꝙ dominium transferatur, licèt alienãs obligetur ad interesse. istud notabile. & ista reg. recipit plures limitationes, quæ colliguntur ex doctri. Bart. hic, quam infra ponam, & ibi addam quasdam aliàs limitationes. Tertiò not. ꝙ quando in contractu promittitur, ꝙ talis res non perueniet in talem, aut talem, & proferatur in modum alternatiuæ, tamen resoluitur in coniunctam in eadem stipulatione, † & sic alternatiua cadens inter personas in contractu sumitur pro copulatiua, & dicit Rapha. Cuma. ꝙ non meminit alibi vidisse similem tex. & ꝙ videtur obstare. l. si is qui ducẽta. §. cum ita. ff. de reb. dub. Idem etiam dicit d. Pet. de Bexu. hic. & ita limitatur. l. si quis ita stipulatus fuerit decem aureos. in fin. s̃. eo. & l. si hęredi plures. ff. de condi. insti. In vltimis autem voluntatibus bene habes tex. ꝙ alternatiua posita inter personas resoluitur in coniunctam, in l. cùm quidam. C. de verb. sig. tamen per illum text. licèt loquatur in vltimis voluntatib. determinat notabiliter Arch. & Gemin. in c. pastoralis. 7. q. 1. ꝙ si Papa confert beneficium, vel Ecclesiam illi, vel illi, & sic alternatiuè, vterque habebit eam, quia illa alternatiua ponitur copulatiuè. ¶† Quartò no. ꝙ hęres pro illa parte, pro qua non est hæres, non tenetur stare dispositis per testatorem, quia pro illa non repræsentat testatorem, nec censetur eadem persona cum defuncto. l. cùm à matre, & ibi glo. & Doct. C. de rei vend. & est gl. no. in l. 2. §. fi. in glo. magna post med. & ibi Bart. in 3. col. ff. de præto. stipu. vnde pro alia parte pro qua non est hæres, potest venire contra factũ defuncti, & cohęredem conuenire, casus est hic. ¶Capio glo. fi. in verbo interest. ista est solennis gl. diuiditur in sex part. principales. In prima infert ex text. † ꝙ ex stipulatione negatiua non faciendi agitur ad interesse, nec mirum, vt etiam est tex. in l. 2. §. item. si in facto. & in l. si sic stipulatus sum. s̃. eo. In secunda ampliat istum tex. ꝙ etiam si frater ab intestato succedat, committatur stipulatio. In tertia inducit ad emphyteusim, quæ non potest in potentiorem transmitti, vt intelligatur, nec ex testã, nec ab intestato. In quarta quærit, an Ecclesia, quæ censetur de potentiorib. propter priuilegia quę habet, possit in emphyteusi hęres institui. In quinta colligit ex tex. no. & ad illud alleg. tres. concord. In sexta & vltima contra illud notabile dupliciter oppo. & non respon. Secunda ibi, item qđ dicit. Tertia ibi, & valet ad contractum emphyteuticum. Quarta ibi, non ergo licet donare Deo. Quinta ibi, item not. ꝙ tenet alienatio. Sexta & vltima est ibi, sed arg. contra. ¶In ea gl. ibi, vnde etiam si intestatus decedit, & frater ei succedat committitur. habes ex gl. no. ampliationem ad istum tex. † ꝙ si ille, in quem prohibita est res alienari, succedat prohibito abintestato, quia sit proximior, vt frater, adhuc cõmittitur stipulatio ad interesse, rationem not. assignat glo. quia prohibitus alienare in certas personas, debuit curare, & licèt gl. nihil ad hoc alleget, adde text. in l. in illa stipulatione per te non fieri. in prin. & l. inter stipulantem. in prin. s̃. eo. & in l. lege. ff. loca. & sic debuit curare, ne etiam per l. fiat talis alienatio in personam prohibitam, ꝙ est not. dignum secundum Bal. hic. nam ex quo etiam ab intestato succedit, videtur eum tacitè instituisse hæredem, quia succedens ab intesta. videtur succedere ex tacita voluntate defuncti, vt l. conficiuntur. in prin. & l. si quis cùm testamentum nullum. ff. de iure codi. Aduerte ista promissio continebat vnum factum negatiuũ pendens ex voluntate, & facto promittentis, ideo licèt simpliciter promittat, quòd talis res non peruenerit ad eas personas, intelligitur promittere, ꝙ taliter curabit, ꝙ non perueniet ad eas, ideo debuit curare, ꝙ non perueniret ab intestato ad legitimum, qui erat prohibitus, qđ curare potuit faciendo testamentum, vel codicillos, & alij non prohibito relinquendo. istud ergo pendebat à voluntate, & facto suo. secus si esset factum non dependens ex voluntate, & facto promittentis, tunc intelligitur promisisse se curaturum, sicut si factum alienum simpliciter promisisset, vt l. stipulatio ista. in prin. s̃. eod. & ita etiam tenet Raph. Cuma. hic. ¶† Item ista gl. melius dicit, quàm aliqua, quæ sit in iure, secundum Bal. hic, ꝙ prohibitio alienationis non solùm cõtinet alienationem expressam ex contractu, vel ex testamento, sed etiam alienationem tacitam ab intestato. ita est gl. solennis hic, & pro ista gl. est casus in l. codicillis. §. matre. ff. de leg. 2. licèt glo. non alleget. ista conclusio gl. clarè procedit in terminis huius. §. vbi legitimus hæres, & sic frater fuit nominatim prohibitus, & sic

5

6

7

8

9

ſic quando prohibitio alienationis eſt facta in certas perſonas
nominatas: ſi autem alienatio eſſet facta in genus perſonarum
incertum, puta ne alienes extra familiam, quo caſu alienatio
eſt generaliter prohibita in omnes exceptis illis de familia, tunc
non tenetur curare, ꝙ alienatio legalis impediatur, & ideo ſi ali
quis, qui non ſit de fami. ſit hæres legitimus abinteſtato, ad eũ
prohibitio non extenditur, vt eſt caſus in l. cùm pater. §. cùm
inter. ſecundum vnum intellectum. ff. de leg. 2. & eſt gl. ſing. in l.
pater. §. Iul. Agrippa. ff. de lega. 3. Bar. & alij. hic, & dixi latè in l. fi-
liusfa. §. diui. 2. ff. de leg. 1. Et iſtam gl. ꝙ qui promittit. ne res ve-
niat ad certas perſonas, tenetur non ſolùm non alienare, ſed ẽt
facere, & curare ne ad eas perueniat etiam abinteſta. dicit non
reperiri alibi in iure Bald. in cap. qualiter. de pact. ¶ In tertia
parte gloſſ. ibi, & valet ad contractum emphyteuticum. habes
ex iſta gloſſ. duas concluſiones. ¶ Primò habes declarationem
10 ad l. fin. C. de iure emphyteu. quæ dicit, † quòd emphyteuta
non poteſt alienare emphyteuſim, vel ſua melioramenta irre-
quiſito domino in perſonas, quæ in huiuſmodi contractibus
ſolent vetari, nam quæ ſint perſonæ vetitæ, melius quã ibi de-
claratur, nam in perſonas vetitas intelligitur. i. potentiores, &
ita communiter apponitur in inſtrumentis emphyteuticis, ſm
gl. hic. & in c. potuit. de loc. Sed aduerte, ꝙ alienatio emphyteu
ſis, q̃ fit in potentiorem, nõ reperitur expreſsè prohibita in iure
per aliquem tex. ſecundum Io. And. & alios in d. c. potuit. & ibi
Imo. in 18. col. idem etiam dicit Imo. in l. ſi finita. §. ſi de vectiga-
libus. in 4. col. ſ̃. de dam. infec. & ſequitur ſimpliciter do. Alex. in
conſi. 104. 4. vol. quod incipit viſo themate, & inſtrumento con
ceſſionis in emphyteuſim. in 2. col. & in conſi. 128. 5. vol. qđ in-
cipit viſo inſtrumento conceſſionis in emphyteuſim. in 2. col. ta
men adde, ꝙ Bal. in Auth. quibuſcunque. C. de ſacroſanc. eccle.
tenet, ꝙ res Eccleſiæ feudales, vel emphyteuticæ, quæ aliàs ſunt
conſuetę concedi in feudum, vel emphyteuſim, tñ prohiben-
tur concedi, qñ prælatus illas concederet conſanguineo poten-
tiori. allegat notata per gl. hic, & ſequitur ſimpliciter d. Alex. in
conſi. 9. 3. vol. quod incipit, viſo themate. ſ̃. ſcripto. in 3. colum.
11 ¶ † Secundò habes ex iſta glo. ꝙ prohibitio rei emphyteuticæ
ne alienetur in potentiorem, comprehendit etiam ſucceſſionẽ
ex teſtamento, & abinteſtato, non quia ſucceſſio, quæ fit in iure
hæreditario ex teſtamento, vel ab inteſtato ſm veritatem ſit
alienatio, ſed quia prohibitio non alienandi in potentiorẽ con-
tinet non ſolùm non alienare, ſed etiam curare, ne ad eos perue
niat, prout gl. notabiliter tenet in parte præcedenti, vbi dixi, &
dicam. ĩ. latius poſt Bar. ¶ Sed attende circa iſtam gl. quia vide-
tur malè inducere iſtum text. ad ꝯctum emphyteuticum, vbi
promittitur non alienare in potẽtiorem, nam iſte tex. loquitur,
qñ prohibitio alienationis eſt facta in certas nominatas perſo-
nas, ſed in quęſtione emphyteutica eſt prohibitio. in genus per-
ſonarum incertum, ſcilicet in potentiores, ideo tunc non cen-
ſetur ꝓhibita alienatio legalis iure legitimo, & ſic abinteſtato,
licet non ex teſtamento. ita tenet Bar. hic in vlt. col. cum quo alij
tranſeunt, præſertim Rapha. Cu. in pen. col. & faciunt, quæ dixi.
ſ̃. in præce parte gl. ¶ In 4. parte gl. ibi, non ergo licèt. habes tres
12 concluſiones. † Prima eſt, ꝙ alienatio rei emphyteuticæ, quæ
fit in Eccleſiã, dr̃ fieri in potentiorem. idem tenet gl. in d. l. fin. C.
de iur. emphyt. & in c. potuit. de locato. quæ gl. dicunt, ꝙ perſo-
næ prohibitæ, ne in eas poſſit transferri ius emphyteuticũ, ſunt
curiales, milites, & clerici, & ſic Eccleſia. idem tenet Spec. in tit.
de locato. §. nunc aliqua. in verſ. 116. & ver. ſeq. quamuis d. Ant.
de But. in d. c. potuit. dicat, ꝙ non reperitur aliquis tex. expreſſus
in iure, qui prohibeat ius emphyteuticum priuati transferri in
Eccleſiam. Sed tu adde in ſimili bonum tex. in c. 1. de alie. feu. in
vſib. feud. vbi dr̃, ꝙ quamuis feudum poſſit dari alij, vel ex lege,
vel ex conuentione, non tñ poteſt Eccleſiæ dari, quia conſtitue
retur durior conditio dñi, & ita not. ibi illum text. Bald. in 4. col.
Idem tenet d. Alex. in conſi. 9. tertij vol. qđ incipit viſo thema-
te. ſ̃. ſcripto. in 3. col. nã vltra priuilegia, quæ habet Eccleſia, pro-
pter quæ reputatur potentior, illud etiam eſt, ꝙ Eccleſia nun-
quam moritur. c. ſi gratioſè. de reſcrip. in 6. ideo nunquam eſſet
ſpes, ꝙ illa emphyteuſis reuertatur ad directum dñm per mor
tem, nec dominus de facili habiturus eſt laudemium, cũ Eccle-
13 ſia non de facili alienet. ¶ † Secundò habes ex iſta gl. dum dicit,
imò licèt in ſuis. ꝙ prohibitio alienationis iuris emphyteutici
ne alienetur in potentiorem, nõ intelligitur de alienatione, quæ
fit in ſuis filijs, vel deſcendentib. etiam ſi ſint potentiores. quam
glo. teneas cordi. quia fortè non habes alibi in iure ſimilem, &
pro iſta gl. bene facit, nam ratione ſuitatis iſta vr̃ potius conti-
nuatio dominij à patre in filios ſuos, & non alienatio. l. in ſuis. ff.
de lib. & poſth. vnde not. ex iſta gl. Bar. ꝙ licèt filius ſit maior, &
potentior patre, fortè factus Marchio à Rege, non comprehen-
ditur inter potentiores prohibitos. iſta eſt glo. ſolennis hic, imò
plus tenet Bal. in d. l. ea lege. in 6. col. C. de cõdi. ob cau. ꝙ poteſt
etiam relinqui patri ipſius emphyteutæ, & ſic aſcendenti, licèt
ſit potẽtior per l. 1. C. de impo. lucra. deſcrip. lib. 10. Sed tu caue
iſta gl. eſt vera in ſe, ſed non referas eam ad caſum. §. noſtri, quia
hic fuit expreſsè prohibitum ne ad filium, vel filiam perueni-
14 ret. ¶ Tertiò habes ex gl. † ꝙ Eccleſia habetur loco ſui hæredis,
& ſic habetur loco filij in poteſtate, cùm ſui vocẽtur filij in po-
teſtate §. ſui. inſti. de hæredũ quali. & diffe. vnde prohibitus alie-
nare, poteſt dare Deo, vel Eccleſiæ, ſicut filijs, & deſcendentib.
ſuis, ſic licèt emphyteuta non poſſit alienare emphyteuſim in-
ter viuos in Eccleſiam, poteſt tñ in vlt. voluntate eã relinquen-
do hæredem, & iſtam glo. ꝙ Eccleſia habetur loco filij inſtituti
in re certa, reputat ad hoc ſingularẽ Bald. in c. cùm in magiſtrũ.
de elec. eam etiam reputat ſing. Bal. in c. pen. in 1. col. de reſcrip.
tñ iſta gl. loquitur cum temperamẽto, & dicit quodammodo,
quæ dictio eſt nota improprietatis ſm gl. in l. ſi me in vacuam.
& ibi Bar. ff. de acq. poſ. & in l. prætor. §. 1. & ibi Bar. ff. de edend.
cum concor. quas aliàs dedi. in l. in ſuis. ff. de lib. & poſthu. & ſic
gl. vult dicere, ꝙ Eccleſia non eſt propriæ ſuus hæres, ſed fictè,
15 & improprie. ¶ Circa principalem deciſionem gl. † aduerte, ꝙ
tex. in §. ſed & hoc præſenti. in Auth. de ſanctiſ. Epiſc. in quo ſe
fundat gl. loquitur, qñ quis ingreditur monaſterium, & facit ſe
monachum, tunc vr̃, ꝙ Eccleſia habeatur effectualiter loco fi-
lij, vt ibi, & c. in præſentia. de prob. not. in Auth. niſi rogati. C. ad
Treb. Bart. in l. ſi ita quis. §. 1. ff. de leg. 2. ſecus ſi non ingrediatur
monaſterium, ſed glo. noſtra loquitur, qñ quis non ingreditur
monaſterium, ſed inſtituit Eccleſiam hæredem in emphyteuſi,
quo caſu Eccleſia non poteſt haberi loco filij, nec hæredis legi-
timi, ſed teſtamentarij, ergo fundamentum gl. non eſt ad pro-
poſitum quæſtionis gl. Item tex. in d. §. ſed & hoc pręſenti. & in
d. c. in pręſentia. loquitur, qñ quis erat grauatus de reſtituendo
hæreditatem alteri, ſi deceſſerit ſine liberis, tunc ſi ingrediatur
monaſterium, non dr̃ decedere ſine liberis, nec per hoc retrahi-
tur ab ingreſſu monaſterij, ita ibi loquitur text. ergo ibi non vr̃
ſimpliciter probari, ꝙ monaſterium habetur loco filij. ¶ Vnde
in quæſtione gl. facias tres caſus. ¶ Primus eſt, ꝙ in terminis hu-
ius §. ſi lex cõuentionis fuiſſet, ꝙ emphyteuſis non poſſit in cer-
tam, & determinatam Eccleſiam alienari, tunc etiam ſi ingre-
diatur monaſterium, non poterit monaſterium, vel Eccleſia di
ctam rem habere, quin dicatur contra conuentionem factam.
¶ Secundus caſus eſt, qñ prohibitio fuit ſimpliciter facta, ꝙ non
alienetur generaliter in Eccleſiam non determinata aliqua Ec-
cleſiã, & tunc intrando monaſterium non cõmittitur ſtipula-
tio, & dñium tranſit in Eccleſiam, quia Eccleſia venit iure legi-
timo. i. ex l. diſpoſitione, per quam bona ingreſſi ipſo iure trãſ-
feruntur in monaſterium. Auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccl. &
ſic eſt alienatio legalis, & non hominis, quæ non eſt prohibita,
16 vt l. cùm pater. §. cùm inter. cum gl. ff. de leg. 2. ¶ † Tertius caſus
eſt, qñ non ingreditur monaſterium, ſed Eccleſiam inſtituit hæ
redem in emphyteuſi, prout eſt quæſtio gl. tunc valeret aliena-
tio, & non committeretur ſtipulatio contra iſtam gl. ita vr̃ ſen-
tire Bar. hic in vlt. col. & ita tenent Ang. & Pau. de Caſt. & Are.
hic. alibi tñ Bar. in d. Auth. ingreſſi. circa fin. videtur in ſecundo
membro tenere contrarium, ꝙ imò emphyteuſis prohibita ge
neraliter alienari in Eccleſiam non tranſeat ad monaſteriũ per
ingreſſum monaſterij, propter expreſſam prohibitionem. alleg.
glo. hic, quæ tñ non ſic dicit, & ſequitur Io. de Imo. hic, motus,
quia actus ingreſſus religionis eſt voluntarius, & ſucceſſio pro-
cedit ex facto voluntario ingredientis, ideo debet cenſeri pro-
hibita, ſicut etiam eſt prohibita hæredis inſtitutio. l. peto. §. fra-
tre. ff. de leg. 2. ſecus in ſucceſſione ab inteſtato, quia illa proce-
dit ex ſola diſpoſitione. l. ideo dr̃ alienatio legalis, q̃ non eſt pro-
* hibita. ¶ Sed defendendo præcedentem opin. quæ eſt *verior & communior*, potes dicere ex mente Are. ꝙ etiam in ingrediente
monaſterium vr̃ eſſe quędam ſucceſſio inteſtati ex l. diſpoſitio-
ne volentis bona ingreſſi tanquam mortui ciuiliter tranſire in
monaſterium, & ex tacita voluntate ingredientis monaſteriũ,
ſicut etiam ex tacita volũtate defuncti ſucceditur ab inteſtato.
l. conficiuntur. in princ. & l. ſi quis cùm teſtamentum nullum. ff.
de iure codi. ideo dr̃ alienatio legalis, ſicut & ſucceſſio inteſtati.
¶ Item dum iſta glo. dicit, eſt. n. modus in reb. licèt Bar. dicat ſe
neſcire, quid glo. velit, tñ varijs modis exponit poſt Old. vt hic
per eum, ſed congruentius eſt, ꝙ glo. velit allegare illos verſus
vulgares, quos ponit gl. inſti. per quas perſo. no. acqui. ſuper rub.
Eſt modus in reb. ſunt certi denique fines. q. d. certi fines, & modi ſunt
determinati in rebus, ſecundum quos poſſunt, vel non poſſunt
alienari, vt patet ex prædictis. ¶ In vlti. parte gl. dũm opponit de
l. ex hoc edicto. §. ſed hęredem. ff. de alie. iud. mu. cauſa fac. licèt
17 glo. alibi corruptè alleget de leg. 1. vbi, † qui hæredem inſtituit,
non dicitur alienare, ergo contra iſtum tex. & glo. non reſpon-
det, Bart. rñdet. ſed tu dic clarius, ꝙ ibi per illud edictum non
prohibetur alienatio, ſed ſi alienat dolo cauſa mutandi iudicij,

vt ſubijciat duriorem aduerſarium, agitur ꝯ eum ad intereſſe
actione in factum ex illo edicto. vnde, quando alienat in vlti.
voluntate inſtituendo quem hæredem, ibi non pręſumitur do
lus, cùm talis inſtitutio ſumat effectum poſt mortem teſtantis,
vt l.ſi alienum.§.in extraneis.ff.de hære.inſtit.& c.cùm Marthæ.
de celeb.miſ. Ideo tunc ceſſat illud edictum, ſed hic prohibe-
tur alienatio ratione contractus, & intereſſe. Ideo prohibetur
etiam inſtitutio hęredis per rationem, quam aſſignat gl.ſ. In 2.
parte, quia non ſolùm nō debuit alienare, ſed ēt debuit curare,
ne ad eū perueniret ab inteſtato, cū eſſet in eius poteſtate hoc
facere, faciēdo teſtamētum, vel codicillos & alijs relinquendo,
vt ibi dixi. ¶ Item dum glo. opponit de l. quædam.ff.de acq.rer.
domi.& non ſoluit, dic ꝙ ille text. poteſt in propoſitum dupli-
18 citer induci. † Primò, ꝙ vbi eſt prohibita alienatio rei, tñ per-
mittitur inſtitutio hęredis in illa re, ergo contra iſtum tex. ſecū-
do obſtat, nã cum vniuerſitate multa tranſeunt, quæ nòn poſ-
ſunt particulariter tranſire, vt ibi eſt tex.& l.in modicis.ff.de cō-
trah.emp.& c.ex literis.de iure patro. Sed hic Titius in teſtamē-
to nihil diſponit de ſeruo prohibito alienari, ſed fratrem in par-
te hæredem inſtituit, ergo cum vniuerſitate hęreditatis debet
pro parte ad eum tranſire. Reſponde plenius, quam Bart. ꝙ ibi
loquitur, qñ alienatio prohibetur à lege, & prohibetur ſimpli-
citer, & indiſtinctè, quo caſu dominium non transfertur titulo
ſingulari, ſed bene vniuerſali. l. 1.ff.de fund. dot. vnde inſtitutio
hæredis non vr̃ eſſe prohibita, vt ibi, hic autem loquitur, quādo
eſt prohibita alienatio per hominem ſpecialiter, & nominatim
in perſonas certas. Ideo tunc prohibetur alienatio non ſolùm
titulo ſpeciali, ſed etiam titulo vniuerſali, quia cōmittitur ſtipu
latio ad intereſſe, & ſic etiam hæredis inſtitutio eſt prohibita;
vnde regula.d.l.quædam. nō habet locum in prohibitis per ho-
19 minem ſpecialiter. ¶ † Extra gl. Bar. examinat duas principales
quæſtiones. Prima eſt, an prohibita alienatione in contractu, in-
telligatur ꝓhibita tranſlatio dñij titulo ſingulari. Secunda quæ-
ſtio eſt, quando eſt prohibitio. l. vel teſtatoris, vel contrahentiū,
& an impediatur tranſlatio dominij titulo vniuerſali ex teſta-
mento, vel ab inteſtato. ¶ Circa primam.q. ex dictis Bart. fac re-
gulam, & duas fallen. Regula eſt, ꝙ qñ prohibitio alienationis
fit à contrahentib. regulariter non impeditur translatio domi-
nij, licèt contrafaciens teneatur ad intereſſe, vt hic, & l.ea lege.
C.de condi.ob cau.& vltra Bar.& Scribentes ad idem text.in c.
Raynaldus.in verbo transferendi in alium, & ibi d. Ant.de But.
ad hoc not.de teſta. Iſta regula ſecundum Bart. fallit in duobus
caſibus, primus, qñ ſtipulator retinuit aliquod ius in re. ſecūdus
quando alienatio eſſet irretractabilis. Idem in effectu tenet Bar.
in l.filiusfa.§.diui.el 2.in pen.col.ff.de lega.1. Inſiſtam circa iſta
tria, examinando vnumquodq; de per ſe. Aſſumò primo regu-
20 lam, circa quam aliqua ſunt addenda. ¶ † Videamus in primis,
quæ ſit ratio fundamentalis iſtius regulæ. Dic, quia accipiens eſt
effectus dñs rei per traditionem ſibi factam à domino, per con
ſequens poteſt in alium transferre dominium, quod ſuum eſt.
l.traditio.ff.de acquir.rer.domi.non obſtante prohibitione alie-
nationis, quia ſicut ex ſolo titulo contractus nō transfertur do-
minium ipſo iure, & ſic voluntas contrahentium ſola non eſt
ſufficiens ad translationem dominij inducendam.l.traditionib.
C.de pac. & l. ſi ager.ff.de rei vendi. ita etiam non eſt ſufficiens
ad impediendum tranſlationem dñij, ſed quia acquirens pro-
miſit non alienare, & ſic promiſit factum negatiuum, ſi cōtra-
faciat, ſuccedit obligatio ad intereſſe, per reg. l. ſtipulationes nō
diuiduntur. verſi. Celſus.ſ.eo.& l.ſi quis ab alio.in fi. ff.de re iud.
& in ſpecie in promiſſione facti negatiui ſi contrafiat, contrafa-
ciens teneatur ad intereſſe, eſt etiam tex.in l.2.§.item ſi in facto.
21 in l.ſi ſic ſtipulatus ſum.ſ.e.& gl. hic in gl.fi.in prin. ¶ † Hinc eſt,
ꝙ in vlt. voluntatib. transfertur dñium ipſo iure ſine aliqua tra-
ditione.l.à Titio.in fi.ff.de fur.& l.ſi tibi homo.§. cùm ſeruus.ff.
de leg.1.& l.cùm hęredes.in prin.ff.de acq.poſ. certè per prohi-
bitionem alienationis factam in vlt. voluntate bene impeditur
translatio dominij, vt eſt glo.ord.in l. cùm pater.§.libertis.ff.de
leg.2. Doct in l.filiusfa.§.diui.el 2.ff.de leg.1. & ad iſtam rationē
vide gl.in l.fin.C.de reb.alie.non alien. Hinc infero, ꝙ ſi eſſemus
in contractib. in caſu in quo ex ſolo contractu, & ſic ex ſolo ti-
tulo ſine traditione transferretur dñium, vt in Eccleſia, vt l.fi.C.
de ſacroſan.eccle.& c.ex parte. de conſue. & in alijs caſib. enu-
meratis per gl. magiſtram. in l.ſi ager.ff.de rei vend. tunc prohi-
bitio de non alienando in contractu ita impediret translationē
dominij, ſicut in vlti. voluntate, quia tunc ceſſaret ratio regulæ.
ſ.dictæ, & ita in ſpecie tenet Bal.in l. peto.§.fratre. in 5. oppo.&
ibidem Io.de Imo.ff.de leg.2. & not. bene iſtam limitationem
ad iſtam regulam, & ad iſtum text. quia continet plures ſub ſe
vltra illas duas fallen. quas hic ponit Bart. ¶ Contra iſtam regu-
lam, & ſic contra iſtum tex. videtur fortiter obſtare tex.in l.fi.C.
de reb.alien. non alien. vbi eſt text. ꝙ prohibita alienatione ſiue
per l. ſiue per teſtatorem, ſiue per contrahentes, intelligitur pro-
hibita translatio dominij, & omnis actus per quem ſit transla-
tio dominij, ſiue directi, vel vtilis, vel alterius iuris. Bart. hic in 1.
fallen. vr̃ reſpondere, ꝙ ille, qui prohibuit alienari, reſeruauit ſibi
aliquod ius in illa re prohibita, ideo talis prohibitio impedit
translationem dominij. ad hoc alleg. Bar.in d.l.fi. C.de reb.alien.
non alie.& ſi iſta fuit intentio Bar. truffa eſt dicere, ꝙ ibi prohi-
bens reſeruauit aliquod ius, ideo impeditur translatio dominij.
22 ¶ † Vnde dic, ſecundum gl. ibi, & bene, ꝙ illa lex voluit enume
rare, quæ contineantur appellatione alienationis, ſiue lex, ſiue
teſtator, ſiue pactio contrahentium eam prohibuit, & determi
nat, ꝙ ſiue transferat dominium, ſiue conſtituat ius pignoris in
re, ſiue conſtituat vſumfructum, dicitur alienare, nō autem de-
terminat illa lex, an prohibita alienatione inter cōtrahentes im-
pediatur translatio dominij. ¶ Amplia notabiliter iſtam regu-
23 lam, vt procedat etiam ſi interueniſſet iuramentum. † Vnde ſi
aliquis promiſit non alienare certam rem, & ita iurauit, ſi po-
ſteà alienet non obſtante iuramento, valet alienatio, & transfer
tur dominium, licèt alienans ſit periurus, & teneatur ad inter-
eſſe, ita ſignanter tenent Inno. Hoſt.& alij in c. dilecto. de præb.
& ibi d. Abb.in 5.col.in duob.locis in prin.& in fi. poſteà in pen.
& vlt.col. diſtinguit, vt hic per eum. Alij nihil tangunt: eſt pul-
chra, & vtilis deciſio. ¶ Adde verum eſſe, ꝙ actus geſtus contra
a iuramentum [a] valet, & tenet, licèt contrafaciens ſit periurus, vt
eſt text.in c. ſicut ex literis. de ſponſa. vbi tenet matrimonium
contractum ꝯ iuramentum, nam ſi aliquis iurauit cōtrahere,
matrimonium cum vna muliere, & poſteà cōtrahat cum alia
valet matrimonium non obſtante iuramento, licèt cōtrahens
ſecundum matrimonium ſit periurus. ad idem eſt text.in c.de
illis.eo.tit.de ſponſa. per quem text. no. ibi d. Abb. ꝙ etiam actus
ſpiritualis, vt matrimonij, geſtus contra iur̃m valet, & tenet, li-
cèt periuro pęnitentia ſit iniungenda, vt ibi dicit tex. ad idē tex.
in c.1.de ſponſa.duorū. Item, ꝙ iuramentum non impedit va-
liditatem actus in contrarium facti, licèt attentans ſit periurus,
tenet ēt Io. And.in reg. qđ ſemel. in mercu. Idem & latius tenet
d. Abb.in c.intellecto.in pen.& vlti.col.de iureiur. vbi etiam re-
fert idem tenere Arch. in c.ſi à ſede.de pręb.in 6. Spec.in tit.de
emp.& vend.§.3.loco.in ver.quid ergo.in fi. idem tenet d. Abb.
in c.ſi diligenti.in 2.col.de pręſcr. do. Alex.in conſi.16.tertij vol.
quod incip. ponderatis narratis in themate. ¶ Adde pro iſta con
cluſione facere, qđ tenet Io. And.in d.reg. qđ ſemel.in mercu-
24 rialib. Bar.in l.ſi quis in prin. teſtamēti.in vlt.col.ff.de leg.3. † vbi
tenent, ꝙ ſi teſtator facit teſtamentum, & iurat illud non reuo-
care, ſi poſteà facit ſ'm teſtamentum valet & tenet, licèt ſit per-
iurus. Idem tenent gl.& Archid.13.q.2.in c.vlt. voluntas. cū alijs
ſuis concor. imò fortius tenuit Bart.in d.l.ſi quis in principio te-
ſtamenti. ꝙ etiam iſto caſu non eſt periurus, quod vltimum
pro nunc aliter non examino, & contrarium in hoc vltimo te-
nuit d. Alex.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.ſ.eo. ¶ Secūdò
pro iſta concluſione facit illud, qđ tenet glo.ſing. & approbata
in c.fi.§.fi.de procu.in 6. vbi tenet, ꝙ ſi dñs conſtituens procura-
torem iurat eum non reuocare, ſi poſteà eum reuocat, valet, &
tenet reuocatio, licèt ſit periurus. & refert ibi Gemi. ꝙ per illam
gl. conſuluit egregiè Fed.de Sen.in conſ. 06. ꝙ conſtituens pro-
curatorem ad renunciandū, licèt iuret non reuocare, nihilomi-
nus valebit reuocatio, licèt reuocans ſit periurus. & illam glo.in
d.c.fi.§.fi. ſequitur Bal. vbi ſing. eã limitat in rub. extra de procu.
in 10.col. Ang.in l.& in perpetuum.ff.de procu. Io.de Imo.in l.
Stichum.§.vſumfructum.ff.de ſol.& latius Imo.in cōmento.c.
cùm contingat.in 13.charta.de iureiu. Lud.Rom.in l.alia.§.ele-
ganter.in vlti.char.ff.ſolu.mat.& in l.1.§.ſi ſtipulanti.in 12.col.ſ.
eo. Pau.de Caſtr.in conſi.55. incipiente venerabilis vir.in 4.col.
25 ¶ † Tertiò ad idem facit, ꝙ ſi prima venditio, vel donatio ſit
facta cum iuramento, deinde eadem res ſit vendita ſimpliciter,
& tradita ſecundo, præfertur ſecundus primæ venditioni iura-
tæ, per tex.in d.c.ſicut ex literis. quia iuramentum appoſitum in
prima venditione non impedit translationem dñij in ſecunda,
in qua interuenit traditio, ita ſignanter tenet Io.de Imo.in com
mento.d.c.cum contingat. de iureiur.in duob.locis, in col.184.
& in col.ſeq. de quo vlt. dixi in l.quoties.C.de rei ven. ¶ Quartò
facit, quod tenet Bart.in l.omnes populi.ff.de iuſti. & iur. in 4.q.
tertiæ quæſtionis princ.in verſi.circa tertium. qñ primum ſtatu-
26 tum eſt iuramento firmatum, vbi tenet, ꝙ † quando primum
ſtatutum eſt iuramēto firmatum, ſi poſteà fiat aliud ſtatutum
in contrarium, illud ſ'm valet, & tenet non obſt. iuramento. Et
primum ſtatutum quamuis iuratum poteſt tolli per ſequens
ſtatutum

A D D I T I O.

a ¶ Iuramentum. Adde, quòd hanc Reg. examinat Gabriel. commu. opin. lib. 2.
tit. de iureiur. conclu. 1. Nat. conſi. 426.

ſtatutum contrarium, licèt reuocantes ſint periuri. allegat ad-
hoc Bar.tex.in c.1.in fin.de ſpon.debuit allegare tex.in d.c.ſicut
ex literis. de ſpon.Ad idem alleg.Bart.text.in c.1.in fi.de voto.in
6.de quo puncto ponit latè Albe. de Roſ.in Auth.hoc inter li-
beros.C.de teſt. ¶ Quintò facit, qđ tenet Spec. & Io.And.in tit.
de leg.§.nunc tractemus. in ver.ſi legatus reſeruauit. vbi volūt,
27 † ꝙ receptio facta de aliquo in canonicum per canonicos, vl-
tra numerum taxatum in ſuo ſtatuto,iuramento vallata iuxta.
c.cùm M.Ferrarienſis.de conſti.valet, licèt canonici ſcienter eū
recipiendo vltra dictum numerum incurrant periurium.Idem
tenent Io.And.d.Ant.de But. Pet.de Anch.& d.Abb.in d.c.dile-
cto.de præb.¶ Sextò facit illud,qđ in q. facti dicit ſe conſuluiſſe
Gaſpar Cal.in c.cum contingat.de iureiur.prælatus iurauit non
alienare bona Eccleſiæ inconſulto Papa, prout hodie commu
niter iuratur,demum alienat contra iuramentum,conſuluit,ꝙ
alienatio valeat & teneat,ita ꝙ ratione ſolius iuramenti non ve
nit reuocanda, quia regulariter tenet actus factus contra iura-
mentum,ex quo lex nō aliter reſiſtit.refert,& ſimpliciter ſequi-
28 tur.d.Abb.in d.c.intellecto.in vlt.col.de iureiur. ¶ † Septimò ad
idem facere vr̄,ꝙ iuramētum interpoſitum ſuper aliquo actu,
vel contractu intelligitur ſecundum naturam illius actus,ſuper
quo interponitur.l.fi. C. de non nu.pecu. & l.ſed & ſi poſſeſſori,
§.item ſi iurauero.ff.de iureiu.& c.quemad.& ibi d.Abb.ad hoc
no.de iureiur.Sed ad hoc vlt.poſſet dici, ꝙ prædicta iura proce
dunt,qn̄ in principali diſpoſitione deficit conſenſus,vel eſt cer-
to modo limitatus,tunc eo modo intelligitur iuramentum,ita
declarat Bar.in l.ſi quis pro eo.in pen.col.in 8. membro.ff.de fi-
deiuſ.Bald.in l.1.in 2.q.C.commodati.Io.de Imo.in c.per tuas.
de arbi.& in c.1.de iudi.¶ Vltimò prædictam deciſionem Inno.
& Hoſt.in c.dilecto.de præben.vltra Docto. præallegatos repe-
rio, ꝙ apud Legiſtas refert, & ſimpliciter ſequitur Alb.de Roſ.
in d.l.ea lege.in vlti.col.C.de condi. ob cau. ¶ In contrarium tn̄
videtur facere,ꝙ in obligationib.facti,vel non facti iuramentū
obligat præciſè ad factum, vt tenet gl.reputata ſing.in l.ſi pecu-
niam.in princ.in gl.parua in verbo neceſſe habeas,quæ dicit,vt
quia iuraſti.ff.de condi.ob cau. de cuius veritate ibi latè dixi, &
ponit Arc.hic in pen.& vlt.col.& ita habes bene expeditam re-
29 gulam huius tex.¶ Capio primam fallen.Bar.† qn̄ quis retinuit
ius in re, quam ꝓhibuit alienari,puta ius pignoris, vel dominij
tunc impeditur tranſlatio dominij per l.ſi creditor. §.fi.ff.de di-
ſtrac.pig.ſecūdum literam negatiuam, quæ eſt vera & ille tex.
eſt ad hoc ſing.& non reperitur alibi in iure ſ'm Ang.& Imo.in
l.qui Romæ.§.cohæredes.s̄.eo.& l.filiusfa.§.diui.2. ff.de leg.1.&
30 per hoc Bar. † dat conſilium ſeu cautelam ad impediendum,
ne res poſſit alienari, ꝙ prohibens alienationem fieri ſub pœna
dicat,ꝙ pro obſeruantia pacti vult,ꝙ illa res ſit ſibi obligata iu-
re pignoris,tunc alienatio impeditur per d.l. ſi creditor.§. fin. &
* *cum Bar.tranſeunt alij hic.* Idem vbiq; tenet Bar.ſ.in l.ſi creditor.§.
fi.& in d.l.filiusfam.§.diui.2.in pen.col.& in d.l. ea lege.& in d.l.
qui abſenti.§.1.in fin.ff.de acquir.poſ. & in l.nemo paciſcendo.
quæ eſt lex pen.& ibi Ang.& alij.ff.de pac.Sed Bal.in d.l.ea lege.
dubitat circa legem.ſi creditor.§.fin. quod qn̄ habeo ſolum ius
pignoris,ꝙ per hoc dominus non poſſit rem ſuam alienare,cer
tè hoc non debet ſibi obſtare.nam alienatio nō præiudicat cre-
ditori,quia habet ius reale.l.iuſto.§.nō mutat.ff.de vſucap.qua-
re ergo per hoc prohibetur alienatio.ſecus qn̄ prohibens habet
directum dominium,& prohibitus vtile,vt in emphyteuta,tūc
bene impeditur tranſlatio dominij, etiam ſi ſine pacto, vt l.fin.
C.de iure emphy.allegata per Bar.nec obſtat tex.in d.l. ſi credi-
tor.§.fi.dum dicit *nullam eſſe venditionem,vt pactioni ſtetur*,quia in-
telligitur,quod eſt nulla.ſ.in præiudicium creditoris,quia ius pi
gnoris durat, ſed ꝙ in præiudicium ipſius debitoris vēdentis ſit
nulla, & quòd non transferat dominium ſuum remanēte iure
pignoris creditori,iſtud non admittit Bal.iſtam opin.Bal.ſequi-
tur d.Pet.de Bexu.hic,dicens eam ſibi ſemper placuiſſe,licèt di-
* cat, ꝙ alia opinio, *quia eſt communis, ſeruaretur* in practica, & ſi
ſubtiliter dicas,ſi tex.in d.l.ſi creditor.§.fi.dum dicit nullam eſſe
venditionem.intelligeretur.ſ.in præidicium creditoris, quia ius
pignoris durat,certè iſtud erat ēt ſine pacto.d.l.iuſto.§. non mu
tat. ergo illud pactum eſſet fruſtratorium, & nihil operaretur,
& tex.ibi ineptè dubitaret de validitate illius pacti. Iſtud forti-
ter vrget contra opi.Bald.ſed ad hoc reſpondet Rapha.Cuma.
hic,qui tn̄ tenet communem opi. ꝙ illud pactum operabitur,
ꝙ etiam ſine alia diſcuſſione poterit perueniri contra illum,cui
res erat alienata,cùm etiā iure veteri eſſent aliqui caſus,in quib.
prius erat deueniendum contra principalē debitorem. ¶ Adde
etiam,ꝙ Sal.in d.l.ea lege.in 13.opp. dubitat de iſta opi. Bart.&
communi, quia ſi debitor nō poſſet alienare dominium ſuum
propter hoc,ꝙ creditor reſeruauit ſibi ius pignoris in illa re,cer
tè illud dominium eſſet ſemper penes debitorem inutile,ſi po-
nas eum non poſſe luere ꝑ paupertatē, & aliud non habere in
bonis,quod eſt abſurdum dicere,& intelligit d.l. ſi creditor.§.fi.
dum dicit *nullam eſſe venditionem*.ſ. in præiudicium hypothecæ
creditoris, vt etiam ſtatim.s̄.dixi. & illud pactum de non alie-
nando operabitur ibi ſecundum eum, ꝙ licèt alienando tranſ-
ferat dominium, & non liberum propter hypothecam, tn̄ de-
bitor vltra tenebitur ad intereſſe creditoris, vt ibi voluit glo. &
hoc operatur pactum ſecundum eum, & per iſta tenet Sal.ꝙ
conſilium Bart.s̄.relatum non eſt bonum,quia non poteſt dici
hypothecam eſſe impeditiuam tranſlationis dominij, ſed pro-
pter non obſeruantiam tenetur ad intereſſe,quia finis hypothe-
cæ non eſt roborare pactum,ſed faciliorem exactionem facere
obligationis,cui adiungitur.l.qui autem.§.1.ff.de conſti.pecu.vt
31 ibi plenius per eum. ¶ † Tene fallentiam Bar.& communem,
& cautelam per eum datam ad impediendum tranſlationem
dominij,per tex.ineuitabilem in d.l. ſi creditor.§.fi.in verbo nul
* lam eſſe venditionem, *ſecundum veram, & communem literam*, &
intelligere,prout intelligunt Bal.Sal. & d.Pet.de Bellap. nullam
eſſe venditionem.ſ.in præiudicium creditoris, nimium reſtrin-
git illam vniuerſalem negatiuam nullam,contra. l. ſi is qui du-
centa.§.vtrum.ff.de reb.dub.quia vt ibi dicit tex. quādo oratio
ſumitur vniuerſaliter negatiuè,ſi aliqua pars eſſet falſa,tota ora
tio redderetur falſa. Item ita reſtringere illum tex.eſt valde ine-
ptum,quia vt dixi etiam ſine aliquo pacto non poterat alienan
do præiudicare creditori.d.l.iuſto.§.non mutat. ff.de vſucap.&
ſic illud pactum nihil operaretur, & fruſtra ibi dubitaretur in
tex.an valeat,& eſſet contra ius,dicere prout reſpondet Rapha.
Cuma.ꝙ operabitur in aliquib. caſibus,in quibus de iure vete-
ri erat prius deueniendum contra creditorem, truffa eſt, quia
nimium reſtringeretur ille tex.& illud fuit de nouo generaliter
inductum per iura Authenticorum, per Auth. hoc ſi debitor.
C.de pign.& §.ſed neque.in Auth. de fideiuſ. vnde ſumitur illa
Auth. Item dicere,prout reſpondet Sal. ꝙ illud pactum opere-
tur, ꝙ vltra hypothecam teneatur creditori ad intereſſe, nihil
valet, quia ſola conuentio de non alienando abſque aliqua re-
ſeruatione iuris pignoris obligat ad intereſſe, vt text.hic, & l.ſi
ſterilis.§.ſi tibi.ff.de actio.empt.& in d.l.ea lege. C.de condi.ob
32 cauſam.¶ † Aduerte tamen ſecundum Bar.hic, & in locis præ-
alleg. ꝙ hypotheca debet eſſe ſpecialis, & ſic pignus debet ſpe-
cialiter apponi in illa re prohibita, vnde non ſufficeret genera-
lis hypotheca omnium bonorum debitoris ad impediendum
tranſlationem dn̄ij,& ita in ſpecie tenet Ioan.de Imo.hic, in 3.
col.motus,quia d.l.ſi creditor.§.fi.eſt exorbitans à iure commu
ni,vt patet ex hoc.§.& d.l.ea lege.& loquitur, qn̄ interuenit ob-
ligatio ſpecialis,ergo non eſt extendenda ad caſum, qn̄ ſolùm
interuenit obligatio generalis bonorum. Idem ſequitur Are.
hic motus, & bene, quia ſpecialis hypotheca magis impedit,
quā generalis. l.1.cum gl.in verbo pignori.& ibi Bal. ad hoc no.
C.de neceſ.ſeruis hær.inſti.Adde,ꝙ iſtud idem,ꝙ requiratur ſpe
cialis hypotheca,tenet clarè Bar.in d.l.qui abſenti.§.1.in fi.& ibi
Imo.& Lud.Rom.ff.de acquir.poſſe. Bal.in d.l. ea lege.in 3.col.
* Imol.in d.l.filiusfa.§.diui. el 2. *& iſtam dicit eſſe communem opin.* [a]
a & ſequitur d. Alex.in l.ſi filiofamiliàs dos.§.fi.ff.ſolut.matr.licèt
Pau.de Caſt.hic in 2.col.in diſcurſu ſermonis inaduertenter di
cat ſufficere generalem hypothecam omnium bonorum, &
idem d.Alex.ſibi contrarius in d.l.qui abſenti. §.1.in 4.col. dicit,
ꝙ in puncto iuris iſtud non vr̄ eſſe ſine dubio, cùm text. in d.l.ſi
creditor.§.fin indiſtinctè loquatur. Sed certè loquitur, qn̄ erat
ſpecialis,de quo etiam per Bal.in conſi. 506.quintæ partis,quod
incipit in tres Marchiones. Alibi tamen idem Bar. in l.qui fun-
dum.ff.locati requirit tantum hypothecam generalem bono-
rum locatoris, vt ſingularis ſucceſſor cogatur ſtare colono, &
idem tenet Bar.in l.1.§.qđ autem ait prætor.ff.de ſuperfi. & in l.
ſi filio.§.ſi vir in quinquennium.in fi.& ibi Imo.& alij.ff.ſol.mat.
& in l.emptorem,& ibi Bal.& Sal.C.locati. d.Abb. in c.fi.in vlt.
33 col.ne prælati vices ſuas.¶ † Secunda fallen.Bar.eſt,quādo alie-
natio eſt irreuocabilis,tunc impeditur tranſlatio dominij, vnde
ſi vendo tibi ſeruum, & prohibeo eum manumitti, quia liber-
tas ſemel data eſt irreuocabilis, non poteſt alienari, & ſic non
potes eum manumittere,vt l.ea quidem.C.ſi man.ita fue.alien.
34 & per hoc infert notabiliter Bar. † ꝙ ſi vēdidi tibi domum,vel
fundum

ADDITIO.

a ¶ Communem opin. Adde,ꝙ de hoc diſputat Suarez.lib. commun.opin.ver.
alienatio.vbi videtur ſequi contrarium eius, quod ſcribit Iaſ. hic, nempe,ꝙ
generalis obligatio eiuſdem ſit momenti, & quòd ſufficiat generalis hypo-
theca ad impediendam alienationem, communem dicit Grat. conſi. 95. nu.
12.lib.1.Quid in cōductore,& dic, vt per Hippol.ſing.321. vbi docet cautel.
ꝙ tempore conductionis pro obſeruantia contract. recipiat obligationem
omnium bonorum locatoris. Quam conclu.plenè examinat Rol.conſi.62.
nu.40.lib.2.Goza.conſi.24.col.3.conſi.100.col.pen.aliqua ponit idem Rol.
conſi.6.lib.1.

fundum cum pacto ne eum alienes, non potes ibi ædificare Ecclesiam, aut ædem sacram facere, vel locum religiosum, q̃a est irreuocabile. Ideo impeditur dominij translatio, quæ decisio prima fronte videtur dura, & iniusta, tamen prædicta ratione defenditur, & cum Bar. simpliciter transeunt Ang. & Raph. Cuma. hic, sed Pau. de Cast. hic dicit, ꝙ ista solu. Bart. non valet vnam festucam, & sic nimis acerbè taxat Bart. quia maiori ratione deberet valere alienatio in casu d.l. ea quidem. fauore libertatis, cuius fauore multa contra regulas iuris statuta sunt, vt dicit text. in §. pen. insti. de dona. & respondet alio modo, ꝙ ibi fiebat venditio titulo singulari de seruo prohibito alienari, ideo non potuit seruus adipisci libertatem: sed hic seruus prohibitus alienari trãsit cum vniuersitate, sicut aliæ res prohibitæ alienari transeunt, vt res religiosa, sacra, vt est tex. in l. in modicis. ff. de contrah. empt. & l. quædam. ff. de acq. rer. domi. & ista videtur melior solutio secundum eum. Sed tu caue, vt dixi. s. in glo. magna in fin. ꝙ in prohibitis specialiter alienari per hominem non habet locum regula. d.l. quædam. & d.l. in modico. quia ibi non potest fieri alienatio titulo singulari, vt d.l. ea lege. nec etiã titulo vniuersali per hęredis institutionem, quin alienans teneatur ad interesse, vt hoc text. Item circa illationem Bart. ꝙ in re vendita cum pacto ne alienet, non posset fieri Ecclesia, nec locus religiosus, quia esset alienatio irretractabilis, adde, ꝙ in contrarium facit tex. in l. fin. C. de pac. inter empt. & vendi. in verbo
* *humano iure eximere.* iuncta gl. *ibi communiter approbata*, quæ vult, ꝙ non obstãte tali prohibitione potest res alienari, vt efficiatur sacra vel religiosa, licèt alienans tunc teneatur ad interesse, & ita per illum tex. cum glo. reprobat Sal. in d.l. ea lege. in 4. oppo. motus etiam, quia istud nõ est propriè alienare, sed potius Deo resignare, cuius proprium est, & super hoc relinquit cogitandum. istam rationem Bart. etiam reprobat. d. Alex. in d.l. filiusfam. §. diui. el 2. in 9. col. per text. in præalle. l. fi. cùm gl. C. de pac. inter emp. & vend. quem tex. sibi ascribit d. Alex. non faciens de Sal. mentionem. sed tu declinata auctoritate glo. in d.l. fin. potes tenere conclusionem Bar. ꝙ facilius impediatur alienatio, quæ est irreuocabilis, vltra text. in d.l. ea quidem. allegatum per Bart. adde duos tex. in l. seruus hac lege. ff. de manu. tit. generali. & l. ille seruus. §. fi. ff. qui & à q b. ¶ Vltra duas fall. Bar. posui. s. aliam, quæ plures sub se continet in casibus, in quibus ex solo titulo in contractibus transfertur dominium sine traditione, in illis pro-
35 hibitio alienationis impedit translationem dominij. ¶ † Quasdam alias fallentias ponit Bar. in d.l. ea lege. & Raph. Cu. hic, videas per te. Adde, ꝙ si rem meã tibi vendo cum pacto ne alienes, ꝙ si alienas possum eam propria auctoritate apprehẽdere. ita dicit gl. solennis, quam teneas cordi, in d. §. de cætero. in verbo licentiam damus. in Auth. vt de cætero commu. eccle. rer. non fortu. fiant. col. 5. & illam glo. simpliciter allegat Ange. hic. Imo. verò hic dicit, ꝙ illa glo. debet intelligi in casib. specialib. in quibus prohibita alienatione in contractu prohibetur alienatio dominij, de quib. proximè fuit dictum, aliàs illa gl. simpliciter intellecta malè loqueretur, quia præsupponit, ꝙ prohibita alienatione in contractu prohibetur dominij translatio, quod est contra istum tex. & similes. Raph. Cuma. hic dicit, ꝙ illa gl. non firmat, sed solum dicit, ꝙ est arg. & plus non dicit Rapha. Are. hic dicit, ꝙ si bene respicias ad fi. illius. §. verbum comprehendere. ibi positum declarat, ꝙ comprehẽsio fiat per rei vẽd: & sic auctoritate iudicis, & non propria, vel posito, ꝙ ille text. hoc diceret, videtur loqui in casu speciali fauore Ecclesiæ, vnde non est trahendus in consequentiam ad alios casus, cùm regula sit in oppositũ, vt l. extat. ff. quod metus causa. & l. si quis. in tantam. C. vnde vi. alij nihil tangunt. adde, ꝙ Lud. Rom. in l. qui absenti. §. 1. ff. de acquir. pos. dicit, ꝙ nullus impugnat illam gl. & nullus eam allegat excepto Bal. sed non recordatur vbi, & non putat iure probari illam glo. sed eam esse contra regulam. d.l. si quis in tantam. Angel. in d. §. de cætero. intelligit illam glo. procedere, quando ille, qui vendidit cum pacto de non alienando, adiecit pactum iniectionis manus, quod possit propria auctoritate manum inijcere, vt l. 1. C. de condi. ob cau. & l. si quis sub hoc ff. de contrah. empt. & l. Titius. ff. de seruis expor. plenè per gl. & Doct. in l. 3. in gl. 1. C. de pigno. cum limitatione tamen de qua ibi per Ang. & sequitur do. Alex. in d.l. qui absenti. §. 1. in vlt. col. sed illam glo. in d. §. de cætero. simpliciter sequitur Ang. in l. nemo paciscendo. quæ est l. pen. ff. de pact. Item illam gl. di-
36 cit esse singularem Bal. in c. cæterum. in 4. col. de iudi. † ꝙ si vassallus alienauit fundum illicitè, qđ dominus potest propria auctoritate vendicare. Alibi Bald. in c. 1. §. hoc quoque. in 5. col. de succes. feud. in vsib. feud. dicit, quod in d. §. de cætero. est glo. singularis, qđ ista verba ne alienes, sapiunt manus iniectionem, sed intellige illam glo. cum duabus limitationibus supra proximè
37 datis. † Successiuè subdit Bar. ꝙ prohibitio. l. vel statuti impedit translationem dominij titulo singulari, per l. quędam. ff. de acq. rer. domi. & l. 1. ff. de fund. dot. notat plenè in l. ea lege. C. de condictio. ob cau. ratio est in promptu, quia talis alienatio est cõtra prohibitionem legis, ergo nihil valet, quod fit contra legem. l. non dubium. C. de legi. & l. cùm lex. ff. de fideius. & sic habes notare, ꝙ fortior est prohibitio legis, vel statuti ad impediendum translationem dominij, quàm sit prohibitio contrahentium, quæ non impedit, vt hoc tex. vt dixi. s. proximè. Similiter prohibitio testatoris cùm habeatur pro lege. §. disponat. in Auth. de nup. impedit translationem dominij, vt l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. & est gl. in l. cùm pater. §. libertis. ff. de lega. 2. & dixi etiam supra. ¶ Amplia signanter istam regulam Bart. per illud, qđ notabiliter consuluit d. Alex. in consi. 55. primæ partis, quod incipit
38 consideratis verbis dicti statuti, vbi egregiè consuluit, † ꝙ statutum Bononiæ disponens, ꝙ mulier non extantib. liberis teneatur relinquere tertiam partem dotis, & eius augmenti, & aliorum bonorum fratri, ꝙ non poterit in vita alienare etiam titulo oneroso in præiudicium illius tertiæ, motus præcipuè per l. fi. ff. si quid in fraudem patr. cum alijs per eum allegatis, & nõ vtitur ibi do. Alex. fundamento istius regulæ. semper putaui, ꝙ ista decisio. do. Alex. non esset vera, & aliàs in ciuitate Bononiæ consului contrarium, & in contrarium adduco, qđ egregiè decidit Pet. de Ancha. in consi. 100. quod incipit ex prædicto themate eliciuntur quędam dubia. in 4. col. vbi tenet, ꝙ statutum, quod necessitat ascendentem ad relinquendum descendentib. duas partes bonorum, intelligitur, ꝙ in vlti. voluntate extraneis relinquere vltra tertiam prohibetur, sed inter viuos cõtrahere, & efficaciter se obligare statutum illud non prohibet, nec resistit, sicut de iure communi propter legitimam filijs relinquendam, nõ prohibetur parens inter viuos contrahere æs alienum detrahendo de ipsa legitima. l. Papin. §. quarta autem. ff. de inof. test. quamuis si inofficiosè re, & consilio donaret in fraudem legitimæ, quandoque reuocaretur per titulum. C. de inoffi. do. & vltra eum facit, quod no. gl. in c. de his. de sepul. quæ dicit generaliter, ꝙ non licèt alienare in morte, quod in vita bene lice-
39 ret. Hinc est, ꝙ licèt † de relictis factis Ecclesijs debeatur quarta canonica Episcopo, tamen secus est de donationib. inter viuos factis Ecclesiæ. vt latè firmat. d. Abb. in c. requisisti. de testa. cum suis concor. ¶ Istam regulam, ꝙ prohibitio. l. vel statuti impediat translationem dominij titulo singulari, limitat Bart. proce-
40 dere, † quando lex vel statutum præcipit aliquid fieri tempore contractus, tunc si non obseruatur, contractus est nullus ipso iure. l. non dubium. C. de leg. si verò disponit super actu iam facto, tunc ipso iure non annullat, licèt debeat per sentẽtiam reuocari. arg. l. vniuersa. cum gl. sua. C. de prec. Impe. offe. Ideo ex illo contractu facta traditione transit dominium, vnde stante statuto Perusij, ꝙ omnis donatio intra mensem debeat insinuari, aliàs non valeat, si res fuit ab initio tradita, licèt postea non fuerit intra mensem insinuata, tamen non impeditur trãslatio dominij, & cum Bart. simpliciter tenet Raph. Cuma. hic, alij nihil tangunt. Idem tenet Bart. in d.l. vniuersa. cum multis concord. quas ibi dedi, vbi plenè examinaui, ideo non repeto hic. imò fortius subdit Bart. etiam si statutum diceret expressè, ꝙ tunc contractus sit ipso iure nullus, adhuc dominium transferretur reuocandum per cõdictionem sine causa, vel ob causam, nec tũc dominium ipso iure transferretur, per notata per gl. in l. 1. & ibi per Bar. ff. de don. facit gl. in l. contractus. in glo. 3. C. de fid. instr. & sic vult Bar. ꝙ annullatio contractus facta à statuto non facit retransferri dominium sine traditione. Alij nihil tangunt. Adde tu gl. solennem in l. 1. ad fi. gl. magnæ. C. de inoffi. don. quam Bald. ibi in fi. multum notat, quæ vult, quòd licèt titulus annuletur ipso iure, non transfertur tamen dominium sine retraditione, & illam glo. etiam sequitur, & reputat subtilem Bal. in l. 1. in 6. q. C. si quid in frau. patro. eam etiam sequitur do. Alex. in consi. 16. primi vol. quod incipit videtur fortasse prima consideratione dicẽdum. in 2. col. vbi etiam ad hoc allegat notata per Bar. hic. idem quòd Bar. hic tenet etiam Bald. in repe. l. cùm mulier. ff. solu. mat. in 13. col. in ver. de secundo dubio. vbi tenet, quòd si statutum infringat titulum, si non soluatur gabella, quòd tamen ipso iure nõ transfertur dominium non soluta gabella, & ibidem do. Alex. in 10. col. & refert, & sequitur istam decisionem Barto. hic, & dicit, quòd non sunt multi dies, quòd
41 fuit super hoc interrogatus. ¶ † Secundò principaliter quærit Bartol. an prohibitio. l. vel testatoris contrahen. impediat institutionem hæredis, seu translationem in hęredes, & distinguit, vt hic per eum, & plenius in l. peto. §. fratre. ff. de lega. 2. & facit tria membra principalia. adde circa primum mẽbrum inquantum Bar. tenet, quòd quando prohibitio alienationis fit simpliciter, vt fundi dotalis, tunc non intelligitur prohibita alienatio titulo vniuersali vlt. voluntatis, & sic ad hęredem testamentarium, & sic legitimum ab intestato, vt l. quædam. ff. de acq. rer. dom. & l. 1. in fi. ff. de fund. dot. Ratio, quia impossibile est, quòd

quis

quis non decedat, & hæredem habeat, vel ex testamento, vel
ab intestato.Istud membrum non congruit vlt.voluntati, quia
si in ea esset facta simpliciter prohibitio,non valeret, quia esset
nudum præceptum testatoris, vt l.filiusfa.§.diui.el 2.ff.de leg.1.
& l.pater.§.Iul.Agrippa.ff.de leg.3. Sed congruit prohibitioni
legis,vel contrahentium: ita declarat ipsemet Bar.& melius di-
42 cit,quàm hic in d.l.peto.§.fratre. † & sic est differẽtia inter pro-
hibitionem legis, & testatoris, quia prohibitio legis facta sine
causa valet, quia in ea semper præsumitur iusta causa. secus in
prohibitione testatoris facta sine causa, quia vt dixi esset nudũ
preceptum,ꝙ nihil operaretur, vt in iurib.prealleg. quare autẽ
prohibitio contrahentium facta sine causa valeat, dixi.s.in tex.
in primo no. Sed caue in fundo dotali, licèt prohibitio legis sit
facta simpliciter respectu omnium personarum, tamen bene
subest causa legitima, scilicet, nec mulier remaneat indotata.l.
1.ff.sol.mat.Secundò, & fortius aduerte contra Bar.ꝙ text.in d.
l.quædam,allegatus per Bart.ponit duplex exemplum, primũ
est, vt fundus dotalis, & ibi bene est ꝓhibitio simplex respectu
personarum. secundum exemplum est res,cuius aliquis com-
mercium non habet, intelligitur.s.ipse hæres institutus, & sic
hæres aliquo impedimento non habeat commercium rei ex
personæ suæ defectu, erat tamen res in hæreditate, & in com-
muni commercio aliorum, ergo ibi prohibitio legis in secun-
do exemplo non erat simpliciter, sed respectu certæ personæ,
ergo doctrina Bart.ad illum text.non videtur esse bona, prout
43 etiam perpendit Rapha. Cuma.hic. ¶ † In secundo membro
Bar.tenet,& bene,ꝙ quando prohibitio alienationis est facta in
certas personas particulares, tunc comprehenditur hæredis in-
stitutio, quia prohibitus non potest aliquem ex ipsis hæredem
instituere, quin faciat contra prohibitionem, & teneatur ad in-
teresse, vt text.hic.nam institutio hæredis dicitur esse alienatio,
vt est text.in l.si quis prioris.in §.certum. & ibi glo. & expressus
Bal.no.C.de secun.nup.ita etiam tenet Bald.in consi.50.quartæ
partis,incipiente super eo,ꝙ quæritur,an generaliter. Item cõ-
prehenditur successio ab intestato, vt l.codicillis.§. matre.ff.de
leg.2.quia prohibitus debuit curare,ne ille sibi ab intestato suc-
cederet prout dicit hic glo.fi.in prin. in secunda parte,vbi dixi,
& sic debuit facere testamentũ,vel codicillos, & alios non pro-
bitos hȩredes instituere,quod si non fecit,tacitè eos ab intestato
vocauit,vt l.conficiuntur.in prin.& l.si quis cùm testamentum
nullum.ff.de iure codicil.& sic fecit cõtra prohibitionem, ideo
tenetur ad interesse.Tamen isto casu est differentia inter prohi-
bitionem contrahentium,quæ regulariter non impedit transla
tionem dominij,prout impedit prohibitio legis, vel testatoris,
vt dixi supra in 1.q.Bart.& ibi assignaui fundamentalem ratio-
44 nem diuersitatis.¶ † Tertiò concludit Bar.ꝙ quando prohibi-
a tio [a] est facta in certum genus personarum,puta extra familiã,
tunc ex testamento instituendo extraneum hæredem,qui non
sit de familia, talis alienatio censetur esse prohibita.d.l.peto.§.
fratre.& ibi Dyn.Iaco.de Are.& etiam Bart.glo.in l.pater.§.Iul.
Agrippa.ff.de leg.3.sed ad hæredem legitimum, quamuis non
sit de familia,talis prohibitio non extenditur.l. cùm pater.§. cũ
inter.ff.de leg.2.gl.d.§.fratre.& gl.valde notabilis, & signãda in
in d.§.Iulius Agrippa.& talis legitimus ab intestato successurus
posset etiam ex testamento hȩres institui,quamuis non sit de fa
milia,& ita intellige sanè Bart.secundum Io. de Imo.hic per gl.
in d.§.Iulius Agrippa.quia expressio eius, quod inest,nihil ope-
ratur.l.non rectè.C.de fideius.& l.3.ff.de lega.1.Idem etiam te-
net Sal.in d.l. ea lege. C. de condi. ob cau.in 3.q.motus, quia si
legitimus non prohibetur ab intestato, minus debet prohiberi
ex testamento, cùm fauorabilior in eadem persona sit causa te
stati,vt l.1.& 2.C.si quis omis.cau.test. Item quia nõ refert,quid
ex æquipollentibus fiat.l.si mater.cum vulgaribus.C.de insti.&
substi.Et cum ista theorica Bar.tenet Ange. in consi.7.quod in-
cipit ex dicto themate plura dubia possent oriri. d.Alex.in ple-
risque consilijs,in consi.56.1.vol.quod incipit consideratis verbis
testamenti. & in consi.155.2. vol.incip.visis, & accuratè consi-
deratis.in consi.55.tertij vol.quod incipit ponderatis his,quæ in
themate narrantur.& latius in consi.59. tertij vol. quod incipit
attentis verbis testamenti.Bal.in d.l.ea lege.in 6.col.in 3.q.& ista
* theorica *est communiter approbata*, quicquid teneat Ang. in cõsi.
57.quod incipit domina Andrea condidit testamentum,& suũ
hæredem fecit quoddam hospitale. quem simpliciter sequitur
d.Alex.consi.154.secundi vol. incipiente visis,& accuratè con-
sideratis his, quæ in testamento continentur. dixi plenè de hoc
membro Bar.in d.l.filiusfa.§.diui.el 2.in 7.q. Bar.ad ibi dicta me
remitto. Rapha.Cuma. etiam hic latè tenet contra prædicta,ꝙ
instituendo hæredem nunquam faciat contra prohibitionem
in quocunq; casu.motus in effectu,quia hæres repræsentat per-
sonam defuncti, vt in Auth.de iureiur. à mori.præsti.in prin.&
sicut prohibitus alienare, poterat retinere, dominium illius rei
donec viuebat, ita eo mortuo,cùm illa res remaneat in hære-
ditate sua,per aditionem hæreditatis transfunditur in hȩredem
institutum,& sic non dicitur propriè alienatio, sed potius quȩ-
dam transfusio in hæredem repræsentantem defunctum, qui
loco sui potest esse dominus,vt hic per eum. Ista opi. Raph.li-
cèt subtilis non est vera,quia vt dixi. s. proximè institutio hrdis
est alienatio,vt est tex.in d.l.si quis prioris. §. certum.& ibi gl.&
expressè Bald.& alij notant.Ad idem facit,quod vult glo.valde
no.in l.quemadmodum.in glo.mag.in verbo vendi.circa med.
C.de agric.& censi.lib.11.vbi gl.quærit, nũquid prohibitus alie-
nare extra certum genus personarum possit extraneum hære-
dem in testamento instituere,& determinat notabi.ꝙ non. Itẽ
licèt hæres fictè representet defunctum, tamen secundum ve-
ritatem est alia persona,& in casu nostro est diuersa ratio, nam
defunctus non prohibebatur ipse habere illam rẽ, sed iste insti-
tutus,qui est extraneus,& inhabilis non potest ꝓꝑ prohibitionẽ
admitti.Ideo contra prohibitionem dicitur in eum alienari, &
testator poterat aliquem de familia instituere hæredem,si non
* volebat contra prohibitionem facere,vnde *tene cum ista commu-
ni theorica* Bart.quicquid diffusè teneat Saly.in d.l. ea lege.in 3.q.
45 ¶ † Limita, quando in prohibitione de non alienando essent
verba vniuersalia, maximè geminata, puta, ꝙ non posset ali-
nari extra familiam aliquo modo, vel quocunque titulo, tunc
non posset talis legitimus succedere ex testamento illius pro-
hibiti ad hoc, vt illa verba geminata quocunque titulo aliquid
operentur,vulgata.l.Balista.ff.ad Treb. ita limitat Are.in l. Pan-
tonius.§.rei perduellionis.in 2.col.ff.de acqui.hȩre. & quamuis
ipse non dicat,contrarium in hoc tenuit Ang. in præalleg. cõsi.
57.prout de hoc dixi in d.l.filiusfa.§. diui.el 2. vbi videas. ¶Ex
suprascripta theorica, & his, quæ tenuit in vlt. membro distin-
46 ctionis suæ,Bar.infert ad practicam,& sic ad q.valde not. † sta-
tuti disponentis, ꝙ nullus possit alienare rem immobilem in fo
rensem,vel in non allibratum,an possit eùm ex testamento hæ
redem instituere, & gl.no.in l.vnica.C. non lice.habi.metroco.
lib.11.tenet, ꝙ sic, Bart.tenet contrarium,quia ista prohibitio
alienationis est in genus certarum personarum.s.in forenses,er-
go prohibita est institutio hæredis illius forensis, licèt si esset le-
gitimus hæres, posset ab intestato succedere per iura præalleg.
quæ licèt loquantur in vlt.voluntate,tamẽ potest plus lex pro-
hibere,quàm testator,& sic Bar.reprobat gl.in d.l.vnica. Adde,
ꝙ contrarium tenuit alia gl.in l.quemadmodum. in gl.mag. in
verbo vendi.circa med.C.de agri. & censi.lib.11. quam allegat
Angel.hic, & supra proximè allegaui, quæ tenet, ꝙ prohibitus
alienare extra certum genus personarum,possit tamen in testa-
mento extraneum hæredem instituere, tamen glo.in d.l.vnica.
quam impugnat Bart.sequuntur Io.de Imo.& Raph. Cuma.in
duob.locis in pen.& vlt.col.& Aret.hic,eo quia illa gl.loquitur
in terminis diuersis à nostris,quia ibi nõ videtur prohibere alie-
nationem simpliciter,sed inter viuos, vel per viam contractus,
vt patet ex tex.ibi circa fi.in verbo contractus,sed quando pro-
hibitio alienationis fit inter viuos, non videtur prohibita alie-
natio,quæ fit in vlt.voluntate,vt est tex.no.in l.pater.§.fundum.
ff.de leg.3.& in l.milites prohibentur.§.fi.ff.de re milit.& l.decu-
rio.ff.de decur.Facit tex.in l.verba contraxerunt.ff.de verb.sign.
sed in ista q.statutum prohibet simpliciter alienari in forensem.
refert & sequit d.Alex.in consi.120.1.vol.quod incipit super eo,
quod quæritur.in 2.col.confirmatur per id, ꝙ dixi.s.in pręced.
q Bar.in casuècontrario,ꝙ statutum loquens in vlt.voluntate,
& sic grauans relinquere,nõ prohibet alienationem, quæ fieret
inter viuos. ¶Secundò adde, ꝙ istum passum Bart.de statuto
prohibente alienari in forenses, an censeatur prohibere eos in-
stitui hæredes,latè examinat Sal.in d.l.ea lege.in pen.col.vbi ar-
guit ad partes,posteà videtur finaliter tenere, ꝙ valeat institu-
tio hȩredis facta de forensi, sed ꝙ illi forensi debebitur æstima-
tio illorum bonorum, ne contrafiat statuto, vt ibi plenius per
47 eum.¶†Limita decisionem Bar.per illud,ꝙ videtur tenere idẽ
Bar.in l.ventre.ff.de acq.hær.in 4.col.in ver.tertius casus. vbi vi-
detur velle,ꝙ si statutum ciuitatis disponeret,ꝙ nullus forensis
possit aliquo titulo acquirere bona immobilia in territorio, &
aliquis forensis sit proximior consanguineus defuncto, & sic
legitimus ab intestato,non poterit etiam ex testamento succe-
dere, nec ab intestato, propter illa verba vniuersalia negatiua
nullo titulo, vt aliquid operentur, & ita expressè ponderat, &
firmat Are.in d.l.ventre.in 16.col.& seq. & idem Are. in l. Pan-
tonius.§.rei perduellionis.in 2.col.ff.de acq.hȩre.& ita etiam su-
pra proximè limitaui theoricam Bar.in vltimo membro.& ita
remanent

ADDITIO.

a ¶Prohibitio. Adde,quæ scribit Dilec.de arte test. tit. 8.cautela.6.nu.3. & seq.
& fac.quæ no.Nat.consi.110.col.7.& seq.consi.145.col.antep.& seq.

remanent expeditæ quæstiones Bar.¶ Vltra Bar.& Scrib.ad ma
48 teriam aduerte,† ꝙ ſi teſtator inſtituit hoſpitale, vel alium hæ-
redem ſub conditione,ꝙ bona ei relicta alienari nõ poſſint ſub
pœna priuationis hæreditatis, ſi hoſpitale vnam rem alienauit,
cadit à toto, quia illa priuatio conditionalis ſi bona alienabun-
tur, facit, vt ſub contraria conditione inſtitutio facta intelliga-
tur.ſ.ſi dicta bona non alienabuntur.l.ſi legatum purè.ff.de adi.
leg.& l.pecuniam.ff.ſi cert.pet.imò inſtitutio primordialiter eſt
ſub conditione ſi non alienauerit, ergo conditio negatiua de-
buit in forma impleri ſaltem mediante cautione.l. qui hæredi.
in prin.& l.Mæuius.ff.de condi. & dem.& quandocunq; cõtra-
fiat, retro apparet inſtitutum hæredem non fuiſſe, ergo quæ-
cunque res vendantur non eſt impleta cõditio inſtitutionis for
49 maliter,ergo debet in totum priuari,quia † non ſufficit condi-
tionem impleri pro parte,cùm ſit indiuidua, & ſic non ſcinda-
tur,vt l.cui fundus.ff de condi.& demõ. & l.hęredes.§. in illa.ff.
fam.erciſ.& l.2.§.ex his.s̃.eo.& l.fiſtulas.§.qui fundum. vbi text.
no.ff.de contrah.emp.& l.vxorem.§.agri plagam.ff.de leg.3.Ita
egregiè,& ſubtiliter conſuluit Ang.in conſi.168.inci. teſtator in
omnib.ſuis bonis.in ſecundo dubio. Facit, quod tenet Pau.de
Caſt.in conſi.234.incip.viſis, & conſideratis omnib.in pen.col.
accedat,quod notabiliter decidit Alb.de Roſ.in l.ædem.in pen.
50 col.C.loca.vbi decidit,† ꝙ ſi eodem tempore,& in eodem cõ-
tractu locaui alicui duo prędia,vel duas domos,& conductor
malè cõuerſatus eſt in vna, poſſum eum expellere ab vtraque,
ſicut ſi vna tantum eſſet locata, & malè verſaretur in parte,ca-
deret in totum per illum tex.vt ibi plenius per eum. Quicquid
teneat Bal. in vlti.col.& quòd conductor malè verſatus in vna
re poſſit priuari tota conductione, firmat dom. Andr. Barba.in
conſi.36.ſecundæ partis incip. ſapienter ſcripſit Propheta.in 7.
col.& duab.ſeq.& poſteà in antepe.col. & duab.ſeq. reſpondet
his, quæ poſſent in contrarium adduci. ¶ Item ád materiam
51 adde,† ꝙ prohibitus rem alienare non poteſt etiam eam ha-
bere pro derelicta, quia eſſet quædam donatio, quæ fieret oc-
cupantis.l.ꝙ ſeruus.& ibi Bar.ff.de ſtip.ſer.gl.in l.1.§.1.& ibi Bar.
52 ff. ſi ex noxa.cauſa aga. ¶ † Item adde, ꝙ qui non poteſt rem
alienare, non poteſt etiam in contractu fideiubere pro ali[illegible] an-
te dictam rem.glo.eſt not.in l.exceptione. & ibi Bald. not. C.de
53 euic.† Aduerte tamen, ꝙ res, quam non poſſum alienare,dici-
tur tamen pleno iure mea eſſe, cùm poſſe alienare non ſit in
diffinitione dominij,ita ſing. tenet Bal. in l.voluntas.in vlti.col.
C.de fideicom.Sed caue,quia ratio Bal.non videtur bona,quia
dominium eſt ius perfectè diſponendi de re, vt diffinit Bart.in
l.ſi quis vi.§.differentia. ff.de acquir.poſſeſ.

Finis Commentariorum Iaſonis Mayni ad Secundam Digeſti Noui.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee.

Omnes ſunt quaterniones.

AVGVSTÆ TAVRINORVM.
M. D. XCII.

Jason. Mayni
in 2m. Digesti
novi
Comentaria

4.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm